SEX. AVRELII
PROPERTII

ELEGIARVM
LIBRI IV.

CVM COMMENTARIO PERPETVO

PETRI BVRMANNI SECVNDI

ET MVLTIS DOCTORVM NOTIS INEDITIS.

OPVS BVRMANNI MORTE INTERRVPTVM

LAVRENTIVS SANTENIVS, IC.

ABSOLVIT.

283860
3. 3. 33

TRAJECTI AD RHENVM,
APVD BARTH. WILD.
MDCCLXXX.

PA
6644
A2
1780

AD MANES

PETRI BVRMANNI SECVNDI,

POËTARVM PRINCIPIS.

Accipe, Petre, tuae monumenta inſignia famae,
Non tibi ab ignota dona parata manu;
Sed tuus a ſuperis tibi quae Santenius oris
Mittit Avernales, magne Secunde, domos.
Qua lauri nemus inter, oloribus addite priſcis
Ludis, et aeterni gaudia veris habes.
Vel qua gramineae recubanti in margine ripae
Alluit Eridani candida membra liquor.
Hac doctus, Latio quem protulit Umbria, vates
Te petit, a curis cultior ipſe tuis.
Nomina nec titulo quaerit ſpecioſa potenti.
Sit tuus, ille tua nunc redivivus ope.

Nam tibi, quam Bromio, ſua plus debere fatetur
Carmina; ſervari carmina digna Deo.
Cernis, ut in proprio fulgens accedat amictu?
Ceperat hac vultus, Cynthia, veſte tuos;
Aut hac Romanas inter conviva puellas
Regnabat, nullis, non ita dives, avis.
Cernis, ut abſterſis ſua poſſe poëmata naevis,
Exſultet, pueris virginibuſque legi?
Hic Charis, Oenotrae hic ſpirat facundia linguae,
Italis hic, Grajis fluctibus orta, Venus.
Hic Decor, et ſocius roſeo Puer ales Honeſto,
Gaudiaque hic inter ſalvus amoena Pudor;
Imaque de tenero ſuſpiria corde petita,
Hollandae quae non erubuiſſe nuru eſt.
Non levis ille vagis deſultor amoribus, illi
Cynthia ſupremus, Cynthia primus amor.
Quin etiam, ante diem quae raras auxerat umbras,
Formoſa humanis ne foret ulla locis,
Cynthia quin etiam pulcrae monumenta figurae,
Petre, videns ſcriptis emaculata tuis,

Cynthia

Cynthia gaudet in ornatu, teque induit ulnis,
Terque caput nivea mulcet et ora manu.
Scripta quidem dextrae labor haec fuit ultimus aegrae.
Judicii limam non ſubiere tui.
Quicquid at orbatis praeſtare induſtria chartis,
Et potuit laudi, Petre, cavere tuae,
Praeſtitit, et memori tibi pectore cavit alumnus,
Ille, a te partes juſſus obire tuas.
Atque utinam domini manus has impleſſet, et ipſe
Auctor manſurum continuaſſet opus!
Hoc ego, te vivo, caruiſſem laetus honore.
Non jam, quo vocat haec gloria, ſponte ſequor.
Publica perpetuo vigilantem in commoda, Mors Te
Non tulit, et fuſcis livida merſit aquis.
Non tua longinquas Santhorſtum praebuit umbras
Ducenti ad placitos otia docta Lares;
Otia vicinae (nimis heu brevia illa!) ſenectae
Virtuti urbs dederat Amſtelis aequa tuae.
Pro quibus aeternam properavit Parca quietem,
Foeda repentinae crimine Parca necis.

Heu quantum amiſit pater Amſtela nominis! altam

Burmanno attollens, Amſtela, vate caput.

Ut Patriae te languet amor moriente! nec acta

Mirari aut proavûm clara referre nepos

Ardet! ut externis poſtponens ſeria nugis

Nil, animae niſi quod robora frangit, amat!

Palladis hoc, Belgaeque haud eluctabile damnum;

Jactura, extento non reparanda die.

Scilicet indomito ſunt pervia cuncta labori.

Quiſque per hunc pronum laudis adimus iter;

Naturae felicis opes, cognataque coelo

Pectora, dant paucis ſecula rara viris.

Non tamen ut mentis referam longo ordine dotes,

Aut, exſtant Genii quot benefacta tui;

Doctrinae aut animo quae copia clauſa capaci,

Gratia nativo quanta lepore fuit.

Da veniam, noſtro teritur minor area curru,

Et chelys ad tantos deficit icta modos.

Hoc agat eloquii, Schraderus, norma Latini,

Muſave Burmanno, Grotius, aequa ſuo.

Hoc

Hoc tibi perſolvit jam terſi Tollius oris
Officium, Manes demeruitque novos.
Mî licet ereptum lacryma reſpergere amicum,
Mî Praeceptorem; mî mea damna queri.
Eoſdem olim gemitus genitori in funere fudi.
Hos ego ſingultus ad ſua buſta tuli.
Noctibus a nota mihi pendet imagine ſomnus,
Ante oculoſque, ſenex, ſtas venerande meos.
Te bifidas, memini, duce ſcandere niſus in arces
Laurigerum a teneris jam meditabar iter.
O monita, o ſtudiis praecepta ſalubria noſtris,
Paene ſodalitio quae mihi more dabas!
Tu, cum divitias ſponderet Atlantide natus,
Majugenae urguebas altera caſtra ſequi;
Nec piget, aut legiſſe mihi ſum viſus inepte.
Sic o! ſic inopem non onus, eſſe, puto
Mî mea, mî Genitis, mihi Phoebi et damna tuorum
Flere licet. parvus tot bona pulvis habet.
At meritum in cives manet immortale Batavos,
Nec decus ingenii deleat ulla dies.

Vindice

Vindice te Latiae ſteterunt, te vindice Muſae,
Petre, nec Hollandos deſeruere focos.
En, tua creſcentes premimus veſtigia vates,
Formata exemplo, aut pollice turba tuo.
Tu modo ab Elyſiis, tentanti impellere chordas
Diſcipulo faveas, Umbra benigna, choris.
Sic Petrus patriae ſuccreſcat in omina famae!
Una olim vitae ſpes Petrus illa tuae.
Dic animoſe ſitim quo fonte, Poëta, levâras?
Urna Propertiacam quae tibi fudit aquam?
Fortior ille tuus mihi ſpiritus impleat ora;
Nil ſonet humanum, nil niſi grande ſonet!
Praedicer ut tantum non degeneraſſe Magiſtrum;
Hoc, quondam ſat erit, ſi mihi laudis erit.
Jugera ſi quando mihi fortunata patebunt,
Dedecori asſeſſum ne tibi rere meum.
Jamque, favilla, vale, ingentis mihi Numinis inſtar;
Terraque ſecuro ne gravis oſſa terat!

LAVR. SANTENIVS.

PRAE-

PRAEFATIO.

LAVRENTIVS SANTENIVS

LECTORI

S.

Magnum dolorem boni omnes, & verae Eruditionis ſtudioſi, ex BURMANNI SECUNDI morte, quae ante duos ferme annos accidit, ceperunt. Quamvis enim vir, excellenti & immenſa doctrina abundans, jam quintum & ſexageſimum aetatis annum attigiſſet; tamen ejus obitus immaturus & acerbus exiſtimandus eſt, quod, quorum ingeniis immortalia opera parantur, eorum vita ultra mortalitatis terminos producenda videatur. Quis autem, (quod ſine cujusquam contumelia dixerim!) tot tam praeclaris operibus haec humanitatis ſtudia auxit & ornavit? quis non juvenum ſolum, ſed etiam virorum animos tanto cum eruditionis, tum patriae amore inflammavit? Quis illi unquam par repertus eſt in ingeniis ad magna quaevis & glorioſa excitandis? Vera me praedicare, ſciunt, qui in illuſtri Amſtelodamenſium Athenaeo, per ſex & triginta annos Burmanni nomine illuſtrato, animoſe docentem mecum audiverunt; quorum multi, aut patriae Urbis regimini admoti, aut quarumvis artium doctrinam profeſſi, ſe nunc quoque ſub Burmanniana diſciplina animum excoluiſſe gaudent. Novi, quos Burmannus uno verbo ad literarum amorem ſic incenderit, ut eum non niſi cum vita deponerent. Sed Burmanni dotes & merita recenſere mearum non eſt partium, praeſertim aliis hoc officio jam rite defunctis.

Cum vero omnis Burmanni vita in laboribus eruditis conſumeretur, non mirum, ſi mors ejus inchoatum aliquod opus abruperit. Quam ſortem Propertio, facundiſſimo poëtae, obtigiſſe, eo magis dolemus, quod opus, cui tot annorum labores Burmannus impenderat, dimidia ſui parte jam typis deſcriptum, ad finem properabat, & juſtam ei doctorum omnium gratulationem ſpondebat. Jam etſi aliorum complurium editionem animo agitabat, ſaepe tamen mihi, quaſi inſtantem mortem praeſagiens, ſignificavit, ſatis diu vixiſſe ſeſe exiſtimaturum, ſi Umbri vatis commentario abſoluto vixiſſet. Itaque hac de re interdum deſperans Burmannus, pro eo, quo me complectebatur, amore, me ſibi, ſi quid accidiſſet, hoc in opere ſucceſſorem deſignabat. De quo cum ſatis conſtaret Nobiliſſimis optimi viri propinquis, poſt mortem mariti patriſque ad me, non invito librario, operis redemtore, librum curandum detulerunt. Ego vero mihi glorioſiſſimum fore putavi, & amiciſſimis Manibus jucundum, tanti Magiſtri opus ad finem perducere, & omnes curas eo conferre, ut, quantum in me eſſet, Burmanni nomine dignum in lucem exiret. Et, quamvis imparem me ſucceſſorem eſſe, probe noſſem, tamen, cum Burmannus totum fere commentarium, in ſchedis deſcriptum, reliquiſſet, non tam doctrinam, quam attentam curam requiri, judicavi. Itaque ejus autographum ſecutus ſum, omittens interdum, quod ipſum Burmannum, ſi retractare per fata licuiſſet, omiſſurum fuiſſe, confidebam, de meo nihil fere immiſcens. Hoc tamen intelligi nolim de ultima Propertii elegia, ſive de nobili illo, & multum a Criticis vexato Corneliae epicedio. Id quoniam Burmannus vix dum inchoaverat, ego mihi totum tractandum illuſtrandumque ſumſi; in quo quam minimum potui a Burmanniano commentandi genere diſceſſi. Addendis etiam nonnulla, e mea penu depromta, inſerenda cenſui.

Hactenus de Burmanni in Propertium commentario. Sed magnum

num momentum in eo eſt, ut lector doceatur, qui ſint Codices Scripti, & qua auctoritate, quae veteres editiones, ad quarum fidem per totum opus provocat Burmannus; quibus praeſidiis fretus ad poëtam edendum acceſſerit, quam rationem in edendo ſecutus ſit, quid denique praecipui in hac nova recenſione praeſtiterit. Illud igitur notis iterum evolvendis, iiſque cum ſupellectile Burmanni libraria comparandis, & variantibus denuo inveſtigandis, (quae res homini, aliis etiam negotiis occupato, aliquando moleſtiam & taedium creare poſſit) efficere ſum conatus. Sed ne ſic quidem omnium mihi plana facta eſt ratio. Ipſe Burmannus de his rebus nihil prorſus in ſchedis notaverat praeter ea, quae de decem Codicibus hic ſubjungam.

„ LEIDENSIS PRIMUS, forma quarta, membranaceus, in appen-
„ dice catalogi Bibliothecae p. 529. N. 133. olim Jacobi Men-
„ telii, recens.

„ LEIDENSIS SECUNDUS, eadem forma, item in membrana, in
„ Append. catal. p. 530. N. 43. recens, ſed optimus, olim
„ Alex. Petavii. P. F.

„ VOSSIANUS PRIMUS, forma quarta, membran. in catalogo
„ p. 385. N. 117. recens, olim Card. & pr. a Dietrieſtain.

„ VOSSIANUS SECUNDUS, in quarto, membran: in catalogo p. 387.
„ N. 38. paullo antiquior, deſinens in Lib. II. Eleg. I. olim
„ P. Petavii.

„ VOSSIANUS TERTIUS in quarto, chartaceus, in catalogo p. 386.
„ N. 13. recens.

„ VOSSIANUS QUARTUS, forma duodecima, in charta ſcriptus, in
„ catalogo p. 389. N. 82. recens.

„ D'ORVILLIANI DUO, in quarto, chartacei, recentiſſimi, in quo-
„ rum primo Anni 1473. legitur: per me Petrum Paulum de de-
„ laitis Notarium.

„ CODEX MEUS, quem eundem puto, cum Franciano primo; con-
„ veniunt certe, quae ſcribit Broukhuſius de hoc Codice in prae-
„ fatione: *ſcriptus eſt in Italia litera non admodum antiqua, ſed tamen*
„ *plana ac facili; forma, ut vocant, octava.* certe fuiſſe Francii patet, quod
„ Lib. II. El. 3. poſt v. 55. *perjuras tunc ipſe ſolet*, manu ſua ad-
„ ſcripſerit, *pagellas aliquot bibliopegi vitio confuſas eſſe.* fuit & N.
„ Heinſii, qui in fronte Codicis notavit: *Contuli N. H.*
„ ALTER CODEX MEUS."

Horum decem Codicum variantes Burmannus Broukhuſii ſecundae editioni adſcripſerat, Leidenſium & Voſſianorum copiam nactus a Franciſco Oudendorpio, D'Orvillianorum a J. P. D'Orvillii filio.

Reliquum Burmanni apparatum recenſituro occurrit Codex ANT. ASKEWII, Medici quondam Londinenſis, cujus excerpta habuit Burmannus ab Jano Helvetio, doctiſſimo ſuo olim & plerorumque hujus aetatis Eruditorum amico. vide Burmannum in hoc commentario ad Lib. I. Eleg. I. v. 9. Idem Helvetius Burmanno ex Anglia tranſmiſerat breve ſpecimen variantium ex CODICE Muſei Britannici HARLEJANO. Uſus quoque eſt Burmannus collatione Codicis BORRICHIANI, Broukhuſii manu ſcripta, & Codicum REGIORUM Pariſienſium & COLBERTINORUM Gallaei manu; atque ex iis infinitis partibus plura, quam Broukhuſius, protulit. Novam etiam egregii illius GRONINGANI amicae debuit Cl. Schraderi diligentiae.

Sed plurimum profecit ex opibus Heinſianis, quae, licet non omnes, pleraeque tamen ad eum devolutae ſunt. Hae ſunt collationes ANGELI COLOTII, & quinque Codicum VATICANORUM, & Codicis NEAPOLITANI, qui ad S. Joannem Carbonarium erat, quas Heinſius notaverat ad editionem Gryphii 1573. Unde vero Burmannus SECUNDUM NEAPOLITANUM laudaverit ad I. IV, 13. I. IX. 13. II. XXI, 13. nondum indagare potui. Hujus tamen Codicis lectiones

neſcio

neſcio an inveniantur in Voſſiano exemplari bibliothecae noſtrae Leidenſis, Hiſtoric. n. 418.

Sed inter copias Heinſianas oculos in ſe convertebat exemplar, quod PERREJANUM vocabo, editionis Aldinae ſecundae Anni 1515, ex quo cum plus boni in Propertium, quam ex reliquis redundárit, age, quale illud ſit, paulo accuratius tradamus. Hujus autem rei facultatem dedit inſignis amiciſſimi hominis erga me liberalitas, per quam hoc ipſum exemplar una cum aliis hujus generis cimeliis ex Cl. Magiſtri bibliotheca in meam migraſſe gaudeo.

Comparavit igitur Heinſius ſua manu hanc editionem cum Codice MENTELIANO, omnium Codicum optimo, cum Codice VOSSIANO, cum egregiis ex Codice, quo magnus SCALIGER uſus eſt, EXCERPTIS, quae habuit Heinſius ab Illuſtriſſimo Conſtantino Hugenio, Zulichemio, ut patet ex Heinſii notis ad Vellej. Lib. II. cap. 87. cum optimis excerptis FR. MODII, denique cum ſuo ipſius Codice. Variantes quoque adjecit editionum rariſſimarum, RHEGIENSIS A. 1481. & VENETAE 1475. quarum huic, ab Hadriano Wallio ſuppeditatae, manus viri docti paſſim Varias lectiones adnotarat. Praeterea uti nullum exemplar HEINSIUS manu verſabat, cui non nova foecundiſſimi ingenii ſpecimina adderet, ita hunc etiam Perrejanum librum multis conjecturis, quas fruſtra apud Broukhuſium, in Heinſii notis ad Propertium, & in Adverſariis ejus quaeras, locupletavit.

Nec minorem hic liber commendationem habet ab ipſius ANTONII PERREJI adnotatis, de quibus ut judicandi poteſtas fiat, hic, quae in fine adſcripſit, repetere juvat:

EMENDABAM ET ANNOTABAM CATULLUM, TIBULLUM ET PROPERTIUM EGO ANTO. PERREJUS, COLLATIS VETUSTISSIMIS EXEMPLARIBUS, ALIO PONTANI, ALIO EPISCOPI CREMONENSIS, ALIO FRANCISCI PUCCII, NEC NON ALIIS ROMAE ET FLORENTIAE HABITIS, ANNO 15-- ET 15--

Margines libri tametſi ita ſunt acciſi, ut annorum notae legi ne-

queant, tamen ex comparata ad Catullum & Tibullum ſubſcriptione ſatis liquet, annum 1528, vel duos inſequentes, deſignari. Confer Burmannum ad Lib. I. Eleg. I. v. 9.

Quis fuerit ille Antonius Perrejus, aut unde domo, cum nec Heinſius, nec Broukhuſius, nec noſter Burmannus, viri in hiſtoria Italorum literaria verſatiſſimi, cognoverint, ego quaerere superſedeo. Suſpicari licet, nobilem hunc libellum jam olim poſſeſſum eſſe ab elegantiarum patre, Mureto, ſiquidem J. Lipſius, qui anno circiter 1567, viginti annorum juvenis, Romam venit, & ibi per biennium Mureti praeceptis imbutus eſt, in Libro I. Antiq. lection. cap. 4. in fine memorat librum, ſibi a Mureto oſtenſum, in quo *Antonius Ferillus quiſpiam* ante annos quinquaginta adnotaſſet, *Driaſin* legi apud Propert. L. I. Eleg. XX. v. 5. haec autem a me agnoſcitur ipſa ſcriptio Antonii Perreji. credo igitur, aut Muretum, aut Lipſium, in nomine hominis ignoti erraſſe. Quiquid ſit hujus rei, Heinſius Florentiae emerat a ſcrutario ſex aſſibus anno 1646. Eundem Jacobus Tollius dignum judicavit, quem totum ſua manu deſcriberet Holmiae Suecorum Anno 1662, quo tempore Heinſius ſecundam obibat Legationem Suecicam. Deinde, anno 1704, Jano Broukhuſio deſcribendum conceſſit, ſummus ejus amicus, Petrus Burmannus, patruus. Vide Broukh. praef. Tibul.

Nec mirum cuiquam videri debet, hunc libellum tam cupide eſſe expetitum, & tantum operae in eo deſcribendo collocatum, cum praeter illa, quae nunc ex eo ad Propertium apponuntur, ſalutarem olim Tibullo medicinam attulerit, Catullo aliquando, niſi augurium vanum eſt, ſit allaturum.

Broukhuſius cum primum ederet Propertium, haec Perrejana excerpta nondum poſſidebat, triennio autem poſt, eorum copiam habens, & Tibullo operam navans, doctorum laborum & ſimul vitae laudabilis finem fecit; ad Propertium vero non niſi perpauca ex illis fu-

ſuturae editioni paraverat, quae Vlamingius repetitae Broukhuſii recenſioni adjecit. vide eum ad Lib. I. Eleg. XX. v. 12. & ad Lib II. Eleg. IV. v. 4. ubi adde etiam Burmanni notas. Sed liberaliore manu omnes hujus libelli gemmas in novam hanc recenſionem contulit Burmannus noſter.

Nec tamen omnes, ſi quaeris, aeque benignam de his Excerptis Italicis, uti vocat Heinſius in Advers. p. 32. vel Excerptis Italicorum Codicum, uti p. 30. ſententiam tulerunt. Ipſe Heinſius, eorum promus condus, in epiſtola ad Graevium tom. IV. Syllog. p. 233. ait, ſe timide ſolere iis accedere, cum ex Pontani, aliorumque ſchedis ſint corraſa, qui plurimum ſibi permiſerint in Propertio interpolando; & ſatis conſtet, in Catullo totos Pontani verſus exhiberi. Celeberrimus quoque Heynius, quem virum elegantis eruditionis & amicitiae, olim contractae, nomine veneror, in nova ad Tibullum praefatione p. XIX. horum Excerptorum auctoritatem non ſpernendis rationibus elevavit. Quid? ne ipſe quidem Burmannus Secundus ſemper fidit Perrejo. vide ad Lib. II. XXIII. 43. Lib. III. XII. 8. Lib. IV. VI. 73.

Non ego is ſum, qui talium virorum ſuſpiciones oppugnem; praeſertim cum exiſtimem, pro certo & indubitato affirmari non poſſe, ſintne haec Excerpta omnia ex Codicibus profecta, an ex parte etiam Doctorum Italorum ingeniis debeantur; ſed tamen in Addendis ad Propertium conficiendis jam occupatus, praeter omnem opinionem nactus ſum quaedam ſubſidia, incognita fere viris doctiſſimis, quibus Perreji fides, ante mihi quoque ſuſpecta, extra omnem dubitationis aleam collocatur.

Nempe juvenis non minus ingenio, quam natalium ſplendore conſpiciendus, Joannes Andreas Munterus, poſt decurſum in hac Alma Leidenſi per viam regiam ſtudiorum curriculum, eaque eruditionis ſpecimina edita, qualia utinam multi proferrent! nunc per

prae-

praecipuas Europae oras, nec literarum noſtrarum, quibus large inſtructus eſt, nec amicorum immemor, peregrinatur. Hic, Romae commoratus, dum venerandae Antiquitatis monumenta, hominesque eorum intelligentes omni cura indagat, vel praecipue ſe applicavit ad exquiſitae doctrinae amabilisque modeſtiae virum, V. M. Giovenazzium, Praefectum bibliothecae Illuſtriſſimi Principis Altierii, & Cuſtodem bibliothecae Vaticanae, ejusque mihi, multis nominibus optandam, benivolentiam conciliavit. Qui vir clariſſimus, ut alia ejus adverſus me officia praeteream, accuratiſſime in meos uſus deſcribendas curavit FRANCISCI PUCCII emendationes in Propertium omnes, quae ante Romae apud Victorios exſtabant, et his ipſis diebus publice diſtrahebantur. Hae quamvis numero infinitae, & pro temporum ratione omnium admiratione digniſſimae ſint, poſt tantum tamen ſeculorum intervallum, tantamque a Principibus Literatoribus Propertio impenſam operam, ad ipſum poëtae textum minus, quam credas, contulerunt; quippe pleraque ab aliis, Scaligero inprimis & Heinſio, vel Codicum nomine, vel conjecturarum, in commentario Burmanni occupata reperiuntur. Quid igitur, inquies, haec ſcire intereſt? Non omnium permagni, fateor. Semper enim haec cura ad paucos pertinet. At, qui, unde quaeque lectio fluxerit, & quam habeat auctoritatem, ſcire cupiunt, omninoque qui poſt Burmannum Propertii carmina caſtigaturi ſunt, haec cognoſſe non poenitebit. Exemplar igitur Victorianum hanc ſubſcriptionem habebat: FRANCISCUS PUCCIUS HAEC ADNOTABAT ANNO SALUTIS MDII. AUGUSTINO SCARPINELLA COMITE STUDIORUM, SEQUVTUS FIDEM ANTIQUISSIMI CODICIS, QUI PRIMUM FUIT BERNARDINI VALLAE, PATRITII ROMANI, VIRI DOCTISSIMI, DEIN AB EO DONO DATUS EST ALPHONSO II. REGI NEAPOLITANO, PRINCIPI LITERARUM AMANTISSIMO.

CONTULI CUM CODICE AVTOGRAPHO IDIBUS IULIIS MDXXI. P. VICTORIUS.

Mo-

Monet autem in literis Cl. Giovenazzius, in Victoriani exemplaris ſubſcriptione nomen Franciſci Puccii ſic abraſum eſſe, ut ne veſtigium quidem ullum appareat, nec ſe cauſam, cur ita factum ſit, dicere poſſe; ſed ſine erroris periculo ſuppleri ex tribus quatuorve Neapolitanis Codicibus, in quibus eadem ſubſcriptio, iisdemque plane verbis, addito Puccii nomine legitur. Horum unum exſtare apud Aloïſium Lancellottum, virum eruditiſſimum; ceteros ſervari in bibliotheca Carbonaria monachorum Auguſtinenſium.

Ceterum Puccius ex emendationibus, quae certae viderentur, ipſa verba editionis Rhegienſis correxerat; ubi prava vel anceps lectio in Codice occurriſſet, appoſuerat, *ita vetus is Codex;* multas denique conjecturas & explicationes in margine notaverat.

Circa idem tempus ad me quoque delatae ſunt collationes, quas M. Antonius Pocchus in margine Aldinae 1502. ſcripſerat. Quem librum, cum olim Lucas Holſtenius Nicolao Heinſio muneri dediſſet, ex ejus theſauro librario p. 118. n. 619. in 8°. tranſiit in bibliothecam Bodlejanam Oxonii. Eadem bibliotheca habet alterum exemplar Aldinum 1515, cui multa adnotavit Octav. Ferrarius; hunc etiam librum Nicolai Heinſii fuiſſe, indicat catalogus p. 119. n. 621. in 8°. ex quo factum apographum noſtras in manus pervenit.

Et Pocchiano & Ferrariano libro uſus etiam eſt Editor Propertii Cantabrigienſis, cujus editionem mihi oculis uſurpare nunquam licuit. Ex his, item ex Puccii libro omnia apponere, plane ſupervacuum duxi; cum in tanta Codicum multitudine ſemper fere cum hoc vel illo conſentirent. Aliquas tamen ex his variantes Addendis intexui; quae, etſi numero paucae, nec omnes verae ſint, tamen novitate & ſpecie quadam commendantur. At in Addendis ad ultimam elegiam omnes omnino variantes, quae in ternis his excerptis exſtabant, tanquam eorum ſpecimen daturus, exhibui. Eodemque conſilio iis intexui lectiones Codicis membranacei, ſcripti anno 1460, e bibliotheca eruditiſſimi viri, Venantii Lupacchini;

& Editionis illius Principis A. 1472. quos totos in meos uſus contulit humaniſſimus Giovenazzius; nec non quae Minturnus, priusquam ſacris initiatus eſt, ad Aldinam 1502 adnotaverat, quae amiciſſimi Munteri munificentiae accepta refero.

Ex accurata autem harum variantium comparatione hoc liquido videor poſſe affirmare, Antonium Perrejum, qui omnes fere explicationes Puccii transſcripſit, ex millenis variantibus, quas omnes ad examen vocavi, aut perpaucas aut nullas dediſſe, quae non ex Puccii ſive Vallae libro eſſent repetitae, vel ex Pontani Codice, quem Pocchus frequenter, nonnumquam etiam Ferrarius laudat. Imo recte diſtinxit Perrejus Pontani conjecturas, quas ſic notat: *Pon.* vel *Po*: ab Codicis ejus lectionibus, quas ita: *Pon. C.* Pocchus quoque, qui totos verſus ex Pontani Codice affert, modo dat: *C. Pont.* modo: *ita legit Pont.*

Porro ex Pucciano exemplari novum naſcitur argumentum, quo liquidiſſime demonſtretur, quanto in errore verſati ſint viri eruditi, cum exiſtimarant, omnes omnino Propertii Codices ex unico illo, qui Pontano adoleſcentulo in cella vinaria inventus ſit, fluxiſſe, nec, praeter id, ullum vetuſtum hujus poëtae exemplar inveniri. Dudum equidem de veritate hujus opinionis dubitavi, neque eam Cl. Giovenazzio placuiſſe, laetus intellexi. Sane, ſi Codex Bernardini Vallae ex illo, cujus Pontanus mentionem facit, deſcriptus eſſet, iſtum *antiquiſſimum* vocare non potuiſſet Franciſcus Puccius, Angeli Politiani diſcipulus, & Joannis Joviani Pontani familiaris; quem Puccium aliquando in his literis principatum tenuiſſe, teſtatur diſcipulus ejus, Janus Parrhaſius; Hieronymus autem Carbo clarum poſteris reddidit his verſibus:

Et, qui Sebethum patrio modo praetulit Arno
Puccius, Etruſci fama decuſque ſoli;
Quem, culti eloquii tanta eſt facundia, credas,
Poſſe movere homines, poſſe movere Deos.

Nec

Nec ipſe Politianus Codicem hunc *vetuſtum* dixiſſet *Centur. prim. Miſcell. cap.* LXXXI. cujus ipſa verba hic ponenda videntur:

„ Apud Propertium quarto elegiarum libello (Eleg. 3. v. 21.)
„ ita duo verſiculi leguntur;

„ *Dignior obliquo funem qui torqueat* orno:
„ *Aeternuſque tuam paſcat, aſelle, famem.*

„ Diu fateor animum ſtimulaverat ac pupugerat quidam quaſi
„ ſcrupulus: donec eum Codex vetuſtus evellit, quem mihi Ber-
„ nardinus Valla, celeber Jureconſultus, & primae homo nobilitatis,
„ Romae abhinc ferme quinquennium commodavit: ubi non *orno*,
„ ſed *Ocno* legi: legiſſeque me, ſtatim duobus eruditiſſimis juveni-
„ bus oſtendi, qui me domi commode ſalutaverant.

Lectio *Ocno*, quam citat Politianus, exſtat apud Puccium, nec alius, quod ſciam, Codex ejus fundus laudatur.

Ex quo apparet, riſu dignum eſſe R. Titium, qui *Aſſert. contr. Scalig. pag.* 50., ne nunquam non magnis viris obloqueretur, dixit, hunc Vallae Codicem nunquam in rerum natura fuiſſe.

Atqui Vallae Codicem non eundem eſſe cum Pontani Codice, patet cum ex diverſitate lectionis, quam notavit Perrejus, tum ex laudata Perreji ſubſcriptione, in qua hos Codices diſtinguit.

Praeterea, ne unius Puccii teſtimonio hac in re niti videar, Domitius Calderinus, ut illius aevi captus erat, vir ſane doctiſſimus, qui primus poëtam noſtrum publice explicare aggreſſus eſt, Propertii loca obſcura, a ſe explanata, plus uno Codice adhibito, edidit Romae A. 1475. quem librum, a nemine, quod ſciam, commemoratum, ipſe poſſideo; eumque repetitum credo in editione Brixienſi anni 1486, Domitii conjecturis aliquando in textum receptis. Sed Domitii annotationes in Propertium, nec non Joannis Cottae, eximii illius ac prope unici Catulli imitatoris, falſo jactat editio Veneta, A. 1500 ab Avancio curata, quae Cl. Heynii quoque ſpem fefellit; vivebat tamen eo tempore, annumque aetatis agebat cir-

citer ſeptimum decimum Cotta; ſed ejus commentationes in Propertium ne fando quidem auditae ſunt. nam Cornelius a Beughem in Incunabulis typographicis Avancianae editionis titulo ſe decipi paſſus eſt.

Domitium quidem in multis ſecuti ſunt, qui primi integros in Propertium commentarios ſcripſerunt, quod & ipſe comparando didici, & J. Parrhaſius in Epiſt. III. p. 8. ſtomachabundus queritur; ſed tamen Antonius Volſcus, cujus commentarius prodiit anno 1488, vel jam anno 1482, ſi modo Maittairio fides habenda eſt, vetuſtos Codices multos conſuluit; & Philippus Beroaldus, qui jam anno 1486. in Propertium commentatus eſt, quamvis Domitium nominet, membranis & ipſe uſus eſt multis, iiſque valde bonis, tanquam Joannis Pici Mirandulani, quibus nullae dum vetuſtiores inventae ſunt.

Quid? hos ipſos viros eximios, Domitium, Volſcum, Beroaldum, quorum ego commentarios, licet multi errores adſperſi ſint, ob egregia tamen inventa prae nonnullis recentiorum admirari ſoleo; qui plurimos Auctores Veteres ex optimis manu ſcriptis Codicibus, quorum tum Italia plena erat, nobis exhibuerunt; hos, inquam, an ullo modo credibile eſt in Propertio edendo ſecutos eſſe Codices, e Pontani Codice derivatos, atque adeo ſua ipſorum aetate ſcriptos? Quidvis potius, quam hoc, mihi perſuaderi patiar.

Alios ſciens praetereo, ne Codicum & Editionum ſeriem videar pertexturus; nec inficias eo, recentiſſimos quoque poëtae noſtri Codices inveniri, qualem Mureti a. 1460. ſcriptum memorat Donnola de patr. Propert. §. LV., & qualis fuit D'Orvillianus primus anni 1473. aliique.

Editiones antiquas quod attinet, has omnes, ſi Venetam Principem & Brixienſem excipias, numero & pretio non contemnendo, habuit ditiſſima Burmanni bibliotheca. Secundam Venetam anni 1475, & illam Rhegii Lepidi anno 1481. impreſſam, ut & poſteriorum maxime inſignes, diligenter excuſſit. Quin & Vicentinam, anno 1481. a Joanne Calphurnio curatam, laudaviſſet Burmannus, ſi ſuas ipſe divitias noviſſet. Nempe poſſidebat exemplar, in quo

an

a glutinatore juncti erant Catullus Brixienſis anni 1486. cum commentario Parthenii, Tibullus cum commentario Cyllenii Venetiis 1487, Propertius ſine commentario locoque & anno impreſſionis; ſed dum ad ſignaturas a Tibullo ad Propertium interruptas non attendit vir, ceteroquin in hiſtoria literaria & librorum notitia Eruditorum, qui una vixerunt, forte Princeps, editionem commentus eſt Venetam anni 1487. quae nulla unquam fuit, ne inter Beroaldinas quidem, quarum prima Bononiae hoc anno prodiit, & adſervatur in inſtructiſſima Leidenſi bibliotheca.

Quas autem lectiones Burmannus Venetae 1487. tribuit ad I. Eleg. 2. v. 2. II. 2, 63. III. XI. 39. & alibi, ego in Vicentina ipſe vidi; Tu igitur hanc illi ubique ſubſtitue, & Venetis anni 1487 omnem fidem abroga. quando vero Burmannus *utramque Venetam* laudat, ut ad IV. 1, 24. IV. 2, 27. & ſaepe alibi, intellige Venetam 1475 & Vicentinam.

Multum quoque verae Propertii lectioni indagandae, vel receptae confirmandae, faciunt, quae ex vetuſtis commentatoribus, Grammaticis aut Criticis enotata & nunc primum Poëtae noſtro adhibita ſunt; in quo labore diligentiam Burmanni nemo facile adaequaverit. Eminent inter haec Neſtoris Vocabularium, Alberti de Eyb Margarita Poëtica, Mirandulae Viridarium, Latini Latinii Variantes.

Ne vero quid dicam de Editoribus Interpretibusque, qui Burmannum praeceſſerunt, in quorum notis emendationes paucas invenias, quarum Burmannus non meminerit; ne memorem tot viros eruditos, multos etiam primi ordinis Criticos, qui poſt Broukhuſii editionem plurima poëtae hujus loca tractarunt; ut omittam, praeter hos Burmannum infinita Propertio attuliſſe, quae Viri Docti in commentariis ad alios Auctores, vel in diſſertationibus, antiquas literas ſpectantibus, ad hunc emaculandum, vel illuſtrandum contulerant; Illud omnino omittendum non videtur, dote maxime inſigni hanc editionem locupletaſſe Burmannum ex theſauris ſupellectilis ſuae literariae, ex quibus antea nunquam editas, aut edi-

tis uberiores, depromſit Conjecturas vel Obſervationes JOANNIS AURATI, JANI DOUZAE, Patris, ISAACI VOSSII, LUCAE FRUTERII, JANI GRUTERI, C. F. AYRMANNI, BURMANNI Patrui, HADRIANI RELANDI, FRANCISCI OUDENDORPII, GUIL. VLAMINGII, HEINSIANA, FRANCIANA, BROUKHUSIANA, editis multo plura, &, quae inter praecipua cenſendae ſunt ornamenta, MARKLANDI & HEMSTERHUSII Conjecturas & Obſervationes. Hujus notas, olim ad Vlamingium per epiſtolam miſſas, Cl. Schradero debuit Burmannus; Illius, tanto ingenio dignas, D'Orvillii filio. Praeterea, uti eruditi harum regionum fere omnes familiari & amico utebantur Burmanno, ita multi illorum, vel per ſermones, vel per literas, de Propertianis verſibus ſententias ſuas cum illo communicaverunt, quas ipſe notis addidit. Ex his nominaſſe ſuffecerit RUHNKENIOS, SCHRADEROS, CANNEGITEROS, WASSENBERGIOS, HELVETIOS, ELDIKIOS, ut alios taceam.

In verbis poëtae exhibendis, ſive textu, quem vocamus, raro a Broukhuſio diſceſſit Burmannus; quamvis aliquot ejus conjecturas, Heinſianas quoque, relegarit. Tranſpoſitiones verſuum & elegiarum a Scaligero factas, adoptavit omnes, illiſque acquieſcendum putavit, quia ſecundum hunc ordinem nunc plerumque adferuntur loca Propertii, confuſionis vitandae cauſa (vide ad Lib. II. Eleg. 3.) Harum licet nonnullas vehementer probaret, & ipſum Scaligerum ſemper veneraretur, in progreſſu tamen operis ſe hujus inſtituti adeo poenitere, ſaepe mihi confeſſus eſt, ut, ſi res eſſet integra, mutaturus eſſet conſilium.

Indices, rite confectos, ſub patris auſpiciis jam inchoatos, acceptos refer, Erudite Lector, induſtriae Franciſci Petri Burmanni, Petri noſtri filii; qui felici ingenio, cujus ſemina in eo agnoſcimus, utinam Parentem, quod non deſperamus, aliquando exprimat, ejusque deſiderium leniat! Ex his autem indicibus videbis hoc commentario non tantum Propertio, ſed aliis etiam multis Auctoribus lucem & medelam allatam eſſe. Vale.

LIVI-

LIVINVS MEYERVS

E SOCIETATE JESU,

ELEGIARVM LIBRO IV. Eleg. I.

Callimachi cupiat ſi quis cognoſcere manes,
Umbri reſpiciat nobile vatis opus.
Hic Latio Graias docuit ſermone Camoenas
Poſſe loqui, Muſas inſtituitque rudes.
Non mihi fas tenerum tecum conferre, Properti,
Naſonem, aut a quo Delia nomen habet:
Aut aliquem invidia veterum perſtringere vatum.
Abſit ab ingenuis verſibus iſte furor!
Litem alius moveat triplici de carmine judex,
Cuique volet palmam, ſertaque prima ferat.
Hactenus arbitrium prudens ſuſpendit Apollo,
Noluit &, Muſas vincat ut una duas.
Pïëridesque Deae vatum tria nomina gaudent
Aeternis Pindi ſcribere corticibus.
Ite pares a me: vario tamen ore, Properti,
Neſcio quid nobis dulce Poëta canis.
Et ſive Jönio victrices aequore puppes
Concinis: Jöniis Muſa ſuperbit aquis.
Sive triumphato ſcandis Capitolia Nilo:
In niveis victrix Muſa triumphat equis.
Seu reſponſuris illidis carmina ſaxis:
Reddita vocali carmina rupe ſonant.
Sive canis ſilvas. Silvae ſentire videntur,
Et flectunt virides ad tua verba comas.
Et tibi ſubſultant teneri cum matribus agni,
Paſtor ut argutis ludis arundinibus.

Et

Et modo neſcio quid tumido grave pectore ſpiras,
Nunc teris imparibus mollia prata rotis.
Quidquid habet varium Natura, Propertius aequans
Carmine, nativo cuncta colore refert.
Quid referam teneros, vates quibus uritur, ignes?
Ah nimis ex vero turpis amator erat!
Me miſerum! hac una peccarunt parte Poëtae.
Cetera divini plena decoris habent.
Dum domitum bello Euphratem, Craſſoſque piatos,
Vectaque trans Tigrim Caeſaris arma canit:
Arduus in nubes & majeſtate verendus
Fertur, quoque ſolet Jupiter ore, tonat.
Utque canit, Latius ruit in certamina miles,
Et Furiae circum tympana pulſa volant.
Idem inter virides aeſtivo ſole cicadas
Cantat, & ad cytiſos paſtor oveſque redit.
Scilicet huic omnes numeros conceſſit Apollo,
Plenius & nulli Delphica favit humus.
Nec tibi diſpliceat ſi quando abruptus, hianſque,
Nec ſemper leni tramite verſus eat.
Crede mihi, placet aſperitas in carmine, quando
Aſpera res verbis materieſque ſubeſt.
Aſpice Naturam, nihil eſt ornatius illa,
Et tamen haec diſpar, diſſimiliſque ſibi eſt.
Flore nitet tellus, eadem quoque ſentibus horret.
Hic nemora, hic montes, hic ſata laeta vides.
Aſpice currentes variis erroribus amnes,
Quos patriis feſſos accipit aequor aquis;
Non ſemper placido labuntur flumina tractu,
Saepe ſtrepunt raucis turbida vorticibus.
Felix! qui potuit naturam claudere verſu,
Et rebus facies arte referre ſuas.

SEX.

SEX. AVRELII PROPERTII CYNTHIA.

Liber Primus.

SEX. AVRELII PROPERTII CYNTHIA.] Hanc inſcriptionem omittunt Leidenſis primus & ſecundus, primus Voſſianus, unusque ex meis Codicibus. SEXTI praenomen in ſecundo D'Orvilliano deſideratur. INCIPIT MONOBIBLOS PROPERTII AVRELII NAVTAE AD TULLUM in Voſſiano altero. PROPERTII LIBER PRIMUS INCIPIT AD TVLLVM in tertio ejuſdem Voſſii. AVLI PROPERTII VMBRI ELEGIA AD TULLVM in quarto Voſſiano. INCIPIT MONOBIBLOS PROPERTII AVRELII NAVTAE in veteri codice, cujus collationem ed. Aldinae an. 1515 adſcripſerat Antonius Perrejus. SEX. PROPERTII NAVTAE MONOBIBLOS AD CYNTHIAM in Excerptis Scaligeri ex Cod. Vaticano. AVRELII PROPERTII NAVTAE VMBRI INCIPIT LIBER ELEGIARVM, VEL CYNTHIA, in primo D'Orvilliano, in quo ab alia manu MONOBIBLOS AD TVLLVM. in ejusdem ſecundo Codice etiam praefigitur, AVRELII PROPERTII POETAE CLARISSIMI MONOBYBLOS INCIPIT. & ab alia manu MONOBIBLOS AD TVLLVM. & ſic in aliis Codd. MSS. Notum eſt illud NAVTAE cognomen, quod in nonnullis Codicibus additur, poëtae perperam adhaeſiſſe ex mendoſo loco Lib. II. El. 19. 24. *quamvis non ita dives eras.* ubi male ſcripſerant librarii *navita dives eras.* quod ab aliis dudum notatum eſt. SEX. AVRELII PROPERTII CYNTHIA. MONOBIBLOS veram olim huic primo libro inſcriptionem fuiſſe recte cenſet Broukhuſius, prolato Martialis loco Lib. XIV. Ep. 187. cujus lemma in variis Codd. MSS. quorum apud me Excerpta, eſt MONOBIBLOS PROPERTII,

Cynthia facundi carmen juvenale Properti.

unde titulum fuiſſe, SEX. AVRELII PROPERTII IVVENALIS MONOBIBLOS exiſtimabat Scaliger in notis ad Catalecta pag. 5. ſed illud *carmen juvenale* verſus extendendi tantum gratia a Martiale dicitur, & inſcriptionis ſimplicitas exigit CYNTHIA, MONOBIBLOS. Idque Patruus meus probabat ex loco Ovidii Rem. Am. vſ. 764.

Carmina quis potuit tuto legiſſe Tibulli,
Vel tua, cujus opus CYNTHIA *ſola fuit.*

& CYNTHIA hujus libri titulum eſſe indicat ipſe Propertius Lib. II. El. 18. v. 82.

Tu loqueris, quum ſis jam noto fabula libro:
Et tua ſit toto CYNTHIA lecta foro.

hoc ſua imitatione ſecutus eſt Janus Secundus, cujus Elegiarum Liber primus inſcribitur, IVLIA, MONOBIBLOS, ſive ELEGIARVM LIBER PRIMVS. ſic D. Heinſius libro Elegiarum ſingulari hunc eumdem titulum praefixit MONOBIBLOS, p. 182. Poëmat. & Vincentius Fabricius, in cujus Carminibus eſt ELEGIARVM JVVENILIVM MONOBIBLOS. Sed praecipue Dan. Heinſius illo Elegiarum libro ſeparato genium Propertianum, Graecos feliciter exprimentem, adſecutus eſt, & ad illius exemplum frequentius polyſyllaba in pentametri verſus fine adhibuit, quam in reliquis Elegiis, quod hoc in libro etiam fecit Propertius, licet illis etiam non raro utatur in ſequentibus libris. vide ipſum Heinſium in Monobibli Dedicatione P. Scriverio inſcripta, & quae dixi in Praefat. ad Lotichium. Sub *Cynthia* a Propertio amata latere Hoſtiam, feminam eruditam, & arte poëtica ad exemplum Avi ſui Hoſtii inſignem, (vide Broukh. ad Lib. I. El. 2. 27.) communis virorum doctorum ſententia eſt. Idque firmat Scholiaſtes ineditus Juvenalis ad Sat. VI. vſ. 7. cujus verba adfert Barthius Lib. LVI. Adv. cap. 3. *Cynthia Propertii amica ſumtuoſa, proprio nomine Hoſtia dicebatur.*

tur. Errat enim Paſſeratius, qui putat *Hoſtiliam* dictam fuiſſe. Errat autem ideo, quia id repugnat poëtarum veterum conſuetudini, qui ſemper in fictitiis amicarum nominibus, quas carminibus ſuis celebrabant, eaſdem ſyllabas, numeros, & quantitatem veri nominis obſervare ſolebant. vide Gevart. ad Statium p. 58. & eruditam Bentleji notam ad Horat. Lib. II. od. 12. 13. ſic *Lesbia* Catulli pro Clodia, *Delia* Tibulli pro Plania vel Flavia, Corn. Galli *Lycoris*, vero nomine Cytheris, *Perilla* Ticidae pro Metella, *Licymnia* pro Terentia. quales recenſet Apulejus in Apologia pag. XI. ed. Pricaei: *eadem opera accuſent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit; & Ticidam ſimiliter, quod, quae Metella erat, Perillam ſcripſerit; & Propertium, qui Cynthiam dicat, Hoſtiam diſſimulet: & Tibullum, quia ei ſit Plania in animo, Delia in verſu.* ubi Pricaeus dubitare videtur an *Hoſtiliam* praeferat, quia *Hoſtiliae* cujusdam mentio fit in vetuſta, quam profert, Inſcriptione; vano certe argumento, tamquam *Hoſtiorum* familia non aeque nota eſſet in antiquis monumentis, quam *Hoſtiliorum.* vide Glandorpii Onomaſt. pag. 407. ubi Hoſtiam hanc, Propertio ſub Cynthiae nomine amatam, etiam *Hoſtiis* accenſet: & fuiſſe filiam illius *Hoſtii*, qui bellum Iſtricum deſcripſit ſub Jul. Caeſare, cujus poëmatis fragmenta apud Feſtum, Servium, & Macrobium exſtant, cenſet Voſſius Lib. I. de Hiſt. Lat. cap. 16. Sed illius neptem fuiſſe videbis apud Broukh. ad Lib. III. El. 18. v. 8. Non minus igitur errant, qui ſub Corinnae nomine ab Ovidio Juliam Auguſti amatam volunt, eademque de cauſſa redarguendi ſunt, qui in loco Apuleji, quem modo adſcripſi, male legunt *Planca*, ut Ayrmannus in vita Tibulli §. LXXIII. p. 103. perperam etiam alii repoſuerunt *Plantia*, pro Plania, ſeu Delia, quod recte ei vindicavit Broukhuſius ad Tibulli Lib. I. El. 1. 57. pag. 24. de *Perilla* Ticidae, quae Metella eſt, vide notas ad Ovid. II. Triſt. 437. recte igitur Ang. Politianus in Nutriciis v. 543. ubi de Tibullo & Propertio:

——— ut terſi memorat pia Muſa Tibulli,
Muſa ſibi primos quae jure adſciſcat honores
Inparibus numeris; ni blanda Propertius ora
Solvat, & ambiguam faciat certamine palmam.
Plania materiam teneri dat & Hoſtia cantus.

Ceterum gens Propertia apud veteres celebratiſſima eſt, & in lapidum Inſcriptionibus frequenter occurrit. quarum duas produxit Broukhuſius, ſed plures Thaddaeus Donnola in libro de Patria Propertii pag. 130 & ſeqq. *Sex. Propertii* mentio fit apud Cic. pro domo cap. 19. *Propertius Celer*, praetorius, memoratur Tacito Lib. I. Ann. 75. quin & Vejentum Rex Propertius ex Catone apud Serv. ad Virg. VII. Aen. 697. Q. PROPERTIVS SECUNDVS in lapide apud Smetium pag. CXXVIII. & Gruter. pag. MCCCCLII. 4. C. PROPERTIVS HALGIVS apud Murator. Tom. I. pag. LIII. 2. Q. PROPERTIVS Q. F. FAB. & C. PROPERTIVS IIIVIR Tom. II. pag. DCCXXXVIII. 2. C. PASSENIO C. F. SERG. PAVLLO PROPERTIO BLAESO Tom. III. pag. MDCCXXIII. 4.

De Propertii patria ſtatuuntur vulgo quinque Umbriae civitates *Mevania*, *Ameria*, *Peruſia*, *Aſſiſium*, & *Hiſpellum* contendiſſe, quibus duas alias adjecerunt nonnulli, ut inplerent numerum ſeptem urbium de Homeri natalibus certantium. Mevaniam plurimi fecerunt, eoſque inter Torrentius ad Suet. Calig. cap. 43. ut Propertium pro Mevanienſi ſe habere ſcripſit etiam Broukhuſius initio notarum. Amerinum facit Scaliger, probante Barthio ad Stat. I. Sylv. 2. 253. Sed controverſiam omnem diremit monumentum inſigne Tabulae vetuſtiſſimae, Hiſpelli in Umbria an 1722. repertum, cujus Inſcriptio eſt apud Murator. pag. MCDLV. 1. SEXT. AVREL. PROPERT. SEXT. F. LEM. unde Propertii patria, nomenque patris & tribus fuit erutum. Illud ipſum aeri incidi, & a mendis nonnullis purgari curavit Ferdinandus Paſſerinus, addita Tabulae notitia, quae unam alteramve paginam quia tantum continebat, illam ex typis deſcripto, ſed paucis viſo, exemplari, hic inſerere operae pretium exiſtimavi. De eodem hoc monumento egit Bern. Montfauconius in Supplemento Antiqq. Tom. III. Lib. I. Cap. 4. pag. 17--23. ubi Paſſerini & Fontanini in illud obſervationes, typo quoque Tabulae ipſius exhibito, retulit, variaſque illorum opiniones, an caput Apollinis, vel ipſius Propertii ſit, & a poëta hic lapis in villa ſua fuerit poſitus, cujus poſſeſſor deinde L. COMINIUS ſuum quoque nomen ſuperpoſuerit, an vero ſepulcrale Propertii ſit monumentum, recenſuit. Hiſpellum vero Propertii patriam fuiſſe, multis argumentis probavit Thaddaeus Donnola, Ictus Hiſpellenſis, rariſſimo libro *de Patria Propertii*, quem Fulginiae in Umbria editum, forma quarta, an. 1629. fruſtra ſe quaeſiviſſe, & numquam oculis uſurpaſſe fatetur Broukhuſius: mihi illum comparare contigit, eumque ex prima editione huic operi ſubjunxiſſem libenter, niſi bono conſilio hoc opuſculum Vitembergae anno hujus ſeculi XIII. recudi, ſubjectis notis ſuis, curaſſet eruditiſſimus Henr. Leonardus Schursfleiſchius.

H I S P E L L V M

Splendidiſſima olim

C O L O N I A J V L I A,

P R O P E R T I I

Clariſſimi Poëtae PATRIA.

Ex vetuſtiſſima Tabula ſilicea ibidem detecta
die VI Junii MDCCXXII.
cujus icon ſubjicitur.



„ Quum illuſtriſſima, atque excellentiſſima D.
„ Tereſia Pamphilia, ſingulari comitate non mi-
„ nus & eruditione, aliiſque animi ſui dotibus
„ ſpectabilis admodum, quam gentis familiae-
„ que ſuae magnitudine & ſplendore ſatis cuique
„ nota, domum ſuam quamdam Hiſpelli ſitam
„ reparari mandaſſet, neſcio quo fato conti-
„ git, ut dum area interior expurgabatur, tabu-
„ la quaedam e duro ſilice, ſaxis herbiſque coo-
„ perta, ac muro ejusdem areae adhaerens de-
„ tegeretur. Ea enim pervetuſtis characteribus
„ inſculpta, SEX. AVRELII PROPERTII
„ nomen ac patriam, ibi LEMONIA tribu de-
„ ſignatam, prae ſe fert. Quo certiſſimo omnium
„ teſtimonio tam variae de hujus clariſſimi poë-
„ tae patria, Petri Criniti ſcilicet, Joſephi Sca-
„ ligeri, Juſti Lipſii, Lilii Gyraldi, Joannis
„ Paſſeratii, aliorumque doctiſſimorum virorum
„ opiniones omnino corruunt, & Thaddaeo Don-
„ nolae, viro item pereruditо, qui Hiſpellum
„ PROPERTII patriam aſſeruit, ac totus pro
„ Hiſpello fuit, primas deferre cogimur. Hoc
„ enim lapide non Aſſiſium, non Fulginiam,
„ non Mevaniam, non Montefalchium, prae
„ ceteris non Trebiam STELLATINA, non
„ Ameriam SERGIA, non Peruſiam TRO-
„ MENTINA, ſed Hiſpellum LEMONIA,
„ tribu nempe, in lapide expreſſa, verum ac
„ genuinum PROPERTII noſtri patrium ſolum
„ fuiſſe docemur.

„ Cui maxime adſtipulari videtur locus, qui
„ amoeniſſimus & oleis conſitus haud longe a
„ porta S. Barbarae, vulgo *della Montagna*,
„ Hiſpelli exſtat. Is enim ad noſtra uſque tem-
„ pora POETA dicitur. Illic vero PROPER-
„ TII villam exſtitiſſe, cujus rudera viſuntur
„ adhuc, & loci ipſius denominatio, & vetus tra-
„ ditio facile ſuadent. Hinc diſtichon ibidem:

Seito hoſpes: fama hic circum jam rura PROPERTI:
Hucque axis ſcandens, hincque POETA *locus.*

„ Ex quo nunc fit, ut ad ejus fundi, ſeu vil-
„ lae ſe poſſeſſorem ac dominum deſignandum,
„ ipſummet PROPERTIVM monumentum is-
„ tud poſuiſſe, & ſequioribus inde temporibus
„ in eandem domum, ubi modo repertum fuit,
„ tranſlatum eſſe pro certo habeamus. Nec nos
„ conjectura falli credimus; quandoquidem tam
„ domus ipſa, ubi lapis iſte inventus eſt, quam
„ fundus etiam ille, unde in eandem domum de-
„ latum fuiſſe putamus, & qui, ut diximus,
„ POETA nuncupatur, ad eosdem dominos,
„ nempe ad nobilem familiam de Urbanis ex
„ Comitibus acutis, olim pertinuit.

„ Ad nomen L. COMINII quod attinet, in
„ ſummitate hujus lapidis, ac ſupra crinitum
„ Apollinis caput, rudioribus literis inſculp-
„ tum, alio quidem tempore additum fuiſſe, ex
„ non iiſdem ipſis characteribus obſervamus: quo
„ tamen inſtrui facile poſſumus, fundi ejuſdem
„ dominium, poſt ipſius PROPERTII obitum,
„ ad hunc *L. Cominium* deveniſſe, qui tanti ſui
„ deceſſoris memoriam venerans, abolitam eam
„ noluit, ſed nomen ipſe ſuum in ea ſuperioris
„ lapidis parte tantummodo addens, illam quo-
„ que perpetuo duraturam eſſe voluit.

„ Interea ne univerſae literatorum reipubli-
„ cae tam inſigne ac praeclarum antiquitatis
„ monumentum, ſuaeque patriae decus, uti ſe
„ habet, diutius lateat, *Ferdinandus Paſſerinus*
„ illud recognitum, & a mendis nonnullis, qui-
„ bus coinquinatum nuper prodiit, diligenter
„ expurgatum, aeri incidi, atque iterum publi-
„ ci juris fieri curavit.

ELEG.

E L E G. I.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante Cupidinibus.

Tum

1. *ſuis miſerum me cepit ocellis.*] *me fecit* in ſecundo Voſſ. ſed bene Paſſeratius alterum *cepit* illuſtravit. vide ad Antholog. Lat. Tom. II. p. 494. Ovidius Epiſt. XVI. 132.

Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.

& Lib. XIV. Met. 372.

— per ô tua lumina, dixit,
Quae mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam.

& hic locus patrocinari poſſet illis, qui apud Ovid. II. Am. El. 16. 44. legunt,

Per me, perque oculos, qui rapuere, tuos.

ut eod. libr. El. XIX. 19.

Tu quoque, quae noſtros rapuiſti nuper ocellos.

apud noſtrum infra Lib. II. El. 2. 19.

Nec me tam facies, quamvis ſit candida, cepit.

ſic *capta puella*, *captus amator*, & ſim. vid. infra ad El XI. 29. *auferre* hoc ſenſu dixit idem Ovid. Epiſt. XII. 36.

Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

& hunc verſum decepiſſe librarios, ut Lib. III. El. 8. 15. ſcriberent,

Et qua primum oculos cepiſti veſte, Properti.

notavit illic Broukhuſius. ad hoc Propertii initium reſpicit Janus Secundus Lib. III. El. 16. 34.

Deliaque & Nemeſis, tortoque ſuperba capillo
Primus amor Latii Cynthia Callimachi.

2. *Contactum nullis ante Cupidinibus*] *libidinibus* perperam in nonnullis MSS. *intactum cupiditatibus* dixit Seneca Epiſt. XLI. *interritum periculis, intactum cupiditatibus.* Sed *Contactum* hic longe efficacius, pro vi numinis percuſſum & veluti abreptum. Ovidius Epiſt. IV. 50.

Aut quas ſemideae Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas adtonuere ſuo.

ubi *adtonare*, ut Lib. III. Met. 532.

Quis furor, anguigenae, proles Mavortia, veſtras
Adtonuit mentes.

ut recte Heinſius pro *Adtollit* reſtituit. III. Amor. El. 1. 64.

Jam nunc contacto magnus in ore ſonor.

quod male inprobat Tanaq. Faber in Epiſtolis Criticis Tom. I. pag. 151. vide illic N. Heinſii & Patrui mei notas. Lib. III. Triſt. 4. v. ult.

Proſpera ſic vobis maneat Fortuna: nec umquam
Contacti ſimili ſorte negetis opem.

Ammianus Marc. Lib. XIV. cap. 1. *nullo ſcelere contactus.* vid. Drakenb. ad Livium II. 5. 2. qui vero hic *antecupidinibus* conjuncta per hyphen voce legunt, eos invito Propertio rus horridum ingerere, recte cenſet Broukhuſius. id tamen Paſſeratio ſe probare potuit, tam hoc in loco, quam *antepararat* infra El. VIII. v. 36. *ſemper-amicus* El. XIII. 12. qui ſaepe alibi ſimilia conjungit: & placuit Sentflebio ad Catulli Phaſelum pag. 43. ejuſdem generis ſunt *ante-mala*, *ſemper-amans*, *ſemper-florens*, *ſemper-furor*, & plura, quae olim viris doctis adridebant. vide Scalig. ad Tibull. Lib. I. El. 4. 26. Gebhard. infra ad El. XVIII. 15. Schottum Lib. II. Obſerv. c. 42. & Lib. I. Nodor. Cicer. cap. 17. p. 298.

3. *Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus*] *conſtanti* Leidenſis alter a manu ſecunda. & ſic in ed. Venet. 1487. ut cum *mihi* connectatur. *conſtantes lumine faſtus* in cod. Palatino. J. Douſa P. *conſtanti* etiam legebat, & *faſtus* pro repulſa capiebat, in ſui exemplaris margine. quo ſenſu *faſtus* ſaepe apud Propertium. vide Lipſ. Lib. II. Var. Lect. cap. 22. Sed praefero *conſtanti faſtu*, ut innuat, Cynthiam, non vero Amorem, ut Paſſeratius, adſiduo faſtu ſuo lumina a ſe amoviſſe, & in terram dejeciſſe, & ſic imitetur Theocritum Idyll. II. 112.

Καὶ μ' ἐσιδὼν ἄστοργος, ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας.

Ovidius Epiſt. XI. 35. *Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos.* Queritur igitur, Cynthiam adſiduo faſtu ſuo lumina ſibi dejeciſſe, quemadmodum Cupido colla ſibi calcabat ſuperbo pede inpoſito, quod ſequenti verſu addit. verum Celeb. Hemſterhuſius in ſuis ad duos priores Propertii libros Animadverſionibus ineditis, ſub finem hujus

Vo-

Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus,

Et

Voluminis adjiciendis, verſum hunc ad Amorem potius quam ad Cynthiam referebat. deinde *dejectis* in cod. Borrichiano. *dejicere lumina* eſt prae pudore oculos humi figere, ut contra *tollere vultum*, de ſuperbis, & inflatis, ut bene expoſuit Paſſeratius, probante Broukhuſio. Sed ad hujus notam virgulae cenſoriae obelum adpoſuerat infenſus ejus hoſtis, Palaemon olim de grege Scholaſtico, notaveratque, *nemo ſane negavit dici*, tollere vultum; *ſed addidiſſe oportuerat exempla* τῷ dejicere lumina. & ideo conjecerat, *conſtantes dejecit numine faſtus*. infeliciter ſane. ſub ferulam igitur vocet Virgilium VI. Aen. 863.

Sed frons laeta parum, & dejecto lumina vultu.

III. Aen. 320.

Dejecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

Lib. XI. 480.

—— Lavinia virgo
Cauſſa mali tanti, oculos dejecta decoros.

& Ovidium Epiſt. XI. 35.

Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos.

& Lib. I. Am. 8. 37.

Cum bene dejectis gremium ſpectabis ocellis.

vide Heinſ. ad Lib. II. Amor. 4. 11. *κάτω βλέψας* eadem in re Daphnis apud Theocritum Idyll. VIII. 75.

Ἀλλὰ κάτω βλέψας, τὰν ἁμετέραν ὁδὸν εἷρπον.

demittere lumina eidem Naſoni Epiſt. XVI. 225.

Lumina demitto, cum te tenet artius ille.

ſic *dejicere aures* Claudiano Lib. I. in Eutrop. 136. ubi vide N. Heinſ. quod *demittere* dixit Horatius Lib. I. Sat. 9. 20.

Demitto auriculas, ut iniquae mentis aſellus,
Cum gravius dorſo ſubiit onus.

demiſſis cervicibus ire dicitur noſtro Lib. II. El. XI. 11.

4. *Et caput impoſitis preſſit Amor pedibus*] Hoc eleganter imitatus eſt Ovidius Rem. Am. 530.

Mollior es, nec abire potes, vinctuſque teneris,
Et tua ſaevus Amor ſub pede colla premit.

ubi *tenet* in cod. MS. Huydecop. ut Epiſt. IX. 12.

Plus tibi, quam Juno, nocuit Venus, illa premendo
Suſtulit, haec humili ſub pede colla tenet.

ſed *premit* tam ex hoc loco firmatur, quam ex lib. VII. Met. 425.

Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit.

premendi verbo de Amore etiam eleganter uſus eſt noſter infra El. IX. v. 24.

Nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

ſic *pedem collo impreſſum* dixit Virgil. XII. Aen. 357.

Semianimi lapſoque ſupervenit, & pede collo
Impreſſo, dextrae mucronem extorquet &c.

calcare pede impoſito Ovidio Lib. V. Triſt. El. 8. 10. *Impoſito calcas quid mea fata pede.* & ſic Amor ipſe de ſtatua ſua a Praxitele facta gloriatur in Epigrammate Juliani Lib. IV. Anth. Gr. Tit. XII. Ep. 52. p. 470.

Κλίνας αὐχένα γαῦρον ὑφ' ἡμετέροισι πεδίλοις
Χερσί με ληϊδίαις ἔπλασε Πραξιτέλης·

quod ſic vertit Grotius:

Praxiteles famulante manu me fecit Amorem,
Sub pedibus preſſus colla ſuperba meis.

Omnia autem hic captivitati propria vocabula ſunt, *cepit ocellis*, *dejecit lumina*, & *caput preſſit pedibus impoſitis.* quae pluribus coloribus venuſte depingit infra Lib. II. El. 23. 59.

Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amanti,
Et gravis ipſe ſuper libera colla ſedet.
Excubat ille acer cuſtos, & tollere nuſquam
Te patietur humo lumina capta ſemel.

forte reſpiciens illud Bionis Idyll. II. in fine, ubi Amorem capiti inſidentem ſic deſcribit:

Οὗτος ὁ νῦν φεύγων καὶ ἐπάλμενος αὐτὸς ἀφ' αὐτῶ
Ἐλθὼν ἐξαπίνας κεφαλὰν ἐπὶ σεῖο καθιξεῖ.

iſta Propertiana ſic imitatus eſt antiquis par poëta Sannazarius Lib. II. El. 7. 13.

Inſtat ſaevus Amor, reficitque in cote ſagittas,
Nec patitur preſſo colla movere jugo.
Et licet aſſiduis tabeſcant pectora curis,
Quaerimus, unde queant tanta venire mala.

quae ultima etiam adhaerent noſtro Lib. II. El. 1. 76. de Amoris vulneribus,

Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala, caeca via eſt.

Ut autem Cupidinem hic deſcribit poëta *pede proculcantem*, & *inſtantem* illis, quos captivitati ſuae

Et caput inpoſitis preſſit Amor pedibus.

Do-

ſuae mancipavit, ita de Fato, cunctis incubante, in Inſcriptione, quam inter Spuria retulit, ſed vitioſiſſime edidit, Gruterus, pag. XXIII. 19. MORS. CVNCTA. CALCAT. SVPPEDITAT. quae ſic caſtiganda, MORS CVNCTA CALCAT SVB PEDE. INSTAT. ut conjeci ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 169. Cupido ipſe apud Statium Lib. I. Sylv. 2. v. 83. & ſeqq.

Ex illo quantos juvenis premat anxius ignes
Teſtis ego, adtonitus quantum me nocte dieque
Urguentem ferat. haud ulli vehementior umquam
Incubui, Genetrix, iterataque vulnera fixi.

quae his Propertianis illuſtrat Barthius, quem etiam vide Lib. III. Adverſ. c. 14. ubi plura in hac prima Elegia percurrit & exponit. talis Cupido *ſuper colla ſedens* Herculis, & *ſupra caput inſtans* cernitur in eleganti iaſpide Regia apud Mariettum Tom. II. Lapidum Inciſorum N. LXXXI. & huc refer nummum antiquum, in quo Herculis *caput inpoſito pede premit* Cupido, apud Schlaegerum de Nummo Alex. M. cap. VIII. Tab. I. N. 6. talem quoque Herculis, Cupidinem tergo geſtantis, ac prope ſuccumbentis, imaginem antiquam ante oculos habuiſſe videtur Janus Secundus, cum ſcriberet Epigr. IV. imitatione Ovidiana conpoſitum:

Ante quibus coelum fuerat leve pondus, iisdem
Nunc gravis eſt humeris ſarcina, parvus Amor.

Ceterum ut paſſim Propertius ex Graecorum fontibus, praecipue in hoc Monobiblo, ſuos deduxit elegantiarum rivos, ita totum hujus Elegiae initium debetur Meleagro, epigrammatographorum omnium vetuſtiſſimo, cujus verſus Graecos produxit D'Orvillius ad Chariton. p. 526. & poſt eum Cl. Valckenarius ad Euripid. Hippol. v. 525. qui & hic merentur legi,

Τὸν με πόθοις ἄτρωτον ὑπὸ ϛέρνοισι, Μυΐσκος,
Ὄμματι τοξεύσας, τοῦτ' ἐβόησεν ἔπος.
Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ. τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.
Τῷ δ', ὅσον ἀμπνεύσας, τόδ' ἔφην, φίλε κοῦρε, τί θάμβος;
Κ᾽ αὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

idque epigramma his numeris Latinis interpretari conabar:

Vulnere me nullo laeſum jaculatus ocellis,
Crudaque percutiens corda Myiſcus, ait;
Captivum teneo: turgentia lumina faſtu,
Sceptrigerique premo ſub pede colla Sophi.
Reſpirans, nil, care puer, mirabile, dixi:
Deduxit ſupera ſede Cupido Jovem.

cum quibus conferendum eſt illud Pauli Silentiarii, Lib. VII. Antholog. Gr. Ep. 40.

Ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἡδὺν ἐν ἥβῃ
Οἰστροφόρου Παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος,
Γυιοδόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων,
Αὐχένα σοι κλίνω Κύπρι μεσαιπόλιος
Δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι Παλλάδα νικᾷς.
Νῦν πλέον ἢ τοπάρος μήλῳ ἐφ' Ἑσπερίδων·

quod ſic vertit Hugo Grotius,

Ille ego, qui quondam, dum ver mihi floruit aevi,
In Paphiae leges corde rebellis eram;
Ille ego, qui vixi telis intactus Amorum,
Submitto ſenior jam tibi colla, Venus.
Suſcipe me rideque, magis jam Pallada vincis,
Quam cum de malo lis fuit Heſperidum.

& ejuſdem Silentiarii Ep. 49. quod totum producam ad Lib. II. El. 9. 14.

——— ἔξοτε γάρ μοι
Λὰξ ἐπιβὰς, ϛέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
Ἀσεμφὴς, ἀδόνητος ἐνέζεται. οὐδὲ μετέστη,
Εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων·

id eſt, ex ejuſdem verſione,

——— *nam ferus ex quo*
Inpoſito preſſit pectora noſtra pede;
Inſidet immotus;

ubi hunc Propertii verſum adfert Brodaeus. & Elegiae hujus initium inter recentiores poëtas imitati ſunt Janus Secundus Lib. III. Eleg. 3. prope finem:

Cynthia deinde potens oculis jaculantibus ignem,
Subſequitur Coa mobilis in tunica.
Haec domuit fortem, tactumque Cupidine nullo,
Et faſtus ſpolium celſa tuentis habet.

Nicolaus Grudius, Jani Secundi frater, Lib. I. El. 1. pag. 3. hac poëtae ipſius laudatione;

Alter & ornati blandique Propertius oris,
Quem victum dominis preſſit Amor pedibus,
Ut rigidum, vacuoque parantem vivere lecto
Cepit prima ſuis Cynthia luminibus.

& Dan. Heinſius in Monobiblo Eleg. VI. ad Jan. Rutgerſium, pag. 216. Poëm.

Nec modus aut blandi carmen recitare Properti,
Quem levis inpoſitis preſſit Amor pedibus.
Sive illum molli defixit Cynthia ſomno,
Horrentem notae jurgia ſaevitiae. & ſeqq.

5. Di-

Donec me docuit caſtas odiſſe puellas
    Inprobus, & nullo vivere conſilio.
Et mihi jam toto furor hic non deficit anno,

Quum

5. *Donec me docuit caſtas odiſſe puellas*] *caſtas docuit odiſſe* in primo & tertio Voſſiano, Heinſiano, meoque primo codice. *caſtas puellas* praeter Paſſeratium, & Philip. Sylvium, Delphinicum Interpretem, *pudicas* etiam exponit Jo. Ant. Vulpius, qui Barthii explicationem & Broukhuſii adſenſum repudians, ideo Propertium dicit *caſtas*, ſeu probas, *odiſſe puellas, quia illae minus obſequentes amantibus ſunt.* additque cenſoriam hanc notam: *Egregiam doctrinam accipiunt homines a nequiſſimo ludimagiſtro: Diſcunt intemperantiam, dediſcunt pudorem, obſequio feminarum delectantur, oderunt difficiles & caſtitatis retinentes.* Hoc ſcilicet ſupercilio inſectari oportebat Propertium, ut *omnibus notum faceret, ſe hujus poëtae explicationem non ſuſcepiſſe, ut juventutem corrumperet, vel digitum ad lupanar intenderet, ſed potius, ut ex poëtarum flagitiis aliquid bonae frugis eliceret, quod juvare legentes poſſet, non perdere,* ut ſcribit in notis ad Lib. II. El. 2. 27. prioris edit. ſed in altera ad Lib. II. El. 3. 18. ubi in ſaltationem, veluti libidinis incitamentum, graviter invehitur. neque minori ſapientia Iſ. Verburgius editioni Broukhuſianae tam hoc loco quam huj. libri Eleg. XI. v. 29. adſcripſerat, *caſtas puellas* dici, *quae uni amatori tantum inſerviunt, ſive non omnem ſed vagum amorem aſpernantur.* & ideo hoc in loco Propertium *odio habere puellas caſtas, quia amare ceperat Cynthiam nuptam, & uno viro contentam.* Barthius Lib. III. Adv. 14. quum in initio ad Muſas retuliſſet, in fine tamen illius capitis, ſui oblitus, videtur eodem modo intellexiſſe, quum ait, *nam ſe alias quoque amaſſe fatetur. eo ſpectat, ut poſt Charybdin in* Scyl*lam incidiſſe dicat.* Sed miſſis his intempeſtivis Catonibus, ſequamur potius judicium Jani Broukhuſii, qui ejusmodi Cenſores irridens iis regerit, *& nos etiam querimur de obſcoenitate veterum poëtarum? ſcilicet poſtquam iis noſtram dedimus mentem.* per *caſtas* nimirum *puellas* Propertium hic Muſas & Minervam intelligere, certum eſt, quibus ſe valedixiſſe, & jam *nullo conſilio vivere* profitetur, poſtquam Cupidini in praedam ceſſerat. recte Ayrmannus hic quoque *caſtas puellas* exponit Caſtalias, ſeu Muſas, in Sylloge Emend. Critic. Giſſae an. 1727. edita. & ſic libro ſuo adſcripſerat Marklandus, *negligere ſe docuit Muſas, ex quo fere ſequitur, nullo vivere conſilio.* pariter Tibullus Lib. II. El. 4. 15.

Ite procul Muſae, ſi nil prodeſtis amanti,
Non ego vos, ut ſint bella canenda, colo. &c.
Ad dominam faciles aditus per carmina quaero;
Ite procul Muſae, ſi nihil iſta valent.

6. *& nullo vivere conſilio*] *vincere* male in Menteliano, aliiſque codd. imitatus eſt Sannazarius Lib. II. El. 7. 62.

At nos incertis caeci jactamur in undis,
Ducimus & nullo tempora conſilio.

Sidronius Hoſchius Lib. I. El. 4.

Vivimus incerto multi, pars maxima nullo
Conſilio: pauci, quo vocat uſus, eunt.

& hunc Propertii locum in animo habebat Pamphilus Maurilianus, ſeculi XV poëta, in Prologo ante Elegias de Arte Amandi, ut in meo Cod. MS. legitur,

Ergo loquar Veneri, Venus eſt mors vitaque noſtra,
Ducunturque ſuis omnia conſiliis.

Rutilius Lupus pag. 38. ed. noviſſ. *Nimirum nullo conſilio filios procreamus.* quod recte pro *temere* exponit Cl. Ruhnkenius.

7. *Et mihi jam toto furor hic non deficit anno*] *totis annis* duo Voſſiani & Heinſianus. *totos annos* in Voſſ. tertio, & pro diverſa lectione ſuperſcript. *totis annis.* *totos annos* adfert Voſſ. de Conſtruct. cap. 34. *ſufficit* in cod. Regio. Heinſius in notis ad Propertium, quas ejus Adverſariis Criticis ſubjunxi, pag. 654. legebat, *Et me jam toto f. h. non def. anno*, vel, *Et mihi jam totum f. h. n. deficit annum*, aut *toto non deſit in anno.* Si quid mutandum, praeferrem primam Heinſii emendationem, *Et me jam toto furor hic non deficit anno.* quia ſimiliter apud noſtrum Lib. I. El. 8. 23.

Nec me deficiet nautas rogitare citatos.

ubi vide Paſſeratium. apud Tibullum Lib. IV. Carm. I. 4.

——— *meritas ſi carmina laudes Deficiant.*

Ovidius Lib. I. Am. 8. 93.

Cum te deficient poſcendi munera cauſſae.

ut

Quum tamen adverſos cogor habere Deos.
Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores

10. Sae-

ut pro *tibi* reſtituit Heinſius, & optimo aevo ſic locutos veteres oſtendit. adde Voſſium de Conſtruct. cap. XXXIV. pag. 448. & Heinſ. ac Drakenb. ad Silium Ital. VIII. 661. vulgatae Propertii lectioni adhaeſit Janus Secundus Lib. I. Eleg. 3. 33.

Nec mihi deficiat calor hic hiemantibus annis,
Nec, me cum tenebris obruit atra dies.

quod emendandum monuit Nicolaus Nicolai Epiſt. ad Hadr. Marium, Tom. II. Sylloges pag. 215. contendens *mihi deficiat* non recte dictum. *Nec me deficiat* etiam hoc in loco correxerat Francius. Utrumque tamen apud optimos auctores antiquos occurrere, adeoque nihil hic mutandum, fuſe adverſus Heinſium diſputat Fred. Otto Menckenius in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. IV. Tom. IV. p. 737--742.

8. *Quum tamen adverſos cogor habere Deos*] *Cur tantum* in quarto Voſſiano. *Quum tantum*, pro, uſque adeo, legebat Langermannus. *averſos Deos* emendabat Heinſius ad Ovid. Epiſt. VII. 4. ubi etiam praeferebat, *averſo movimus iſta Deo.* quod tamen, deficiente Codd. MSS. auctoritate ut illic non recepit Patruus meus, ita hic quoque non admittendum opinor, quia alterum conſtanter ſervant codices, & editiones vetuſtae. utrumque enim obvium. *adverſis Diis & hominibus* ſimiliter dixit Flor. III. c. XI. §. 2. vide plura apud Drakenb. ad Livium Lib. I. cap. 46. §. 2. Scio haec verba ſemper fere permutari in veterum locis, ſed non ubique *adverſum* commutari in *averſum*, neque hoc alteri cedere debet. ſic Lib. IV. El. 1. 75.

Averſis Chariſin cantas, averſus Apollo
Poſcitur invita verba pigenda lyra.

mutari nolim in *Adverſis.* neque apud Ovid. III. Am. 12. 17.

Averſis utinam tetigiſſem carmina Muſis.

& apud Tibull. Lib. III. El. 3. v. 28. recte viri docti praetulerunt,

At ſi pro dulci reditu quaecumque voventur
Audiat averſa non meus aure Deus.

ubi vide Broukhuſ. id enim idem ac *ſurda aure* infra Lib. II. El. 13. 48.

——— *perjuros ridet amantes*
Jupiter, & ſurda negligit aure preces.

vide Drakenb. ad Livium Lib. XXXVIII. c. 34. §. 11. apud Valer. Fl. VI. 463. legebat Gronovius, probante Heinſio,

Mens mihi non eadem Jovis, atque averſa voluntas.

Martialis Lib. IX. Ep. 68.

Quod petis a noſtro ſupplex dominoque Deoque.

ubi in uno Voſſiano *adverſo*, in altero *averſo.* ut paſſim haec voces confunduntur. vide eumdem Drakenb. ad Sil. Ital. Lib. II. 618. *averſi* igitur & *adverſi Dii* differunt, *averſi* enim, qui precibus hominum ſurdas opponunt aures, *adverſi*, qui conſilia eorum inprobant & irrita reddunt, vel antea propitii ſe illis infeſtos oſtendunt. Sic *averſum aſtrum* praetulit Heinſius, & aliis exemplis adſtruxit, apud Virg. I. G. v. 218. pro *adverſo. mutatos Deos* vocat Horat. I. Od. 5. 6.

——— *Heu quoties fidem*
Mutatoſque Deos flebit.

pro *cogor* in Heinſiano, Broukhuſii, & meo primo codice *cogar. cogor habere*, pro *habeo Deos adverſos*, elegantiae poëticae eſſe, eamque ſe fuſius illuſtraturum, adſcripſerat Marklandus, uberioribus notis nempe, quas in Propertium plus ſemel promiſit ad Statii Silvas; nam quae margini edit. Graevianae adleverat, & ex ſupellectile Dorvilliana paſſim a me proferentur, primae tantum illarum formae ſunt. ſic & Ovid. V. Triſt. I. 64.

Strangulat incluſus dolor, atque exaeſtuat intus:
Cogitur & vires multiplicare ſuas.

amat hoc noſter, & ſaepius ita loquitur. infra El. VII. v. 8.

Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori
Cogor, & aetatis tempora dura queri.

El. XII. v. 14.

Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
Cogor, & ipſe meis auribus eſſe gravis.

El. XVI. 13.

Haec inter gravibus cogor deflere querelis.

El. XVIII. 8.

Nunc in amore tuo cogor habere notam.

& v. 30.

Et,

Saevitiam durae contudit Jäſidos.
Nam modo Partheniis amens errabat in antris,

Ibat

Et, quodcumque meae poſſunt narrare querelae,
Cogor ad argutas dicere ſolus aves.

aliiſque in locis. infra El. 4. 2. *domina cogis abrie mea*, quod pro *cogere vis* & *conaris*, interpretatur Paſſeratius.

9. *Milanion nullos* &c.] ita recte a viris doctis, & jam ante duo ſecula, ut notat Broukhuſius, correctum fuit, innuens procul dubio, ſic jam emendaſſe Bern. Realinum in Adnot. ad varios Scriptor. cap. XII. & Gyraldum Dialog. XX. p. 435. & ipſe Anton. Volſcus jam monuit legendum eſſe *Milanion.* quum in omnibus fere codd. MSS. *Minalion*, *Mimalion*, vel *Minaleon* exarabatur. ut in quatuor Voſſianis, duobus Dorvillianis, meoque codice *Minalion* inveni, quod & in Heinſiano, Neapolitano, Menteliano, Groningano, & Excerptis Ant. Perreji, qui ad finem edit. Aldinae adſcripſerat, ſe an. 1528. emendaſſe Propertium ex vetuſtiſſ. exemplaribus, uno Pontani, altero Epiſcopi Cremonenſis, alio Franc. Puccii, praeter illos, quos Romae & Florentiae contulit. *Minalion* etiam in cod. Ant. Askewii, Medici Londinenſis, cujus Excerpta habui ab Jano Helvetio, eruditiſſimo mihi olim amico, ſed in marg. *Milanion* pro varia lectione. *Mimalion* in Leid. primo. *Minaleon* in ſecundo, & Borrichiano. *Menalion* in uno Dorvill. & primo Vaticano, *Mimalion* in ed. Venet. 1475 & 1487. Reg. Lepid. 1481. Aldinis 1502 & 1515. Juntina, aliiſque. & ſic paſſin in hoc nomine turbant libri veteres in multis auctorum locis. Μειλανίων drama Antiphanis laudatur Athenaeo Lib. X. cap. 6. ut recte Caſaubonus. prave enim alii inde fecerant Μελανίων. & veram eſſe ſcripturam *Milanion* patebit, praeter alios, ex notis N. Heinſii ad Ovid. III. Amor. El. 2. 29. & II. Art. Am. 188. qui ultimus Naſonis locus omnino cum his Propertianis conferendus eſt,

Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa viri.
Saepe ſuos caſus, nec mitia facta puellae
Fleſſe ſub arboribus Milaniona ferunt.
Saepe tulit juſſo fallacia retia collo:
Saepe fera torvos cuſpide fixit apros.
Senſit & Hylaei contentum ſaucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.

ipſe vero Propertius hoc loco videtur imitari Ariſtophanem in Lyſiſtrata v. 786. & ſeqq.

Ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, ὃς
Φεύγων γάμον,
Ἀφίκετ' εἰς ἐρημίαν, κᾀν
Τοῖς ὄρεσιν ᾤκει.
Κᾆτ' ἐλαγοθήρει,
Πλεξάμενος ἄρκυς,
Καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
Κοὐκέτι κατῆλθεν πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.

e recentioribus veſtigia haec eleganter preſſerunt Andreas Naugerius, elegantiſſima Elegia ad Gelliam ruſticantem v. 57.

Saepe pererrabat tacitos Atalanta receſſus:
Tuta tamen fido Milanione fuit.
Cingeret obſeſſos ſeu curva indagine colles,
Seu cuperet ſaevas cominus ire feras:
Haerebat lateri ſemper comes ille: nec umquam
A domina lato longius ungue fuit.
Sic ego per ſilvas, tecum, & per prata vagarer,
Grata eſſent ſine te gaudia nulla mihi.

& Jo. Bapt. Amaltheus optima Elegia, qua Gallae querelas de marito venatore deſcribit:

Qualis Maenalios errans Atalanta per agros
Terruit adjuncto Milanione feras,
Sic & nulla tuos injuria laedet amores,
Et ſtrepet arguto nulla querela toro.

quae ad intellectum hujus loci fabulaeque Milanionis & Atalantae Jäſidos, diverſae ab Atalanta, Schoenei filia, contulit in Scholiis ſuis Muretus, egregia & elaborata ſunt, quibus addi merentur, quae ad locum Manilii adverſus Bentlejum dedit D'Orvillius ad Chariton. pag. 544. in cujus altero codice *contulit Hyſiados.* ſed *Yaſidos* in marg. *contulit* etiam in cod. Colbertino. hujus autem Atalantae pater *Jäſius* vel *Jäſion* veteribus dicitur. vid. Micyll. & Cioſan. ad Ovid. IX. Met. 422. de altera Atalanta Schoeneide vid. Gronov. Diatr. ad Stat. p. 363. & quae notavi ad Antholog. Lat. T. II. p. 493. utramque vero ſaepe inter ſe, etiam ab antiquis, confuſam docent Barth. ad Stat. VI. Th. 563. Perizon. & Kuhnius ad Aelian. Lib. XIII. cap. I. init. & operoſe Micyllus ad Ovid. Lib. VIII. Met. 318. ubi illas bene diſtinguit.

11. *Nam modo Partheniis amens errabat in antris*] *Jam modo* in Heinſ. & meo codice. Summo jure Broukhuſius caſtigat Guyetum, *ancris* hoc loco pro *antris* Propertio ingerentem; quod idem no-

Ibat & hirſutas ille ferire feras.

Ille

nobilis audaciae Criticus reponebat infra El. 2. v. 11.

Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris:

certe quia *ancrae* in Gloſſis Iſidori & Philoxeni pro convallibus occurrunt, exigui judicii manifeſtum ſpecimen eſt, vocem adeo rancidam obtrudere Poëtae ex Grammaticorum Gloſſis, quae neque apud Propertium, neque ullum alium poëtam Latinum, uſquam occurrat. Sic & alibi Guyetus, Gruterus, & Gebhardus tales voces antiquatas poëtae noſtro obtrudere infeliciter conati ſunt, ut ſuis locis notabo. ipſa Guyeti verba ex notis ejus ineditis profert Heinſius poſt Adverſaria p. 654. 655. ſed recte ſubjungit, fruſtra egiſſe Guyetum. *antri* enim in Parthenio Arcadiae monte meminiſſe Aelianum Lib. XIII. c. 1. *Arcadias rupes* mox vocat. ſic *valles Partheniae* Ovidio Epiſt. IX. 49.

Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,
Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.

ubi *valles* etiam de montibus capi poſſent. ut ſaepe apud poëtas. vide Vlitii & Patrui mei notas ad Gratii Cyneg. v. 377. & montem hunc venationibus frequentatum indicat locus Virgilii Ecl. X. 57.

Interea mixtis luſtrabo Maenala nymphis,
Aut acres venabor apros. non me ulla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus.

ubi Servius, *Parthenius mons eſt Arcadiae, dictus a virginibus, quae illic venari conſueverant.* errabat igitur Milanion apud antra montis Parthenii, ut venatu dolorem ex ſaevitia & faſtu Atalantae contractum molliret, vel in ſolis his locis querelas ſuas velut amens effunderet. quod aliis poëtarum locis illuſtrat Broukhuſ. unde Ovidius d. l.

Saepe ſuos caſus, nec mitia facta puellae
Fleſſe ſub arboribus Milaniona ferunt.

noſter infra El. XVIII. init.

Haec certe deſerta loca, & taciturna querenti,
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre inpune dolores,
Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem.

Virgilius eadem Eclog. v. 59.

Jam mihi per rupes videor lucoſque ſonantes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula; tamquam haec ſint noſtri medicina doloris,

Callimachus Hymn. in Dian. v. 190. de Minoë Britomartidis amore contacto:

——— ἧς ποτὲ Μίνως
Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης. &c.
——— ὁ δ' ἐννέα μῆνας ἐφοίτα
Παίπαλά τε κρημνούς τε.

recte vero Broukhuſius in *antris* expoſuit *apud* vel *juxta antra* montis Parthenii. quam praepoſitionis vim pluribus Graecorum & Latinorum exemplis firmavit Perizon. ad Aelian. Lib. II. cap. 25. §. 12. & ſic apud Homerum Il. Φ. 87. ὑπὸ Σατνιόεντι. ubi Strabo ἐπὶ legi vult. vide & Patrui mei notas ad Ovid. I. Met. 689. & Oudendorpii ad Lucan. VIII. 862.

12. *Ibat & hirſutas ille ferire feras*] ita ex emendatione N. Heinſii edidit Broukhuſius. *videre* pro *ferire* olim vulgabatur, etiam in edd. primis, ceteriſque vetuſtioribus; & pertinaciter in hanc lectionem conſpirant codices vetuſti, quatuor Voſſiani, Leidenſes bini, totidem Dorvilliani, & unus ex meis codicibus; neque aliter in Borrichiano, Menteliano, Heinſiano, & Askewiano. & hanc lectionem ſe pluribus probaturum in ſua Propertii editione promiſit Marklandus ad Statii Silvas p. 214. quam quia non produxit in lucem, hic addam loca, quae ad eam ſtabiliendam in codicis ſui margine indicaverat. *videre* enim *feras hic* capiebat eo ſenſu, quo ſaepe veteres utuntur hoc verbo de locis, quae cum aliquo periculo adeuntur, & de rebus, quibus interſumus. ut Eleg. IX. 19. *Armenias accedere tigres.* Catullus Carm. LXIV.

——— ad Idae retuli nemora pedem,
Ut apud nivem, & ferarum gelida ſtabula forem,
Et earum omnia adirem furibunda latibula.

Valer. Fl. III. 531.

Cum fugerent jam tela ferae, proceſſerat ultro
Turbatum viſura nemus.

Virg. II. Georg. 68. *caſus abies viſura marinos.* III. Aen. 431.

Quam ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & caeruleis canibus reſonantia ſaxa.

VI. Aen. 134.

Bis Stygios intrare lacus, bis nigra videre
Tartara. Ovid. IV. Met. 294.

Ignotis errare locis, ignota videre
Flumina gaudebat.

Ille etiam Hylaei percuſſus vulnere rami
Saucius Arcadiis rupibus ingemuit.

15. Er-

Sed in omnibus his locis nullum video, quo probari poſſit *hirſutas feras videre* cum aliqua elegantia dici, pro venando perſequi & agitare. praeferebat tamen hanc lectionem etiam Vulpius in notis ſuis, & in Obſervationibus ineditis Cel. Hemſterhuſius, hoc ſenſu; *Milanion ibat venatum, Atalantaeque junctus comes, ut amorem ejus obſequio demereretur, ſylvas feraſque viſebat.* Scaliger quoque in ſua editione *videre* retinuit. Sed ex hac lectione Robertus Titius in libris Locorum Controverſorum apud me ineditis ſcribendum cenſebat,

Ibat & hirſutas ille viere feras.

& *viere feras* exponebat feras indagine cingere, & quaſi vincire, ineptiſſime, ſi quid umquam: & hic tamen Titius Scaligero toties *ſtuporem ingenii* objicit. Forte viros doctos offendit *ferire feras*, tamquam ſonus ingratior, licet talia apud Propertium obvia. vel alterum tueri maluerunt, unice ut a Broukhuſio diſſentirent. Liceat tamen mihi N. Heinſii, non minoris rei poëticae arbitri, judicium hic ſequi, cui illud *videre feras* vehementer frigere videbatur, ideoque *ferire* reponebat ad Ovid. I. Faſt. 287. Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 248. & in notis Propertianis poſt Adverſ. p. 655. nam ſic de Milanione Ovidius Lib. II. A. A. 190.

Saepe fera torvos cuſpide fixit apros.

quod *ferire aprum* eidem Lib. III. Met. 715. Ayrmannus autem & Cl. Oudendorpius conjecerant, *hirſutas illaqueare feras.* quod videntur elicuiſſe ex vocula *ille.* certe eodem loco Ovidius de Milanione *Saepe tulit juſſo fallacia retia collo.* & hinc Milanion πλεξάμβρο ἄρκυς Ariſtophani, loco ſupra producto. Fuit cum hariolabar, *hirſutas ille agitare feras.* ut apud Virg. III. G. 409.

Saepe etiam curſu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
&c.

XI. Aen. 686.

Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putaſti.

Ovid. X. Met. 539.

Aut pronos lepores, aut celſum in cornua cervum,
Aut agitat damas.

Claudianus Gigant. v. 122.

Errantes agitare feras.

ſic apud Silium Ital. XIV. 264. legebat Bentlejus,

Seu ſilvis agitare feras, ſeu retibus aequor
Verrere.

& huic conjecturae favet auctor veteris Epitaphii de Cane venatrice, quod ex Maffeji Muſeo Veronenſi edidi Tom. II. Anthol. Lat. Lib. IV. p. 293. ex hujus loci Propertiani imitatione,

Docta per incertas audax diſcurrere ſilvas,
Collibus hirſutas atque agitare feras.

ubi vide quae notavi, & ad Lotich. pag. 621. adde notas Jureti ad Symmach. pag. 234. & Heinſii ac Patrui mei ad Ovid. V. Met. 605. de Graeciſmo illo *ibat videre*, vel *ferire*, vide Heinſium ad Claudian. II. in Rufin. 98. ad Lib. III. de R. P. 386. Gronov. ad Gell. XIX. 10. & Patrui mei notas ad Valer. Fl. VI. 647. recte vero Paſſeratium *hirſutas feras* pro libidinoſis abſurde interpretantem caſtigavit Broukhuſius, & erroris hujus comitem, nomine non expreſſum, qui illud Ovidii Lib. II. Triſt. 259.

Sumſerit Annales, nihil eſt hirſutius illis,

etiam pro libidinoſo expoſuerat, ſimiliter traduxit ad noſtri Lib. IV. El. I. 61. per quem Pitiſcum indicat, Suetonii Commentatorem de trivio. *hirſutae ferae* Propertio ſunt, quae λασίοι θηροὶ Sophocli in Philoct. v. 185. λασίαι δρύες Callimacho Hymn. in Dian. v. 192. & ſim. ſic ſaepe de leonibus, urſis, aliiſque feris majoribus. Ovidius Epiſt. IX. 111.

Pro pudor! hirſuti coſtas exuta leonis
Aſpera texerunt vellera molle latus.

V. Faſt. 176.

——— *in apros*
Audet, & hirſutas cominus ire leas.

13. *Ille etiam Hylaei percuſſus vulnere rami*] pro *Hylaei* in vetuſtis codicibus, & primis editionibus *Pſilli* antea legebatur, ut in Borrichiano, Neapolitano, Menteliano, & Scaligeri Excerptis Vaticanis, tribus Voſſianis, primo Leidenſi, & duobus Dorvillianis. *Pſili* in Leidenſi alte-

Ergo velocem potuit domuiſſe puellam,
Tantum in amore preces, & benefacta valent.
In

altero, quarto Voſſiano, & ed. Venet. 1475. *Pſilei* in primo, *Pſilleus* in ſecundo Vaticano. *Pſyli* vel *Pſili* in Heinſiano, meo primo, Excerptis Modii, Groningano, qui olim Jo. Poſthii fuit, & ed. Reg. Lep. 1481. *Pſilli* in Codice Regio, quem contulit Jan. Helvetius, & in altero *Illiaci*. *Pſyli* in primo Colbertino, *pſilli* in altero. *Pſillus* in v. c. Ant. Perreji, qui in marg. *Hyllei* vel *Hylei* legendum adſcripſerat. *Pſilei* ed. Ven. 1487. & Aldinae. *Pſillei* in Juntina. *perculſus pondere* ex v. c. adfert Paſſeratius. *percuſſus ab arbore teli* cod. Livineji. *arbore* etiam in Voſſ. ſec. *pondere rami* conjecerat Heinſius, ut de clava Hylaei intelligatur, notaveratque de ramo Hylaei videndum eſſe Aelianum Lib. XIII. c. 1. ſic infra Lib. IV. El. 9. 15. de Caco:

Moenalio jacuit pulſus tria tempora ramo.

& ita Guyetus. Lepidum vero Beroaldi commentum eſt, Centaurum hunc, qui Milanionis rivalis eum in venatu ſauciavit, *Pſileum* a Propertio, *Hylaeum* ab Ovidio dici, & utroque nomine veteribus vocatum fuiſſe. Sed *Pſilei* vel *Pſilli*, aut *Pſyli* ſcripturae ex codd. & edd. veutſtis modo prolatae, ſunt tantum librariorum aberrationes. *Hylaeum* enim conſtanter vocant, quidquid auctorum veterum eſt. Ὑλαῖος Graecis. & Hylaeum inter Centauros etiam memorat Virg. II. G. 457. vid. Bapt. Pium ad Valer. Fl. VI. 74. Perizon. ad Aelian. XIII. cap. I. §. 35. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 221. pro *rami* vero Heinſius malebat *nervi*, ut arcu & ſagittis Hylaei vulneratum Milanionem innuat. quam conjecturam adjuvat Ovid. II. A. A. 191.

Senſit & Hylaei contentum ſaucius arcum.

ubi de Hylaeo etiam vide Micylli notas, & ad lib. VIII. Met. 312.

15. *Ergo velocem potuit domuiſſe puellam*] *potuit domuiſſe*, Graecorum more pro *domuit* dictum, praeter G. Canterum Lib. II. Novar. Lect. cap 2. illuſtrarunt Torrent. ad Horat. lib. III. od. 3. 43. & Pricaeus ad Apulej. Met. p. 129. ſic & alibi Propertius. infra El. XII. 15.

Felix, qui potuit praeſenti flere puellae,
Non nihil adſperſis gaudet Amor lacrimis.
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores.

El. XVII. 1.

Et merito, quoniam potui fugiſſe puellam.

Lib. III. El. 13. 3.

Nec potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno.

Ovid. Epiſt. IV. 168.

Sic numquam, quae te ſpernere poſſit, ames.

pro ſpernat. & Epiſt. V. 86.

Sunt mihi, quas poſſint ſceptra decere, manus.

Claudian. Bel. Get. 143.

Tres potuit ſuperare duces, fregitque furentem
Cunctando.

vide Patrui mei notas ad Lucan. III. 449. & ſic forte intelligendum Lib. II. El. 13. v. 20.

Atque utinam Romae nemo eſſet dives, & ipſe
Straminea poſſet dux habitare caſa.

pro *habitaret*. licet illic *noſſet* mallet Cl. Schraderus. ceterum recte Muretus reprehendit Volſcum, *velocem puellam* de Atalanta Schoeneïde, *quae volucrem curſu vicerat Hippomenem*, explicantem. Atalantam quidem, Schoeneo genitam, *velocem* etiam vocat Ovid. in Ibide v. 373.

Ut qui velocem fruſtra petiere puellam,
Dum capta eſt pomis tardior illa tribus.

ſed haec quoque Atalanta Jaſii filia pedum pernicitate, qua viros ſemper fugiens, *veſtigia cunctis Indeprenſa procis* relinquebat, apud veteres celebratur, ut conſtat ex inſigni loco Aeliani, qui prae ceteris Milanionis & Atalantae fabulam adcurate deſcribit Lib. XIII. cap. 1. §. 22. Ἐπεφύκει δὲ ὠκίστη τοὺς πόδας, καὶ οὐκ ἂν διέφυγεν ἐνταῦθα οὔτε θηριον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος. φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβεν. ut eum emendarunt Muretus ad h. l. & Barthius ad Stat. VI. Theb. 565. qui de eadem Atalanta Lib. IV. v. 312.

——— *fugit ſilvas pernicior alite vento*
Saxa per, & plenis obſtantia flumina ripis.

& hinc *fugacem* vocat Ovid. III. Am. El. 2. 29.

Talia Milanion Atalantes crura fugacis
Optavit manibus ſuſtinuiſſe ſuis.

quod vel ideo notamus, ne quis Propertium hoc in loco duas, ut alii e veteribus, Atalantas confudiſſe ſuſpicetur.

In me tardus Amor non ullas cogitat artes:
Nec meminit notas, ut prius, ire vias.
At vos, deductae quibus eſt fallacia Lunae,

20. Et

17. *In me tardus Amor non ullas cogitat artes*] *falſus Amor* in primo Dorvill. & Exerptis Scaligeri ex Vatic. cod. Sed nihil mutandum. infra El. VIII. 41. *neque amanti tardus Apollo.* ubi *ſurdus* in aliis codd. quem hic *tardum in ſe Amorem* Propertius dicit, Ovidio *deſidioſus* eſt Lib. II. Am. El. 9. init.

O numquam pro me ſatis indignate Cupido,
O in corde meo deſidioſe puer.

& ſic Rem. Amor. v. 148. in XVII codd. legi teſtatur Heinſius,

Adfluit incautis deſidioſus amor.

vulgo *inſidioſus. nonnullas* in codicibus Regiis, ſecundo Colbertino, tribus Voſſianis, duobus D'orvill. & meo codice primo. & ſic in Heinſiano, Menteliano, & Neapolitano. Sed *non ullas* in Groningano, ceteriſque codd. ed. Venet. 1475. & 1487. & Reg. Lep. quod praetulit Muretus. *non illas* Douſa P. ut conjecerat etiam Marklandus. hoc forſan ſenſu, non curat ſed ſpernit Cynthia id omne, quod gratiae ejus conciliandae cauſſa feci. ſed ad Cupidinem potius referatur. pro *cogitat* vitioſe in quarto Voſſ. *agitat.* ceteris codicibus nihil variantibus. *non ullas concitat artes* conjecerat Patruus meus. pro non facit mihi ingenium, ut dicit Lib. II. El. I. 4.

Ingenium nobis ipſa puella facit.

vel hic ſenſus ſit, non mihi ſuggerit amor ullas artes, nec more ſuo, ut olim, erga me animatus eſt. & hinc ad magica decurrit. ſic Lib. III. El. 19. 8.

Dulcia quam nobis concitet arma Venus.

& ejuſdem libri El. 13. 45.

Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.

ubi in quibuſdam MSS. *artes.* Poſſet etiam, quia major pars codicum in *nonnullas* conſpirat, ut etiam eſt in ed. Ald. Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque, & voces *tardus* ac *ſurdus* inter ſe haud raro conmutantur,

In me ſurdus Amor non nullas cogitat artes,
Nec memini notas, ut prius, ire vias.

nam *memini* in Voſſiano ſecundo. *metuit* in Borrichiano. *cogitat* vero interpretor, malas artes & dolos meditatur. ut de Aenea Dido apud Ovid. Epiſt. VII. 29.

Ille quidem male gratus, & ad mea munera ſurdus,
Et quo, ſi non ſim ſtulta, carere velim.
Nec tamen Aeneam, quamvis male cogitat, odi:
Sed queror infidum &c.

ubi *ad mea munera tardus* eadem varietate in tribus codd. & *male cogitat*, illic eſt, fallaciam animo occultat, me deſerere molitur. ut apud Senecam Epiſt. 9. *Qui ſe ſpectat, & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat.* Epiſt. 104. *Repetivi ergo jam me; non permanſit marcor ille corporis dubii, & male cogitantis.* & VI. de Benef. cap. 37. circa fin. *qui etiam ſi bene cogitat, male precatur.* perperam illic *bene optat* in cod. Amſtelaed. vide ad Antholog. Lat. Tom. II. pag. 503. ubi in Epigr. vet. *Tu qui non bene cogitas* &c. *In me ſurdus Amor* eſt, quod Lib. II. El. 13. 48. dicit, *ſurda negligit aure preces.* vel conjungenda ſunt, *In me cogitat artes.* ut infra v. 33. *In me noſtra Venus noctes exercet amaras.* Cicero VII. ad Fam. p. 12. de Appio, *ut ipſe facile animadverterem, male eum de me cogitare.* vid. etiam notas Torrenii ad Valer. Max. Lib. V. cap. 2. prope init. p. 433. deinde *Nec memini notas, ut prius, ire vias*, ſi ex cod. Voſſ. admittatur, idem erit, quod in loco Achillis Tatii, a Gebhardo prolato, *τί λέγω; τί ποιῶ; πῶς ἂν τόχοιμι τῆς ἐρωμένης; οὐκ οἶδα γὰρ ἐγὼ τὰς ὁδούς.* qui illud *ire vias*, repudiata Paſſeratii expoſitione, recte interpretatur. noſter infra Lib. II. El. 19. 50.

Unuſquiſque ſua noverit ire via.

ubi *ſuam viam* Broukhuſ. *ire vias* huic loco, & Lib. III. El. 14. 12. ex Heinſii ſententia *Scironis medias his licet ire vias* etiam vindicavit Munckerus ad Hygin. Fab. XXXVIII.

19. *At vos, deductae quibus eſt fallacia Lunae*] *ſubductae* male, in primo Leidenſi, Heinſiano, meoque codice primo, Menteliano, uno Regio, Colbertino, aliiſque duobus apud Broukhuſ. quod ortum ſine dubio ex *fallacia.* nihil enim notius inter magicas artes, quam *coelo deducere Lunam.* vid. Paſſeratium ad h. l. Broukhuſ. mox ad v. 24. et quae dedi ad Antholog. Lat. Tom. II. p. 328. eodem modo *Jupiter valida*, (vel ut in nonnullis MSS. *ſumma*) *deductus ab arte*, apud

Ovid.

20. Et labor in magicis ſacra piare focis:
En agedum, dominae mentem convertite noſtrae,

Et

Ovid. III. Faſt. 321. ubi v. Heinſ. & ad Sabini Epiſt. III. 83. pro *fallacia* Jan. Meller. Palmerius legebat *pellacia*, quod quia contra omnes codices eſt, rejecit Paſſeratius & Broukhuſius: ita tamen hic etiam correxerat Lucas Fruterius, & Marklandus, addito Virgilii loco ex IV. G. 443.

Verum, ubi nulla fugam reperit pellacia.

ubi & in aliis *fallacia*. ſed *pellacia* tam illo, quam hoc Propertii loco, praefert Heinſius, & multis veterum locis firmat. quem etiam vide ad Lib. II. Aen. 90. *invidia poſtquam pellacis Ulixi.* ubi & in aliis codd. *fallacis*. ſed alterum auctoritate veterum Grammaticorum illic etiam probat Pierius. adde eumdem in notis ad Propert. poſt ejus Adverſ. editis pag. 655. Catull. Carm. XXXI. v. 4.

Nec facta impia pellacum hominum coelicolis placent.

ubi al. *fallacum.*

20. *Et labor in magicis ſacra piare focis*] *parare* in cod. Dorvill. a man. pr. Jani Douſae explicationem, qua in Schediaſin. Succid. pag. 62. per *ſacra* hic intelligebat defunctorum manes & umbras, Broukhuſio probatam miror, quia, inquit, magorum fere res cum Manibus agebatur; ſic quidem *piare buſta* Lib. IV. El. 7. 34. & Ovidio Lib. V. Faſt. 426. & ita *expiare manes* apud Petron. cap. 135. legebat Patruus meus. ſed ab hoc loco id valde alienum eſt. Non enim magicas artes hic inplorat poëta, ad placandos Cynthiae manes, ſed ad amorem ejus ſibi conciliandum. *piare* igitur *ſacra* hic ſimpliciter ſacra peragere notat. Lib. III. El. 8. 19.

Inde coronatas ubi thure piaveris aras.

eſt enim frequens apud noſtrum hoc ſacrorum verbum. Lib. IV. El. 1. 50. *Dixit Aventino rura pianda Remo.* IV. 9. 25. *Femineae loca clauſa Deae, penteſque piandos.* & v. 55.

Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quae ſe ſubmota vindicat ara caſa.

jura piare Virg. in Ciri v. 155. & hoc pluribus contra Douſam Broukhuſiumque tuetur Cel. Hemſterhuſius. *in magicis focis*, pro magicis ſacrificiis, & *in* abundare videbatur Marklando. ut infra El. II. v. 6. *in propriis membra nitere bonis.* quomodo *ἐν* apud Graecos. ut Theocrito Idyll. I. ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει. ἐν τῇ Πανηγυρία αὐτοῦ in Pauli Epiſt. II. ad Corinth. XV. 3. quae loca adſcripſerat.

21. *En agedum*] *Eia agedum* Canterus, inprobante Broukhuſio, idque ineptum notat Paſſeratius. placuit tamen etiam Heinſio in notis poſt Adverſar. pag. 655. apud Statium Lib. I. Ach. 508. ex MSS. & edd. vetuſtis legendum,

Eia age, rumpe moras, & fata latentia laxa.

& Lib. II. 198.

Eia age, rumpe moras, ſine perfida palleat Ida.

& ſic ſaepe alibi haec vocula corrupta fuit. vide Heinſ. ad Ovid. IV. ex P. 3. 21. & ad Virg. III. G. 42. *agedum* etiam apud noſtrum Lib. IV. El. 9. 54.

——— *lucoque, age, cede verende,*
Cede, agedum, & tuta limina linque fuga.

Catullus Carm. LXVIII. ad Januam:

Dic agedum nobis, quare mutata feraris,
In dominum veterem deſtituiſſe fidem.

ut reſtituit Ach. Statius, pro *Dic age, dic nobis*: ut apud Claudian. Conſ. Olybr. v. 129. *Dic agedum, quae cauſſa viae.* ubi *Dic, age, dic* volebat Patruus meus. Phaedrus Lib. V. Fab. 4. 10.

Numeremus, agedum, qui deprenſi perierint.

Cic. pro Sulla cap. 26. *agedum, conferte nunc eum illis vitam P. Sullae, & eam ante oculos veſtros preponite.* quod recte contra Lambinum, *agitedum* legentem, hoc ipſo Propertii loco tuetur Gruterus. bene etiam Broukhuſius a Laur. Valla, *Vos agedum* emendante, diſcedit. frequenter enim *age* cum verbo plurali jungitur. loco Ciceronis, quem adfert, adde ex Orat. pro Fontejo cap. 15. *Age vero, nunc inſerite oculos in Curiam, introſpicite penitus in omnes Reipublicae partes.* & ſic ſaepe apud Valerium Flaccum, ut patet ex notis Viror. Doct. ad Lib. III. v. 111. & VI. 29. & praeter ea, quae Barthius ad Statium plus ſemel hac de re animadvertit, vide ejus notas ad Claudian. Bel. Gild. v. 428. ed. pr. & ad Cirin v. 98.

dominae mentem convertite noſtrae] *convellite* olim conjecerat Patruus meus. ut apud Ovid. Epiſt. XVII. 111.

Deſine molle, precor, verbis convellere pectus.

&

Et facite illa meo palleat ore magis.

Tunc

& Claudian. Lib. I. R. P. v. 65.

——— neu foedera fratrum
Civili converte tuba.

ubi Scaliger, teſte Heinſio, *convelle.* vel *convertite* capiebat, ut infra El. XV. 23.

Quarum nulla tuos potuit convertere mores.

ubi *amores* in codd. MSS. Sed praecedentia jubent, locum hunc intelligendum eſſe de imprecationibus magicis, per quas Pharmaceutriae in gratiam amantium carminibus herbisve abſentium puellarum animos convertere ſolebant, adeoque nihil potius tentandum videtur. his enim devotionibus amores ſolvere, & amantium animos alio flectere, vel artius vincire poſſe credebantur ſagae, ut mutui amoris igne flagrarent. quod ex Theocriti & Virgilii Pharmaceutriis notum eſt. confer noſtrum Lib. IV. Eleg. 5. cum Ovidii Eleg. VIII. Lib. I. Amorum. & Livineji notas infra ad h. l. Eleg. III. v. 30. Tibullus Lib. I. El. 2. 59.

Quid credam? nempe haec eadem ſe dixit amores
Cantibus aut herbis ſolvere poſſe meos.

ubi vide Broukhuſium. Virgilius Ecl. VIII. 66.

Conjugis ut magicis ſanos avertere ſacris
Experiar ſenſus, nihil hic niſi carmina deſunt,
Carmina vel coelo poſſunt deducere Lunam.

vide ad hunc locum Paſſeratii notas, qui inde *Venerem Verticordiam* dictam putat. hinc Lutatius ad Stat. V. Theb. 65. *habet Venus ignes nunc cupiditatis nunc odii, ſecundum fidem ſacrorum vel precationum Veneris Verticordiae praecipue, quae rogatur, ut amores injiciat, rurſum ut auferat.* de ea vide Coler. ad Valer. Max. Lib. VIII. c. 15. §. 12. & notas ad Ovid. IV. Faſt. v. 160. Cogitabam aliquando, poſſe etiam legi, *dominae mentem configite noſtrae.* Nam hoc quoque *mentem defigere* vocabant. Virgilius in Ciri v. 377.

Pergit, Amyclaeo ſpargens altaria thallo,
Regis Iölciacis animum defigere votis.

quod imitatus eſt Lotichius in Pharmaceutria, ſeu Ecl. V. 37. quo carmine veterum deſcriptiones ejuſmodi ſacrorum magicorum feliciter aemulatus eſt,

Abſentes magico defigere carmine mentem
Adgreditur, ſolvitque comas tunicamque reſolvit.
& ſeqq.

de quibus defixionibus magicis egregie egit Heinſ. ad Ovid. III. Am. El. 7. 29. Sed *convertere mentem* bene ſe habet, & illuſtratur optime ex inſigni Horatii loco Epod. V. ad Canidiam veneficam, v. 71. & ſeqq.

——— ſolutus ambulat veneficae
Scientioris carmine.
Non uſitatis, Vare, potionibus
(O multa fleturum caput!)
Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marſis redibit vocibus.
Majus parabo: majus infundam tibi
Faſtidienti poculum.
Priuſque coelum ſidet inferius mari,
Tellure porrecta ſuper,
Quam non amore ſic mei flagres, uti
Bitumen atris ignibus. &c.
Venena, magnum fas nefaſque, non valent
Convertere humanam vicem.

adpoſite Sabinus Epiſt. III. Paridis v. 79.

Quod ſi vertendae ſpem mentis concipis hujus,
Cur ceſſant herbae, carmina curve tua?
Nam te nec Phoebi ſollertior artibus ulla eſt,
Phoebeaeque Hecates ſomnia vera vides.
Tecum ſideribus, tecum deducere Lunam
Nubibus, & memini ſurripuiſſe diem.

22. *Et facite illa meo palleat ore magis*] modo *palleat* in Codd. Regiis, & Leid. ſec. ut in ed. Reg. Lep. & prima Veneta. *placeat* in Voſſ. altero. corrupte. Paſſeratius exponit, arte veſtra efficite, ut Cynthia vultu pallorem meum ſuperante majorem manifeſtet amorem. infra El. V. 21.

Nec jam pallorem toties mirabere noſtrum,
Aut cur ſim toto corpore nullus ego.

infra El. IX. 17.

Necdum etiam palles, vero nec tangeris igni.

El. XV. 39.

Quis te cogebat multos pallere colores.

Canace apud Ovid. Epiſt. XI. v. 27.

Fugerat ore color, macies adduxerat artus.

& Arethuſa apud noſtrum Lib. IV. El. 3. 27.

Diceris & macie vultum tenuaſſe, ſed opto,
E deſiderio ſit color ille meo.

vide Theocritum Idyll. II. v. 88. & ſeqq. de *pallore* amantibus apto colore, omnia ex poëtis nota. Barthius tamen Lib. III. Adv. cap. 14.

ad

Tunc ego crediderim vobis, & ſidera, & amnes
Poſſe

ad Lunam referebat, quae incantationibus magicis pallere credebatur, idque confirmabat ex Carmine Aſtronomico Varronis Attacini, ut dicit, ſed quod Siſebutum, antiquum Hiſpaniae olim Regem, auctorem habet, & inſerui Tom. II. Anthol. Lat. pag. 322. ſeqq. ubi v. 16. de Luna:

Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris
Infernas ululans mulier praedira ſub umbras
Detrahit altivago e ſpeculo. & ſeqq. *dum lumina*
Fratris
Detinet umbriferis metis: tum ſidere caſſo
Palleſcit teres umbra rotae.

Lucanus Lib. VI. 500.

—— illis & ſidera primum
Praecipiti deducta polo: Phoebeque ſerena
Non aliter diris verborum obſeſſa venenis
Palluit.

Medea apud Senecam Act. IV. v. 787 & ſeqq.

Video Triviae currus agiles,
Non quos pleno lucida vultu
Pernox agitat; ſed quos facie
Lurida moeſtâ, cum Theſſalicis
Vexata minis, coelum freno
Propiore legit, ſic face triſtem
Pallida lucem funde per auras.

ita Solem magico ſuo carmine *pallere* jactat Medea apud Ovid. VII. Met. 207.

Te quoque, Luna, traho, quamvis Temeſaea labores
Aera tuos minuant. currus quoque carmine noſtro
Pallet avi, pallet noſtris Aurora venenis.

neque ego hanc expoſitionem, quae mihi, antequam Barthiana inſpexiſſem, etiam in mentem venerat, penitus repudiandam opinor.

23. *Tunc ego crediderim vobis, & ſidera, & amnes* &c] *nobis* in Menteliano & Leidenſi ſecundo. Fruterius ſenſui ſupplendo legebat, *Crediderim vobis, vos ſidera* &c. ut edidit Gryphius. vel *ducere* ſequenti verſu nonnulli exponunt pro *duci*. ut Paſſeratius ad Lib. I. El. 6. 31. *ignes* Excerpta Scalig. pro *amnes*. mihi videtur *vobis* abundare, & forte legi poſſe,

Tunc ego crediderim, vos coelo & ſidera, & amnes
Poſſe Cytaeaeis &c.

ut apud Tibullum Lib. I. El. 2. 43.

Hanc ego de coelo ducentem ſidera vidi,
Fluminis haec rapidi carmine vertit iter.

ubi vide Broukhuſii notas. Horatius Epod. v. 45.

Quae ſidera excantata voce Theſſala
Lunamque coelo deripit.

Noſſe in cod. Heinſii; *vos ſidera & umbras Noſſe* &c. tentabat Ezr. Clercquius Specim. II. ad Lucan. pag. 2. cui favere poſſet Virgilii locus IV. Aen. 489.

Siſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retro:
Nocturnoſque ciet manes. &c.

& in Pharmaceutria, ſeu Ecl. VIII. v. 98. *ſaepe animas imis excire ſepulcris.* Valerius Flaccus Lib. I. 736. *ſaevoque vocat grandaeva tumultu Theſſalis exanimes atavos.* Ovidius Lib. I. Am. El. 8. 17.

Evocat antiquis proavos atavoſque ſepulcris.
Et ſolidam longo carmine findit humum.

Lib. VII. Met. 205. ubi loquitur Medea:

Et ſilvas moveo, jubeoque tremiſcere montes,
Et mugire ſolum, maneſque exire ſepulcris.

pariter Tibullus eadem Elegia,

Haec cantu finditque ſolum, maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſo rogo.

Horatius Lib. I. Sat. 8. 29. de Canidiae veneficae artibus magicis:

—— cruor in foſſam confuſus, ut inde
Manes elicerent, animas reſponſa daturas.

Sed contra codices hic nihil muto, praeſertim quia *umbras* nimium recedat a vulgata *amnes*, quae vox facilius commutari potuiſſet cum *manes*, quam *umbras*; & quia in ſacris magicis *ſidera* & *amnes* plerumque junguntur, ut in eodem Virgilii & Tibulli loco, modo producto, & Ovidii Epiſt. VI. 85.

Illa reluctantem curru deducere Lunam
Nititur, & tenebris abdere Solis equos,
Illa refrenat aquas, obliquaque flumina ſiſtit.

quo in loco conjectura valde frigida & abſurda Waddelius in Animadv. Crit. pag. 89. corrigebat, *reluctantem curru deducere Lunam Dicitur.* nihil enim aptius poterat poëta opponere *Lunae reluctanti*, quam *deducere Nititur.*

Poſſe Cytaeaeis ducere carminibus.
Et vos, qui ſero lapſum revocatis, amici,
Quaerite non ſani pectoris auxilia.

For-

Medea apud Ovid. d. l. VII. Met. 199.

——— *cum volui, ripis mirantibus, amnes*
In fontes rediere ſuos. &c.

plura vide ad Anthol. Lat. Tom. II. pag. 644. ubi in Epigrammate de ſaga muliere:

——— *mihi flumina parent,*
Quid leviora loquar? Lunae deſcendit imago,
Carminibus deducta meis.

illud *Noſſe* ſe tueri poſſet ex Ovid. I. Am. 8. 5.

Illa magas artes, Aeaeaque carmina novit.

& paſſim haec commutari patebit ex notatis ad Lib. IV. Epigr. vet. Tom. II. Anth. Lat. p. 264. 265.

24. *Cytaeaeis ducere carminibus.*] pro *Cytaeaeis* monſtra diverſarum lectionum ſunt in Codd. MSS. ipſa vox deeſt Leidenſi primo; *Cytalinis* in utroque Colbertino, Voſſ. prim. & ed. Venet. 1487. *Citalinis* in primo Dorvilliano, & in marg. *Citainis.* in altero ejusdem *Citheinis*, cum gloſſa *Citheis venefica fuit a loco nominata.* *Cythalinis* in Voſſ. altero. *Cytallinis* cod. Askew. & in marg. *Cythinis.* *Cytheinis* in Codd. Regiis, Leid. ſec. Voſſ. tertio & quarto, meo codice, ed. Reg. Lep. & Venet. 1475. *Citainis* Excerpta Scalig. ex Cod. Vatic. *Citalinis* Beroaldus exponebat de Circe, quae *Citalis* dicta fuerit, ab inſula *Citale.* quod vero Scaliger ſuſpicabatur Propertium ſcripſiſſe, *Poſſe, Cytaei, tuis ducere carminibus*, non convenit praecedentibus *crediderim vobis.* vera lectio eſt *Cytaeaeis carminibus*, id eſt incantationibus magicis Medeae, ut *Aeaea carmina* Ovidio I. Am. 8. 5. hinc Medea *Cytaeis* noſtro Lib. II. El. 1. 73.

Non hic herba valet: non hic nocturna Cytaeis,
Non Perimedea gramina ſecta manu.

a Κύταια autem, Colchorum urbe, Κυταιαῖος, ut Αἰαῖος ab Αἶα. vid. Scholiaſt. Apollon. Rhod. ad Lib. II. 401. Heinſ. in notis ad h. l. poſt Adverſaria ejus editis p. 655. ad Valer. Fl. I. 331. & Carrion. ad ejuſd. Lib. V. 467. Harduin. ad Plin. Lib. IV. cap. 12. §. 26. p. 470. & Clerici Biblioth. Antiq. & Nov. Tom. VII. P. II. p. 387. Recte etiam obſervat Paſſeratius, dilogiam eſſe in verbo *ducere*, quod proprie dicitur de ſideribus, id eſt Sole & Luna, coelo deductis. vide loca veterum poëtarum, ut alia praeteream, apud Urſin. ad Virg. Ecl. VIII. v. 69. Ciofan. ad Ovid. VII. Met. 207. Commentatores ad Claudian. I. in Rufin. 147. & quae notavi ad Lotich. Lib. I. El. 5. 31. & ita *ducere* pro trahere ad lubitum, ut de Orpheo infra Lib. III. El. 1. 41. *Orpheu, te duxiſſe feras* &c. vide notas ad Ovid. XI. Met. 2. ſed *amnes* requirere verbum *ſiſtere*, notat. ut Virgilio, *Siſtere aquam fluviis.* aut *vertere.* ut in loco Tibulli. Sic amant veteres unum tantum verbum ponere, licet duas res diverſas memorent, alterumque ex ſenſu ſupplendum omittere, ut ſaepe a viris doctis obſervatum eſt: quem loquendi modum multis Graecorum & Latinorum exemplis illuſtravit D'Orvillius ad Chariton. pag. 395. & ſeqq. Patruus meus ad Claudian. Lib. II. de Conſ. Stilich. v. 16. p. 378. vide quae notavi ad Lotich. Lib. I. El. II. v. 9. & adde exemplum inſigne ejuſmodi βραχυλογίας in loco Juvenalis Sat. X. 16.

——— *juſſuque Neronis*
Longinum, & magnos Senecae praedivitis hortos
Clauſit.

ubi ſupplendum eſt, Longinum mori cöegit, & hortos Senecae clauſit. & ſimili modo exponi poſſe locum noſtri infra El. VII. init. illic notavi. *ſidera* autem per excellentiam dici de Sole ac Luna, conſtabit ex notis Lambini ad Lucret. V. 499. & Patrui mei ad Virg. II. Aen. v. 154.

25. *Et vos, qui ſero lapſum revocatis, amici,*] *Nunc vos* Guyetus. *Vos quoque* Heinſ. *At vos* in Excerpt. Scalig. quod male repetitum ex v. 19. Cel. Hemſterhuſio legendum videbatur, *Aut vos, qui ſero* &c. nexu ſententiae ita poſtulante: praeceſſit enim *In me tardus Amor* &c. *Aut vos* (magae) *mentem dominae convertite. Aut vos, amici, quaerite non ſani pectoris auxilia.* cui lubens accedo. *ſeros* vitioſe in Leid. ſec. & edd. primis. *laſſum* in primo Dorvill. *laxum* in cod. Askewiano. *lapſum* ſe fatetur, in amoris nempe retia. ut El. XI. 15.

Ut ſolet amoto labi cuſtode puella.

ubi vide Broukh. & Paſſeratium ad h. l.

26. *Quaerite non ſani pectoris auxilia*] *Quaeritis*

Fortiter & ferrum, ſaevos patiemur & ignes.
Sit modo libertas, quae volet ira, loqui.
Ferte per extremas gentes, & ferte per undas,

30. Qua

ritis inſani Fruterius. ſed nihil variant Codices. male Baptiſta Pius ad Plauti Amph. II. 2. 60. *quaerite auxilia* exponit, obſecundate, obſequimini. Senſus eſt, medicinam non ſani pectoris, pro, non ſano pectori, ſeu mihi aegroto, quaerite. ita apud Ovid. Epiſt. v. 154.

Me miſeram! quod amor non eſt medicabilis herbis,
Deficior, prudens artis, ab arte mea.
Quod neque graminibus tellus fecunda creandis,
Nec Deus, auxilium tu mihi ferre potes.

& ſic alii auctores centies. vide Livinejum & Paſſerat. ad h. l. & Markland. ad Stat. Lib. V. Sylv. I. v. 158. p. 249. & hinc *auxiliares herbae*, medicinales. vide Gebhardi notas pag. 115. *medicinam mali ſui* vocat ipſe noſter infra El. 5. 28.

Non ego tum potero ſolatia ferre roganti,
Quum mihi nulla mei ſit medicina mali.

27. *Fortiter & ferrum, ſaevos patiemur & ignes: Sit modo libertas, quae volet ira, loqui.*] Quia nonnulli Interpretum, qui locum hunc adtigerunt, non nihil aberrarunt, adponam hic, quae ad verum loci hujus ſenſum recte intelligendum adnotaverat Cel. Hemſterhuſius: *Ego fortiter inſtrumenta exſcindendo & exurendo amori admota perpetiar, modo libertas ſit in Cynthiam, duram & ingratam, egerendi, quae ira mihi, amatori ſpreto ac repulſo, ſubminiſtraverit. Propertius enim hunc utilem medicinae dolorem non reformidabat, dum modo ſolutus amoris vinculis ore libero in crudelem Cynthiam inveheretur* & ſeqq. ad hanc expoſitionem confirmandam arbitrum dabat ipſum Propertium, loco valde adpoſito, Lib. III. El. 23. 9.

Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.
Haec ego non ferro, non igne coactus, & ipſa
Naufragus Aegaea vera fatebar aqua.
Correptus ſaevo Veneris torrebar aheno &c.

vides illic quoque *ferri* & *ignis* mentionem fieri a poëta, quia ſecando & urendo remedium ſaepe vulneribus gravioribus adhibetur, unde Seneca in Agamemn. v. 152.

Et ferrum & ignis ſaepe medicinae loco eſt.

quod hic ad Amoris curationem & pectoris non ſani auxilia, ſeu medicinam transfert. ſic Ovidius Epiſt. XX. v. 183.

Ut valeant aliae, ferrum patiantur & ignes,
Fert aliis triſtem ſuccus amarus opem.

Remed. Amor. v. 229.

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec ſitiens ora levabis aqua;
Ut valeas animo, quidquam tolerare negabis?
At pretium pars haec corpore majus habet.

Paſſeratius tamen ad gladiatorum, qui urendo & ſecando ad quoſvis dolores indurabantur, cruciatus referebat, quos poëta ſe inſtar legitimi athletae ferre paratum innuerit. ſed praecedens *auxiliorum*, ſeu remediorum, mentio hanc explicationem non admittit. ſequente verſu *Sed modo ilbertas* in quarto Voſſiano. *quae velit ira* in decem MSS. tam Leidenſibus, Voſſianis, Dorvillianis, Askewiano & meo codice. quam lectionem vindicat vel ſolus locus ex hujus Libri Eleg. 18. 14.

Quamvis multa tibi dolor hic meus aſpera debet,
Non ita ſaeva tamen venerit ira mea.

illa in Codd. Regiis, Leidenſi altero, Excerptis Scalig. ed. Reg. & Veneta priore, quomodo ex antiquis editionibus reſtituendum male judicabat Barthius Lib. III. Adverſ. cap. 14. & abſurdum in modum exponit, poëtam nimirum dicere, ſe omnia, quamlibet dura, paſſurum, modo Cynthiae obſequium praeſtare poſſit, nihilque contra ejus voluntatem locuturum; quae a mente Propertii alieniſſima ſunt.

29. *Ferte per extremas gentes, & ferte per undas*] *Forte* in Voſſ. ſec. *eſternas*, id eſt, *externas* in altero Dorvill. ſed *extremas* reliqui omnes, & editiones primae agnoſcunt. recte Gebhardus rejecit viri docti, quem tamen non nominat, conjecturam *ferte per Indos*, pro *undas* legentis, & vulgatam tuetur. forte illius animo obverſabatur illud Catulli carm. XI.

Sive in extremos penetrabit Indos,
Sive in Hyrcanos, Arabeſque molles,
Seu Sacas, ſagittiferoſque Parthos. &c.

vel illud noſtri Lib. II. El. 23. v. 53.

Quo fugis, ab demens? nulla eſt fuga. tu licet uſque
Ad Tanaim fugias, uſque ſequetur Amor.

C 2 30. *Qua*

Qua non ulla meum femina norit iter.
Vos remanete, quibus facili Deus adnuit ore,
Sitis & in tuto ſemper amore pares.
In me noſtra Venus noctes exercet amaras,

Et

30. *Qua non ulla meum femina norit iter*] *non nulla* in primo Voſſ. In vetuſtiſſ. edd. Reg. Lep. & Veneta 1475. *ſemina* pro *femina*. unde *ſemita* legit Barthius Lib III. Adverſ. 14. & ſic Fruterius, & Douſa P. apud Tibullum Lib. IV. Carm. XIII. 10.

Sic ego ſecretis poſſum bene vivere ſilvis,
Qua nulla humano ſit via trita pede.

ubi Francius conjecerat *ſemita trita pede.* pro *ſit via.* idque hoc in loco probavi olim in notis ad Lotich. Lib. III. 49. p. 192. & Lib. III. Carm. 28. 35. p. 553. ubi haec Propertiana reſpicit:

Degere fert animus ſolis in montibus aevum,
Quo ferat humanos ſemita nulla pedes.

quem etiam imitatur Lib. II. El. 2. 20.

O ego quam vellem, ne quis mihi nuntius eſſet,
Extremas ultra Solis abire vias!
Degere vel Libycas ubi diſſipat Auſter arenas,
Quo non ulla meum fama ſequetur iter.

ſed nunc Broukhuſio accedo, vulgatam *femina* retinenti; cum quia ab omnibus fere codd. MSS. haec lectio probatur, tum quia *norit* potius convenit *feminae*, & *ſemita* requireret *monſtret*, *pandat*, vel *ducat*. *novit* in Leidenſi primo, quarto Voſſ. primo Dorvill. Menteliano, & in marg. cod. Askewiani.

31. *Vos remanete*] eo ſenſu, ni fallor, hic capiendum, vos, quibus propitius favet Amor, in urbe deliciis fruimini, quia praeceſſit, *Ferte per extremas gentes.* ut apud Suet. Aug cap. 43. *custodes in urbe diſpoſuit, ne raritate remanentium graſſatoribus obnoxia eſſet.*

Quibus facili Deus adnuit ore] ſic praetulit Broukhuſius. *aure* in Leid. pr. & ſec. tribus Voſſianis, primo Dorvill. meoque codice, & in marg. Askew. neque aliter in ed. Reg. Lepid. Veneta prima, aliiſque. *aura* in ſecundo Vaticano. in altero Dorvill. *ore*, ut ex libro Commelini etiam adfert Gebhardus, licet ipſe *aura* probaverit. ut & Mercerus ad Non. Marcell. contra quem tamen *ore* vindicavit & recepit Broukhuſius. & ſic in notis ſuis MSS. legebat Marklandus. ſed a Broukhuſio in diverſa abibat Cel. Hemſterhuſius, conjungens, *Deus facili aure*, non *adnuit aure.* pro altera tamen lectione ſtat Ovidii locus Lib. XIV. Met. 593.

Adſenſere Dei: nec conjux regia vultus
Immotos tenuit, placatoque adnuit ore.

ubi Broukhuſium *ore* hic praeferentem laudat Patruus meus. & ita Heinſius ad Lib. XII. Met. v. 430. & in notis ad Propert. poſt Adverſaria ejus editis pag. 656. recte omnino. & *aures* ſequitur mox v. 37. *tardas adverterit aures.* neque infrequens harum vocum commutatio eſt. infra El. XII. 6. *nec noſtra dulcis in aure ſonat.* ubi *noſtro dulcis in ore* Guyetus. Statius Lib. XII. Theb. 222. *nec corde, nec aure paveſcens.* ut *aure pavens* Lib. I. 366. *annuet* in Codd. Regiis, altero Colbertino, Leidenſi ſec., & primo D'orvill. quod ἀρχαϊκῶς exponit Paſſeratius, quia Ennius *Abnueo* dixerit. quam obſervationem nemo, ut puto, ei invidebit. Confer cum hoc loco illud Tibulli Lib. II. El. 1. 80.

Ah miſeri, quos hic graviter Deus urguet, at ille
Felix, cui placidus leniter adflat Amor.

ubi *adflat* eleganter, ut προσπνέιει Theocrito Idyll. XVII. 51. de Berenice,

Πᾶσιν δ' ἤπιος ἦδε βροτοῖς, μαλακὼς μὲν ἔρωτας,
Προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.

& hinc forte explicandum illud noſtri Lib. II. El. 18. 85.

Quod ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis.

Ceterum non dubito hunc Propertii verſum in animo habuiſſe Hieron. Angerianum, cycnea illa cantione, antequam manu facta morte infelicis amoris taedia abſolveret:

Vivite vos alii, quibus omnia jugiter adfert
Laetus Amor: gladium tu mea ſume manus &c.

32. *Sitis & in tuto ſemper amore pares*] ad mutuam amoris voluptatem refero. ſimile fere illud Theocriti Idyll. XII. 10.

Εἰθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες.

33. *In me noſtra Venus noctes exercet amaras*] notaverat Marklandus „ *noctes amaras* hic dici, „ ut Graec. πικράς. Sophocles Philoct. πικρὸν

„ Σι-

Et nullo vacuus tempore deſit amor.
Hoc, moneo, vitate malum. ſua quemque moretur
Cura, neque adſueto mutet amore locum.
Quod ſi quis monitis tardas adverterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea.

ELEG.

„ Σίγειον pag. 386. & *πικρὰς Ἀτρείδας*. & eodem „ dramate *πικρὰν βάξιν amarum ſermonem* Euri- „ pid. Medea v. 1374. Virg. X. Aen. 591.

Quem prius Aeneas dictis adfatur amaris.

„ ſic enim legend. non *pius*" ut patet ex v. 882. Haec Marklandus. *noctes inanes* male in Scaligeri Excerptis. ſimiliter *noctes amaras* dixit infra Lib. II. El. 13. 59.

——— *quoties deſertus amaras*
Explevi noctes, fractus utroque toro.

vide Broukhuſ. ad ejuſd. Elegiae v. 29. Lib. IV. El. 3. 29.

At mihi quum noctes induxit veſper amaras.

Ovidius Epiſt. XII. 169.

Non mihi grata dies, noctes vigilantur amarae.

ubi male Scaliger, *noctes vigilantur amore.* quod ſatis refutatur ex illo Tibulli Lib. III. El. 4. 11.

Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra,
Omnia jam triſti tempora felle madent.

Calpurnius Ecl. III. 46.

——— *hos tibi cantus*
Dat Lycidas, quos nocte miſer modulatur amara.

ubi *acerba* in aliis. vide illic Patrui mei notas. & de vi verbi *exercet* ad Petron. cap. 94. p. 452. ſimile eſt quod ſupra v. 17. dixit,

In me tardus Amor non ullas cogitat artes.

In me dura Venus legebat Francius. ſed *noſtra Venus* de Cynthia recte intelligunt Interpretes. ut apud Virg. Ecl. III. v. 68.

Parta meae Veneri ſunt munera.

ubi Servius *meae amicae* exponit. Huic autem loco Propertiano perquam ſimile eſt illud Poſidippi Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 121. p. 615. ed. Obſop.

Λήγω δ' οὔποτ' ἔρωτος. ἀεὶ δέ μοι ἐξ Ἀφροδίτης
Ἄλγος' ὁ μὴ κείνων κοινὸν ἄγοντι πόθος.

id eſt, interprete H. Grotio,

Me Venus exercet ſemper. ſuccedit amori
Ilicet ex cauſſa qualibet ortus amor.

34. *Et nullo vacuus tempore deſit amor*] *Ut nullo* codex Heinſ. Leid. prim. Mentelianus, & meus. pro *tempore* in Excerpt. Scal. *pectore.* quod forte petitum ex Eleg. X. in fine:

Qui numquam vacuo pectore liber erit.

deſit in duobus Leidenſ. quatuor Voſſianis, primo D'orvill. marg. Askew. ed. Reg. Lepid. Venet. aliiſque. *deſit* in ſecundo Dorvill. Groningano, meoque codice. ſic ſupra hac Eleg. v. 7. legebat Heinſius,

Et mihi jam toto furor hic non deſit in anno.

idem Lib. IV. Adverſ. c. 1. p. 565. & cap. 2. pag. 568. apud Tibullum Lib. III. 4. 19. etiam praeferebat, de ſomno, *ſollicitas deſit is ante domos.* pro *deficit:* & Lib. IV. Carm. I. 100.

Tunc tibi non deſit, faciem conponere pugnae.

ad quem locum plura vide in notis Broukhuſii. & adde notata ad Anthol. Lat. Vol. I. pag. 351.

35. *Hoc moneo, vitate malum*] *Hoc moneo vitare malum* Mentelian. Heinſ. & meus codex.

36. *neque adſueto mutet amore locum*] *nec aſſueto* Voſſ. quartus, & Askew. *aſſuetum* quint. Vatic. *aſueto* Mentelian. forte pro *a ſueto.* & ſic ſuo exemplari adſcripſerat Broukhuſius: *lego, a ſueto, disjunctim, hoc enim vult, neque ab amore aſſueto recedens mutet locum.* ſic Lib. II. El. I. 12.

Mox venit a ſueto mollis ad arva jugo.

ut legendum conjeci pro *aſſueto.* ſed infra El. 4. v. 4.

Hoc magis aſſueto vivere ſervitio.

ſic enim in eodem codice illic legitur. *aſſuetum mutet amore locum* Barthius Lib. III. Adv. c. 14. prope finem. *neque aſſueto mutet amore novum* Marklandus ad Stat. Lib. V. Syl. 3. 93 p. 295. cui favere poſſet illud ex Lib. III. El. 19. 16 *Polluetique novo ſacra marita toro.* ſed vulgata ſe tueri poteſt ex Lib. II. El. 18. 38.

Altera me cupidis teneat foveatque lacertis,
Altera ſi quando non ſinit eſſe locum.

E L E G. II.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veſte movere ſinus?

Aut

& forte *mutare locum aſſueto amore* idem notat, quod Lib. IV. El. 8. 28.

Mutato volui caſtra movere toro.

locutionis uſum egregie illuſtrant quae notavit Bentlejus ad Horat. Lib. II. od. 16. 18. Drakenb. ad Livium Lib. V. 30. §. 3. & Lib. XLII. 5. §. 3.

37. *Quod ſi quis monitis tardas adverterit aures*] *advexerit* Voſſian. quartus. forte legendum *ſurdas obverterit aures.* vel *averterit.* ut apud Boëthium Conſ. Philoſ. Metr. I.

——— *ſurda miſeros avertitur aure.*

eadem variatio infra El. VIII. 41. *neque amanti tardus Apollo.* ubi *ſurdus* ex ſuo codice emendabat Heinſius. El. X. 16. *Et dominae tardas poſſum aperire fores.* ubi *ſurdas* praeſtat. vide Broukhuſ. ad Eleg. VII. 17. ſic Lib. II. El. 13. v. 36.

Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.

& v. 48.

ſurda negligit aure preces.

& Eleg. XVI. 13.

ad ſurdas mihi dicitur aures.

Tibullus Lib. IV. El. 14.

Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.

Ovid. I. Am. El. 8. 86.

Commodat illuſis numina ſurda Venus.

obverterit aures, ut *obvertere mentem* Ovidio Lib. II. Met. 470.

Quo ſimul obvertit ſaevam cum lumine mentem.

ubi *advertit* in aliis. vide illic Patrui mei notas. Statius XI. Theb. 484.

——— *quid belli obverteris auſis*
Numen iners pacique datum.

advertere aures eſt adtendere. ut apud Ovid. I. Faſt. 179.

Ad primam vocem timidas advertimur aures.

ubi vid. Heinſ. & *oculos advertere* apud Claudian. Conſ. Olybr. v. 196.

Junonem Inachiis oculos advertere templis.

monitis hic accipe, ut Eleg. XX. 51.

His, o Galle, tuos monitis ſervabis amores.

ubi male *monitus* in nonnullis MSS. El. XV. 41.

Queis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes:
O nullis tutum credere blanditiis!

ultimo verſu, *Seu referet* in Heinſiano & meo codice. *referet* hic eſt, recordabitur. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. V. v. 183. ubi *Heu referes* in in hoc Propertii loco adfert. *Quis*, vel *His*, *ſi quis monitis* correxerat Francius.

El. II. 1. *Quid juvat ornato procedere, vita, capillo*] *vincta* in Leid. pr. & quarto Voſſ. Mentel. & Excerpt. Scalig. *victa* Dorvill. ſec. *vitta* Voſſ. ſec. & tert. a man. pr. unde quis emendandi cupidus legendum conjiceret *ornato vitta*, vel *vittis, prodire capillo.* ut vittas crinales innuat, quibus capillorum fluxum in nodum colligebant & ligabant, unde *vittati capilli.* vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 603. & *prodire* hac in re aeque uſitatum, ac *procedere.* infra Lib. II. El. 19. 79.

Vidiſtis quamdam Argiva prodire figura:
Vidiſtis noſtras. utraque forma rapit.

Ovidius IV. Faſt. 309.

Cultus, & ornatis varie prodiſſe capillis, Obfuit.

ubi vide Heinſ. & Broukh. ad Tibull. Lib. I. 10. 70. *incedere* Lib. II. El. 1. 5.

Sive illam Cois fulgentem incedere totis.

Sed vulgatae acquieſcamus. initium hujus Elegiae non invenuſte imitatus eſt Nicolaus Grudius Lib. I. Eleg. 8.

Pyxide compoſitos, Hieronyma, projice fucos,
Et fuge mentita velle placere coma.
Haec tibi, ſi neſcis, deformant addita formam,
Ut nequeas propriis ipſa nitere bonis &c.

pro *Coa veſte* in primo Leid. quatuor Voſſianis, & Mentel. *Choa*, & ſic in membranis G. Vlamingii,

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato prodere cultu?

Nec

gii, & primo Vaticano. in Poſthiano, & Leid. altero *Cea.* & ſic in marg. cod. Askewiani. ut habent edd. primae, Venet. 1475. & Reg. Lep. 1481. *Caea* in Venet. 1487. primum vero Aldum Manutium *Cea* mutaſſe in *Coa* indignatur Barth. Lib. IX. Adverſ. cap. 10. ubi hujus Elegiae aliquot loca illuſtrat. ſed ita jam exſtare in ed. principe anni 1474. notavit Broukhuſius, qui de hac ſcripturae & utriuſque inſulae *Ceae* & *Co* differentia optime ad h. l. egit. & ad Lib. II. El. 1. v. 5. cui adde Micylli & aliorum notas ad Ovid. VII. Met. 368. & ad II. A. A. 298. Vlitium ad Gratii Cyneg. v. 404. pag. 255. & Heinſ. ad Sabin. Epiſt. III. v. 45. *fovere ſinus* conjecerat Heinſ. ſed *movere ſinus* recte Paſſeratius exponit, in procedendo, ſeu inter ambulandum, vibrare, ventilare. hinc *tunicae ſolutae*, & *fluentes*, *fluxi amictus*, &c. velut levi vento agitati. vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 70 & 265.

3. *Aut quid Orontea crines perfundere myrrha*] *Aut Orontea* in primo Leidenſi, adverſus metrum. & ſic in Menteliano, in quo *Orantea. Oruntea* Voſſ. quart. *mytra* in Leid. pr. de myrrha Orontea, praeter viros doctos a Broukhuſio laudatos, vide Caſp. Hofmannum Lib. III. Var. Lect. cap. 4. *crinem*, ut magis poëticum, ſcripſiſſe Propertium, cenſet Broukhuſ. certe ita etiam in initio *ornato capillo*, non *ornatis capillis*. & locis ab eo prolatis adde Valer. Fl. II. 103. *tereti crinem ſubnectitur auro.* Claudianus Conſ. Olybr. v. 3.

——— crinemque repexi
Blandius elato ſurgant temone jugales.

ubi etiam *crines* in MSS. ſaepe enim apud Poëtas numerus ſingularis auget, & praeſtat plurali. de quo vide notas ad Ovid. Epiſt. I. 24. idque amat Propertius. Lib. II. El. 4. 21.

Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem.

ut recte, pro *veſtes*, praetulit Broukh. eod. libr. El. 2. 66.

Idaeis tunicam ponere verticibus.

ubi *tunicas* in plurimis MSS. quod probatum fuit Scaligero, citra neceſſitatem. Lib. I. El. XI. 9. *remo confiſa marino.* mallet Broukhuſ. quam *remis marinis.* Lib. II. El. 23. 104.

Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem.

non *pedes*. ut Lib. III. El. 13. v. 44.

Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.

& paſſim aliis in vocibus, quae loca cumulare non opus eſt. vid. Patrui mei notas ad Lucan. II. 57. & 298. & infra ad Lib. II. El. 4. 21. verſu ſequenti *vendere* male Paſſeratius exponit, proſtituere veluti pretio meretricio. *vendere* hic eſt te jactare, oſtentare, ut vultus omnium & ora in te convertas & amatores adlicias. quod *ſe venditare* Ciceroni frequenter. id *jactare ſe aliis* etiam dicitur. vide infr. ad Lib. II. El. 19. 15. melius ſane explicuit Gebhardus. adpoſitus eſt Petronii locus in Satyr. cap. 126. *quo enim ſpectant flexae pectine comae, quo facies medicamine adtrita* &c.? *quo inceſſus compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſtituis ut vendas.* & ſeqq. *ſive ergo nobis vendis quod peto, mercator paratus eſt, ſive commodas* &c.

5. *Mercato prodere cultu*] *pendere* ex cod. Poſthiano Palmerius. & ſic in Excerptis Fr. Modii. quod natum fuit ex praeced. *vendere. cultu* mutandum videtur in *vultu.* idque auctoritate codicis Regii; nam ad *cultum* praecedentia ſpectant, ſed hic innuere videtur fucatum ceruſſae lenocinium, quo oris formam a natura datam coloremque pigmentis interpolare & augere, vel potius polluere & perdere amant puellae illices, ſed quas ante ipſum ſenii tempus ſpeculum vidiſſe piget. forte igitur legendum,

Naturaeque decus fucato perdere vultu.

vel *prodere.* id φύσεως προκρίνειν τέχνην, ἀληθείας ψεῦδος, dicitur Polluci Lib. V. Onomaſt. cap. 16. in fine. ubi Seberus id hoc ipſo Propertii loco illuſtrat. Ovidius Lib. II. Triſt. 487.

Compoſita eſt aliis fucandi cura coloris,

ut recte V. D. reſtituerunt pro *fuſcandi.* hinc mox *nullam figurae medicinam eſſe* dicit, ubi vide Paſſerat. *lenociniis aut coloribus faciem polluere* vocat Seneca Conſ. ad Helv. cap. 16. loco adpoſito: *Non faciem lenociniis ac coloribus polluiſti: numquam tibi placuit veſtis, quae nihil amplius, quam nudam componeret: unicum tibi ornamentum pulcherrima, & nulli obnoxia arti*

(ſic

Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?

Crede

(ſic malim cum Lipſio & Paſſeratio ad h. Eleg. v. 21. quam *aetati.*) *forma: maximum decus viſa eſt pudicitia.* quo loco videtur Seneca hunc Propertianum in animo habuiſſe; nam *nulli obnoxia arti forma* ei dicitur, ut mox v. 21.

Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis.

& quod addit, *formae maximum decus viſam eſſe pudicitiam*, aperte exprimit id quod v. 24. ſubjungitur,

Illis ampla ſatis forma, pudicitia.

fucato vultu, ut emendandum conjeci, hic adſtrui poſſet ex dicto Ovidii Carmine, ſeu fragmento Medicaminum Faciei v. 97.

Tempore ſit parvo mulier licet illita vultus,
Haerebit toto multus in ore color.

ut legit Micyllus. huc faciunt quae ad Callimachum Hymno in Delum v. 198. p. 511. notavit Spanhemius. neque feminas tantum, ſed & viros non puduiſſe fucis illini patet ex Cic. Orat. in Senatu habita cap. 6. init. & in L. Piſon. cap. XI. noſter Lib. II. El. 14. v. 25. ſeqq. loco inſigni;

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
An ſi caeruleo quaedam ſua tempora fuco
Tinxerit, idcirco caerula forma bona eſt?
Ut Natura dedit, ſic omnis recta figura eſt;
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi ſub terris fiant mala multa puellae,
Quae mentita ſuas vertit inepta comas.

quo ultimo verſu fere adducor, ut hic quoque legi poſſe ſuſpicer,

Naturaeque decus mentito prodere vultu.

vel *cultu*, ut in vulgatis. Conferendus eſt hic Propertii locus cum illis Tibulli Lib. I. El. 9. 9.

Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos?
Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Quid fuco ſplendente genas oneraſſe? quid ungues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?
Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus,
Anſaque compreſſos colligit arta pedes.
Ipſa placet, quamvis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda comſerit arte caput.

quae ex Callimacho expreſſa notat Schottus Lib. II. Obſerv. cap. XI. cum his & ſimilibus poëtarum veterum locis conparari etiam poteſt incerti, licet aetatis inferioris, poëtae Elegia ad *Virginem nimis cultam*, in Anthol. Lat. Vol. I. p. 691. & ſeqq. non quidem ut cum illis aequali paſſu ambulet, licet nonnullae in iſto poëmatio emicent ſcintillae ingenii ſatis felicis, ſi meliori vixiſſet aevo, adeoque inde agnoſcamus, *quantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.* Poſſis etiam *medicato perdere vultu*, quod ad *mercato* propius accedit. ſic *medicare capillos* Naſoni Lib. I. Am. 14. 1.

——— *medicare tuos deſiſte capillos;*
Tinguere quam poſſis, jam tibi nulla coma eſt.

apud Senecam de Conſtant. Sap. cap. 18. de Caligula: *tanta capitis deſtituti & medicatis capillis adſperſi deformitas.* ut in MSS. legi pro *emendicatis* teſtatur Lipſius, & *fuco tinctis* exponit. vide etiam Interpretum notas ad Gratii Cyneg. 415. ita *facies medicamine adtrita* Petronio d. l. *medicata fuco lana* pro tincta apud Horat. III. od. 5. 28. & hinc carmini ſuo titulum *de Medicamine faciei* inſcripſit Ovidius. pro vulgata lectione *mercato cultu* adducere quis poſſet illud Calpurnii Ecl. I. 69.

Jam nec adumbrati faciem mercatus honoris,
Nec vacuos tacitus faſces, & inane tribunal
Accipiet Conſul.

ſed illic agitur de honoribus pretio emtis, non meritis, quos *faciem* ſeu ſpeciem dignitatis vocat. Ceterum haec imitatione ſua ſic expreſſit Janus Secundus Epigr. XIII.

Mitte peregrinis opplere coloribus ora,
Nudus Amor nudae munera frontis amat.

de nativa formae ſimplicitate, adſcititio venuſtatis artificio praeferenda, non inelegans eſt Epigramma poëtae veteris *in Munditias*, quod edidi Tom. I. Anthol. Lat. Lib. III. Ep. 199. p. 636. 637. verſu ſeq. *propria bona* recte de naturali pulchritudine expoſuit Paſſeratius. ut Lib. II. El. 2. 40.

Non, non humani ſunt partus talia dona,
Iſta decem menſes non peperere bona.

neque tantum de corporis ſed & animi dotibus. Ovid. I. Triſt. 5. 34.

Prima bonis animi conſpicerere tui.

Sta-

Crede mihi, non ulla tuae eſt medicina figurae,
  Nudus Amor formae non amat artificem.
Adſpice, quot ſubmittat humus formoſa colores,

Et

Statius Lib. I. Sylv. 3. 106.

Digne Midae Croeſique bonis, & Perſide gaza,
Macte bonis animi.

ubi Marklandus legendum conjicit *Croeſique opibus.* ne bis eadem vox recurrat. Lib. IV. Sylv. 4. 21. *dubium, morumne probandus Ingeniive bonis.* ſic τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ Xenophonti Epheſior. Lib. I. init. contra *mala* de deformitate tam corporis quam mentis. utrumque uberius illuſtravit Patruus meus in Comment. ad Phaedr. Lib. III. ſab. 8. 15. & vide Canneg. ad Avien. Fab. V. p. 41 & 42. & quae notavi ad Lotich. p. 652.

7. *non ulla tuae eſt medicina figurae*] hoc praetuli ex longe majori librorum MSS. ſuffragio. ita enim in quatuor Voſſianis, duobus Leidenſ. totidem Dorvill. Codd. Regiis & Colbertino, Heinſiano, Menteliano, Borrichiano, Neapolitano, Groningano, meoque codice. nec aliter in ed. Reg. Lep. & Veneta an. 1475. *tuae medicina figurae eſt* edidit Broukhuſius.

8. *Nudus Amor formae non amat artificem*] *formam artificem* legit Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 6. & recte firmat loco Valerii Fl. Lib. VI. 465. *Da precor artificis blanda adſpiramina formae.* Perſius Sat. V. 40. *Artificemque tuo ducat ſub pollice vultum.* vide Broukhuſ. ad Lib. II. El. 23. 8. & Barth. ad Stat. I. Achill. 332. p. 1657. Marklandus ad haec notaverat, „ *optime* „ *legere poſſis*, formam artificem, *ut* artifices bo„ ves, artifices manus, artifici pollice *Statius.* „ *& ſimilia paſſim. Sed obſtat noſter Lib. II. El.* „ *I. 60. Nil igitur mutandum.* *formam* tamen *artificem*, ut magis Propertianum, hic praefero. alter enim locus ex Lib. II. El. I. 60.

Solus Amor morbi non amat artificem,

nonnihil diverſus eſt. illic *morbi artifex* pro medico dicitur, vel ſanatore morbi, ubi *morbus artifex* locum habere, neque recte dici poſſet. hic *forma artifex* eſt, quae multo artis molimine conciliatur & adornatur. ut contra *nulla arte* dicuntur, quae ex natura ſe commendant. ut v. 14. & Ovid. II. Faſt. 764. *nulla factus ab arte decor.* alio nonnihil loquendi modo *formae artifices* dicuntur, qui puellas comendo & exornando, formae gratiam illis arte adquirunt & augent. Tibullus Lib. I. El. 9. 11.

Quid fuco ſplendente genas ornaſſe? quid ungues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

ſic *artifices lateris* mimicorum motuum magiſtros vocat Ovid. III. A. A. 351. tales erant *ornatrices*, quae heras ſuas & puellas multa arte comebant. de quibus vid. Heinſ. ad Ovid. II. Am. El. 7. 17.

9. *Adſpice, quot ſubmittat humus formoſa colores*] ita recte a V. D. fuit reſtitutum. *quos* in Leid. pr. quatuor Voſſ. duobus Dorvill. & meo codice. & ſic Ayrmannus. ſed *quot* praeferendum cum Heinſio. vide Markland. ad Statii Silvas p. 208. *ſubmittit* male etiam in ſec. Leid. & primo Dorvill. *quod ſubmittit* idem Leid. ed. Reg. Lep. & utraque Veneta. *quos ſummittat* Ald. & Junta. *ſummittit* perperam quoque in Groning. nam poſt *Adſpice* requiritur *ſubmittat*, ut in Borrichiano & Askewiano. & ſic ſemper fere apud veteres. vid. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 235. ne dicam ſequentia *veniant*, & *ſurgat* hanc lectionem poſcere. neque aliter ſcribendum hoc in loco monuit Heinſ ad Ovid. I. Amor. 13. 43. ubi ſimiliter olim edebatur,

Adſpice quos ſomnos juveni donavit amato.

pro *quot ſomnos donarit.* apud noſtrum El. XV. hujus Libr. v. 3.

Adſpice me quanto rapiat Fortuna periclo.

Lib. II. El. 22. 57.

Adſpice ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus.

El. 25. v. 55.

Adſpice me, cui parva domi fortuna relicta,
Nullus & antiquo Marte triumphus avi;
Ut regnem mixtas inter conviva puellas.

& ſic ex codd. Voſſ. corrigendum infra El. 17. 6.

Adſpice quam ſaevas increpet aura minas.

& Lib. II. 18. 35.

Adſpice uti coelo modo Sol modo Luna miniſtret.

hinc Lib. II. El. 19. 29. loco corrupto.

Ad-

Et veniant hederae ſponte ſua melius:
Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris,
Et ſciat indociles currere lympha vias:

Li-

Adſpice quid donis Eriphyla invenit amaris,
Arſerit & quantis nupta Creuſa malis.

ubi *invenit* & *Arſerit* merito diſplicebant Heinſio, & ideo *donis Eriphyle flerit amatis* corrigebat Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 244. & in notis ad Propert. p. 693. *ſubmittat humus nemoroſa* conjecerat Heinſ. pro inculta. offendebat eum ſequens *formoſius.* dein *calores* male Fruterius. *colores* recte in omnibus codicibus. id eſt, flores verſicolores. Virg. IV. G. 306.

Ante novis rubeant quam prata coloribus.

Ovid. IV. Faſt. 429.

Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,
Pictaque diſſimili flore nitebat humus.

Valerius Flac. VI. 492.

Lilia per vernos lucent velut alba colores.

ſubmittat humus colores, vel flores, adhaeret Lucretio Lib. I. v. 8.

—— tibi ſuaves Daedala tellus
Submittit flores.

Valer. Fl. III. 528.

Ipſa citatarum tellus pede pulſa ſororum
Perſonat, & teneris ſubmittit gramina plantis.

ubi vide Patrui mei notas. ſeq. verſu *Ut veniant* Ayrmannus, & Heynius ad Tibull. pag. 181. *veniunt* male in uno Voſſ. & Heinſii codice.

11. *Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris*] *pomoſior* legebat Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 6. vel *frondoſior.* quod ultimum etiam adridebat Bentlejo ad Horat. Lib. I. od. 12. v. 45. vel *animoſior.* Certe *humus formoſa*, & hoc verſu *formoſius*, tam parvo intervallo recurrentia, magis quam aliis in locis apud noſtrum, in quibus tales vocum repetitiones, ſine ulla tamen emphaſi aut elegantia, non raro obviae ſunt, offendunt merito, & emendationem requirunt, quantumvis Cel. Hemſterhuſius in notis ſuis MSS. vulgatae adquieſcat, ſed *formoſior* maluerit, quam *formoſius*, ut poëticum magis; *formoſior* certe eſt in cod. Neapol. ſed *formoſius* in Voſſianis, Leidenſibus, Menteliano, aliiſque. Mihi *pomoſior arbutus* ceteris virorum doctorum conjecturis praeferendum videtur, propter loca auctorum ab Heinſio prolata. *arbutus* enim veteribus poma rubra inſtar prunorum proferre dicitur. unde *pomo onerata rubenti Arbutus* Ovidio Lib. X. Met. 101. & *arbutei foetus* Lib. I. 104. & XIII. 820. ut recte pro *Arborei* reſtituerunt Interpretes. *arbuta* autem poma ipſa. vide Serv. ad Virg. I. G. 148. & II. v. 69. Auctor Culicis v. 51.

Pendula projectis carpuntur & arbuta ramis.

ubi vide Taubman. & Cerdam ad Virg. Tom. I. pag. 226. *pomoſi horti* Tibullo Lib. I. El. I. v. 21. quos *pomiferos* vocat Calpurn. Ecl. II. 64. *pomoſa corona* noſtro lib. IV. El. 2. 17. de Vertumno:

Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona.

Guntherus Lib. IV. Ligur. v. 152.

Inter & Argeas pomoſi Tiburis arces.

ut recte corrigit Heinſ. ad Ovid. III. Amor. 6 46. pro *famoſi.* Auctor Elegiae in Maecen. obit. v. 34. Tom. I. Anthol. Lat. p. 260.

Maluit umbroſam quercum, Nymphaſque canentes,
Paucaque pomoſi jugera certa ſoli.

pomoſa arva apud noſtrum Lib. IV. El. 7. 81.

Pomoſis Anio qua ſpumifer incubat arvis.

ubi vid Broukh. qui ſic optime illic reſtituit pro *Ramoſis. Sola arva* egregie illuſtrant ea, quae ad Horat. d. l notavit Bentlejus, nam Guyetum *ancris* hic iterum obtrudentem merito valere juſſit Brouckhuſius. vid. ſupra ad El. I. v. 11. verſ. ſeq. *ſciat currere*, pro currat, Graecorum more, ut paſſim loqui amat Propertius. *ut ſciat* tam hoc verſu, quam praeced. *Surgat ut*, &, *Ut veniant* legi in cod. MS. Achillis Statii notavit Muretus. & ex v. c. etiam adſcripſerat Antonius Perrejus. quod minime repudiandum, neque pro nihilo habendum, ut videbatur Gebhardo. *Ut veniant* etiam Douſa P. in margine libri ſui conjecerat. *indociles* ἀδιδάκτους Graecorum exprimit. v. Lennep. Animadv. ad Coluth. Lib. II. cap. I. p. 76.

13. *per*

Litora nativos per ſe dent picta lapillos,
Et volucres nulla dulcius arte canant.
Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phoebe,
Pol-

13 *per ſe dent*] ita ex ingenio Scaligeri emendatum edidit Broukhuſ. recte omnino. quod probavit Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 248. & in notis ad Propert. pag. 656. *per ſe* hic idem, ac paullo ante,

Et veniant hederae ſponte ſua melius.

& arbores *ſponte ſua natae* Ovidio V. Met. 591.

Sponte ſua natas ripis declivibus umbras.

In libris manu exaratis, primiſque editionibus mira hic lectionis varietas. *perſuadent* in tribus Voſſianis, primo Leid. primo Dorvill. Menteliano, Neapolitano, Scaligeri Excerptis, Heinſiano, & primo meo Codice, quem Heinſiano eumdem opinor. *perfundent* quoque pro varia lect. in iisdem Excerptis Scalig. *collucent* in Codd. Regiis, ſecundo Colbertino, Excerptis Modii, Leidenſi altero, Borrichiano, ed. Reg. Lep. & Veneta utraque. idque probabat Marklandus ex Ovid. V. Faſt. v. 363. *callucent floribus agri.* *pellucent* in Aldi, Juntae, & aliis edd. *collucent* etiam Barthio non movendum videbatur, ut ad coloratorum lapillorum varietatem referatur, Lib. IX. Adverſ. c. 10. cui in ſuis adnotationibus adnuebat Cel. Hemſterhuſius, ſed quia *collucent* cum ceteris *ſubmittat*, *veniat*, *ſurgat*, & *ſciat* non congruit, altera ejus conjectura praeferenda, qua refingebat,

Litora nativi colluſtrent picta lapilli.

verbo ex picturae arte deducto. ut apud Cic. Orat. 36. *in picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca, contra alios nitida, laeta, colluſtrata delectant.* in multis etiam codicibus & edd. *nativis lapillis*, ut in quatuor Voſſ. duobus Leid. ed. Reg. Lep. Venetis, Ald. aliiſque. Ayrmannus *nativis placeant ut picta lapillis.* denique *perſudent* in Voſſ. quarto, & altero D'Orvill. quod in primae editionis notis Scaligero probatum fuerat, tamquam ἐμφατικώτατον, ut innuat lapillos per ſe provenire, eoſque veluti quasdam ſudoris bullas erumpere. ſed bene id correxit in ed. poſteriore Commel. an. 1600. *per ſe* eleganter dicitur de illis, quae ſponte, & ſine induſtria hominum, nullo cultore, ſed naturae dono proveniunt. ut Ovid. I. Met. 102. *per ſe dabat omnia tellus.* vide Drakenb. ad Silium Lib. XI. 447. & notas ad Valer. Max. Lib. V. c. 7. §. 1. *perrident* quoque aliquando conjecerat Heinſ. ut apud Virg. in Ciri v. 103.

Purpureis late ridentia litora conchis.

ſed *per ſe dent* nullo modo ſollicitandum eſt. verſu ſeq. *canunt* male in quatuor Voſſ. binis Leidenſ. Borrichiano, Groningano, Regiis & Colbertinis, primo Dorvill. & meo ſecundo, qui ab hoc verſu incipit. ſed rectius *canant* in Heinſiano, primo meo MS. & altero D'Orvill. *Quod volucres* in Neapolitano.

15. *Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaïra ſoror.*]

incendit in Voſſ. tertio. *ſuccedit* in ejuſdem quarto. male in Heinſ. & meo codice *Lecippi*, in quibus alter verſus totus deſideratur. *Thelaira* in Groningano, tribus Voſſianis, duobus Leidenſ. & in ſecundi margine *Ilaria. Ilayra* in primo & quinto Vaticano. *Ilayra* in ſecundo. *Thelaïs* in Borrichiano, & in marg. *Ilaira. Ilayra* legendum ex Pindari Scholiaſte notaverat Heinſius. vid. Turneb. XI. Adverſ. c. 15. *Thelaira* Mentelianus, & meus codex ſecundus. *Hilaïra* edidit Broukhuſ. certe in marg. cod. Reg. *Hylaira. Elaira* ed. Mureti Aldina. *Thelayra* in Aldi & Juntae edd. ut male etiam adfertur a Brodaeo ad Theocrit. Idyll. XXII. 138. ubi Λευκίπποιο κόραι vocantur. Ἰλέαιρα vitioſe ſcribitur in Tabula Picturar. antiq. Herculan. in qua amores Caſtoris & Pollucis exhibentur, pro Ἱλάειρα. vide Act. Lipſ. Nov. menſ. Jan. 1759. pag. 8. Quod autem hic *Hilaïra ſoror* dicatur, ſubintelligendum, ſoror Phoebes, nam Phoebe & Hilaïra Leucippi filiae, unde Phoeben *Leucippida* hic vocat Propertius, uxores Dioſcurorum, quarum tamen matrimonia poëta noſter confundit, nam Phoebe Pollucis, Hilaïra Caſtoris fuit uxor. vide Pauſaniam Lib. XI. cap. 22. p. 161. Apollodor. Lib. III. Bibl. cap. XI. §. 2. & Hygin. fab 80. cui *Ilairae* nomen recte pro *Laira* reddidit Heinſius. & Ovidio *Phoeben* hanc reſtituendam cenſebat, Epiſt. VIII. 77.

Flebat avus, Phoebeque ſoror, fratreſque gemelli.

ubi Phoeben non Helenae ſororem, ſed Leucippi filiam aliis vocari, Patruus meus notavit. idem lib. V. Faſt. 699,

Ab-

Pollucem cultu non Hilaïra ſoror.
Non Idae, & cupido quondam diſcordia Phoebo
Eveni patriis filia litoribus.
Nec Phrygium falſo traxit candore maritum
Avecta externis Hippodamia rotis:
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,

Qua-

Abſtulerant raptas Phoeben, Phoebeſque ſororem
Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant repetuntque ſuas & frater & Idas,
Leucippo fieri pactus uterque gener.

ubi *frater* Idae eſt Lynceus, uterque earum pro-ci, qui Caſtori & Polluci in raptu Phoebes & Hilaïrae ſe oppoſuerunt. vid. Theocrit. Idyll. XXII. v. 137. & ſeqq. & quae notavit Cioſan. ad Ovid. VIII. Met. 306. hinc Paris apud Ovid. Epiſt. XVI. 327.

Non ſequar Aegidae factum, fratrumque tuorum
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit Theſeus, geminas Leucippidas illi.

utraque autem, & virgines in earum delubro illis ſacratae, *Leucippides* dictae. vid. Pauſan. Lib. III. cap. 16. Paſſerat. ad h. l. p. 147. & Meurſium Lib. II. Miſcell. Lacon. cap. 15. Gebhardum deſtituit ſana mens, quum hic legeret *Leucippi Phoebe*, ut *Deiphobe Glauci*, & ſim. *Ida* igitur ſeq. diſticho, frater Theſei, & *Eveni filia* eſt Marpeſſa, Idae uxor, a Phoebo rapta. vid. Homer. Iliad. IX. 553. & ſeqq. & Beroaldi Comment. ad h. l. Quare & legi poſſet,

Non Idan, cupido quondam diſcordia Phoebo
Eveni patriis filia litoribus.

nempe *ſuccendit*, quod ex praecedenti repetendum. & deeſt Cod. Voſſ. *Ida* in binis Leidenſibus & Voſſianis, Menteliano, Neapolitano primo, utroque meo cod. *Ide* in Voſſ. tert. & pr. Dorvill. deinde *Ebeni* in Borrich. *Evenit* vitioſe in Neap. pr. tribus Voſſ. binis Leid. Dorvill. pr. Mentel. & meo utroque Cod. ut & in ed. Reg. Lep. & prima Venet. *diſcordia Phoebo* hic dicitur Marpeſſa, pro cauſſa diſcordiae. vide Paſſerat. ad h. l. & J. Schulting. ad Calpurn. Decl. XI. p. 805. *patriis litoribus* lucem adfundunt notae virorum doctorum ad Ovid. II. Met. 937. Ceterum cum hoc loco conferenda ſunt quae habentur infra El. XV. 5. & ſeqq. ad Cynthiam:

Et potes heſternos manibus componere crines,
Et longa faciem quaerere deſidia.
Nec minus Eois pectus radiare lapillis,
Ut formoſa novo quae parat ire viro.
At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo
Deſertis olim fleverat aequoribus.
Multos illa dies incomtis moeſta capillis
Sederat. & ſeqq.

19 *Nec Phrygium falſo tr. cand. maritum*] *Non Phrygium* in Voſſ. tert. utroque Colbertino, Groningano, primo Dorv. & meo ſecundo ut in praecedentibus. *maritum Phrygium*, ſeu Pelopem, hic vocat pro ſponſo, vel marito futuro; quod genus loquendi Graecis quoque uſitatum. vid. Servium ad illud Virgilii IV. Aen. 536.

Quos ego jam toties ſum dedignata maritos.

idemque de *uxore* & *genero* notat ad Ecl. VIII. 18. & 11. Aen. 344. Apulejus Lib. IV. Metam. p. 154. ed. Elm. *votis nuptialibus pactoque jugali pridem deſtinatus, conſenſu parentum tabulis etiam maritus nuncupatus.* deinde *Adducta* in tribus Voſſianis. *Advecta* in meo ſecundo, Heinſiano, & Askewiano. Ovid. Epiſt. VIII. 70. & II. A. A. 8.

Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

& de Helena Lib. I. Amor. 10. 1.

Qualis ab Eurota Phrygiis avecta carinis.

ubi *adducta*, *transvecta*, vel *devecta* etiam in aliis codd. deinde *falſum candorem* hic vocat, quem *quaeſitum* Lib. III. El. 23. 8.

Quum tibi quaeſitus candor in ore foret.

cum quo loco Douſa aliique conferunt illud Ovidii III. A. A. 227.

Cur mihi nota tuo cauſſa eſt candoris in ore,
Claude forem thalami, quid rude prodis opus?

pro *externis* in Borrichiano *aeternis*, perpetuo fere in Codd. MSS. errore. *externas rotas* cur vocet, vide apud Marium ad Ovid. Lib. III. Amor. El. 2. 15. & J. Parrhaſ. in Quaeſitis per Epiſt. pag. 196. 197.

22. Qua-

Qualis Apelleis eſt color in tabulis.
Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes,
Illis ampla ſatis forma, pudicitia.
Non ego nunc vereor, ne ſis mihi vilior iſtis;
Uni ſi qua placet, culta puella ſat eſt.
Quum tibi praeſertim Phoebus ſua carmina donet,
Aoniam-

22. *Qualis Apelleis eſt color in tabulis*] reſpicit procul dubio, ut obſervat Heinſius in notis p. 656. ad nudam Venerem ἀναδυομένην, ab Apelle pictam, ſine ullo ornatu ac cultu. infra Lib. III. El. 7. 11.

In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles.

inepta igitur Verburgii eſt cenſura, qui adſcripſerat, *comparatio haec an ſatis concinna ſit, videndum.* meliora ex Beroaldi Commentario, & Gebhardi notis diſcere potuerat, de Apelle in picturis ſuis naturae decus, poſthabitis adſcititiis ornamentis, tantum exprimente, vide Strabonem Lib. XIV. p. 657. ed. Caſaub. & de nuda hac ejus Venere elegantia Antipatri Sidonii & aliorum Epigrammata ſunt in Anthol. Graec. Lib. IV. Tit. XII. p. 465. & ſeqq. ed. Obſ. e quibus unum eſt quod adfert Harduinus ad Plin. XXXV. 10. & vide etiam ad Ovid. III. A. A. 224. haec Venus ἀναδυομένη conſpicitur in Numo meo maximae formae rariſſimo Caracallae & Plautillae a Cnidiis percuſſo, de quo vide Spanhem. T. II. de Praeſt. & Uſu Numiſm. p. 296. eademque videtur in ſtatua Arundelliana apud Priceum ad Apulej. Apolog. pag. 93. Cel. Ruhnkenius tamen hic potius ad tabulam, in qua Apelles Pelopem & Hippodamiam pinxerat, quam ad Venerem illam, reſpici opinabatur; quia Hippodamiae & Pelopis mentio praeceſſit. id lubens amplectar, ſi iſtius tabulae mentio veteris alicujus ſcriptoris loco probetur.

23. *Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes*] ultro probarem conjecturam, quam hoc in verſu propoſuit Theod. van Kooten, optimo Emend. Criticar. Specim. cap 2.

Non illis ſtudium cultu conquirere amantes.

quam adpoſitis firmat exemplis; niſi vicinum nimis, adeoque bis idem repetitum eſſet, quod paullo ante praeceſſit:

Pollucem cultu non Hilaïra ſoror.

25. *Non ego nunc vereor*] *Non ego non vereor* in primo Neapol. ut ſaepe *non* repetitur a Propertio. *verear* Heinſ. ſed infra Eleg. VI. init.

Non ego nunc Hadriae vereor mare noſcere tecum.

& Eleg. 19.

Non ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes.

quae loca *nunc vereor* hoc in verſu vindicant. deinde, *ne ſim tibi vilior iſtis* in Regiis & Colbertinis, Menteliano, Groningano, Askewiano, duobus Leidenſ. binis Voſſ. & totidem Dorvill. ut & utroque meo cod. ed. Reg. Lep. Veneta, utraque Ald. Colin. Gryph aliiſque edd. quod probatum fuit Mureto. ſed recte Broukhuſ. alterum *ſis mihi* praetulit, quod a Vaticano primo firmatur. pro *culta puella* in altero Voſſ. & mei ſecundi margine, *una puella.*

27. *Quum tibi praeſertim Phoebus ſua carmina donet, & ſeqq.*] Cogitabam aliquando an *carmina dictet*, corrigi, & *donet* ſequente verſu ſubintelligi debeat. de quo loquendi modo vide ad Eleg. I. v. 23. ſic Lib. II. El. 1. 3. ex Codd. Palat.

Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo.

ubi vide. Lib. IV. El. 1. 133.

Tum mihi pauca ſuo de carmine dictat Apollo.

ſed quia codices hic nihil variant, vulgatam probo. Hoc & ſequens diſtichon meretur conferri cum Epigrammate Virgilii, ut volunt, ad Antonium Muſam, medicum Auguſti doctiſſimum, quod edidi Tom. I. Anth. Lat. pag. 303.

Cui Venus ante alios, Divi, Divumque ſorores
Cuncta, neque indigno, Muſa, dedere bona.
Cuncta, quibus gaudet Phoebus, chorus ipſeque Phoebi:
Doctior o quis te, Muſa, fuiſſe poteſt?
O quis te in terris loquitur jucundior uno?
Clio nam certe candida non loquitur.

ex quo loco firmatur vera lectio in ejuſdem Virgilii Elegia ad Meſſalam v. 21. eodem Volumine pag. 295.

Certatim ornabant omnes Heroïda Divi,
Certatim Divae munere quaeque ſuo.

non, *omnes Heroïda Divae.* ſic ibid. v. 59.

Nos ea quae tecum finxerunt carmina Divi
Cynthius, & Muſae, Bacchus, & Aglaïe.

 &

Aoniamque libens Calliopea lyram:
Unica nec deſit jucundis gratia verbis,
Omnia quaeque Venus, quaeque Minerva probat.
His tu ſemper eris noſtrae gratiſſima vitae,
Taedia dum miſerae ſint tibi luxuriae.

ELEG.

& hinc in Epitaphio Caeſiae Celſae Tom. II. Anth. L. pag. 214. emendandum conjeci,

Quod voto petiere ſuis plerumque parentes,
Cuncta tibi Divae, Caeſia, contulerunt.

pro mendoſiſſima lectione,

Cuncta tibi dignae, Caeſia, conjicerunt.

ipſe Propertius ad Cynthiam ſuam Lib. II. El. 2. v. 35.

Haec tibi contulerunt coeleſtia munera Divi,
Haec tibi ne matrem forte dediſſe putes.
Non, non humani ſunt partus talia dona,
Iſta decem menſes non peperere bona.

& ſaepe noſter hanc amicam ſuam a doctrinae & artis poëticae dote effert, ut patet ex locis a Broukhuſio prolatis. quibus adde ex El. III. hujus libri, v. 42. ubi ipſa loquitur,

Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum,
Rurſus & Orpheae carmine feſſa lyrae.

Lib. II. El. XX. 26.

Nam mea quum recitat, dicit ſe odiſſe beatos,
Carmina tam ſancte nulla puella colit.

paſſim vero Poëtis Apollo & Muſae *carmina dictare*, vel *lyram donare*, *ſuam chelyn cedere*, & *ingenium eorum movere* dicuntur. vide quae notavi ad Lib. IV. Epigr. & Poëm. vet. Tom. II. Anth. Lat. pag. 112. ubi loco corrupto reſtitui,

Et gratam ceſſit docta Thalia chelyn.

hinc *Poëtas ſuperum dono mortalibus commodatos* (ita enim legend. cum Gulielmio, non *commendatos*) dicit Cicero pro Arch. cap. 8. ut in Orat. pro Marcel. cap. 6. *cetera a fortuna commodata eſſe videantur.* apud Senecam Epiſt. XXVII. *Bona mens nec commodatur, nec emitur.* ut recte Lipſius, pro *commendatur.* quod illic a Cod. MS. Amſtel. confirmatur.

29. *Unica nec deſit jucundis gratia verbis*] *dictis* in Voſſ. prim. & tert. Groning. ac meo ſecundo cod. ſed in marg. *verbis.* pro varia lectione. in Voſſ. quarto, & Palatino *rebus*, nihil inmutandum, niſi quod pro *jucundis* Patruus meus conjecerit *facundis*, quod huic loco aptius, quia eruditionem Cynthiae & poëtices ſtudium praedicat, putabatque hoc imitatum eſſe Ovidium XIII. Met. 127.

——— *nec abeſt facundis gratia verbis.*

& ſic ad libri ſui marginem Marklandus. Sappho apud eumdem Naſonem Epiſt. XV. 195.

Haec ſunt illa, Phaon, quae tu laudare ſolebas,
Viſaque ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc vellem facunda forent.

eadem forſan variatione apud Auctorem Dialogi de Oratorib. cap. 9. ubi de Materno: *non quia Poëta es, neque ut pro eo verſus facias: hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulchri quidem & facundi.* ubi vulgo etiam *jucundi* editur. licet alterum defendi poſſit ex ejuſd. Dialogi cap 10. *ſed lyricorum quoque jucunditatem, & elegorum laſcivias, & jamborum amaritudinem, epigrammatum luſus, & quaecumque aliquam ſpeciem eloquentiae habent* (ita legendum) *anteponendam ceteris aliarum artium ſtudiis credo.* in Epigrammate etiam Virgilii, paullo ante prolato,

O quis te in terris loquitur jucundior uno.

niſi & illic *facundior* praeſtiterit. ſic apud Ovid. III. Am. El. 12. 41.

Exit in inmenſum facunda licentia vatum.

ubi in variis codd. *jocunda* vel *jucunda.* in aliis *fecunda.* pro *Unica* Guyeto placebat *Vivida.* inprobante Heinſio in notis ad Propert. p. 657. idque merito, & quae ad Ovid. III. Met. 454. notavit, alteram lectionem egregie vindicant. ubi *dictis* hoc in verſu ex MSS. praefert. *Unica vero gratia verborum* eſt quae doctrinae & poëſeos culturae dotem praecipuam conciliat. *Unicum* ſaepe pro praeſtantiſſimo & prae ceteris eminente poni, notum eſt. verſu ſeq. *probet* Livinejus. malim *probent.*

31. *noſtrae gratiſſima vitae*] *menti* legebat Heinſ. ad Ovid. Lib. V. Met. 261. & Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 248. ex Homerico ἐμῷ κεχαρισμένη θυμῷ. vel *curae*, ut conjicit in notis ad Propert. pag. 657. ſed *noſtrae vitae* ſimpliciter pro nobis, lo-

ELEG. III.

Qualis Theſea jacuit cedente carina
Languida deſertis Gnoſia litoribus:
Qualis & accubuit primo Cepheïa ſomno,
Libera jam duris cautibus Andromede:

5. Nec

locutione Propertio familiari, exponit Scioppius. ut Lib. III. El. 9. init.

Quid mirare, meam ſi verſet femina vitam.

& alibi. Eum vide Lib. IV. Veriſim. cap. 13. ultimo etiam verſu *ſerae luxuriae* emendat Heinſius. ſimili variatione infra El. XV. 21.

Conjugis Evadne ſeros elata per ignes.

ubi *miſeros* alii praeferunt. vide illic plura. Drakenb. ad Silium Ital. IV. 401. & quos indicavi ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 142. apud Ovidium Epiſt. IX. 19. loco vitioſo:

Quid niſi notitia eſt miſero quaeſita pudori,
Si maculas turpi facta priora nota.

notitiam miſero pudori quaeſitam qui intelligat, explicet velim. Mihi illic legendum videtur,

Quid niſi ſtultitia eſt ſero quaeſita pudori.

ut Herculi exprobret Deianira, facinus ab eo committi, cujus ſtultitiae illum ſero pudere debeat, poſt tot facta egregia. & ideo addit, *Coepiſti melius, quam deſinis, ultima primis Cedunt.* ſic in plurimis veterum locis *ſerum* & *miſerum* fuit turbatum ac confuſum. vel corrigi etiam poſſet, *Quid niſi nequitia eſt.* de qua voce adi notas ad Petron. cap. 87.

Eleg. III. 1. *Qualis Theſea jacuit cedente carina*
Languida deſertis Gnoſia litoribus.]

Confer Ariadnes Epiſtolam Theſeo ſcriptam apud Ovid. Epiſt. X. init.

Quae legis, ex illo, Theſeu, tibi litore mitto,
Unde tuam ſine me vela tulere ratem.
In quo me ſommuſque meus male prodidit: & tu,
Pro facinus! (ſic leg.) *ſomnis inſidiate meis.*
&c.
Interdum vigilans, a ſomno languida, movi
Theſea preſſuras ſemiſupina manus.

idem Lib. I. Amor. El. 7. 15.

Talis perjuri promiſſaque velaque Theſei
Flevit praecipites Creſſa tuliſſe Notos.

& ſic Laodamia a Proteſilao relicta in ſomnum collapſa deſcribitur ab eodem Epiſt. XIII. 105. & ſeqq. Tibullus III. El. 6. 39.

Gnoſia, Theſeae quondam perjuria linguae
Fleviſti ignoto, ſola relicta. mari.
Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus,
Ingrati referens inpia facta viri.

2. *Gnoſia*] *Gnoſſia* Mentelian. & primus ex meis codicibus. quam ſcripturam recte inprobat Broukhuſ. in Numis enim antiquis, quales plurimi ediderunt, meiſque haud paucis ſemper ΚΝΩΣΙΩΝ. ut in illo antiquiſſimo cum Labyrinthi ambagibus, quem etiam edidit Beger. Tom. I. Theſ. Brandenb. pag. 401. ubi male ΓΝΩΣΙΩΝ, nam in meo ejuſdem typi clare ΚΝΩΣΙΩΝ exſtat. qui etiam habetur apud Haymium Vol. II. Theſ. Britan. p. 117. N. 2. Wildium in Select. Numiſm. Tab. VI. N. 38. & in Muſeo Pembrokiano P. II. Tab. 14. N. 9. vide & Drakenb. ad Livium XXXVII. c. 60. p. 135. hinc *Cnoſia* potius ſcribendum videtur. in Horatio lib. I. od. 15. v. 17. *calami ſpicula Cnoſſii* edidit Bentlejus.

3. *Qualis & accubuit*] cum Perſeo nempe. ſic infra Lib. II. El. 23. 32. loco difficili:

Si tamen Oeagri quaedam compreſſa figura
Biſtoniis olim rupibus accubuit.

Lib. III. El. 13. 12.

Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco.

vide hic Paſſeratium. & Patrui mei notas ad Sueton. Caeſ. 72. ita apud Apulejum Lib. I. Met. p. 105. ed. Elmenh. legebat Heinſius: *ut accubui ei, ſanioſam luem contraho.* vulgo, *ut acquievi.*

4. *Libera jam duris cautibus Andromede*] *cotibus* in quatuor Voſſ. duobus Leidenſibus, Askewiano, Dorvillianis, meiſque codicibus, & edd. primis. ex qua ſcribendi diverſitate aliae vo-

Nec minus adſiduis Edonis feſſa choreis
Qualis in herboſo concidit Apidano:
Talis viſa mihi mollem ſpirare quietem
Cynthia, non certis nixa caput manibus.
Ebria quum multo traherem veſtigia Baccho,

Et

voces ſaepe apud auctores veſteres corruptae fuerunt. vide Heinſ. ad Ovid. XII. Met. 430. *Andromade* in meo ſecundo, & Borrichiano.

5. *Nec minus adſiduis Edonis feſſa choreis*] praeclara certe eſt N. Heinſii conjectura, qua Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 249. hic emendandum cenſebat,

Maenas & adſiduis Edonis feſſa choreis.

quam firmat ipſe Propertius Lib. III. El. 6. 14.

Seu ſequitur medias Maenas ut icta vias.

neque cauſſam video, quare de ea haeſitaverit in notis ad h. l. poſt Adverſ. pag. 657. non raro *Maenadis* nomen a librariis deturpatum in alias lectiones degeneravit. vide quae notavi ad Auctorem Eleg. in Obit. Maecen. v. 61. in Tom. I. Anthol. Lat. pag. 266. adpoſite ad hunc locum, quem imitatus videtur, Ovidius Lib. I. Amor. El. 14. v. 19.

Saepe etiam, nondum digeſtis mane capillis,
Purpureo jacuit ſemiſupina toro.
Tum quoſue erat neglecta decens, ut Threcia Bacche,
Cum temere in viridi gramine laſſa jacet.

Aedonis in altero meo cod. & Groning. de communi hujus vocis ſyllaba, ut in *Sidonis*, vide quae obſervavit Heinſ. ad Ovid. Remed. Am. v. 593. & IV. Triſt. El. 1. 42. *Appidano* in nonnullis codd. *in herboſo* pro juxta, apud herboſum Apidanum. vide Broukhuſ. ſupra ad Eleg. I. v. 11. & Oudend. ad Lucan. VIII. 862.

7. *mollem ſpirare quietem*] male *ſperare* in quatuor Voſſ. primo Leid. Dorvill. Menteliano, & meo ſecundo. ſed *ſpirare* in ſec. Leid. altero D'orv. & primo meo cod. *ſpirare quietem*, pro ſpirando lenem ſomnum ducere. ut recte exponit Vulpius. *ſpirare* cum caſu quarto, multis veterum locis reſtituit Heinſius ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 592. & vide Gudii notas ad Phaedr. lib. I. fab. 2. 4.

8. *non certis nixa caput manibus*] haec conſtans librorum MSS. & editionum veterum lectio eſt. ſibi igitur habeat Guyetus *conſertis manibus*. recte Heinſius exponit languidis, vel vacillantibus. ut de Ilia Ovidius lib. III. Faſt. 20.

Blanda quies victis furtim ſubrepit ocellis,
Et cadit a mento languida facta manus.

9. *Ebria quum multo traherem veſtigia Baccho*] *traherem ſuſpiria* in ſolo cod. Groningano, olim Poſthiano, quod ex Palatino etiam adfert Livinejus. ſed ut ineptiſſimum bene rejecit. alterum ſatis vindicat locus Claudiani, a Gebhardo prolatus, quo hunc imitatus eſt Lib. I. de Rapt. Proſ. 19.

Ebria Maeonius firmat veſtigia thyrſus.

ubi vid. Heinſ. qui *firmat veſtigia* illic optime adſtruxit variis Poëtarum exemplis. ex illo autem Claudiani loco etiam patere notaverat Marklandus, male alios hic conjicere *Lubrica veſtigia*. quos tamen non indicavit. quae vero *ebria veſtigia* noſter vocat, *titubantem gradum* dixit Columella Lib. X. 309.

Et titubante gradu multo madefactus Iäccho.

Ovidius III. Met. 608.

Ille mero ſomnoque gravis titubare videtur.

hinc *tentare gradus* dicitur nimius Bacchus. ut in Epigr. veteri Tom. I. Anth. Lat. p. 539.

Ut Venus enervat vires, ſic copia vini,
Et tentat greſſus, debilitatque pedes.

ut legendum illic oſtendi, non *Attenuat*, vel, *Et lentat greſſus.* proprie igitur *trahere veſtigia ebria*, pro nutantes & ebrietate vacillantes pedes difficulter movere. vid. Cel. Ruhnken. ad Rutil. Lup. Lib. II. p. 111. *errantes male ferre pedes* Tibullo Lib. II. El. 1. 30. noſter Lib. II. El. XXII. init.

Heſterna, mea lux, quum potus nocte vagarer.

& hoc eſt quod alia in re dixit Virg. V. Aen. 331.

——— *veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo.*

& *ancipiti veſtigia figere planta* de funambulo Juvenalis Sat. XIV. 272.

10. *Et*

Et quaterent ſera nocte facem pueri.
Hanc ego, nondum etiam ſenſus deperditus omnes,
Molliter inpreſſo conor adire toro.
Et, quamvis duplici correptum ardore juberent
Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus,

Sub-

10. *Et quaterent ſera nocte facem pueri*] *ſaeva* in Excerptis Scalig. & D'Orvill. ſec. ſervos intelligit λαμπαδηφόρους. quales ſibi, dum potus nocte vagaretur, adfuiſſe Cupidines eleganter fingit Lib. II. El. 22. 5.

Quorum alii faculas, alii tenuere ſagittas.

& Amorem ipſum Lib. III. El. 14. 16. ubi nocte ad dominam Tibure morantem tendit:

Luna miniſtrat iter, demonſtrant aſtra ſalebras:
Ipſe Amor accenſas praecutit ante faces.

& de Venere Lib. IV. El. 3. 50.

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.

quamquam illic alio ſenſu intelligi poſſit. Valerius Aedituus venuſto Epigrammate, in T. I. Anth. Lat. p. 670.

Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opu' nobis.
Ibimus. hoc lucet pectore flamma ſatis.

ubi plura in notis. *quatere facem* illuſtrant Heinſius ad Ovid. IV. Met. 758.

12. *conor adire*] *cogor* in Voſſ. tert. & quarto, Dorvill. altero, & in mei codicis ſecundi margine. ſed recte notionem verbi *conor* hic illuſtravit Broukhuſius, pro cogito, mihi propono. ut in Epigrammate Valerii Aeditui Tom. I. Anth. Lat. p. 671.

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis.

Phaedra apud Ovidium Epiſt. IV. 8.

Ter tecum conata loqui &c.

vid. Tan. Fabrum ad Lucret. pag. 346. fruſtra autem acuti ſunt, qui nuptum verbum hic ſtatuunt, & in *adire* obſcoeniorem quaerunt ſenſum, pro *inire*. quum ſimplici ac naturali ſignificatione intelligendum ſit. ut non ſine falſa Paſſeratii & Gebhardi caſtigatione oſtendit idem Broukhuſius, cui recte adſtipulatur Vulpius. ſic ſaepe viri docti turpiores ubique ſignificationes obtrudunt invitis auctoribus, in quibus ceteroquin non deſunt ejuſmodi nupta, ut vocant, verba. vide ſupra ad El. I. v. 5. infra ad h. Eleg. v. 16. & 24. idemque in Barthio reprehendit Patruus meus in notis ad Petron. cap. XVIII. & in Mariangelo Accurſio ad Ovid. Epiſt II. v. 87. & ſic in Epiſt. V. v. 16. Epiſt. XVIII. v. 208. parem ſenſum inprobiorem ingerebat J. Douza, de quo ne cogitaſſe quidem Ovidium nemo dubitabit.

14. *Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus*] *Hac Venus, hac Liber* in quarto Voſſ. & Askewiano, quod a gloſſatore profectum opinor. *durum Deum* inpudentem exponunt nonnulli, & Jan. Douſa P. ad marginem ed. Lugdun. 1569. quod recte rejicit Gebhardus, notatque dictum, ut βίαιοι θεοὶ *Amor* & *Liber* vocantur apud Achillem Tatium Lib. II. p. 69. in fine, loco valde adpoſito: τοῦ δὲ ποτοῦ προϊόντος ἤδη καὶ ἀναισχύντως ἐς αὐτὴν ἑώρων. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοὶ ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρὶ, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων. οἶνος γὰρ Ἔρωτος τροφή. hinc Sophoclem in tragicis choris Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα, ut Deos conjunctos ceciniſſe dicit Hermeſianax in Elegia ab Athenaeo ſervata Lib. XIII. cap. 8. *durus* igitur *Deus*, tamquam tyrannus; qui vehementer imperat, & *nihil moderabile ſuadet*, ut de Amore & Baccho ait Ovidius. *duro ſervire tyranno* infra Lib. II. El. 19. 51. κρατοῦντα τύραννον vocat Anacreon Od. IX.

Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα τὸν Βαθύλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.

Tibullus Lib. IV. 5. 4. ad Cerinthum:

Te naſcente novum Parcae cecinere puellis
Servitium, & dederunt regna ſuperba tibi.

idem Lib. I. El. 9. 7.

——— Deus crudelius urit,
Quos videt invitos ſuccubuiſſe ſibi.

ubi *Deus* de Cupidine. ut paſſim apud Tibullum. & ad durum illius jugum referendus ejuſdem poëtae locus Lib. II. El. 1. 79.

E Ah

Subjecto leviter poſitam tentare lacerto,
Oſculaque admota ſumere ad ora manu:

Non

Ah miſeri, quos hic graviter Deus urguet: at ille
Felix, cui placidus leniter adflat Amor.

caprarius apud Theocritum Idyll. III. v. 14.

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα, βαρὺς θεός.

Nunc ſcio quid ſit Amor, durus Deus.

& in fragmento Eubuli apud Athenaeum Lib. XIII. p. 562. Cupido dicitur οὔτε κοῦφος οὔτε ῥᾴδιος, βαρὺς δὲ κομιδῇ. hinc toties *ſaevus*, *improbus*, & *malus ille puer* audit Cupido apud poëtas. vid. Cel. Valcken. Diatrib. ad Euripid. Fragm. pag. 159. quo ſenſu intelligendum puto in fragmento Callimachi, quo duritiem hujus Dei ſic deſcribit, pag. 569.

——— ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσαι
Ἀκλαυτεὶ μερόπεσσιν ὀϊζυροῖσιν ἔδωκε.

ſi nimirum θεὸς illic ad Cupidinem referatur. quod ad Venerem tranſtulit Catullus carm. LXVII. v. 18.

Et Venus, & Veneris lateri laſcivus adhaerens,
Gaudia qui curis dulcia miſcet, Amor.

15. *Subjecto leviter poſitam tentare lacerto*] *ſuppoſito* Voſſ. quart. *ſuppoſito leniter* in Askewiano. ſed *leniter* metro obſtat. ut librarii etiam peccarunt apud Ovid. Epiſt. III. 80. *breviter* Voſſ. tert. *ſubjecto poſitam leviter* in Colbertinis. Ovid. Epiſt. XIII. 106.

——— *nox grata puellis,*
Quarum ſuppoſitus colla lacertus habet.

& Epiſt. XV. v. 127.

Saepe tuos noſtra cervice onerare lacertos,
Saepe tuae videor ſuppoſuiſſe meos.

Lib. II. ex P. Ep. 3. 39.

Mitius eſt laſſo digitum ſupponere mento.

Lib. III. Am. 6. 81. 15.

Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur.

Ep. VI. 14.

Brachia da laſſo potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento ſuppoſuiſſe manum.

Tibullus Lib. I. 9. 33.

Huic tu candentes humero ſuppone lacertos.

Ovid. IV. Met. 775.

Id ſe ſollerti furtim, dum traditur, aſtu
Suppoſita cepiſſe manu.

Subjecto tamen hic minime mutandum propter *poſitam*. quod ſine ſenſu jacentem exponit Paſſeratius, ut *corpus poſitum* de exanimi cadavere, & *poſiti* de mortuis. vid. Guell. ad Virg. XI. Aen. 30. & Heinſ. ad Ovid. III. A. A. 740. ſed melius Livinejus, ut & ibidem Valens Guellius, interpretantur dormientem, κειμένην. ut Graecis κεῖσθαι pro dormire. *jacere* Ovidio Epiſt. XIV. 33.

Jamque cibo vinoque graves ſomnoque jacebant.

poſitos pro jacentibus idem dixit Epiſt. IV. 98.

Suſtinuit poſitos quaelibet herba duos.

noſter Lib. II. El. 7. 5.

Poſſim ego in alterius poſitam ſpectare lacerto.

infra El. XI. 14.

Molliter in tacito litore conpoſitam.

tentare hic eſt manu adtractare, ſeu tactu explorare, an dormiret Cynthia. & jungenda ſunt *leviter tentare*, non *leviter poſitam*. nam ſequitur,

Non tamen auſus eram dominae turbare quietem.

eodem ſenſu *tentare* apud Phaedrum Lib. III. Fab. 10. 26.

Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput.

ubi vid. Patrui mei Comment. & ad Petron. cap. 78. pag. 509. ed. ult. ſic *retentare*. Ariadne apud Ovid. Epiſt. X. 9.

Incertum vigilans, a ſomno languida, movi
Theſea preſſuras ſemiſupina manus.
Nullus erat: referoque manus, iterumque retento.

16. *Oſculaque admota ſumere ad ora manu*] locus variis virorum doctorum conjecturis & explicationibus valde agitatus. quas ſingulas recenſet & pleraſque explodit Broukhuſius. videamus Codd. MSS. diſcrepantes lectiones. *ſumine & arma* in primo Leid. *ſumere & arma* in Leid. altero, Heinſiano, Menteliano, tribus Voſſ. duobus D'Orvill. & totidem meis. & ſic in primis edd. Reg. Lep. Venetis, Aldin. aliiſque. *amota ſumere & arma* in Askewiano. *admota manu* vera lectio eſt. in quo verbo aliquid liberius latere notat Patruus

meus

Non tamen auſus eram dominae turbare quietem,
Expertae metuens verbera ſaevitiae.

Sed

meus ad Ovid. Lib. I. A. A. 605. & hinc plurimi *arma* obſcoeno etiam ſenſu intelligunt de telo, cujus in re venerea uſus eſt. ut Lib. IV. 8. 88. *toto movimus arma toro.* tamquam poëta in Cynthiam ſomno ſopitam inſtar tauri ruere tentaſſet. quod abſurdiſſimum eſſe ſequentia ſatis manifeſtant. hac etiam mente verſum hunc expoſuit Robertus Titius in Libris Locorum Controverſorum apud me ineditis, cui ſic praeiverat Janus Douca Pater in Schediaſm. Succid. pag. 62. fretus praeſertim loco Ovidii Lib. III. Amor. El. 7. 73.

Hanc etiam non eſt mea dedignata puella
Molliter admota ſollicitare manu.

& ita Livinejus, Paſſeratius, Janus Douſa Fil. aliique poëtae noſtri interpretes, & frena pudoris ſimilibus explicationibus plerumque laxans Iſ. Voſſius Obſerv. ad Catullum pag. 347. hoc certe modo ſi verecundi hi poëtarum veterum exegetae ſuas dormientes amicas, ſaltem non proſtitutas, adirent, femineae *verbera ſaevitiae* meritos pronuntiaret Propertius. pari acumine inſulſo G. Merula verſum Ovidii ex Lib. I. A. A. 702. de Achille,

Fortia nam poſita ſumſerat arma colo,

torſit ad obſcoeniora, merito caſtigatus a Micyllo. *ſumere inerme*, pro *inermia*, non tantum Palmerius, ſed & Fruterius tentaverat, & J. Douſa P. in libri ſui margine. *ſumere ademta* Ayrmannus. Scaligeri *tarda* vel *certa oſcula* irriſit Gebhardus, neque tamen felicius *oſcula* de promulſide, & parariis congreſſus venerei armis, veluti novam & aliis intentatam explicationem, venditavit. ſenſus forte eſt, tentaſſe Propertium Cynthiam dormientem oſculo dato expergefacere. ut Lib. II. El. 12. 5.

Illa meos ſomno lapſos patefecit ocellos
Ore ſuo &c.

ſumere carpta conjecerat Heinſius in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. pag. 303. & Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 250. *rapta* in notis ad Ovid. II. Amor. El. 5. 53. ut innuat, ſe dormientis Cynthiae collum eſſe amplexum, & baſium ipſi dediſſe. quae certe magis blandiuntur, quam quod excogitaverat ingenium Barthianum *amota ſumere amara*, quod recte repudiavit Broukhuſius, & prae ceteris amplexus eſt, atque in contextu exhibuit J. Fr. Gronovii reſtitutionem,

Oſculaque admota ſumere ad ora manu.

ut intelligamus Propertium dormientis Cynthiae manum leniter ori ſuo admoviſſe, eamque oſculatum fuiſſe, aut manum ſuam exoſculatam retuliſſe ad os Cynthiae. ſic apud Valer. Fl. VIII. 44.

Sic ait, & primis ſupplex dedit oſcula palmis.

vide Patrui mei notas ad illud Suetonii Aug. 94. *ejuſque oſculum delibatum digitis ad os ſuum retuliſſe.* niſi quis hunc praetulerit ſenſum, ut indicet, ſe libaſſe oſculum Cynthiae, (ut apud Virg. I. Aen. 257. *Oſcula libavit natae.*) dum manum ſuam ejus ori ad demulcendum mentum admoveret. ut apud Homer. Il. A. v. 361.

Χειρί τέ μιν κατέρεξεν.

& v. 501.

Δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα.

Euripides Androm. v. 574.

Χειρὶ δ' οὐκ ἔξεστί μοι
Τῆς σῆς λαβέσθαι φιλτάτης γενειάδος.

ποππύζειν vel καταῤῥέζειν id eleganter vocant Graeci, deſumta a nutricum blandimentis locutione. ut notat Caſaub. ad Theophr. Charact. pag. 314. haec poëtae tenero, non ruſtico amatori, aut Satyro petulco, melius convenire arbitror. Cynthia certe Propertio ſic laſcivienti ingereret, quod Eunica bubulco apud Theocrit. Idyll. XX. 5.

Μὴ τύ γέ μευ κύσῃς τὸ καλὸν στόμα, μηδ' ἐν ὀνείροις.

18. *Expertae metuens verbera ſaevitiae*] *jurgia ſaevitiae* olim edebatur, quod exſtat in cod. Mentel. binis Leid. quatuor Voſſ. tum codicibus Regiis, Colbertinis, & duobus Dorvill. Askewiano, & meo utroque. *Ex parte metuens jurgia ſaevitiae* in ed. Venet. 1475. & Reg. Lepid. 1481. ſed in Veneta 1487. *Experte m. jurgia ſaevitiae.* ut in Aldi, aliiſque edd. idque verum eſſe notaverat Marklandus, & ſua imitatione conprobaſſe videtur D. Heinſius in Monobiblo El. VI. ubi de Propertio agens hunc locum reſpicit:

Sive illum molli defixit Cynthia ſomno
Horrentem notae jurgia ſaevitiae.

Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.

Et

verbera tamen ex ſuis codd. Scaliger & Paſſeratius, eosque ſecutus Broukhuſius recte praetulerunt. Cynthiae ſaevitiam expertam & furoris verbera eleganter deſcripſit Lib. IV. El. VIII. & faſtum ejus, irae inpotentiam, ac vindictam in Elegia ad Gallum infra El. 5. Lib. III. El. 6. aliiſque in locis ſaepe. de verberibus huc refer, quae notavi ad Epigr. vetus *de viro a muliere verberato* T. I. Anthol. Lat. p. 618. parum enim refert, an de verberibus proprie dictis, ut ſcutica Omphales tremefactum Herculem deſcribit Deianira apud Ovid. Ep. IX. 81. an de linguae fulminantis conviciis capiamus, quia utraque corpus mentemque percutiunt. & haec conjungit Ovid II. A. A. 533.

Nec maledicta puta, nec verbera ferre puellae:
Turpe, nec ad teneros oſcula ferre pedes.

verbera linguae ex Horatio notarunt viri docti. & ſic *convicio verberare* Cic. XVI. ad Fam. Ep. 16.

19. *intentis*] *inpoſitis* male in Voſſ. quarto. *intectis* Canterus, probante Livinejo. perperam. *intentis oculis* ſimiliter apud Cic. pro Flacco cap. 11. *vos oro & obteſtor, judices, ut totam cauſſam quam maxime intentis oculis, ut ajunt, acerrime contemplemini.* ubi illa, *ut ajunt*, locutionem fere proverbialem indicant. Juvenalis Sat. VIII. 150.

——— ſed ſidera teſtes
Intendunt oculos.

vultum intendere Silio Ital. II. 114.

vultum intendens telumque in virginis ora.

eſt enim verbum a venatoribus & ſagittariis deſumtum, ut dicit Donatus ad Terent. Andr. IV. 3. 18. ejus vim optime illuſtravit Heinſ. ad Valer. Fl. Lib. VII. 114. idem Valer. Fl. IV. 351. in eadem hac Jûs fabula:

Inachidoſque vias, pelaguſque emenſa juvencae
Exſilia: intentiſque canit.

ita *intendere aures* Ovidio IV. ex P. Ep. 4. 36.

Intendent aures ad tua verba ſuas.

eleganter autem Propertius ad rem augendam hic cumulat *haerebam*, *fixus*, & *intentis ocellis.* aliter enim *figere lumina in aliquo*, vel *aliquem*, ſimpliciter ſaepe occurrit de eo, qui ad conſpectum alterius obſtupeſcit. Ovid. IV. Met. 196.

——— & virgine figis in una,
Quos mundo debes, oculos.

X. Met. 601.

——— vultuque in virgine fixo.

quod *vultum intendens in virginis ora* Silio Ital. d. l. idem Ovidius Ep. XXI. 113.

Luminaque in gremio, veluti defixa, tenebam.

XIII. Met. 456.

Inque ſuo vidit figentem lumina vultu.

IV. Faſt. 317.

vultus in imagine divae Fixit.

& *haerere* ac *lumina fixus* etiam conjungit Epiſt. VI. v. 26.

——— ille pudore
Haeſit, in oppoſita lumina fixus humo.

noſter infra El. XIX. 5.

Non adeo leviter noſtris puer haeſit ocellis.

fixus ocellis, ut apud Albinov. Epic. Druſi v. 92.

Et tenuit vultu lumina fixa tuo.

quod neſcio cur ſuſpectum fuerit Marklando ad Stat. V. Sylv. 5. 80.

20. *Argus ut ignotis cornibus Inachidos*] ſic conſtanter omnes codd. & edd. veteres. *uti notis* Scaliger. *inmotus* conjecerat Heinſius. vel *Argus ut Argoae* in notis ad Propert. p. 657. ſed *ignotis cornibus* recte Broukhuſius exponit, quia Argus, quum a Junone vaccam cuſtodiendam accipiebat, in ea puellam Iö latere ignorabat. vel *ignotae* legi poteſt, ut video etiam conjeciſſe Francium & Marklandum. Fabulam late deſcribit Ovidius Epiſtola Hypermneſtrae XIV. v. 85. cui adde Valer. Flacc. Lib. IV. 354. & ſeqq. idem Lib. I. Amor. 2. 45.

Dum nimium ſervat cuſtos Junonius Iö,
Ante ſuos annos occidit; illa Dea eſt.

de Junone Lib. I. Met. 610.

Conjugis adventum praeſenſerat, inque nitentem
Inachidos vultus mutaverat ille juvencam:
Bos quoque formoſa eſt.

&

Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas,
Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus.
Et modo gaudebam lapſos formare capillos,

Nunc

& de Argo eam diligentiſſime cuſtodiente v. 628.

Conſtiterat quocumque loco, ſpectabat ad Iö,
Ante oculos Iö, quamvis averſus, habebat.

hinc *Argum ſtellatum oculis cuſtodem virginis Iûs* vocat Nemeſian. Cyneg. v. 31. ad exemplum Virgilii VII. Aen. 791. & Ἄργον ἀκοιμήτοισι κεκάσμενον ὀφθαλμοῖσι Moſchus Idyll. II. v. 57. *ignota cornua* optime hic vindicant, quae apud Naſonem ſequuntur v. 641.

——— *novaque ut conſpexit in unda*
Cornua, pertimuit, ſeque externata refugit.
Naïdes ignorant, ignorat & Inachus ipſe,
Quae ſit; at illa patrem ſequitur, ſequiturque ſorores.

& hinc *verſa caput Iö* apud noſtrum Lib. II. El. 21. 19.

Iö verſa caput primos mugiverat annos.

& Eleg. 24. 7.

Tu certe Jovis occultis in amoribus Iö
Senſiſti, multas quid ſit inire vias.
Quum te juſſit habere puellam cornua Juno,
Et pecoris duro perdere verba ſono.

Conferendum cum hoc loco Propertiano eſt Pauli Silentiarii Epigramma in vetulam, colloquium ſuum cum puella amata, inſtar Argi centoculi, Iö cuſtodientis, obſervantem & inpedientem, Lib. VII. Antholog. Graec. Ep. 47. p. 594. ed. Obſop.

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὸ λάλημα τὸ μείλιχον ὁ φθόνος εἴργει,
Βλέμμα τε λαθριδίως φθεγγομένων βλεφάρων.
Ἱσάμεθ' ἄγχιστα, τεθήπαμεν ὄμμα γεραιῆς
Οἷα πολυγλήνοιο βοηκόλον Ἰναχίης.
Ἵστασο καὶ σκοπίαζε. μάτην δὲ σὸν ἦτορ ἀμύσσεις.
Οὐ γὰρ ἐπὶ ψυχὴν ὄμμα τέον τανύσεις.

quod his numeris vertit Muſa Grotiana:

Impedit heu livor dulcis commercia linguae,
Mutaque furtivi verba ſupercilii.
Nos taciti ſtantes vultum miramur anilem,
Tam vigil Inachidos vix puto paſtor erat.
Sta, ſpeculare, tuum mihi cor ede, nam tua certe
In noſtros animos lumina non penetrant.

illud autem Epigramma a Paulo Silentiario ex hoc Propertii loco adumbratum eſſe notat Cel. D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. III. pag. 433.

21. *Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas*] *tollebam* Heinſius. *demere ſerta comis* dixit Ovidius Epiſt. XII. 156. *ſolvebam* non mutandum. nam *ſolvere coronas*, & *lapſos formare capillos* eſt demere nodos, quibus ligati erant, vide D'Orvill. ad Chariton. pag. 349. *coronas* in D'orv. ſecundo.

23. *Et modo gaudebam lapſos formare capillos*] *laxos* in Voſſ. quarto, & quinto Vaticano, ut conjecerat Livinejus, id eſt ſolutos. ſed quod recte inprobavit Broukhuſius. *lapſas comas* ſimiliter dixit Ovid. III. A. A. 238. *nec lapſas ſaepe reſolve comas.* ubi *laxas* etiam in codd. MSS. & prima editione. vide illic Heinſium. Lib. I. Am. 6. 38. *madidis lapſa corona comis. crinem jacentem* vocat Ep. XV. 140. & IV. Faſt. 318. *formare capillos* proprium hac in re verbum eſt. vide Patrui mei notas ad Petronium cap. 110. *gaudebam formare*, pro *formabam*, locutio ad genium Propertii non tantum, ſed & aliis uſitata. vide Markland. ad Statii Silvas p. 46. Ceterum *haerebam*, *ſolvebam*, *ponebam*, *gaudebam*, & *dabam*, ſingulis verſibus cumulata, hic ingratiorem tot ſyllabarum ſimiliter deſinentium auribus praebent ſonum. Sed talia nonnumquam alibi Propertio exciderunt. nec minus Ovidio, ut inſigni prae ceteris exemplo patet ex illius Epiſt. XII. v. 15. ſeqq.

Iſſet anhelatos non praemedicatus in ignes,
Inmemor Aeſonides, oraque adunca boum.
Semina jeciſſet, *totidem* ſenſiſſet *& hoſtes,*
Ut caderet cultu cultor ab ipſe ſuo.
Quantum perfidiae tecum, ſcelerate, periſſet.

& eadem Epiſtola v. 121.

Conplexos utinam Symplegades eliſiſſent,
Noſtraque adhaererent oſſibus oſſa tuis.
Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet *edendos!*
Debuit ingratis &c.
Quaeque vomit fluctus & ſeqq.
Nos quoque Trinacriae ſuppoſuiſſet *aquae.*

vide & Epiſt. XVI. v. 215. & ſeqq.

 24. *Nunc*

Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.
Omniaque ingrato largibar munera ſomno,
Munera de prono ſaepe voluta ſinu.

Et

24. *Nunc furtiva cavis poma dabam manibus*] *Tunc* in primo meo codice. *canis poma dabam maribus* corrupte in Leid. ſec. Ingenioſi hic iterum ſunt nonnulli, qui *poma manibus dare* nequiore ſenſu interpretantur. Rob. Titius ineditis Locorum Controverſorum libris Cap. XVIII. explicat, papillis manus admovere, eaſque contrectare, & ita hunc verſum, quem propterea ſalacem, & *praetextatum* vocat, intelligebat Durant. Caſellius Lib. I. Variar. Lect. c. 20. pag. 49. ſic *poma*, μῆλα, pro papillis, apud ſcriptores eroticos non raro occurrunt, ut ex Heliodori & Ariſtaeneti locis apud Gebhardum videre licet. notum illud Hieron. Amalthei, venuſtiſſimi inter recentiores poëtae, epigramma de Lycoride:

Fert nitido duo poma ſinu formoſa Lycoris,
Illa eadem nitido fert duo fraga ſinu.
Sunt mammae duo poma: duo ſunt fraga papillae;
Poma nives vincunt, fraga colore roſas.

ſenſu magis obſcoeno expoſuerunt Lipſius Lib. III. Antiq. Lect. cap. I. pag. 162. & Salmaſius, qui nimia memoriae confidentia hunc verſum ſic adfert ad Plaut. Pſeudol. III. 1. 18.

Et modo ſuppoſitis mala dabam manibus.

confundens locum ex Lib. I. El. 15. 36.

Ut tibi ſuppoſitis exciderint manibus.

Neſcio etiam ex quo codice vel editione Marklandus, hunc verſum adferens ad Statii Silvas pag. 141. produxerit,

Et modo furtivis poma dabam manibus.

verbis autem Plauti, *ſi quiſpiam det, quoi manus gravior ſiet*, nequiorem interpretationem ſimiliter ingerunt viri docti (quos inter etiam eſt Janus Gruterus Lib. XVII. Suſpicion. ineditar. cap. 8.) ſed quibus merito adſenſum negat Joh. Fr. Gronovius. An igitur ſenſu obſcoeno etiam capienda ſunt *mala* & *poma* apud noſtrum Lib. II. El. 25. 69. & ſeqq.

Utque decem poſſint corrumpere mala puellam,
Miſſus & inpreſſis haedus ab uberibus.
Felix, qui vili pomo mercaris amores,
Huic licet ingratae Tityrus ipſe canat.

ubi reſpicit ad Virg. Ecl. III. 71.

—— *Silveſtri ex arbore lecta*
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Non dubito *poma* hic a Propertio *corollis* addi, ut exprimeret Theocritea Idyll. II. v. 120. ſeqq.

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος
Πάντοτε πορφυρέῃσι περιζώστρῃσιν ἑλικτάν.

vel illud Philetae ante oculos habuit, quod illic Scholiaſtes ſervavit:

Μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἱ πότε Κύπρις ἑλοῖσα
Δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

de quo poëtae Coi fragmento vide Caſaub. Lect. Theocr. cap. 3. & P. Victorium Lib. XXXVII. Lect. cap. 13. & quis neſcit *poma* & *mala* inter munera & illecebras amatorias paſſim apud poëtas memorari. vide quae notavi ad Lotich. Lib. V. El. 9. 11. & ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 545. *furtiva* autem *poma dabam*, vel pro furtim, clam dabam, dixit, ut *oſcula furtiva* Lib. III. El. XI. 33. vel furtim ex arbore decerpta. Conferendus eſt Catulli locus, a Paſſeratio indicatus, Carm. LXIV. ad Ortalum:

Ut miſſum ſponſi furtivo munere malum
Procurrit caſto virginis è gremio,
Quod miſerae oblitae molli ſub veſte locatum,
Dum adventu matris proſilit, excutitur,
Atque illud prono praeceps agitur decurſu,
Huic manat triſti conſcius ore rubor.

quo ſequentia, *Munera, de prono ſaepe voluta ſinu*, puellae nimirum, optime etiam illuſtrantur. & ſic apud Ovid. V. Met. 399.

—— *ut ſumma veſtem laniarat ab ora,*
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.

non diſſimile illud apud Calpurn. Ecl. III. 77.

Saepe etiam leporem, decepta matre, paventem,
Miſimus in gremium. per me tibi lilia prima
Contigerant primaeque roſae.

Iſacus autem Voſſius in Obſerv. ad Catull. p. 253. illic quoque *malum furtivo munere miſſum* ad obſcoenam ſignificationem transtulit.

25. *Omnia quae ingrato*] hanc J. Douzae lectio-

Et quoties raro duxti ſuſpiria motu,
 Obſtupui vano credulus auſpicio;
Ne qua tibi inſolitos portarent viſa timores,
 Neve quis invitam cogeret eſſe ſuam.
Donec diverſas percurrens Luna feneſtras,
Lu-

tionem, Livinejo etiam probatam, in contextum admiſit Broukhuſius, ut adhaereat Catullo Carm. LXXV.

Omnia quae ingratae perierunt credita menti.

quia tamen id in nullo codice MS. aut ed. vetuſta exſtat, in quibus conſtanter *Omniaque ingrato*, antiquam lectionem loco movendam non exiſtimavi. *ingratum ſomnum* bene Marklandus exponebat, *munera mea non ſentientem*, quia ſomno oppreſſa erat Cynthia. quo ſenſu *ingratus* alibi apud noſtrum. infra El. XVII. 4.

Omniaque ingrato litore vota cadunt.

ut in pleriſque legitur codd. quod vindicare hoc in loco poſſet,

Omniaque ingrato largibar munera ſomno.

licet Scaliger illic *Ominat* repoſuerit. ſic *ingrato cineri*, id eſt, non ſentienti, nec gratiam relaturo, ultima dona miſſa apud Virg. VI. Aen. 213.

—— *& cineri ingrato ſuprema ferebant.*

quod imitatus eſt Auctor Copae v. 35. Tom. I. Anth. Lat. p. 718.

Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta.

alio ſenſu *ingratos ſomnos* dixit noſter Lib. III. El. 8. 25.

Dulciaque ingratos adimant convivia ſomnos.

ubi pro intempeſtivis ponuntur, ut recte Broukhuſius.

27. *raro duxti ſuſpiria motu*] *duxit* pertinaciter in pleriſque codd. primo Leid. binis D'orvill. & totidem meis, Regiis, Colbertinis, Mentel. Heinſiano, Borrich. Neapol. & Askewiano. in Groningano tamen, ſecundo Leid. primisque edd. recte *duxti*. ſequitur enim,

Ne qua tibi inſolitos &c.

ubi male *ſibi* in tertio Voſſ. & ſec. meo cod. *duxti* pro *duxiſti*, ut infra v. 37. *conſumpſti*. ſic *perduxti*, *praeceſti*, *tranſti*, *percepſti*, *exſtinxti*, & in infinitivis *ſumſe*, *conſumſe*, pro *ſumſiſſe*, *conſumſiſſe*, *dixe*, *ſcripſe*, pro *dixiſſe*, *ſcripſiſſe*. & ſim. de quo ſyncopes uſu vide Scriver. ad Martial. Lib. III. Ep. 22. Carrionem Lib. I. Antiq. Lect. cap. XI. Heinſ. ad Virg. IV. Aen. 682. & Tollium ad Auſonii Lud. Sapient. pag. 270. *raro* autem *motu ſuſpiria ducere* exponit Paſſeratius, lenta ſuſpiria, non turbida aut ſingultu atque anhelitu concitata, ducere, ut in molli & placida quiete: quod a mente auctoris alieniſſimum arbitror, praeſertim quum addat, ſe ſollicitum fuiſſe, ne aliqua viſa Cynthiam timore inſolito agitarent, aut magica forſan arte quis invitam ad ſuos amores traheret. an *rarum motum* dixit, ut *raras voces*, gemitibus interruptas, Virg. III. Aen. 314. ubi Servius notat, *qui nimium moerent, ſingultibus ore etiam aperto verba reddere non poſſunt.* Sed hoc loquentibus potius quam dormientibus convenit. vel pro inſolito, non vulgari, poſuit. ſi vero pro nullo fere motu capiamus, quae communior vocis *rari* ſignificatio, a ſenſu hujus loci alienum eſt, quia, id placidam dormientis tranquillitatem, nulla corporis agitatione commotam, indicat. Itaque forſitan ſcripſerit Propertius,

Et quoties vario duxti ſuſpiria motu.

id eſt, corpore inter anhelitus & ſuſpiria varie concuſſo ictoque, ut in turbidis fit ſomniis, ſeu quum *timidam dementia ſomnia terrent*, ut dicit Lib. III. 6. 15. Poſſis etiam *rapido motu* cum Cel. Ruhnkenio.

29. *Ne qua tibi inſolitos portarent viſa timores*] *ſibi* Voſſ. tert. & meus ſecundus. *inſolidos* in D'orvill. altero. de verbo *portare*, quod in ſomniis, graviora mala portendentibus, efficax eſt, vide hic Paſſerat. & notas Patrui ad Petron. cap. 124.

30. *invitam*] *inventam* male in Leid. ſec. codd. Regg. Excerptis Modii, ed. Venet. 1475. & Reg. Lep. *cogerit* in altero meo cod.

31. *Donec diverſas percurrens Luna feneſtras*] ſic in omnibus legitur codd. & edd. vetuſtis. *diviſas* ex conjectura reponebat Scaliger, & *fiſſas* interpretabatur. bipatentes, ſeu bifores intelli-
ge-

Luna moraturis ſedula luminibus,
Conpoſitos levibus radiis patefecit ocellos.

Sic

gebat J. Douſa ad libri ſui marginem. Sed recte Broukhuſius, *diverſas* vindicavit, & expoſuit feneſtras ex adverſo oppoſitas lectulo Cynthiae, cujus oculos ferientibus Lunae radiis expergefacta eſt, ſeu *adverſas*, ut eſt in cod. Borrichiano. eo ſenſu paſſim *diverſum litus*, *diverſa ripa*, & ſim. pro oppoſitis occurrunt, & eadem variatione ſaepe in *diviſa* abierunt. vide Patrui mei notas ad Lucan. III. 273. & ad Seren. Sammon. cap. 2. v. 30. & Bentlej. ad Manil. IV. 674. eſt autem hoc in loco imitatio Virgiliana Lib. III. Aen. 152.

—— multo manifeſti lumine, qua ſe
Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras.

& haec Propertiana conferenda ſunt cum Epigrammate Anthologiae Graecae Lib. IV. Tit. XI. p. 462. ed. Obſop. in quo, ut Luna Cynthiam, adſtante poëta ſuo, dormientem hic e ſomno excitaſſe, ita etiam Sol per feneſtras intraſſe, & lumina ſua inſeruiſſe fingitur tabulae, quae Martem & Venerem jacentes referebat:

Ἄρεα καὶ Παφίην ὁ ζωγράφος ἐς μέσον οἴκου
Ἀμφιπεριπλέγδην γέγραφεν ἀμφοτέρους.
Ἐκ θυρίδος δὲ μολὼν φαέθων, πολυπάμφαος αἴγλη,
Ἔστη ἀμηχανόων ἀμφοτέρους σκοπέων.
Ἥλιος βαρύμηνις ἕως τίνος; οὐδ᾽ ἐπὶ κηρῷ
Ἤθελεν ἀψύχου τὸν χόλον ἐξελάσαι.

quae ſic vertit H. Grotius,

Ecce domo media per amoris vincla ligati
Pictoris Mavors & Venus arte jacent.
Omnia qui luſtrat, Sol forte patente feneſtra
Haec videt, atque animo non patiente videt.
Quo Sol uſque graves temet durabis in iras,
In ceras etiam qui tua tela jacis?

unde egregie confirmatur emendatio, qua in Carmine Repoſiani de Concubitu Martis & Veneris v. 135. Tom. I. Anth. Lat. p. 48. legendum conjeci,

—— pro conſcia facti
Invida lux! Veneris qui nunc produntur amores
Lumine, Phoebe, tuo? capti ſtant indice tanto
Mars, Amor, & Paphie, ramiſque inſerta tremiſcunt
Lumina, nec poſſunt crimen, te teſte, negare.

non ut in Schedis Salmaſ. & Divionenſ. ex quibus edidi, legebatur, *capti ſtant judice tanto*, & *ramiſque incerta.* vid. ad Anth. Lat. T. II. pag. 707, ſequente verſu *moraturis luminibus* recte Livinejus exponit, quae morari & reſiſtere debebant, probante Patruo meo ad Petron. cap. 119. p. 559. ubi ſimilia adfert exempla.

33. *Compoſitos levibus radiis patefecit ocellos*] *Compoſitis* in prim. & ſec. Voſſ. & altero meo cod. in cujus margine *compoſitos. ocellos compoſitos* vocat ſopore clauſos. ut *compoſiti lecto* dicuntur ad ſomnum captandum. Lib. III. Epigr. vet. Lat. Ep. 205.

Lecto conpoſitus vix prima ſilentia noctis
Carpebam, & ſomno lumina victa dabam.
Cum me ſaevus Amor prenſum ſurſumque capillis
Excitat, & lacerum pervigilare jubet.

de cubantibus infra El. XI. 14.

Quam vacat alterius blandos audire ſuſurros
Molliter in tacito litore compoſitam.

labentes oculos vocat infra El. X. 7.

Quamvis labentes premeret mihi ſomnus ocellos.

ſic *lapſos patefecit ocellos* Lib. II. El. 12. 5. de Cynthia Propertium excitante:

Illa meos ſomno lapſos patefecit ocellos
Ore ſuo, & dixit, ſiccine, lente, jaces?

ut autem Luna, radiis ſuis ora oculoſque Cynthiae percutiens, ſomnum ei interpellat, ita apud Statium, cujus locum oportune adtulit Gebhardus, Lib. X. Theb. 114. de Iride:

—— Zonis lucentibus icta
Evigilat domus. ipſe autem nec lampade clara,
Nec ſonitu, nec voce deae percuſſus, (ſic MSS.) *eodem*
More jacet, donec radios Thaumantias omnes
Inpulit, inque oculos penitus deſcendit inertes.

ubi legendum *radio Thaumantias omni Inpulit.* nam *omnis* in codd. MSS. & ſic video conjeciſſe Heinſium. recte vero Broukhuſius ad ſuum auctorem redire juſſit duos iſtos verſus adulterinos & Propertio indignos, quos Latinus Latinius hic deſiderari ſcripſerat. in notulis nempe, ſeu variantibus potius lectionibus ad Propertium, quae habentur in Ejus Oper. P. II. pag. 57. & ſeqq.

34. Sic

Sic ait, in molli fixa toro cubitum
Tandem te noſtro referens injuria lecto
Alterius clauſis expulit e foribus?
Namque ubi longa meae conſumpſti tempora noctis,
Lan-

34. *Sic ait, in molli fixa toro cubitum*] *Tunc ait* in primo Vatic. & cod. MS. Paſſeratii. *Hic* liber Mureti. *Hinc* vel *Vix ait* Heinſius, qui probabat Guyeti conjecturam *Sic ais.* quod Oudendorpio etiam placebat. An, *Haec ait*? ſed vulgatam plerique codices & edd. primae agnoſcunt. vide & H. Cannegiet. ad Avien. pag. 39. *in molli nixa toro* Paſſerat. & Heinſ. in notis poſt Adverſ. pag. 658. & ad Ovid. VII. Met. 343. ut ſupra v. 8.

non certis nixa caput manibus.

& ſic Graev. Epiſt. ad Heinſ. p. 195. Tom. IV. Sylloges. Virgilius IV. Aen. 690.

Ter ſeſe adtollens, cubitoque innixa levavit.

vel *adnixa.* ut praefert Heinſius, quem vide. ſed *innixa* probaſſe videtur Janus Secundus, ut colligi poteſt ex ejus imitatione Lib. II. El. 9. 21.

—— *cubitoque innixa ſupino*
Erigitur, noſtrum labitur inque ſinum.

Apulejus Lib. II. Met. pag. 34. ed Pric. *effultus in cubitum, ſuberectuſque in torum, porrigit dexteram, & ad inſtar oratorum conformat articulum.* & ſeqq. & Lib. X. p. 223. *accumbere ſuffixo cubito, perdocuit, quodque eſſet mirabile, verbis nutum commodare.* ubi de hoc cubantium, ſed loqui incipientium habitu vide Pricaeum pag. 110. & 111. qui tamen in hoc Propertii loco *fulta* adfert. *cubito ſubnixa* in Ciri v. 347.

36. *Alterius clauſis expulit e foribus*] *reppulit* ex vet. cod. Scaliger, ut in ed. Douſarum, probante Heinſio, qui legebat *reppulit a foribus.* in Voſſ. quarto & Askewiano etiam *a foribus.* quod requirere videtur *clauſis. expulit* in codd. Regg. altero Colbertino, ceteriſque. forte hoc imitatus fuit Auctor Epigrammatis antiqui Lib. III. Anth. Lat. Ep. 168. p. 612.

Sed praetenſa catus deriſit retia quidam,
Teque tuis miſerum depulit e laribus.

praecedente verſu *injuria* videtur intelligenda, quam Cynthiae fecerat Propertius, quod alterius amore laſſus, nunc ſe lecto ejus referret, non autem de *injuria*, quam ille alterius a foribus depulſus acceperat, ut Paſſeratius. ſic Lib. IV. 4. 8.

Quum fieret noſtro toties injuria lecto,
Quae ſolum tacitis cognita ſit foribus.

Lib. III. El. 6. 19.

Non eſt certa fides, quam non injuria verſat.

37. *Namque ubi longa meae conſumpſti tempora noctis*] *Namque ubi longa meae ſumpſti* in primo D'orv. & *ſumpſiſti* a man. ſec. in ſecundo ejuſdem,

Namque ibi longa meae conſumpſi.

conſumpſi etiam in binis Regiis, altero Colbertino, duobus Leid. quarto Voſſiano, Menteliano, & in prima Veneta ed. & Reg. Lep. *conſumpſit* in altero Regio. *Jamque ubi l. m. conſumſi* in Borrichiano. *Jamque* conjecerat etiam Heinſius. forte legendum,

Nempe ibi *longa meae conſumpſti tempora noctis.*

id eſt alterius amicae toro dediſti gaudia meae, ſeu mihi promiſſae & debitae, noctis, nunc languidus & alio laſſus amore venis. ut Ovid. III. Am. El. 8. 80. hinc ſequentem verſum ſine ulla diſtinctione ſcribe,

Languidus exactis hei mihi ſideribus.

mihi languidus & iners exacta jam nocte redis ab externo amore & concubitu exhauſtus. vel *hic mihi* lege, ut opponatur τῷ *Nempe ibi.* ut conjeci. ſic *ibi* & *hic* eodem modo oppoſita erunt, ut *hic*, & *alio loco*, apud Ovid. III. Am. 2. v. ult.

Riſit, & argutis quiddam promiſit ocellis.
Hoc ſatis hic; alio cetera redde loco.

Nempe, praecedente exprobratione, ut hoc in loco, inſervit ſtomacho vel irriſioni indignabundae, & alibi quoque cum *namque* confuſum fuit. vide notam Patrui mei ad Ovid. II. Met. 474. noſter quoque elegantiſſime hac vocula uti ſolet inſtar reſponſionis, adfirmantis ea quae praeceſſerant. Lib. IV. El. I. 88.

Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates.
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem.

 &

Languidus exactis, hei mihi, ſideribus.
O utinam tales producas, inprobe, noctes,
Me miſeram quales ſemper habere jubes.

Nam

& El. V. 42.

Nec te Medeae delectent probra ſequacis:
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.

Lib. IV. El. XI. 4.

Te licet orantem furvae Deus audiat aulae;
Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.

& ſic ſaepe apud Ciceronem. ut in Orat. pro Cluentio cap. 22. *condemnaſtis Scamandrum: quo crimine? nempe quod Avitum per ſervum medici veneno necare voluiſſet.* pro Ligario cap. 3. pag. 178. *Apud quem igitur haec dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me, antequam vidit, Reipubl. reddidit.* & pag. 181. *quis putat eſſe crimen, fuiſſe in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipſe in eadem Africa eſſe voluit.* & cap. 8. p. 214. *acceptae injuriae querelam ad quem detuliſtis? nempe ad eum, cujus auctoritatem ſecuti in ſocietatem belli veneratis. meae noctis* eſt mihi debitae, ut *mea limina*, quibus ego admittor, infra El. V. 13.

Ah mea contemtus quoties ad limina curres.

mea oſcula Ovidio Lib. I. Am. El. 4. 40.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator,
Et dicam, mea ſunt, injiciamque manum.

notum illud Virgilii Ecl. IX. 4.

haec mea ſunt, veteres migrate coloni.

male autem in nonnullis codicibus *conſumſi* vel *ſumſiſti.* adhaeret Virgilio Lib. II. Aen. 795.

——— *ſocios conſumta nocte reviſo.*

quod cum hoc Propertiano confert Germanus Valens Guellius. & Heinſius cum illo Naſonis Lib. II. Am. El. 10. 27.

Saepe ego laſcivae conſumto tempore noctis
Utilis & forti corpore mane fui.

39 *O utinam tales producas, inprobe, noctes*] *perducas* in duobus Leidenſibus, quatuor Voſſ. utroque meo codice, Menteliano, Borrichiano, Groningano, Askewiano, primis edd. & in Douſarum Raphelengiana; idque praeferunt Livinejus & Paſſeratius. *per duras* Excerpta Scalig. Vaticana, & Heinſii codex. unde *perdures* conjecerat Patruus meus. quod ſuam quoque habet elegantiam. verbo *perdurare* utitur Ovid. in Medic. Fac. V. 49.

Sufficit, & longum probitas perdurat in aevum.

ut autem hic *perdurare noctem*, ſic *durare laborem*, pro ſuſtinere, *durare vias*, *durare aequor*, & ſim. quam locutionem probam eſſe oſtendit Bentlej. ad Horat. I. od. 14. 7. *durare per aeſtus* apud Statium Lib. V. Sylv. I. 129.

——— *tecum omnes animo durare per aeſtus,*
Et, ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras.

ut legit Marklandus, quem vide p. 248. & *durare* ac *firmare animum* optime illuſtrat idem Bentlejus ad Horat. Lib. III. od. 24. 54. Ovid. II. A. A. 119.

Jam molire animum, qui duret, & adſtrue formae.

ubi *durare* de animo. ut in Elegia ad Liviam v. 198.

Duravitque animum, deſtituitque preces.

ubi vid. Lindenbrog. *obdurare* Catullo Carm. VIII.

Sed obſtinata mente perfer, obdura.
Vale puella, jam Catullus obdurat.

unde Ovidius III. Am. XI. 7.

Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.

Sed *producas*, ut Heinſium ſecutus edidit & variis veterum locis firmavit Broukhuſius, rectum eſt. Horatius Lib. III. od. XI. 23.

Vivaeque producent lucernae.

quod *proferre vigiles lucernas* vocat Lib. III. od. 8. 15.

——— *& vigiles lucernas*
Profer in lucem.

non *Perfer.* ut male in aliis. *vitam producere* pro extendere, Virgilio II. Aen. 637. Cic. in Somn. Scip. cap. I. *Sermonem in multam noctem produximus.* Livius Lib. XXXIII. 48. 7. *Convivium multo vino in ſerum noctis productum.* & hæc verba ubique fere permutantur. vid. Heinſ. ad Virg. Ecl. I. v. 72. & ad Vellej. Pat. II. 128. prope fin. *ducere noctem* infra El. XI. 5.

Noſtri cura ſubit memores ah ducere noctes.

ubi *traducere* Paſſeratius. El. XII. 13.

Nunc primum longas ſolus perducere noctes.

ut

Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum,
Rurſus & Orpheae carmine feſſa lyrae.
Interdum graviter mecum deſerta querebar
Externo longas ſaepe in amore moras:

45. Dum

ut illic legit Heinſius, pro *cognoſcere noctes.* quod hoc etiam in loco *perducas* vindicare poſſet. Lib. IV. El. 6. 85.

Sic noctem patera, ſic ducam carmine.

41. *Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum*] *Jam modo* in primo meo codice. *purpureum* in Groningano. locum hunc imitatus eſt Ovidius Epiſt. I. 9.

Nec mihi, quaerenti ſpatioſam fallere noctem,
Laſſaret viduas pendula tela manus.

& Epiſt. XIX. 37.

Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſo
Feminea tardas fallimus arte moras.

de elegantia verbi *fallere* hac in re vide Cortii notas ad Plinium Lib. V. Epiſt. 6. pag. 341. ſeq. verſu male Guyetus, *Rurſus eram Orpheae* &c. quod a nullo codice probatur, & per ſe ſubintelligitur.

43. *Interea mecum graviter deſerta querebar*] *Interdum graviter mecum* in quatuor Voſſ. duobis Leid. totidem Dorvill. & meis, ut & Menteliano. & Excerptis Scalig. quod in contextum reduxi. *Interdum* hic minime mutandum etiam cenſebat Cel. Hemſterhuſius, quia optime procedunt, *nam modo, rurſus,* & *interdum.* ſic Lib. II. El. 12. 3.

Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis,
Interdum tunica duxit operta moram.

idque firmabat ex Auctore Moreti v. 28.

Interdum feſſae ſuccedit &c.
——— *modo carmina cantat.*
Interdum clamat Scybalen.

ut legendum putabat. & quia Broukhuſius fluctuabat, quem ſenſum haberet *Interdum,* mox ſequente *ſaepe*, ideoque *interea* edidit, notaverat Hemſterh. *moras ſaepe longas* jungenda, & hunc ſenſum eſſe, *Interdum ego, tela lyraque ſepoſitis, quae animum aegrum recreare non poterant, querebar moras tuas ſaepe longas in externo amore.* Reſponderi etiam poterat, *interdum* ſaepe pro *interim* & *interea* poni. ut docuit Daviſius ad Jul. Caeſ. Lib. I. de Bel. Gall. c. 14. & Drakenb. ad Silium Ital. Lib. VI. 30. forte Broukhuſium offendit *modo* & *interdum* ſemel poſitum, cum ceteroquin alterutra vox repetatur. ſed ita etiam apud Petron. cap. 113. *modo inplebat oſculis pectus, interdum concinnabat ſpoliatum crinibus vultum.* ubi in cod. Leid. *modo concinnabat*, voce repetita. ſed quod illic codicis illius auctoritate non tamen ſubſtituendum hic Propertii locus docet. *Interdum leviter mecum* in Borrich. Neapol. & Askewiano. *leviter* etiam in cod. quem Antonius Perrejus contulit, Exerptis Modii. Regiis & Colbertinis, prima Venet. & Reg. Lep. & ſic Ayrmannus. ut jam ediderat Muretus. Hoc ſenſu *leviter queri* erit ſubmiſſa & quaſi ſuppreſſa voce increpare. de quo vide notas ad Ovid. Epiſt. III. 80. ſed *graviter* Cynthiae in iram pronae melius convenit. *loquebar* in primo Voſſ. ſecundo Dorvill. & altero meo cod.

44. *Externo longas ſaepe in amore moras*] recte Livineji *heſterno* inprobat Broukh. & *externum amorem* exponit, quem foris exercuerat Propertius. Ovid. Epiſt. V. 102.

——— *externo laeſus amore dolet.*

& Epiſt. XVII. 96.

Altera vel potius felix ſine crimine fiat,
Quam cadat externo noſter amore pudor.

infra El. XI. 6.

Ecquis in externo reſtat amore locus.

ut legit Paſſeratius, probante Heinſio. *extremo* in vulgatis. Tibullus Lib. I. El. 10. 57.

Semper ſint externa tuo veſtigia lecto.

ubi vide Broukhuſ. qui jure illud vindicat pro *heſterna*, quod aliis placebat. & paſſim hae voces in MSS. confunduntur. infra El. XV. 5.

Et potes heſternos manibus conponere crines.

ubi *externos* in plurimis codicibus. ſed *heſternos* illo in loco recte praetulit Broukhuſius. eadem lectionis varietas eſt Lib. II. El. 25. 59. Lib. III. El. 6. 1. apud Virg. VIII. Aen. 543. Ovid. I. Triſt. 3. 44. ubi vide eruditorum notas, & Markland. ad Statium Lib. I. Sylv. 2. 100. pro *ſae-*

F 2 pe

45. Dum me jucundis lapſam ſopor inpulit alis.
Illa fuit lacrimis ultima cura meis.

ELEG.

pe in Voſſ. tertio *ſemper eſſe in amore* in ejusdem quarto cod. & Askewiano. *ſaeve* Heinſ. in notis ad Propert. p. 658. pro *moras* in Excerpt. Mod. & Groningano *vias*. Ceterum ex hoc Propertii loco elegantem ſimilis querelae colorem deduxit Janus Secundus Eleg. 7. in rivalem ſuum,

Julia, tam lentas producens frigida noctes.
Optabis noſtras in tua colla manus.
Julia: non veniam. veniet, querulumque ſubibit,
Ille peregrino laſſus amore, torum.

quem cum Tibullianis verſibus Lib. I. El. X. 55. etiam contulit Broukhuſius.

45. *Dum me jucundis lapſam ſopor inpulit alis*] *Tum me* in primo meo cod. *Quum* Guyetus. pro *lapſam* malunt nonnulli *laſſam*, ut paullo ante v. 42.

Orpheae carmine feſſa lyrae.

idque placuit Lipſio Lib. IV. Antiq. Lect. c. XI. Lat. Latinio in Variant. ad Propert. P. II. Operum p. 58. & aliis. ſed *lapſam* recte probavit Broukhuſ. & Heynius in notis ad Tibull. pag. 311. infra El. X. 7.

Quamvis labentes premeret mihi ſomnus ocellos.

ſopor inpulit horis in marg. Excerpt. Scalig. *intulit alis* in Menteliano, & primo Voſſiano. de Somni alis, quibus ſoporem conciliat, vide quae ad hunc locum Paſſeratius, & Broukhuſius ad Tibull. Lib. II. El. I. v. 89. contulerunt. & recte eruditi Callimachi Interpretes hoc conparant cum illius Hymno in Del. v. 234. ubi ſomnus Iridi ἐπερείδειν πτερὸν dicitur. *inpulit* tamen hic mihi nonnihil ſuſpectum, & quia *intulit* eſt in quibusdam MSS. elegantius videtur,

Dum me jucundis lapſam ſopor induit alis.

quod *amplecti* Ovidio eſt Lib. VIII. Met. 818.

——— *altoque ſopore ſolutum*
(Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis.

non *ulnis*, ut in aliis eſt. hinc ipſe Somnus *fuſcis circumdatus alis* Tibullo dicitur d. l. Lib. II. El. I. v. 89. & hominem *fuſco amictu velare* Lib. III. El. 4. 55.

Et quum te fuſco Somnus velavit amictu.

ubi vide Heynii notas. Statius Lib. V. Sylv. 4. 16. ad Somnum:

——— *nec te totas infundere pennas*
Luminibus compello meis.

hinc apud Silium Ital. Lib. X. 346. forte corrigendum, ubi Juno ad Somnum:

——— *nec poſco ut mollibus alis*
Des vinctum mihi, Somne, Jovem.

pro *victum*.

46. *Illa fuit lacrimis ultima cura meis*] *ultima meta* edidit Broukhuſius, Heinſii conjecturam contextui inſerens, qui non tantum in notis ad Ovidium ita emendavit, ſed etiam Lib II. Adverſ. cap. 6. p. 249. & ad Propert. p. 658. idque probatum fuit D'Orvillio ad Chariton. pag. 188. & firmatur a ſolo Voſſiano quarto. ſaltem id longe melius Scaligerano *ultima creta*. Sed quia omnes fere codices, nempe Voſſiani, duo D'orvilliani, totidem mei, ſecundus Leidenſis, (cui adſtipulantur primus ejuſdem Bibliothecae, & Mentelianus, in quibus *crura*) Borrich. Groning. & primae editiones lectionem antea vulgatam *ultima cura* unanimi conſenſu conprobant, hoc revocandum cenſui, idque Cel. Hemſterhuſio etiam praeferebatur & Ayrmanno. *cura* hic pro curatione & medicina aegritudinis dicitur, ut recte etiam libri ſui margini adſcripſerat Douſa P. qua oppreſſa Cynthia, tandem in ſomnum, veluti ultimum lacrimis & dolori remedium, incidit. ſic *cura* eodem ſenſu intelligenda Lib. II. El. 19. 37.

Unica nata meo pulcherrima cura dolori.

infra El. X. 17.

Et poſſum alterius curas ſanare recentes;
Nec levis in verbis eſt medicina meis.

quamquam illic *curae* de ſollicitudine dicantur. male in cod. Scalig. *poenas*. Seneca Lib. VI. de Benef. cap. 16. de medico: *ego illi potiſſima cura fui.* ubi *curatio* in cod. Amſtelaed. ut in ſuis MSS. etiam legi teſtatur Lipſius, & mutatum noluit. ſed *curatio* e gloſſa venit. *cura* proprium medicis verbum eſt. Horatius Lib. II. Epiſt. 2. 136.

——— *curiſque refectus*
Expulit ellebero morbum, bilemque meraco;
Et redit ad ſeſe.

Macrobius Lib. VII. Saturn. cap. 4. *conſiderat nullum umquam fuiſſe medicorum circa curas aegreſcentium tam audacis negligentiae, ut febrienti varium & non ſimplicem cibum daret.* vide Barth. ad Gratii Cyneg. v. 366. & Keuchen. ad Seren. Samm. cap. 33. Lennepius vero in notis ad

ELEG. IV.

Quid mihi tam multas laudando, Baſſe, puellas
Mutatum domina cogis abire mea?
Quid me non pateris, vitae quodcumque ſequetur,
Hoc magis adſueto ducere ſervitio?
Tu licet Antiopae formam Nycteïdos, & tu
Spartanam referas laudibus Hermionen,
Et quaſcumque tulit formoſi temporis aetas,
Cynthia non illas nomen habere ſinet.

Ne

ad Coluthum Lib. II. cap. XI. tentabat,

Ille (ſopor) *fuit lacrimis ultima vota meis.*

inductus alio Propertii loco Eleg. VI. huj. libri v. 24.

Et tibi non umquam noſtros puer iſte labores
Adferat, & lacrimis ultima vota meis.

ſed ubi longe diverſa ſermonis ſtructura eſt, & *ultima vota* illic reguntur a verbo *Adferat.* hic vero *Ille*, ſomnus nempe, *fuit ultima vota lacrimis meis*, duriſſima ſine exemplo eſt adpoſitio. ſaltem conjeciſſet,

Ille tulit lacrimis ultima vota meis.

ſed minime opus eſt. ceterum huic Propertii loco ſimile eſt illud apud Heliodorum Lib. I. cap. 2. in fin. pag. 37. ed. Commel. *καὶ ἐδ' ἂν ἔληξαν θρηνῦντες, εἰ μή τις ὕπνος ἐπιπτὰς ὑφ' ἡδονῆς τῶν γόων ἔπαυσε τῶν δακρύων.* quae video etiam ad hunc locum prolata eſſe a J. Douſa Fil. qui emendat *ἔπαυσε καὶ* vel *τῶν τε δακρύων.*

ELEG. IV. AD BASSVM inſcribunt plerique Codices, celebrem ejus aetatis jamborum ſcriptorem, Naſoni quoque familiarem, quem Voſſius, Gyraldum ſecutus, in libro de Poëtis Lat. pag. 35. male *Battum* vocat. ut recte notarunt viri docti. vide Heinſiorum & Patrui mei notas ad Ovid. IV. Triſt. 10. 47. primo verſu *Quid me*, in nonnullis codd. ut cum *cogis mutatum* jungatur. & pro *laudando* in cod. Askew. *nnmerando.*

4. *adſueto ducere ſervitio*] neſcio cur Broukhuſius *vivere* ediderit, & veterem repudiaverit lectionem *ducere*, quae a quatuor codd. Voſſianis, uno Leidenſi, Menteliano, Heinſiano, ſecundo & quinto Vaticano, Askewiano, duobus D'orvillianis, meſque agnoſcitur, licet *vitam vivere*, *ſervire ſervitutem*, & ſimilia, recte dicantur, an autem *vitae quod reſtat, vivere*, dubito: certe *ducere* hic praefert etiam Heinſius in notis poſt Adverſ. pag. 658. & *vivere* ac *ducere aetatem*, paſſim inter ſe conmutantur. vide Patrui mei notas ad Lucan. VIII. 479.

5. *Tu licet Antiopae* &c.] in plurimis libris manu exaratis & vetuſtis editionibus antea legebatur,

Tu licet Antiopae formam Nycteïdos, et tu
Spartanae referas laudibus Hermionae.

ſed merito offendebat Broukhuſii aures ſonus durior *Antiopae & Spartanae Hermionae. Antiope* in meo cod. ſec. id eſt *Antiopes*, ut in altero D'orvill. *Hermionaes* in Heinſiano & primo meo MS. pro *Hermiones.* ut in aliis. & ſic Lat. Latinius. alterutrum admitti, & ſervato eorundem caſuum tenore legi poſſet,

Tu licet Antiopes formam Nycteïdos, & tu
Spartanae referas laudibus Hermiones.

repetita in altero verſu voce *formam.* Antiopes fabulam & illius ac Jovis amores pluribus deſcribit noſter Lib. III. El. XIII. ubi vide. *Hermione* eſt Menelai & Helenae filia, eadem, cujus apud Ovidium exſtat Epiſt. VIII. ad Oreſten. recte Broukhuſius obſervat *Spartanam* vocari Hermionen, epitheto nimine otioſo, quia Sparta, ſeu Lacedaemon, inter Graeciae civitates *καλλιγύναιξ* dicta. de quo vid. Caſaub. ad Athenaeum Lib. XIII. cap. 2.

8. *nomen habere ſinet*] *ſinat* in quatuor Voſſia-

Ne dum, ſi levibus fuerit collata figuris,
Inferior duro judice turpis eat.
Haec ſed forma mei pars eſt extrema furoris.
Sunt majora, quibus, Baſſe, perire juvat.

In-

ſianis, primo Leid. duobus D'orvill. & altero meo Cod. *finit* in primo Leid. ed. Reg. Lep. & prima Venet. *finet* in Heinſiano, & Excerpt. Modii.

9. *Ne dum, ſi levibus fuerit collata figuris*] *Necdum* communi errore in Voſſ. quarto, & ſecundo D'orvill. ut paſſim male ſcribitur in codd. vetuſtis. vide infra El. IX. 32. elegans voculae *Nedum* uſus apud veteres, pro tantum abeſt, ut ſi &c. & ſemper negat, ac poſtponitur plerumque. vide Manut. ad Cic. VII. ad Fam. Ep. 28. p. 357. vel pro non modo, ſeu non modo non. vide eumdem Manut. ad Lib. I. ad F. Ep. 9. p. 67. 68. & ad Lib. IV. Ep. 13. & adde Malaſpinam ad Lib. X. ad Att. Ep. 16. p. 196. non ſemper tamen negare, adverſus Manutium oſtendit Cel. Drakenb. ad Livium Lib. X. cap. 32. §. 4. ſed & ſimplici *ne* utuntur pro *nedum*. de quo vid. Andr. Schott. III. Obſerv. cap. 26. & Gronov. ad Livium Lib. III. c. 32. *leves figuras* N. Heinſius de umbris intelligendas conjecerat, Antiope nempe, Hermione, & quaſcumque formoſi temporis aetas olim tulit. ſive ut Lib. II. El. 21. 31. de Cynthia dicit,

Et tibi Maeonias inter Heroïdas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.

ſic *leves populi* Ovidio Lib. X. Met. 14.

Perque leves populos, ſimulacraque functa ſepulcris,
Perſephonen adiit.

quas *tenues umbras* vocat Virg. IV. G. 472.

Umbrae ibant tenues, ſimulacraque luce carentum.

id ſi admittatur, *duro judice turpis eat*, capiendum erit de Aeaco, tamquam formarum apud inferos judice, quem Cynthiae prae ceteris palmam pulchritudinis daturum auguretur. ſimili fere modo, ut Cornelia ad hunc judicem de virtute atque integritate ſua provocat Lib. IV. El. XI. 19.

Aut ſi quis poſita judex ſedet Aeacus urna,
In mea ſortita vindicet oſſa pila.

& v. 47. & ſeqq.

Mi natura dedit leges a ſanguine ductas,
Nec poſſum melior judicis eſſe metu.
Quaelibet auſteras de me ferat urna tabellas,
Turpior adſenſu non erit ulla meo.

ſed malim *leves figuras* exponere vulgares, quotidianas. ut Donatus ad Terent. Eunuch. II. 3. 6. explicat *quotidianarum, levium, & uſitatarum.* & Horatius Lib. I. od. 25. 10.

Flebis in ſolo levis angiportu.

id eſt nullo jam loco habita. ſic *anima levis* Senecae Herc. Fur. v. 1308. *leves & ignobiles accuſatores*, pro vilioribus, apud Tacit. IV. Ann. c. 36. fin. vide hic Paſſeratium. *collata*, Propertio hac in re amata vox eſt. infra Eleg. V. v. 7.

Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis.

Lib. II. El. 21. 11.

Num ſibi collatam doluit Venus.

Lib. IV. El. XI. 85.

——— *collata priori*
Vertet in offenſas libera verba ſuas.

Ovidius II. Am. 17. 13.

Non tibi ſi facies nimium dat in omnia regni;
(O facies oculos nata tenere meos!)
Collatum idcirco tibi me contemnere debes.
Aptari magnis inferiora licet.

Rem. Am. 709.

Vos quoque formoſis veſtras conferte puellas,
Incipiet dominae quemque pudere ſuae.
Utraque formoſae Paridi potuere videri,
Sed ſibi collatam vicit utramque Venus.

Auctor Elegiae in Anthol. Lat. Tom. I. editae v. 50. pag. 693.

Si quae contulerit ſe tibi, vilis erit.

11. *Haec ſed forma mei pars eſt extrema furoris,*
Sunt majora &c.]

Haec forma, omiſſo *ſed*, in cod. Mentel. & primo Leidenſi. *par* in Voſſ. *pars extrema furoris*, deficiente *eſt*, Leid. ſec. pro *extrema* Heinſius malebat *poſtrema*. ſed vulgatam defendit Sciop-

Ingenuus color, & multis decus artibus, & quae
Gaudia ſub tacita ducere veſte libet.

15. Quo

Scioppius Lib. I. Veriſim. cap. 18. *pars extrema furoris* pro minima, ſeu quae minus me tangit, exponit Paſſeratius, & adfert illud Terentii Eunuch. IV. Sc. 2. v. 12. quod hinc lucem accipit, *certe extrema linea amare haud nihil eſt.* ubi *extrema linea*, ut hoc loco *extrema pars*, hoc eſt, forma Cynthiae, quantumvis venuſta, minimum eſt, quod me cogit eam amare, ſed *majora ſunt*, quibus me amore perire juvat. nempe,

Ingenuus color, & multis decus artibus, &c.

& illum Terentii locum advocat Broukhuſius, eoque illuſtrat illud noſtri infra El. XI. v. 6.

Ecquis in extremo reſtat amore locus.

ubi *externo* Paſſeratius. quamvis longe aliam ejus explicationem, & certe meliorem, dederit Heinſius ad Ovid. III. Amor. El. 2. 19. *perire* autem hic non ſignificat *mori*. ut Gallicani Interpretes expoſuerunt, recte ob id caſtigati a Broukhuſio, qui verbi hujus uſum pro amore contabeſcere, egregie illuſtravit: cui adde Patrui mei notas ad Quinctilian. Declam. XV. 8. id ipſum eſt noſtro infra El. X. v. 5.

Quum te complexa morientem, Galle, puella
Vidimus in longas ducere verba moras.

quod de morte proprie dicta interpretari, abſurdum eſſet. ſic *perire aliqua*, pro perdite amare, idque rectius, quam *aliquam*, ut puella amando dicitur *perdere*. vide ad Lib. IV. Epigr. vet. Tom. II. Anthol. Lat. pag. 122. pro *perire juvat* Heinſius malebat *juvet*.

13. *Ingenuus color, & multis decus artibus*] *Ingenuus pudor* Ayrmanno legendum videbatur. ſed *ingenuus color* eſt nulla arte factus, ut *ingenui crines*, ſuo ingenio flexi, apud Statium Lib. II. Sylv. 1. 44. ubi v. Barth. pro *multis decus artibus* Scioppio tam in Veriſimilium libris, quam in notis ad Priapeja pag. 93. placebat *nullis artibus*, id eſt, quae ſe a forma nativa commendabat. quod rejicit Broukhuſius, & graviter in Theod. Marcilium invehitur, qui ad Horat. pag. 78. emendabat *mutis decus artubus*, ſeu nullo artificio aut lenocinio fictis & conpoſitis. *mutis artibus* conjecerat Heinſius, eo ſenſu quo apud Virgil. *mutas agitare inglorius artes.* quod diſplicet, & magis adhuc Barthii acumen, qui per *mutas artes* intelligebat occulta amoris gaudia, quae non niſi ſub tacita veſte dicere liceat. mihi non omnino rejiciendum videtur *artubus*, non vero *mutis*, ut Marcilius, ſed forte *cultis* vel *nitidis* reponendum. vel quia in ſecundo Vaticano *mollis*, inde legi poſſet *mollis decor artubus.* nam *decor* eſt in altero D'orvilliano. ut intelligat membra Cynthiae decora, quae cum ipſe amator perfectius uſu noſceret, majoris ardoris ipſi cauſſa erant. certe ita apud Horat. Lib. III. od. 6. 22. pro *fingitur artibus* in codd. MSS. & vetuſtis edd. eſt *artubus.* unde recte Muretus *frangitur artubus.* ut Heinſ. ad Claudian. Lib. I. in Eutrop. 264. vel *nullis decor artibus*, id eſt nullo artificio adoptatus, quod convenit *ingenuo colori*, nativo, non fucato. vide ſupra ad El. II. v. 5. vel *multis decor artibus* cum Bentlejo ad Horat. IV. od. 13. 17. & Patruo meo ad Ovid. III. A. A. 258. Si quis tamen his omnibus poſthabitis praeferat Gebhardi explicationem, qui in notis ſuis p. 126. *multas* Cynthiae *artes* referebat ad pingendi, texendi, ſaltandi, & canendi artes, quas variis in locis poëta celebrat, praeſertim ejus doctrinam & Muſarum ſtudium, non multum refragabor. de quo vide Broukhuſ. ſupra ad Eleg. 2. v. 27. & quae ibidem notavi. Laudat igitur Cynthiam non tantum a corporis forma, ſed & animi bonis ac meritis. ut Sappho de Phaone apud Ovid. Ep. XV. 188.

Et forma & meritis tu mihi Phoebus eris.

quod μορφᾷ καὶ ἔργοις dicit Pindarus od. IX. Olymp. 98.

14. *Gaudia ſub tacita ducere veſte libet*] ſic bene reſtituerunt viri docti, licet in multis codd. MSS. & edd. vetuſtis *dicere.* ut in quatuor Voſſ. duobis Leid. uno Dorvill. binis meis codd. Groningano, Borrichiano, Mentel. Heinſiano, & ed. pr. Venet. Reg. Lep. Ald. & Junt. *diſcere* conjecerat Heinſius. *ducere* tamen firmant duo Vaticani, collationes Angeli Colotii, alter D'orvill. & Commelini liber apud Gebhardum. & ita Francius ad oram ed. Scalig. in qua *dicere.* ſic *gaudia ducere* apud Prudent. I. contra Symmach. 239.

——— *gaudia ducunt*
Feſta kalendarum.

Gaudia ſub tacita dicere teſte libet conjecerat D'Orvillius. *ſub tacita mente* Marklandus. ut Ovidio Lib. III. Am. 7. 63.

At quae non tacita formavi gaudia mente.

ſed

Quo magis & noſtros contendis ſolvere amores,
Hoc magis accepta fallit uterque fide.
Non inpune feres. Sciet hoc inſana puella,
Et tibi non tacitis vocibus hoſtis erit.
Nec tibi me poſt haec conmittet Cynthia, nec te
Quaeret: erit tanti criminis illa memor.

Et

ſed deſidero exemplum locutionis *ſub tacita mente.* hic vero recte *ſub tacita veſte.* innuit id, quod *veſticontubernium facere* dicitur Petronio cap. XI. ubi vid. Interpretes. Si quem hic offendat *tacita veſte*, & mox *tacitis vocibus*, hoc in verſu legi poſſet.

Gaudia ſub tecta ducere veſte libet.

veſte ſub injecta, vel *ſuperjecta*, ut praefert Heinſius, dixit Ovidius Lib. I. Am. El. 4. 48. *interpoſita veſte* Tibullus Lib. I. El. 10. 56.

Tecum interpoſita languida veſte cubet.

15. *Quo magis & noſtros contendis ſolvere amores,*
Hoc magis accepta fallit uterque fide.]

Quo magis heu, vel *o*, *noſtros* Marklandus, adſcripto Virgilii loco X. Aen. 631.

—— *ut o potius formidine falſa*
Ludar.

contendes & in altero verſu *fallet* Heinſius. ſed tam praeſenti adfirmante, quam aliis temporibus, in hac locutione *Quo magis*, & *Hoc magis*, utuntur veteres. Ovidius XI. Met. 437.

Quo magis hoc novi &c. *magis hoc reor eſſe timendos.*

cum ſubjunctivo optante apud noſtrum infra El. X. 27.

At quo ſis humilis magis, & ſubjectus Amori,
Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.

qui locus firmat Barthii ſententiam hic legentis, *Quo magis at noſtros.* poſſet etiam hic reponi,

Quam magis at noſtros contendis ſolvere amores,
Tam magis &c.

quod non minus uſitatum eſſe, quam vulgarius *Quo magis*, & *Hoc magis*, oſtendunt exempla, quae non exigua copia adferunt Heinſius & Patruus meus ad Virg. III. Georg. 309. *ſolvere amores*, ut Lib. III. El. 15. 5. ad Bacchum,

Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes.

& huic opponitur *vincire*, *ligare*, *connectere.* vide Broukhuſ. ad illud Tibulli de ſaga Lib. I. El. 2. 60.

—— *haec eadem ſe dixit amores*
Cantibus, aut herbis ſolvere poſſe meos.

altero verſu *fallis utrumque* in primo & tertio Voſſ. primo Leid. Menteliano, Borrichiano, & meo ſecundo. pro *accepta fide* Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 250. & in notis ad Propert. p. 659. emendabat *aſſerta* vel *ah certa.* ubi pluribus hoc adſtruit. *adducta* Marklandus. Sed ſtare poteſt vulgata, *accepta fallit uterque fide*; ut ſenſus ſit, quo magis, Baſſe, me Cynthiamque diducere contendis, hoc magis uterque te fallit, quia conſtantes manemus *data acceptaque fide.* de qua locutione vide hic Vulpii notas.

17. *Sciet hoc inſana puella*] id praetuli ex tertio & quarto Voſſ. ſecundo D'orvill. & Askewiano; idque malebat Heinſ. miror Broukhuſium edidiſſe *ſciet haec inſana puella.* quae lectio dubium facit lectorem, an *haec inſana puella* jungenda ſint, an *ſciet haec.* & mox ſequitur, *poſt haec.* in ed. Gryph. 1551. legitur, *ſciet haec, inſane, puella.* quod minime rejiciendum videtur. *ſciat* in Voſſ. prim. & Groning. altero verſu *At tibi* in Borrich. *non tacitas voces* dicit convitia aperte prolata, & cum clamore ingeſta.

19. *Nec tibi me poſt haec conmittet Cynthia*] *poſthaec* juncta voce in Borrichiano. *poſt hac* in primo, ſecundo, & quarto Vaticano, Ang. Colotii, & Ant. Perreji cod. de uſu praepoſitionis *poſt* hac in re vide Patrui notas ad Nemeſ. Ecl. II. 69. *committet* exponit Paſſeratius, ut verbum ſit fidei, quum alienae cuſtodiae quid credimus, ut *conmiſſa laetitia*, cui teſtis fui adhibitus, infra El. X. 12.

Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe conmiſſae munera laetitiae.

Ovid. I. Am. 12. 21.

Hiſne ego conmiſi noſtros inſanus amores.

Se-

Et te circum omnes alias irata puellas
  Differet: heu nullo limine carus eris.
Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras,
  Et quicumque ſacer, qualis ubique, lapis.
Non ullo gravius tentatur Cynthia damno,
  Quam ſibi cum rapto ceſſat amore Deus.

Prae-

Seneca Epiſt. 3. *Tu quidem ita vive, ut nihil conmittas, niſi quod conmittere etiam inimico poſſis.* ubi ludit in diverſa vocis ſignificatione. vide illic Gronov. Malim tamen *committet* hic interpretari, me tibi conparabit, conferet, ut duo paria *conmitti* dicuntur, ſeu conponi, in Circenſibus, vel re bellica. ut & poëtae atque oratores in certaminibus ingenii & eloquentiae. vid. Torrent. ad Suet. Aug. c. 89.

21. *Et te circum omnes alias irata puellas Differet*] *At te* Borrich. *illata* vitioſe in nonnullis MSS. ut Leid. ſec. Excerptis Modii, Groning. ed. prima Veneta, & Reg. Lep. *Differet* legendum cum Beroaldo, Lipſio, Paſſeratio, Gebhardo, & Heinſio. idque firmat primus, ſecundus, & quintus Neapolitanus, Groning. & alter D'orvill. non *Deferet*, ut in primo, tertio, & quarto Voſſ. Heinſiano, Menteliano, duobus Leid. meis codd. & primis aliisque edd. *Differt* in Voſſ. ſec. *Differet* eſt traducet, infamabit. ut infra El. XVI. v. ult.

——— *aeterna differor invidia.*

ubi etiam *deferor* in multis codicibus. Tacit. I. Annal. 4. *pars maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.* Valer. Fl. Lib. I. 754. *regemque fragor per moenia differt.* quod recte viri docti illic tuentur, pro *defert*, & hoc Propertii loco Patruus meus adſtruit. ita corrigendum apud Dictyn Cretenſ. Lib. 1. c. 3. *alia in talem modum ſinguli differebant.* non *diſſerebant.* ut vulgo editur. male igitur H. Ernſtius ad Valerii Probi Notas p. 137. ex cod. MS. *Differt*, *heu nullo lumine.* ubi quod *lumine* etiam profert, a nonnullis quidem codd. firmatur, ut a Voſſ. quarto, primo D'orvill. in quo *die* ſuperſcriptum erat. *limine* in primo meo cod. & pro varia lectione *crimine*, quod ex praeced. diſticho *tanti criminis illa memor* derivatum eſt. ſed *limine* omnino probum. id eſt, nulla domo excipieris. ut El. XIII. 34.

non alio limine dignus eris.

ubi eadem in ſcriptis varietas. vide quae illic notavi. malim etiam cum Heinſio,

——— *& nullo limine carus eris.*

23. *Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras*] *contendet* in Voſſ. quarto. & *aures* in D'orvill. ſec. pro *aras.* vitioſe. ſenſum ita exponunt viri docti, nullas aras Deorum praeteribit, quas non lacrimis ſuis irrigabit, ad omnes aras flebit, ut Fruterius in ora libri ſui. vide & Paſſerat. ſed N. Heinſio emendandum videbatur *non tinget,* (vel, *non ſparget*) *fletibus aras.* ut Lib. IV. El. 4. 44.

Palladis extinctos ſi quis mirabitur ignes,
  Ignoſcat: lacrimis ſpargitur ara meis.

vide illius notas ad Ovid. Epiſt. XIII. 113. Cel. Ruhnkenio legendum videbatur,

Multas illa ſuis conſperget fletibus aras.

25. *Non ullo gravius tentatur Cynthia damno*] *certatur* in ed. Ant. Volſci an. 1488. ſed *tentatur* ipſe legiſſe videtur; nam exponit, *movetur aut indignatur.*

26. *Quam ſibi cum rapto ceſſat amore Deus*] *Quam ſi* Excerpt. Scalig. pro *Deus*, qui Cupido eſt forte melius hic reponeretur *Venus.* ut in illo Tibulli Lib. I. El. 6. 4.

——— *ſed jam, cum gaudia adirem,*
Admonuit dominae, deſeruitque Venus.

apud noſtrum Lib. III. El. 4. 34.

Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.

& huc referri poteſt illud ejuſdem Tibulli ad Priapum, Tom. II. Anth. Lat. pag. 559.

Tepente cum jaceret abditus ſinu,
Venus fuit vieta.

id eſt languida, & per inertiam ceſſans. ut pro *quieta* emendaſſe Heinſium illic notavi.

Praecipue noſtri. maneat ſic ſemper, adoro:
Nec quidquam ex illa, quod querar, inveniam.

ELEG. V.

Invide, tu tandem voces conpeſce moleſtas,
Et ſine nos curſu, quo ſumus, ire pares.
Quid tibi vis, inſane? meos ſentire furores?
Infelix, properas ultima noſſe mala.
Et miſer ignotos veſtigia ferre per ignes,

Et

27. *Praecipue noſtri. maneat ſic ſemper, adoro.*] *noſtro*, nempe *amore*, ex verſ. praec. repetito, praefero cum Heinſio. *id oro* in cod. Antonii Perreji, duobus Vaticanis, & Excerptis Ang. Colotii. ſed recte viri docti *adoro* hic pro ſimplici *oro* exponunt, quod ſine exemplo eſſe licet Hadr. Valeſius exiſtimaret, & ideo apud Virg. X. Aen. 677. corrigeret, *volens vos Turnus id oro*, optime tamen a Broukhuſio vindicatum eſt. & vide notas eruditorum ad Ovidii Epiſt. X. 141. & ad Livium Lib. VI. c. 13. v. ſeq. *Ne quidquam*, ut volebat Douſa, legitur in ed. Pariſ. Colinaei an. 1529. *Nequicquam* in Juntina.

Eleg. V] AD GALLVM inſcribunt codices vetuſti, Borrichianus, meus uterque, Antonii Perreji, aliique. AD AEMVLVM SVVM GALLVM in edd. prioribus. confer Eleg. XIII. hujus libri ad eumdem hunc Gallum ſcriptam. Intelligi Gallum, virum nobilem, & multarum imaginum, notavit Douſa Fil. ad hujus Elegiae v. 23.

Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti,
Neſcit Amor priſcis cedere imaginibus.

additque erraſſe Suetonium, qui eum ex humili forte ad Aegypti praefecturam ab Auguſto evectum opinatur. certe duos Gallos, Cornelium nempe Gallum, poëtam, Forojulienſem, vel, ut aliis placet, Forolivienſem, & illum Aegypti praefectum, alii quoque inter ſe confuderunt, & de morte Corn. Galli non eadem tradiderunt. vide Caſaub. ad Strabon. Lib. XVI. p. 265. notas ad Ovid. III. Am. El. 9. 63. & quae dedi ad Antholog. Lat. Tom. I. pag. 353. quibus adde Jo. Bapt. Morgagni Epiſt. Aemilian. X. pag. 58--64. poſt ejus Opuſc. Miſc. edita Venet. 1763. qui Forolivienſem facit. Non tamen hanc Elegiam ad Corn. Gallum Poëtam fuiſſe ſcriptam opinor, qui mortem ſibi conſciviſſe cenſetur ſex annis ante Virgilii obitum; ſed ad alium quemdam Gallum, Romanum nobiliorem, ex gente Cornelia. Sed forte & haec & aliae ad Gallum Elegiae Propertianae referendae ſunt ad Gallum, Umbrum Amerinum, a Corn. Gallo longe diverſum, cui inſcripta eſt Elegia XX. hujus libri, ubi v. 8.

Sive Amerina tuos tinxerit unda pedes:

quod ad illum retulit Scaliger. & vide de eo Jul. Fontanin. in Hiſt. Literar. Aquilej. cap. 1. pag. 12. Quod ad verum Elegiae hujus intellectum adtinet, operae pretium erit legere, quae in Adnotationibus ſuis contulit Celeb. Hemſterhuſius.

1. *Invide, tu tandem*] *Invide at o tandem*, vel *Invide io tandem* conjecerat Heinſius. & verſ. ſec. *cui ſumus.*

3. *meos ſentire furores*] *ſuos* Guyetus. recte *meae*, Cynthiae nempe, Cl. Hemſterhuſius. ſed ipſius Propertii amorem vehementem per *furores* intelligi praeſtat ut ſupra El. I. v 7.

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno.

4. *Infelix properas ultima noſſe mala*] *neſce* Mentel. hoc eſt *noſce*, ut in meo ſec. cod. forte enim voluit librarius,

—— *meos ſentire furores*
Infelix properas; ultima noſce mala.

& ita in primis edd. Veneta utraque, & Reg. Lep. ſed recepta lectio minime ſollicitanda eſt. infra v. 18.

Nec poteris qui ſis, aut ubi, noſſe miſer.

5. *Et miſer ignotos veſtigia ferre per ignes*] bene haec expoſuit Gebhardus, poſthabita Paſ-

ſe

Et bibere e tota toxica Theſſalia.
Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis:
Molliter iraſci non ſciet illa tibi.
Quod ſi forte tuis non eſt contraria votis,

10. At

ſeratii explicatione, & cum illo Horatii contulit Lib. II. Od. 1. 8. *Incedis per ignes Suppoſitos cineri doloſo.* quem locum etiam adſcripſerat Douſa. διὰ τȣ̃ πυρὸς βαδίζειν dicit Ariſtophanes Lyſiſtr. v. 133. idem Gebhardus ex primo cod. Palat. *ignotas* adfert. quod legitur etiam in primo D'orvill. ut *horrida pulvis*, *arida cinis*, & ſim. neque tamen recipiendum, ſed quia *ultima noſſe mala*, & *miſer ignotos* parum concinna ſunt, mallem *inſolitos*, *intactos*, *occultos*, vel ſimile quid, ſcripſiſſet Propertius. κρυπτὸν πῦρ Graecis.

6. *Et bibere e tota toxica Theſſalia*] *Ebibere & tota* in Voſſ. ſec. & Leid. primo. videtur votum in deſperato amore, ſimile loco Tibulliano Lib. II. El. 4. 55. & ſeqq.

Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
Quidquid & herbarum Theſſala terra gerit:
Et quod, ubi indomitis gregibus Venus adflat amore,
Hippomanes cupidae ſtillat ab inguine equae:
Si modo me placido videat Nemeſis mea vultu,
Mille alias herbas miſceat illa, bibam.

ubi *Mille malas herbas* praefero cum Cel. Valckenario ad Ammon. pag. 222. ut Lib. I. El. 2. 51.

Sola tenere malas Medeae dicitur herbas.

ubi vide Broukhuſ. quamquam illic *artes* alii praeferant. ſic *mala gramina*, pro venenatis. Gloſſarium Voſſianum ineditum, *Mala gramina*, *herbae venenoſae.* ut legendum, pro corrupta ſcriptura, *Mala gramma*, *herba venenoſa.* vide ad Lotich. Lib. I. El. 5. 58.

8. *Molliter iraſci non ſciet illa tibi*] *non ſolet* omnibus fere codicibus, Voſſianis quatuor, binis Leidenſibus, utroque D'orvilliano, & totidem meis, Menteliano, Groningano, & Borrichiano, pertinaciter inhaeret. ſed in margine ſec. D'orv. *ſinet.* neque aliter in primis aliiſque editionibus vetuſtis. Sed quia Cynthiam nondum expertus erat Gallus, *iraſci non ſolet illa tibi*, incongruum eſt, & praeſtaret,

Molliter iraſci non ſolet illa mihi.

quod aemulo ſuo adfirmare poterat Propertius, ſaevitiam Cynthiae & furorem nimis expertus. Sed recte Scaliger *non ſciet* ex vett. libris ſubſtituit, quem licet nugari dicat Paſſeratius, ipſe potius fallitur, quum *tibi* abundare vel ad ornatum poni notat. idem innuit, quod ſupra Eleg. praec. v. 18.

Et tibi non tacitis vocibus hoſtis erit.

pro *Molliter* Fruterius conjecerat *Fortiter iraſci.* quod ſi quis admittendum cenſeat, legi poſſet,

Fortiter *iraſci* nam *ſciet illa tibi.*

pro vehementer iraſci, ut alio ſenſu *fortiter facere* dicitur, quae quis toto animo agit, *fortiter ferre*, *fortiter mori*, *fortiter amare*, & ſim. Ovid. Epiſt. VII. 180.

Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.

ſupra El. 1. 27.

Fortiter & ferrum ſaevos patiemur & ignes.

vide notas ad Rem. Am. 463. nec quemquam offendat ſonus ingratior, quia *forte* ſequitur. nam pariter in illo Ovidii loco,

Fortius e multis mater deſiderat unum &c.

& additur, *Ac ne forte putes.* ita *fortiter loqui*, *fortia verba.* infra v. 14. & ſim. vide notas doctorum ad Albinov. Epiced. Druſi v. 10.

9. *Quod ſi forte tuis non eſt contraria votis*] Sic legitur in primis & antiquioribus edd. in cod. Menteliano, Groningano, Leidenſi primo, ſecundo & quarto, & primo D'orv. a man. ſec. & ex cod. Reg. probat Guyetus. *animis noſtris* in cod Ant. Perreji, primo & ſecundo Vaticano, & Neapolitano, ut in ed. quae Graevii nomen praefert. & ſic Ayrmannus. in aliis codd. *tuis votis*, pro *tuis*, vel *tuis noſtris*, ut in Borrichiano, Askewiano, Voſſ. pr. ſec. & quarto, meoque ſecundo ſed *tuis votis* in marg. *auſis non eſt contraria noſtris* in contextu ſecundi Voſſiani, & in primo meo codice legitur, ut edidit Scaliger. quod ſecutus eſt Broukhuſius. *auſis veſtris* Heinſ. ſed praetuli *tuis non eſt contraria votis*, ut ad ſolum Gallum referatur, quod ſenſus exigit. idque probabat Hemſterhuſius. *obſtare votis* dicitur Ovidio Epiſt. XXI. 40. & de Fortuna adverſa Lib. IV. ex P. Ep. 6. 7.

At tibi curarum millia quanta dabit!
Non tibi jam ſomnos, non illa relinquet ocellos.
Illa feros animis adligat una viros.

Ah

Perſtat enim Fortuna tenax, votiſque malignum
Opponit noſtris inſidioſa pedem.

de optato noctis gaudio noſter infra El. X. v. 4.

O quoties votis illa vocanda meis!

votis contraria vota Tibullo Lib. III. El. 4. 85.

10. *At tibi curarum millia quanta dabit*] *Ah tibi* non male in Voſſ. quarto, primo & ſec. Vatic. & Excerptis Colotii. *Et tibi* cod. Heinſ. in quo *millia multa*, ut in meo primo. ſed perperam. *millia quanta*, pro *quot millia*. vide Broukh. infra ad El. XII. 4 notas Patrui mei ad Valer. Fl. V. 274. & Jo. Columbi ad Lactant. de Mort. Perſ. pag. 317.

11. *Non tibi jam ſomnos, non illa relinquet ocellos*] *ocellis* Excerpt. Scalig. *illa* deeſt in Heinſiano, & primo meo codice. unde quis hariolari poſſet,

Non tibi jam ſomnos irata *relinquet ocellis.*

ut Lib. II. El. 19. in fine:

Quum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis,
Una det & quaevis femina multa mala.

ut forte legendum, non, *Una ſit & cuivis.* Heinſius tentaverat,

Non tibi jam ſomnus noctu inclinabit ocellos.

quod quidem conferri poſſet cum Lib. IV. El. 7. 25. quem locum cogitabat procul dubio,

At mihi non oculos quiſquam inclinavit hiantes.

Lib. II. El. 1. 11.

Seu quum poſcentes ſomnum declinat ocellos.

Sed quia haec conjectura a veſtigiis receptae lectionis nimium recedit, vulgata potius explicanda quam ſollicitanda videtur. innuit nempe, Cynthiam Gallo die & nocte adfuturam; & denuntiat aemulo, ſtabit ſemper tibi ante oculos tuos, nec te relinquet, tam irata, quam votis tuis non contraria, ſive ſomnum captes, ſeu vigiles. per *ocellos* enim vigilantem de die indicat, ut per *ſomnos* dormientem. ſic infra El. VIII. 44.

Sive dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt.

& El. IX. 27.

Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine, cedat Amor.

ubi vide Broukhuſ. El. XIV. 9.

Nam ſive optatam mecum trahit illa quietem,
Seu facili totum ducit amore diem.

Laodamia apud Ovid. Ep. XIII. v. 103.

Sive latet Phoebus, ſeu terris altior exſtat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

& huic interpretationi robur addit locus ex Lib. IV. El. 1. 143. de imperio amicae,

Illius arbitrio noctem lucemque videbis,
Gutta quoque ex oculis non niſi juſſa cadet.

paſſim vero iram Cynthiae velut propriam tribuit. Eleg. praec. v. 21.

Et te circum omnes alias irata *puellas*
Differet.

& alibi. certe *illa* hoc verſu, & ſequenti, *Illa feros animis*, & bis paullo ante, *Non eſt illa vagis, iraſci non ſciet illa*, parum concinna ſunt.

12. *Illa feros animis adligat una viros*] *animos* in D'Orvill. *colligat* in Voſſiano quarto, & Askewiano. *adligat* hic capi poſſet, ut apud Ovid. III. A. A. 300.

Adligat ignotos ille fugatque viros.

ut pro *Adlicit* ex MSS. praetuliſſe videtur Heinſius. ſed illic de inceſſu decoro agitur, quo viri capiuntur, hic de iracundia, & faſtu Cynthiae. dubium vero, an *feros animis* jungenda ſint, an *animis adligat* priori modo, & forſan rectius, intelligit Paſſeratius ad Lib. II. El. 4. 18. p. 266. illo verſu,

Parce tuis animis, vita, nocere tibi.

ubi *animis* pro faſtu & vehementia Cynthiae recte exponit. qui tamen locus alteri etiam explicationi poſſet favere, ut dicat, Cynthiam feros viros ſuis *animis*, id eſt iracundia ſua, ut paſſim eam deſcribit, & hac praecipue Elegia Gallo rivali depingit, ſolere imperio ſuo ſubjicere, & velut impoſito pede premere. unde etiam hic forte legi poſſet,

Illa feros animis ſubjugat *una viros.*

ſi enim ad literarum ductus adtendas, repetita *ſ* ex vocis praecedentis fine, *ſad* in *ſub* transferre, & ex *ligat* elicere *jugat*, non dura certe aut longe quaeſita mutatio eſt. quidquid enim ex

Do-

Ah mea contemtus quoties ad limina curres,
Quum tibi ſingultu fortia verba cadent.

15. Et

Donato ad locum Terentii, & Horatio adfert Broukhuſius, ad elegantiam vocis *adligat* illuſtrandam, & ex aliis Barthius ad Claudian. p. 691. ſenſui hujus loci minus convenire videtur, quum Propertius, ut Gallum ab amore Cynthiae deterreat, atque ſuperbiam illius & faſtum ei minetur magis, quam quod Gallo puellam ſuam artiori amoris vinculo ligari velit, ſed ſolere eam *feros animis viros*, ſeu *quibus gloria fortis eſt*, *qui magnifice magna loquuntur*, ut alibi dicit, ſub jugum ſervile & intractabile ducere, ut ſuo exemplo noverat. hinc infra ſubjungit v. 19.

Tum grave ſervitium noſtrae cogere puellae
Diſcere.

& hoc jugum excutere, volupe eſſe dicit El. XII. 18.

Sunt quoque tranſlato gaudia ſervitio.

ſic *animos ſubmittere amori* de Didone apud Virg. IV. Aen. 414.

Cogitur & ſupplex animos ſubmittere amori.

pariter in re bellica, cum caſtris Amoris toties conparata, apud Claudian. VI. Conſ. Hon. 249.

——— *nulla eſt victoria major,*
Quam quae confeſſos animo quoque ſubjugat *hoſtes.*

id eſt niſi animos hoſtium etiam dejeceris, ut bene explicat Claverius. *domare* vocat noſter infra El. IX. 6.

——— *quos juvenes quaeque puella domet:*

ſubjectus Amori El. X. 27.

At quo ſis humilis magis, & ſubjectus Amori.

jugum inponere, de Iöle Herculem ſibi ſubjiciente, Ovid. Epiſt. IX. v. 6.

Quem numquam Juno, ſerieſque inmenſa laborum
Fregerit, huic Iölen inpoſuiſſe jugum.

& *jugum* in ſervitio amoris Propertio uſitatum. Lib. II. El. 4. 14.

Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.

& Lib. III. El. 9. 4.

Quod nequeam fracto rumpere vincla jugo.

ſic parum referet, an *feros animis viros*, an vero *animis ſubjugat* jungamus, & ad Cynthiam referamus. *animos* autem pro iracundia poni, frequens eſt. Ovid. Epiſt. III. 85.

Vince animos iramque tuam.

Statius Lib. II. Sylv. I. 169.

Unde animi, ſaevaeque manus, & barbarus horror?

& XI. Theb. 525.

Tantum animis, iraque, atque igneſcentia cernunt
Per galeas odia.

Juvenalis Sat. VI. 285.

iram atque animos a crimine ſumunt.

vide Barthium ad Gratii Cyneg. v. 195. & Patrui mei notas ad Ovid. I. Met. 166. Ex his patet, inepte *armis* hic conjeciſſe Ayrmannum. Cynthiam igitur fera corda domantem & emollientem hic ita deſcribit Propertius, ut Cupidinem Tibullus Lib. III. El. 6. 13. qui locus adſcribi meretur:

Aut ſi quis vini certamen mite recuſat,
Fallat eum tecto cara puella dolo.
Ille facit dites animos Deus: ille ferocem
Contudit, & dominae miſit in arbitrium.
Armenias tigres, & fulvas ille leaenas
Vicit, & indomitis mollia corda dedit.
Haec Amor & majora valet.

ubi *mites animos* pro *dites* reponendum cenſet Heynius. quod amplector, modo paullo ante *certamen inire* pro *certamen mite* legatur.

13. *Ah mea contemtus quoties ad limina curres*] *mea limina* dicit, vel quibus ego admitti ſoleo, ut Cynthiae domum, qua excluſus Gallus, intelligat, quomodo ſupra El. III. 37. *meam noctem* pro mihi pactam & debitam. ubi vide. vel contemtus ac rejectus a Cynthia, quoties ad meas aedes curres, & de faſtu Cynthiae quiritaberis. quod praeferendum propter v. 27.

Non ego tum potero ſolatia ferre roganti.

14. *Quum tibi ſingultu fortia verba cadent*] *Quam tibi ſingultim fortia verba cadent!* Heinſius Lib. II. Adverſ. c. 6. ut Horatio Lib. I. Sat. 6. v. 56.

——— *ſingultim pauca locutus.*

Apu-

Et tremulus maeſtis orietur fletibus horror,
Et timor informem ducet in ore notam.

Et

Apulejus Lib. II. Met. p. 162. ed. Elm. *Lamentabiles queſtus ſingultim inſtrepebat.* ubi *ſin-* vide de hac voce Barth. ad Statium VIII. Theb. 751. ſic *anhelatim* in MSS. apud Tibullum Lib. I. El. 9. v. 37. *ſingultu* tamen hic loco non eſt movendum, Ovidius III. Am. El. 9. 12.

Excipiunt ſparſi lacrimas per colla capilli,
Oraque ſingultu concutiente ſonant.

Remed. Am. 598.

Ruptaque ſingultu verba dolentis erant.

XI. Met. 420.

Singultuque pias interrumpente querelas.

ubi *ſingultu medias* in codd. MSS. ut I. Triſt. El. 3. 42.

Singultu medios praepediente ſonos.

ſingultantia verba alii vocant. vide Titii & Barthii notas ad Calpurn. Ecl. VI. 24. quae exprimunt Homericum ἀμβλήδην γοόωσα. ut notat D. Heinſ. ad Silium Ital. Lib. II. v. 362. dein *fortia verba cadent*, ut Lib. II. El. 2. *cecidit ſpiritus ille tuus.* Seneca Epiſt. 82. *Magna verba excidunt, cum tortor popoſcit manum. fortia* autem *verba* ſunt confidentiae & arrogantiae plena. vide Patrui mei notas ad Albinov. Epiced. Druſi v. 10. *alta verba* vocat Ovid. Ep. IV. 150.

Heu ubi nunc faſtus, altaque verba? jacent.

ſic enim recte diſtinguebat vir & eruditione & probitate optimus Arnoldus Drakenborchius, non ut editur vulgo, *altaque verba jacent.* ubi *cadunt* Gronov.

15. *Et tremulus maeſtis orietur fletibus horror*] *tremulis* in primo D'orvill. *Et tremulis maeſtus* in primis edd. Veneta utraque, Reg. Lep. Volſci, & Ald. & ſic ed. Mureti, & Fruterius tam in margine libri ſui, quam in Epiſtolis a Gabbema editis p. 637. *tremulus maeſtis* in Voſſ. Heinſiano, Menteliano, Borrichiano, aliiſque. *horor* praeterea in Menteliano. Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 151. & in notis ad Propert. p. 659. legebat,

Et tremulis maeſtus orietur fletibus humor.

quod firmabat illo Albinovani in obitum Maecenatis Tom. I. Anthol. Lat. p. 284.

Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor.

addere poterat illud Horatii Lib. I. od. 13. 5.

Tunc nec mens mihi, nec color
Certa ſede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quam lentis penitus macerer ignibus.

ſed *tremuli* vel *maeſti fletus* mihi hic parum ſatisfaciunt. Itaque, cum *maeſtis* in pleriſque codd. & edd. legatur, Propertium ſcripſiſſe opinor,

Et tremulus mixtis *orietur fletibus horror.*

tremulus horror etiam apud Ovid. IX. Met. v. 345.

——— *& tremulo ramos horrore moveri.*

quod hoc Propertii loco firmat Patruus meus, pro *tremulos ramos*, ut in MSS. legebatur. *horridus tremor* in loco Senecae, quem adfert Broukhuſius, Troad. v. 168.

Pavet animus; artus horridus quaſſat tremor.

maeſtis vero ingeſtum fuit huic loco, quia *miſtis* a librariis fuerat exaratum pro *mixtis*, pro more ſequioris aetatis, nam Pierius ad Virg. I. Aen. 488. *mixtum* & *permixtum* in codd. antiquioribus ſcribi notat, non *miſtum*, & *permiſtum.* v. Dauſquej. P. II. Orthogr. p. 199. ſic *mixtus* & *maeſtus* confuſa fuerunt apud Sedulium Lib. IV. v. 2. vid. infra ad El. XIII. 21. El. XV. 21. & El. XV. 21. ubi *Conjugis Evadne miſtos* (ſeu *mixtos*) *elata per ignes* emendandum conjeci, pro *miſeros. mixtis fletibus horror*, ut *mixta lacrimis verba, mixta mandatis oſcula*, & ſimilia apud Naſonem non ſemel. idem Epiſt. XVI. 6.

——— *dum tempora dentur*
Laetitiae mixtos non habitura metus.

III. Triſt. 5. 16.

Et ſingultatis oſcula mixta ſonis.

pocula lacrimis mixta Lib. V. 3. 50. Tibullus Lib. I. El. 1. 76.

Triſtibus & lacrimis oſcula mixta dabis.

Auſonius initio Protreptici:

Sunt etiam Muſis ſua ludicra, mixta Camenis
Otia.

&

Et quaecumque voles fugient tibi verba querenti,
Nec poteris, qui ſis, aut ubi, noſſe miſer.
Tum grave ſervitium noſtrae cogere puellae
Diſcere, & excluſum quid ſit abire domum.

Nec

& Epigr. IX.

Ludat permixtis ſobria Muſa jocis.

ſic *mixtae riſu lacrimae* Statio Lib. II. Sylv. 1. 45. ubi vide Marklandum, ex cujus notis patebit, ſaepe & alibi hanc vocem a librariis fuiſſe corruptam. illo praeſertim loco, ubi in vulgatis habetur,

Et miſtae riſu lacrimae, penituſque loquentis
Hyblaeis vox miſta favis.

ubi in altero verſu *tincta favis* corrigit Marklandus, ſed cum Heinſio malim *Hyblaeis vox paſta favis.*

16. *Et timor informem ducet in ore notam*] *Et tremor inf. ducet in ora notam* Excerpta Modii. *tremor* etiam ex Groningano adfert Broukhuſ. ſed qui recte illud ex praecedenti verſu *tremulus horror* irrepſiſſe notat. *tumor* legebat Ayrmannus. ut *oculi tumentes* fletu. & ſic Heynius ad Tibull. pag. 228. male vero Broukhuſius ex eodem cod. Groningano in contextum recepit *ducet in ora*, quum reliqui omnes apud me codices, quatuor Voſſiani, duo Leidenſes, totidem D'orvilliani, ac mei conſtanter in *ore* conſpirent. neque aliter in Borrichiano, & Askewiano, & primis edd. vetuſtioribus, Venetis, Reg. Lep. Volſci, Aldi, & Juntae. certe *notam ducere in ore*, pro pingere, os macula deformare, quartum caſum non admittit. ut docent exempla ab Heinſio prolata ad Ovid. Lib. VI. Faſt. 649. quibus adde ex Lib. I. Met. v. 649.

Litera pro verbis, quam pes in pulvere duxit.

ubi male *fixit* in tribus codd. eodem ſenſu *ducere* occurrit Lib. III. Art. Am. 493.

Ducere conſueſcat multas manus una figuras.

notam vero *ducere*, ut apud Horat. Lib. IV. od. 2. 59.

Qui notam duxit niveus videri,
Cetera fulvus.

17. *Et quaecumque voles* &c.] *Nec quae dicta voles* Heinſ. nempe proferre. pro *querenti* in Voſſ. quarto *loquenti.* & ſic in Askewiano, ſed *querenti* in marg. optime vero Laur. Santenius, doctrinae & amicitiae nomine mihi conjunctiſſimus, hic legendum cenſebat,

Et quaecumque volet, *fugient tibi verba querenti.*

ut innuat, Gallum voce querula & ſubmiſſa effuſurum, quaecumque volet ac praeſcribet Cynthia. ut Paris Helenae apud Ovid. Epiſt. XVI. 320.

Tunc ego jurabo quaevis tibi numina, meque
Adſtringam verbis in ſacra jura tuis.

rei imaginem de Cynthia leges ſibi praeſcribente depinxit noſter Lib. IV. El. 8. v. 74. & ſeqq.

Accipe quae noſtrae formula legis erit.
Tu neque Pompeja &c.
Indixit leges. reſpondi, ego legibus utar.

hac correctione admiſſa, *fugient tibi verba* non eo ſenſu, quo Paſſeratius, eumque ſecutus Broukhuſius capiebant, pro ſilentio obmuteſces, intelligenda ſunt, qua ſignificatione potius *fugiens te* dixiſſet, ut in illo Virg. Ecl. IX. 54.

——— *Vox quoque Moerim*
Jam fugit ipſa.

ſed ex ore fluent, evolabunt, ut in illo Livii, quod ipſe Paſſeratius adfert, *verbum ex ore profugit.* & apud Homerum, φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Haec utroque pollice lubens probo.

18. *Nec poteris. qui ſis, aut ubi, noſſe miſer*] *quis ſim* Askew. *aut tibi* vitioſe in Mentel. recte Gebhardus haec contulit cum loco Euripidis in Bacchis v. 506.

Οὐκ οἶσθ᾽ ὅτι ζῇς, οὐδ᾽ ὁρᾷς, οὐθ᾽ ὅστις εἶ.

& imitatus eſt Janus Secundus Baſio XI. 6.

Anxius exquiram, quid de me quiſque loquatur,
Ipſe quis, aut ubi ſim, vix meminiſſe vacat.

20. *Diſcere, & excluſum* &c.] *Miſcere* Heinſii & meus codex. *excluſam* in Askewiano. reliqua ſic emendabat Heinſius, *& e cluſa*, (id eſt, *clauſa*) *quid ſit abire domo.* ſupra El. III. v. 36.

Alterius clauſis expulit e foribus.

& ſic *clauſam domum* dicit Tibullus II. 4. 22.

Ne jaceam clauſam flebilis ante domum.

ſed

Nec jam pallorem toties mirabere noſtrum,
Aut cur ſim toto corpore nullus ego.
Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti,
Neſcit amor priſcis cedere imaginibus.
Quod ſi parva tuae dederis veſtigia culpae,

Quam

ſed non opus eſt. *excluſus* amator non admiſſus. infra El. XVI. 8.

Et mihi non deſunt turpes pendere corollae
Semper, & excluſis ſigna jacere faces.

Lib. III. El. 14. 20.

Sanguine tam parvo quis enim ſpargatur amantis
Inprobus? excluſis fit comes ipſa Venus.

& El. 23. 35.

Excluſa inque vicem faſtus patiere ſuperbos,
Et quae feciſti, facta quereris anus.

quem locum eleganter imitatus eſt Ovidius Lib. III. A. A. 69.

Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem,
Frigida deſerta nocte jacebis anus.

& ſic apud eumdem Lib. I. Amor. El. 8, 78. III. A. A. 588. Remed. Am. v. 36. Tibullum Lib. II. El. 4. 39. & alios ſaepe. idem & poëtis *rejectus* dicitur. Horatius Lib. III. od. 9. 20.

Rejectaeque patet janua Lydiae.

Ovidius IX. Met. 605.

Et, ſi rejicerer, potui moritura videri.

neglectus amator infra El. VII. 13.

21. *toties mirabere noſtrum*] *miſerabere* Heinſii codex, & primus Voſſ.

22. *cur ſim toto corpore*] id eſt cur ſim corpore non integro, ſed propter amorem emacerato, ut Lib. II. 17. 21.

——— *exiles tenuatus in artus.*

ſic de ſe Naſo Lib. I. Am. 6. 5.

Longus Amor tales corpus tenuavit in uſus,
Aptaque ſubducto pondere membra dedit.

Ceyx apud Ovid. XI. Met. 660.

Invenies toto pro corpore corporis umbram.

quomodo ex veſtigiis codicis Arundelliani legebat Heinſius. vide Gronov. Diatrib. Stat. cap. 11. & Patrui mei notas ad Ovid. VI. Met. 142.

24. *Neſcit amor priſcis cedere imaginibus*] *credere* in primo Leidenſi, Excerptis Scalig. Mentel. Heinſ. & meo primo codice. male. nam ſic infra El. 14. 8.

Neſcit Amor magnis cedere divitiis.

cedere eleganter dicitur de iis, qui vi aliqua majore de poſſeſſione ſua dejiciuntur. infra El. XIV. 13.

Tum mihi ceſſuros ſpondent ſua gaudia Reges.

Lib. II. El. 7. 75.

Nunc quoniam iſta tibi placuit ſententia, cedam.

rivali nempe. Tibullus Lib. I. El. 4. 10.

Tu, puero quodcumque tuo tentare libebit,
Cedas. obſequio plurima vincit Amor.

& Lib. IV. 10. 6.

Ne cedam ignoto, maxima cura, toro.

25. *Quod ſi parva tuae dederis veſtigia culpae*] *Quid ſi* in primo & tertio Voſſ. meoque ſecundo. recte omnino. infra El. IX. 15.

Quid ſi non eſſet facilis tibi copia.

ubi *Quod ſi* in multis codicibus. Lib. II. El. 6. 15. in altero Colbertino legitur,

Quid ſi vera meae comitarent caſtra puellae.

ibid. El. 7. 67.

Quid ſi longinquos miles retinerer ad Indos.

ubi *Quod ſi* in Voſſ. quarto a man. pr. El. XIV. 7.

Quid ſi jam canis aetas mea candeat annis.

Horatius Lib. III. od. 9. 17.

Quid, ſi priſca redit Venus.

vid. ad Tom. II. Anth. Lat. p. 271. pro *culpae* Heinſius legebat *curae.* ſed *culpam* vocat, quod amicam ſuam audacter, ſed infeliciter, tantare fuerat auſus, ut *culpa* in amoris delicto, centies apud Ovidium, alioſque. infra Lib. II. XI. 31.

Quod ſi forte aliqua nobis mutabere culpa.

ubi

Quam cito de tanto nomine rumor eris?
Non ego tum potero ſolatia ferre roganti,
Quum mihi nulla mei ſit medicina mali.
Sed pariter miſeri ſocio cogemur amore

30. Al-

ubi *cura* etiam legebat Heinſius. notum illud Horatii Lib. III. od. 6. 17.

Foecunda culpae ſecula nuptias
Primum inquinavere.

vide Barth. ad Stat. II. Theb. 233.

26. *Quam cito de tanto nomine rumor eris?*] id eſt, de viro priſcis imaginibus illuſtri *turpis fabula* fies, ut alii loquuntur. Ovid. II. A. A. 630.

Ut quamque adtigeris, fabula turpis eris.

Tibullus Lib. I. El. IV. 83.

Parce, puer, quaeſo, ne turpis fabula fiam,
Quum mea ridebunt vana magiſteria.

& Lib. II. El. 3. 31.

Fabula nunc ille eſt. ſed cui ſua cura puella eſt,
Fabula ſit mavult, quam ſine amore Deus.

apud noſtrum Lib. II. El. 18. 81. *cum ſis jam noto fabula libro.* vide Heinſ. ad Ovid. II. A. A. v. 561. hoc ſenſu *rumor*, *ſermo*, *jocus*, *riſus*, & ſim. infra Lib. II. El. 17. 7.

Et nunc inter eos tu ſermo es: te ille ſuperbus
Dicit ſe invito ſaepe fuiſſe domi.

recte haec exponunt Paſſeratius pag. 166. & Gebhardus p. 130. vid. notas Interpretum ad Cic. pro Milon. cap. 16. p. 858.

28. *Quum mihi nulla mei ſit medicina mali*] *Tum mihi* conjecerat Heinſ. in marg. ed. Gryph. & Broukhuſ. ad oram ed. Colinaei. quod & in Heinſiano & altero meo codice legitur. *Cum* in primo. ſed recte in primis edd. *Quum mihi.* Poſſis etiam *Quum non ulla mei* &c. rationem enim reddit, cur Gallo ſolatia ferre non poſſet, quum ipſe in eodem verſaretur piſtrino. contra v. 18. ad hunc eumdem Gallum:

Et poſſum alterius curas ſanare recentes,
Nec levis in verbis eſt medicina meis.

imitatus eſt hunc Propertii locum Petrus Lotichius Secundus Lib. II. El. 2. v. 39.

O utinam poſſem ſolatia ferre ſodali!
Non adeo durum, quo premor, eſſet onus.
Jam neque me veterum mulcent praecepta virorum,
Ulla nec in libris eſt medicina meis.

30. *Alter in alterius mutua flere ſinu*] *ferre* in Voſſ. tertio a man. pr. & quarto, quod ex v. 27. repetitum eſt. *munera ferre* ex Commeliniano adfert Gebhardus. ſed abſurde. alter in alterius ſinu mutua flere dicitur, cum maeſtus uterque lacrimas miſcet, occulte, non palam. ut contra *in tacito ſinu gaudere* Tibullo Lib. IV. El. 13. 8.

Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.

ubi vid. Broukh. noſter infra Lib. II. El. 19. 70.

Tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

Sabinus Epiſt. I. v. 124.

——— *tu preme ſollers*
Laetitiam, & tacito gaudia conde ſinu.

& ſic *tacito in pectore gaudere* vel *queri*, & ſim. de illis, quae in occulto fiunt. vide Heinſ. Lib. III. Adverſ. cap. 14. p. 505. ubi verſum illum Tibulli, lapſu memoriae, Propertio tribuit. *mutua* etiam Heinſius reponendum conjecit infra El. XI. v. 12.

Accipe commiſſae mutua laetitiae.

pro *munera*, ut editur. Eleg. XVI. 26 de janua:

Reſpondes tacitis mutua cardinibus.

elegantiam vero locutionis *Alter in alterius*, ſaepe, omiſſa priori voce *alter*, in aliis veterum locis fuiſſe corruptam patebit ex notis N. Heinſii ad Petron. cap. 70. p. 348. quod ſine dubio inde provenit, quia *alter* cum plurali junctum, ut hic *cogemur*, ferre non poterant. ſic Ovidio Epiſt. III. v. 10.

Alter in alterius jactantes lumina vultum
Quaerebant taciti, noſter ubi eſſet amor.

Lib. V. Met. 673.

Alteraque alterius rigido concreſcere roſtro
Ora vident.

 vide

30. Alter in alterius mutua flere ſinu.
Quare, quid poſſit mea Cynthia, deſine, Galle,
Quaerere: non inpune illa rogata venit.

vide notas Patrui mei ad Vellej. Paterc. Lib. I. c. 16. & Oudend. ad Jul. Caeſ. III. de B. G. cap. 30.

31. *Quare, quid poſſit mea Cynthia, deſine, Galle, Quaerere*] male haec in primo meo Codice invertuntur hunc in modum:

Quaerere, quid poſſit mea Cynthia, deſine, Galle:
Quare? non impune illa rogata venit.

forte id petitum ex Lib. II. El. 18. 13.

Quaeris, Demophoon, cur ſim tam mollis in omnes?
Quod quaeris, quare non habet ullus amor?

ſed illius loci longe alius ſenſus, alia verborum ſtructura eſt. numquam ſic ſolet Propertius, ſed frequens hujus vocis apud noſtrum uſus eſt, initio verſus, in dehortatione, vel admonitione poſt argumenta propoſita. infra El. IX. 34.

Quare, ni pudor eſt, quam primum errata fatere.
Dicere quo pereas, ſaepe in amore levat.

El. XIX. in fine:

Quare, dum licet, inter nos laetemur amantes:
Non ſatis eſt ullo tempore longus amor.

Lib. II. El. 13. 7.

Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes:
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus.

& v. 55.

Quare, ne tibi ſit tanti Sidonia veſtis,
Ut timeas, quoties nubilus auſter erit.

& El. XVIII. in fine:

Quare, ne tibi ſit mirum, me quaerere viles.
Parcius infamant. num tibi cauſſa levis?

32. *illa rogata venit*] Graeciſmo Propertiano pro *rogatur*. ut infra El. X. 25. *Irritata venit* pro irritatur. Tibullus Lib. I. El. 1. v. 64.

quum fletu nox vigilanda venit.

ubi vide Scaligerum. quod noſtro frequens eſſe docent exempla a Paſſeratio producta. Marklandus *vocata venit.* conjecerat, forte quia v. 27. praeceſſit *roganti.* ut apud Ovid. I. ex P. Ep. 5. 12.

Nec venit ad duros Muſa vocata Getas.

ſed talia vocum earumdem brevi intervallo recurrentium exempla apud noſtrum obvia ſunt, neque ſemper mutanda. *rogata* eſt ad amores ſollicitata. notum illud Ovidii Lib. I. Am. 8. 43. *caſta eſt, quam nemo rogavit.* & Lib. II. 19. 20.

Saepe time inſidias, ſaepe rogata nega.

vide Paſſeratium, notas Patrui mei ad Ovid. Lib. II. Amor. El. 2. 5. & ad Calpurn. Ecl. III. 25.

ELEG.

ELEG. VI.

Non ego nunc Hadriae vereor mare noſcere tecum,
Tulle, neque Aegaeo ducere vela ſalo:
Cum quo Rhiphaeos poſſim conſcendere montes,
Ul-

El. VI.] AD TVLLVM in Borrich. meis codd. aliiſque, & in primis edd. Elegiae hujus initium felici artificio imitatus eſt Dan. Heinſius in Monobiblo Eleg. VI.

Rutgerſi, cui junctus amem, ni fata morentur,
Ire per & terras, ire per & maria.
Seu, fugitive, pares extremum viſere Celtam,
Seu dominos rerum viſere ad Aeneadas & ſeqq.

1. *Non ego nunc Hadriae*] *Non ego tunc* male in Voſſ. prim. & ſec. & altero meo cod. *tum* in Voſſ. pr. ſupra El. 2. 25.

Non ego nunc vereor, ne ſis mihi vilior iſtis.

infra El. XIX. init.

Non ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes.

vide & ad Lib. I. El. 2. 43. *Adriae* in Borrich. Leid. primo, Askewiano, & meo cod. *mare cernere* in margine cod. Askew. quod exponi poſſet eo ſenſu, quo Marklandus ſupra El. 1. v. 12. *videre* explicabat de rebus, quas cum periculo adimus. Sed hic non opus eſt mutare. nam *noſcere mare* eſt tentare, mari ſe credere. vide Markland. ad Statii Silvas pag. 184. Paſſeratium ad h. l. & infra ad El. IX. 20.

Et magis infernae vincula noſſe rotae.

ſic *noſcere loca*, pro inhabitare, incolere. vid. Drakenb. ad Silium Ital. XVII. v. 22.

2. *neque Aegaeo ducere vela ſalo*] *pandere vela* Guyetus. *credere* Heinſ.

3. *Cum quo Rhiphaeos poſſim conſcendere montes*] *Tecum Riphaeos* in aliis legi teſtatur Lat. Latinius in Variant. ad Propert. P. II. Operum pag. 58. & ſic in altero D'orvilliano. mendoſe in ſecundo meo codice, *cum Corripeos.* id eſt *cum co* (pro *quo*) *rhipeos.* niſi in illa ſcriptura lateat aliorum MSS. lectio *Quum Corcyraeos*, ut in tribus Voſſianis, Heinſiano, primo Dorvill. & primo meo cod. *Corypheos* in marg. quod & in Menteliano. *quo* certe deſideratur in Leid. primo, tribus Voſſ. & Dorv. hinc forte quis elicere poſſet *Et Corcyraeos*, ſubintellecto *tecum* ex verſu primo. Sed *Riphaei*, vel *Rhipei*, *montes* Scythiae celebres, non ſollicitandi, qui perpetuo ventorum impetu ac flatibus difficiles & denſa nive obſiti, geluque ac frigore aſperi ſunt. vide Serv. ad Virg. III. Georg. 382. & IV. 518. ubi de Orpheo Eurydicen quaerente,

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
Arvaque Rhiphaeis numquam viduata pruinis
Luſtrabat.

& hinc *Rhipheam brumam* de intenſiſſimo gelu dicit Valer. Fl. Lib. V. 603. hanc lectionem egregie firmat Senecae locus in Hippolyti initio, ubi inter loca ſimilia fere inacceſſa *Rhiphaei montes* etiam memorantur:

Ite, umbroſas cingite ſilvas,
Summaque montis juga Cecropii
Celeri planta luſtrate vagi. & ſeqq.
——— *ſcandite colles*
Semper canos nive Rhiphaea.

vide illic Delrii Comment. pag. 154. huc refer illud Valerii Flacci Lib. II. 515.

Qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri
Tollitur, & volucres Rhiphaea per ardua nubes
Praecipitat, piceo nec dum tenet omnia coelo.

ubi pro *Hebro* fluvio recte Patruus meus *Haemi* montis nomen ſubſtituendum notavit, & *tegit* pro *tenet* margini editionis ſuae adſcripſerat. ſimili confuſione apud Gratium Cyneg. 128.

Plurima Threïcii nutritur vallibus Hebri.

ubi *Haemi* malebat Heinſius. Poſſet etiam hic repeti *Tecum Rhiphaeos.* ut legitur in ſecundo D'orvilliano. vel *Tecum ego Rhiphaeos.* de diverſa ratione, qua *Ripheos*, *Rhipeos* & *Rhiphaeos* ſcribebant, vide Columm. ad Ennium pag. 138. prae-

 te-

Ulteriuſque domos vadere Memnonias.
Sed me conplexae remorantur verba puellae,

Mu-

terea pro *poſſim conſcendere* conjeceram *auſim* in notis ad Lotich. Lib. II. El. 9. p. 141. cum poſtea vidi, idem quoque in mentem veniſſe Jano Douſae Fil. & N. Heinſio ad marg. ed. Ald. ſic apud Tibullum Lib. IV. Carm. 1. 193. loco ſimili:

Pro te vel rapidas auſim *maris ire per undas,*
Pro te vel ſolus denſis ſubſiſtere turmis,
Vel pavidum Aetnaeae corpus conmittere flammae.

ubi *parvum corpus*, quod olim legebatur, vindicat Cel. Dorvill. ad Chariton. p. 712. Ego malim, *pronum Aetnaeae corpus*] *conmittere flammae.* pariter Ovidius Lib. II. Am. 16. 19.

Tum mihi, ſi premerem ventoſas horridus Alpes,
Dummodo cum domina, molle fuiſſet iter.
Cum domina Libycas auſim *perrumpere Syrtes,*
Et dare non aequis vela ferenda Notis.

Claudianus Conſ. Olybr. v. 131.

Non ego vel Libycos ceſſem tolerare vapores,
Sarmaticosve pati medio ſub frigore Coros.
Ibimus. & nulla ſub tempeſtate timentes
Solſtitio Meroën, bruma tentabimus Iſtrum.

& Lib. II. in Rufin. 240.

——— *te, quo libet ire, ſequemur,*
Te vel Hyperboreo damnatam ſidere Thulen,
Te vel ad incenſas Libyae comitabor arenas. & ſeqq.

ubi legendum opinor,

Teque ad inacceſſas &c.

& ſimili colore ad tenerrimi amoris teſtificationem ſaepe utuntur poëtae. Statius Lib. V. Sylv. 1. 127.

Parva loquor, tecum gelidas comes illa per Arctos,
Sarmaticaſque hiemes, Iſtrumque, & pallida Rheni
Frigora, tecum omnes animo durata per aeſtus,
Et, ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras.

poſſe tamen pro *audere* infra El. XV. 37. ubi vide Broukhuſ. & plura dedi in notis ad Lotich. Lib. II. El. 9. 73. & in Addendis pag. 681. & huic lectioni nonnihil favet illud Martialis Lib. X. Ep. 20.

Tecum ego vel ſicci Gaetula mapalia Poeni,
Et poteram Scythicas hoſpes adire caſas.

& Tibulli Lib. IV. El. 13. 9.

Tecum ego ſecretis poſſim bene vivere ſilvis.

ut legit Markland. ad Statii Silvas p. 313. ſed illic *poſſim* recte. hic vero *auſim* melius eſt de re periculoſa.

4. *Ulteriuſque domos vadere Memnonias*] *Alteriuſque* in Heinſiano, & meo primo codice. *ulterius vadere*, ut apud Claudian. in Laud. Herc. v. 89. *namque inpiger ultra vadis.* ut legit Heinſius, & hoc Propertii loco in Addendis firmat. *vadere* eleganter de ſuſcepto itinere periculis obnoxio. Ovid. IV. Triſt. El. 3. 74.

Ardua per praeceps gloria vadat iter.

ubi *tendat* male Heinſius. Virgil. II. Aen. 359.

——— *per tela, per hoſtes,*
Vadimus haud dubiam in mortem.

ſic *vadere* de ingreſſu cum quodam impetu. ut *vadere in hoſtes.* vide notas ad Valer. Fl. VI. 229. pro *Memnonias* in Voſſ. ſec. & tertio, & libro Livineji, *Memonias. Semnonias* in primo Leid. *in Aemonias* Voſſ. prim. Leid. ſec. Heinſian. & uterque meus codex, ed. prima Veneta, & Reg. Lep. quae lectio non omnino repudiari debet, & ſe probavit Lipſio IV. Antiq. Lect. cap. XI. nempe Tullus ille in Aſiam proconſul iturus, Propertium itineris ſocium invitarat, Cyzicum profecturus, quam *Aemoniae nobile gentis opus* vocat Ovidius Lib. I. Triſt. El. 9. 30.

Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
Cyzicon, Aemoniae nobile gentis opus.

noſter Lib. III. El. 21. init. ad hunc eumdem Tullum,

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.

ſed *Memnonias domos* de Aethiopia intelligunt. vide Oudend. ad Lucan. III. 284. quid ſi *Hyperboreas* legamus? ex loco Virgilii ſupra prolato,

Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
Arvaque Rhiphaeis numquam viduata pruinis
Luſtrabat.

5. *conplexae remorantur verba puellae*] *memorantur* in Voſſ. ſec. *vincla puellae* conjecerat Heinſius in ora ed. Ald. quod optime corroborari poteſt illo Tibulli Lib. I. El. 1. 55.

Me retinent vinctum formoſae vincla puellae.

co-

Mutatoque graves ſaepe colore preces.
Illa mihi totis argutat noctibus ignes,
Et queritur nullos eſſe relicta Deos.
Illa meam mihi ſe jam denegat, illa minatur,
Quae ſolet ingrato triſtis amica viro.

His

eo ſenſu ſupra El. V. 12. *Illa feros animis alligat una viros*, explicat idem Broukhuſius. Lib. III. El. 9. 4.

Quod nequeam fracto rumpere vincla jugo.

Lib. III. El. 13. 10.

——— nec femina poſt te
Ulla dedit collo dulcia vincla meo.

ubi eadem variatione male *verba* in nonnullis codd. Lib. I. El. XV. 16.

Sanguinis & cari vincula rupit Amor.

6. *Mutatoque graves ſaepe colore preces*] *dolore* in tribus Voſſ. & meo ſecundo. *calore* Heinſius conjecerat. forte *colore mutato* eſt variato ſaepe praetextu. notum illud Juvenalis Sat. VI. 279.

Dic aliquem ſodes, dic, Quintiliane, colorem.

niſi quis praeferat explicationem Paſſeratii, qui de colore Cynthiae ſaepe ex varia animi perturbatione mutato interpretabatur, idque jam Volſcus praeceperat, qui notat, *mutato colore, quod ex iracundia & dolore ſolet contingere.* infra El. XV. 39.

Quis te cogebat multos pallere colores,
Et fletum invitis ducere luminibus?

ita haec confunduntur infra El. XII. 17.

Aut ſi deſpectus potuit mutare colores.

ubi *colores* in aliis. & El. XVIII. 17.

An quia parva damus mutato ſigna calore.

ubi *calore* in MSS.

7. *Illa mihi totis argutat noctibus ignes*] *acuit ſub noctibus* in cod. Ant. Perreji. & ſecundo Vaticano. pro *ignes* Guyetus *inſtans.* ſed vide Heinſium, vulgatam ſcripturam *argutat* vindicantem, Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 251. huc refer illud Statii Lib. II. Sylv. 1. 45. *blandis ubinam ora arguta querelis.* ubi v. Barth. & adde Manut. ad Cic. VI. ad Att. Ep. 5. p. 180. & Cerdam ad Virg. Ecl. VII. 1. p. 120.

8. *Et queritur nullos eſſe relicta Deos*] *dies* in Excerpt. Scalig. cod. Heinſ. & D'orv. quomodo forte ſcripſerunt librarii, ad oppoſitionem *noctibus* in verſu praec. vel cogitantes illud Penelopes apud Ovid. Epiſt. 1. 8.

Nec quererer tardos ire relicta dies.

ſed *Deos* hic minime tentandum, ut de Cynthia dicat Propertius, queritur de me, ſi eam relinquerem poſt fidem tam ſancte & ſaepe jactatam, deoſque teſtes jurejurando invocatos. ut apud Naſonem Lib. III. Am. El. 3. init.

Eſſe Deos, i, crede, fidem jurata fefellit.

& El. IX. 36.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,
Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

IX. Met. 204.

At valet Euryſtheus, & ſunt, qui credere poſſint,
Eſſe Deos? dixit.

ſic Demophoonti Deos male juratos exprobat Phyllis Epiſt. II. 23.

At tu lentus abes, nec te jurata reducunt
Numina, nec noſtro motus amore redis.

9. *mihi ſe jam*] *mihi jam ſe* in duob. Leid. tribus Voſſ. binis D'orvill. utroque meo codice, & priſcis edd. *ſe denegat eſſe* male in Groningano, & MS. Livineji.

10. *Quae ſolet ingrato*] ſic edidit ex conjectura ſua Broukhuſ. & recte adſtruxit, pro *irato*, quod antea circumferebatur, & pertinaci errore in codd. ſcriptis exſtabat, ut in quatuor Voſſianis, duobus Leid. Dorvillianis, & meis codd. ac primis edd *ingrato* firmatur ab uno Vaticano, & Excerptis Colotii, & ita etiam emendabat Heinſ. in notis ad Propert. pag. 660. ſic Scyllam a Minoë relictam convicia ingrato facientem inducit Ovid. VIII. Met. 119.

Hac quoque ſi prohibes, ſi nos, ingrate, relinquis,
Non genetrix Europa tibi, ſed inhoſpita Syrtis,
Armeniaeve tigres, Auſtrove agitata Charybdis
&c.
Qui te progenuit, taurus fuit.

 Ti-

His ego non horam poſſum durare querelis.
  Ah pereat, ſi quis lentus amare poteſt!
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas,
  Atque Aſiae veteres cernere divitias.
Ut mihi deducta faciat convicia puppi

Cyn-

Tibullus Lib. III. El. 6. 42.

Sic cecinit pro te doctus, Minoï, Catullus,
Ingrati referens inpia facta viri.

ſic *iratus* & *ingratus* etiam permutantur apud Liv. XXV. 4. 2. ubi pro *damnari ſe ab iratis civibus paſſum eſſe*, in aliis legitur *ingratis*. vide illic Gronov. & Drakenb. & Patrui mei Comm. ad Phaedr. Lib. IV. fab. 24. 14.

11. *His ego non horam poſſum durare querelis*] *His ſine* Guyetus. *poſſim* Fruter. ed. Muret. & Lugdun. Rovillii. elegantem vocis *durare* uſum bene illuſtravit Marklandus ad Statii Silvas pag. 248. *horam durare* etiam dixit Horatius Lib. I. Epiſt. I. 82.

Iidem eadem poſſunt horam durare probantes.

in hora Lib. II. El. 7. v. 33. id aliis *momentum horae*. vide Patrui Comment. ad Phaedr. prolog. Lib. III. v. 5. vel *punctum temporis*. ut Cic. II. de N. D. 4. *Conſules ſummum imperium ſtatim deponere, quam id tenere punctum temporis contra religionem.*

12. *ſi quis lentus amare poteſt*] inepte *laetus* in quarto Voſſ. *lenti* amatores paſſim apud poëtas pro frigidis, perpetuo fere in amoribus convitio. infra Lib. II. El. 2. 48. de Menelao & Paride:

Nunc, Pari, tu ſapiens, & tu, Menelaë, fuiſtis:
Tu quia poſcebas: tu, quia lentus eras.

apud Ovid. Rem. Am. v. 774.

Quid, Menelaë, doles? ibas ſine conjuge Creten,
Et poteras nupta lentus abeſſe tua.

ubi pari variatione *laetus* antea edebatur. ſed alterum Naugerius & Heinſius recte praetulerunt. Helena apud eumdem Epiſt. XVII. 249.

Tu fore tam juſta lentum Menelaon in ira.

noſter infra El. XII. 6. *& dixit, ſiccine, lente, jaces.* Lib. III. El. 22. 12.

Iraſcor, quoniam es, lente, moratus heri.

& alibi ſaepe. vide Sciop. III. Veriſ. c. 14. Graevium ad Cic. IV. Verr. 62. p. 286. infra Broukhuſ. ad Eleg. XI. 14. notas ad Ovid. Epiſt. I. init. Heinſ. ad Epiſt. XV. 169. & Epiſt. XIX. v. 81. & Paſſeratium ad h. l. Ceterum in primo Cod. Leid. reliqua deſiderabantur uſque ad v. 12. Elegiae VIII. ſed omnia inſerebantur poſt v. 28. Elegiae IX.

13. *An mihi ſit tanti*] *At mihi* in Voſſ. quarto. *doctas cognoſcere Athenas*, ut Lib. III. El. 20. init.

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas.

14. *Atque Aſiae veteres cernere divitias*] *noſcere* in Excerptis Scalig. & Modii, Groningano, Voſſ. quarto, ſecundo D'orvill. & Askew. quod ex praeced. *cognoſcere* promanavit. locum hunc imitatum eſſe Ovidium, notavit Paſſeratius, Lib. I. Triſt. El. 2. 77.

Nec peto, quas quondam petii ſtudioſus Athenas,
Oppida non Aſiae, non loca viſa prius.

cernere delicias conjecerat Francius. quod non placet, cum propter verbum *cernere*, id eſt luſtrare divitias, civitates opulentas, & ſuperba palatia per Aſiam totam conſpicienda, quae a divitiis paſſim apud veteres celebratur, tum quia id Tullo, a quo itineris comes fuerat rogatus, minus convenit, cujus vitae ratio bellicis potius artibus, quam deliciis, amoribus, & luxui vacabat. vid. infra v. 21.

15. *Ut mihi deducta faciat convicia puppi*] *deductae puppi* Voſſ. tert. pro *faciat convicia* conjecerat Paſſeratius *jaciat*, (quod a nullo tamen codice confirmatur) ut Lib. III. El. 6. 11.

Quae mulier rabida jactat convicia lingua.

ſic Ovid. V. Met. v. 664.

——— *convicia victae*
Cum jacerent.

ubi in aliis *facerent*. vide illic Heinſium, qui locutionem, *facere convicia* plurimis exemplis, addito hoc ipſo Propertii loco, vindicavit ad Ovid. Rem. Am. 507. & XIV. Met. 710. quibus adde ex Lib. IX. Met. 302.

——— *ingrato facio convicia demens*
Vana Jovi.

16. &

Cynthia, & inſanis ora notet manibus:
Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento,
Et

16. *& inſanis ora notet manibus*] infra Lib. III. El. 6. 6.

Tu vero noſtros audax invade capillos,
Et mea formoſis unguibus ora nota.

ubi vide, & quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 502. & Tom. II. p. 735. & hic Paſſeratium. iſta ſic aemulatus eſt Ovid. II. A. A. 453.

Ille ego ſim, cujus laniet furioſa capillos,
Ille ego ſim, teneras cui petat ungue genas.

Lib. I. Am. El. 7. 49.

At nunc ſuſtinui, raptis a fronte capillis,
Ferreus ingenuas ungue notare genas.

ubi vide notas. *inſanis manibus* illuſtrant notata Marklando ad Statii Silvas p. 120.

17. *Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento*] difficilem hunc locum variis conjecturis, & explicationibus obſcuriorem potius reddiderunt viri docti, quam lucem ei adfuderunt. *oppoſito dicat contraria vento* in Voſſ. tertio, & in marg. *ſibi dedita*, ut in Askewiano, & ſecundo D'orvill. in meo primo, *Oſcula quae opp. dicat ſibi debita vento.* & in marg. *dicat contraria vento.* ut in cod. Heinſ. *dedita* in Neapolitano primo, Leid. ſec. Voſſ. pr. & altero meo cod. ac primis edd. Venet. & Reg. Lep. aliiſque. unde *didita* conjecerat Heinſius ad oram ed. Ald. ſic olim Palmerius in Spicileg. p. 788. qui *oſcula vento didita*, diſſipata, irrita facta, capiebat. quod ut ridiculum merito traduxit Paſſeratius. *appoſito* in Excerptis Modii. Douſa Pater margini ed. Rovillii Lugdunenſis 1559. adſcripſerat, *argute interpretatus eſt hunc locum Scaliger. Ego tamen Fruterio meo adſentior potius, emendanti* dedita, *pro* data. ſic nempe Fruterius Lib. II. Veriſ. cap. 18. Sed illius, & Scaligeri ſententiam, Paſſeratio & Livinejo probatam, rejecit Broukhuſius, & hunc ſenſum eſſe adnotavit, ventum ſecundum, ac vela facturo Propertio faventem, Cynthiae votis oppoſitum, ſeu contrarium vocari, qui violenter ei eriperet oſcula ab infido amatore ſibi debita. Fuerunt alii, qui lectioni *Oſculaque oppoſito dicat ſibi dedita vento* adhaerentes, *ventum* expoſuerunt de veſte tenuiſſima, qua oſcula a deceſſuro Propertio ſibi data removerit Cynthia, quaſi velo obtento, ut *dextra oppoſita* Lib. II. El. 22. 39.

Dixit, & oppoſita propellens ſuavia dextra.

Horat. Epod. III. 21.

Manum puella ſuavio opponat tuo.

& apud Martialem Lib. III. Ep. 68. 10.

Cuſtodem medio ſtatuit quem villicus horto,
Oppoſita ſpectat quem proba virgo manu.

opponere oculis manus apud Petron. cap. 132. Ovid. IV. Faſt. 178. *ante oculos oppoſuitque manum.* ita Corinthus *utroque litore ſuo moras mari opponere* dicitur Senecae in Medea v. 35. ut recte legit Gronovius. Inter illos vero, qui *ventum oppoſitum* hic de veſte tenui & pellucida, oſculis Propertii objecta, capiendum argutati ſunt, fuit etiam Jo. Iſ. Pontanus Lib. III. Analect. cap. 9. idque ſupine amplexus eſt Erhardus ad Petron. cap. 55. pag. 274 ſimili acumine *carbaſeos ventos* de veſtibus textilibus tenuiſſimis intellexerunt apud Tibullum III. El. 2. 21. ſed quo commento repudiato *velis* recte repoſuit Broukhuſius. Mihi hic verſus ſic legendus eſſe videtur,

Oſculaque oppoſito dicat mihi *debita vento.*

ut *dicat mihi* jungantur, vel *ſibi debita.* ſed illa ratione, qua obſcurum hunc locum interpretatus eſt Patruus meus in notis ad Valer. Flacc. cujus explicationem, quia ſenſui poëtae adcommodatiſſima, & a Broukhuſio minus bene relata eſt, hic amplius confirmabo. ut nempe dicat Cynthia, omnia oſcula, quae a Propertio in procinctu ſtante accepit, non illi, ſed vento oppoſito ſeu contrario, qui iter ei morabatur, ſe debuiſſe, qui quam primum magis ſecundus flaret, oſcula eriperet. Sic Oenone apud Ovidium Epiſt. V. 49.

Ah quoties, cum te vento quererere teneri,
Riſerunt comites; ille ſecundus erat.
Oſcula dimiſſae quoties repetita dediſti!
Quam vix ſuſtinuit dicere lingua, vale!

Dido Epiſt. VII. 41.

Quo fugis? obſtat hiems: hiemis mihi gratia proſit.
Adſpice, ut everſas concitet Eurus aquas.
Quod tibi maluerim, ſine me debere procellis,
Juſtior eſt animo ventus & unda tuo.

Lao-

Et nihil infido durius eſſe viro?
Tu patrui meritas conare anteire ſecures,
Et vetera oblitis jura referre foris.

Nam

Laodamia Epiſt. XIII. init.

Aulide te fama eſt vento retinente morari.
Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?
Tum freta debuerant veſtris obſiſtere remis.
Illud erat ſaevis utile tempus aquis.
Raptus es hinc praeceps: & qui tua vela vocaret,
Quem cuperent nautae, non ego, ventus erat.

ita enim locum illum, reſecto diſticho valde ſuſpecto, *Oſcula plura viro, mandataque plura dediſſem* &c. conſtituendum cenſeo, ſimulque etiam in ſequentibus delendum eſſe diſtichon inſititium *Linguaque mandantis* &c. pari querela Jaſonem conpellat Hypſipyle apud Valer. Flacc. Lib. II. v. 407.

Jamne placet primo deducere vela ſereno,
Carius o mihi patre caput? modo ſaeva quierunt
Aequora, ſic portus fugeret ratis, aſpera ſi te
Plias in adverſae tenuiſſet litore Thraces?
Ergo moras coelo curſumque tenentibus undis
Debuimus? dixit lacrimans.

ubi hunc Propertii locum eo, quo indicabam, modo interpretatus eſt Patruus meus, idque ſe per epiſtolam olim cum Broukhuſio communicaſſe, ſed quem verba ſua non recte expreſſiſſe, notavit. & hanc explicationem ut veriſſimam calculo ſuo probavit Vulpius: quae ſi vel ideo, quia a Patruo meo hic nodus ſolutus fuit, aliis minus adrideat, ſed carpenda videatur, depoſito livore meliora proferant, quaeſo.

19. *Tu patrui meritas conare anteire ſecures*] *patri emeritas* in cod. Ant. Perreji, & Vaticano ſecundo, *patriae* in Dorvill. ſec. patet hinc, vel patrem vel patruum Tulli conſulatu defunctum fuiſſe. Quis vero ille fuerit, diſquirit Paſſeratius pag. 170. qui de hoc ipſo Tullo videndus ad Eleg. I. v. 9. & hoc in loco *patrui emeritas* probat, intelligitque L. Volcatium Tullum, qui cum M. Lepido conſul fuit A. v. 687. biennio ante Ciceronis Conſulatum, eumdem, quem memorat Horat. Lib. III. od. 8. 12. conjicitque hunc Tullum, illius fratris filium, qui Cyzicenis praefuit, Aſiamque pro conſule obtinuit, Lucium quoque Volcatium Tullum dictum, Collegam Auguſti in ſecundo conſulatu an. 720. fuiſſe. vide Faſtos Conſulares. priorem illum hujus Tulli patruum fortiter ſe oppoſuiſſe Catilinae Conſulatum petenti, patet ex fragmentis Orat. Cic. in Toga Candid. p. 983. ubi vide Aſcon. Pedian. quod autem Livinejus in notis ſuis pag. 55. & ante eum Beroaldus verſum alterum *Et vetera oblitis* &c. intelligant de Tulli patruo, eumque jus dixiſſe provincialibus Aſiaticis, Aſiamque ut praetorem rexiſſe colligant, referendum potius videtur ad Tullum ipſum. Cel. Hemſterhuſius notaverat, ſibi multa de Tullo, aliis indicta, in promtu fuiſſe. quae utinam protuliſſet!

20. *Et vetera oblitis jura referre foris*] ſic ex emendatione N. Heinſii edidit Broukhuſius, licet pro lectione ante vulgata *refer ſociis* loca nonnulla Ciceronis valde adpoſita etiam adferat. cum nempe in nonnullis MSS. legeretur *jura referre ſonis*, hinc tam in notis ad Ovid. I. Faſt. 287. & ad Lib. II. 532. quam Lib. II. Adverſ. c. 6. p. 252. reſtituit,

Et vetera oblitis jura referre foris.

idque confirmatum inveni a codice Ant. Perreji, ſecundo Vaticano, & duobus meis; quamquam Voſſiani quatuor, ſecundus Leid. & uterque Dorvillianus, alteri lectioni *refer ſociis* adſtipulentur, quam etiam ſervant editiones primae, eaſque ſecutae vetuſtiores. neque contemnenda ſunt, quae pro ea notavit Paſſeratius, tam ad hunc verſum, quam ad Lib. III. El. 21. init. pag. 532. per *ſocios* intelligens Cyzicenos foederatos, quibus libertatem antea a ſe ademtam reſtituiſſe Auguſtum ſcribit Dio Caſſ. Lib. LIV. cap. 23. §. 71. quae vero ad inprobandam N. Heinſii correctionem protulit Vulpius, partim corraſa ſunt e Paſſeratio, partim ex Broukhuſio, qui tamen eam adſtruxerat, & *jura referre foris* bene explicuerat de Tullo ad Cyzicenos miſſo, ut jus, quod in foro dicebatur, illis reſtitueret, quo per aliquod tempus caruerant, unde *oblitis foris* jura ut referat, Tullum adhortatur Propertius. Adoptata autem Heinſii emendatione *jura referre foris* intelligendum erit de conventibus, quos agere ſolebant Magiſtratus provinciales, idque *forum* vel *conventum agere*, aut *indicere* vocabant. Feſtus in voce *forum. forum intelligitur, cum is, qui provinciae praeeſt, forum agere dicitur.*

Virg.

Nam tua non aetas umquam ceſſavit Amori,
Semper at armatae cura fuit patriae.

Et

Virg. V. Aen. 758.

Indicitque forum, & patribus dat jura vocatis.

ubi Servius notat, *id eſt, tempus & locum deſignat diſtinguendorum negotiorum, qui conventus vocatur.* forte illic *dirimendorum* vel *diſceptandorum negotiorum* corrigendum eſt. nihil tritius apud Ciceronem hac in re, quam *forum agere, conventum agere*, de Provinciarum Rectoribus, pro tribunali ſedentibus. ut egregie docuerunt J. Fr. Gronovius Lib. III. Obſerv. cap. 22. Henr. Valeſius Lib. II. Emend. cap. 14. & Lib. V. cap. 16. & Graevius in Praef. ad Tom. I. Theſ. Ant. Rom. pag. 17. Graecis ἀγόραιοι, & ἀγοραίους ποιεῖσθαι dicuntur. vid. Caſaub. ad Theophr. Charact. pag. 176. & ad Strabon. p. 932. ed. Almel. Neque tamen Heinſiano ingenio, eique adſurgenti Broukhuſio mordicus adeo adhaerendum contendo, ut non aliorum judicium ſimul admittendum cenſeam. Ne quid igitur diſſimulem, conſulenda etiam lectori ſunt, quae ab utroque in alia diſcedens adnotavit Cel. Hemſterhuſius; qui veterem ſcripturam *jura refer ſociis* propugnat, & difficultatem alteri lectioni a perſona Tulli movet, quam ſenſiſſe etiam videtur Vulpius, qui Heinſii correctionem ſe ideo repudiare ſubjungit, *quia efficax magis & concinnum*, jura refer, *quam* conare referre, *tamquam ſi res eſſet dubii eventus.* quae tamen an tanti ſit, ut Heinſianam emendationem penitus ſubvertat, liceat mihi nonnihil ſubdubitare: majoris enim operae erat Tullo, jura apud Cyzicenos aliquamdiu neglecta reſtituere conari foro, quam ſi ea juſtum in ordinem redacta, & rite obſervata inveniſſet. Miror magis, viros illos doctos Heinſio etiam non oppoſuiſſe, *oblitos ſocios* rectius dici, quam *oblita fora.* quae ſi diſpliceant, forte *obtritis foris* ſubſtitui poſſet, in quibus leges & jura jacuerant proculcata, obſoleta, & velut ſitu obducta. Lucretius Lib. V. 1236.

Uſque adeo res humanas vis abdita quaedam
Obterit, & pulcros faſces ſaevaſque ſecures
Proculcare, ac ludibrio ſibi habere videtur.

obtrita conſuetudo, pro deſueta, Lactantio in Argum. Ovid. X. Met. fab. 6. *obterere laudem Imperatorum* pro carpere, imminuere, Ciceroni V. Verr. cap. 1. & *majeſtatem populi Romani ſeneſcentem obterere*, Livio Lib. XXIII. 43. *deterere laudes culpa ingenii* Horatio Lib. I. od. 6. 12.

21. *Nam tua non aetas umquam ceſſavit Amori*] *Jam tua* in Heinſiano & primo meo cod. *numquam* in duobus Leidens. ſecundo & quarto Voſſ. altero D'orvill. & primis edd. *ceſſavit* conſtanter etiam in noſtris codd. Perreji nempe, Menteliano, Heinſiano, Scaligeri & Modii Excerptis, Borrichiano, ſecundo Vaticano, Groningano, aliiſque. *ceſſarit* in Neapolit. *ceſſante* in altero Voſſ. *ſervivit* in marg. primi Voſſ. & ſecundi mei cod. ed. Venet. 1487. Aldina utraque, Juntina, Colinaei Pariſina, Gryphii, Rovilliana, Plantini, Canteri, & Graſſeri. ſic Eleg. ſeq. v. 7.

Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori
Cogor.

ſervire quidem & *ſervitium* propria de amore ſunt. vid. ſupra ad Eleg. XX. v. 22. ſed *ceſſavit* praetulit Lipſius IV. Antiq. Lect. cap. XI. probante Heinſio in notis ad Propert. p. 661. recte omnino. *non umquam ceſſavit amori*, eſt numquam vacavit, nullam operam dedit amori. ut Scaliger expoſuit. noſter lib. III. El. 22. 15.

Aut dixit, venias hodie; ceſſabimus una:
Hoſpitium tota nocte paravit Amor.

Cicero Orat. poſt redit. in Sen. hab. cap. 6. *cur in luſtris & helluationibus hujus calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tam diu ceſſavit.* Ovid. II. Am. 18. 3.

Nos, Macer, ignavae Veneris ceſſamus in umbra.

& hinc pro otiari, inertem eſſe, nihil agere. infra El. XI. init.

Ecquid te mediis ceſſantem, Cynthia, Bajis.

ſic Horatius Lib. II. Epiſt. 2. 183. *ceſſare, & ludere, & ungui* conjungit de vita inerti. Ovid. III. Am. 1. 24.

Ceſſatum ſatis eſt, incipe majus opus.

Statius Lib. III. Sylv. 5. v. 68.

Nonne leves pueros, non te, Cytherea, pudebat
Hoc ceſſare decus.

ubi vid. Markland.

22. *Semper at armatae cura fuit patriae*] *Semper &* Guyetus. quod in Voſſ. tertio & quarto, Borrichiano, quinto Neapolitano, & aliis codd. habetur. *& amatae* vitioſe in Askewiano. *ar-*

Et tibi non umquam noſtros puer iſte labores
Adferat, & lacrimis ultima vota meis.
Me ſine, quem ſemper voluit fortuna jacere,
Hanc animan extremae reddere nequitiae.

Muſ-

mati patria offendebat Cel. Hemſterhuſium, ideoque levi mutatione praeferebat,

Semper at armato *cura fuit patriae.*

hoc ſenſu, tu tuam aetatem, quae amori numquam ceſſavit, in armis tranſegiſti, ut patriam defenderes. Conjecturam adjuvat ipſe Propertius, qui contrarium vitae genus ſe praeferre, & armis minus idoneum, militiam Veneris fato ſuo ſecutum teſtatur infra v. 29.

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.
Hanc me militiam fata ſubire volunt.

& hinc Tibullus, Marti Deam Idaliam praeferens, infernalibus umbris comitem addi vovet illum, qui caſtra ſe diu ſequi optarit, & amores ſuos temeraverit, Lib. I. El. 3. 82.

Illic ſit, quicumque meos violavit amores,
Optavit lentas & mihi militias.

23. *Et tibi non umquam noſtros puer iſte labores Adferat*] *At tibi* Fruter. Turnebus, & Guyetus. *Ut* in Heinſiano & primo meo cod. *Adferet* in quarto Voſſiano.

24. *& lacrimis ultima vota meis*] *omnia nota* in primis edd. MS. Askewiano, & binis meis codicibus, ſed *vota* in marg. ſecundi. *omnia n* in Voſſianis, & utroque D'orvill. *omina* Turneb. *lacrimis limina nota meis* conjecerat N. Heinſius ad oram ed. Ald. *ſomnia* Paſſeratius. Marklandus *lacrimis omnia nota meis* probabat. & intelligebat labores & omnia mala, quae expertus erat Propertius. *lacrimis* autem *meis* pro mihi lacrimanti exponebat. Broukhuſius ex ſuo codice protulit & in contextu exhibuit lectionem, quantivis, ut ait, pretii; *lacrimis ultima vota meis*, (quae a Leidenſi primo probatur, & Menteliano,) & per *ultima vota* intelligit mortem, quam in aerumnoſo amore ſaepe optant poëtae, idque eleganter aliis locis illuſtrat. ſic *ultima mors, ultima fax*, de rogo, *ultima & aeterna nox, ultimus ille dies*, de morte, & ſim. vide ad Antholog. Lat. Vol. I. pag. 464. 466. 597. & 725. ita *ſuprema vota*, defunctis ſoluta, Statio Lib. I. Theb. 656.

—— exſpectant matres, ſupremaque fundunt
Vota mihi.

& *ultima vota*, in mortis periculo ſuſcepta, apud Germanicum in Arateis v. 415.

—— ſi mergitur undis
Prona ratis, ſorbetque inimicum Nerea prora,
Vel ſi reſpexit ſervator Jupiter, aegre
Ultima perſolvunt jactati vota ſalutis.

ſic enim recte emendat Grotius in notis p. 16; non *ſolvetque inimicum Nerea*, & *jactatae ſalutis*. male vero Lennepius ad Coluthum Lib. II. cap. XI. ex hoc loco apud noſtrum ſupra El. III. in fine tentabat,

—— ſopor inpulit alis,
Ille fuit lacrimis ultima vota meis.

ut illic notatum eſt.

25. *quem ſemper voluit fortuna jacere*] *voluit ſemper* in pr. & tert. Voſſ. Heinſiano, & meo ſec. pro *jacere* Gebhardus ex libro Commelini profert *latere*. ſed gloſſam eſſe recte addit. & omnes codices noſtri alterum ſervant. *jacere* enim eſt cum adverſa fortuna luctari, infelicem, animo dejectum, vel contemtum ac deſpectum eſſe. Ovid. II. Am. 2. 30.

Ille potens, alii, ſordida turba, jacent.

III. A. A. 411.

Nunc hederae ſine honore jacent.

Auctor Panegyrici in Piſonem v. 109.

—— quamvis ſine crimine conſtet
Vita, tamen probitas cum paupertate jacebit.

& v. 241.

Tu vati protende manum, tu, Piſo, latentem
Exſere, nos humilis domus.

ubi forte *jacentem* quoque corrigendum. vide ad Anthol. Lat. Lib. II. Ep. 246. p. 432. & Erhard. ad Petronii Fragm. pag. 678.

26. *Hanc animam extremae reddere nequitiae*] *nequitiae* vocem corruptam eſſe adſcripſerat Marklandus, neſcio quare. eſt enim de ludo amoris apud Propertium frequentiſſima, ut docent non pauca exempla a Paſſeratio producta. quibus adde ex Lib. III. El. 8. 24.

Et ſint nequitiae libera verba tuae.

ani-

Multi longinquo periere in amore libenter,
In quorum numero me quoque terra tegat.

Non

animam reddere, ut apud Virg. III. G. 495.

Hinc laetis vituli vulgo moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad praeſepia reddunt.

animam ponere dicit Lib. II. El. 10. 43.

Atque utinam primis animam me ponere cunis
Juſſiſſet quaevis de tribus una ſoror.

& El. 20. 57.

Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita.

ubi vide. & Cruſium in Probab. Crit. pag. 118. recte vero Broukhuſius *animam extremae nequitiae reddere* explicuit de voto apud noſtrum obvio, ut medium inter opus ſolveretur, & locis ab eo adſcriptis adjice ex Lib. II. El. 1. 47.

Laus in amore mori. laus altera, ſi datur uno
Poſſe frui. &c.

exempla autem plurima illorum, qui talis voti obſcoeni & temerarii conpotes facti, in media Venere occubuerunt, adfert in notis ad Lib. II. El. 7. 98. ſimilemque hiſtoriam de Ladiſlao Rege notavit ad Sannazar. Lib. I. Ep. 4. pag. 182. ed. Wlaming. & de infelicibus aliorum in ipſo concubitu extinctorum fatis vide Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 531. & Haverk. ad Tertull. Apolog. p. 389. Janus Secundus Epitaphio cujuſdam Menelai, pag. 190. Poëm.

Inter opus medium laſciva morte ſolutus,
Hic ſitus eſt, & init jam Menelaus humum.
Qui blandae Veneri vitae ſacraverat annos,
Haud aliter vitam ponere dignus erat.

idem eveniſſe ſceleratiſſimo Papae Joanni XIII, qui in ipſo adulterio interiit, memoriae prodidit Platina pag. 118. & Argirillam quamdam, feminam Italam, inter amantis amplexus exſpiraſſe narrat Jo. Anton. Campanus Lib. II. Epiſt. 16. pag. 81. quem, Epiſcopum licet Aprutinum, mirari licet talem mortem ut felicem & minime miſeram illic multis praedicare, cum tamen idem Campanus alio loco, ubi poëtarum veterum lectionem tamquam moribus exitioſam diſſuadet, in Ovidium invehatur Lib. I. Epiſt. 5. pag. 39 quia ille voto magis poëtico, quam ſerio, optaverat in medio opere ſolvi, Lib. II. Amor. 10. 36.

At mihi contingat Veneris langueſcere motu,
Cum moriar, medium ſolvar & inter opus.

Huc refer illud Senecae Epiſt. LXVI. *alius inter coenandum ſolutus eſt, alterius continuata mors ſomno eſt, aliquem concubitus extinxit.* ubi forte reſtituendum, *alterius continuatus morte ſomnus eſt.* quamquam alterum defendi poſſit exemplis, quae collegit Patruus meus ad Vellej. Paterc. II. 88. ſic & Lais ἀπέθανε βινουμένη apud Athenaeum XIII. 6. p. 587.

28. *In quorum numero me quoque terra tegat*] Mallem *me mea terra tegat:* ut optet potius in patria ſibi mortem contingere inter illos, qui in amore quidem perierunt, non vero in regione peregrina, minime avidus longinquum in terris diſſitis amorem quaerere, quem domi habebat. alio nempe ſenſu, quam quo Heinſius ad Claudian. Idyll. I. v. 27. in notis ad Propert. poſt Adverſaria editis pag. 661. & Broukhuſius *longinquum amorem* pro longo ac diuturno intellexerunt, quam vocis notionem pluribus aliis exemplis probare in promtu eſſet, ſed quia tam de loco quam de tempore frequenter occurrere notum eſt, videndum, quid menti auctoris conveniat. Excuſat enim ſe hac tota Elegia apud Tullum, quod itineris in Aſiam ſe comitem ipſi deneget, quia Cynthiae vincla ſe remorabantur, vide ad v. 5. eodem modo ut Tibullus, Meſſalam in expeditione Syriaca comitatus, ſed morbo gravi in itinere correptus, & apud inſulam Corcyram ſubſiſtere coactus, in terra peregrina ac longinqua obire averſatur, pulcherrima Elegia tertia Libri primi. Conjecturam autem, qua hic reponendum cenſui, *me mea terra tegat*, optime confirmat ipſe Propertius Lib. III. El. 5. 46. ubi ad oppoſitionem eorum, qui mari ſe credunt, ut in exteras regiones peregrinentur, addit,

Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt.

& in fine ejuſdem Elegiae, poſtquam Paeti naufragium deſcripſerat, ſimili voto ſubjungit,

Quod ſi contentus patrios bove verteret agros,
Verbaque duxiſſet pondus habere mea.
Viveret ante ſuos dulcis conviva penates,
Pauper, at in terra, nil ubi flere poteſt.
At tu, ſaeve Aquilo, numquam mea vela videbis.
Ante fores dominae condar oportet iners.

quae certe meae hujus loci emendationi & expli-

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis:

30. Hanc

plicationi haud parum opitulantur. Ovidius II. Am. XI. 30.

Quid ſi concuſſas Triton exaſperat undas?
Quam tibi tunc toto nullus in ore color.
Tum generoſa voces fecundae ſidera Ledae:
Et, Felix, dicas, quam ſua terra tenet!

& III. Amor. El. 2. 48.

Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis,
Nil mihi cum pelago, me mea terra capit.

vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 735.

29. *Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis*] Offendit me nonnihil, fateor, illud *natus idoneus armis*, cum alterutrum ſufficiat, ſonumque ingratiorem reddat. neque hic ad pleonaſmum puto confugiendum, ut abundet *natus*, quomodo Cuperus lib. III. Obſerv. cap. 10. in locis Ciceronis & Phaedri *homo natus*, *vir natus*, exponit. neque eo decurrendum arbitror in alio Propertii verſu, Lib. II. El. 2. 39.

Gloria Romanis una es tu nata puellis.

haec enim a noſtro loco diverſa ſunt; quem levi verborum tranſpoſitione ſic conſtituendum conjicio,

Non ego ſum laudi natus, nec *idoneus armis:*
Hanc me militiam fata ſubire velint!

ut indicet, ſe neque a natura aut naſcendi ſorte, neque ab artis peritia militiae & caſtris aptum, ſed quaſi fatorum lege, (*facta* enim male in nonnullis MSS.) palaeſtrae Amoris innutritum eſſe. ſimili fere colore, licet alia in re, utitur Ovidius Lib. II. Am. El. 3. 7.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis,
Bellica non dextrae convenit haſta tuae.
Iſta mares tractent, tu ſpes depone viriles.
Sunt tibi cum domina ſigna ferenda tua.

ubi primo verſu eamdem vides verborum ſtructuram,

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis.

non alia certe verborum diſpoſitione, ac ſi hoc quoque in loco ſcriptum inveniſſet frequens Propertii imitator,

Non ego ſum laudi natus, nec idoneus armis.

huc refer illud noſtri Lib. III. El. 7. 17. & ſeqq.

Eſt quibus Eleae concurrit palma quadrigae,
Eſt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis,
Naturae ſequitur ſemina quiſque ſuae.

laudi natus, bellicae nempe virtuti, quae per excellentiam *laudis* voce inſignitur apud veteres. ut ſaepe apud Cicer. Orat. pro Marcello cap. 2. 3. & aliis in locis. Ovid. Epiſt. XVII. 117.

Utraque cum regnum, belli daret altera laudem.

IV. ex P. Ep. 8. v. 61.

Sic victor laudem ſuperatis Liber ab Indis,
Alcides capta traxit ab Oechalia.

Tibullus Lib. IV. Carm. 1. 88.

Laudis & adſiduo vigeat certamine miles.

& v. 106.

At non per dubias errant mea carmina laudes,
Nam bellis experta cano.

hinc & *viri laudati*, qui rem bene geſſerant, Ovidio II. ex P. Ep. 1. 30. Virgil. I. Aen. 461.

En Priamus. ſunt hic etiam ſua praemia laudi.

ibi vide la Cerdam, qui tamen male illic e noſtro adfert locum ex Lib. III. El. 10. 3.

Quot non infames exercet corpore laudes.

pro *ludos*. Lib. V. 355.

primam merui qua laude coronam.

ubi vid. Serv. & Cerdam ad Lib. X. 825. Catullus Carm. LXI. 102.

Aut mortem oppeteret Theſeus, aut praemia laudis.

Cicero V. in Verr. c. 47. *Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia, & praemia laudis communicavit.* Firmat hinc emendationem locus ſimilis Tibulli Lib. I. El. 1. 53. & ſeqq.

Te bellare decet terra, Meſſala, marique,
Ut domus hoſtiles praeferat exuvias. &c.
Non ego laudari curo, mea Delia, tecum
Dummodo ſim, quaeſo, ſegnis inerſque vocer.

ubi illud *laudari* ad laudationes caſtrenſes & dona militaria, virtuti bellicae tribui ſolita, refert & egregie illuſtrat Broukhuſius. Poſſis etiam,

Non ego ſum laudi, non Martis *idoneus armis,*
Hanc me militiam fata ſubire velint.

ut

Hanc me militiam fata ſubire volunt.
At tu, ſeu mollis qua tendit Iönia, ſeu qua
Lydia Pactoli tinguit arata liquor;
Seu pedibus terras, ſeu pontum carpere remis
Ibis, & accepti pars eris imperii.
Tum tibi ſi qua mei veniet non inmemor hora,
Vivere me duro ſidere certus eris.

ELEG.

ut *hanc militiam*, ſeu caſtra Veneris, opponat campo Martis. ut Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 256.

Apta magis Veneri, quam ſunt tua corpora Marti,
Bella gerant fortes: tu, Pari, ſemper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare jubeto;
Militia *eſt operis altera digna tuis.*

militiam vero & *militare* in rebus amoris frequenter dici, obvium eſt. unde utriuſque artes tota Elegia inter ſe conparavit Ovidius Lib. I. Am. 9. notum illud Horatii Lib. III. od. 26. 2.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non ſine gloria.

ubi ſi *puellis natus idoneus* dixiſſet Flaccus, ut hoc loco legitur in vulgatis, *non natus idoneus armis*, cenſorem, puto, magnum certe Bentlejum non effugiſſet. alia forma *natus in armis* Tibullo Lib IV. Carm. 1. 110. *natus in arma* Livio Lib. IX. 9. & Lib. X. cap. 16. *Galli inter ferrum & arma nati. velint* praeterea rectius quam *volunt*, optandi modo, idque propter praecedens, *me quoque terra tegat!*

32. —— *ſeu qua Lydia Pactoli tinguit arata liquor*] ſic Voſſ. ſec. *tingit* Heinſian. Mentel. Leid. prim. D'orvill. & meus, & ed. Volſci. *tangit* D'orvill. ſec. *cingit* in MS. Ant. Perreji, Leid. ſec. Voſſ. pr. & tertio, Vaticano ſecundo, & altero meo cod. ſed in marg. *tingit* pro varia lectione. in ed. Reg. Lep. & prima Venet. 1475. *cingit* quoque excuſum, in altera Veneta 1487. *tinguit. tignit* Askew. *ſtringit arata* correxit Heinſ. Lib. II. Adverſ. c. 6. p. 252. & in notis ad Propert. p. 661. ſic infra Eleg. XX. 8.

Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes.

ubi *ſtrinxerit* idem Heinſius. *aratra* in nonnullis codd. MSS. ut in Beroaldino, Groningano, Borrichiano, Menteliano, duobus Leid. utroque D'orvill. Heinſiano, primo meo cod. Askewiano primis edd. Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, & Rovilliana, cui adſcripſerat Douſa *aratra* pro arvis poni. ſed *arata* in Venet. *tingit aratra* forte nonnulli tuerentur, quia Juſtinus lib. XLIV. cap. 3. §. 8. narrat ferrum & tela apud Gallaecios non probari, *niſi* tingantur *Bilbili aut Chalybe fluvio.* & ita ſenſus erit, Pactolum ipſa aratra, vomere altius inpreſſo, liquore ſuo aureo tinguere, vide Paſſeratium. Sed *arata* jam ex cod. vet. praetulit Turnebus lib. XXI. Adverſ. cap. 16. quod perperam inprobat Livinejus. nec aliter legit Pierius Indice Virgiliano in *ſata*, & egregie vindicavit Broukhuſius. *Lydia* autem *arata*, ſeu arva, ut in loco Senecae Herc. Oet. 623.

—— *nec tota ſitim*
Lydia vincit; nec quae Zephyro
Subdita tellus, ſtupet aurato
Flumine clarum radiare Tigrim;
Nec ſi totus ſerviat Hebrus.

ubi in notis Delrii vide adpoſitum Claudiani locum. *Lydia* vero illic pro *Libya* bene adſeritur ab erudito Anglo in Miſcell. Obſerv. Tom. I. p. 288. 289. & ultimo verſu *Hermus* cum Heinſio legendum pro *Hebrus*. idem Seneca in Oedipo v. 467.

Divite Pactolus vexit te Lydius unda,
Aurea torrenti deducens flumina ripa.

vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 628. denique *Pactolus liquor*, pro *Pactoli*, hic legitur in Excerptis Scalig. non ineleganter. & ita *Pactoli liquores* eodem modo capi poſſent Eleg. XIV. 11.

Tum mihi Pactoli venient ſub tecta liquores.

& Lib. III. El. 16. 28.

Croeſum aut Pactolus quas parit humor opes.

ſic lege. *Bajae aquae* pro Bajanis El. XI. in fin. ubi vide.

34. *accepti pars eris imperii*] *acceptis par eris* im-

ELEG. VII.

Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thebae,

Ar-

imperiis legendum conjiciebat Paſſeratius, licet alterum multis exemplis illuſtraverit. *aſſerti imperii* N. Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 250. in Notis p. 661. & in Epiſt. ad Graev. T. IV. Syllog. p. 376. quod probat Graevius p. 378. notum illud ex Epitaphio antiquo Rufi Virginii Tom. I. Anth. Lat. pag. 219,

Imperium adſeruit non ſibi, ſed patriae.

Eleg. VII.] AD PONTICVM inſcribunt noſtri codices, ad quem etiam eſt Elegia nona hujus, & ultima ſecundi libri, ſub perſona *Lyncei*, rivalis ſui, quibus inter ſe collatis recte Broukhuſius refutat Voſſium, qui in libro de Poët. Lat. pag. 34. Ponticum amatoriis carminibus operam dediſſe cenſebat, qua in re ſecutus eſt Gyraldum Dialog. de Poët. p. 162. & in eodem errore verſatur Braſſicanus ad Politiani Nutricia p. 117. Nam Propertius illic Ponticum ad ſcribendos amores quidem adhortatur, & ab epicis carminibus gravique cothurno ad Muſas molliores deducere conatur, unde & illic eum Homero confert, ut hoc in loco, non tamen inde colligi poteſt, aut ſine certo teſtimonio adfirmari, eum revera luſus amatorios ſcripſiſſe, praeſertim quia *heroo carmine clarum* Ponticum dicit Ovid. IV. Triſt. 10. 47. eumque ſimul & Baſſum (ad quem eſt Eleg. 4. huj. libri) convictus ſui membra fuiſſe. illius Pontici Thebaica, gravi & epico carmine ſcripta, principio hujus Elegiae innuit, & infra El. IX. 9.

Quid tibi nunc miſero prodeſt grave ducere carmen,
Aut Amphioniae moenia flere lyrae?
Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero,
Carmina manſuetus lenia quaerit Amor.

vide Broukhuſ. ad Lib. II. El. 25. v. 9. & 38. ubi jacturam hujus Thebaidos deplorans addit, *qua utinam hodie frui liceret, & intercidiſſent potius quorumdam poſteriorum deliciae Aphrodiſiae.* quin & ipſa tota Statii Thebaide eam redimere ſe velle; ſcribit ad initium hujus Elegiae; non quod ſuperſtites poëmatis quaedam reliquiae ipſi ſalivam moverint, ſed quia Virgilio propior felici illa & aurea aetate vixerit, & ab Ovidio Propertioque adeo fuerit laudatus, ut Homero eum contulerit noſter. Illorum certe judicium jure opponit Barthio, qui hanc Pontici Thebaida non magnae rei fuiſſe cenſebat in notis ad Statium IV. Theb. 45. Antimachi potius Graecam Thebaida, quam in eodem Commentario ſuis toties laudat meritis, & aliquot ejus fragmenta adfert, exſtare deſiderio ingenti ibidem paullo ante vovet, & illius Antimachi celebratam apud veteres famam memorare non neglexit Broukhuſius, quem vide ad v. 3. hujus Eleg. ad cujus exemplum poterat ſane Antimachum praedicare Barthius ſine Pontici ignominia, cujus poëmati idem forte titulus fuit inſcriptus, quem Aeſchyli ab interitu ſervatum drama hodie prae ſe fert, *ſeptem contra Thebas*. quod conjicere licet ex v. 17. hujus Eleg.

Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem
Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

& huc referunt illa ex Lib. III. El. 7. 37.

Non flebo in cineres arcem ſidiſſe paternos
Cadmi, nec ſemper praelia clade pari.

ubi Lipſius & Fruterius, *ſeptem praelia*, Marklandus *fratrum praelia*, ut v. 2. hujus Elegiae, *Armaque fraternae triſtia militiae.* legendum exiſtimabant. ſed *ſemper* bene vindicat Broukhuſius.

1. *Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thebae*] *ducuntur* in veteribus ſcriptis ſe inveniſſe teſtatur Scaliger, & probavit, addito noſtri loco ex Lib. IV. El. 6. 13.

Caeſaris in nomen ducuntur carmina, Caeſar
Dum canitur, quaeſo, Jupiter, ipſe vaces.

& ſic infra El. IX. hujus Lib. v. 9. *grave ducere carmen.* ubi in pleriſque tamen codicibus *dicere.* infra El. XVI. v. 41.

At tibi ſaepe novo deduxi carmina verſu.

vide Salmaſ. ad Simmiae Ovum pag. 166. & Markland. ad Statii Silvas pag 203. ſic *deducere verſus*, *deductum carmen*, apud Poëtas frequens. Scaligeri vero auctoritate motus Broukhuſius *ducuntur* edidit, quamvis in MSS. ſuis omnibus, ut

fate-

Armaque fraternae triſtia militiae:

Sint

fatetur, *dicere* invenerit. neque aliter legitur in quatuor Voſſianis, binis Leidenſibus, & duobus D'orvill. ac meis codd. quibus reliqui adſtipulantur, & primae eaſque ſecutae editiones vetuſtiores. idque contra Broukhuſium tuetur Bentlejus ad illud Horatii Lib. I. od. 7. 9. *Aptum dicit equis Argos.* negatque tolerari poſſe *ducere Thebas*, ſed *dicere Thebas* rectum eſſe. in nota autem Scaligeri (quae in poſteriore ejus editone an. 1600. legitur, nam in prima an. 1572. & altera an. 1582. non occurrit) poſtquam prius *ducuntur, Pontice, Thebae* in ſuis MSS. recte legi dixiſſet, ſubjunguntur haec verba: *Virgilius dicit Aeneam, rectum eſt; dicit Aeneida, barbarum. Hic quoque Latinum eſſet, dicere Thebas; non Thebaida.* quae diſſona ſunt, nam ſic in fine notae probaſſe videtur *dicuntur Thebae*, quum initio *ducuntur* praetuliſſet. Francius adſcripſerat *dicuntur* ſimplicius, ſed alterum elegantius eſſe. a Broukhuſio quoque, ut paſſim, diſſentit, & Bentlejo ſuffragatur Celeb. Hemſterhuſius, cujus notam ad hunc locum conſulat lector. Vellem certe Broukhuſius *Arma* non retuliſſet ad *ducuntur*, ſed potius in altero verſu omiſſum ex more veterum obſervaſſet verbum, idque ſuppleviſſet, *Armaque fraternae militiae*, ſeu Oedipodarum, Eteoclis nempe & Polynicis, a te deſcribuntur, canuntur. de qua loquendi ratione vide ſupra ad Eleg. I. v. 23. 24. Sed vellem ſimul, Cel. Hemſterhuſius ſilentio non praeteriiſſet aliam expoſitionem, qua *ducuntur* Broukhuſio placuit, minime ridiculam aut contemnendam, pro e ruinis ſuis excitatae quaſi a te conduntur rurſus, & inſtaurantur. ut *ducere muros, arces, moenia*, & ſim. de quo Bentlej. ad Horat. Lib. III. od. 3. 15. idque ideo, ut notaverat Broukhuſius, quia poëtae ſaepe ipſi eleganter dicuntur facere, quae ab aliis facta deſcribunt & canunt. exemplis ex Ovidio ab eo productis adde ex Lib. II. Triſt. 317. loco adpoſito:

> *Cur non, Argolicis potius quae concidit armis,*
> *Vexata eſt iterum carmine Troja meo?*
> *Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum?*
> *Et ſeptem portas, ſub duce quamque ſuo.*

Virgilius Ecl. VI. 61.

> *Tum canit Heſperidum miratam mala puellam:*
> *Tum Phaëtontiadas muſco circumdat amarae*
> *Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos.*

ubi *canit* Atalantam, & Phaëtontiadas *circumdat*, & *erigit*, pro circumdatas muſco corticis, & in alnos mutatas deſcribit, ut in hoc Propertii loco ſuppleri poſſe modo dixi, *tibi, Pontice, ducuntur Thebae*, & *arma militiae fraternae canuntur.* Servius illic notat: *Mira eſt canentis laus, ut quaſi non factam rem cantare, ſed ipſe eam cantando facere videatur.* ſic in Culice v. 25.

> *Sancte puer, tibi namque canit non pagina bellum.*
> *Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus:*
> *Nec Centaureos Lapithas conpellit in enſes:*
> *Urit Erechthonias Oriens non ignibus arces:*
> *Non perfoſſus Athos.* & ſeqq.
> *Mollia ſed tenui pede currere carmina verſu,*
> *Viribus apta ſuis, Phoebo duce, ludere gaudet.*

notum illud Horatii Lib. I. Sat. 10. 35.

> *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque*
> *Defingit Rheni luteum caput; haec ego ludo.*

eodem colore illic dicit Flaccus, dum Alpinus jugulatum Memnona canit &c., *haec ego ludo*: (ut ibidem Auctor Culicis) quo hic Propertius,

> *Dum tibi Cadmeae ducuntur, Pontice, Thebae,*
> *Armaque fraternae* &c.
> *Nos, ut conſuemus, noſtros agitamus amores.*

cum quibus recte Vulpius contulit illud Anacreontis Od. XVI.

> Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,
> Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς,
> Ἐγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.

quod favet etiam illis, qui *dicuntur* propugnant. ut in primo ejus Odario:

> Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
> Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν &c.

his ſimilia ſunt apud noſtrum Lib. II. El. 1. v. 17. cum illo Culicis loco conferenda:

> *Quod mihi ſi tantum, (cantu* Heinſ.) *Maecenas, fata dediſſent,*
> *Ut poſſem heroas ducere in arma manus.*
> *Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo*
> *Impoſitum, ut coelo Pelion eſſet iter.*
> *Non veteres Thebas, nec Pergama, nomen Homeri,*
> *Xerxis & imperio bina coiſſe vada.* & ſeqq.

qui-

Atque, ita ſim felix, primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus.
Nos, ut conſuemus, noſtros agitamus amores,

At-

quibus addit v. 45.

Nos contra anguſto verſamus praelia lecto,
Qua pote, quiſque in ea conterat arte diem.

ubi *heroas ducere in arma manus*, eſt, heroum bella canere. par loquendi modus & elegantia eſt in illis Statii Lib. IV. Sylv. 2. init. de Virgilio & Homero:

Regia Sidoniae convivia laudat Eliſae,
Qui magnum Aenean Laurentibus intulit arvis:
Alcinoique dapes manſuro carmine monſtrat,
Aequore qui multo reducem conſumſit Ulixem.

vide Gronovium Diatr. Stat. cap. XXII. &, qui illum Statii locum hoc Propertiano illuſtrat, D'Orvillium in Miſc. Obſerv. Vol. II. Tom. II. pag. 235. ſimilia ex Graecis Latiniſque ſcriptoribus dederunt Caſaub. ad Theophraſt. Charact. pag. 216. J. Schulting. ad Senec. Controv. lib. I. 3. pag. 99. Patruus meus ad Rutil. I. Itin. 312. & eruditiſſima obſervatione Hemſterh. ad Thom. Magiſtr. p. 187. & ſeqq. quin & in ſacris literis Prophetas non raro dici id facere, quod futurum praenuntiant, docuit Bochartus lib. I. Phaleg. cap. I. 14. Broukhuſio quoque ſe oppoſuit Vulpius, ſed nugas agit, cum ad loca Ovidii, ab eo citata, & praeſertim illud ex Ponticis, *Gallica qui Phrygium duxit in arva ſenem*, regerat, Propertium loqui de urbe non ambulante, ſed inmota; & expoſitionem illam, qua poëtae facere dicuntur, quae canunt, nimis coactam, & ab aurea Propertii ſimplicitate, ut ait, multum alienam pronunciat, a viro elegantiſſimi judicii, ut agnoſcit, diſſentire contentus, quam veniam omnes petimus & damus viciſſim, ſed meliora non adferens. Propter conſtantem tamen omnium codicum MSS. & antiquiſſimarum editionum conſenſum, & clarorum in his literis duumvirum, Bentleji atque Hemſterhuſii, ſuffragia, *dicuntur* in contextum revocavi; ita tamen, ut unicuique liberum ſit, ſuo frui judicio. Ceterum Elegiae hujus initium aperta imitatione expreſſit Ovidius Lib. II. Amor. El. 18. ad Macrum, Homeri Iliada imitantem,

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,
Primaque juratis induis arma viris.
Nos, Macer, ignava Veneris ceſſamus in umbra,
Et tener auſuros grandia frangit Amor.

primum Homerum, poëtarum principem, exponit Vulpius. cui ſic praeiverant Volſcus & Paſſeratius. *priſco* tamen, quod in Heinſiano, & meo codice habetur, non rejiciendum videtur, propter Horatii & aliorum loca a Broukhuſio adſcripta, qui tamen alteri lectioni etiam adquievit, quam magis huic loco aptam agnoſcerem, ſi ante alios poëtas veteres, Antimachum e Graecis, & Ponticum e Romanis, primum in eodem Thebaïdos argumento verſatum fuiſſe Homerum, dici poſſet. ea propter *priſcum* Homerum interpretor, qui ceteros epicos poëtas vetuſtate temporis antecellit. ſic *antiquus Homerus* Ovidio II. A. A. 109.

Sis licet antiquo Nireus adamatus Homero.

& *antiquam Corinnam*, ut ab Ovidiana diſtinguat, invocat noſter Lib. II. El. 2. 31. & *priſcos Quirites*, à ſua aetate longe remotos, Lib. IV. 1. 13. Tibullus lib. II. 1. 2.

Ritus ut a priſco traditus exſtat avo.

utrique, Homero & Antimacho, hunc Ponticum confert noſter Lib. II. El. 24. 45.

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

3. *Atque, ita ſim felix, primo contendis Homero*] Formulam hanc bene illuſtravit Paſſeratius, & ex eo rivos ſuos deducens Vulpius. Sed vide an huic loco melius conveniat,

Atque, (ita ſis felix!) primo contendis Homero.

ut ad Ponticum referatur, ſi Homerum aequare poſſit; quod ſuadet alter verſus,

Sint modo fata tuis mollia carminibus.

Statius III. Achill. 117.

Sis felix, numeroque ducum praeſtantior omni,
Si magnum Danais per te portendis Achillem.

Virgil. I. Aen. 330.

Sis felix! noſtrumque leves quaecumque laborem.

ubi vide Serv. Catullus Carm. 97.

Sis felix, Coeli, ſis in amore potens.

& plura de hac formula dabit Broukhuſ. ad Tibull. Lib. III. El. 6. 30. illo verſu,

Sis felix, & ſint candida fata tua.

pariter ac hoc loco *Sis felix* —— *Sint modo fata tuis mollia carminibus.*

4. *Sint modo fata tuis mollia carminibus*] *lenia*

Atque aliquid duram quaerimus in dominam.
Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori

Co-

nia in Voſſ. quarto, *levia* in Askewiano, ſed in marg. *mollia*, quod verum docet imitatio Ovidii Lib. IV. Triſt. El. 8. 32.

Fata repugnarunt, quae quum mihi tempora prima
Mollia praebuerint, poſteriora gravant.

& *fatum mollius* IV. ex P. Ep. XII. 36. hunc autem verſum Douſa P. molliorem fore putabat, ſi legeretur,

Sint modo carminibus mollia fata tuis.

neque aliter ſcripturum fuiſſe Ovidium, codici ſuo adnotaverat. Sed ad modum Ovidianum non ſemper exigendi ſunt numeri Propertiani, in quibus polyſyllaba, in fine pentametri, praeſertim primo hoc libro, totum ſaepe carminis artificium ad Graecorum imitationem formatum, conſtituunt, aureſque lectioni ejus adſuetas mollius adficiunt, quam Ovidiani in biſyllabas voces fluentes verſus, qua de re copioſe egi in praefatione ad Lotichium. idem dicendum de hexametris, quos duriores nonnullis viſos ſaepe viri docti magis ſonoros reddere conati ſunt. quare miror Broukhuſium, quem genius Propertianus minime latebat, verſum illum ex lib. II. El. 25. v. 3.

Vix unum potes infelix requieſcere menſem,

tranſpoſitis vocibus ſuaviorem reddere tentaviſſe,

Vix potes infelix unum requieſcere menſem.

ſed plura e Propertio & Tibullo exempla dedi in notis ad Lotich. p. 266. & 267. & in Addendis p. 692.

6. *Atque aliquid duram quaerimus in dominam*] *dura quaerimus in domina* Dorvill. prim. ed. Venet. 1485. & Reg. Lepid. Miror ad hunc verſum non haeſiſſe Heinſium & Broukhuſium. Volſcus & Paſſeratius contorta explicatione interpretantur, *excogitamus & invenimus aliquid, ut Cynthiae ſaevitiam canamus & mitigemus.* ſingulari certe loquendi modo, *quaerere aliquid in duram dominam*, quod tibicine illo fulciendum erat, ad *ſaevitiam ejus expugnandam.* nulla autem cauſſa erat Propertio *quaerendi*, vel excogitandi aliquid in duritiem dominae, cujus tam manifeſta ſpecimina toties erat expertus. Novi *quaerere* abſolute pro meditari, cogitare, & laborare, poni. ut Lib. II. El. 2. 5. —— *vacuo quaerebam vivere lecto.* ubi vide Broukhuſ. ſed *quaerere aliquid in dominam*, pro expoſtulare cum domina, aut materiem carminis in illius ſaevitiam excogitare, locutio videtur, cujus exemplum deſidero. Neque placuiſſe videtur P. Francio, qui tentaverat,

Atque aliquid duram ludimus in dominam.

Sed quia in alterum verbum *quaerimus* conſtanter conſpirant codices & editiones vetuſtae, illud loco haud movendum arbitror. Tu lege, & ſuam Propertio mentem mecum reſtitue,

Atque aditum *duram quaerimus* ad *dominam.*

per carmina nempe. quod innuit verſ. ſeq. *Nec tantum ingenio* &c. & hujus emendationis ſponſorem dabo Tibullum Lib. II. El. 4. 19.

Ad dominam *faciles* aditus *per carmina* quaero.

hinc aditum ad Cynthiam ſibi per carmina patefactum gloriatur noſter infra El. VIII. 39.

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obſequio.

eleganter Ovidius Lib. II. Am. El. I. 25.

Carminibus ceſſere fores; inſertaque poſti,
Quamvis robur erat, carmine victa ſera eſt.

aditu autem difficilem fuiſſe Cynthiam, ſaepe lamentatur, & januam ejus, domina ipſa crudeliorem, non minus obſeratam, quam illam Tarpejae, elegantiſſime ſub perſona excluſi amatoris deſcriptam infra El. XVI. Huc refer illud ex El. VIII. 22.

Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae,
Quin ego, vita, tuo limine vera querar.

vel, *acerba querar.* ut in aliis, ſive, ut legebat Douſa,

Quin ego ſueta tuo limine verba querar.

infra El. X. 16.

Poſſum ego diverſos iterum conjungere amantes,
Et dominae tardas poſſum aperire fores.

& diuturnam nimis Cynthiae repulſam, anni inſtar longam, queritur Lib. III. El. 14. 9.

Peccaram ſemel, & totum ſum pulſus in annum:
In me manſuetas non habet illa manus.

7. *Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori*] *Nec tamen* in Menteliano, primo Leid. ſecundo & tertio Voſſ. & primo meo cod. *Non tantum* in Borrichiano deinde *ſaevire dolori* in ſecundo Leid. prima ed. Veneta & Reg. Lep. ſequenti verſu *tempora dira* in Leid. primo, & ſec. Voſſ.

Cogor, & aetatis tempora dura queri.
Hic mihi conteritur vitae modus, haec mea fama eſt.
Hinc cupio nomen carminis ire mei.
Me laudent doctae ſolum placuiſſe puellae,

Pon-

pro *dura*, quod admitti poſſet propter praecedens *duram*.

9. *Hic mihi conteritur vitae modus*] *Sic mihi* in Heinſiano & meo codice. ut apud Ovid. V. Triſt. 7. 65.

Sic animum tempuſque traho.

Sed *hic vitae modus*, &, *haec mea fama eſt*, id *repudiant. conteritur vitae modus* hic eſt, pro tranſigitur, conſumitur. ut in illo Tibulli, Lib. I. El. 7. 70.

— proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos conteruiſſe velim.

& apud Cic. de Amic. cap. ult. *otium & tempus in ſtudiis conterere.* noſter Lib. II. 23. 82.

Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

quod vel ideo noto, ne quis hic ſenſum obſcoeniorem quaerat, quia ſe amoribus ſuis indulgere paullo ante dixit. ut *terere*, *conterere*, *diſterere* verba libidinis eſſe notat Paſſeratius pag. 470. *haec mea vita eſt* in eodem Heinſ. & Voſſ. quarto, a man. pr. ſed in marg. *fama. eſt* non conparet quoque in D'orvill. ſec. ut de Groningano teſtatur Broukhuſius. Gebhardus, quum in priore Palatino reperiſſet *capio*, pro *cupio*, ex ſui ingenii venuſtate reſtituendum putabat,

Hinc capior nomen carminis ire mei.

& exponebat, ita dementatus ſum, ut ex carminum meorum tenuitate aliquod famae gaudium ſperem. ſic & infra El. IX. 19.

Tunc magis Armenias cupies accedere tigres.

eodem judicii ſtupore legit, *capiare accedere tigres.* quod palato Lipſii Lib. IV. Antiq. Lect. Cap. XI. etiam ſapuiſſe non miror. ſed vide illic Broukhuſii notas. Lib. III. 23. 33.

Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos.

ubi conjicit idem Gebhardus reponendum eſſe, *vellere tum capiare.* dementatum certe oportet eſſe Criticum, qui talia Propertio ingerat, aut ex ejusmodi correctionibus famam ſperaverit. manum tamen abſtinuit ab illis locis, ubi verſus ratio eum deterrebat. ut infra El. XI. 21.

Tu cave ne triſti cupias pugnare puellae,

vel Lib. II. El. 12. 41. ut praeferunt viri docti,

Qualem ſi cuncti cuperent decurrere vitam.

El. 18. 61.

Et cupit iratum talos me poſcere eburnos.

quem verſum eadem dementia ſic corrumpere potuiſſet,

Et capitur talos me iratum poſcere eburnos.

merito igitur monuit Broukhuſius, talem medicinam Propertium non deſideraſſe. certe Gebhardo non magna ſit injuria, ſi in eum retorqueatur cenſura, qua perſtringit Caelium Rhodiginum, in notis ad Cic. X. ad Fam. Ep. 12. *mirificum* nempe fuiſſe *emendationum & explicationum coquum, omnia jura confundentem.* *Nomen carminis* pro laude & gloria, frequens noſtro eſt. ſupra El. IV. 8.

Cynthia non illas nomen habere ſinet.

& Lib. II. El. I. 21. *Pergama, nomen Homeri.* Ovid I. Am. 3. 21.

Carmine nomen habent, exterrita cornibus Jö,
Et quam fluminea luſit adulter ave.

& ſaepe alibi. totum hunc Propertii locum artificio non vulgari imitatus eſt Sannazarius Lib. I. El. I. 15.

Nec tantum populos, nec tantum horreſcimus urbes,
Quantum non juſtae ſaevitiam dominae.
Hoc vitae genus, hoc ſtudium mihi fata miniſtrant,
Hinc opto cineres nomen habere meos.
Me probet umbroſis paſtorum turba ſub antris,
Dum rogat agreſtem lacte tepente Palem.
Me rudis indocta moduletur arundine Thyrſis:
Et tam conſtanti laudet amaſſe fide.

11. *Me laudent doctae ſolum placuiſſe puellae*] *laudant* Voſſ. ſec. *ſolitum* conjecerat Marklandus. quod mihi adeo inprobatur, ut, ſi *ſolitum* hactenus fuiſſet editum, *ſolum* reſcribendum eſſe adfirmarem, quia his verbis de Pontico vel quocumque rivali veluti triumphat. & adnueret ipſe, ni fallor, Propertius. ita enim Lib. II. El. I. 48.

laus

Pontice, & injuſtas ſaepe tuliſſe minas.
Me legat adſidue poſt haec neglectus amator,
Et proſint illi cognita noſtra mala.
Te quoque, ſi certo Puer hic concuſſerit arcu,
Quod nolim noſtros evoluïſſe Deos:

Lon-

—— *laus altera, ſi datur uno*
Poſſe frui. fruar o ſolus amore meo.

El. VI. 19.

Tu mihi ſola places: placeam tibi, Cynthia, ſolus.
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor.

& El. XVI. in fine:

Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator
Nec cito deſiſto, nec temere incipio.

ſufficiant haec e ſolo Propertio, ad ſuam ſibi ſcripturam vindicandum, ut aliorum poëtarum loca praeteream. pro *placuiſſe* in Neapolitano *docuiſſe.* mox *injuſtae* Borrich.

13. *Me legat adſidue poſt haec*] Hinc patet, recte apud Ovidium initio Artis Am. a viris doctis emendatum eſſe,

Me legat, & lecto carmine doctus amet.

non *Hoc legat.* v. Graev. ad Cic. V. ad Fam. 12. p. 258. apud eumdem Lib. II. Triſt. 370. de Menandro,

Et ſolet hic pueris virginibuſque legi.

non *Haec* cum Heinſio. *fabula* nempe, quae praecedit. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 352. *Poſthac* in Voſſ. quarto, Neapolit. & Colotiano. altero verſu *Ut proſint* non male in Heinſii & meo cod.

15. *Si certo puer hic concuſſerit arcu*] *percuſſerit* Guyetus. & ſic Cel. Valckenarius ad Euripid. Hippol. v. 1303. *verberare* vocat Lib. III. El. 8. 27. *Quem gravibus pennis verberat ille puer.* ſed illic de alis Cupidinis, hic de ejus arcu agitur. niſi *certo percuſſerit ictu* malis. ut *certus ictus* ſit, qui non aberrat, ſed gravi vulnere ſauciat. ſic *certus ictus* apud Ovidium Eleg. de Nuce v. 73. *Has puer erectus certo dilaminat ictu.* de amoris vulneribus apud noſtrum Lib. II. El. I. 75.

Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus.

vulgatam tamen vindicat Ovidii locus Lib. I. Am. XI. 11. *Credibile eſt & te ſenſiſſe Cupidinis arcus.* Lib. II. Am. El. I. 7. *Atque aliquis juvenum, quo nunc ego ſaucius, arcu, Agnoſcat flammae conſcia ſigna ſuae.* Lib. I. A. A. 21.

Et mihi cedet Amor, quamvis mea vulneret arcu
Pectora, jactatas excutiatque faces.
Quo me fixit Amor, quo me violentius uſſit,
Hoc melius facti vulneris ultor ero.

infra El. IX. 21. 15. *Quam Pueri totis arcum ſenſiſſe medullis.* ubi vide Paſſeratium. *certus* igitur *arcus*, hic pro certa & non fallente ſagitta, ex arcu Cupidinis emiſſa. ut ſaepe. vide Barth. ad Claudian. IV. Conſ. Hon. v. 529. p. 695. Ovid. XII. Met. 83.

Sed quamquam certa nullus fuit error in haſta.

adpoſitus eſt ejuſdem Naſonis locus Lib. I. Am. I. 25.

Queſtus eram, pharetra quum protinus ille ſoluta
Legit in exitium ſpicula miſſa meum.
Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum;
Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus.
Me miſerum! certas habuit Puer ille ſagittas.
Uror; & in vacuo pectore regnat amor.

Libi Met. 519.

Certa quidem noſtra eſt: noſtrâ tamen una ſagitta
Certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit.

Lib. III. Am. 10. 25.

Viderat Iäſium Cretaea Diva ſub Ida
Figentem certa terga ferina manu.

certa haſta etiam apud Virgil. XI. Aen. 767. *certam quatit inprobus haſtam.* Valer. Flac. I. 436. *certus Aethalides ſubitas nervo redeunte ſagittas Cogere.* vide Heinſ. ad Lib. II. A. A. 192. Rem. Am. 112. & ad Claudian. Conſ. Olybr. & Prob. v. 187.

16. *Quod nolim noſtros evoluïſſe Deos*] *eviolaſſe* in quatuor Voſſianis, duobus Leidenſ. altero Dorvill. utroque meo cod. cui lectioni favet primus D'orvill., in quo *evilaſſe*, id eſt, *e-*

Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem
Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

Et

violaſſe. & ſic in Menteliano, Askewiano, ed. Venet. 1475. Reg. Lepid. Aldina utraque, Juntina, aliiſque. & libro ſuo adſcripſerat Fruterius, & Douſa P. qui exponebant pro violenter effeciſſe. Gr. *ἀναγκάσαι. hei violaſſe* vel, *neu violaſſe,* Lipſius Lib. II. Var. Lect. 4. & IV. Antiq. Lect. c. 11. quod libenter ei redonamus *heu* & *voluiſſe* Marklandus. *evoluiſſe* in primo, ſecundo, & quinto Vatic. Colotii, & Ant. Perreji cod. quod etiam inveni in ed. Venet. 1487. & ex ſuo codice adfert Beroaldus. & ſic hoc in loco emendandum monuit Valens Guellius ad Virg. I. Aen. 16. nec aliter Muretus & Scaliger, probatque Gebhardus. idque non tantum operoſe illuſtrat, ſed in contextum quoque recepit Broukhuſius. qui per *noſtros Deos* intelligit Deos amorum praeſides, eique adſentitur Vulpius. Douſa in margine libri ſui, & in Schediasmate Succidaneo pag. 63. exiſtimabat ſubtilius fore, ſi de amica ſua Cynthia loqui Propertium ſtatuamus. quod non puto rejiciendum. nam ſic de Demophoonte Phyliis apud Ovid. Epiſt. II. 126.

Et quaecumque procul venientia lintea vidi,
Protinus illa meos auguror eſſe Deos.

Leander Epiſt. XVIII. 86.

Illa meum, dixi, litora numen habent.

& de Corinna ſua idem Ovid. Lib. II. Am. XI. 44.

Primus ego adſpiciam notam de litore pinum,
Et dicam, noſtros advehit illa Deos.

& ſic Paſſeratius: huic explicationi favere poſſet, ſi de eodem hoc Pontico, ſub perſona Lyncei, intelligenda ſit Elegia XXV. Libri II. ubi in eum tamquam rivalem, & qui Cynthiam ſuam corrumpere tentaverat, invehitur, v. 9. & ſeqq.

Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam,
Perfide, nonne tuae tunc cecidere manus?
Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno,
Rivalem poſſum non ego ferre Jovem.

& ſequitur v. 25.

Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores.
Solum te noſtros laetor adire Deos.

hoc admiſſo, probandam puto N. Heinſii emendationem, quam editioni Aldinae adleverat, & quae in Notis ejus ad Propert. p. 661. legitur,

Quam nolis noſtros heu violaſſe Deos!

cui adſtipulatur editio Pariſina Colinaei 1529, quae exhibet,

Quod nolim noſtros te violaſſe Deos.

te violaſſe etiam in ſuo codice invenit Livinejus. ita apud Ovid. IV. M. 612. *Tam violaſſe Deum, quam non agnoſſe nepotem Poenitet.* ſic carere poſſumus violenta & contorta Paſſeratii interpunctione & expoſitione, ſi Cupido te concuſſerit eviolaſſe noſtros Deos, quod nolim tua & mea cauſſa, id eſt, ſi te inpulerit violare meam Cynthiam, & eam tangere atque adtractare, quae tibi ſacra eſſe debet, & mihi dicata. ſed quid faciemus Antonio Volſco, qui per *noſtros Deos* intelligebat *poëtas, non Cupidinem & Venerem, ut Ennius poëtas adpellavit Deos. nollem inquit, Cupidinem in poëtas ſaevire.* Nimirum, quod de eo judicabat Muretus, id *tale eſt, ut ſi fatuis & inſulſis declarationibus praemium aliquod poſitum eſſet, id Volſcus hac una fretus, ſine controverſia, ſuo jure, diis hominibusque plaudentibus, ablaturus fuiſſe videatur.* Nonnihil tamen mitius animadvertere decet in illos, qui initio renaſcentium literarum in tenebris micabant, barbariae nondum debellatae nebulis obſepti.

17. *Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.*] Gebhardus ex ſcriptura Palatini codicis, ex quo *nuda* profert, legendum divinabat,

Flebis in aeterno nupta jacere ſitu.

& *nupta ſitu* explicabat, carie altiſſima ac ſitu obducta. miſerabilem profecto hariolum! Gebhardus ſane inſulſis ſaepe conjecturis merebatur illam Mureti de interpretationibus Volſci cenſuram, praeſertim quum eo homine doctior, illa aetate vixerit, qua major literis jam adfulgebat lux. Sed in conjecturis ad corrupta veterum loca integritati reſtituenda excogitandis raro ſuus favet ſucceſſus, niſi eruditioni mutuas vices praeſtet felicitas acuminis & ſagacitas judicii, quae in Gebhardo paſſim deſideres. Quia vero hic Pontico denuntiat Propertius, ſi Cupidinis ſagittis ictus amoribus indulgeat, fore ut Thebaïdos

ſuae

Et fruſtra cupies mollem conponere verſum,
Nec tibi ſubjiciet carmina ſerus amor.

Tunc

ſuae telam, magno animo inchoatam, tandem interruptam, & lyram ſilentio ac ſitu obductam deploret (nam ita optime ſenſum loci expoſuit Broukhuſius) praeſtaret forte, ſaltem Gebhardiana melior foret conjectura,

Flebis in aeterno muta *jacere ſitu.*

certe *ſurdus* & *mutus* etiam confunduntur apud Ovid. II. ex P. Ep. 6. 32. Idem Epiſt. XV. v. 198.

Non mihi reſpondent veteres in carmina vires,
Plectra dolore tacent, muta dolore lyra eſt.

ubi *plectra jacent* praeferrem ex marg. ed. Berſmanni, ne bis idem dicatur, ut hoc loco *jacere ſitu.* & *muta* aptius lyrae convenit, quam *tacere* plectris. ſic *Muta jacet* X. Met. 654. ubi in aliis etiam *tacet.* in Epicedio Druſi ad Liviam v. 185.

Jura ſilent, mutaeque tacent ſine vindice leges.

ubi Heinſ. & Francius malebant *mutaeque jacent.* ita de Cupidinis facibus Ovid. Rem. Am. 140.

Contemtaeque jacent & ſine honore faces.

ut vero *muta* hic de poëmate, ſic *muta avena* in Val. Catonis Diris v. 7. ubi plura notavi. Innuit igitur fore, ut Thebaica Pontici, ubi ſemel amori & carminibus mollibus operam dederit, muta & ſitu obducta jaceant, & non abſoluta ab eo deſtituantur. ſive ut apud Theocritum Idyll. XVI. v. 10. de Gratiis:

Ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλοῦ
Ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι.
Ἔνθ' αὖη σφίσιν ἕδρη, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωντι.

& quod hic *aeterno ſitu jacere* dicitur, ibidem v. 43. Theocrito eſt *μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο.* vulgata tamen lectio *ſurda jacere* praeferenda videbatur Cel. Ruhnkenio, qui *agmina ſurda* exponebat ignobilia, non audita, non cognita. ut Broukhuſius capiebat. & Drakenb. ad Silium Lib. VIII. 248. quorum ſuffragio repugnare nolim. verſu praeced. *Longe caſtra tibi, longe miſer &c.* elegans repetitio eſt. de qua vide Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 435. apud Silium Italic. Lib. I. v. 301. *longe clauſis ſua foedera, longe Auſoniam fore.* & Lib. XVII. 80.

Longe conjugia, ac longe Tyrios Hymenaeos.

ubi vid. Drakenb. & D'Orvill. ad Charit. pag. 390. *longe eſſe* ſimiliter apud Naſonem Epiſt. XII. 53.

Quam tibi nunc longe regnum dotale Creuſae.

de ipſa locutione vide Muret. lib. X. Var. Lect. cap. 4. J. Douſae Filii notas ad Ih. l. Gronov. ad Senec. Hippol. 974. & Interpr. ad Flor. II. c. 2. §. 8. minus recte eam exponit Cerda ad Virg. Lib. XII. v. 52.

19. *Et fruſtra cupies mollem conponere verſum*] *mollem verſum* recte intelligunt de amatoriis, praeſertim Elegiacis, verſibus, ad Epici carminis oppoſitionem. infra Lib. II. El. 25. 41.

Deſine Achilleo conponere verba cothurno,
Deſine, & ad molles membra reſolve choros.

& mox *durum poëtam* opponit. Lib. III. El. I. 19.

Mollia Pegaſides veſtro date ſerta poëtae,
Non faciet capiti dura corona meo.

Lib. II. El. I. init.

Quaeritis, unde mihi toties ſcribantur amores,
Unde meus veniat mollis in ora liber.

Lib. III. El.

Quid tibi cum tali, demens, eſt flumine? quis te
Carminis Heroi tangere juſſit opus?
Non hinc ulla tibi ſperanda eſt fama, Properti,
Mollia ſunt parvis prata terenda rotis.

ſic apud Horat. Lib. II. Od. 12. v. 4.

Nolis longa ferae bella Numantiae,
Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare
Poeno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharae modis.

20. *Nec tibi ſubjiciet carmina ſerus amor*] *verus amor* in ſecundo & tertio Voſſ. ſed in marg. *ſervus* vel *ſerus.* *verus* etiam in meo ſecundo, ſed in marg. *al. ſervus:* & a man. ſec. *al. ſaevus.* *ſeuus* in primo Leidenſ. quarto Voſſ. & primis edd. in cod. Askewiano etiam *ſeuus*, ſed in marg. *ſerus.* *ſervus* in Groning. *ſaevus* in prima Aldina, Juntina, Colin. Gryph. Rovill. aliiſque. vera lectio eſt *ſerus amor*, ut bene reſtituit Scaliger, &

pro-

Tunc me non humilem mirabere ſaepe poëtam:
Tunc ego Romanis praeferar ingeniis.

Nec

probavit Lipſ. IV. Antiq. Lect. c. XI quod confirmatur a meo primo codice, ſecundo & quinto Vaticano, Neapol. Borrich. Heinſiano, Scaligeri & Modii Excerptis, & utroque D'Orvill. ut in ſecunda editione Aldus. idque jubet *tardus amor* ultimo huj. Eleg. verſu. & Lib. II. El. 25. 25. de Lynceo, ſeu eodem hoc Pontico:

Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores.

vel, ut conjiciebat Broukhuſius.

——— *ipſe meos inſanit ſerus amores.*

pro *ſubjiciet* in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. primis edd. & Aldinis *ſubiciet.* de qua ſcriptura vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 518. Conjeceram aliquando,

Nec tibi ſufficiet *carmina ſerus amor.*

id eſt, ſuppeditabit, ad verſus ſcribendos ſtimulabit. Virg. II. Aen. 618.

Ipſe pater Danais animos vireſque ſecundas
Sufficit: ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.

ubi Servius exponit, *Subminiſtrat*, *ſuggerit.* hoc ſenſu *ſufficere* etiam apud Silium Ital. Lib. I. v. 36. capiebat Cl. Drakenborchius:

——— *dux agmina ſuffi cit unus*
Turbanti terras, pontumque movere paranti.

explicat enim pro ſubminiſtrat, ſuppeditat. quo ſenſu Hannibal Junoni agmina ſuppeditaſſe illic diceretur. ſed legendum forte,

——— *dux agmine ſufficit unus*
Turbanti terras.

ut innuat, ſolum Hannibalem ſuo agmine ſufficere ſeu ſatis eſſe Deae ad terras & maria turbanda, & hunc unum ducem inſtar eſſe multorum agminum. ut de Hectore apud Ovid. Epiſt. XVI. 366.

Unus is innumeri militis inſtar habet.

& hoc ſuadent ſequentia,

Jamque Deae cunctas ſibi belliger induit iras
Hannibal: hunc audet ſolum componere fatis.

contra de Caeſare Pompejus apud Lucan. VII. 368. *Caeſar noſtris non ſufficit armis.* pro, par non eſt. ſed *ſufficere* pro ſuppeditare etiam interpretatur Servius in illo Virgilii verſu III. G. 65.

Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem.

ſubjiciet tamen nunc potius cum Scaligero explicandum videtur pro dictabit, ut Gr. ὑποβάλλειν, monere, in memoriam vocare, ſuggerere, locutione a ſcenis deſumta, idque etiam amplexi ſunt Paſſeratius & Gebhardus: vel, ut Broukhuſio placet, tranſlatione a praeconibus deducta, qui verba legum ferendarum, ſi ab aliis praeterirentur, ſuggerebant. & huc ſpectat locus Ciceronis V. in Verrem cap. 10. *Cupio mihi, judices, ab illo ſubjici, quoniam de militari ejus gloria dico, ſi quid forte praetereo.* niſi malis *ſubjicere* hic idem notare, quod Graecis ὑπαγορεύειν, ὑπογράφειν, & ὑποτιθέναι. ut ἐλπίδας ὑποθεὶς Xenophonti Lib. IV. Hellen. p. 541. & ὑπαγορεύειν ἐλπίδας Straboni Lib. I. pag. 840. unde ſtabiliri poteſt lectio apud Ovid. VII. Met. 304.

Spes eſt virginibus Pelia ſubjecta creatis.

ut pro *ſubnata* praetulit Patruus meus. hinc *ſtimulos ſubjicere*, pro adhortari, inpellere. ut *laſſo ſubjectare ſtimulos* Horatio Lib. I. Sat. 7. 94.

21. *Tunc me non humilem mirabere ſaepe poëtam*] *miraberis ipſe* malebat Marklandus. ut ſenſus ſit, etiam tu magniloquus iſte vates *ipſe* miraberis me poëtam non humilem. quod non adſpernandum videtur: ut Ponticum ſtatuamus aliquando Propertium vocaſſe *humilem* poëtam, qui levioribus numeris amatoria includeret, & non potius ad ſuum exemplum graviori incederet cothurno. huc referri poſſet illud in fine hujus Elegiae, ut vulgo legitur & exponitur:

Tu cave noſtra tuo contemnas carmina faſtu.

& hoc ipſi Pontico in idem velabrum poſtea conjecto regerere videtur infra El. IX. 9.

Quid tibi nunc miſero prodeſt grave ducere carmen.

22. *Tunc ego Romanis praeferar ingeniis*] Haec ita ut vulgo leguntur, requirere videntur, ut de ipſo intelligamus Pontico, adeoque innuat Umber, tu, cum ipſe amori & mollioribus verſibus indulgebis, me, quem antea humilem dicebas poëtam, ipſis ingeniis Romanis praeferes. alioquin,

Nec poterunt juvenes noſtro reticere ſepulcro,

Ardo-

quin, ſi ipſius Propertii verba cenſeamus, mallem reponere,

Tunc ego Romanis conferar *ingeniis.*

ut Francium etiam conjeciſſe video. modeſtius certe loquitur Lib. III. El. I. 35.

Nec non ille tui caſus memorator Homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſentit opus.
Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes,
Illum poſt cineres auguror ipſe diem.

niſi quis praeferat,

Tunc ego, Roma, tuis *conferar ingeniis.*

nonnihil enim hic ſe effert poëta, ut & alibi, & quaeſitam meritis ſumit ſuperbiam. non diſſimilis locus eſt Lib. III. El. I. 15.

Multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperii Bactra futura canent.
Sed quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
Detulit intacta pagina noſtra via.

ſic etiam Lib. II. El. 25. ſub finem: ubi poſt laudata ingenia Romanorum, Varronis, Calvi, Catulli, & Galli, ſubjungit,

Cynthia quin etiam verſu laudata Propertî.
Hos inter ſi me ponere Fama volet.

quo loco illuſtratur id, quod hic ſibi pollicetur;

Tunc ego Romanis conferar ingeniis.

vel, *Tunc ego, Roma, tuis* &c. firmat emendationem illud Ovidii Lib. V. Triſt. El. I. 73.

Nec me Roma ſuis debet conferre poëtis,
Inter Sauromatas ingenioſus ero.

ſic *conferre* apud eumdem Lib. III. Amor. El. I. 39.

Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris,
Obruit exiguas regia veſtra fores.

Lib. I. ex P. Ep. I. 23.

Quod metuas, non eſt. Antonî ſcripta leguntur,
Doctus & in promtu ſcrinia Brutus habet.
Nec me nominibus furioſus confero tantis.

ubi pro *furioſus* mallem *ventoſus.* id eſt, inepte glorioſus. de quo vid. Serv. ad illud Virg. XI. Aen. 708.

Jam noſces, ventoſa ferat cui gloria laudem.

ingenia autem praecipue de poëtis dicuntur. Suet. Ner. 39. *ne fatendo dolorem irritaret ingenia.* vide exempla apud Paſſeratium ad Lib. II. El. I. 4. & Patruum meum Comment. ad Phaedr. pag. 109.

23. *Nec poterunt juvenes noſtro reticere ſepulcro*] Nihil variant codices, niſi quod *noſtro juvenes* in Askewiano. *noſtro hoc retinere* in ed. Gryph. 1551. Sed quem non offendant *noſtro ſepulcro*, *Ardoris noſtri*, & *noſtra carmina* trium verſuum intervallo tam invenuſte repetita? talem certe ſtribliginem nemo ferret in artis poëticae tyrone. Novi optime, & alibi haud raro tales earumdem vocum recurſus apud noſtrum aliosque inveniri, quos ubique mutare aut tollere velle temerarium eſſet. ut multis exemplis probavit Cl. Schraderus Animadv. ad Muſaeum cap. XIII. Sed nemo tamen mihi perſuadebit, inde augeri carminum concinnitatem, aut has gemmas eſſe quae ſplendeant. e multis haec ſufficiant ex El. IV. hujus libri, v. 7. & ſeqq.

Non tamen iſta meo &c.
Nam ſive optatam mecum &c.
Tum mihi *Pactoli* &c.
Tum mihi *ceſſuros* &c.
Quae maneant, dum me *fata* &c.
Nulla mihi *triſti* &c.
Quae mihi *dum placata aderit* &c.

ſic El. XVI. v. 34. & ſeqq.

At mea *nocturno* &c.
Sed tu ſola mei, *tu max. cauſſa doloris,*
Victa meis *numquam janua muneribus.*
Te non ulla meae *laeſit* &c.
Ut me *tam longa* &c.
Ante tuos quoties verti me, *perfida, poſtes.*

Lib. II. El. 10. 18 & ſeqq. ubi *mei*, *mea*, *mihi* decies occurrunt duodecim verſuum ſpatio; ſic *tua*, *tibi*, *te*, *tuam*, ſexies intervallo ſeptem verſuum Lib. III. El. 7. 21. & ſeqq. & *meus*, *tuus*, *tibi*, *me*, decies intra undecim verſus recurrentia Lib. IV. El. XI. 68. ſeqq. neque melioris notae illa Ovidii Epiſt. XII. v. 81.

Ah virgo, *miſerere* mei, *miſerere* meorum,
Effice me *meritis tempus in omne tuum.*
Sed mihi *tam faciles unde* meoſque *Deos.*
Spiritus ante meus *tenues vaneſcat in auras,*
Quam thalamo, niſi tu, nupta ſit ulla meo.
——— *& dextrae dextera juncta* meae.

ſic Epiſt. XI. v. 106. ſeqq. ubi *admiſſi*, *admiſit*, & *admiſſo*, & Epiſt. XVI. 215. & ſeqq. ubi *poſita*, *poſito*, *inpoſuit*, & *poſui* recurrunt nimium vicina. Alia ſciens praetereo. Hoc certe in loco illud

etiam

Ardoris noſtri magne poëta, jaces.

25. Tu

etiam concoquere non potuiſſe videtur N. Heinſius, ideoque *ſero* vel *maeſto ſepulcro* legebat Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 249. & in Notis ad Propert. p. 661. *maeſto* equidem praeferrem, quia modo praeceſſit *ſerus amor*, & *maeſto* propius accedit ad *noſtro*. *maeſta ſepulcra* apud Ovid. II. Faſt. 562.

——— *habent alias maeſta ſepulcra faces.*

Forte tamen ſcripſerit Propertius,

Nec poterunt juvenes noto *reticere ſepulcro.*

nihil profecto facilius, quam ut *noto* ex ſequentibus verſibus tranſierit in *noſtro*. innuit ſodales, qui noto poëtae, a ſe amati, ſepulcro acclamarent, quod addit velut monumenti inſcriptionem,

Ardoris noſtri magne poëta, jaces.

noto ſepulcro, ut apud Catullum Carm. LXVII. 97. de fratris obitu:

Quem nunc tam longe non inter nota ſepulcra,
Nec prope cognatos conpoſitum cineres;
Sed Troja obſcoena, Troja infelice ſepultum
Detinet extremo terra aliena ſolo.

ſimile mendum detergendum eſt Nemeſiano Ecl. I. 41. qui locus adſcribi meretur:

Accipite hos calamos, atque haec noſtro *Melibaeo*
Mittite, ſi ſentire datur poſt fata quietis &c.
Tu noſtros *adverte modos, quos ipſe benigno*
Pectore foviſti, quos tu, Melibaee, probaſti.
Longa tibi, cunctiſque diu ſpectata ſenectus,
Feliceſque anni, noſtrique *noviſſimus aevi*
Circulus, innocuae clauſerunt tempora vitae.
Nec minus hinc nobis *gemitus, lacrimaeque fuere.*

ubi pariter, ac hoc in loco, *noſtro*, *noſtros*, *noſtri*, & *nobis*, admodum inconcinne recurrunt. Legendum itaque,

Tu notos *adverte modos, quos ipſe benigno*
Pectore foviſti.

ſic & alibi peccatum fuit. ut apud Lucanum Lib. X. 379.

——— *nec* nos *deterreat auſis*
Heſperii fortuna ducis. ———
Nos *quoque ſublimes Magnus facit, adſpice litus*
Spem noſtri *ſceleris, pollutos conſule fluctus,*
Quod liceat nobis.

quo in loco - *accipe laetus Spem* noti *ſceleris* legebat Ezra Clerquius, cujus tantum duo Specimina Emendationum, nunc felicium, nunc audacium, in Lucanum edita ſunt. & non raro has voces *noſtra* & *nota* confundi in aliis veterum locis docet Marklandus ad Stat. Lib. II. Sylv. 2. 142. In fine etiam hujus Elegiae *noſtra* mendoſa opinor illo verſu,

Tu cave noſtra *tuo contemnas carmina faſtu.*

quae ſic exponunt Interpretes, quaſi Ponticum admoneret Propertius, ne Muſam ſuam contemneret, &, quia poëta epicus erat, tumore inflatus amatoria in Cynthiam carmina deſpiceret, ridiculo certe faſtu. Mihi longe alius verborum ſenſus videtur, & ut *noſtra* hic quoque ejiciatur, reſtituendum videtur:

Tu cave & iſta *tuo contemnas carmina faſtu.*

& per *iſta carmina* intelligo admonitiones & praedictiones, quibus Pontico vaticinatus erat, eum arcu Cupidinis concuſſum, epico Thebaicorum operi vale dicturum, & ad amatorios luſus ſe conferre conaturum, ac proinde videret, ne *iſta carmina*, ſive molles Elegos capias, ſive potius auguria ſua, pro nihilo haberet, illo faſtu, quo ſe nullis Cupidinibus contactum, & telis Amoris inpervium ſibi pectus eſſe gloriabatur; quam explicationem ſi admittamus, melius certe cum fine hujus Elegiae cohaerebit initium Eleg. IX. quae cum hac conjungenda eſt,

Dicebam tibi venturos, irriſor, amores;
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce jaces, ſupplexque venis ad jura puellae &c.

quibus ſimile eſt initium Eleg. 2. Libri II.

Qui nullam tibi dicebas jam poſſe nocere,
Haeſiſti, cecidit ſpiritus ille tuus.

carmina vero pro auguriis vel praedictionibus, ut *canere* & *praecinere* paſſim dicuntur vates. denique *iſta* eleganti emphaſi, ut infra El. IX. v. 13. ad Ponticum:

I, quaeſo, & triſtes iſtos *depone libellos,*
Et cane, quod quaevis noſſe puella velit.

praeſertim ſingulari vi utitur noſter hac vocula, addita ſeria admonitionis ſententia, ut hoc loco, *Saepe venit magno* &c. ſic Eleg. XIV. 7.

Non tamen iſta meo valeant contendere amori:
Neſcit amor magnis cedere divitiis.

Lib. II. El. 2. 38.

Non non humani partus ſunt talia dona;
Iſta decem menſes non peperere bona.

El.

25. Tu cave noſtra tuo contemnas carmina faſtu.
Saepe venit magno foenore tardus amor.

ELEG. VIII.

TUne igitur demens? nec te mea cura moratur?
An tibi ſum gelida vilior Illyria?

Et

El. XIX. 49.

Non tamen iſta meos mutabunt ſecula mores:
Unuſquiſque ſua noverit ire via.

El. XXIII. 81.

Iſta ſenes licet accuſent convivia duri.
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

& Lib. III. El. 9. 7.

Tu nunc exemplo diſce timere meo.

Sed reliqua hujus Elegiae abſolvamus.

24. *Ardoris noſtri magne poëta, jaces*] ita in pleriſque MSS. & primis edd. *taces* in Excerptis Modii & codice Groningano. ſed alterum a Paſſeratio bene adſtruitur. & ſic legiſſe etiam Janum Lernutium inde patet, quia totum hunc verſum adoptavit in Epigrammatibus ſuis pag. 395. ad tumulum Franc. Petrarchae:

Di tenuem tibi terram, & in urna perpetuum ver:
Ardoris noſtri magne poëta, jaces.

vid. ad Lotich. p. 394. Palmerius tamen, Scaliger, & Heinſius ex vetuſtis codd. probarunt, *magne poëta, vale.* & ſolitam formulam AVE ET VALE, in ſepulcralibus monumentis frequentem, huc contulerunt. ſic apud Catullum Ep. 98. quo fraternis Manibus parentat:

Accipe fraterno multum manantia fletu,
Atque in perpetuum, frater, ave atque vale.

ardoris autem *noſtri poëta* eſt velut magiſter nobis ac praeceptor Amoris, qualem deſcribit Tibullus Lib. I. El. 4. v. 75. & ſeqq. & ſe Gallo praeſtat noſter infra El. X. dictumque eſt eodem modo, quo Lib. III. El. 15. 20. *Virtutiſque tuae, Bacche, poëta ferar.* & *nequitiae poëta* Ovidio Lib. II. Amor. I. 2. *Ille tui vates operis* El. III. v. 9. ad quae loca vide notas. III. Amor. El. I. 16. *O argumenti lente poëta tui.* eleganter vero juvenes Propertium *ſui amoris poëtam* vocant, ſimili colore, quo de ſe dicit Ovidius Lib. II. Am. I. 7.

Atque aliquis juvenum, quo nunc ego, ſaucius arcu
Agnoſcat flammae conſcia ſigna ſuae.
Miratuſque diu, quo, dicat, ab indice doctus
Conpoſuit caſus iſte poëta meos.

qui locus hoc optime illuſtrat.

26. *Saepe venit magno foenore tardus Amor*] par illud Ovidii Epiſt. IV. v. 19. *Venit amor gravius, quo ſerius.* ubi *Urit* praeferunt alii. ut apud eumdem Lib. I. Am. El. 2. v. 17. de amore, *Acrius invitos multoque ferocius urit*, pro *urguet* legebat Heinſius. ſed vulgatem probante Patruo meo. ut primo loco etiam *Venit* hoc Propertii verſu vindicatur, ex quo plura in notis ad v. 26. ejusdem Epiſt. adferuntur, ſic initio El. IX. ad eumdem Ponticum, & ad hunc ipſum locum reſpiciens,

Dicebam tibi, venturos, inriſor, amores.

& v. 18.

Haec eſt venturi prima favilla mali.

magno foenore, ut *duplici foenore* Lib. III. El. I. 22.

At mihi, quod vivo detraxerit invida turba,
Poſt obitum duplici foenore reddet honos.

El. VIII. 1. *Tune igitur demens? Nec te mea cura moratur*] Lege cum N. Heinſio,

Tene igitur, demens, te nil mea cura moratur.

quod ideo probo, quia repetitiones iteratae in hac adverſus Cynthiam expoſtulatione, a qua Elegiam orditur, vehementiam concitato adfectui addunt, modo verſu altero etiam corrigatur, *Jam tibi ſum gelida vilior Illyria?* quod elegantiam auget, quia ſequitur, *Et tibi jam tanti* &c. ſic

L mox

Et tibi jam tanti, quicumque eſt iſte, videtur,
Ut, ſine me, vento quolibet ire velis?
Tune audire potes veſani murmura ponti
Fortis, & in dura nave jacere potes?

Tu

mox repetit, *Tune audire potes veſani murmura ponti? & in dura nave jacere potes? Tu potes &c.* ita apud Ovidium Lib. III. Amor. El. 8. 11.

Hunc potes amplecti formoſis, ſtulta, lacertis?
Hujus in amplexum, ſtulta, venire potes.

quod praefero, ut hoc loco *demens*, pro *vita* in utroque verſu, ut voluit Heinſius. Ut autem hic in interrogatione *potes* ter iteratur, ſic in adfirmatione *poſſum* eodem modo recurrit infra El. X. v. 15. & ſeqq.

Poſſum ego diverſos iterum conjungere amantes,
Et dominae tardas poſſum aperire fores:
Et poſſum alterius curas ſanare recentes.

ubi ſimilia notavi. verſu ſecundo *An tibi ſim* ex Commeliniano Gebhardus, majore, ut putat, emphaſi, ſed quam in voce *ſim* non video majorem. rectius in D'orvill. a man. ſec. *At tibi ſum.* ſed *Jam tibi ſum?* ut conjeci, repetitiones magis connectit. Heinſianam vero emendationem primo in verſu *Tene igitur, demens, te nil* &c. firmant illa Liviae in doloris agitatione apud Albinovan. Epicedio Druſi v. 135.

Tene ego ſuſtinui poſitum ſcelerata videre?
Tene meae poterunt unguere, nate, manus?
Nunc ego te infelix ſummum teneoque tuorque?

dein ſimili modo *demens* interferitur apud noſtrum Lib. II. El. 23. 52. etiam ad Cynthiam, urbem relinquentem,

Falleris: iſta tui furtum via monſtrat amoris,
Non urbem, demens, lumina noſtra fugis.
Quo fugis ah, demens? nulla eſt fuga &c.

& Lib. III. El. 2. 15.

Quid tibi cum tali, demens, eſt flumine? quis te
Carminis heroi tangere juſſit opus?

Virgil. IX. An. 560.

— noſtraſne evadere, demens,
Speraſti te poſſe manus.

Ovidius Lib. I. Am. 7. 19.

Quis mihi non, demens, quis non mihi, barbare, dixit.

Tibullus Lib. I. El. 10. 78.

Blanditiaſne meas aliis tu vendere es auſus,
Tune aliis, demens, oſcula ferre mea?

ita enim interpungendum eſt. ut Lib. IV. El. 3. 7. *Quis furor eſt, demens, denſos indagine colles* &c. ut recte Douſa Fil. & N. Heinſ. nam male illic antea edebatur,

Quis furor eſt, quae mens?

dehortatur autem hac Elegia Cynthiam, eique perſuadet, ne divitem quemdam praetorem in Achaiam & Illyriam navigantem ſequatur, illum nempe, in quem invehitur Lib. II. El. 13. *Praetor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris.* &c. ex qua patet, Cynthiam tamen eumdem Romam reverſum recepiſſe. inter quas Elegias anni ſpatium interceſſiſſe, (nam in hoc carmine ejus abitum in illam provinciam, in altero illius reditum deſcribit, ut annuae erant provinciae) recte cenſuiſſe videtur Guyetus. vide Miſcellan. Obſerv. Vol. V. Tom. I. pag. 118.

4. *Ut ſine me vento quolibet ire velis*] ita legendum. haeſitat enim Paſſeratius, an interpungendum ſit, *Ut ſine me vento, quo libet, ire velis.* & *ire vento* conjungit. ſed *quolibet vento* melius connectuntur, nempe ſaevo etiam & adverſo, vel ferente. vide notas Patrui mei ad Ovid. Epiſt. XII. 110. contra, *qua libet, ire via*, non *qualibet*, in Epigr. Petronii Tom. I. Anthol. Lat. p. 583. ut illic corrigendum patet ex notis ad Tom. II. pag. 492. *Et ſine* in primo meo cod.

5. *Veſani murmura ponti*] *inſani* male in Voſſ. quarto, & Askewiano.

7. *Tu pedibus teneris poſitas fulcire pruinas*] Mirifice in vera hujus loci lectione conſtituenda & explicanda aeſtuarunt viri docti. *fulcire ruinas* olim edebatur, ut in ed. Venet. 1475. & Reg. Lep. & ſic Mentelianus, vetus Paſſeratii codex, & Excerpt. Scalig. Neapolitanus, primus & ſec. Leid. Voſſianus alter, ſecundus Dorvill. Askewianus, primus meus codex. MS. Livineji &

Geb-

Tu pedibus teneris poſitas fulcire pruinas?

Tu

Gebhardi Palatinus Scaligero adſentitur. *ſulcare pruinas* in ed. Venet. 1487. Aldina utraque, Juntina, Colin. Gryph. aliiſque. totum vero diſtichon in quarto Voſſ. deſideratur, ut de ſecundo Colbertino teſtatur Broukh. *fulcire pruinas* etiam in cod. Harlejano Muſei Britannici. locus hic expreſſus eſt e Virgilio Ecl. X. 47.

Tu procul a patria (nec ſit mihi credere) tantum
Alpinas, ah dura, nives & frigora Rheni
Me ſine ſola vides. ah te ne frigora laedant!
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas!

ubi Valens Guellius haec Propertiana conferens etiam adfert *poſitas ſulcare pruinas.* idque probat Colvius ad Sidon. Apollinar. pag. 59. & ita Ayrmannus. ſed Ant. Perrejus editioni Aldinae, quam cum v. c. contulit, adnotavit *Quidam repoſuere* poſitas ſulcare pruinas *nimis duriter, quaſi pedes aratrum eſſent. lege,* fulcire, *id erit, ſubjicere pedes ruituris de coelo nivibus. pruinas* recte quidem vindicavit Broukhuſius, pro *ruinas*, & Gronovio conſentit neganti *ruinas* ſimpliciter, pro *coeli ruinis*, quod addere amant veteres, ſeu grandine vel nive de coelo cadente, recte dici. *ruinas* quidem pro vehementi procella ac tempeſtate apud veteres occurrere non diffiteor, ut apud Cic. pro Cluent. cap. 32. *partim ruinae ſimiliora aut tempeſtati, quam judicio aut diſceptationi.* & cap. 35. p. 179. *vis illa fuit, & ut ſaepe jam dixi, ruina quaedam atque tempeſtas.* vide Graevii notas ad Florum pag. 611. *pruinae* quoque & *ruinae* confunduntur in loco Claudiani Bel. Get. v. 327. de leone:

—— tacituſque per altas
Incedit furiale nives; ſtant colla pruinis
Aſpera: flaventes adſtringit ſtiria ſaetas;
Nec meminit leti, nimboſque aut frigora curat.

ubi in cod. Juniano *ruinis. poſitas* autem *nives* quod interpretetur Broukhuſius, quia *poni* eleganter dicitur de iis, quae coelo delabuntur. rectius *poſitas nives* dixeris, quae coelo delapſae, jacent in terra. vide Guell. ad Virg. VI. Aen. 611. & Patrui mei notas ad Lib. II. Georg. 14. Sed quod *fulcire* hic praeferat ideo, quia Servius ad Ecl. VI. 53. notet: *unuſquiſque eo, ſuper quod jacebat, fultus dicebatur*, ſubjungitque *ita hic Cynthia fulta eſt pruinis*, id recte quidem a Servio dictum, quia illa, quae ſubjiciuntur, quaſi fulcra ſunt. ſed non ideo homines ſuper terram ambulantes, pedibus eam fulcire poſſunt dici. aut *ſolum fulcire* illa, quae ei inponuntur, ut domus, columnae, & ſim. neque etiam recte Cynthia dicetur *fulta pruinis*, ſed ipſa fulcit ſeu ſtipat pruinas pedibus, & denſat eundo ſuper pruinas. denique pro hac lectione ſtabilienda conducere poſſe non opinor locum Virgilii, quem ita, ut eum emendandum conjicit, adſcripſerat Marklandus, ex Lib. III. Georg. 368.

——— Stant circumfulta pruinis
Corpora magna boum.

vulgatum quippe *circumfuſa* nimis languidum cenſebat. Sed quae minime ſollicitanda videntur. *circumfuſos* enim denſatis nivibus & earum undique acervo ita circumvallatos innuit boves, ut pedes proferre nequeant. an languido igitur verbo uſus eſt idem Virg. II. An. 383.

—— denſis & circumfundimur armis.

ubi vide notas. ita apud Silium Ital. Lib. VII. 308.

—— ut armata circumfudare corona,
Et vallet clauſo collectos miles in orbe.

languidum certe hoc verbum nemini adparebit apud Ovid. Lib. III. Met. 180.

——— circumfuſaeque Dianam
Corporibus texere ſuis (nymphae) *tamen altior illis*
Ipſa Dea eſt, colloque tenus ſupereminet omnes.

& Lib. V. Faſt. 582.

Gens fuit & campis, & equis, & tuta ſagittis,
Et circumfuſis invia fluminibus.

poſitae igitur *pruinae* hoc in loco requirere videntur *calcare*, non *ſulcare* per hypallagen, ut Paſſeratius. ſic *calcare nivem* Ovidio II. Met. 852. Phyllis apud eumdem Epiſt. II. 121.

Moeſta tamen ſcopulos fruticoſaque litora calco.

ſcopulum calcare IX. Met. 228. *calcare viam* Horatio Lib. I. Od. 28. 18. & apud alios paſſim. Itaque *fulcire ruinas* pro calcare, ut Scaliger; vel *fulcire pruinas*, pro incedere per pruinas, ut Broukhuſius, ſine exemplo eſt. *exterere nives* dixit Ovid. I. Am. El. 9. 12.

Ibit in adverſos montes, duplicataque nimbo
Flumina: congeſtas exteret ille nives.

Sed quia hic locus tanti eſt, Muſarum amatori-

bus

Tu potes inſolitas, Cynthia, ferre nives?
O utinam hibernae duplicentur tempora brumae,
Et ſit iners tardis navita Vergiliis.
Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis in ora,
Neve

bus legi merentur, quae ad illum obſervavit Celeb. Hemſterhuſius in notis ad Luciani Dialogos pag. 94. ed. minoris, an. 1707. ubi obſervat, prave illic a Barlaeo in hoc Propertii verſiculo *poſitas fulcire ruinas* exhibitum fuiſſe, & addit, *praeterquam enim, quod ibi legendum docuerit* pruinas *elegantiſſimus Broukhuſius, aliam illic longe notionem habet* fulcire, *ut ex eruditiſſimi hominis Commentario diſces.* Haec vivente Broukhuſio ſcripta, ſed in editione majore quum omiſſa ſint, conferri merentur, quae, erudita ad hunc verſum Propertianum nota, deinde in chartas conjecit in Animadverſionibus, quas ſub finem hujus Voluminis edidi. Illic enim *poſitas fulcire ruinas* tuetur pro in jacente pruina niti pedibus, & cum Graecorum ἐρείδειν confert. unde videmus tot principum in his literis Virorum Scaligeri, J. Fr. Gronovii, Broukhuſii, & Hemſterhuſii in hoc loco illuſtrando fluctus, quos conponere noſtrum non eſt. Forte tamen omnis difficultas aut contortae explicationes, quas huic loco declarando quiſque pro ſuo intellectu congerit, & vario eruditionis lumine perfundere adnititur, amoveri poſſent, ſi conjectura non violenta ex *fulcire*, paucis literis mutatis, exſculpere liceret *ſuper ire. l* & *ſ* ejusdem in codd. MSS. formae ſunt, adeoque ſubſtitui poſſet,

Tu pedibus teneris poſitas ſuper ire *pruinas.*

vel ex altera codicum nonnullorum lectione *fulcare* ſi quis malit *poſitas ſuperare pruinas*, me obnitentem non habebit. pari ſcilicet variatione, qua apud Manilium Lib. III. 385.

Aeternas ſuperare nives, orbemque rigentem.

ubi *ſuper ire* in Gemblacenſi vetuſtiſſimo & Jacobi Suſii codice. Lucret. III. 104.

Ac pedibus ſalſas docuit ſuper ire lacunas.

ut ex codd. MSS. pro *ſuperare* reſtituit Lambinus. *ſuperare* autem hic eo ſenſu capies, quo *ſuperare montes, ſuperare aequor, & vincere*, ac ſim. de difficili dicuntur itinere. Claudianus IV. Conſ. Hon. 436.

——— *non dura viarum,*
Non incerta maris, Lybiae ſqualentis arenas,
Audebit ſuperare pedes.

Virgilius I. Aen. 244.

Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timavi.

Valer. Fl. II. 545.

——— *ſuperabit ovante*
Litora tuta gradu.

vide notas ad ejusdem poëtae Lib. I. 75. & ad Claudian. II. de Laud. Stil. 401.

8. *ferre nives*) ex Volſci adnotatione colligi poteſt, in aliis *minas* lectum fuiſſe. quod tamen in nullius codicis Excerptis reperi. *naves* mendoſe in primo Leid.

9. *Tempora brumae*] *lunae* male in cod. Heinſ. & Voſſ. primo.

11. *Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis in ora*] *Ne tibi* legendum ſuadent ſequentia. pro *funis* in v. c. Ant. Perreji, Colotii, & ſecundo Vaticano *puppis.* ſed alteram lectionem recte ſervant omnes codices. infra Lib. III. El. 5. 24.

Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.

Hic autem locus varie torſit Interpretes. in omnibus enim editionibus antecedentibus huc uſque lectum fuit, *Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis arena.* plurimos nempe offendit ſonus leonini verſus, auribus non minus inſuavis, quam infra Eleg. XVII. 5. *Quin etiam abſenti proſunt tibi, Cynthia, venti.* vid. J. Douſae Fil. notas ad Propert. cap. 3. pag. 93. unde non inmerito miratur & ſimul indignatur Broukhuſius, cultiſſimum e recentioribus poëtam Petrum Lotichium Secundum ſua hujus loci imitatione veluti adprobare voluiſſe inſolentiorem rhythmum. Ita enim Phoenix ille poëtarum Germanorum Lib. V. El. 13. 25.

Sed nunc Tyrrhenis forſan tu laetus arenis,
Non memor es patriae, cum patriaque mei.

ubi

Neve inimica meas elevet aura preces:

At-

ubi in notis p. 355. & ad Lib. II. Carm. 22. v. 48. p. 493 & 494. non exiguam dedi copiam ſimilium ex antiquis poëtis exemplorum, quibus tales quoque exciderunt verſus, temere vix imitandi, licet non ſemper etiam ſint emendandi. Mirari licet Barthium hunc quoque verſum non produxiſſe inter undecim rhythmorum exempla ex ſolo Propertio prolata ad Stat. II. Th. 259. p. 397. ſed quae minime ad hunc accedunt. alia ex veteribus adtulit Vulpius, ut Broukhuſio, cujus aures ſtridori huic ferendo impares erant, ſed quarum judicium ſuperbiſſimum dicit, obloqueretur, *ſequioris aetatis has delicias* vocans. ſed nobis cum optimi aevi poëta res eſt; & alia curatione hic indiget Propertii locus, qua conſtet, vocem *arena*, non tantum hinc removendam, quia ſonum illum ingratum efficit, ſed non ſua ſede poſitam fuiſſe. Huic igitur ulceri medicinam minime intempeſtivam ſed oportunam adhibere tentavit Patruus meus, qui ad marginem editionis Broukhuſ. legendum conjecerat,

Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis ab ora.

& mox

Et me defixum vacua patiatur arena.

vacua arena firmabat ex Lib. II. El. 19. 43.

Putris & in vacua requieſcat navis arena.

& Ovidio II. Am. XI. 47. de Corinna ex maritimo itinere reduce, & a ſe excepta in litore,

Inque tori formam nolles ſternentur arenae.

Lib. I. A. A. 527.

Gnoſis in ignotis amens errabat arenis.

& ita eum emendaſſe in Epiſtola ad ſe exarata d. 25. Jan. 1734. adſcripſerat D'orvillius. *arena* igitur pro litore vel ripa, ut aliis etiam in locis. vide Broukhuſ. ad Lib. III. El. 12. 17. Eodem modo etiam huic incommodo mederi in ſuis Adnotationibus conatum fuiſſe Cel. Hemſterhuſium, laetus video, & conſenſum hunc Patrui mei manibus gratulor. ſic enim ille hos & ſequentes verſus, ſervato codicum MSS. ordine, conſtituendos cenſebat,

Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis ab ora,
Neve inimica meas elevet aura preces.
Atque ego non videam tales ſubſidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates.
Ut me defixum vacua patiaris arena
Crudelem infeſta ſaepe vocare manu.

vel *Et me defixum vacua patieris arena. Tyrrhena ab ora*, ut Lib. I. El. 20. 9. *Sive Gigantea ſpatiabere litoris ora.* ad alteram autem trajectionem *vacua patiaris arena* adſtruendam eumdem margini adleverat locum ex Lib. II. El. 19. 43. & illum Lucani Lib. VIII. 62.

——— *jam fune ligato*
Litoribus, luſtrat vacuas Pompejus arenas.

addideratque „ illo in verſu, *vacua patiaris* „ *arena*, commodiſſime ſententiam ab *arenae* „ voce ornari: quippe quae triſtiſſimae ſolitudinis & aridae vaſtitatis imaginem excitet, „ quod utique miſeriam amatoris, qui ſolus in „ arenoſo litore deſtitutus abeuntem ſuam proſ- „ pectat, mirifice auget". recte omnino. talis enim Ariadnes a Theſeo relictae querela eſt apud Ovid. Epiſt. X. v. 17. & ſeqq.

Luna fuit: ſpecto, ſi quid, niſi litora, cernam:
Quod videant oculi, nil niſi litus habent.
Nunc huc, nunc illuc, & utroque ſine ordine curro.
Alta puellares tardat arena *pedes.*

ſic in diſceſſu Jaſonis Hypſipylen relinquentis apud Valer. Fl. II. 493.

Auxerat haec locus, & facies moeſtiſſima vaſti
Litoris, & tumuli, coelumque, quod incubat urbi.

de Phyllide, a Demophoonte deſtituta, Ovidius Rem. Am. v. 595.

Et modo, qua poterat, longum ſpectabat in aequor,
Nunc in arenoſa *laſſa jacebat humo.*
Perfide Demophoon, ſurdas clamabat ad undas;
Ruptaque ſingultu verba dolentis erant.

arena autem de litore vel tumulis arenoſis tali in re frequenter apud poëtas. Valer. Fl. Lib. I. 442.

Sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis;
Heu celerem Scythica te moeſta relinquet arena.

Ovid. XII. Met. 38.

Multaque perpeſſi Phrygia potiuntur arena.

infra El. XVII. 8.

Haeccine parva meum funus arena teget.

quod vero adtinet ad ordinem verſuum, quem illic, codices ſecutus, praefert Hemſterhuſius, ſciendum eſt, eo tenore hunc locum exhiberi in

Atque ego non videam tales ſubſidere ventos,
Quum tibi provectas auferet unda rates.

15. Et

in Voſſ. primo & tertio, utroque Dorvill. & totidem meis codicibus, ceteriſque omnibus, quorum Excerpta ad manum mihi fuerunt, ut & in edd. primis, easque ſecutis vetuſtioribus. His igitur auctoritatibus permotus, & quia ſingula ſic melius cohaerent, hunc verſuum ordinem poſtliminii jure revocavi, ac *Tyrrhena in ora*, & *vacua patiaris arena* edendum cenſui. Sed Broukhuſius illam ſecutus fuit lectionem & interpunctionem, qua locum totum digerendum juſſerat Scaliger, qui *patiatur* conjungebat cum *aura*, hoc ſenſu, ne aura elevet meas preces, neve patiatur me in vacua *ora* te crudelem vocare. & ideo Heinſius in Epiſtolis ſuis MSS. ad Graevium, ſed in Syllogen non relatis, emendabat,

Ne me defixum vacua patiaris in ora.

ſed vide Graevium p. 210. quod autem *hora* in primo Leid. Voſſ. ſec. & quarto, aliiſque legatur, ea tantum vitioſa librarii ſcriptura eſt. neque opus ergo *acta* hic ſubſtituere cum Viro docto in Miſc. Obſerv. Vol. I. p. 131. *arena* enim hic vera lectio, ut modo dictum eſt. & certe reſtituendum *vacua patiaris arena* jubent etiam ed. Venet. 1487. Aldinae 1502 & 1515. Juntina, Colinaei, utraque Gryphiana, Rovillii, & Mureti ab heredibus Aldinis curata, in quibus ſic excuſum inveni, ſed ſervata *arena* in ſuperiore diſticho, ubi *in ora* reponendum erat. unde tamen patet, jam olim *vacua arena* emendatum, ſed in reliquis editionibus corrigi neglectum fuiſſe. *arena* quoque hoc verſu legebatur in cod. Colbertino, & Borrichiano. ſic *vacuo futuri litore arenas* Ovid. II. Am. 19. 45. *elevet aura* bene exponit Broukhuſius, pro, ne ventus aliquis infauſtus vota mea auferat & diſcerpat, irritas & leviores reddat preces. eo ſenſu *elevare* Lib. II. El. 24. v. ult.,

Elevat adſiduos copia longa viros.

& El. 25. 58.

Hoc, ego quo tibi nunc elevor, ingenio.

ubi pro deprimor, fama ingenii mei imminuitur, deteritur. vide Patrui mei Comm. ad Phaedr. III. fab. 10. 7.

13. *Atque ego non videam tales ſubſidere ventos, Quum tibi provectas* &c.] *ſub ſidere* ſeparatis vocibus in nonnullis MSS. & in Heinſiano, ac meo primo codice. unde *tali ſub ſidere* conjecerat Heinſ. ut ſidus Vergiliarum ſeu Pleiadum intelligatur, quibus orientibus mare aperiebatur, & ventis vela dabantur. quo reſpicit ſupra v. 10. *tali ſub ſidere ventos, Queis tibi* &c. Graevius in Epiſt. ad Heinſ. T. IV. Syllog. p. 195. ſed *non videam* turbat ſenſum, & obſcurum reddit. itaque praefero alteram ejuſdem Heinſii conjecturam, quam cum Graevio communicavit in Epiſtolis ineditis p. 180. & 200.

Atque ego tunc (vel, *tum*) *videam* velis *ſubſidere ventos.*

ut optet, ventos ſtatim, quum, ſoluto anchorae fune, altum peteret Cynthia, deficere ac cum velis requieſcere. nam *ſubſidere venti*, *mare*, *aequora*, & *undae* dicuntur, quum placidum ventis ſtat mare. & ſic legebat Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 252. vel *tunc videam late ſubſidere ventos.* aliam conjecturam addit in Notis ad Propert. pag. 662.

Atque ego non videam faciles ſuccedere ventos.

ſed quae nimium ab altera recedit. *ſubſidere* enim non mutandum videtur. ſed *tum* pro *non* requirit ſenſus, & inde loco ſatis obſcuro egregia exoritur lux, ſi cum eo reſcribamus,

Atque ego tum videam velis ſubſidere ventos,
Quum tibi provectas &c.

Virgilius V. Aen. 820.

Subſidunt undae, tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur aequor aquis: fugiunt vaſto aethere nimbi.

de ventis apud Ovid. II. Triſt. 151.

Ac veluti ventis agitantibus aequora non eſt
Aequalis rabies, continuuſque furor;
Sed modo ſubſidunt, intermiſſique ſileſcunt,
Vimque putes illos depoſuiſſe ſuam.

ex quo loco hic *tacitos ventos* pro *tales* reponi poſſe, ſuſpicari liceret, adeoque legendum,

Aut ego tum videam tacitos ſubſidere ventos.

& hoc forte ceteris conjecturis praeferendum pro voce *tales* procul dubio mendoſa. Valer. Fl. Lib. III. 732. *Flamina conticuere, tacet ſine fluctibus aequor.* vel *flatibus*, ut alii. ubi vide Patrui notas. ſic & *reſidere* Lib. I. A. A. 373.

Sed propera, ne vela cadant, auraeque reſidant.

ut

15. Et me defixum vacua patiaris arena
Crudelem infeſta ſaepe vocare manu.

Sed

ut recte Heinſ. pro *iraeque*. Haec certe longe praeferenda videntur emendationi, qua olim Baptiſta Pius in notis ad Lucret. Lib. V. 641. legebat,

Atque ita nunc videam thraces ſubſiſtere (vel *ſubſidere*) *ventos.*

& ventos eteſias intelligebat. eum vide Fol. CXLIII. & ſeq. ed. an. 1514. Miror quoque Paſſeratium *ſubſidere ventos* hic exponere, pro in inſidiis eſſe, & quomodo id ſententiae hujus loci conveniat, non intelligo. dein *projectas rates* in ſecundo Leid. Codicibus Regiis, Excerptis Modii, Groningano, prima ed. Venet. & Reg. Lep. *provectas rates* dixit, ut Ovid. III. A. A. v. 100.

Sed me fluminibus venti majoris iturum,
Dum ſumus in portu, provehat aura levis.

apud eumdem Lib. II. Am. 9. 32.

Ut rapit in praeceps dominum, ſpumantia fruſtra
Frena retentantem durior oris equus:
Ut ſubito, prope jam prenſa tellure, carinam
Tangentem portus ventus in alta rapit.

ubi repetitum illud *rapit* quem non offendat? Lege ex MSS. *ventus in alta trahit.* vel *ventus & unda refert.* id eſt, portu prope tacto in mare revehit. *propulſam carinam* vocat Epiſt. VI. 67.

Caerula propulſae ſubducitur unda carinae.

& Lib. I. Triſt. 10. 33.

——— *propulſaque fortibus Auſtris*
Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas.

eleganter enim *provehi* & *propelli* ventis vel remis dicitur navis, quum aquis cedentibus agitur vel ſecatur mare. unde hic *unda* dicitur *auferre rates provectas.* vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. II. 77. & Oudendorpii ad Lucan. IX. 319. *auferat* in quarto Voſſ.

16. *Crudelem infeſta ſaepe vocare manu*] *injecta ſaepe notare* Heinſius. vide Graevii Epiſt. ad Heinſ. 151. & 153. quod ſi eo ſenſu ceperit, quo ſupra El. VI. 16. *inſanis ora notet manibus*, id quidem ab hoc loco alienum eſt. vel forte *vocare manu* eum offenderit. ſed idem tamen Heinſ. in Epiſt. MS. ad Graev. p. 224. vulgatam retinet, quia veteres multa geſtibus manuum exprimebant, nobis nunc ignota. Ego *vocare manu* hic interpretor, Propertium Cynthiam, abitu ſuo ſe deſerentem, clamare crudelem & perjuram, manu in altum elata, vel pectus plangente. quod egregie illuſtratur ex illis Ariadnes apud Ovid. Epiſt. X. 35.

Quo fugis? exclamo, ſcelerate, revertere, Theſeu,
Flecte ratem, numerum non habet illa ſuum.
Haec ego. quod voci deerat, plangore replebam.
Verbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires, ut ſaltem cernere poſſes,
Jactatae late ſigna dedere manus.

ubi pro *Jactatae late*, quae inſuavius ſonant, ſcriptum forte fuerit *alte*, ſecunda litera praepoſita, & hinc *Jactatae ex alto* corrigendum videtur. de cujus locutionis uſu vide notas ad Lib. II. Am. 4. 16. ſic de eadem Ariadne Lib. I. Artis Am. 503.

Theſea crudelem ſurdas clamabat ad undas,
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat, flebatque ſimul, ſed utrumque decebat,
Nec facta eſt lacrimis turpior illa ſuis.
Jamque iterum tundens molliſſima pectora palmis,
Perfidus ille abiit: quid mihi fiet? ait.

infecta manu male Livinejus, & ſanguinariam exponit, de Cynthia intelligens. deinde pro *Crudelem ſaepe vocare* ſuſpicor hoc in verſu forte caſtigandum eſſe,

Crudelem infeſta, ſaeva, vocare manu.

ut paſſim amat noſter verba ejuſmodi acerbiora in expoſtulationibus interjicere. ſic ſupra El. 3. 44. legebat Heinſius,

Interea mecum graviter deſerta querebar
Externo longas, ſaeve, in amore moras.

ubi *ſaepe* circumfertur in vulgatis. infra El. XIII. init.

Tu quod, ſaeve, ſoles, noſtro laetabere caſu,

conjiciebat Patruus meus, pro *ſaepe*. Lib. II. El. 24. 19.

Aut nos e noſtra te, ſaeva, fugabimus urbe.

frequenter autem *ſaepe* a librariis pro altera voce ſubſtitutum fuit. Lib. II. 19. 52. *Et gemere in tauro ſaepe Perille tuo* in plurimis exaratum in-

Sed quocumque modo de me, perjura, mereris,
Sit Galatea tuae non aliena viae.
Ut te felici provecta Ceraunia remo
Accipiat placidis Oricos aequoribus.

Nam

inveni codicibus, pro *ſaeve Perille.* ſic in loco Horatii Lib. II. Od. 10. 9.

> - Saevius *ventis agitatur ingens*
> *Pinus, & celſae graviore caſu*
> *Decidunt turres.*

praeclara emendatione pro *Saepius* corrigendum monuit Patruus meus ad Ovid. Epiſt. XIV. v. 39. plura hujus confuſionis exempla dedi in notis ad Anthol. Lat. Vol. I. pag. 148.

17. *Sed quocumque*] *quodcumque* in Regiis & Colbertinis. Voſſ. ſec. & primo D'orvill. male. infra v. 34.

> *Et quocumque modo maluit eſſe mea.*

18. *Sit Galatea tuae non aliena viae*] imitatur hoc Ovidius II. Amor. 12. 34.

> *Aequa tamen puppi ſit Galatea tuae.*

non aliena, propitia itineri tuo. ut infra El. XV. v. 32. *Sis, quodcumque velis, non aliena tamen.*

19. *Ut te felici praevecta Ceraunia remo*
Accipiat placidis Oricos aequoribus]

At te in primo meo Cod. *Utere* corrupte in Voſſ. primo tertioque, & meo ſecundo. *provecta* Voſſ. prim. tert. & quartus, Mentel. Groning. Heinſianus, Askewianus, Harlejanus Muſei Britannici, Colbertini, & Excerpt. Scalig. ac Modii. ſed *provectas rates* paullo ante dixit. *projecta Ceraunia*, *per vecta*, *per ſaeva*, vel *provectam felice* | *Ceraunia remo* in Vaticanis. *projecta* etiam in ed. Volſci. *praevecta Ceraunia* agnoſcunt Borrichianus, & Neapolitanus, ut in ſuo codice invenit Turnebus. & ſic ed. Venet. 1475. Reg. Lepid. ſed in Veneta 1487. *vectam per caerula.* ut in ed. Beroald. utraque Aldina, Juntina, Gryphii, Rovillii, Mureti, aliiſque. quod probaſſe videtur Cerda ad Virg. III. Aen. v. 208. & forte ita mutatum fuit, quia *te praevecta* offendebat. Scaliger tamen *te praevecta*, pro *praevectam*, & nominativum vel vocativum pro alio quovis, ut ait, caſu, poſitum notat, quia adloquitur Cynthiam. de quo loquendi modo v. Cerdam ad Virg. XI. An. 464. & Paſſeratium ad h. l. vereor tamen ut aliis hoc in loco id perſuaſerit. certe non placuiſſe videtur N. Heinſio, qui Lib. II. Adverſ. c. 6. p. 253. & in Epiſtolis MSS. ad Graev. p. 206. & 224. emendabat,

> *Ut te, felici poſt victa Ceraunia remo,*
> *Accipiat* &c.

quod Graevio in Epiſt. reſponſoria, quae eſt in Sylloge Tom. IV. p. 210. non quidem diſplicebat, ſed exemplum deſiderabat locutionis *vincere Ceraunia* pro ſuperare. videtur tamen *vincere* pro praetervehi, recte dici, ut *vincere montes*, *vincere flumina*, & ſim. quam locutionem exemplis illuſtrat Heinſius. & ſic *ſuperare*, de quo ſupra ad v. 7. hujus Eleg.

20. *Accipiat placidis Oricos aequoribus*] *Accipiat* non *Excipiat*, eo ſenſu intellige, quo apud Virg. II. Aen. v. 70. *Heu quae me tellus, inquit, quae me aequora poſſunt Accipere.* & III. 210.

> *Servatum ex undis Strophadum me litora primum*
> *Accipiunt.*

ubi in aliis *Excipiunt*, frequenti commutatione. de qua agunt notae ad Ovid. Epiſt. XII. 29. & VI. Faſt. 485. ſed Livius XXII. cap. 39. §. 13. de Hannibale, *nullae eum urbes accipiunt, nulla moenia; nihil uſquam ſui videt; in diem rapto vivit.* quod recte adverſus Gebhardum, *excipiunt* ex cod. Palat. reſcribentem, vindicavit Cel. Drakenborchius. pro *Oricos* in MSS. *Orithos*, *Coricos*, *Oriquos*, *Orycos*, vel *Orychos.* vitioſe. ut *Ocyos* in quinto Vatic. ſic ſaepe alibi corrupte ſcriptum hoc nomen occurrit. vid. Markland. in Explic. veter. locor. poſt Euripid. Supplic. pag. 274. confer cum hoc loco illud Apollonii Rhod. Lib. IV. 1215.

> -- κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
> Οὔρεα, Νεστάιους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι.

& de hoc Epiri oppido vide Holſten. ad Steph. Byzant. p. 362. *Dardaniam Oricon* vocat Lucan. III. 185. apud Cicer. XI. Philip. c. XI. p. 843. in cod. Huydecop. legitur *inſtat Epiro, urguet Oricum.* pro *Illyricum.* quod & in ſuo cod. invenit & probavit Ferrarius.

21. *Nam*

Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae,
Quin ego, vita, tuo limine vera querar.

Nec

21. *Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae*] ita edidit Broukhuſius. nam ex varia codicum antiquorum lectione etiam in diverſa abierant viri eruditi. *Jam me* in primo meo cod. *nonnullae* Borrich. *corrumpere dirae* in Heinſii & meo primo cod. *corrumpere*, *de te* in Leid. primo & ſec. quatuor Voſſianis, Borrich. Neapol. & quinto Vat. Askewian. binis D'orvill. & altero meo cod. ut in ed. Venet. 1475. & Reg. Lep. quod amplexus eſt Scaliger. *thede* in Groning. id eſt *thedae*, ut in Juntina, pro *taedae*. quod in ed. Ven. 1487. Volſci. & Ald. ſec. in priore *thedae*. unde Heinſius conjecerat *Ledae*. ut in illo Petronii cap. 138. *Quid huic formae aut Ariadne aut Leda habuit ſimile.* idem tamen *formae* legebat ad Ovid. I. Faſt. 287. & vide ejus notas in Propert. poſt Adverſ. pag. 662. *taedae* recte praetuliſſe videtur Broukhuſ. ut *faces* de nuptiis vel quibuſvis amoribus. infra Lib. II. 6. 8. *Quam poſſem nuptae perdere amore faces.* & hanc veram eſſe lectionem notaverat Marklandus, & putabat adluſiſſe Propertium ad legem Juliam, de qua vide ad Lib. II. El. 6. init. ſed quod nimis longe quaeſitum arbitror, licet ad hunc locum illuſtrandum Elegiam illam prae omnibus Commentariis commendet Broukhuſius. *Nunc me non ullae poterunt confundere* male tentabat Ayrmannus, & ſine ulla codicum auctoritate. quid enim juvat *corrumpere* in aliud quoddam verbum mutare, quum elegantiſſimi & frequentis uſus ſit apud poëtas in rebus amoris. Lib. II. El. 15. 9.

Illic te nulli poterunt corrumpere ludi.

& ita legendum Lib. II. El. 23. 114.

Uxorem quendam magni Minois, ut ajunt,
Corrupit torvi candida forma bovis.

ubi *corripuit* male in multis MSS. eadem Elegia v. 89. *Ipſa Venus quamvis corrupta libidine Martis.* & Eleg. XXV. 69.

Utque decem poſſint corrumpere mala puellam.

Ovidius Lib. A. A. 714.

Corripuit magnum nulla puella Jovem.

quod recte vindicat Heinſius pro aliorum codicum ſcriptura *corrupit*, vel *increpuit*. Tibullus Lib. I. 10. 53.

At te, qui puerum donis corrumpere es auſus.

Ovidius I. A. A. 355.

Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando.

Lib. II. Triſt. 301.

Omnia perverſas poſſunt corrumpere mentes.

Sueton. Oth. 3. *Nec corrupiſſe* (Poppaeam Sabinam) *contentus, adeo dilexit, ut ne rivalem quidem Neronem aequo tulerit animo.* quod recte Torrentius aliique praetulerunt pro *corripuiſſe*, ut olim edebatur. & ſic alibi paſſim. vide hic Paſſeratium. & hinc *corruptas Bajas*, quae puellis corrumpendis oportunae erant, vocat infra El. XI. 28.

22. *Quin ego, vita, tuo limine vera querar*] & hic non eadem MSS. & vetuſtarum editionum lectio eſt. pro *vita* in Voſſ. pr. & ſec. *tuta*, quod & in meo altero. *victa* in Vaticano quinto Voſſ. tertio, Heinſiano, & primo meo cod. ſed *vita* a manu ſec. quod & in Groning. *ſueta tuo limine verba* conjecerat Douſa. *meo* in Voſſ. quarto. *meo limine verba* in Askew. *lumine* in duobus Leidenſ. Voſſianis, Menteliano, uno Dorvill. & meo ſecundo. in utroque *verba loquar*, ſed *querar* ſuperſcriptum in primo. *verba* etiam in duobus Leid. Regiis & Colbertinis, quatuor Voſſii, binis Dorvillii, & *loquar* in primo & tertio Voſſ. Heinſiano, & primi Dorvill. marg. *limine verba* in Groning. *tuo lumine verba loquar* Borrich. in prima ed. Veneta & Reg. Lep. *Quin ego vita tuo lumine verba querar.* in altera Veneta 1478. *Quin ego victa tuo lumine* ſed in Beroaldina, Volſci, Aldinis, Juntina, aliiſque. *Quin ego, vita, tuo limine verba querar.* Ex his patet *acerba*, quod Scaligeri eſt, in nullo codice conſpici. nec *vera querar*, ut conjecit Paſſeratius & edidit Broukhuſ. quod a Schotto Lib. II Obſerv. cap. 7. & Livinejo excogitatum addit. & hoc probabat Marklandus. eadem varietate Lib. III. El. 23. 12. *Naufragus Ae-*

gea

Nec me deficiet nautas rogitare citatos:
Dicite, quo portu clauſa puella mea eſt?

25. Et

gea vera fatebar aqua. ubi *verba* in multis MSS, vide notas V. D. ad Calpurn. Ecl. VI. v. 25. *nec enim potes, inprobe, vera Exprobrare mihi.* ubi male *verba* ex praec. verſu inrepſerat. *querar* pro cum querimonia *loquar*, defendi poteſt ex iis quae notavit Patruus ad Petron. cap. 91. p. 441. & ad Virg. Ecl. VIII. 19. Adſentiri non poſſum Scaligero *tuo lumine acerba*, pro *lumini*, & *lumini tuo*, pro tibi ipſi, exponenti. licet id probaſſe videatur Th. Munckerus ad Lactant. Argum. Metam. Ovid. Lib. XI p. 779. *vita* Douſae non placebat, forte quia *vita*, blandientis vox, non convenit acerba querenti, & paullo ante *perjuram* vocaverat. Sed hic ab expoſtulatione deflectit ad querelas mitiores, & tamen ſe Cynthiae memorem, ſi abiret, fore, & nautas quoſcumque ſuper ea rogitaturum pollicetur. *tuo limine* admittendum videtur, ut innuat, ſe interim ad ejus januam ſuas effuſurum querelas, velut carmine paraclauſithyro. vide ſupra ad El. VII. 6. & ad El. XVI. 17. talem juvenis excluſi ad limen amicae querelam innuit Horat. Lib. I. od. 25. 5. de janua,

Quae prius multum faciles movebat
Cardines, audis minus & minus jam,
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis.

dura querar conjecerat Heinſius in notis ad Propert. pag. 662. ſed *acerba* praetulit poſt Scaligerum. & ſic Ayrmannus. cui emendationi nonnihil favent codices, qui *verba* exhibent.

23. *Nec me deficiet nautas rogitare citatos*] *Haec me* male in Leid. primo. *deficiat* Voſſ. ſec. & tert. de locutione *Nec me deficiet*, pro, non ceſſabo, non deſinam de te interrogare nautas, vide A. Schottum Lib. II. Obſerv. cap. 7. ubi helleniſmum hunc noſtro familiarem ex Sophocle illuſtrat. vide etiam Barthium Lib. XIX. Adverſ. c. 4. & quae ſupra notavi ad El. I. v. 7. & Cel. Ruhnkenium ad Rutil. Lup. pag. 132. Tibullus Lib. IV. 1. 191. *Nec te deficient noſtrae memorare Camenae.* pro *rogitare* in Voſſiano quarto *vocitare*. ſed alterum propugnat notum illud Virgilii Lib. I. Aen. 754.

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Q. Cincinnatus apud Livium Lib. III. c. 26. §. 9. *admiratus rogitanſque, ſatin' ſalva eſſent omnia.* ſimile illud Penelopes apud Ovid. Epiſt. I. 59.

Quiſquis ad haec vertit peregrinam litora puppim,
Ille mihi de te multa rogatus abit.
Quamque tibi reddat, ſi te modo viderit uſquam,
Traditur huic digitis charta notata meis.

& Herus Epiſt. XIX. 29.

Utque rogem de te, & ſcribam tibi, ſi quis Abydo
Venerit, aut quaero, ſi quis Abydon eat.

oportune Paſſeratius huc adfert illud Naſonis III. Triſt. El. 12. v. 33.

Sedulus occurram nautae, dictaque ſalute,
Quid veniat, quaeram, quiſve, quibuſve locis.

ſed quod haereat, an *citatos nautos* explicet feſtinantes, an nomine vocatos, ultimum veriſſimum eſt; prius enim recte dici vix puto. *citati nautae*, ad me arceſſiti, vocati & conpellati. Ovidius Epiſt. VII. 101. *Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari.* Phaedrus Lib. I. Fab. 17. 8. de legatis, *Citati non reſpondent.* ubi vide Commentatorum notas, qui hoc verbum de teſtibus vocatis proprium eſſe docent. de quo etiam vide Daviſium ad Cic. II. de Finib. cap. 21.

24. *Dicite, quo portu clauſa puella mea eſt*] *puella ... eſt* in Voſſ. primo. an forte, repetita ultima ſyllaba ex voce *puella*, inde legi poſſet,

— *quo portu clauſa* puella latet.

nam *mea eſt* recurrit ſequenti diſticho. favet conjecturae adpoſitus Ovidii locus Epiſt. I. 57.

Victor abes, nec ſcire mihi, quae cauſſa morandi,
Aut in quo lateas *ferreus orbe, licet.*

clauſa puella, ut infra El. XI. 11. *Aut teneat clauſam* &c. ut autem hoc loco Propertius nautas rogitat, & inquirit, ut dicerent, quo portu clauſa haereret Cynthia, non diſſimili elegantiae colore Venus Amorem fugitivum veſtigans inclamat apud Moſchum initio primi Idyllii:

A

25. Et dicam, licet Atraciis conſidat in oris,
Et licet Eleis, illa futura mea eſt.

Hic

Ἀ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει,
Εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα.

Iphis filiam Evadnen quaerens apud Sophoclem in Supplic. v. 1044.

Βέβηκεν. ἀλλὰ τῇδέ νιν δοξάζομεν
Μάλισ' ἂν εἶναι; φράζετ' εἰ κατοίδατε.

ita Aeneas Anchiſen quaerens apud inferos Virgilio deſcribitur Lib. VI. Aen. 669.

Dicite, felices animae, tuque, optime vates,
Quae regio Anchiſen, quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranavimus amnes.

& Venus in ſilva, virginis habitu, Aeneae ejusque ſociis adparens Lib. I. Aen. 325.

— heus, inquit, juvenes, monſtrate mearum
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum,
Succinctam pharetra & maculoſae tegmine lyncis.

Ovidius Lib. VIII. Met. 859.

Quae modo cum vili turbatis veſte capillis
Litore in hoc ſteterat, (nam ſtantem in litore vidi)
Dic ubi ſit? neque enim veſtigia longius exſtant.

IV. Faſt. 487. de Cerere filiam Proſerpinam quaerente:

Sed neque Perſephone Cererem, neque filia matrem
Audit, & alternis nomen utrumque perit.
Unaque, paſtorem vidiſſet an arva colentem,
Vox erat; hac greſſus ſi qua puella tulit.

apud Nemeſianum Ecl. II. 20. & ſeqq. Idas Donaces veſtigia luſtrans:

Quae colitis ſilvas, Dryades; quaeque antra Napeae,
Et quae marmoreo pede, Naïdes, uda ſecatis,
Dicite, quo prato Donacen, qua forte ſub umbra
Inveniam, roſeis ſtringentem lilia palmis.

haec venuſtiſſime imitatus eſt antiquis conferendus poëta, Petrus Lotichius Secundus, Lib. III. Eleg. 5. 33.

Dicite, cuſtodes pecoris, nemora alta tenentes,
Ecqua ſub hoc ſervat monte puella gregem?
Dicite, laſſatos quo fonte refrigerat artus?
Quas ſilvas, medio quae ſubit antra die?

& Lib. IV. El. 3. 77.

—— ſed fallit, an amnem
Conſpicimus? brevior carmine facta via eſt?
Dicite, qui colitis Rheni vada coerula, nautae,
Ecquis ad algentes conſtitit hoſpes aquas?

25. *Et dicam, licet Atraciis conſidat in oris, Et licet Eleis* &c.] *Et dicam, Atraciis licet haec conſidat* in codd. Regiis, Voſſiano primo & ſecundo, altero Leidenſi, & meo utroque, quod primas & pleraſque antiquiores editiones etiam occupavit, ſed alterum ſervant reliqui codd. cum Excerptis Modii, & magis ad genium Propertianum eſt. mutatum id fuit ab illis, qui exiſtimabant ſic molliorem huic verſui numerum conciliari, ut ſaepe in aliis locis contigit. de quo alibi. & recte Broukhuſ. id rejecit propter *illa*, in pentametro verſu. ne abſurde *haec* praecedat, & *illa* ſequatur, tamquam de duabus diverſis ſermo eſſet. pro *Atraciis*, id eſt, Theſſalicis, mira in MSS. eſt varietas. *a thritiis licet haec* in Menteliano, & primo meo cod. *Athritiis* Borrichianus. *Autraciis* in Voſſiano & ſecundo Vaticano. *Autaricis* Excerpt. Modii. *a tratiis* in prima Veneta & Reg. Lep. *Autracis* ed. Volſci, *Atraciis* altera Veneta, & Ald. *Antariis* in primo Vatic. Colotii & Ant. Perreji codice, qui legendum adſcripſerat *Autariis*, quia Appiano & Plinio *Autarii* ſunt Illyrici populi. altero verſu codices non minus diſcrepant, & pro *Eleis* exhibent *Hylaeis* vel *Ilneis*, ut in Excerptis Scalig. meo primo, Menteliano, Borrich. Neapol. aliiſque. *ellneis* in altero meo codice. Barthium *Atracias oras* in genere pro remotis, longinquis, exponentem, merito rejecit Broukhuſius; ſed quod ipſe addat poëtam nondum certum fuiſſe, an iſte proconſul ſive propraetor, de quo hic agitur, in Aetolia ſedem eſſet fixurus, an vero in Elide, & ideo loci utriuſque hic mentionem fieri, non ſatis capio. An igitur incerti erant proconſules, in quam ituri eſſent provinciam, & an *Elis* ſub Illyrico? quae in Peloponneſo eſt. Scaligero etiam

vix

Hic erit: hic jurata manet. rumpantur iniqui.
Vicimus! adſiduas non tulit illa preces.

Falſa

vix concedere poſſum, ſi Oſtia ſolvit, ut praeter Ceraunia Oricum venerit, quod neminem feciſſe puto, ſed Brunduſio trajiciebant in Illyricum & Graeciam. Quia autem hic praetor in Illyricum tendebat, veram forte lectionem nobis ſervarunt Angeli Colotii & Antonii Pereji codices, in quibus *Autariis* & *Iſſaeis* legitur, ut *Eleis* petitum ſit ex v. 36. ubi *Elidis* mentio ſit, tum *Atracia*, & *Atracis ora* ex aliis poëtis notior librariis prae *Autariis* fuiſſe videtur. Vide igitur, an hic ſedem ſibi vindicare non debeant Illyrici ſinus loca, adeoque reſtituendum ſit,

Et dicam, licet Autariis (*vel* Autaricis) *conſidat in oris,*
Et licet Iſſaeis, *illa futura mea eſt.*

Autarii vel *Autariotae* in Illyrico, ut patet ex Strabone Lib. VII. pag. 313. eorumque meminerunt Arrianus Lib. I. de Exped. Alex. 5. Polyaenus Lib. IV. Strateg. 12. 1. & Lib. VII. c. 42. aliique. *Autaricis* etiam Muretus probabat, ſed *Hyllaeis* ſeq. verſu, eoſque Illyriae populos eſſe notat. & ſic legitur in ed. Rovilliana Lugdun. 1559. Praefero tamen *Iſſaeis*. *Iſſam* enim urbem & inſulam eſſe in Illyrico, conſtat ex eodem Strabone Lib. II. p. 124. & Lib. VII. p. 315. & Polybio Lib. II. cap. 8. Stephanus Byzant. in Ἴσσα: ἐστὶ καὶ νῆσος, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, κατὰ Δαλματίαν καὶ Ἰλλυρίαν. & addit, ἐστι καὶ θηλυκῶς Ἰσσεύς. ubi pro Ἰσσεὺς recte ἔστι καὶ θηλυκῶς Ἰσσηὶς ἐπὶ τῆς &c. corrigit Gavellus in Miſcell. Obſerv. Novis Tom. VII. pag. 776. ſic & in Dionis Excerptis Legat. apud Holſten. ad Steph. Byz. pag. 149. *Iſſaei* quoque memorantur Livio Lib. XXXI. c. 45. §. 10. vide illic Sigonium, & Drakenb. ad Lib. XXXII. c. 21. §. 27. ubi in hoc nomine admodum quoque variant codices MSS. Certe in primis renaſcentium literarum tenebris Antonius Volſcus jam *Autaricis* pro *Athraciis* legendum, & *Autarios* eſſe Illyriae populos, ſed altero verſu *Ardeis* pro *Ileis* corrigendum monuit: & poſt eum Beroaldus de *Autariis* & *Iſſeis* cogitavit non tantum, ſed in ejus editione an. 1487. ita excuſum video; quod miror a Broukhuſio, Scaligerum preſſius ſequente, repudiatum, & pro hallucinatione habitum fuiſſe. *conſidat*, non *conſiſtat*, hic ea notione intelligendum, qua apud Virg. I. Aen. 572. *Vultis & his mecum pariter conſidere regnis:* Lib. III. 162. — *non haec tibi litora ſuaſit Delius, aut Cretae juſſit conſidere Apollo.* & VI. 67. *Latio conſidere Teucros.* quibus in locis *conſiſtere* in codd. MSS. ut haec paſſim permutantur. apud Tibullum Lib IV. Carm. I. 151. correxit Heinſius, probante Broukhuſio, *conſidit in aëre tellus.* pro *conſiſtit.* vide Markland. ad Statii Silvas pag. 143. & ſic apud Ovid. II. Met. 632. ubi Heinſius hunc locum adferens, memoriae vitio *licet Atraciis conſederis arvis* exhibet. *conſiſtere* tamen nunc in his, *conſidere* in illis veterum locis eſſe praeferendum patebit ex Patrui mei notis ad Lib. XI. Met. v. 437. & ad Lucan. Lib. V. 461.

27. *Hic erit: hic jurata manet* &c.] *erat* in Voſſ. ſec. Colbertino & Neapolitano. *Sic erit* vel *Sic eat* Heinſ. ſed quia hic exſultare incipit poëta, ſe Cynthiam blandi carminis obſequio ab hoc itinere dimoviſſe, *Hic erit* intelligo, pro Romae manebit, praetorem non comitabitur: & continuandum cum praeced. *illa futura mea eſt.* ut Penelope apud Ovid. Epiſt. I. 83. *Increpet uſque licet, tua ſum, tua dicar oportet Penelope. conjux ſemper Ulixis ero.* male vero in Excerpt. Scalig. & Dorvill. ſec. *hic jurata mea eſt.* ſed *manet* in Groning. ceteriſque codd. ut & Regiis & Colbertinis, in quibus *rumpentur.* ſed *rumpantur* eſt ad imitationem Virgilii Ecl. VII. 26. *invidia rumpantur ut ilia Codro.* Martialis Lib. IX. Ep. 99.

Rumpitur invidia, quod amamur, quodque probamur;
Rumpatur, quiſquis rumpitur invidia.

Sed & *rumpi*, ſine addita *invidiae* voce, ſimpliciter, ut hoc loco. Hermione apud Ovid. Epiſt. VIII. 57.

Rumpor, & ora mihi pariter cum mente tumeſcunt.

Paris Epiſt. XVI. 221.

Rumpor, & invideo (quid enim tamen omnia narrem)
Membra ſuperjecta cum tua veſte fovet.

&

Falſa licet cupidus deponat gaudia livor,
Deſtitit ire novas Cynthia noſtra vias.
Illi carus ego: & per me cariſſima Roma

Dici-

& loco tam adpoſito, ut videatur hunc Propertianum ante oculos habuiſſe, in Rem. Am. 389.

Nil mihi cum vitta: Thais in arte mea eſt.
Si mea materiae reſpondet Muſa jocoſae,
Vicimus! & falſi criminis acta rea eſt.
Rumpere, Livor edax; jam magnum nomen habemus.

ex quo patet etiam *Vicimus* hic recte editum, non *Vincimus*, ut in priore Leidenſ. codicibus Regiis, & primis edd. favetque Borrichianus, in quo *Dicimus*, litera initiali prius omiſſa, dein male inſerta D. idem Ovidius Lib. II. Amor. El. 12. 2.

Ite triumphales circum mea tempora lauri!
Vicimus! in noſtro eſt ecce Corinna ſinu.

ubi vide Heinſ. Oudend. ad Lucan. Lib. VI. 164. & de hac exſultantis formula Paſſeratium ad h. l. *non tulit ira* male in Voſſ. prim. & Heinſiano. pro *illa*. ſimile illud Ovidii de Achille Lib. III. Triſt. El. 5. 38.

Dardanii lacrimas non tulit ille ſenis.

29. *Falſa licet cupidus deponat gaudia livor*] *deponas* Heinſius. mihi propter *Falſa* videtur legendum *conponat*, id eſt fingat, ſimulet. triumphet quaſi de Cynthiae a me diſceſſu; *imitari gaudia falſa* dicit Tibullus Lib. III. El. 6. 33. & ſeqq.

Hei mihi, difficile eſt imitari gaudia falſa,
Difficile eſt triſti fingere mente jocum.
Nec bene mendaci riſus conponitur *ore*,
Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant.

idem Lib. IV. El. 7. 9. *vultus conponere famae Taedet.* noſter Lib. II. El. 23. 69.

Nil agis: inſidias in me conponis inanes.

falſa gaudia Cel. Ruhnkenius hic capiebat pro fallacibus, quae gaudentem decipiunt. ut Albinov. ad Liv. 37. *Gaudia vana foves, ſpem pone, miſerima, falſam.*

30. *Deſtitit ire novas*] *Deficit* in primo D'orvill. a man. ſec. male. verbi hujus ſignificationem, qua mutatae mentis conſilium indicat, optime illuſtravit Broukhuſius ad Tibull. Lib. I. El. 9. 71.

31. *Illi carus ego: & per me*] Sic edidi propter conſtantem veterum codicum conſenſum, primi ac ſecundi Leidenſis, quatuor Voſſianorum, duorum meorum, ac D'orvill. nec aliter in codd. Regiis, Colbertinis, Groning. & Askew. & in hanc lectionem conſpirant quidquid eſt primarum & vetuſtiſſ. edd. Veneta utraque, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Aldinae, Juntina, aliaeque ante Scaligeranam, quam ſecutus Broukhuſius edidit,

Illi carus ego: per me cariſſima Roma.

licet in editis notis cauſſam rei non reddiderit: in primis tamen animadverſionum lineis adſcripſerat: & per *Groningan. primus noſter & ſecundus. perperam.* ſed nuſquam fere noſter ultimam in *ego* producit, & ubi ita nunc editur, plerumque codd. MSS. copulam & inſerunt. ut hoc loco. vel eliditur cum ſequenti voce. ſic Lib. II. El. 14. 24.

Frater ego, & tibi ſum filius unus ego.

& El. XVI. 11.

In te ego & aeratas rumpam, mea vita, catenas:

Lib. III. El. 9. 27.

Nam quid ego heroas, quod raptem in crimina divos.

Lib. IV. El. 2. 3. *Tuſcus ego, & Tuſcis orior.* ut in MS. D'orvill. non *Tuſcus ego, Tuſcis* &c. contra ſentit Voſſius Lib. II. Art. Gram. cap. 27. cui adſtipulari videtur Drakenb. ad Silium Ital. XVII. 358. nam rejecta illic Heinſii emendatione, *neque ego haec mutare*, vel, *inmutare, laborans*, pro vulgata *neque ego', mutare*, adfert duo Propertii loca, modo etiam producta, ſed quae codices MSS. inſerta copula ſufficere negant, ut ex iis licentia haec probetur. & in pleriſque veterum locis corrupta fuit ſcriptura. ut apud Virg. V. Aen. 236. male in non-

Dicitur: & ſine me dulcia regna negat.
Illa vel anguſto mecum requieſcere lecto,
Et quocumque modo maluit eſſe mea:

Quam

nonnullis libris, *Vobis laetus ego candentem in litore taurum.* rectius in aliis, *ego hoc candentem in litore.* ſic apud Ovid. Epiſt. XIII. 135. edebatur, *Sed quid ego revoco haec?* ſed recte Heinſius *Sed quid ego haec revoco?* qui numquam a Naſone hujus voculae ultimam produci notat, & falſos eſſe illos, qui ab ullo Auguſtei aevi poëta id factum contendunt, dicit ad Albinov. Epiced. Druſi v. 193. ubi etiam correxit vitioſam antiquarum editionum lectionem, —— *quid ego jam credulus, inquit.* vid. & B. Pium ad Valer. Fl. VIII. 163.

31. *per me cariſſima Roma Dicitur*] *Ducitur* conjecerat Broukhuſius. ſed nihil variant MSS. codd. vel editiones antiquae. innuit Propertius, ſe eo perduxiſſe Cynthiam, ut prae omnibus regionibus & urbibus ſolam Romam laudet & praedicet, obvia verbi ſignificatione, ſibi cariſſimam, vatis ſui cauſſa. id enim *per me* hic notat, uſu Propertiano. Lib. II. El. 7. 16. *Per te nunc Romae quidlibet audet amor.* id eſt, propter te. ut *per aetatem*, *per annos*, Terent. Eun. 1. 2. 33. & Adelph. 5. 8. 8. Suet. Caeſ. 34. *per tumultum.* vide hic Paſſerat. pro *dulcia regna* Canterus *ditia regna negat.* id eſt recuſat. quod non inprobo, licet rejecerit J. Douſa, propter ſequentia,

Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,
Et quas Elis opes ante pararat equis.

in fine Elegiae XIV.

Quae mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera deſpicere.

Tibullus Lib. III. El. 3. v. 23.

Sit mihi paupertas tecum jucunda, Neaera,
At ſine te Regum munera nulla volo.

& v. 29.

Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.

Phaedrus Lib. III. fab. 7. v. ult. *Regnare nolo, liber ut non ſim mihi.* per *regna* vero intelligit Regum vel Magiſtratuum amores, ſeu divitias, quas per illos adipiſci poſſet. vel ſi quis *dulcia regna* praeferat, intelligi poſſunt eo ſenſu, quo *regna* & *regnum tenere* paſſim apud poëtas de imperio puellae in amatorem, & gaudiis amorum, ſibi potius quam rivali conceſſis, occurrunt. ut ita haec *regna* opponat Regum ſceptris. ſic ſaepe apud noſtrum, praecipue Lib. II. El. 13. 18. in eumdem hunc praetorem, rivalem ſuum:

Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis,
Et ſubito felix nunc mea regna tenet.

Tibullus Lib. II. El. 6. 41.

Nota loquor, regnum ipſe tenet.

& apud alios. vide ad Lotich. Lib. III. Carm. 10. p. 514. eleganter igitur dicit Cynthiam regnis & magnatum divitiis praeferre *anguſto* ſeu parvo potius *lecto* ſecum requieſcere. ut Lib. II. El. I. 45.

Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.

vide Paſſerat. & Gebhard. ad Tibull. Lib. I. El. I. 43. ubi legunt,

Parva ſeges ſatis eſt, parvo requieſcere lecto
Si licet, & ſolito membra referre toro.

& haec Propertiana cum illis, quae de Bacchide Meneclides dicit apud Alciphronem Epiſt. 38. p. 176. ed. Bergl. ἀλλ᾽ ὑπὸ τοὐμὸν ἠγαπᾷ κοιμωμένη χλανίσκιον, τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικόν, contulit vir eruditus in Obſerv. Miſcell. Vol. V. pag. 59. *mecum requieſcere*, ut apud Tibull. III. 6. 43.

Quam vellem tecum longas requieſcere noctes,
Et tecum longos pervigilare dies.

Ovid. I. Amor. 6. 45.

Forſitan & tecum tua nunc requieſcet amica.

in

Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,
  Et quas Elis opes ante pararat equis.
Quamvis magna daret, quamvis majora daturus,
  Non tamen illa meos fugit avara ſinus.

Hanc

in codice autem Colbertino hic *per me* repetitur ex verſu praeced. pro *ſine me.*

35. *Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,*
Et quas Elis opes ante pararat equis.]

nihil hic differunt codices, niſi quod *pararet* in Voſſ. quarto, forte pro *pararit. pararet aquis* in Heinſiano. inſulſam eſſe lectionem vulgatam dicit Heinſius in notis ad Propert. p. 663. ideoque emendat,

Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,
Et quas Elis opes ante pararat, emi.

eo ſenſu, maluit eſſe mea potius, quam ſibi emi Achaiae regnum & opes, nam per *regnum vetus Hippodamiae* intelligitur Peloponneſus. ſimili fere poëtica elegantia, qua Tibullus Lib. I. El. 10. 31.

Tunc mihi jurabas, nullo te divitis auri
Pondere, non gemmis vendere velle fidem.
Non tibi ſi pretium Campania terra daretur,
Non tibi ſi, Bacchi cura, Falernus ager.

equis autem bene vindicarunt Beroaldus & Paſſeratius, ut reſpiciat ad ludorum Olympicorum certamina curulia, in Elide exhiberi ſolita, unde magnas opes conparabant Elei. hinc toties *Eleos equos* laudant veteres. vide Markland. ad Statii Silvas pag. 209. quia vero hic deſideratur verbum in illis, *Quam ſibi dotatae* &c, *Aut quas Elis opes pararat*, ideo *emi* pro *equis* reponendum cenſuit Heinſius. Marklandus in margine libri ſui notaverat, ſubintelligi, *Quam ſibi regnum*, Hippodamiae, *parari*, quod ex ſeq. verſu revocandum putabat. ſed ut *maluit* praecedit, ita hic *velit* vel *optarit* ſupplendum. recte etiam interpretes *dotatae* exponunt de regno Achaiae, quod Oenomaus, a Pelope ſuperatus, ei ſimul cum filia Hippodamia in dotem cedere debuit. id mihi in memoriam revocat vexatiſſimum Ovidii locum ex Epiſt. VI. 118.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti,
Me quoque dotatas inter habere potes.

ut poſt alias conjecturas refingendum conjecit Heinſius, prolato hoc ipſo Propertii verſu, vel *dotales* cum Salmaſio, ut ſe quoque ſimul cum Lemno in dotem Jaſoni offerat Hypſipyle. id enim propius inſiſtit veſtigiis vulgatae, *Me quoque res tales inter habere potes.* hoc eſt, me quoque inter tam fertiles & frugiferas res, quas profert Lemnos, terra colentibus ingenioſa, habere potes; quam lectionem ſi quis ſervandam contendat, mallem ſeq. verſu emendari, *Nunc etenim peperi.* pro *Nunc etiam.* Certe praeferendum hariolationi contortae & minus eleganti, quam excogitaverat Withofius, *terra ingenioſa colenti, Me quoque quod recolas*, eo ſenſu, me quoque habere potes inter illud, quod rurſus, inſtar agri non ſterilis, colas, neque tantum *Lemnon, ſed & me foecundes.* quod ſatis abſurdum. modeſtior ſic eſſet Tan. Fabri emendatio, *me quoque jam matres inter.* nam in aliis edd. *jam tales* legebatur. ſed *dotatas* vel *dotales* prae ceteris melioribus conjecturis adridet. ſic Crete *tellus dotalis* Epiſt. IV. 163. *Eſt mihi dotalis tellus, Jovis inſula, Crete.* ubi vide Patrui mei notas. & *dotalis Roma*, propter Antonii & Cleopatrae amores, apud Auctorem Elegiae in Obit. Maecen. v. 54. Tom. I. Anthol. Lat. p. 264.

——— *ne poſſet femina Romam*
Dotalem ſtupri turpis habere ſui.

& in Epigrammate antiquo, eod. Volum. p. 314.

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo,
Hinc Capitolino ſiſtra minata Jovi.

ubi vide quae ad utrumque locum notavi. *dotale agri* Ovidio Lib. V. Faſt. 209. & *dotalis ſervus*, quem pro dote adfert uxor, Plauto Aſinar. I. 4. 70. ubi vid. Taubman.

38. *Non tamen illa meos fugit avara ſinus*] *fregit* in cod. Colbert. *amara* in Leid. pr. Voſſ. ſec. Borrichiano, Mentel, Heinſiano, & primo meo cod. ſed *avara* recte ſe habet, pro tamquam avara, & quae pecuniae cupidine, ſi majora datu-

rus

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obſequio.
Sunt igitur Muſae, neque amanti tardus Apollo:
Quîs ego fretus amo: Cynthia rara mea eſt.

Nunc

rus eſſet praetor; ſe dimoveri & a me divelli paſſa eſſet. ut jubent ſequentia. *meo ſinu* legit Broukhuſius, & adpoſito Catulli loco firmat.

39. *Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,*
Sed potui blandi carminis obſequio.]

videri poſſint haec, ut alia, è fonte Theocriteo derivata. ſic enim ille de Polyphemo Idyll. XI. in fine:

Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα,
Μωσίσδων. ῥᾷον δὲ διᾶγ', ἢ χρυσὸν ἔδωκεν.

hinc Tibullus Lib. III. El. 1. 7.

Carmine formoſae, pretio capiuntur avarae:
Gaudeat, ut digna eſt, verſibus illa meis.

Sed differunt valde ab hac gloriatione, quibus in Cynthiam ſuam, ejusdem praetoris ex Illyrica provincia reducis muneribus & auro corruptam, invehitur Lib. II. Eleg. 13. 11.

Cynthia non ſequitur faſces, non quaerit honores,
Semper amatorum ponderat illa ſinus.
At tu nunc noſtro, Venus o, ſuccurre dolori,
Rumpat ut adſiduis membra libidinibus.
Ergo muneribus quivis mercatur amorem?
Jupiter! indigna merce puella perit.

& quae plura illic in lucripetas puellas, aurum magis quam Muſarum praemia curantes, ſubjungit. cum quibus conferant poëticarum elegantiarum ſtudioſi Ovidium Lib. I. Amor. El. 10. Lib. III. El. 8. II. A. A. 275. & ſeqq. Tibullum Lib. I. El. 10. Lib. II. El. 4 & è recentioribus Janum Secundum Lib. II. El. 8. 41. & ſeqq. & Lib. III. El. 1. per *conchas* vero hic intelligendas eſſe baccas, videbis in notis Heinſii ad Ovid. III. A. A. 124. & Broukhuſii ad Tibull. IV. 2. 19. *gemmam Indicam* vocat infra Lib. II. El. 18. 10.

Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

41. *Sunt igitur Muſae, neque amanti tardus Apollo:*] *ſurdus Apollo* ex ſuo codice Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 253. & in notis ad Propert. p. 663. quae voces non raro inter ſe commutantur. vide notas ad Ovid. Epiſt. VII. 27. ubi pro *ad mea munera ſurdus* in aliis Codd. *tardus*. & adde quae ſupra notavi ad Eleg. I. v. 17. Ceterum hoc epiphonema *Sunt igitur Muſae*, conferunt viri docti cum ſollemni illa ſibi vel aliis gratulantium formula, qua, rebus ex voto fluentibus, Deos eſſe, & humana ex aequo curare, exclamabant. quod ad Muſarum numina hic eleganter retulit Propertius, quia Cynthiam non auro aut gemmis, ſed ſola blandi carminis arte a propoſito abeundi reduxerat. Statius Soteriis Rutilii Gallici, Lib. I. Silv. 4. 1.

Eſtis io Superi! nec inexorabile Clotho
Volvit opus: videt alma pios Aſtraea, Jovique
Conciliata redit (ſic Heinſ.) *dubitataque ſidera cernit*
Gallicus; es coelo, Dis es, Germanice, cordi.

quae multis illic illuſtrat Barthius, & Gevartius Papinian. Lect. cap. XXX. pag. 93. ſimile illud Tibulli Lib. I. El. 6. 21.

Evenient. dat ſigna Deus. ſunt numina amanti.
Saevit & injuſta lege relicta Venus.

contra in rebus calamitoſis & deſperatis *numina nulla eſſe* obvia querela eſt. ex multis veterum locis ſufficiat ille apud Lucanum Lib. VII. 445.

— ſunt nobis nulla profecto
Numina: quum caeco rapiantur ſecula caſu,
Mentimur regnare Jovem. ſpectabit ab alto
Aethere Theſſalicas, teneat quum fulmina, caedes.

vide & Barth. ad Claudian. pag. 1078. & ſeq.

42. *Cynthia rara mea eſt*] *cara* ibidem praefert

Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis.
Sive dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt.
Nec mihi rivalis certos ſubducet amores.
Iſta meam norit gloria canitiem.

ELEG.

fert Heinſius ex ſuo codice; quod & in meo primo MS. inveni. & ſic Ayrmannus. ſed *rara* probat Broukhuſ. ut apud noſtrum infr. El. XVII. 16. de Cynthia,

Quamvis dura, tamen rara puella fuit.

& huc advocat Inſcriptt. veteres, in quibus toties occurrit FEMINAE RARISSIMAE. vide Gorii Inſcr. Florent. Tom. I. p. 83. utroque tamen in loco *cara* defendit Jo. Iſ. Pontanus Lib. III. Analect. c. 9. eadem varietate Lib. IV. El. XI. 52.

Claudia, turritae cara miniſtra Deae.

ubi *rara* ex pleriſque MSS. videtur reſcribendum, licet Broukhuſius, Heinſium ſecutus, alterum illic admiſerit. apud Ovidium tamen Lib. II. ex P. Ep. 3. 55. idem Heinſius legebat,

Scilicet indignum, juvenis rariſſime, ducis
Te fieri comitem ſtantis in orbe Deae.

vel *juvenum rariſſime.* quod tamen propter praecedens *indignum* minus adridet, in multis quoque codd. illic *cariſſime.* ut haec paſſim variantur.

43. *Nunc mihi ſumma licet contingere ſidera plantis*] ita conſtanter in omnibus codd. & edd. vetuſtis. niſi quod in Excerptis Scaligeri *ſidera Atlantis.* quod ex *plantis* deductum videtur. *palmis* conjecerat Heinſ. ad oram ed. Ald. ut Scaliger, Livinejus, Lipſius IV. Ant. Lect. cap. XI. & Schottus Lib. II. Obſerv. c. 7. ut reſpiciatur ad proverbium *digito coelum tangere.* priſcam lectionem poſt alios viros doctos, quos indicat, tuetur Broukhuſius, quibus paria faciunt Scioppius ad Priapej. pag. 93. Ritterſhuſ. ad Gunther. p. 49. & Barthius ad Stat. Lib. I. Sylv. 2. v. 212. p. 83. eodem ſenſu *tangere divos* dixit Statius Lib. III. Theb. 155. ubi vide eumdem Barth. pag. 719. & adde Mich. Bruti notas ad Horat. Lib. I. od. 1. in fine.

45. *certos ſubducet amores*] in Menteliano, Borrich. Neapol. Heinſiano, primo Leid. quatuor Voſſianis, binis D'orvill. & totidem meis legitur *ſubducit*, quod ex duobus codd. etiam profert Broukh. *certos amores* ſpe & opinione conſtantes interpretatur Paſſeratius. quod nonnihil adſtrui poteſt ex El. XIX. 24.

Flectitur adſiduis certa puella minis.

Lib. II. El. 25. 11.

Quid ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet.

vide tamen an deleta *s*, quae ex prima ſequentis vocis litera adhaeſit, forte ſcripſerit Propertius:

Non mihi rivalis lecto *ſubducet amores.*

ſupra enim v. 33. gloriatus erat, Cynthiam ſecum *lecto* anguſto requieſcere maluiſſe, quam regna poſſidere. Lib. II. 1. 45.

Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.

ibid. Eleg. 7. 95.

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto.

favet conjecturae illud ex Lib. II. El. 25. 17. ad eumdem hunc Ponticum, rivalem ſuum,

Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno.
Rivalem poſſum non ego ferre Jovem.

& praeſertim locus Tibulli, ubi *ſubducere* eadem in re, Lib. IV. El. 13. init.

Nulla tuum nobis ſubducet *femina* lectum,
Hoc primum juncta eſt foedere noſtra Venus.

Ovid. III. Am. El. 3. 39.

At ſi venturo ſe ſubduxiſſet amanti.

infra quoque El. ſeq. v. 27. *vacuos ſubducere ocellos* in multis codd. MSS. pro *ſeducere.* pro *certos* in Voſſ. ſec. *ſummi.* in tertio ejuſdem Voſſii & meo ſec. *ſomnus.* in qua ſcriptura forſan diverſum quid latet.

46. *Iſta meam norit gloria canitiem*] hypallagen eſſe notavit Paſſeratius, pro canities, ſe-

ELEG. IX.

Dicebam tibi venturos, inriſor, amores,
Nec tibi perpetuo libera verba fore.
Ecce jaces, ſupplexque venis ad jura puellae,
Et tibi nunc quovis imperat emta modo.

5. Non

nectus mea, ſentiat iſtam gloriam. quales locutiones ſaepe notarunt viri docti. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 375. & II. 91. Daviſ. ad Caeſ. IV. de B. G. c. 25. & ſaepe ad hanc figuram in Propertio confugerunt, etiam ubi minime erat neceſſe.

Eleg. IX. v. 1. *Dicebam tibi venturos, inriſor, amores,*] AD PONTICVM EMVLVM praefigitur in primo, AD AEMVLVM IRRISOREM in ſecundo meo codice. AD AEMVLVM in uno D'Orvill. in altero AD AEMVLVM IRRISOREM, ID EST PONTICVM. & ſic in primis edd. AD PONTICVM in Borrichiano. eumdem nempe Ponticum, ad quem ſupra El. VII. ſcripſit, ubi praedixerat huic rivali ſuo, fore, ut, relicto heroico *Thebaidos* opere, Cupidinis arcu ſaucius, ad molliores verſus & Amatoria carmina ſe conferret, cum qua haec Elegia connectenda eſt, nam hic veluti non vanus aruſpex triumphat augurium ſuum eventu ratum fuiſſe. idque indicat eleganti locutione *Dicebam tibi* &c. qua utuntur veluti formula, cum aliquid ſe praemonuiſſe, ſed neglecto conſilio meliore, poſtea tamen ita eveniſſe exprobrant. Ovidius I. Amor. El. 14. init.

Dicebam, medicare tuos deſiſte capillos:
Tinguere quam poſſis, jam tibi nulla coma eſt.

idque imitatus eſt Auſonius Epigr. XIII.

Dicebam tibi, Galle, ſeneſcimus. effugit aetas &c.
Spreviſti, obrepſit non intellecta ſenectus.

Statius Lib. IV. Sylv. 3. 123. loco corrupto:

Dicebam, veniet, (manete campi,
Atque amnis) veniet, favente coelo,
Qui foedum nemus & putres arenas
Celſis pontibus, & via levabit.

quae ſic feliciter emendabat N. Heinſius,

Dicebam, veniet, (manete campi,
Tuque amnis) veniet, favete, coeno
Qui foedum nemus &c.

ubi *favete campi*, repetitione non invenuſta, conjiciebat juvenis doctiſſimus Laur. Santenius. Catullus Ep. LXXIII.

Dicebas quondam ſolum te noſſe Catullum,
Leſbia, nec prae me velle tenere Jovem.

vide de hac formula Schefferi notas & Patrui mei Commentar. ad Phaedr. Lib. IV. fab. 21. v. 26. & ſic *dicere* eodem ſenſu intelligendum apud noſtrum Lib. IV. El. I. v. 85.

Dixi ego, quum geminos produceret Arria natos, & ſeqq.
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem.

2. *libera verba fore.*] *fortia verba* Douſa & Fruterius, ut ſupra El. 5. 14.

Quum tibi ſingultu fortia verba cadent.

fortia verba loqui apud Albinovan. Epicedio Druſi v. 10. ubi vide notas. *ſuperba loqui* infra Eleg. XI. 22.

4. *Et tibi nunc quovis imperat emta modo*] *quaevis* in MSS. variis, duobus Leid. quatuor Voſſianis, Regiis, quinto Vaticano, Borrich. Groning. altero meo cod. primiſque & aliis vetuſtioribus edd. inepte Palmerius *quavis domo.* ſed *quovis modo* bene correxit Scaliger, probante Heinſio, qui tamen in marg. ed. Ald. etiam conjecerat, *ſaevis imperat emta modis.* ut apud Ovid. Rem. Am. v. 664.

Horrebant ſaevis omnia verba minis.

quovis modo firmatur etiam a codice Ant. Pereſii, ceteriſque. ut Eleg. praec. v. 34.

Et quocumque modo maluit eſſe mea.

& Eleg. VIII. 7.

Sed quocumque modo de me, perjura, mereris.

in

5. Non me Chaoniae vincant in amore columbae
Dicere, quos juvenes quaeque puella domet.
Me dolor & lacrimae merito fecere peritum:

At-

in quarto autem Voſſiano,

Ecce tibi quaevis imperat emta modo.

unde optima repetitione, & Propertio praeſertim amata, legi poſſet,

Ecce jaces, ſupplexque venis ad jura puellae:
Ecce tibi quovis imperat emta modo.

idque elegantius, quia ipſi in memoriam revocat indignum amorem puellae de cataſta emtae, ſeu ancillae. illic enim mancipia ſervilia emebantur. vid. Caſaub. ad Perſ. Sat. VI. p. 513. & ſeq. unde apud Tibull. Lib. II. El. 6. in fine,

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

quos verſus male ſub Propertii nomine adfert Claverius ad Claudian. I. in Eutrop. v. 28. ea de re emendandus in tranſcurſu eſt Senecae locus de Conſt. Sap. cap. XIII. ubi vulgo editur: *non moleſte feram, ſi mihi non reddiderit nomen aliquis ex his, qui ad Caſtoris negotiantur, nequam mancipia ementes vendenteſque.* quam lectionem fruſtra illic tuetur Lipſius. alii *ad caſtra.* ſed reponendum eſt, *ad cataſtas.* vel *in cataſtis.* pro *ad jura puellae* corrupte in Menteliano *ad tuta. ſub jura* corrigebat Marklandus. ut Ovidio Lib. I. A. A. 609. *Non tua ſub noſtras veniet facundia leges. ſub jura venire*, in leges a ſerva praeſcriptas deſcendere. Lib. III. El. 9. 2. *Et trahit addictum ſub ſua jura virum.* Ovid. I. Am. 2. 20. *Porrigimus victas ad tua jura manus.* ubi in aliis *ad tua juſſa.* ſed vide iſtic Heinſii notas.

5. *Non me Chaoniae vincant in amore columbae Dicere*] ita diſtinguendum, ut recte in primo meo codice. *vincant dicere*, locutione Graeca, ut apud Silium Italic. VII. 224.

Stat penſata diu belli ſententia, vincam
Servare invitos, urguenteſque ultima fata.

quod cum hoc verſu Propertiano recte contulit Cel. Drakenborchius. *columnae* male in ſecundo D'Orvilliano. quod ne quis amplectatur, & de ipſo Jovis Dodonaei templo, columnis innixo, & in quo oracula edebantur, intelligat, cavet Servius ad Virg. Ecl. IX. 13 ubi *Chaonias columbas* Epiroticas interpretatur, *nam in Epiro dicitur nemus fuiſſe, in quo reſponſa dabant columbae; quod ideo fingitur, quia lingua Theſſala Peliades & columbae & vaticinatrices vocantur.* nemus illud, in quo columbae oraculorum reſponſa dabant, innuit idem Maro Lib. II. Georg. 16.

—— *nemorumque Jovi quae maxima frondet*
Aeſculus, atque habitae Grajis oracula quercus.

vid. Carrionis notas ad Valer. Fl. Lib. I. 304. de origine horum Jovis Dodonaei oraculorum, a columbis, ſive avibus, ſive feminis ita dictis, editorum, legi merentur quae obſervavit Spanhem. ad Callim. Hymn. in Delum v. 284. *dicere* autem hic, & alibi paſſim, pro praedicere, verbo de oraculis proprio, quae hinc *dictiones* vocantur, ut notum. Ovid. IV. Triſt. El. 8. 43.

Hoc mihi ſi Delphi, Dodonaque diceret ipſa,
Eſſe videretur vanus uterque locus.

noſter Lib. IV. El. 1. 50.

Si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae
Dixit Aventino rura pianda Remo.

vide Heinſ. ad Ovid. Ep. V. 33. & Drakenb. ad Silium XIII. 819. Maximus Tyrius Diſſ. XXXV. p. 416. ed. Daviſ. loco ad rem faciente: Ἀλλ' ὁ μὲν Ἀπόλλων ταῦτα ἐκ Δελφῶν οὐ λέγει, οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἐκ Δωδώνης λέγει, οὐδ' ἐξ ἄλλης γῆς ἄλλος θεός. Ex his patet, male Barthium ad Claudian. pag. 790. hunc quoque locum adferre inter alia, quibus columbarum voluptatem in amore, & *columbari* pro inſtar columbarum ſuaviari, deſcribere ſolent poëtae.

7. *Me dolor & lacrimae merito fecere peritum*] Novi exempla, quibus illud *merito*, ſive cum verbis ſive adjectivis conjunctum, ipſi Propertio ſaepe uſitatum, poſſit probari. Sed dubito, an huic loco conveniat, & an non potius hic valde frigeat, quia in praecedentibus Pontico exprobrat, ſe verum vatem fuiſſe, & venturos ipſi amores praedixiſſe, neque ipſa oracula

 Do-

Atque utinam poſito dicar amore rudis.
Quid tibi nunc miſero prodeſt grave ducere carmen,

Aut

Dodonaea in divinandis amoribus ſe ſuperare. & obſtat praeterea *peritum* ita ſimpliciter ac nude poſitum. Elegantius igitur fore opinor, ſi deleta ultima vocis ſyllaba refingamus,

Me dolor & lacrimae veri *fecere peritum.*

ut pro *veri* librarius ex fine praecedentis vocis *lacrime*, (ut in MSS.) aberrante calamo fecerit *meri*, pro *veri*, truncamque vocem poſtea alius ſuppleverit *merito*. Conjecturae adſtipulatur ipſe poëta Lib. II. El. 17. 3.

Sed tibi jam videor Dodona verior *augur.*
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.

Lib. IV. El. I. 52. & ſeqq.

Aut ſi Pergameae ſero rata carmina vatis
Longaevum ad Priami vera *fuere caput.*

Lib. III. El. XI. 61.

Certa loquor, ſed nulla fides. neque enim Ilia quondam
Verax *Pergameis Phoebas habenda malis.*

quem imitatum eſſe Ovidium Ep. XVI. 6. notant viri dicti:

Vera *loquar*, veri *vix habitura fidem.*

ut praeferunt plurimi, pro *veram fidem.* Lib. III. Artis Am. v. 790. loco his perquam ſimili, & emendationem hanc prae ceteris ſtabiliente,

Sed neque Phoebei tripodes, nec corniger Ammon,
Vera *magis vobis, quam mea Muſa, canent.*
Si qua fides arti, quam longo fecimus uſu,
Credite: praeſtabunt carmina noſtra fidem.

ubi ſe, *veri* magis *peritum*, futura certius praedicere poſſe, quam Phoebi vel Jovis Ammonis oracula, etiam jactat, ut hic de Dodonaei Jovis vaticinio Propertius, ideoque arti ſuae, quam longo fecerat uſu, credi poſtulat. *veri peritus*, ut *veri non ſordidus auctor* Horatio Lib. I. od. 28. 15. & proprie *veri* vel *veraces* dicuntur vates ac vaticinantes. Ovid. Epiſt. V. 123.

Ah nimium vates miſerae mihi vera *fuiſti.*

Epiſt. XVI. 278.

—— *fore ut a coeleſte ſagitta*
Figar, *erat* verax *vaticinata ſoror.*

Sabinus Epiſt. I. 94.

Sed ſi Tireſias tam laeti providus augur,
Quam verax *vates in mala noſtra fuit.*

quin & *verum* de oraculis & reſponſis ſaepe apud veteres occurrit, adeoque *veri peritus* hic idem eſt ac *vaticinandi peritus.* vide notas Patrui mei ad Valer. Fl. Lib. V. v. 4. locum vero hunc ſic imitatus eſt Lotichius Lib. II. El. 12. 5. & ſeqq.

Non me Pierides, Cluſi, fecere poëtam,
Non Aganippeae lucidus humor aquae,
Sed dolor & lacrimae, ſaevique Cupidinis ignes,
Triſtis & ad rigidas ſaepe querela fores.

8. *Atque utinam poſito dicar amore rudis*] *appoſito* vitioſe in Voſſ. ſecundo. Ovidius II. Am. 9. 25.

Vive, Deus, poſito, ſi quis mihi dicat, amore:
Deprecor. uſque adeo dulce puella malum eſt.

& Remed. 559.

Ad mala quiſque animum referat ſua, ponet amorem.

rudis ſimpliciter pro rudis amorum, & inexpertus. de quo hic vide Gebhard. & Paſſerat. & quae infra notabo ad Lib. III. 15. 7. *dicar rudis* more Propertiano, pro ſim rudis. ut Lib. II. 19. 4. *Et dicor lecto jam gravis eſſe tuo.* & alibi. vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 241.

9. *Quid tibi nunc miſero prodeſt grave ducere carmen,*
Aut Amphioniae moenia flere lyrae.]

grave prodeſt Voſſian. pr. *dicere* in Menteliano, Borrich. duobus Leidens. quatuor Voſſianis, duobus D'orvill. & meis. & ſic Groningan. aliique codd. cum priſcis edd. ſed *ducere* recte praetulit Heinſius, & in editione ſua exhibuit Broukhuſius. vide ſupra ad El. VII. 1. ubi de Thebaicis Pontici, quae hoc etiam loco indicantur, actum eſt. & adde de iis Broukh. ad Lib. II.

El.

Aut Amphioniae moenia flere lyrae?
Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero,

Car-

El. 25. 9. pro *moenia flere* male in D'Orvill. primo *ferre*. An hic praeſtat ut legamus,

Atque Amphioniae moenia flare *lyrae*.

id eſt Thebas lyra Amphionia ſtructas velut grandiore tuba, ſeu carmine epico ſonare. *flare* convenit heroico poëmati. ut apud Martialem Lib. XI. Ep. 3.

At quam victuras poteramus pangere chartas,
Quantaque Pieria praelia flare *tuba*.

quo loco Broukhuſius recte vindicavit veram lectionem apud noſtrum Lib. III. El. 2. v. 42. loco non diſſimili:

Contentus niveis ſemper vectabere cycnis,
Nec te fortis equi ducet ad arma ſonus.
Nil tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu
Flare, *nec Aonium cingere Marte nemus.*

ubi etiam *Flere* in plurimis codicibus, pari variatione, quod tamen tuetur Iſ. Voſſius ad Catull. p. 226. hoc tamen in loco ſi quis vulgatam propugnandam contendat, non refragabor, maxime propter illud ex Lib. III. El. 7. 37.

Non flebo in cineres arcem ſidiſſe paternos
Cadmi, nec ſemper praelia clade pari.

11. *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero*] *valent* male in Borrich. pro *Mimnermi* nomine corruptiſſimae ſcripturae veſtigia ſunt in codd. MSS. *numerini* in duobus Leidd. primo, tertio, & quarto Voſſ. utroque Dorvill. & meis. & in prima Venet. & Reg. Lep. editione. *munerini* in quarto Voſſ. *Homeri* in Regiis, altero meo cod. & in primo pro diverſa lectione a man. ſec. & in iiſdem edd. Reſpici hic ad diſtichon Mimnermi ipſius apud Plutarchum & Stobaeum Serm. LXI. notat Andr. Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 7. quod ſic ex Stobaeo legitur in Excerptis Grotianis Tit. LXIII. pag. 242.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

ubi πέλοι legit H. Stephanus, & cum Antiphanis, ac Sophoclis verſibus conparat ad Sophocl. Antigon. v. 1182. apud Plutarchum vero,

Τίς δὲ χάρις, τί τὸ γ᾽ ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης;

illa Mimnermi etiam ante oculos habuit noſter infra El. XIV. v. 15.

Nam quis divitiis adverſo gaudet amore?
Nulla mihi triſti praemia ſint Venere.

& bene haec confert Schottus cum loco Horatii Lib. I. Epiſt. 6. 65.

Si, Mimnermus uti cenſet, ſine amore jociſque
Nil eſt jucundum: vivas in amore jociſque.

ubi de Mimnermo vide Mureti & Torrentii notas. illum vero Graeci hujus poëtae verſum in animo habebat Politianus in Nutriciis v. 552.

——— *nec qui ſine amore jociſque*
Jucundum nihil eſſe putat.

ubi vide Braſſicani notas pag. 96. & plura apud Voſſ. Lib. III. Inſtit. Poët. pag. 52. frequens ejus mentio apud veteres, & prae ceteris Athenaeum Lib. XIV. XV. & XVI. ſed inſignis de eo locus eſt in Elegia Hermeſianactis, itidem Colophonii, apud eumdem Athenaeum Lib. XIII. cap. 8. pag. 597. ubi quae de Mimnermi carminibus, quibus Nannus ſuae amores ceciuit, adferuntur, varie a viris doctis, poſt Caſaubonum, emendata ſunt, a Cel. Ruhnkenio in Epiſt. Critic. II. pag. 77. & 78. Lennepio in Animadv. ad Coluth. Lib. III. c. 8. p. 165. 167. & Struchtmeyero Lib. II. Animadv. Critic. cap. 5. eodem carmine Hermeſianax Mimnermum facit primum verſus pentametri auctorem, quod alii Callino, vel Callinoo, alii Archilocho tribuerunt, teſte Cenſorino, vel Scriptore incerto fragmenti poſt Cenſorini librum de die Natali editi, & Mario Victorino Lib. III. de Art. Gram. p. 146. ubi per *Colophonium quemdam* intelligi Mimnermum recte notat Henr. Valeſius Lib. IV. Emend. cap. 14. pag. 118. qui in eodem Cenſorini fragmento etiam emendavit, *hos ſecuti Elegiarii Callimachus, Mimnermus, Evenus.* probante Cel. Ruhnkenio ad Callim. Fragm. a Bentlejo collecta pag. 439. ejuſdem Mimnermi Elegiam de vitae humanae miſeria, ex Stobaeo profert, & Latinis numeris

Carmina manſuetus lenia quaerit Amor.
I, quaeſo, & triſtes iſtos conpone libellos:
Et cane, quod quaevis noſſe puella velit.
Quid ſi non eſſet facilis tibi copia? nunc tu
Inſanus medio flumine quaeris aquam.
Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni.
Haec eſt venturi prima favilla mali.
Tunc magis Armenias cupies accedere tigres,

Et

a Jo. Levinio redditam exhibet etiam Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 52. & merentur legi quae de celebri hoc Graecorum Poëta notarunt Paſſeratius ad h. l. Rupertus ad Valer. Max. pag. 92. & eruditi Interpretes ad Aelian. Lib. XII. Var. Hiſt. cap. 36. illius quoque nomen reddendum eſſe Propertio Lib. II. El. 25. 31. exiſtimabat Heinſius:

Tu ſatius Mimnermum, aut Coum imitere Philetam,
Et non inflati ſomnia Callimachi.

ubi nunc legitur,

Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam.

ut illic videbimus.

12. *Carmina manſuetus lenia quaerit Amor*] *inaſſuetus* in Voſſ. quarto. *levia* vitioſe in Neapol. duobus Leid. quatuor Voſſ. binis D'orvill. & meis.

13. *& triſtes iſtos conpone libellos*] *triſtis* in omnibus fere meis codd. & edd. primis. *repone* in primo Vaticano, & Colotiano. *compone* in Regiis, Colbertinis, Borrichiano, ſecundo Neapol. v. c. Ant. Perreji, Excerptis Modii & Scalig. Mentel. Heinſian. Groning. D'orvill. aliiſque, & primis edd. ut ex v. cod. Lipſ. IV. Antiq. Lect. c. XI. & ex ſuo MS. producit Livinejus. idque praefert & locis veterum adſtruit Broukhuſius, probante Patruo meo ad Ovid. II. A. A. 463. *ſepone* Heinſius in notis p. 663. qui etiam tentaverat, *triſtis ſcriptor ſepone libellos.* ſed poſtea rejecit, & *iſtos* retinendum recte cenſuit. ut infra El. XIII. v. 11 *vulgares iſtos conpeſcet amores.* mihi tamen praeferendum videtur, *iſtos depone libellos.* ut legitur in Aldi utraque, Juntina, Rovillii, Colinaei, Gryphii, & aliis.

14. *noſſe puella*] *ſcire* in ſec. D'orvill. forte quia mox ſequitur *vincula noſſe.*

15. *Quid ſi non eſſet*] ita legendum, licet *Quod ſi* in primo, ſec. & quarto Voſſ. ac ſecundo D'orvill. ſed alterum recte in ceteris codd. & edd. primis. vide ad El. V. 25. pro *nunc tu* in Voſſ. pr. *nec tu.* Heinſius conjecerat *nae tu.* quod v. 17. *Nae tu etiam palles* reponit Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. 20. & infra in notis ad Lib. II. El. 12. v. 22. p. 182. *quaeris aquas* in Borrich. & primo Leid.

17. *vero nec tangeris igni*] *nec vero tangeris* in Dorvill. ſec. an forte *vero nec carperis igni.* ut ſit imitatio Virgilii IV. Aen. 2. *& caeco carpitur igni.* Ovid. III. Met. 490. *& caeco paullatim carpitur igni.* & lib. X. 378. *virgo Cinyreïa pervigil igni Carpitur indomito.* vel *adureris.* ut apud eumdem Epiſt. IV. v. 33. *digno quod adurimur igni. igne* in quarto Voſſ. ſed paſſim *igni* pro *igne* praetulerunt viri docti. Lucan. II. 445. *ferro populetur & igni.* vide Drakenb ad Sil. Ital. VII. 368. & ſic *fuſti* pro *fuſte*, & ſim. vide Voſſ. Lib. II. de Analog. cap. 12. & notas ad Vellej. Paterc. II. 78.

19 *Tunc magis Armenias cupies accedere tigres*] *Tum* in pleriſque codd. *Tu* in Excerpt. Scalig. *Cum* in primo meo MS. & *cuperes* in eodem, Ant. Perreji, & ſecundo Vatic. Lipſium & Gebhardum *capiare* hic legentes merito rejicit Broukhuſ. & vide quae ſupra notavi ad El. VII. v. 15. *attingere tigres* in tertio Voſſ. *accendere* in Excerpt. Scalig. ut adfert etiam Cioſan. ad Ovid. VIII. Met. 121. *accedere ad te tigres* explicat Paſſeratius. ſed melius eſt, ut ſubintelligatur, *accedere cupies ad tigres*, quod convenit τῷ *noſſe* in ſeq. verſu. Virg. I. Aen. 201.

Vos & Scyllaeam rabiem penituſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos.

ubi recte Servius *accedere* exponit de locis, quae cum periculo adeuntur. Quinctilian. Decl. IX. 5.

Dicam

Et magis infernae vincula noſſe rotae.
Quam pueri totis arcum ſentire medullis:
Et nihil iratae poſſe negare tuae.
Nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

Nec

Dicam ego, per quos juvenis navigaverit fluctus, quos acceſſerit ſcopulos, quantos luſtraverit ſinus. Ex hoc loco Broukhuſium in Tibullo Lib. III. El. 6. 15. edentem *Armeniae tigres, & fulvas ille leaenas Vicit*, refutat Heynius Obſerv. ad Tibull. pag. 333. quia *Armenias tigres* dicere amant doctiores, ut ait, poëtae, quam *Armeniae*, ſecundo regionis caſu: quod recte notat, nam & ita paſſim *Hyrcanas tigres* dicunt potius, quam *Hyrcaniae*, *Libycos leones*, magis quam *Libyae*, & ſim. ſed hac tamen diſtinctione, ſi epitheton, tigribus vel leonibus additum, non requirat alterum. Sufficiat illud Statii IX. Theb. 15.

——— nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus, aut ſaevos Libyae contra ire leones.

ubi *ſaevos Libycos* invenuſtum eſſet. & ita in loco Tibulli, ſi poëta addidiſſet *rabidas tigres*, *fulvaſque leaenas*, praeferrem *Armeniae rabidas tigres*, pro *Armenias rabidas tigres*. itaque haec obſervatio perpetua non eſt.

20. *Et magis infernae vincula noſſe rotae*] *noſcere vincla* in primo tertioque Voſſ. & altero meo cod. *nectere vincla* in v. c. Memmii legi teſtatur Paſſeratius. *vincla ſubire* vel *ſubiſſe* Heinſius. ſed nihil tentandum eſſe patet ex illis, quae notata ſunt ad El. VI. init. & vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 214. negligentiſſime in editione, Graevii nomen prae ſe ferente, excuſum *vincula noſſe meae.*

21. *Quam pueri totis arcum ſentire medullis*] *toties* vel *totiens* in primis & ceteris antiquioribus edd. legitur, & in MSS. duobus Leidenſ. quatuor Voſſianis, D'orvillianis, meis, & reliquis omnibus. codd. Broukhuſius ex emendatione Douſae Fil. edidit *totis medullis.* ex ſic Heinſius. quod non repudiandum videtur. nam quod hic innuit Propertius, eleganter exprimit Helena apud Ovid. Epiſt. XVI. 275.

Non mea ſunt ſumma leviter deſtricta ſagitta
Pectora, deſcendit vulnus ad oſſa meum.

infra Lib. II. El. 25. 60.

Quem tetigit jactu certus ad oſſa Deus.

Seneca Hippol. 640.

——— pectus inſanum vapor
Ardorque (ſic lege, non *Amorque*) *torret intimas ſaevus vorat*
Penitus medullas, atque per venas meat
Viſceribus ignis merſus & venis latens.

ubi *venas* & *venis* merito Grotium & Gronovium offendunt. forte emendandum,

——— atque per venas means,
Viſceribus ignis merſus exedit latus,
Ut agilis altas flamma percurrit trabes.

e recentioribus Janus Secundus Eleg. I. Juliae ſuae, in fine, de Cupidine,

Vix ea perſonuit; ſonuit ſimul arcus. & una
Cum jaculo in venas ſenſimus ire Deum.

ſed neque *toties*, tot codicum & edd. veterum auctoritate fultum, videtur abdicandum. dicit enim aliquid amplius, nempe repetitis vicibus amare. Lib. II. El. 14. 20.

Cum ſene non puduit talem dormire puellam,
Et canae toties oſcula ferre comae.

El. XXIV. 5.

Quae Dea tam cupidos toties diviſit amantes.

Lib. IV. El. 8. 27.

Quum fieret noſtro toties injuria lecto.

ſeq. verſu, *Et nihil irata poſſe rogare tua.* legebat Ayrmannus. quod ſatis refutatur ex El. X. 23. ubi Gallo amoris praecepta dat:

Tu cave, ne triſti cupias pugnare puellae,
Neve ſuperba loqui, neve tacere diu.
Neu ſi quid petiit, ingrata fronte negaris,
Neu tibi pro vano verba benigna cadant.

Lib. II. El. 23. 116.

Non potuit magno caſta negare *Jovi.*

24. *Ut non alterna preſſerit ille manu*] Haec explicuit Paſſeratius de Cupidine alas ſuas, quum propitius favet, ultra expandente & ad amatorem advolante, ſed alterna manu eas premente, ſeu inhibente, cum tardus venit. ſive

25. Nec te decipiat, quod ſit ſatis illa parata:
Acrius illa ſubit, Pontice, ſi qua tua eſt.
Quippe ubi non liceat vacuos ſeducere ocellos,

Nec

ſive ut Ovid. II. Am. El. 9, 53. de ventoſis Cupidinis alis dicit,

Gaudiaque ambigua daſque negaſque fide.

idemque eſt apud noſtrum Lib. II. El. 14. 6.

——— quod ſaepe Cupido
Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.

male igitur *illa* in Voſſ. quarto. *inde* conjecit Broukhuſ. pro poſtea, deinde, quod non diſplicet. *alterna manu*, ut infra El. XI. 12.

Alternae facilis cedere lympha manu.

Lib IV. El. 7. 18.

Alterna veniens in tua colla manu.

ita hic Cupido nunc hanc, nunc illam alam injicere indicaretur. hinc infra Lib. II. El. 9. 7. de Cupidine alato:

Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Noſtraque non ullis permanet aura locis.

vide Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. III. 75. *premere* igitur *alas* pro corripere, adducere, de Cupidine dictum eſſet, locutione deſumta ex re equeſtri, in qua *premere habenas*, & *praebere*, ſeu immittere, opponuntur. ſic *premere currum* Ovidio II. Met. 135. *premere frena manu* VIII. Met. 37. *preſſae habenae* Claudiano II. in Eutrop. 107. & haec quidem ad Paſſeratii expoſitionem poſſent conducere, ſed quia *premere alas manu* minus recte diceretur, malim in minore verſu *alterna manu preſſerit*, ſubintelligere amatorem ipſum, cui nunc favet, nunc adverſus eſt Cupido. vel, ſi quis ellipſin hanc nonnihil coactam, & *preſſerit* ad *alas* referri debere contendat, ut eadem loquendi figura totum decurrat diſtichon, pro *alterna manu* ſubſtitui poſſet,

Ut non alterna preſſerit ille mora.

praeced. verſu *quoiquam facilis* in priſcis edd. *cuivis* in cod. Colbert.

25. *quod ſit ſatis illa parata*] Hoc eſt, quae non ſinit eſſe moram, ſi quis adire velit, ut dicit Lib II. 18. 36. Tibullus Lib. II. El. 4. init.

Hic mihi ſervitium video, dominamque paratam.

quod recte pro *parari* vindicat Broukhuſius. in Priapejis Epigr. XLVII.

Nam quamvis videar ſatis paratus.

ubi vide quae notavi Tom. II. Anth. Lat. p. 519. & adde Patrui mei notas ad Ovid. V. Met. 603.

26. *Acrius illa ſubit*] *Artius* in ſecundo D'orvill. an forte *Altius* voluit librarius? *Aptius* in aliis legi teſtatur Latin. Latinius. ſed *Acrius ſubit* elegantiſſime dictum, pro, animum intrat, & in medullis ſentitur, ut ſupra v. 21. ſic *acrius urit* vel *urguet amor* Ovidio lib. I. Am. 2. 17. & lib. II. 19. 3. ubi *altius* in Palatino. poſſis & *Acrior illa ſubit.* ut apud Lucan. III. 142. *Acrior ira ſubit. ſubit* hic, ut apud Ovid. lib. I. Amor. El. 2. v. 6. de amore clam ſubrepente:

Nam puto ſentirem, ſi quo tentarer amore,
An ſubit, & tacita callidus arte nocet,

idem Lucanus Lib. IV. 705.

— quem dira voluptas Enſe ſubit preſſo.

vide illic Patrui mei notas, & ad Lib. X. 366. ubi legendum conjicit, *Si ſubiit*, vel *ſubeat*, *formoſa ſoror*, pro languida lectione *Si fuerit*, firmatque adducto hoc ipſo Propertii loco.

27. *vacuos ſeducere ocellos*] *ſubducere* in primo Leid. tribus Voſſ. Dorvillianis, Heinſiano, & utroque meo codice, nec aliter in Excerptis Scalig. Menteliano, Borrich. & Colbert. ut ex Palatino profert Gebhardus. pro *ſubtrahere.* vide ſupra ad Eleg. praeced. v. 45. *deponere* in Excerpt. Modii, ſeu Groningano, *ſubducere* etiam conjecerat Marklandus. quod non inprobo, licet *ſeducere* pro oculos ab amata puella amovere, praetulerint viri eruditi. ſic *ſubducere* & *ſeducere* confunduntur apud Curtium Lib. X. cap. 6. §. 7. ubi vide notas. poſſis etiam *vacuos diducere ocellos.* nam haec invicem permutantur, & ſaepe hoc verbo utitur Propertius, ut *diducere amantes*, pro ſeparare, non raro apud noſtrum occurrit. vide notas ad Ovid. IV. Met. 372.

——— & iſtum
Nulla dies a me, nec me diducat ab iſto.

ubi in aliis *ſeducat.* adde Drakenb. ad Silium Lib. IX. 644. *vacuos ocellos* ab amore nimirum. ut Eleg. ſeq. v. ult. *Qui numquam vacuo pectore liber erit.*

28. *Nec*

Nec vigilare alio nomine, cedat Amor?
Qui non ante patet, donec manus adtigit oſſa.

30. Quiſ-

28. *Nec vigilare alio nomine, cedat Amor*] *alio limine* Heinſius. ut infra El. 34. *non alio limine dignus eras.* ubi vide. & ſupra ad El. IV. 22. ſed nihil hic mutandum. *alio nomine* hic eſt, alia de cauſſa, ut recte Paſſerat. nam *alios* male in cod. Heinſ. ſic apud Horatium Lib. III. od. 21. v. 5.

Quocumque foetum numine Maſſicum
Servas,

quod eodem ſenſu, duce Acrone, prius cum recte explicaſſet Bentlejus, poſtea tamen mutandum conjecit,

Quocumque foetum numine Maſſicum.

ita tamen ut diffidere videatur, an viris doctis conjectura haec ſe probatura ſit. Cic. III. Verrin. cap. 95. fin. *tanta licebit per cellae nomen aeſtimationis magnitudine conſequatur.* perperam quoque Livinejus *alio nomine* exponit, *alia puella. vegilare alio nomine* hic eſt, aliis rebus occupatum eſſe, quae a puella abducant, & unde *cedat Amor*, non pro *concedat*, ut male Lipſius Lib. III. Var. Lect. cap. 7. ſed ea notione, qua Ovidius in Rem. Am. v. 139. & ſeqq. loco adpoſito,

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemtaeque jacent, & ſine luce, faces: &c.
Tam Venus otia amat. qui finem quaeris amoris,
Cedit Amor rebus, res age: tutus eris.

ſic apud Tibullum *cedit Amor*, ex conjectura Heinſii reſtituendum eſt, Lib. III. El. 6. 4.

Saepe tuo cedit munere victus Amor.

quod propius inſiſtit vulgatae *cecidit.* quam *ceſſit*, uti legebat Broukhuſius, inprobante Patruo meo ad Phaedr. IV. fab. 5. 2. qui tamen Douſae emendationem, in verſu Petronii, cujus illic meminit Broukhuſ. laudavit, Epigrammate nimirum de Fortuna, quod edidi Tom. I. Anth. Lat. p. 605.

Quum fortuna manet, vultum ſervatis amici,
Quum cedit, turpi vertitis ora fuga.

eleganti oppoſitione *manet* & *cedit.* non *cecidit*, ut illic quoque male olim edebatur. Senſus igitur hujus loci eſt, an *cedat*, hoc eſt cederet, Amor ubi quotidie praeſentem ante oculos habemus puellam, neque aliis rebus invigilando otia tollimus; ut fere exponebat Broukhuſius, & lucem adferunt illa, quae occurrunt Lib. II. El. 2. 5. & ſeqq.

Liber eram, & vacuo quaerebam vivere lecto;
At me compoſita pace fefellit Amor.
Quaerebam, ſicca ſi poſſet piſcis arena,
Nec ſolitus ponto vivere torvus aper;
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare *ſeveris.*
Differtur, numquam tollitur ullus Amor.

ceterum poſt hunc verſum deſunt in Leid. pr. & Voſſ. quarto reliqua uſque ad v. 27. Elegiae XI. ſed quae in illis codicibus habentur poſt verſum ſecundum Eleg. XIV.

29. *Qui non ante patet, donec manus adtigit oſſa*] varie exercuit viros eruditos hic locus, intellectu difficilis. Scaliger in prima editione legendum conjecerat,

Cui non ante patet, donec manus adtigit, offa.

ſingulari hac expoſitione, quicumque non credis te fruiturum re, niſi eam manu adprehenderis, deducta locutione a proverbio, quo Romani bolum & offam dicebant pro praeda, quae manibus tenetur. Sed haec merito exploſit Paſſeratius, & certe mirari licet, tantum virum hanc mentem poëtae dare potuiſſe. in curis vero ſecundis, quas non vidiſſe Paſſeratium opinor, rejecta iſta hariolatione, ita haec interpretatur, Amor non ante patet, quam emaciato corpore, oſſa cutem ipſam paene pertundant, ut ipſa manu tangi poſſint. Huc trahunt nonnulli illud ex Lib. II. El. 25. 60.

Quem tetigit tactu certus ad oſſa Deus.

ſed pro mala lectione *tetigit tactu* illic *jactu*, id eſt jaculo, vel arcu, legendum, & alio ſenſu intelligendum eſſe, ex notis Broukhuſii patet. Hanc tamen Scaligeri expoſitionem ſequitur, & amplius illuſtrat Gebhardus, rejecta Paſſeratii explicatione. In nonnullis nempe codicibus legebatur, *donec cutis attigit oſſa*, ut ex Groningano adfert Broukhuſ. & ſic in Excerptis Modii, in quibus etiam *attigat*, ut in primo Leid. & ex illa *cutis* lectione natum eſt, quod in aliis habetur *catus.* in ceteris omnibus, & antiquis edd. *donec manus adtigit oſſa.* Heinſius tentaverat, *donec media adtigit oſſa*, vel *tacita*, aut *ſumma.*

Quiſquis es, adſiduas effuge blanditias.
Illis & ſilices, & poſſunt cedere quercus:
Nedum tu poſſis, ſpiritus iſte levis.

Quare

Cel. Ruhnkenius cenſebat *adtigit* hic dici ex imitatione Graec. *ἅψασθαι.* de quo vide Bergler. ad Alciphron. p. 187. Sed quia conſtanter in MSS. & edd. primis *manus* legitur, placet valde Modii divinatio *malus*, id eſt, Cupido, qui paſſim apud poëtas *malus ille puer* dicitur. Virg. in Ciri v. 133.

Sed malus ille puer, quem nec ſua flectere mater,
Iratum potuit.

idque firmabat idem Modius illo Ovidii Lib. I. Am. El. 2. 6. de Amore, *An ſubit, & tacita callidus arte nocet.* Hinc legendum opinor,

Qui non ante patet, donec malus adterit *oſſa.*

non patet Amor, pro non ante ſe manifeſtat. ut apud Ovid. II. Am. 19. 25.

Pinguis Amor, nimiumque patens.

quod recte pro *latens* viri docti vindicant. niſi illic *patens* ſit facilis. ut apud noſtrum Lib. IV. 7. 74. *patuit, nec tibi avara fuit.* ubi vide Broukhuſ. *malus* Cupido, ut Lib. II. El. 14. 6.

Quin ego deminuo curam, quod ſoepe Cupido
Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.

adterit oſſa de Amore, corpus conſumente & pallidum ac macilentum reddente, frequens poëtis. apud Theocritum Idyll. III. 17. queritur caprarius de Amore,

Ὅς μὲ κατασμύχων καὶ ἐς ὀστεον ἄχρις ἰάπτει.

infra Lib. IV. 3. 27.

Diceris & macie vultum tenuaſſe, ſed opto
E deſiderio ſit color ille meo.

hinc de ſe Ovidius Lib. I. Am. 6. 5.

Longus Amor tales corpus tenuavit in uſus:
Aptaque ſubducto pondere membra dedit.

Canace apud eumdem Epiſt. XI. 25. & ſeqq.

Fugerat ore color, macies adduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos. &c.
Nec, cur haec facerem, poteram mihi reddere cauſſam:
Nec noram, quid amans eſſet, at illud eram.

Lib. I. A. A. 733.

Arguat & macies animum: nec turpe putaris
Palliolum nitidis inpoſuiſſe comis.
Adtenuent juvenum vigilatae corpora noctes;
Curaque, & e magno qui fit amore dolor.
Ut voto potiare tuo, miſerabilis eſto:
Ut, qui te videat, dicere poſſit, Amas.

de Narciſſo Lib III. Met. 489.

——— ſic adtenuatus amore
Liquitur, & caeco paullatim carpitur igni,
Et neque jam color eſt mixto candore rubori,
Nec corpus remanet.

30. *Quiſquis es, adſiduas effuge blanditias*] mira pertinacia codices conſpirant in pravam lectionem *aufuge blanditias*, ut legitur in duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, utroque Dorvillii & meo, neque aliter in Borrich. Groningano, Askewiano, ceteriſque, & antiquiſſimis edd. ſed recte Broukhuſius verbum hoc cum quarto caſu apud bonum Latinitatis auctorem veterem occurrere negat, licet contrarium, hoc etiam Propertii loco uſus, adfirmet Munckerus ad Hygin. fab. 358. edidit igitur *effuge blanditias.* ſic *effugere amorem* Ovidio XIII. Met. 745. III. A. A. 563.

Effuge rivalem: vinces, dum ſola tenebis.

heu fuge Marklandus, ut apud Virgil. *Heu fuge, nate Dea.* Seneca de Conſt. Sap. cap. 17. de Vatinio: *inimicorum & in primis Ciceronis urbanitatem effugit.* & ita paſſim. non *Aufuge.* ſimilis locus eſt infra El. XV. in fine:

Quis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.
O nullis tutum credere blanditiis.

ubi Paſſeratius bic legit *adſiduas ô fuge blanditias.* quibus in locis *blanditiae* non tantum de verbis, quibus demulcetur animus, ſed de quibuſvis amorum lenociniis & illecebris dicuntur. quod multis poëtarum locis probat Paſſeratius. hinc *illecebras* & *blanditias* jungit Suet. Claud. 26. *Illecebris Agrippinae & per blanditiarum occaſiones pellectus in amorem.*

31. *Illis & ſilices, & poſſunt cedere quercus*] *ſcili-*

Quare, ni pudor eſt, quam primum errata fatere.
Dicere quo pereas, ſaepe in amore levat.

ELEG.

ſsilices in Menteliano. *cilices* in primo Leid. *ſalices* Voſſ. prim. & ſec. & alter meus codex. *poſſunt & Groning. & poſſint* legendum cum Heinſio, quod firmat cod. Neapol. idque propter ſequens, *Nedum tu poſſis.* ubi *Necdum* male in variis codd. vid. ſupra ad El. IV. v. 9. mox *ſpiritus ipſe levis* praeſtat ex Voſſ. pr. & tertio, primo & ſecundo Vatic. & Colotii cod. & ſic Gruter. *Nedum tu poſſis ſpiritus eſſe levis* in D'orvill. ſec. innuit poëta, ſilices & quercus blanditiis cedunt, tantum abeſt, ut tu illis par eſſe poſſis. ut ſenſum loci recte exponit Cel. Drakenb. ad Liv. X. 32. §. 4. confer cum his illud Ovidii III. Am. 7. 57.

Illa graves potuit quercus, adamantaque durum,
Surdaque blanditiis ſaxa movere ſuis.

33. *Quare, ni pudor eſt*] ſic Heinſ. & Douſa Fil. quem ſecutus eſt Broukhuſ. ut in cod. Ang. Colotii. *ſi pudor eſt* in duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, utroque D'orvill. & meo cod. infra Lib. II. El. 9. 18. *Si pudor eſt, alio trajice tela tua.* ubi etiam corrigi poſſet *Ni pudor eſt.* alterum tamen praefert Marklandus, & exponit, ſi quid pudoris reliquum habes. Ovid. III. Am. 2. 34.

——— tua contrahe crura,
Si pudor eſt; rigido nec preme terga genu.

Juvenalis Sat. III. 154. *exeat, inquit, ſi pudor eſt.* ubi vide Grangaeum, & Torrenium ad Valer. Max. Lib. II. cap. 9. §. 1. *fateri* in primis edd. & cod. Askew.

34. *Dicere, quo pereas, ſaepe in amore levat*] *pereat* in Except. Modii & ſec. Vatic. forte *qua pereas.* ut Lib. II. El. 12. 13.

Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacaena.

ſic in Epigr. veteri Vol. II. Anth. Lat. p. 122. corrigendum conjeci,

Nam formae exemplum periit, cum obiit mea Lyda,
Qua periere homines, qua periere Dei.

non *Quam.* ubi plura de hoc loquendi modo. infra El. XV. 41.

Quis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.

vide & Broukhuſ. ſupra ad El. IV. 12. *levat* in Voſſianis, Leidenſ. Menteliano, Scaligeri & Modii Excerptis, Neapol. Groning. aliiſque codd. & libris Livineji ac Gebhardi, Veneta prima, Reg. Lep. & Volſci ed. idque praeferendum, quia voluptatis ſignificationem magis auget, quam quod in altera Veneta, Aldinis, Juntina, aliiſque edd. legitur *juvat.* licet hoc melius eſſe notet Scaliger. Recte igitur Lipſius Lib. IV. Antiq. Lect. cap. XI. & Modius in Novantiq. Epiſt. XVIII. p. 82. *levat* ex ſuis membranis probarunt, & in ſua editione Broukhuſ. qui in notis differentiam utriuſque verbi bene exponit. Ovidius IV. Triſt. El. I. 19.

Me quoque Muſa levat Ponti loca juſſa petentem.

ubi etiam *juvat* in nonnullis codd. frequenter hoc verbo utitur eo ſenſu Cicero, ut VII. ad Attic. Ep. 13. *Loquacitati ignoſces, quae & me levat ad te quidem ſcribentem.* IX. Philipp. cap. 5. *Cujus luctus aut hoc honore veſtro, aut nulla ſolatio levari poteſt.* & validius eſſe quam *conſolari*, patet ex Lib. V. ad Fam. Ep. 17. *nullo loco deero neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam.* pulchre imitatus eſt hunc locum Lotichius Lib. I. Carm. 23. p. 443.

Dulcia cur uſti celas incendia cordis?
Si neſcis, gravius vulnera tecta dolent.
Dic age, nam duri ſermone levantur amores;
Hic tibi colloquii maximus uſus erit. & ſeqq.
Ut relevant lacrimae preſſum & ſuſpiria pectus,
Sic & amicorum voce levatur amor.

ex quo colligi poteſt, *levat* eum hoc in verſu etiam praetuliſſe. conferenda cum hoc Propertii loco ſunt illa Horatii Lib. I. od. 27. 10.

——— dicat Opuntiae
Frater Megillae, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.
Ceſſat voluntas? non alia bibam
Mercede, quae te cumque domat Venus,
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuoque ſemper
Amore peccas. ——— *quidquid habes, age,*
Depone tutis auribus.

ex quo patet, inter bibendi leges etiam veteribus uſitatum fuiſſe amores ſuos ſodalibus inter pocula profiteri.

ELEG. X.

O jucunda quies! primo quum teſtis amori
Adfueram veſtris conſcius in lacrimis.
O noctem meminiſſe mihi jucunda voluptas,
O quoties votis illa vocanda meis!
Quum te conplexa morientem, Galle, puella
Vidimus, & longa ducere verba mora.

Quam-

ELEG. X.] AD GALLVM inſcribunt codd. MSS. & vetuſtae edd. eumdem, ad quem eſt Eleg. V. XIII. XX. & XXI. hujus Libri.

1. *O jucunda quies*] *dies* legebat Graevius Epiſt. ad Heinſ. Tom. IV. Syllog. p. 195. ſed repugnat v. 3. *O noctem meminiſſe* &c. & v. 7. & 8. *premeret mihi ſomnus ocellos, Et coelo Luna ruberet.* imitatus videtur Martialis Lib. XI. Ep. 27.

O mihi grata quies! ô blanda, Teleſphore, cura,
Qualis in amplexu non fuit ante meo.

2. *veſtris conſcius in lacrimis*] *conſcius inlecebris* Scalig. Fruter. J. Douſa P. & Heinſ. *& lacrimis* Ayrmannus. *lacrimas* hic vindicat v. 13. *veſtros didici reticere dolores.* & El. XIII. v. 15.

Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo,
Et flere injectis, Galle, diu manibus.

vide hic Muretum. male notat Volſcus, melius fore, ſi dixiſſet Propertius *veſtrarum lacrimarum conſcius.* rectum ſermonem eſſe docent exempla Ciceronis & Minucii Felicis, a Broukhuſio producta. quibus adde Oroſ. Lib. III. c. 10. *conſcius in facinoribus.* paſſim quoque cum caſu tertio. ut apud Virg. IV. Aen. 167. *conſcius aether Connubiis* ex MSS. praetulit Heinſ. pro *Connubii.* quem etiam vide ad Ovid. VI. Met. 588. & ad Valer. Fl. I. 211. alia notavi ad Anthol. Lat. Vol. II. p. 625.

5. *Quun te conplexa morientem, Galle, puella*
Vidimus, & longa ducere verba mora.]

marcentem pro *morientem* Heinſ. in Notis p. 664. Virgilius in Ciri v. 347.

Noctem illam ſic moeſta ſuper morientis alumnae
Frigidulos cubito ſubnixa pependit ocellos.

ubi idem Heinſius *marcentis* vel *moerentis.* ſed vide Gonſal. ad Petron. cap. 7. & 129. *complexa puella*, ut ſupra Eleg. VI. v. 5. *Sed me complexae remorantur verba puellae.* *morientem* igitur hic non videtur ſollicitandum. indicat enim, vidimus te poſt complexum graviter anhelantem, & vix animam trahentem, vel, nimia libidine langueſcentem, vel, ut Volſcus explicat, *amore pereuntem.* ut ſupra Eleg. pracc. v. ult. & El. IV. 12. *Sunt majora, quibus, Baſſe, perire juvat.* Ovid II. Amor. El. 7. 10. *alterius dicor amore mori.* id eſt amoris cura tabeſcere. ut in Val. Catonis Diris v. 125.

At mihi tabeſcunt morientia membra dolore,
Et calor infuſo decedit frigore mortis.

ubi Heinſius etiam *marcentia.* quod illic praeferendum ex notis conſtabit, quia cum *tabeſcunt* melius jungitur, & ſeq. verſu recurrat *frigore mortis.* vide & notas ad Petron. cap. 20. in minore verſu *& longa ducere verba mora* edidit Broukhuſius, ut in multis codd. quos indicat, & in Vatic. ſecundo, Regiis, Colbertinis, & primo meo MS. & hoc tuetur etiam Gebhardus, *dicere* in cod. Askew. *in longa mora* quintus Vaticanus, & codex Ant. Perreji, qui exponebat, cum anhelitu loqui, deficientibus verbis, pro more & adfectu vario amantium, quo ſenſu haec etiam capiebat Gonſalius ad Petron. cap. 91. ita ex metu apud Ovid. Lib. I. Am. 7. 20.

Ipſa nihil: pavido lingua retenta metu.

& apud Virg. IV. Aen. 76. de Didone: *Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.* & ſic in ed. Aldi an. 1515. ſed lectionem illam, quam in contextu dedit Broukhuſius, inficetam dicit Marklandus ad Stat. Lib. III. Sylv. 5. 34. & omnino legendum eſſe *Vidimus in longam ducere verba moram.*

Quamvis labentes premeret mihi ſomnus ocellos,
Et mediis coelo Luna ruberet equis:
Non tamen a veſtro potui ſecedere luſu,
Tantus in alternis vocibus ardor erat.
Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe conmiſſae munera laetitiae.
Non ſolum veſtros didici reticere dolores,
Eſt quiddam in nobis majus, amice, fide.

15. Poſ-

ram. idque etiam probabat Heinſius in notis pag. 664. ut *in longam noctem potare*, & ſim. & forte inficetus Marklando viſus eſt hic verſus propter ſonum auribus ingratiorem, *longa ducere verba mora.* quamvis ſic quoque apud Ovidium Epiſt. XIX. 10.

Ponitis in varia tempora longa mora.

certe *in longam moram* legitur in Excerptis Modii, Leidenſi ſecundo, Groningano, primis editionibus, & Aldina 1502. Colinaei 1529. Rovillii, aliiſque. Virgil. IV. Aen. 463.

Saepe queri, & longas in fletum ducere voces.

quo loco *ducere* pro *dicere* etiam firmatur. & hanc lectionem ſua imitatione probaſſe videtur Lotichius Lib. I. El. 10. 74. illo loco, quem adfert Broukhuſius,

—— *lacrimiſque fluentibus ambo*
Duximus in longas triſtia verba moras.

8. *Et mediis coelo Luna ruberet equis*] *aquis* male in Voſſ. primo. *coeli* conjecerat Heinſius ad oram ed. Ald. duplici forte ablativo offenſus. ſed non opus eſt. *mediis equis* pro medio coelo, vel media in coelo Luna. de quo loquendi modo vide Patrui notas ad Virg. II. Aen. 508. eumdemque & Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 41. videtur autem hic ante oculos habuiſſe illud Virgilii X. Aen. 216.

—— *almaque curru*
Noctivago medium Phoebe pulſabat Olympum.

9. *ſecedere luſu*] *luxu* male in cod. Ant. Perreji, Vaticano, D'orvill. & Askew. mox *alterius* pro *alternis* in cod. Heinſ. eadem fere, quae hoc loco, occurrunt infra El. XIII. 19. ad hunc Gallum:

Non ego conplexus potui diducere veſtros:
Tantus erat demens inter utroſque furor.

11. *Sed quoniam non es veritus concredere nobis*] *concedere* in pleriſque codd. Leidenſi ſecundo, tribus Voſſ. duobus D'orvill. Regiis, Colbertinis, Excerpt. Modii, Groning. Neap. Borrich. altero meo cod. & primis edd. *te credere* in aliis. *cedere* in Heinſ. *condere* Mentel. ſed *concredere* optimae notae verbum de re, quam fideli amico committimus. *fortunas* & *famam alicui concredere* apud Cic. pro Roſc. 39. ejuſque imitatione Apulejus Apol. pag. 87. ed. Caſaub. *videbatur ſibi peridoneum maritum matri reperiſſe, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet.*

12. *Accipe conmiſſae munera laetitiae*] *praemia* vel *mutua* Heinſius. quod ultimum adſtrui poſſet ex Eleg. V. 30. *Alter in alterius mutua flere ſinu.* infra El. XVI. 26. *Reſpondes tacitis mutua cardinibus. commiſſae laetitiae*, ut ſupra El. IV. *Nec tibi me poſthaec committet Cynthia.* licet illic alia etiam notione accipi poſſe notaverim. *commiſſa* enim *laetitia* hic eſt, cui teſtis conſcius ſum adhibitus. ut apud Cicer. Orat. pro Coelio cap. 23. *ut omnes ſuas fortunas alienis ſervis committeret? At quibus ſervis?* & ſeqq. *quibus omnia committantur, per quos gerantur, qui verſentur iiſdem in voluptatibus, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum etiam ex quotidianis ſumtibus ac luxuria redundet?* infra Lib. II. El. 14. 37.

—— *noli committere famae,*
Et rumor terras tranſilit, & maria.

& amat noſter *laetitiam* ponere pro amoris gaudio. de quo ad El. ſequentem v. 24.

15. *Poſſum ego diverſos iterum conjungere amantes,*] *poſſum ego & averſos* conjecerat Heinſius. cui favet D'orvill. ſecundus, in quo *Poſſum ego & adverſos.* *diviſos* in quinto Vaticano, aliiſque

Poſſum ego diverſos iterum conjungere amantes,
Et dominae tardas poſſum aperire fores:
Et poſſum alterius curas ſanare recentes,
Nec levis in verbis eſt medicina meis.

Cyn-

que codd. quod tuetur Paſſeratius, laudante Heinſio in Notis p. 665. ut Lib. II. El. 24. 5.

Quae Dea tam cupide toties diviſit amantes.

Lib. II. El. 6. 3.

Ni nos divideret, quamvis diducere amantes
Non queat invitos Jupiter ipſe duos.

Pindarus Thebanus Epitome Iliad. v. 325.

Noſtraque me miſeram timui ne Doricus enſis
Oſcula divideret.

ut in meo cod. MS. legitur, cui adſtipulatur Voſſianus, in quo *dideret.* vulgo *diſcuteret. diverſos* tamen, ut edidit Broukhuſius, in majore codicum numero, Leidenſibus, Voſſianis, Dorvill. primo, & ſecundo Vaticano, Neapol. Groning. Regiis, Mentel. Excerptis Scalig. & Modii. nec aliter in primis ac vetuſtioribus edd. *diverſi* enim *amantes* recte dicuntur, a *divertendo.* unde *in diverſa ire*, pro diſſidere, diſſentire. vid. Broukhuſ. & paſſim hae voces in MSS. confunduntur. ut apud Claud. III. de laud. Stil. 45. *Praeterea diviſus erat favor.* ubi in MSS. *diverſus.* & ibid. v. 275. Bell. Gild. 532. Lucan. III. 274. & alibi. infra El. XII. 3. *Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto.* ubi *diverſa* in MSS. de frequenti harum vocum confuſione vide Cortii notas ad Salluſt. Catil. cap. 11. 1. & cap. V. 8. Imitatur vero hunc locum, bis etiam repetito *poſſum*, Auſonius in praef. Ludi VII. Sapientum:

Poſſum ego cenſuram lectoris ferre ſeveri,
Et poſſum modica laude placere mihi.

ſic lege ex vetuſtiſſ. cod. Voſſiano, non *Poſſem ego.* Auctor Panegyrici in Piſon. v. 237 & 244.

Poſſumus aeternae nomen committere famae: &c.
Poſſumus inpoſitis caput exonerare tenebris.

ubi forte emendandum, *caput exſertare tenebris.* nam quid eſt, quaeſo, *caput tenebris exonerare?* an pro liberare ſe tenebris, velut inpoſito gravi onere?

16. *Et dominae tardas poſſum aperire fores*] forte *ſurdas fores.* quas voces alibi quoque confuſas vidimus ad El. VIII. 41. & hoc etiam Heinſio placuiſſe video in Notis ad Propert. pag. 665. Ovidius Lib. I. Am. El. 6. v. 54.

Si ſatis es raptae, Borea, memor Orithyae,
Huc ades, & ſurdas flamine tunde fores.

& v. 62.

——— *nec te precibuſve miniſve*
Movimus, o foribus ſurdior ipſe tuis.

ut reſtituit idem Heinſius, pro *durior.* eumdem vide ad Lib. XIV. Met. 711. vel quia *aperire* additur, forte *duras fores* praeſtaret. vid. infra ad El. XVI. v. 18. ad talem ſurdam ac duram januam, quae *preces non reddit*, ſeu exaudit, querela eſt noſtri infra El. XVI. 17.

Janua, vel domina penitus crudelior ipſa,
Quid mihi tam duris *clauſa taces foribus.*
Quae numquam reſerata meos admittis amores,
Neſcia furtivas reddere mota preces.

ex quo loco hic etiam *tacitas* pro *tardas* emendare liceret. & ſic Eleg. XVIII. 24.

Quae ſolum tacitis cognita ſint foribus.

Tibullus Lib. I. El. 2. 5.

Nam poſita eſt noſtrae cuſtodia ſaeva puellae,
Clauditur & dura *janua fulta ſera.*
Janua difficilis domini, te verberet imber,
Te Jovis imperio fulmina miſſa petant.
Janua jam pateas uni mihi, victa querelis,
Neu furtim verſo cardine aperta ſones.

17. *Et poſſum alterius curas ſanare recentes*] *poenas* cod. Scalig. quod tamen in nullo MS. inveni. & recte *curas* vindicat Broukhuſ. *cura* enim de amoribus apud poëtas obvium. ſupra El. I. 35.

——— *ſua quemque moretur*
Cura, neque adſueto mutet amore locum.

vide Barth. ad Claudian. I. in Eutrop. 362. pag. 1330. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 672. pro *recentes* in aliis *dolentis* legi ſcribit Latin. Latinius in Var. Lect. ad Propert. pag. 58.

20. *Quae-*

Cynthia me docuit ſemper, quaecumque petenda,
  Quaeque cavenda forent: non nihil egit Amor.
Tu cave, ne triſti cupias pugnare puellae,
  Neve ſuperba loqui, neve tacere diu:
Neu ſi quid petiit, ingrata fronte negaris,
  Neu tibi pro vano verba benigna cadant.
Inritata venit, quando contemnitur illa:
  Nec meminit juſtas ponere laeſa minas.
At quo ſis humilis magis, & ſubjectus Amori,

Hoc

20. *Quaeque cavenda forent*] interpolatam hanc lectionem dicit Scaliger, ideoque ex libro ſuo, in quo *querenda* legebatur, reponit *Quaeque verenda forent.* *canenda* in primo D'orvill. an forte *carenda* ad oppoſitionem *petenda*? quia ſequitur *Tu cave.* vel *pavenda*? ſed vulgatam recte probant Paſſeratius & Heinſius. quae etiam exſtat in codd. Regiis & Colbertinis, & ceteris MSS. ac priſcis edd.

23. *ingrata fronte negaris*] *ingrate* in cod. Mentel. & primo Leid. an forte *irata fronte.* hoc eſt *vultu duro*, ut Lib. II. El. 2. 11.

Quae ſi forte aliquid vultu mihi dura negarat.

ſupra El. IX. 22.

Et nihil iratae poſſe negare tuae.

ubi Aymanno male *irata rogare tua* legenti hunc locum oppoſui.

24. *Neu tibi pro vano verba benigna cadant*] perperam haec intelligebat Ant. Perrejus, nam ed. Aldinae, quam cum v. c. contulerat, ſive codicis gloſſam, ſive ſuam explicationem, adſcripſerat, *promiſſa non praeſtes, ſed vana atque irrita facias.* Ego intelligo verba puellae petentis cum blanditiis, adeoque monet Gallum, ne illa rejiciat, nec, quae rogavit, dura fronte neget. *pro vano verba cadant*, ut apud Ovid. Epiſt. III. 98. *At mea pro nullo pondere verba cadunt.* id eſt vanae rei inſtar, tamquam ſine pondere. quod noſtro Lib. II. El. 18. 44. dicitur,

Quid juvat in nullo pondere verba loqui.

vide hic Paſſeratium, & ad illum Naſonis locum notas N. Heinſii, qui locutionem *pro nullo pondere*, quam minus Latinam illic pater ejus damnaverat, recte aliis exemplis, & hoc ipſo Propertii loco, vindicat. idque Tacito frequens eſſe patet ex Freinſhemii Indice. & adde Senecae locum de Conſt. Sap. cap. 18. *Chaereae tribuno militum ſermo non pro manu erat.* eodem Ovidii loco v. 99. *nec me pro conjuge geſſi*, tamquam conjugem. ut Lib. I. Met. 400.

——— *niſi ſit pro teſte vetuſtas.*

& alia his ſimilia, Gronovio etiam notata ad Livium Lib. I. cap. 21. §. 1. pro *Neu* tam hoc quam praeced. verſu *Seu* legitur in primo meo cod. infra Lib. II. El. 22. 28.

Neu tibi, neuve mihi quae nocitura forent.

ut in nonnullis codd. in aliis *Seu.* in ed. Broukh. *Neu tibi, neve.* ut Lib. III. 10. 11.

Neve *tua Medae laetentur caede ſagittae*,
  Ferreus armato neu *cataphractus equo.*

ſed hoc verſu praeſtiterit forſan, *Ne tibi.*

25. *Inritata venit*] Graeciſmo Propertiano pro *irritatur.* de quo vide ſupra ad El. V. v. 32. *irritatura* vitioſe in Voſſ. ſecundo. *irrita* in prima ed. Venet. & Reg. Lep.

27. *At quo ſis humilis magis, & ſubjectus Amori, Hoc magis effectu*] *Et quo* in primo meo cod. *ſuſceptus* in Voſſiano. legendum forte & diſtinguendum,

At quo ſis humilis magis & ſubjectus, amoris
  Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.

Ovi-

Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.
Is poterit felix una remanere puella,
Qui numquam vacuo pectore liber erit.

ELEG.

Ovidius Lib. II. A. A. 411.

Tunc neque ſubjectus, ſolito nec blandior eſto,
Haec animi multum ſigna nocentis habent.

Epiſt. IV. Heroid. 149.

Non ego dedignor ſupplex humiliſque precari.

Lucanus Lib. VIII. 344.

Dejectum fatis humilem fractumque videbit.

de locutione *Quo magis*, *hoc magis*, vide ſupra ad Eleg. IV. 15. Poſſis etiam,

Hoc magis eventu *ſaepe fruere bono.*

ut apud Ovid. Am. 10. 48.

Non habet eventus *ſordida praeda* bonos.

& ſic conjecerat Heinſius in Notis pag. 665. addens ita BONVM EVENTVM in Numis & aliis monumentis memorari. ita certe in Galbae, Titi, Juliae Domnae, aliiſque Caeſarum & Auguſtarum Numis ſaepe occurrit; in quibus BONVS EVENTVS, ut hoc loco, pro felici, propitio, ac fauſto, ut BONAE DEAE VENERI, BONA JVNO, FORTVNAE BONAE, BONAE SPEI, & ſim. & θεοὶ ἀγαθοὶ Graecis. vide Spanhem. de praeſt. & uſu Numiſm. Tom. II. p. 336. & 337. ſic *Eventus*, inſtar numinis, apud Apulejum IV. Met. p. 64. ed. Pric. *invocato hilaro atque proſpero Eventu.* quia tamen *effecto* in pleriſque codicibus, duobus Leid. tribus Voſſianis, uno Dorvillii (nam *officio* in illius altero) Askewiano, utroque meo MS. & vetuſtis fere omnibus edd. legitur, quibus accedit Vaticanus quintus, in quo *affecto*, pro *effecto*, (nam *effectum* aeque ac *effectus* dicitur) editam ſcripturam probo, & ipſe eam firmat Propertius Lib. III. El. 22. 10.

Semper & effectus *promeruere* bonos.

ubi *ſuos*, pro *bonos*, non male in Voſſ. tertio. Ovidius Lib. II Am. 3. 16.

Non caret effectu, quod voluere duo.

Petronius cap. 140. *cum res ad effectum ſpectaret.* ubi haec ipſa Propertii loca etiam in curis ſecundis Patruus produxit.

20. *Is poterit felix*] *poterat* in Leidenſ. ſecundo, cod. Regio, Excerptis Modii, & prima Veneta, Reg. Lep. Colinaei, aliiſque edd. quod licet Paſſeratius & Broukhuſ. inprobent, non tamen rejiciendum patebit ex Heinſii & Patrui mei notis ad Virg. Ecl. I. 80. ultimum verſum imitatus eſt Ovid. Remed. Am. v. 752.

Dum bene de vacuo pectore cedat Amor.

& e recentioribus Jo. Jov. Pontanus Lib. II. Amor. El. 2. in fine:

Sic quos junxit Amor, triſtis cuſtodia ſolvit,
O nullo vacuum pectore, quiſquis amat.

& Lotichius Lib. V. El. 6. 20.

Hactenus, & repetens ſuſpiria, lumina terſit.
O numquam vacuo pectore, quiſquis amat!

ubi vide.

ELEG. XI.

Ecquid te mediis ceſſantem, Cynthia, Bajis,
Qua jacet Herculeis ſemita litoribus,

Et

Eleg. XI. v. 1. *Ecquid te mediis ceſſantem, Cynthia, Bajis*] *Et quid* melius in quatuor Voſſianis, Neapolitano, & primo D'orvill. ſic enim ſcripſiſſe veteres contendunt, quos laudat Broukhuſ. & ita in nonnullis MSS. Lib. II. El. 18. v. 58. *muneris & quid habes.* & mox v. 6. *Et quis in extremo* &c. pro *Ecquis*, in Borrichiano, Regiis, quatuor Voſſianis, uno Dorvill. & meo ſecundo cod. de perpetua fere hac variatione, ut & in *ecquis, & quid, & quando*, & *ecquando*, & ſim. vide Drakenb. ad Livium Lib. V. 36. 5. ſic apud Lucanum Lib. III. 38. praetulerunt viri docti,

Et, quid, ait, vani terremur imagine viſus?

& Lib. IV. 542.

Et quis, ait, juvenes, cujus ſit dextra cruore
Digna meo.

pro *Ecquis, ait, juvenum eſt.* de *Ecquando* & *Et quando*. vid. infra ad Lib. II. El. 7. 39. pro *mediis Bajis* Heinſius legebat *tepidis*, ex loco Silii Ital. Lib. XII. 113.

——— *docet ille* tepentes
Unde ferant nomen Bajae.

Statius Lib. III. Sylv. 2. 16.

Surgite de vitreis ſpumoſae Dorides antris,
Bajanoſque ſinus, & foeta tepentibus undis
Litora tranquillo certatim ambite natatu.

tepentes fontibus Bajae Floro I. 16. §. 4. quod firmari etiam poſſet ex ipſo Propertio Lib. III. El. 16. init. quae cum his conferenda ſunt,

Plauſus ab umbroſo qua ludit pontus Averno,
Fumida Bajarum ſtagna tepentis *aquae,*
Qua jacet & Trojae tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

Regianus Epigrammate de Bajis Tom. I. Anthol. Lat. pag. 476.

Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae.
Illa natare lacus cum lampade juſſit Amorem.
Dum natat, algentes cecidit ſcintilla per undas.
Hinc vapor uſſit aquas; quicumque natavit, amavit.

2. *Qua jacet Herculeis ſemita litoribus*] *Quae* in Heinſ. & meo cod. *tacet* in Menteliano. *Herculeis ſemita ſtrata viis* Ayrmannus. quod petiit ex altero noſtri loco, paullo ante producto, *Qua ſonat Herculeo ſtructa labore via.* Sed quid, quaeſo, eſt *ſemita ſtructa viis? ſemita* enim hic, ut obſervat Paſſeratius, pro via ponitur a Propertio, ut Lib. IV. El. 8. v. 60. *Omnis & inſana ſemita voce ſonat.* licet aliter diſtinguantur. vide Gudium ad Phaedrum prolog. Lib III. v. 38. Idem Paſſeratius *Qua jacet* exponit, ubi ſita eſt. Sed an *jacet* ſemitae conveniat, dubito, quod regionibus vel urbibus aptius verbum eſt. Malim itaque,

Qua patet *Herculeis ſemita litoribus.*

ſic *patentes* & *jacentes terrae* confunduntur apud Ovid. II. Met. 178. *Herculeis litoribus* lucem aliquam dant illa Silii Ital. Lib. XII. 118.

——— *medioque in gurgite ponti*
Herculeum commendat iter, qua diſcidit aequor
Amphithryoniades, armenti victor Hiberi.

Intelligitur enim via illa, quam non procul a Bajis Herculem, ut per hanc Geryonae boves traduceret, muniviſſe tradunt veteres, & aggeribus lacum Avernum cohibuiſſe, ne in mare exiret, viamque juxta mare ſtraviſſe, quae ab eo *Herculea* dicta eſt. vide Diodor. Sic. Lib. IV. cap. 22. pag. 267. & Strabonem Lib. V. pag. 245. ubi hanc viam Herculeam & aggerem deſcribit, quem ὀκτασάδιον τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας dicit, unde liquet, cur Pro-

Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno,

Proxima

portio *ſonare* haec via dicatur Lib. III. El. 16.

Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

rotarum nempe ſtrepitu, & quia lapidibus forte ſtrata fuit. ad quem locum de hac via Herculea vide Livinejum. Neque dubito hanc ſemitam ab Hercule nomen habuiſſe, ut *Coclitis ſemita*, ab Horatio Coclite nomen ſortita, Lib. III. El. 9. 65.

Coclitis abſciſſor teſtatur ſemita pontes.

Forſan igitur hic reponi poſſet,

Qua patet *Herculeis ſemita* in aggeribus.

in aggeribus vero, pro juxta aggeres, uſu vere Propertiano. de quo vide ſupra ad El. I. v. 11. Ne quis tamen hanc conjecturam a vulgata lectione nimium recedere objiciat, ſciendum eſt, valde turbatum hic fuiſſe a librariis; nam verſu primo in cod. Groning. & Excerptis Modii pro *Cynthia* ſcriptum fuit *litora*, verſu ſecundo *litoribus*, & rurſus verſu quarto, *Miſenis aequora litoribus* in aliis legitur, teſte Scaligero ad Culicem v. 14. & ſic in v. c. Paſſeratii: *Proxima litoribus aequora nobilibus* in Excerptis Modii, ſeu Groningano. Hinc quia *litoribus* verſu ſecundo praeceſſit, Heinſius conjecerat *Miſenis culminibus*, ut *montem aërium* de Miſeno dicit Virg. VI. Aen. 234. inde, ni fallor, patebit, non temere me *Herculeis aggeribus* pro *litoribus* v. 2. tentaſſe. illorum aggerum Herculeorum in hoc tractu poſt Aenariam, Prochytenque & Bajas, etiam meminit Sannazarius Ecl. IV. v. 42.

Hinc magni Alcidae tauros, ſtratumque profundum
Aggeribus memorat, ductamque per oppida pompam.

ſed reliqua adtentius perpendenti viſum fuit initio Elegiae *mediis Bajis*, rejecta Heinſii conjectura *tepidis*, commode ſervari, totumque locum ſic forte conſtitui poſſe,

Et quid te mediis ceſſantem ad litora *Bajis*,
Qua patet *Herculeis ſemita* in aggeribus,
Et modo Theſproti &c.

vel potius *Et modo te Prochytae* cum Sannazario, deleta *Cynthia* verſu primo, ad quam Elegiam hanc ſcriptam eſſe, paullo poſt v. 8. indicatur,

Suſtulit e noſtris, Cynthia, carminibus.

quod nomen repeti neceſſe non eſt, & illic ſub finem periodi aptius collocatur, quam ut illius initio & fine bis ponatur. *ceſſantem ad litora, Qua patet* &c. ideo conjeci, quia via illa Herculea juxta aggeres ab eo exſtructos ad litora ſe extendebat; & *mediis Bajis* ea propter non ſollicito, quia Bajae ipſae in litore erant mediae inter ſinum Puteolanum & Miſenum in ora Campaniae, ſeu tractu Neapolitano. Bajas in litore fuiſſe teſtatur Strabo Lib. V. pag. 243. in fine ed. Caſaub. infra hac eadem El. v. 28.

—— *corruptas deſere Bajas:*
Multis iſta dabunt litora *diſcidium.*

& ſemper fere *litora* apud poëtas, quotieſcumque de Bajis agunt, memorantur. Statius Lib. III. Sylv. 3. 96.

Sive vaporiferas, blandiſſima litora, *Bajas,*
Enthea fatidicae ſeu viſere tecta Sibyllae
Dulce ſit.

Lib. V. Sylv. 3. 170.

Quoſque Dicarchaei portus Bajanaque mittunt
Litora.

Juvenalis Sat. III. 4. de vicinis Cumis:

Janua Bajarum eſt, & gratum litus amoeni
Seceſſus.

Ovidius Lib. I. A. A. 255.

Quid tibi femineos coetus, venatibus aptos,
Enumerem? numero cedet arena meo.
Quid referam Bajas, praetextaque litora *velis,*
Et, quae de calido ſulfure fumat, aquam.

quo loco *litora velis praetexta* Heinſius intelligebat de lintribus, quae in ſinu Bajano frequentiſſimae per totum illum tractum litoralem a Puteolis uſque ad Miſenum promontorium ad navigationes luxurioſas per lacum Lucrinum & Avernum inſtituendas, in quas acriter invehitur Seneca Epiſt. 51. *Illic videre ebrios per litora errantes, & comeſſationes navigantium & Symphoniarum cantibus perſtrepentes lacus.* Cicero pro Coelio cap. 15. *Accuſatores quidem libidines, amores, adulteria, Bajas, actas, convivia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant.* ſed forte *praetentaque litora velis* corrigendum,

idque

Proxima Miſenis aequora nobilibus,

5. Noſtri

idque de velis ſeu tentoriis expanſis capiendum, ſub quibus otiabantur & delicias agebant. ut de Verre & Cleomene apud Cic. V. Verr. c. 12. & 33. vel *praetextaque litora villis* cum Gronovio legendum, quia in tractu Bajano plurimae & amoeniſſimae erant villae. de quibus vide Capacium in Hiſt. Puteol. cap. XXII. pag. 115. & Cluverium Lib. IV. Ital. Antiq. pag. 1124. & ſeqq. & huic Gronovii emendationi ſuffragari poteſt locus Claudiani II. de Laud. Stilic. v. 187. & ſeqq.

——— nova culmina totis
Aedificet ripis, & ſaevum gentibus amnem,
Thybridis in morem, domibus praevelet amoenis.

Sed ad alia pergendum.

3. *Et modo Theſproti mirantem ſubdita regno,*
Et modo Miſenis &c.]

Hic quoque locus virorum eruditorum ingenia non parum exercuit. *teſpronti* ſcribitur in altero meo codice. *Teſponti* in Voſſiano. *Threſpoti* in Askewiano. in prima Veneta 1475. *Et modo te ſproti mirantem ſubita regno.* in ed. Reg. Lep. 1481. *Et modo te ſpreti mirantem ſubita.* hinc Janus Parrhaſius in Quaeſt. Epiſt. III. pag. 9. ex codd. MSS. a ſe conſultis, in quibus pari modo *te ſpreti*, vel *te ſproti*, exaratum erat, *Theſproto* ejecto, quia ad Epirum, longe a Campania remotum, ſpectant *Theſprotii*, hic emendandum cenſuit,

Et modo te Protei mirantem ſubdita regno.

Proteus enim ad Capreas Bajis vicinas ſedem habuiſſe fingitur. idque probabat Dauſquejus ad Silium Ital. pag. 311. & Livinejus in notis ad h. l. apud quem vitio operarum pro *Parrhaſii* nomine *Panſalii* corrupte editum eſt. Theſprotia certe ad Epirum in Theſſalia pertinet. hinc Euſtathius ad Homeri Odyſſ. VI. pag. 412. χώρα δὲ καὶ πόλις ἡ Θεσπρωτία περὶ τὰ ἔσχατα Θετταλίας. ſimili filo deducta eſt N. Heinſii conjectura, qua tentaverat *Teleboo*, vel *Prothoi regno*. Haec autem innituntur loco Silii Ital. Lib. VII. 418.

Teleboi medio ſurgunt qua regna profundo,
Pumiceaeque procul ſedes. inmanis in antro
Conditur abrupto Proteus, ac ſpumea late
Cautibus objectis rejectat coerula, vates.

idem Heinſius etiam divinaverat *Theſproto ſubdita ſtagno.* ut Avernum vel Lucrinum lacum intelligat. Jam olim quoque Jac. Sannazarius illud *Theſproti regnum* hic ferre non potuit, ac proinde legebat, *Et modo te Prochytae*, quem hanc emendationem multis confirmantem inducit Alex. ab Alexandro Lib. II. Genial. Dier. cap. 1. feliciſſima certe conjectura, quam a viris eruditis non receptam fuiſſe equidem miror. vulgatae lectioni interpretationis lucem adfundere conatus eſt Turnebus Lib. XI. Adverſ. cap. 14. & explicandum cenſuit de magnificis villis, quas Romani nobiliores non tantum ad Miſenum, jactis in altum molibus, habebant, ſed & Theſprotiam ipſam atque adeo Epirum poſſeſſionibus occupaverant, & ita non tantum mare ad Miſenum tenebant, ſed etiam Theſprotiae regnum ſuum fecerant. Scaliger in notis ad h. l. & ad Culicem v. 14. inter Catalecta ab eo edita pag. 6 & 7. Sannazarium, & cum eo Parrhaſium ac Turnebum, ni fallor, intelligit, quum ſcribit locum hunc *inmerito viris magnis negotium faceſſiviſſe*, & *regnum Theſproti* intelligit, quod ab Abantibus, qui antea Theſprotiam incoluerant, & inde in magnam Graeciam & Campaniam pervenerant, occupatum fuit. id mihi in memoriam reducit locum ex Gloſſario veteri apud me inedito, in quo legitur, *Abbantes, mortui, quos Graeci ellebontes appellant.* quae corruptiſſima ſunt. Tentabam, *Abantes, populi, quos Graeci Theleboas appellant*, ut indicet Abantes hos, qui ex Euboea in Theſprotiam, & inde, columba duce, in magnam Graeciam ſe effuderunt. niſi malis *Abantes Theſproti, vel mortui, quos Graeci alibantes appellant.* Favet emendationi locus Heſychii, Ἄβαντες, Εὐβοεῖς, καὶ κολοσσοί, νεκροί. qua gloſſa tamen ſimiliter duas voces adfines, Ἄβαντες & Ἀλίβαντες, confudiſſe Lexicographum recte cenſet Kuſterus. Itaque reponi illic poſſet, Ἄβαντες, Εὐβοεῖς, καὶ κολοσσοί. ut νεκροὶ diverſa ſit gloſſa a priori ſeparanda, & ſupplenda, Ἀλίβαντες, νεκροί. ſed & ibidem pro vitioſa lectione κολοσσοὶ potius cum Celeb. Ruhnkenio caſtigandum Μολοσσοί. Diverſos igitur intelligit *Abantes* populos Euboeos, & *Alibantes*, mortuos. ſic enim idem Heſychius

P 2 Ἀλί-

Noſtri cura ſubit memores ah ducere noctes?
Ecquis in extremo reſtat amore locus?

An

Ἀλίβαντες, οἱ νεκροὶ, διὰ τὸ ξηροὶ εἶναι, ϗ οἷον ὑγρασίαν τινὰ μὴ ἔχειν, ἢ λιβάδα. ubi vide notas. H. Stephan. Theſaur. L. Gr. Tom. V. pag. 356. & Barlaei Epiſtolas p. 356. vitioſe in alio Gloſſario MS. Leidenſi, *Abantes*, *mortui*, *quos Graeci aliquantes appellant.* ubi *alibantes* emendandum. & ſic caſtigari etiam poteſt, ſi prima conjectura minus adrideat, in altero Gloſſarii veteris loco. Sed ad Propertium revertamur. Idem Scaliger in notis ad Culicem d. l. in *Miſenis nobilibus* ſubintelligit *urbibus*, & his *Miſenis urbibus* conprehendit omnes illas, quae in tractu Neapolitano erant, Cumas, Bajas, Puteolos, & per *aequora Theſproti regno ſubdita* omnia, quae ab Abantibus illis in magnam Graeciam emigrantibus occupata fuerunt: atque in loco Columellae Lib. X. 131. emendat, ——— *Theſproti litore Cumae.* pro *Ceſpoto.* quod N. Heinſio etiam in mentem venerat. Sed has Scaligeri obſervationes non ſine verborum amaritudine, qua Viro maximo inſultare Italis etiam doctiſſimis frequens eſt, longa digreſſione caſtigavit Camillus Peregrinus in Campania Felice Diſſ. II. §. 14. p. 156. & ſeqq. Tom. IX. P. 11. Theſ. Ital. qui in hoc Propertii loco ſubſtituendum cenſet,

Et modo Theſpoto mirantem ſubdita regno.

& *Theſpotos* ac *Theſpiades* eoſdem facit, quod probari poſſe vix credo, eoſque genus deducentes a Theſpii filiabus, ab Hercule amatis, ex Sardinia in magnam Graeciam ſe contuliſſe, & circa Cumas conſediſſe contendit, ideoque ad ſolas Cumas hos Propertii verſus refert. Merito autem miratur, quid in mentem venerit Julio Caeſari Capacio, (ſed loco non indicato) qui ex initio hujus Elegiae elicere voluerit in ſinu Bajano templum Dianae fuiſſe, cujus rei nullum hic adparet veſtigium. Eum vide in Hiſtoria Puteolana cap. XXII. pag. 117. ubi de templis Bajanis agit. Mihi ex tam diverſo eruditorum hominum molimine prae ceteris palmam praeripere videtur Sannazarii, poëtae Neapolitani, & tractus illius peritiſſimi, conjectura, praeſertim quum *te Prochytae* non multum recedat a ductu literarum in *Teſproti*, vel, ut ſeparatim in MSS. & primis editionibus legitur, *te proti*; adeo ut digna videatur in contextum admitti; &, ne quis ad *Prochytae regnum* haereat, inſulas *regna* vocari, firmat ex illo Virgilii Lib. VII. Aen. 375.

Teleboum capreas cum regna teneret.

ipſe quoque hunc locorum ordinem obſervat Sannazarius verſibus ſuis, Propertii veſtigia prementibus, quos hic adfert Broukhuſius, ex ejus Lib. II. El. 7. init.

Dum tibi Bajanae ſpectantur ab aequore nymphae,
Stagnaque vicinis hoſpita litoribus:
Qua vetus Herculeos perduxit ſemita tauros,
Longius excluſo concita clauſtra mari.
Quaque jacet Baulos inter, lucumque Sibyllae,
Et Prochytae rectum per juga tendit iter.

ubi de ſinus Bajani locis ejuſdem Broukhuſii notas vide. & de inſula Prochyta, Campano litori cum Inarime & Pithecuſis objacente, Ovidio, Virgilio, aliiſque e veterum ſcriptoribus ſaepe memorata, Cluver. Lib. IV. Ital. Antiq. cap. 4. ſitum vero hodiernum locorum circa Bajas deſcribit Mabillon in Itin. Ital. p. 105-107. & Miſſon Tom. I. p. 315. Sed haec ſufficiant, ne Commentarii limites excedam. Illud tantum addam, repetitionem illam *Et modo*, a ſolo Scaligero proveniſſe, qui ſic in ſuo invenerat codice, ejuſque auctoritate ſic edidiſſe Broukhuſium; cum tamen in omnibus MSS. quorum collationes adhibui, quatuor Voſſianis, duobus Leidenſibus, totidem Dorvillianis ac meis, Regiis, Groningano, Borrichiano, ceteriſque, item primis & antiquioribus edd. miro conſenſu legatur,

Proxima Miſenis aequora nobilibus.

veterem lectionem, tot codicum & editionum priſcarum auctoritate ſubnixam, revocandam duxi. ſic *modo* ſemel tantum poſitum eodem ſenſu ſupra El. I. 11.

Nam modo Partheniis amens errabat in antris,
Ibat & hirſutas ille ferire feras.

El. III. 41.

Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum,
Rurſus & Orpheae carmine feſſa lyrae.

&

An te neſcio quis ſimulatis ignibus hoſtis
Suſtulit e noſtris, Cynthia, carminibus?
Atque utinam mage te remis confiſa minutis
Parvula Lucrina cymba moretur aqua.

Aut

& alibi ſaepius. denique hoc Propertii loco Petrus la Sena eruditiſſimo libro de Gymnaſio Neapolitano cap. 3. pag. 40. recte confirmabat optimam emendationem ſuam apud Cicer. Lib. VII. ad Fam. Ep. 1. *Quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforaſti, etiam patefeciſti Sejanum.* ubi pro monſtro iſtius vocabuli *Sejanum*, ex veſtigiis v. c. in quo *ſenum*, reponebat *Miſenum.* quamquam ſi Lambini notas conſuluiſſet, id ei jam in mentem veniſſe reperiſſet.

5. *Noſtri cura ſubit memores ah ducere noctes*] ſic Scaliger, & Heinſius ad Ovid. I. A. A. 568. ubi de Graeciſmo *ſubit ducere.* in pleriſque codicibus, quatuor Voſſianis, Regiis, duobus Leidd. binis D'orvill. meiſque *adducere.* & ita in Menteliano, Borrichiano, Askewiano, aliiſque, & primis edd. & haec lectio ſe probavit Jo. Iſ. Pontano Lib. III. Analect. cap. 9. qui *adducere noctes* exponit contrahere, conjungere. *traducere* Paſſerat. ex cod. Memniano, vel *ſubducere* legendum conjiciebat. ſed recte Broukhuſ. *ducere* vindicat, quod ſi de tempore dicatur, idem ac trahere eſt. ut *ducere diem* infra El. XIV. 10. ubi ejuſdem notas vide, & Patrui mei ad Ovid. IV. Met. 292. & ad Lucan. VIII. 479. male vero Livinejus diſtinguit, ut in primis editionibus etiam inveni,

Noſtri cura ſubit: memores adducere noctes?

nam *noſtri memores noctes* jungenda ſunt. altero verſu recte Paſſeratius *externo amore*, probante Heinſio & Marklando. ſic ſupra El. III. v. 44. ubi notata vide.

8. *Suſtulit e noſtris, Cynthia, carminibus*] *luminibus* margini codicis ſui adſcripſerat Marklandus.

9. *Atque utinam mage te remis confiſa minutis Parvula Lucrina* &c.]

remo minuto magis poëticum fore notat Broukhuſius. ſic ſane ſupra El. VIII. 19.

Ut te felici praevecta Ceraunia remo.

Ovidius Epiſt. II. 87.

At ſi noſtra tuo caneſcant aequora remo.

& Epiſt. XIII. 101.

— *remoque move veloque carinam.*

& Lib. I. A. A. 3.

Arte citae veloque rates remoque moventur.

& aliis in locis. non tamen perpetuo id obſervant poëtae. idem Ovid. III. Am. El. 8. 43.

Non freta dimiſſi verrebant eruta remi.

I. ex P. 5. 40.

Mox ducit remos, qua modo navit aqua.

& Lib. IV. 15. 28.

Augetur remis curſus euntis aquae.

& paſſim alibi. apud noſtrum ſupra El. 6. v. 33.

Seu pedibus terras, ſeu pontum carpere remis.

IV. 6. 22.

——— *ſtetit aequore moles*
Pinea, nec remis aequa favebat avis.

& v. 45.

Et nimium remis audent (pro turpe!) Latinis,
Principe te, fluctus regia vela pati.

confiſa remis D'orvillius pro *confiſam* capiebat, *te* cum hac voce jungens. ut Scaliger illud ex El VIII. huj. libr. 19. *te felici praevecta Ceraunia* etiam pro *praevectam* exponebat. ſed locum illum aliter legendum ibidem notavi. hic vero *confiſa* jungi debet cum *cymba* ſeq. verſu. ubi Lucrinus lacus indicatur, quem nunc penitus interiiſſe, Avernum vero adhuc exſtare, tradit Cluver. IV. Ital. Antiq. p. 1121 & 1122. ex Lucrino enim lacu portus ab Auguſto factus eſt mole contra vim maris objecta, qui tamen illis terrae motibus, quos an. 1535. accidiſſe refert Cluverius, cineribus & pumicibus totus oppletus fuit, ſuperſtite tantum coenoſa palude cum

Aut teneat clauſam tenui Teuthrantis in unda

Alter-

parvo arundineto, de utroque lacu vid. Paul. Merulam P. II. Geogr. Lib. IV. pag. 580. 581. ed. in Fol. per *cymbam* vero *parvulam* intellige lintrem, qualibus navigiis velo remoque actis, ad voluptatem utebantur in lacu Lucrino & Averno, iiſque oppleta erant orae Bajanae litora. ut locum Ovidii Lib. I. A. A. 255. *Quid referam Bajas, praetextaque litora velis*, expoſuiſſe Heinſium, paullo ante dixi ad huj. El. v. 2. *celeres lintres* tardis navibus, fune tractis, opponit infra El. XIV. 3.

Et modo tam celeres miraris currere lintres,
Et modo tam tardas funibus ire rates.

ubi vide Paſſeratium.

11. *tenui Teuthrantis in unda*] ita recte a Scaligero emendatum fuit ex vitioſa codicum veterum ſcriptura, in quibus vel *tentantis* vel *teutantis*, *titanis*, vel *tentatis*, ut in Vaticanis. *ruitantis* in Borrichiano. *metantis* in Menteliano, primo Leid. Voſſ. tertio, & primo Dorvill. in quo ſupraſcriptum erat *temptantis*. *tentatis* etiam in tertio & quarto Voſſ. & ſecundo Dorvill. & in v. c. Ant. Perreji, qui, fere ut Beroaldus, adſcripſerat, *ſi legas* Teutatis, *erit nomen balnei*, *ita forte dicti a tutela Mercurii*, *qui* Teutates *dicitur*. Paſſeratius ex v. c. *te fluminis alveo*. quod merito rejecit Broukhuſius. *teutantis* eſt in ſecundo meo codice, ſed *teutrantis* in primo, quod veriſſimam Scaligeri emendationem firmat. & eo ducit lectio codicis Liveneji *tuctantis*, qui teſtatur adſcriptum fuiſſe, indicari inſulam, vel parvum fluvium. & ſic erat in Voſſiano ſecundo. in Askewiano legebatur *tempandis*. ſed in marg. *Theutantis*. fuiſſe vero tunc ignobilem fluvium, qui poſtea evanuerit, ſive euripum, vel piſcinam agri Campani, non procul a litore Bajano, recte colligit Broukhuſius ex illis, *clauſam tenui Teuthrantis in unda*. nam aquae Bajanae, lacuſque Lucrinus, & haec Teuthrantis unda erant quaſi clauſa, oppoſitis molibus contra impetum maris, aqua veluti captiva, unde *Lucrino addita clauſtra* apud Virg. II. G. 161.

An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra.

& Lib. IV. 364.

Spelunciſque lacus clauſos, lucoſque ſonantes.

Silius Lib. XV. 178.

——— *ſecurae gurgite clauſo*
Stant puppes.

& de portu apud Juvenal. Sat. XII. 75.

Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles.

ſupra El. VIII. v. 24.

Dicite quo portu clauſa puella mea eſt.

ſi vero piſcina fuerit haec Teuthrantis unda, facit huc illud Senecae Epiſt. XC. *vivaria piſcium clauſa, ut tempeſtatum pericula non adiret gula.* Sed fuiſſe potius euripum. in quo natatus inſtituebantur, ſuadet minor verſus, ubi ejus lympha *facile cedere alternae manui* dicitur. ſic de natante Ovid. IV. Met. 353. *alternaque brachia ducens In liquidis translucet aquis.* in Ibide v. 591.

Si qua per alternos pulſabitur unda lacertos.

id optime firmatur ex Rutilio Lib. I. Itin. 247. ubi portum Centumcellenſem cum ſinu Bajano, & aquis illic per moles injectas clauſis, conparat:

Qualis in Euboicis captiva natatibus unda
Suſtinet alterno brachia lenta ſono.

illud enim adumbraſſe Rutilium ex his ipſis verſibus Propertianis, quos ibidem, conparato altero noſtri loco ex Lib. III. El. 16. init. *Clauſus ab umbroſo qua ludit pontus Averno*, egregia luce adfundit, Patrui mei notae docebunt. nomen vero *Teuthrantis* in hac Campaniae ora non ignotum, & eo tempore illic fluviolum hunc ſive euripum fuiſſe, inde etiam firmatur, quod Silius Ital. XI. 290. Cyrnes incolam Euboica teſtudine perſonantem inducat *Teuthrantem*, dum Capuae epularetur Hannibal, nomen viri a flumine deducens. vide illic Cl. Drakenborchii notas. *Teuthrantem* enim fluvium eſſe, licet illius vix meminerint Geographi veteres, patebit ex Caſaub. ad Strab. Lib. VI. pag. 123. ed. Pariſ. an olim nomen habuerit a Teuthrante Myſorum rege, nolim adfirmare. de eo vid. Holſten. ad Steph. Byzant. p. 320.

12. *Al-*

Alternae facilis cedere lympha manu:
Quam vacet alterius blandos audire ſuſurros
Molliter in tacito litore conpoſitam.
Ut ſolet amoto labi cuſtode puella

Per-

12. *Alternae facilis cedere lympha manu*] ita fere in omnibus MSS. & primis edd. ut *manu* pro *manui* ſit. quod multis exemplis firmat Broukhuſius. vide infra ad Lib II. El. 1. 68. & ad Anthol. Lat. Lib. III. Ep. 123. p. 577. idque paſſim in aliis etiam vocibus obtinet, *uſu*, *caſu*, *luxu*, & ſim. vide Cort. ad Salluſt. Jug. cap. 6. *Alterna* tamen *manu* Heinſius. quod a quinto Vaticano firmatur. nam *cedere* etiam cum ſexto caſu jungit noſter Lib. II. El. 25. 84.

Anſeris indocto carmine ceſſit olor.

niſi & illic pro *carmini* poſitum ſit. *Alterne facilis* in Menteliano & Groningano. *facili* in Excerptis Modii, & ſecundo Voſſ. *credere* Voſſ. quartus & ſecundus D'orvill. *cedere* eleganter de aquis. Leander apud Ovid. Ep. XVIII. 76.

Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.

& ſic *cedere* dicitur mare navium inpulſu. vide Oudend. ad Lucan. IX. 38.

13. *Quam vacet alterius blandos audire ſuſurros*] *alternis* in cod. Voſſ. male. *alternae* *manu* praeceſſit, nec *tenues* e Voſſiano quarto, ſecundo D'orvill. & meo primo cod. pro *blandos* admittendum. intelligit amantium blanditias, ſubmiſſos ſonos, & tacita quaſi murmura. ut apud Horat. Lib. I. Od. 9. 19.

Lenesque ſub noctem ſuſurri
Conpoſita repetantur hora.

ubi vid. Torrent. & hinc *ſuſurrare*, ſubmiſſa voce loqui, vel canere. Ovidius Epiſt. XIX. 19.

Aut ego cum cara de te nutrice ſuſurro.

Martialis Lib. III. Ep. 63.

Cantica qui Nili, qui Gaditana ſuſurrat.

molliter conpoſitam, ſeu cubantem, dicit, ut infra El. XIV. init.

Tu licet abjectus Tiberina molliter unda.

leviter poſitam ſupra El. III. 15.

15. *Ut ſolet amoto labi cuſtode puella*] *amota cuſtode* ex cod. Regio Guyetus, quod a Palatinis Gebhardi, duobus Leidenſibus, ſecundo & quarto Voſſiano, primoque D'orvill. Colbertinis, codice Harlejano Muſei Britannici, & primis edd. firmatur. idque praefert Gebhardus, matrem vel nutricem intelligens, tam in notis ad h. l. quam ad Lib. II. El. 6. circa fin. ſed vulgatae adſtipulantur primus & tertius Voſſii, ſecundus D'orv. meus uterque cum reliquis codicibus. & recte. locus enim Tibulli, quem pro altera lectione adferunt viri docti ex Lib. I. El. 3.

——— *ſanctique pudoris*
Adſideat cuſtos ſedula ſemper anus,

de matre anu intelligendus, quae cuſtodiendo filiae pudori adſidebat. vide Broukhuſium. neque de nutrice poteſt capi, quales Canacae, Heroni, Cydippae, aliiſque adpoſitae occurrunt apud Ovidium. ſervi ingenuarum puellarum cuſtodes paſſim noſtro, Naſoni, Tibullo, aliiſque memorantur. Graecis ἀκόλουθοι, Latinis *cuſtodes*, *comites* dicuntur. de quibus erudite egit D. Heinſius Introduct. ad Heſiodi ἔργ. καὶ ἡμέρ. cap. VI. tales innuit noſter Lib. II. El. 5. 29.

Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam,
Quae numquam ſupra pes inimicus eat.
Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

El. 18. 70.

Contra rejecto quae libera vadit amictu,
Cuſtodum & nullo ſepta timore, placet.

ut illic legendum, non *tumore*. Lib. III. El. 6. 13.

Cuſtodum gregibus ſeu quum ſe ſtipat euntem.

Ovidius Epiſt. IV. 142.

Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Janua, non cuſtos decipiendus erit.

Lib. I. Am. El. 9. 27.

Cuſtodum tranſire manus vigilumque catervas.

ubi

Perfida, communes nec meminiſſe Deos.
Non quia perſpecta non es mihi cognita fama;

Sed

ubi *tranſire oculos* ex MSS. praefero. III. Am. El. 4. 23. init.

Dure vir, impoſito tenerae cuſtode puellae
Nil agis, ingenio quaeque tuenda ſuo.

& v. 23.

Penelope manſit, quamvis cuſtode careret,
Inter tot juvenes intemerata procos.

& paſſim eadem Elegia. III. A. A. 601.

Incitet & ficti triſtis cuſtodia ſervi,
Et nimium duri cura moleſta viri.

v. 619.

Scilicet obſtabit cuſtos, ne ſcribere poſſis.

ut ſaepe illic in ſequentibus. & ſic apud Tibullum Lib. II. El. I. 75. El. III. 45. IV. 33. Lib. IV. El. 6. 11. Martialem Lib. X. Ep. 68. alioſque frequenter.

16. *communes nec meminiſſe Deos*] *metuiſſe*, quod ex uno ſuo codice adfert Broukhuſius, etiam legitur in Menteliano. idque firmari poſſet ex Elegia Virgilii ad Meſſalam v. 50. Tom. I. Anth. Lat. p. 299.

Communem belli nec timuiſſe Deum.

ubi pari varietate *non meminiſſe* in antiq. ed. Venet. unde Tollius *metuiſſe.* ſic aliis in locis haec verba commutari patebit ex notis Patrui mei ad Ovid. IV. Faſt. v. 132. apud eumdem Virg. in Ciri v. 360. *Communemque timere Deum.* Ovid. XIV. Met. 694.

Ultoreſque Deos, & pectora dura peroſam
Idalien, memoremque time Rhamnuſidis iram.

huic tamen lectioni hic non adſtipulantur codices ceteri, neque primae editiones. nihil itaque inmutandum. vid. Miſcell. Obſerv. Vol. II. pag. 99. per *communes Deos* J. Douſa P. in libri ſui margine intelligendam eſſe adſcripſerat Fortunam, quae omnibus communis, nunc huic nunc aliis benigna eſt, vel Deos, quibus quaſi teſtibus interpoſitis mutua inter ſe fide amantes inligantur. Sed recte Broukhuſius interpretatur Venerem Cupidineſque. *Communes* enim Dii dicuntur pro ratione rei, de qua agitur. ut apud Virg. VIII. Aen. 275. *Communemque vocate Deum.* ubi vide Servium. illis, quae ad hunc locum egregie obſervavit Janus Douſa Fil. adde Barthii notas ad Statium II. Sylv. 6. 66. Patrui ad Valer. Fl. IV. 761. & quae dedi ad locum Virgilii modo indicatum ex Eleg. ad Meſſal. confer cum his illud noſtri Lib. II. 21. 7.

Sed non tam ardoris culpa eſt, neque crimina coeli,
Quam toties ſanctos non habuiſſe Deos.
Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas,
Quidquid jurarunt, ventus & unda rapit.

17. *Non quia perſpecta non es mihi cognita fama*] *perfecta* in Voſſ. quarto, Ant. Perreji codice, & ed. Reg. Lep. ſed reliquis MSS. aut editionibus non adſentientibus. *perſpecta fama* optime dicitur pro ſpectata, experta, probata. Cic. V. in Verr. c. 68. *Reliquum judicium non jam de mea fide, quae perſpecta eſt, neque iſtius vita, quae damnata eſt, ſed de judicibus, & de te futurum eſt.* Lib. I. de Offic. 41. *Eos autem, quorum vita perſpecta in rebus honeſtis atque magnis eſt.* &c. praeterea *eſt* in duobus Leid. primo, tertio, & quarto Voſſ. primo D'orv. meo ſecundo, Regiis, Colbertinis, & primis aliiſque vetuſtis edd. ſed *es* recte ſervant Voſſian. ſec. alter D'orv. primus noſter, Vaticani tres, aliique. pro *fama* Heinſius conjecerat *flamma;* dubitans tamen, an *fama* hic non potius pro pudicitia dicatur. ſic ſane infra El. 16. 11.

Nec tamen illa ſuae revocatur parcere famae,
Turpior & ſecli vivere luxuria.

famam pudicam vocat Lib. II. El. 23. 71.

—— *famae jactura pudicae*
Tanta tibi miſerae, quanta mereris, erit.

& eadem ſignificatione recte Paſſeratius exponit illud Corneliae Lib. IV. El. XI. 12.

Quid mihi conjugium Paulli, quid currus avorum
Profuit, aut famae pignora tanta meae?

perſpectae famae hic legit Marklandus ad Stat. Lib. V. Sylv. 3. p. 299. probatque Broukhuſii conjecturam Lib. II. El. 22. 38. *admiſſi notus adulterii*, pro *admiſſo adulterio*, Graeciſmo ad Propertii morem eleganti.

Sed quod in hac omnis parte timetur amor.
Ignoſces igitur, ſi quid tibi triſte libelli
Adtulerint noſtri, culpa timoris erit.
An mihi non major carae cuſtodia matris,
Aut ſine te vitae cura ſit ulla meae?
Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes,
Omnia tu noſtrae tempora laetitiae.

Seu

20. *culpa timoris erit*] *cauſa* in Voſſ. tertio a m. pr. *eris* in margine ſecundi mei codicis. *timentis erat* Francius. ſed *erit* in pleriſque MSS. & edd. vetuſtis. *timentis* male in ſolo Scaligeri codice. notum illud Penelopes apud Ovid. Epiſt. I. 12. *Res eſt ſolliciti plena timoris Amor.* confer cum hoc loco illa Herus apud eumdem Epiſt. XIX. 107. & ſeqq.

Non quia venturi dederas mihi ſigna doloris,
Haec loquor, aut fama ſollicitata nova.
Omnia ſed vereor, (quis enim ſecurus amavit)
Cogit & abſentes plura timere locus.
Felices illae, ſua quas praeſentia noſſe
Crimina vera jubet, falſa timere vetat.

& Remed. Am. 543.

Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit,
Hunc tu ſi quaeras ponere, pone metum.
Qui timet, ut ſua ſit, neu quis ſibi detrahat illam;
Ille Machaonia vix ope ſanus erit.

21. *An mihi non major carae cuſtodia matris,*
Aut ſine te vitae cura &c.]

At mihi in utroque D'orvill. a man. pr. & Askewiano. *ſit major* in ſecundo Vatic. & Ant. Perreji cod. ſeq. verſu *An ſine te* in Voſſiano tertio, & meo ſecundo. *Haud ſine* in Excerpt. Modii. Legendum, ni fallor,

At mihi non major carae cuſtodia matris,
Ut ſine te vitae cura ſit ulla meae.

nam ex priore verſu initialis litera repetita, ſecundo adpoſita fuit, unde *Aut* pro *Ut* ſcripſerunt. ſed obſcurus eſt locus. & forſan praeſtiterit antiquae lectioni adhaerere, *An mihi ſit major carae* — *Aut ſine te vitae* &c.

23. *Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes,*
Omnia tu noſtrae tempora laetitiae.]

locum venuſtiſſimum foedavit levis macula, quam viris doctis, & quidem ſagaciſſimo Heinſio Broukhuſioque praeteritam miror; & tamen abſurde loquentem facit poëtam, cum dicit Cynthiam *omnia* ſibi mutuae *laetitiae tempora* fuiſſe. Mendo igitur hoc ſublato ſua Propertio reddetur elegantia, ſi legamus ac diſtinguamus,

Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes,
Omnia tu, noſtrae tempore *laetitiae.*

id eſt, quum te fruor, *tu mihi omnia*, τὰ πάντα. ut *omnia alicui eſſe*, Graecis τὰ πάντα εἶναι. apud Herodotum Lib. VII. 156. Geloni ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι. Ovidius Epiſt. XII. Medeae v. 162.

Deſeror, amiſſis regno, patriaque, domoque,
Conjuge: qui nobis omnia ſolus erat.

vid. ad T. II. Anth. Lat. p. 728. cum his comparanda ſunt illa Valerii Flacci Lib. III. 324.

Tu, mihi qui conjux pariter fraterque parenſque
Solus, & a prima fueras ſpes una juventa,
Deſeris heu.

ubi cum Francio praefero, *Tu me, qui conjux* &c. *Deſeris.* quae ex hoc Propertii loco mutuatum eſſe Valer. Flaccum exiſtimat Broukhuſius: ſed illum ex fonte Homerico Il. Z. 414. & Ω. 725. haec derivaſſe, oſtendit vir eruditus in Miſcell. Obſerv. Vol. IV. pag. 167. unde forſan etiam hauſerit Propertius, ſive ex Euripidis Oreſte v. 780. aut Theocrito, Idyll. XIV. 44. Ἁ δὲ Λύκῳ νῦν πάντα. ut cenſet Patruus meus ad illud Petronii cap. 37. *Trimalchioni* τὰ πάντα *eſt.* ubi plura ex Graecis alii etiam Interpretes contulerunt. & proverbii inſtar habere hanc locutionem, patet ex Domitii Marſi Epigrammate de Bavio, quod edidi Vol. I. Anthol. Lat. p. 436. 437.

Omnia quum Bavio communia frater haberet,
Unanimi fratres ſicut habere ſolent;
Rura, domum, nummos, atque omnia: denique, ut ajunt,
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

Seu triſtis veniam, ſeu contra laetus amicis,
Quidquid ero, dicam, Cynthia cauſſa fuit.
Tu modo quamprimum corruptas deſere Bajas:
Multis iſta dabunt litora diſſidium:

Litora

ut legendum eſt, ubi his ſimilia notavi. ſic *omnia eſſe* dicitur, qui primam ſibi auctoritatem arrogat. ut in fragmento Varronis apud Nonium Marcell. pag. 48. ed. Merc. *Hic enim omnia erat, idem ſacerdos, praetor, parochus, denique idem Senatus, idem populi caput.* plura de hac locutione dedit N. Heinſius ad Vellej. Paterc. Lib. II. c. 103. & Broukhuſ. ad Tibull. 1. 5. 30. *omnia* igitur Propertio ſola erat Cynthia, quum ſui copiam ei daret, poſthabitis parentibus, & tota domo. eodem colore Briſeis apud Ovidium Epiſt. III. 51.

Tot tamen amiſſis te conpenſavimus unum,
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

& cum hoc Propertiano conferunt viri docti illud Phaedri Lib. III. fab. 19. init.

Aeſopus domino ſolus quum eſſet familia.

id eſt, inſtar omnium famulorum. dein *tempore laetitiae noſtrae*, eſt concubitus ſeu coitus noſtri tempore. quo ſenſu *laetitia* paſſim apud noſtrum, Ovidium, alioſque. ſupra El. X. 12.

Accipe commiſſae munera laetitiae.

El. XV. 14.

Illa tamen longae conſcia laetitiae.

ubi in MSS. *nequitiae.* ut Lib. II. El. 5. 22.

Nequitiaeque ſuae noluit eſſe rudes.

& Lib. III. El. 8. 24.

Et ſint nequitiae libera verba tuae.

quae voces licet ſaepe confundantur in MSS. hic tamen *laetitiae* non mutandum. Lib. II. El. 5, 24.

Jurgia ſub tacita condita laetitia.

Ovidius Epiſt. XVI. 6.

—— dum tempora dentur
Laetitiae, mixtos non habitura metus.

& eo ſenſu capiendum illud Laodamiae Epiſt. XIII. 116.

Languida laetitia ſolvar ab ipſa mea.

ubi *triſtitia ſolvar* conjiciebat Patruus meus, & *laetitia ſolvi* recte dici negabat. ſed *ſolvar*, praeſertim propter vocem *languida*, illic explicandum, ut apud eumdem Lib. II. A. A. 683.

Odi concubitus, qui non utrumque reſolvunt.

& Lib. IX. Met. 483. *ut jacui totis reſoluta medullis.* ſed & *gaudio ſolvi* dicitur. vide ejuſdem notas ad Petron. cap. 131. & ad Virg. II. Aen. 26. eodem modo hunc Ovidii locum explicuiſſe Geſnerum in Theſ. L. L. in *ſolvo*, admonuit me Cel. Ruhnkenius.

26. *Quidquid ero, dicam, Cynthia cauſſa fuit*] *Quidquid ego* in cod. Colbert. praeſtaret *Quidquid erit.* ſed vulgatae adquieſco. quam probabat etiam Marklandus. infra El. XIX. 11.

Illic, quidquid ero, ſemper tua dicar imago.

Lib. II. El. 16. 26.

Quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.

Virg. I. G. 36.

Quidquid eris, nam te nec ſperent Tartara regem.

pro *dicam* in cod. Voſſ. quarto *ſemper*, ut jungantur *ſemper Cynthia cauſſa fuit.* ſed *dicam* hic eodem modo, ut ſupra El. VIII. 25.

Et dicam, licet Atraciis conſidat in oris,
Et licet Eleis, illa futura mea eſt.

28. *Multis iſta dabunt litora diſſidium*] *dabant* legendum ex cod. Voſſ. ut *fuerant* ſeq. verſ. in omnibus fere MSS. habetur, Leidenſibus, Voſſianis, D'orvill. Regiis, Colbertinis, & primis edd. deinde *diſcidium* corrigendum ex quinto Neapolitano, & utroque D'orvill. innuit enim Bajanorum litorum voluptates ſaepe amantes antea bene conjunctos diſſolviſſe, & non tantum *diſſidii*, ſeu diſcordiae, ſed *diſcidii*, id eſt ſeparationis

rationis

Litora quae fuerunt caſtis inimica puellis.
Ah pereant Bajae, crimen amoris, aquae.

ELEG.

rationis ac divortii cauſſam fuiſſe. haec enim illarum vocum differentia eſt, quae perpetuo fere in MSS. permiſcentur. ut infra Lib. II. 19. 16.

Qui nunc ſe in tumidum jactando venit honorem,
Diſcidium vobis proximus annus erit.

ubi vide Broukhuſ. & ad Tibull. Lib. I. El. 5. 1. & ſic apud Ovid. V. Met. 530. XIV. v. 79. ubi vid. Ciofan. Claudian. Bel. Gild. 242. Suet. Dom. c. 3. & alibi paſſim hae permutantur. optime igitur Gronovius in notis ad Livium XXV. 18. viris doctis praeivit, ut utriuſque vocis diſcrimine obſervato, ad hanc normam veterum loca, in quibus confuſae fuerunt, emendarent.

29. *Litora quae fuerunt caſtis inimica puellis*] *fuerant* in omnibus fere codd. MSS. haberi, modo notavi. *fervent* tamen legendum conjecit Paſſeratius, quod placuit Heinſio in Notis ad Propert. pag. 666. & probavit Patruus meus ad Valer. Fl. 1. 121. quod vel ad teporem Bajani ſinus & aquas calidas, vel ad frequentiam illic voluptuantium referendum eſt. *captis puellis* pro *caſtis* in primo Leidenſi, & Menteliano. ut in illo Ovidii 1. A. A. 83.

Illo ſaepe loco capitur conſultus amore,
Quique aliis cavit, non cavet ipſe ſibi.

Epiſt. XX. 65.

Denique, dum captam tu te cogere fateri,
Inſidiis eſto capta puella meis.

noſter El. 1. init.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.

& Lib. II. 7. 62.

Di faciant, iſto capta fruare viro.

certe deliciis Bajanis ſaepe captas captoſque fuiſſe plurimos, exemplis aliquot firmat Abramus ad Cic. pro M. Coelio cap. XI. in fine; unde non inmerito noſter *corruptas Bajas*, & Bajanas aquas *crimen amoris* vocat. quae eleganti loco deſcribit Seneca Epiſt. LI. *Ne Bajas quidem eliget. diverſorium vitiorum eſſe coeperunt. Illic ſibi plurimum luxuria permittit: illic tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis ſolvitur*, &c. *Videre ebrios per litora errantes, & comeſſationes navigantium, & ſymphoniarum cantibus perſtrepentes lacus, & alia, quae velut ſoluta legibus luxuria, non tantum peccat, ſed publicat, quid neceſſe eſt?* ſed *caſtis puellis*, propter oppoſitum *inimica*, acquieſcamus. *Bajas* autem *aquas* dixit pro Bajanis ut *Colcha venena*, pro Colchicis, *ſilvas Phaeacas* pro Phaeacias Lib. III. El. 1. 51. & ſim. vide Broukhuſ. & Cuperum Lib. I. Obſerv. cap. 17. pag. 124. ſic *eſſeda Britanna*, pro Britannicis, Lib. II. El. 1. 86. ubi vid. ejuſdem Broukhuſii notas. & talia hujus metaplaſmi inſignia exempla dedit Meurſius ad Lycophr. v. 496. & ex ipſo Propertio Scriver. ad Martial. pag. 26.

ELEG. XII.

Quid mihi deſidiae non ceſſas fingere crimen,
Quod faciat nobis conſcia Roma moram?
Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto,

Quanta

ELEG. XII.] Superiori male connectitur in Leidenſibus, Voſſianis, Regiis, Colbertinis, D'orvill. meis, Borrichiano, Askewiano, aliiſque codicibus, & primis editionibus, ac Pariſina Colinaei.

1. *deſidiae non ceſſas fingere crimen*] *figere* conjecerat Marklandus in ora libri ſui, reluctantibus libris omnibus, invito certe ipſo Propertio. ſic enim Lib. III. El. 9. 3.

Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis.

fingere enim hic falſo inſimulare notat. ut Lib. II. El. 17. 1.

At quantum de me Panthi tibi pagina finxit.

id eſt, me calumniatus eſt, vide illic Paſſerat. & ad hunc locum. Ovid. Ep. XII. 177.

In faciem, moreſque meos, nova crimina fingas.

eadem lectionis differentia apud Ammian. Marcell. XIV. cap. 1. *adfectati regni vel artium nefandarum calumnias inſontibus adfigebant.* ut ex MSS. repoſuit Valeſius, ſed vulgatam tamen hoc Propertii loco defendi poſſe ſubjunxit, Jac. Gronovio alterum tuente. contra apud Virg. XI. Aen. 84. *inimicaque nomina figi* recte pro *fingi*, quod in aliis MSS. legitur, retinent viri docti. & ſic variantur haec verba in codicibus apud Stat. V. Th. 228. & Ovid. IV. Met. 141. ubi vid. Heinſ. *deſidiae crimen* de Antonio etiam apud Vellej. Pat. II. 87.

2. *Quod faciat nobis conſcia Roma moram*] varie hic quoque aeſtuant viri docti. in codice Paſſeratii,

Quod faciat nobis, Cynthia, Roma moram.

verum Elegia haec non ad Cynthiam, ſed aliquem ex amicis ſcripta eſt, qui Propertio velut exprobraverat, eum Romae deſidere lentum, dum in ſeceſſus Bajani deliciis genio ſuo indulgeret Cynthia. *Cynthia amore moram* Fruterius legebat. ut El. XIII. 6.

Certus & in nullo quaeris amore moram.

Cynthia noſtra Graevius & Heinſius in Epiſtolis mutuis. ut ſupra El. VIII. 30.

Deſtitit ire novas Cynthia noſtra vias.

ſed recte vulgatam defendit Paſſeratius, eamque in ſua editione expreſſit Broukhuſius, cui etiam codices plerique & primae adſtipulantur editiones, & bene Lipſii ac Livineji *Quod faciat nobis conſcia Roma notam* rejecit, qui *faciat nobis notam* exponebant pro infamia me oneret. ut Eleg. XVIII. 8.

Nunc in amore tuo cogor habere notam.

facere moram recte omnino hic dicitur, ut Lib. IV. 1. 96.

Et facerent uteri pondera lenta moram.

Ovidius VIII. Met. 548.

Clauſit iter, fecitque moras Achelous eunti.

Sabinus Epiſt. I. v. 109.

Seu venti fecere moras ſive aequora vobis.

apud Virg. Ecl. X. 11.

Nam neque Parnaſi vobis juga, nam neque Pindi
Ulla moram fecere.

frequens ea locutio eſt Juſtino, ut Lib. VI. cap. 2. circa fin. *nec moram agendis rebus facit, multa fortiter, multa feliciter agit.* Lib. XII. c. 8. *nec Alexander pugnae moram fecit.* XIV. c. 2. *nec Eumenes moram praelio fecit.* Lib. XVI. 1. *nec Demetrius ſpe invadendi Macedonici regni moram fecit.* & alibi.

3. *diviſa eſt millia lecto*] *diverſa* in Borrichiano. vide ſupra ad El. X. 15.

Quanta Hypanis Veneto diſſidet Eridano.
Nec mihi conſuetos amplexu nutrit amores
Cynthia, nec noſtra dulcis in aure ſonat.

Olim

4. *Quanta Hypanis Veneto diſſidet Eridano*] ſic recte emendavit Heinſius in notis ad Propert. p. 667. & ad Ovid I. ex P. Ep. 5. 21. ut *millia quanta* ſupra El. V. 10. ubi vide. male enim in Leidenſ. Voſſianis, meo utroque cod. aliiſque, & priſcis edd. *Quantum.* & ſic e ſuis codd. adferunt Neſtor in Vocabulario pag. 159. & Tortellius in Orthogr. in *Hypanis.* pro *diſſidet* in Voſſ. quarto *diſtat ab Eridano.* quae alterius verbi gloſſa eſt. *diſſidere* enim pro diſtare, remotum eſſe, eleganti neque vulgari uſu dicitur, ut egregie, non praeterito hoc ipſo Propertii loco, docuit Gronovius ad Senecae Oedip. v. 620. Exemplis ab eo prolatis accedat illud Virgilii Lib. VII. Aen. 370.

Omnem equidem, ſceptris, terram, quae libera noſtris
Diſſidet, externam reor.

adde Drakenb. ad Silium VII. 736. de Hypani, Scythiae vel Indiae flumine, ſatisfacient, quae ad hunc locum Beroaldus & Paſſeratius. illorum adnotatis adjungatur Euſtathius ad Dionyſ. Perieg. 1145. ubi de Indiae Hypani, quem *Hypaſin* vel *Hyphaſin* vocant alii. de quo vide Salmaſ. ad Solin. T. I. p. 790. & T. II. p. 992. & ſeqq. ed. Pariſ. alterum Scythiae innuit Ovidius XV. Met. 285.

—— *Scythicis Hypanis de montibus ortus,*
Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris.

cui loco illuſtrando faciunt illa Pomponii Melae Lib. II. cap. 1. *Hypanis ex grandi palude oritur, & diu, qualis natus eſt, defluit. Tandem non longe a mari, ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen eſt, adeo amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui diſſimilis, & non dulcis hinc defluat.* & praeſertim duo Herodoti loca apud Holſten. ad Stephan. Byzant. pag. 336. Vibius Sequeſter libello de Fluminibus, *Hypanin Scythiae* eſſe, & *Aſiam ab Europa ſeparare* dicit, adfertque de hoc fluvio illud Galli fragmentum, *Uno tellures dividit amne duas.* quod vel ideo notari merebatur, quia nullum apud veteres Grammaticos Corn. Galli poëtae fragmentum ſupereſſe ſcribit Broukhuſius infra ad Lib. II. El. 25. 91. ubi vide. poëtica igitur exaggeratione Cynthiam Bajis degentem tanto intervallo a ſe, Romae conmorante, disjunctam fingit, quanto Hypanis Scythiae diſtabat a Venetorum fluvio Eridano.

5. *amplexu*] *complexu* in Voſſ. quart. & Askewiano, Excerpt. Modii, ut ex Groningano adfert Broukhuſ. ſic infra El. XIII. 19.

Non ego complexus potui diducere veſtros.

amplexus Leid. ſec. voluit forte librarius *conſuetos amplexus nutrit amore.*

6. *nec noſtra dulcis in aure ſonat*] *dulcius* in ſecundo D'orvill. a manu pr. *aure* conſtanter in omnibus codd. & vetuſtis edd. non *ore.* Non probo igitur Guyeti & Heinſii correctionem *noſtro dulcis in ore.* Novi qui exiſtimaret indicari forte illud Horatii, *dulce ridentem Lalagen amabo, dulce loquentem.* recte quidem vulgatam non mutandam cenſet Broukhuſius, ſed quod notet ſermonem eſſe de Cynthia, *dulces poëtae ſuo nugas in aurem garriente*, & ad explicationem hanc corroborandam adferat illud ex Epigrammate veteri, quod edidi in Anthol. Lat. Tom. I. pag. 638. & 639.

Non aliter teneris collum conplexa lacertis
Auribus admotis condita verba daret.

equidem adſentiri non poſſum, ſi de praeſente amica intellexerit. ut colligere licet cum ex aliorum poëtarum, Martialis praeſertim, quae adfert, locis, tum ex argumento, quod Elegiae initio praefixit, ubi dicit, Propertium ab amico potentiore, Tullo puta, vel Gallo, in villam fuiſſe evocatum, ſed *ſe excuſaſſe, Romae apud Cynthiam clavo Cupidinis adfixum*, tamquam tunc e receſſu Bajano jam in urbem rediiſſet Cynthia. ſed de ea adhuc abſente, & ſe ſolo Romae relicto, hac Elegia queri poëtam, totus illius contextus ſuadet. ſic enim de Cynthia dicit v. 3. *Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto* &c. & huc refero v. 11. *mutat via longa puellas.* & v. 13. lon-

Olim gratus eram: non illo tempore cuiquam
Contigit, ut ſimili poſſet amare ſide.
Invidiae fuimus: num me Deus obruit? an quae

Lecta

longas ſolus cognoſcere noctes Cogor. & quod v. 15. *felicem* vocet, qui *praeſenti flere puellae* poſſit. Malim itaque haec verba *nec noſtra dulcis in aure ſonat* exponere de illa veterum opinione, qua credebant tinnire aures abſentium, & frequentem de ſe ſermonem eſſe apud illos, quorum diſceſſum inpatienter ferebant: quod ex eodem illo Epigrammate antiquo ad Deliam, *de tinnitu auris*, manifeſtum eſt: cujus initium de abſente Delia agit,

Garrula, quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.
Hic quis ſit, quaeris? reſonant tibi noctibus aures,
Et reſonant totis: Delia te loquitur.
Non dubie loquitur me Delia: mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.

haec addit non aliter ſibi a praeſente Delia fieri ſolere ſequentibus verſibus,

Non aliter teneris collum conplexa lacertis
Auribus admotis condita verba daret.
Agnovi: verae venit mihi vocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure ſonus.

hic enim illius Epigrammatis ſenſus eſt. talem tinnitum amoris auribus obverſantem innuit Meleager Lib. VII. Anth. Graec. Ep. III. p. 613. ed. Obſop.

Αἰεὶ μοὶ δόνει μὲν ἐν ὤασιν ἦχος ἔρωτος,
Ὄμμα δὲ σῖγα πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει.
Οὐδ' ἡ νὺξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν, &c.

quod ſic vertit H. Grotius,

Semper in aure mihi ſonus obverſatur amoris,
Clamque illi lacrimas lumina noſtra ferunt.
Non tenebris non luce quies venit, &c.

Ex his igitur optime hic Propertii locus illuſtratur, ſi de abſente, ut dixi, Cynthia capiatur, quam de ſe non loqui, neque tinnitu illo in aure ſua ſonare, queritur, quia *olim gratus* fuerat, quo tempore nemo ſe felicior erat in amoribus, ſed nunc deſpectus ab ea deſtituebatur, nec conſueto amplexu fruebatur, in quibus adparet Horatii imitatio, egregio illius & Lydiae dialogo Lib. III. od. 9.

Donec gratus eram tibi,
Nec quiſquam potior brachia candidae
Cervici juvenis dabat,
Perſarum vigui Rege beatior.

deinde *non ullo tempore*, pro *illo*, Heinſius, & Broukhuſ. ad marg. ed. Colinaei, quod a quarto cod. Voſſ. firmatur. idem Heinſius etiam conjecerat,

Donec gratus eram, non illo tempore cuiquam
Contigit &c.

ex Horatiani loci procul dubio imitatione.

9. *Invidiae fuimus: num me Deus obruit? an quae*
Lecta Prometheis dividit herba jugis?]

Invidiae ſumus in Voſſ. ſec. Guyetum ſecutus eſt Broukhuſius, edendo, *an me Deus obruit?* quod in nullo codice aut vetuſta editione conparet. *num* in Heinſiano ac meo primo. & in utraque ed. Ald. Juntina, Colinaei, Rovillii, Gryphii, Mureti, Scalig. & aliis. *non* in duobus Leid. Regiis & Colbertinis, primo & ſecundo Voſſ. Menteliano, binis Dorvill. meo ſecundo, utraque ed. Veneta & Reg. Lep. *nunc* in Voſſ. quarto, Groningano & Excerptis Modii, & in margine unius Colbertini. Quod autem *an quae* dederit Broukhuſius, quia *num* ſemper negativam conprehendit, quid vetat ut hic etiam ita edatur, pro *an non me Deus obruit*, & in fine verſus, *an quae*, vel *aut quae*, ut in aliis codd. quia utrumque veteribus in uſu. Virg. IV. Aen. 370.

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, aut miſeratus eumtem eſt.

ubi ter praecedit *num*, ſequente *aut*; ut apud noſtrum quater repetito *num*, ſed ſequente *an*, Lib. III. El. 3. 64.

Num rota, num ſcopuli? num ſitis inter aquas?
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo jugera pauca novem.
An ficta in miſeras eſcendit fabula gentes?

apud

Lecta Prometheis dividit herba jugis?

Non

apud Horat. II. Sat. 5. 58.

Num furis, an prudens ludis me obſcura canendo.

Ovidius III. Am. El. 7. 27.

Num mea Theſſalico languent devota veneno
Corpora? num miſero carmen & herba nocent?
Sagave Poenicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in jecur egit acus?

Forte etiam praeſtaret hic repeti *me*, ac poinde reponi,

Invidiae fuimus: num me *Deus obruit*, an me
Lecta Prometheis dividit herba jugis?

nam verborum ſtructura, ceteroquin nonnihil intricatior, relativo pronomine praepoſito, quod & aliis in uſu, ſed ſaepe obſcuriorem reddit ſenſum, ſic ordinanda eſt, *an herba dividit, quae lecta eſt jugis Prometheis*? vide notas Patrui mei ad Gratii Cyneg. v. 222. & ad Rutil. Lib. I. 191. *dividit* vero Scalig. ad Catalect. p. 172. ſeu ad Diras Catonis v. 2. exponit *devovet*. Sed malim explicare, *dividit amantes*, diducit, ſolvit, ut infra Lib. II. El. 6. 3.

Ni nos divideret, quamvis diducere amantes
Non queat invitos Jupiter ipſe duos.

idque firmant, quae de odii potione ex herba Promethea notavit Broukhuſius. ſic v. 3. *Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto.* Francius ed. Scaligeranae adſcripſerat: *illud* dividit herba *neceſſario inter duo commata videtur ponendum. an vero ſub* num *ſemper negativa intelligatur, dubito. nec ſcio an moveri debeat vulgata, praeſertim ſi in proximo verſu ſequamur lectionem Rubenii, an mutat via longa puellas.* Sed alio modo hunc locum conſtituere tentavit N. Heinſii fecundum conjecturarum ingenium, qui in notis ad Propertium, quas Adverſariis ejus adjeci, pag. 667. legendum putabat;

Invidiae nimbo quis me Deus obruit, aut quae
Lecta Prometheis &c.

Germanus Valens Guellius in Commentario ad Virgil. bonae frugis refertiſſimo, Lib. XI. Aen. 481. tentabat,

Invidiae fumis an me Deus obruit?

idque illuſtrat e Lucretio, qui *invidiâ ſumma vaporare* dixit Lib. V. v. 1130. acumen ingenii in utroque agnoſco, ſed conjecturis his conſentire nequeo. *invidiae eſſe* optima & elegans locutio. Ovidius III. Am. 3. 17.

At non invidiae vobis Cepheïa virgo eſt.

& El. XII. 14.

Invidiae noſtris illa fuere bonis.

qui locus huic noſtri poëtae perſimilis eſt. his paria ſunt, quae infra occurrunt Lib. II. El. 13. 67.

Quem modo felicem invidia admirante ferebant,
Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

cum quibus confer ex hoc libro El. XVIII. 7.

Qui modo felices inter numerabar amantes,
Nunc in amore tuo cogor habere notam.
Quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?
An nova triſtitiae cauſſa puella tuae?

El. XVI. in fine:

Sic ego nunc dominae vitiis, & ſemper amantis
Fletibus aeterna differor invidia.

& hanc in amore cavendam eſſe invidiam praecipit Lib. II. El. 19. 69. & ſeqq.

Tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Namque in amore ſuo ſemper ſua maxima cuique
Neſcio quo pacto verba nocere ſolent.
Quamvis te perſaepe vocet, ſemel ire memento.
Invidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.

His defungi poſſem ad hujus loci illuſtrationem, ſed quia additur *num me Deus obruit?* (male Livinejus & Gebhardus, *num te Deus obruit*,) cogitabam, an *invidia* haec non adeo ad ceterorum rivalium aut amantium dolorem lividum, generali ſignificatione, referenda ſit, quam quidem ad Deorum Invidiam, quam paſſim incuſabant in fecilitatis ſuae mutatione aut calamitate, cor edente. vid. Merceri notas ad Nonium Marc. pag. 99. praeſertim in obitu ſuorum inmaturo perpetua haec eſt querela: eademque *Invidia* Graecis φθόνος, Ἀδραστεία, & Νέμεσις. ut conſtabit ex illis quae notavi ad Antholog. Lat. Tom.

II.

Non ſum ego, qui fueram. mutat via longa puellas.
  Quantus in exiguo tempore fugit amor!
Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes
  Cogor, & ipſe meis auribus eſſe gravis.

15. Felix,

II. pag. 84. & 85. & hi Diis *invidiam facere* dicebantur, incuſando eos ut injuſtos calamitatum ſuarum auctores. ut hanc locutionem recte expoſuit Cuperus Lib. II. Obſerv. c. 4. Ejuſdem ſententiae eſſe video Cel. Hemſterhuſium, qui in ſuis ad hunc locum obſervationibus exponebat, dubitare Propertium, utri cauſſae adſignet animum Cynthiae mutatum, Deorum iniquitati, felicitatem ſuam imminuenti, an malis graminibus ac veneficiis; ſimulque illam *Deorum Invidiam* erudite illuſtrat.

11. *Non ſum ego, qui fueram*] *quae* in Leidenſi ſec. altero D'orvill. & prima Veneta, ac Reg. Lep. editione. forte legendum,

Non ſum ego, quod fueram.

idque ſuadet imitatio Ovidii, cujus locum hic adfert Broukhuſ. ex Lib. III. Triſt. XI. 25.

Non ſum ego, quod fueram, quid inanem proteris umbram?

ubi Heinſius *qui fueram* ex MSS. nonnullis praeferre videtur, cum tamen a majori codicum numero alterum confirmetur. apud eumdem Epiſt. IX. 106.

Quod tu non eſſes jure, vir illa fuit.

ad quem locum non exigua exemplorum copia hanc locutionem Patruus meus probavit, quibus adde ex Lib. IV. Faſt. 230. *deſinit eſſe, Quod fuit.* vide & Heinſ ad Epiſt. XII. 31. ubi recte reſtituit *tunc coepi ſcire, quid eſſes.* pro *quis*, ut antea legebatur. & Lib. I. ex P. Ep. 6. 11.

——— cum primum potui ſentire, quid eſſem.

&, ne dubitemus, emendationi huic adnuit ipſe Propertius Lib. II. El. 7. 33. de eadem amoris viciſſitudine:

Iſte quod eſt, ego ſaepe fui. ſed fors & in hora
Hoc ipſo ejecto carior alter erit.

Lib. III. El. 23. 6.

Ut, quod non eſſes, eſſe putaret amor.

infra El. XV. v. 32.

Sis quodcumque velis, non aliena tamen.

vid. ad T. I. Anth. Lat. p. 457. imitatus etiam eſt Maximianus ille pſeudoGallus El. I. v. 5.

Non ſum, qui fueram, periit pars maxima noſtri.

ubi *quod fueram* ſcripſiſſet, niſi alios ſecutus fuiſſet codices. deinde *an mutat via longa puellas?* codici ſuo adſcripſit Marklandus. ut Rubenius conjecerat, Broukhuſio non reluctante. minorem verſum confer cum illo Naſonis Epiſt. III. 42.

Quo levis a nobis tam cito fugit Amor?

13. *Nunc primum longas ſolus cognoſcere noctes*] lectionem hanc ex gloſſa ſuperſcripta natam opinatur Heinſius, & pro *cognoſcere* conjicit *perducere.* quod ſi verum, malim *producere.* vide ſupra ad El. III. 39. & XI. 5. Sed nihil potius mutandum, & recte Paſſeratius *cognoſcere* interpretatur, experiri, ut ſupra El. IX. 20. *infernae vincula noſſe rotae.* quem etiam vide ad Lib. III. El. 13. 39. *Antiope cognoſce Jovem.* ſic El. VI. v. 13. *doctas cognoſcere Athenas*, pro, viſere, ſeu perluſtrando notas habere. vide Markland. ad Statii Silvas Lib. I. 3. init. pag. 35. Virgil. Ecl. I. 42. *Nec tam praeſentes alibi cognoſcere divos. cognita mala*, experta, El. VII. huj. Libr. v. 12. *Et proſint illi cognita noſtra mala.* Lib. IV. El. 6. 38. *Auguſte, Hectoreis cognite major avis.* Nepos Miltiad. cap. 1. *confidere cives poſſent, talem futurum, qualem cognitum judicarunt.* Cic. pro Coelio cap. 30. *voluit vetere inſtituto a populo Romano ex aliqua illuſtri accuſatione cognoſci. longae noctes* hic vindicant locum Horatii ab emendatione Bentleji, qui invitis MSS. ut ait ipſe, contextui ingeſſit Lib. I. od. 25. 7.

Me tuo longam pereunte noctem,
Lydia dormis.

quum in omnibus codd. & editis legatur *longas noctes.* ſupra El. I. 33.

In me noſtra Venus noctes exercet amaras.

El.

Felix, qui potuit praeſenti flere puellae.
Non nihil adſperſis gaudet Amor lacrimis.
Aut ſi deſpectus potuit mutare calores,
Sunt quoque tranſlato gaudia ſervitio.
Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt.
Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

ELEG.

El. III. 39.

O utinam tales producas, inproba, noctes.

El. XI. 5.

Noſtri cura ſubit memores ah ducere noctes.

& Lib. II. El. 13. 60.

— quoties deſertus amaras Explevi noctes.

vide & infra ad Lib. II. El. 22. 22. & adde notas Patrui mei ad Ovid. Epiſt. I. v. 9. ubi praefert,

Nec mihi quaerenti ſpatioſas fallere noctes.

pro *ſpatioſam noctem.* altero verſu *meis moribus* conjecerat Heinſ. ad oram ed. Ald.

15. *praeſenti flere puellae*] *puella* Heinſius. quod recte inprobat Broukhuſius. ſic infra El. XX. v. 16. *indomito fleverat Aſcanio.* & Tibulli loco, quem adfert, adde alterum ex Lib. I. El. XI. 64.

——— quater ille beatus,
Cui tenera irato flere puella poteſt.

non *Quo.* ut ibidem in notis bene vindicat. ſic *ridentibus adridere, flentibus adflere,* & ſim. vide Markland. ad Statii Silvas pag. 216. ſeq. verſu male Guyetus *exſperſis.* Heinſius *ah ſparſis.* ſed nihil variant codices.

17. *Aut ſi deſpectus potuit mutare calores*] *Aut qui deſpectos* Heinſius. ut ſupra El. VI. 6.

Mutatoque graves ſaepe calore preces.

deſpectos etiam tentavit eruditus Britannus in Miſc. Obſerv. Vol. II. pag. 99. ſed quem in nota ſubjecta recte Patruus meus refutavit, Heinſii lectione etiam non admiſſa. *Aut quo deſpectus* legendum putabat Cel. Hemſterhuſius, & reliqua *Sunt quoque tranſlato* &c. velut additum enthymema ſpectari debere, ut modo, *Non nihil adſperſis* &c. qualia Propertio valde amata fuiſſe, docent exempla, quae produxi ſupra ad El. VII. in fine. *At ſi deſpectus potui* in Excerptis Scaligeri. altero verſu *Sunt ſua tranſlato* &c. Heinſius. quod placet. adeo ut forte ſcripſerit auctor,

At ſi deſpectus potuit mutare calores,
Sunt ſua tranſlato gaudia ſervitio.

ut innuat tranſlatis alio amoribus ſuam quoque ineſſe voluptatem, & ſi deſpectus ſui animum Cynthiae & amorem mutaverit, minetur ei id quod facit Lib. II. El. 44.

Haec merui ſperare? dabis mihi, perfida, poenas,
Et nobis alio, Cynthia, ventus erit.

ut illic, ejecto *Aquilone*, legendum, ſuo loco probabitur. inepte in nonnullis codicibus *colores*, & in meo ſecundo. infra El. XVIII. 17.

An quia parva damus mutati ſigna caloris.

& aliis in locis.

19 *Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt*] *Me* in Scaligeri Excerptis, duobus Dorvill. & Groningano. ſed utroque caſu veteres dixiſſe *mihi* vel *me fas eſt*, ſequente infinitivo, docent Patrui mei notae ad Virg. IV. Aen. 350. nihil itaque mutandum, praeſertim cum illud *Mi* pro *mihi* Propertio in deliciis ſit. vid. ad Lib. II. El. 22. 21. *Si* in primo noſtro codice. *adhuc* pro *ab hac* vitioſe in Colbertinis. *deſiſtere* in primo & ſecundo Vaticano, Ant. Perreji cod. & Scaligeri Excerptis. *diſſiſtere* in Neapolitano, & ſecundo Voſſiano. *deſciſcere* Heinſius. ſed *diſcedere* in reliquis omnibus codicibus, & primis aliiſque antiquis edd. quod recte tuentur Gebhardus & Broukhuſius. *nec ab hac diſcedere* in Borrichiano. ultimum verſum forte cogitabat Ovidius XIV. Met. 682.

——— tu primus & ultimus illi
Ardor eris: ſolique ſuos tibi devovet annos.

ELEG. XIII.

Tu, quod ſaepe ſoles, noſtro laetabere caſu,
Galle, quod abrepto ſolus amore vacem.

At

Eleg. XIII. v. 1. *Tu, quod ſaepe ſoles*] *Tu quoque* in cod. Voſſ. *ſaepe facis* in Scalig Excerpt. *Tu quod, ſaeve, ſoles*, conjecerat Patruus meus. ut ſaepe haec verba inter ſe confuſa. vide quae notavi ſupra ad El. VIII. 14. ſed Gallum Propertio identidem & ſaepius in rebus amoris inſultaſſe colligi ſatis poteſt ex El. V. hujus libri, quae cum hac conferenda eſt.

2. *quod abrepto ſolus amore vacem*] *arrepto* in Excerptis Modii, ſeu Groning. *arrecto* Dorvill. ſecund. *abrupto* Fruterius & Heinſius. ut in illo Catulli Carm. LXVIII. 84.

Poſſet ut abrupto vivere conjugio.

ſed *abrepto*, ut legitur etiam in primo meo codice, recte Paſſeratius vindicat, & exponit de amica per vim abducta, adeo ut forte innuat Cynthiam a quodam rivali Bajas extractam fuiſſe. nam recte Broukhuſius notat, poëtam hac Elegia pergere in eodem argumento, quo duae ſuperiores ſunt ſcriptae. Lib. II. El. 7. 17.

Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles.

Ovidius VII. Met. 732.

——— *deſiderioque calebat*
Conjugis abrepti.

ut illic praetulit ipſe Heinſius, cujus notas vide. *erepta puella* Lib. II. 25. 2. *ſolus* hic pro deſerto, viduo relicto. ut Lib. II. El. 7. 95.

Solus ero, quoniam non licet eſſe tuo.

& El. XIX. 32.

Et modo ſervato ſola relicta viro.

Lib. III. 4. 23.

Gaudet me vacuo ſolam tabeſcere lecto.

plura notabo ad Lib. II. El. 7. 41. & ſic *vacui* dicuntur amantes, qui ſoli cubant. vide Broukh. ad Lib. III. El. 15. 11. docet praeterea locutio, qua hic utitur noſter, *amore vacare*, recte facere viros eruditos, qui locum Ciceronis Lib. III. Orat. cap. XI. *Athenis jam diu doctrina ipſorum Athenienſium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet, ſtudiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine urbis & auctoritate*, intelligunt de inertia & ſocordia Athenienſium, priſca majorum ſtudia non jam amplius curantium, ſed eruditionis culturam negligentium; adeoque Nizolium, alioſque eum ſecutos, erraſſe, qui *vacare* in ſimilibus Ciceronis locis intellexerunt pro operam dare, deditum eſſe. quo ſignificatu *vacare literis*, vel *ſtudiis*, nuſquam apud Tullium occurrit. licet *vacare Philoſophiae* dixerit Seneca de brev. vitae cap. 14. ut optime docet Fr. Vavaſſor de vi & uſu quorumd. verbor. pag. 88. & 89. hic certe exponi non poteſt, pro amori operam dare, nam queritur de Cynthia abſente, & ſe ſolo relicto. Lib. II. El. 7. 57.

At tu non una potuiſti nocte vacare,
Inpia: non unum ſola manere diem.

vid. ad Lib. II. El. 12. 5. Ovid. III. Am. 4. 23.

Penelope manſit, quamvis cuſtode vacaret,
Inter tot juvenes intemerata procos.

quod ex cod. Scriveriano adfert, & prae altera lectione *careret* tam illic probare videtur Heinſius, quam Lib II. Met. 422.

——— *feſſam & cuſtode vacantem.*

ubi perperam Ciofanus ex aliis MSS. *carentem* praefert, quae prioris vocis gloſſa eſt. infra El. XVII. 32.

Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacent.

ut in multis codd. legitur, pro *tacent*. & El. XIX. 6.

Non adeo leviter noſtris puer haeſit ocellis,
Ut meus oblito pulvis amore vacet.

3. At

At non ipſe tuas imitabor, perfide, voces.
  Fallere te numquam, Galle, puella velit.
Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
  Certus & in nullo quaeris amore moram.
Perditus in quadam tardis palleſcere curis
  Incipis, & primo lapſus abire gradu.

3. *At non ipſe tuas imitabor, perfide, voces*] *Aut non* in cod. Colbert. *tuos mores* Marklandus ad libri ſui marginem, me non probante. ſupra El. V. init. ad hunc Gallum,

Invide, tu tandem voces conpeſce moleſtas.

Lib. III. El. 6. 2.

Vocis & inſanae tot maledicta tuae.

voces enim hic convicia notant. de Galli inſolentia multa habet Gyraldus Dial. IV. p. 464. ſed loquitur de Gallo Poëta, qui ab hoc Gallo diverſus eſt.

6. *Certus & in nullo quaeris amore moram*] *viam* in primo & tertio Voſſ. & meo ſecundo, ſed in cujus margine *moram*. in cod. Colbert. *notam*.

7. *Perditus in quadam tardis palleſcere curis*] pro *perditus* in Voſſ. ſecundo *Quaeritis*. forſan voluit librarius,

Quaeris & in quadam tardis palleſcere curis:
  Incipis & primo &c.

ſed *Perditus* minime ſollicitandum. Tibullus Lib. II. El. 7. 33.

Tunc morior curis: tunc mens mihi perdita fingit,
  Quiſve meam teneat, quot teneatve modis.

noſter ſupra El. III. v. 11.

Hanc ego nondum etiam ſenſus deperditus omnes
  Molliter impreſſo conor adire toro.

hinc *perdite amare*. ut in Epitaphio antiquo, quod edidi Tom. II. Anthol. Lat. Lib. IV. pag. 116. & 117. emendandum conjeci,

Haec quae me fato praeceſſit, corpore caſto
  Conjunx. una meo perdite amata *animo*.

pro abſurda lectione *perdita amans animo*. ubi plura notavi. porro *in quadam palleſcere* dicitur, ut Lib. III. El. 6. 28.

Semper in irata pallidus eſſe velim.

ubi male in aliis *iratam*. & in illo Ovidii Lib. I. A. A. v. 731.

Pallidus in Lyrice ſilvis errabat Orion,
  Pallidus in lenta Naïde Daphnis erat.

ſic *perire*, *ardere*, *flagrare aliqua*, rectius, quam caſu quarto. vid. Broukhuſ. ad Eleg. IV. v. 12. & quae ſupra dedi ad El. IX. in fine. *deperire in aliquo* apud Curtium Lib. VIII. cap. 6. §. 8. *Ex eadem cohorte erat Soſtratus, amore ejus ardens, qui quum laceratum corpus, in quo deperibat, intueretur* &c. ut recte Modius, pro *in quod deperibat*, neque Scheffero cauſſa fuit dubitandi, an *deperire in aliqua* Latinis receptum ſit, quod rectum eſt, aeque ac *palleſcere in aliqua* Propertio, & *perire in aliqua* apud alios auctores. ut *in puellis urere* Horatio, *ardere & ſuſpirare in aliqua* Ovidio & Catullo, & ſim. quae exemplis ad h. l. productis probat Paſſeratius.

8. *& primo lapſus abire gradu*] recte *laſſus* legebat Heinſius. & Patruus meus ad Ovid. Epiſt. XX. 41. quod requirit verbum *abire*, pro quo male *adire* in primo Leid. quatuor Voſſianis, duobus D'orvill. altero meo cod. Groning. & Borrich. ſed *abire* in Heinſiano & primo meo MS. *amore* in codd. Regiis, unde Guyetus & Muretus, *amare*. *laſſus amare* in cod. Ant. Pereſii, & ſecundo Vatic. *lapſus amare* in primo Colotiano. *lapſus abire* prior Vatic. *lapſus amore* in tertio, & primis editionibus. veriſſima lectio eſt *primo laſſus abire gradu*. nam illud *lapſus* male derivarunt ex voce *gradu*. *faſſus* etiam conjecerat Heinſius ad oram ed. Ald. 1515. in qua *adire*. ut in priore Aldina an. 1502.

Haec erit illarum contemti poena doloris:
Multarum miſeras exiget una vices.
Haec tibi vulgares iſtos conpeſcet amores.

Nec

9. *Haec erit illarum contemti poena doloris*] *Non erit* in primo Voſſ. *Nec* D'orvill. ſec. & meus alter cod. ſed in marg. *haec. contenti* Voſſ. ſec. & primus D'orv. ut in ed. Ald. 1515. ſed in prima *contempti.* ut in MSS. reliquis, Voſſ. pr. Heinſiano, Menteliano, ceteriſque, & primis edd. pro *poena* etiam *fama* in quarto Voſſ. *caloris* Heinſius. ut Eleg. praec. v. 17.

Aut ſi deſpectus potuit mutare calores.

ubi vide.

10. *Multarum miſeras exiget una vices*] *exigit* male in ſecundo Leid. Askewiano, primis edd. & utraque Aldina. *exiget* in Borrichiano, Neapolitano, Voſſianis, Heinſiano, Groningano, ceteriſque codicibus, *erigit* in Colbertinis. *exigit vices* tamen probaſſe videtur Barthius ad Stat. IV. Th. 620. & *vices* exponit de alterna rerum ſeu utriuſque fortunae viciſſitudine. Sed malim *vices* interpretari poenas, *δίκας.* ut in loco Virgilii II. Aen. 433.

——— *nec ullas*
Vitaviſſe vices Danaûm.

ubi Servius dupliciter explicat, vel de praeliorum viciſſitudine, vel poenis. addit enim: *Legimus etiam poenas vices dici.* adducto Horatii loco ex Lib. I. od. 28. 32. *viceſque ſuperbae Te maneant ipſum.* & ſic *poena* pro ultione. cujus ſignificationis exempla dedit Cel. Erneſtus in Clave Cicer. in h. v. & hoc ſenſu valde proprium verbum eſt *exigere.* Dido apud Ovidium Epiſt. VII. 97.

Exige laeſe pudor poenas violate Sigaeo.

VIII. Met. v. 125. *exige poenas Niſe pater,* & v. 531.

Nam de matre manus, diri ſibi conſcia facti,
Exegit poenas, acto per viſcera ferro.

IV. Faſt. 230. *huic poenas exigit ira Deae.* V. Triſt. El. 8. 9.

Exiget ah dignas ultrix Rhamnuſia poenas.

vide Interpretum notas ad Suet. Caeſ. 47. & Claud. c. 30. N. Heinſ. ad Tacit. de morib. Germ. cap. 7. & Markland. ad Statii Silvas pag. 114. denuntiat igitur Gallo, in amoribus tam inſtabili, ex tot deceptis ab eo puellis, ſpretiſque, unam pro omnibus ſatis poenarum ab illo exacturam. ſimili fere colore, quo Phyllis apud Ovid. Epiſt. II. 43.

Si de tot laeſis ſua numina quiſque Deorum
Vindicet, in poenas non ſatis unus eris.

pro *miſeras* Broukhuſius *ſeras* conjecit. & ſic in ora libri ſui Marklandus, adſcripto altero loco ex Lib. III. El. 4, 32.

Poena erit ante meos ſera, ſed ampla, pedes.

& illo Lucani VII. 431.

Quod ſemper ſeras debet tibi Parthia poenas.

ubi alii tamen *ſaevas* praeferunt. adde Tibull. Lib. I. El. 10. 4.

Sera tamen tacitis poena venit pedibus.

& Ovid. II. Triſt. 545.

Sera redundavit veteris vindicta libelli,
Diſtat & a meriti tempore poena ſui.

paſſim has voces permutari ſaepe a viris doctis notatum eſt. vid. ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 142. & T. II. p. 713.

11. *Haec tibi vulgares iſtos conpeſcet amores*] *Nec tibi* ſec. Leid. & primae edd. ut in Regiis, & meo altero. ſed *Haec* a man. ſec. pro *compeſcet* in tribus Voſſianis *conponet*, & in ſec. meo cod. licet in marg. *conpeſcet.* ſic Lib. III. El. 15. 3.

Tu potes inſanae Veneris conponere faſtus.

ubi *conpeſcere* etiam praefert Broukhuſius. quod

hoc

Nec nova quaerendo ſemper amicus eris.
Haec ego non rumore malo, non augure doctus,
Vidi ego, me, quaeſo, teſte negare potes?
Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo,
Et flere injectis, Galle, diu manibus:

Et

hoc in loco multis exemplis ibidem adſtruit. ſed alterum tuetur Patruus meus ad Ovid. III. A. A. 501. ubi *rabidos conponere mores* pro *conpeſcere* vindicat. apud Cic. II. Tuſc. Diſp. cap. 21. in fine: *atque haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi digniſſimum ſit, non ſolum animum conprimit, ſed ipſum etiam dolorem neſcio quo pacto mitiorem facit.* ſic antea edidit & probavit Daviſius. *animum confirmat* Bentlejus. ſed in tertia ſua editione idem Daviſius *conponit* legendum praetulit. vide & Daumii notas ad Praefat. Diſtich. Caton. pag. 9. *quo pacto morem animi tui conponas.*

12. *Nec nova quaerendo ſemper amicus eris*] *Haec nova* Borrich. *querendo* Neapol. *iniquus* legebat Guyetus, ſenſu admodum refragante. Leviter corrigendum arbitror,

Sed nova quaerendo ſemper amicus eris.

id eſt, novis & vagis amoribus illis ſemper tantum amicus, numquam amator eris. nam *amator* his in rebus ſaepe plus notat, quam *amicus.* ſed & vulgata commode ſervari poteſt. *amicus* enim praeſtat *amanti.* Seneca Epiſt. XXXV. *Qui amicus eſt, amat: qui amat, non utique amicus eſt.* infra Lib. III. El. 18. 9. in levem Cynthiae amatorem:

Fortunata domus! modo ſit tibi fidus amicus.
Fidus ero. in noſtros curre, puella, ſinus.

neque diſſimili oppoſitione Lib. II. El. 6. 21.

Uxor me numquam, numquam me ducet amica.
Semper amica mihi: ſemper & uxor eris.

ubi *amica* praevalet *amatae. nova quaerendo*, ut apud Petron. cap. 120.

Qui nova ſemper amas, & mox poſſeſſa relinquis.

13. *Haec ego non rumore malo*] *rumore vago* conjecerat Francius. non cogitabat illud noſtri Lib. II. El. 23. 74.

Nuper enim de te noſtras me laedit ad aures
Rumor, & in tota non bonus urbe fuit.

& Catulli Carm. LXVIII.

Laedit te quaedam mala fabula.

Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 149. *ſenſi mala murmura vulgi.* Lib. XI. Met. 667.

—— non haec tibi nuntiat auctor
Ambiguus; non iſta vagis rumoribus audis.

ubi *malis rumoribus* in cod. Med. legi notatur. quamquam illic *vagis* praeferendum ſuadet *auctor ambiguus.* idque a tribus meis codd. confirmatum inveni, & a quatuor Palatinis, quos contulit Gebhardus. *iniquum rumorem* vocat IV. Faſt. 703.

Caſta quidem, ſed non & credita, rumor iniquus
Laeſerat, & falſi criminis acta rea eſt.

rumore ſiniſtro apud Perſium Sat. V. 166. vide etiam notas ad Silium Ital. XVII. 34.

15. *Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo*] *totum* prim. Leid. & Mentel. *victum* in primo & quarto Voſſiano, priore D'orvill. codd. Regiis, Mentel. & primis edd. *vinctam* in quinto Vatic. *toto collo*, ut ſupra El. IX. 21.

Quam pueri totis arcum ſentire medullis.

verſu minore pro *injectis* male in Leid. pr. *inlaetis.* & *illectis* in ſec. & quarto Voſſiano, ſec. Vatic. & Dorvilliano altero. *inlectis* Neapol. & Colbertini, ſed *inſertis* in primo D'orv. a manu ſec. quod non adſpernandum videtur.

17 *Et cupere optatis animam deponere labris*] pro *labris* maxima codicum pars *verbis.* ut in binis Leidenſ. quatuor Voſſianis, duobus meis, D'orvillianis, & Groningano. in Borrichiano, *optabis animam deponere verbis.* hinc *membris* exſculpſit Scaliger, probante Douſa, quam veram eſſe lectionem cenſebat etiam D'orvillius. ſed recte

Et cupere optatis animam deponere labris,
Et quae deinde meus celat, amice, pudor.
Non ego conplexus potui diducere veſtros;

20. Tan-

recte Broukhuſius id rejecit, quia non convenit cum ſequente verſu, *Et quae deinde meus celat, amice, pudor.* optime vero Paſſeratius ex vetuſtis libris repoſuit *animam deponere labris.* cui deſumtum videbatur ex illo Platonis apud Gellium Lib. XIX. cap. XI.

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

additque verſus inde liberius ab amico ſuo, οὐκ ἀμέσῳ, ſive ab ipſo Gellio, ut cenſebat Barthius ad Claudian. pag. 791. deductos, qui incipiunt;

Dum ſemihulco ſuavio
Meum puellum ſuavior,
Dulcemque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite;
Animula aegra & ſaucia
Cucurrit ad labias mihi. & ſeqq.

quae optime confirmant *labris* hoc in loco. ut legebat etiam Heinſius in notis ad Propert. p. 668. huic emendationi vindicandae plura congeſſi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 653. & his adde Callimachi Epigramma ex Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 145. p. 619.

Εὐρώπης τὸ φίλημα καὶ ἢν ἄχρι χείλεος ἔλθῃ,
Ἡδύ γε, κἂν ψαύσῃ μοῦνον ἄχρι στόματος.
Ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν. ἀλλ' ἐρύσασα
Τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει.

quae ſic vertebat Hugo Grotius;

Europes equidem ſunt oſcula dulcia, tantum
Summa licet tangat labra vel ora tibi.
At non ſic tamen illa: ſed os ita ductat, ut ipſam
Extrahat ex imis unguiculis animam.

huic adjungatur illud Meleagri Lib. VII. ejuſd. Anthol. Tit. I. Ep. 15.

Τὸ σκύφος ἡδὺ γέγηθε. λέγει δ' ὅτι τᾶς φιλέρωτος
Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλιοῦ στόματος.
Ὄλβιον ἴθ' ὑπ' ἐμοῖς χείλεσιν χείλεα θεῖσα,
Ἀπνευστὶ ψυχὰν τὴν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

hoc eſt, eodem interprete,

Dulcia Zenophiles quoniam modo contigit ora,
Gaudet, & hoc ſeſe jactat honore calix.
Laudo. ſed o utinam labris ſua labra maritans
Illa meis totam conbibat hanc animam.

haec lucem, ni fallor, egregiam huic loco adferunt. ſed languet illud *optatis labris.* quapropter certam amplector Patrui mei reſtitutionem, qui in notis ad Petron. cap. LXXIX. pag. 392. legebat, *aptatis animam deponere labris.* id eſt, vinctis, connexis. ſive ut in illo Meleagri Epigr. ὑπ' ἐμοῖς χείλεσιν χείλεα θεῖσα. *aptare* autem pro adnectere exponit Serv. ad Virg. IV. Aen. 289. eadem variatione Lib. III. Aen. 132.

Ergo avidus muros optatae molior urbis.

ubi quum in fragmento Walliano reperiſſem *aptare*, hinc juvenis conjeceram legendum, *aptare emolior urbi.* & hanc Patrui mei hoc in loco emendationem probavit Heskin ad Bionis Idyllia pag. 9. ubi in Epitaphio Adonidis eleganter talia oſcula deſcribuntur,

—— τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα κεἰς ἐμὸν ἧπαρ
Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ.

oſcula labris morata vocat noſter Lib. II. El. 12. 8.

Quam vario amplexu mutamus brachia? quantum
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis.

ex quo loco *labris* pro *verbis* hic non parum firmatur. quod egregie etiam, rejecta Scaligeri conjectura *membris*, vindicavit Heinſius ad illud Claudiani Epith. Pallad. & Celer. v. 132. *Labra ligent animas.* venuſte haec Propertiana imitatus eſt noſtras Janus Secundus, feliciſſimus in exprimendis veterum deliciis poëta, Lib. I. El. 5. 85.

Te juvet in noſtris poſitam languere lacertis,
Me juvet in gremio, vita, cubare tuo.
Et cum ſuaviolis animam deponere noſtris,
Eque tuis animam ſugere ſuaviolis.

19. *Non ego conplexus potui diducere veſtros*] *deducere* in Leid. pr. primo Voſſ. & Dorv. Mentel. Excerpt. Modii, ſeu Groning. ſed *diducere*, quod in ceteris MSS. & primis edd. legitur,

Tantus erat demens inter utroſque furor.
Non ſic Haemonio Salmonida mixtus Enipeo
Taenarius facili preſſit amore Deus.
Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben
Senſit ab Oetaeis gaudia prima jugis.

25. Una

gitur, proprium hac in re verbum eſt, pro divellere a conplexibus, vide infra ad Lib. II. El. 6. v. 3.

21. *Non ſic Haemonio Salmonida mixtus Enipeo Taenarius facili preſſit amore Deus*]

Salamonida vel *Salomonida* corrupte in MSS. & primis edd. & *Enipheo*. *Haemonius Enipeus* eſt Theſſalicus. ut infra Lib. III. El. 17. 13.

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quae voluit liquido tota ſubire Deo.

ubi *liquidus Deus* eſt Neptunus, qui hic *Taenarius* dicitur, propter Taenarum ei ſacram. pro quo corrupte *Tremarius* in primis edd. & intelligitur Tyro, Salmonei filia, a Neptuno ſub forma fluminis Enipei conpreſſa. vid. Homer. Odyſſ. Λ. 234. & ſeqq. & Lucian. Dialog. Marin. XIII. p. 320. 321. ubi de Tyrus & Neptuni, Enipeum ſimulantis, amoribus vide Cel. Hemſterhuſii notas. & Potteri ad Lycophr. v. 722. Ovidius Lib. III. Am. 6. 43.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus,
Cedere juſſit aquam: juſſa receſſit aqua.

ubi non probo Heinſii emendationem *Fictus ut amplecti*, quia Neptunus falſam Enipei formam adſumſerat. ſed reliqua *cedere juſſit aquam* hoc repudiant. recte vero Propertium, Theſſaliae tribuentem fluvium Enipeum, quem alii Achaiae adſcribunt, defendit Caſaub. ad Strabon Lib. VIII. p. 157. ed. Pariſ. & Carrio ad Valer. Fl. Lib. I. v. 83. ſed errat Ciofanus ad Ovid. I. Met. 579. qui multis contendit, ubique *Enipheus* pro *Enipeus* eſſe ſcribendum, quum illa ſit librariorum poſterioris aevi ſcriptura, & Graecis conſtanter Ἐνίπευς non Ἐνίφευς dicatur. vid. illic Patrui mei notas, ad Claudian. Bel. Get. v. 183. & ad Lucan. VI. 373. *miſſus Enipeo* in margine codicis mei ſecundi, hoc eſt, *miſtus* pro *mixtus*. ſed illam recentioris aetatis ſcripturam eſſe notat Pierius ad Virg. I. Aen. 492. & vide ſupra ad Eleg. V. v. 15.

23. *Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben*
Senſit ab Oetaeis gaudia prima jugis.]

Non ſic Francius. *coeleſti Hebe* legit Marklandus ad Statii Silvas pag. 223. ſic certe Lib. II. El. 2. 43.

Hac ego nunc mirer ſi flagret noſtra juventus.

& ita *perire*, *ardere aliqua*, paſſim apud Poëtas, de quo ſupra ad huj. El. v. 7. ſed nihil hic variant codices: & *coeleſtem Heben* adfert etiam Neſtor in Vocabulario pag. 157. *in Oetaeis jugis* omnes fere codices, quorum excerpta adhibui, & primae edd. recte tamen Scaliger & Marklandus *ab Oetaeis* praetulerunt, pro, poſt juga Oetaea, ſive poſtquam in monte Oeta hominem exuiſſet. Sed praeterea amplector optimam Cel. Schraderi emendationem Lib. II. Emend. cap. 5. qui pro *jugis* hic reponebat,

Senſit ab Oetaeis gaudia prima rogis.

idque firmabat ex Statio in Hercule Surrentino Lib. III. Sylv. 1. 6.

——— *ceu taedis iterum luſtratus honeſti*
Ignis, ab Oetaea conſcenderis aethera flamma.

& in Hercule Epitrapezio Lib. IV. Sylv. 6. 32.

Qualis ab Oetaeis emiſſus in aſtra favillis
Nectar adhuc torva laetus Junone bibebat.

& hoc ſuadent *gaudia prima*, quia Hercules, poſtquam in Oeta arſiſſet, depoſita mortalitate, & Junoni reconciliatus, *Heben coeleſtem* uxorem nactus eſt, & ſic inmortalibus adſcriptus *prima* ſenſit *gaudia*, nuptiis in coelo celebratis. vide hic Broukhuſ. non diſſimili ſenſu *ſagitta* Herculis, qua Paris a Philoctete ictus interiit, *coeleſtis* vocatur, propter Herculem inter Deos relatum, apud Ovid. Ep. XVI. 277. neque infrequenter *juga* & *rogi* in codd. MSS. conmutantur. infra Lib. III. El. 7. 8.

Fama nec ex aequo ducitur una jugo.

ubi

Una dies omnes potuit praecurrere amantes:
Nam tibi non tepidas ſubdidit illa faces.
Nec tibi praeteritos paſſa eſt ſuccedere faſtus;
Nec ſinet abduci: te tuus ardor aget.
Nec mirum, quum ſit Jove digna, & proxima Ledae,
Et Ledae partu, gratior una tribus.

Illa

ubi *rogo* in aliis. apud Claudian. Praef. in Rufin. v. 2.

Membraque Cirrhaeo fudit anhela jugo.

ubi *rogo* etiam in margine Iſingr.

25. *Una dies omnes potuit praecurrere amantes*] nihil equidem variant codices, cum tamen locus manifeſte corruptus ſit, nam quo referas ſequentia, *ſubdidit illa faces*, *Nec tibi pr. paſſa eſt ſuccedere faſtus*, &c. nemo facile extricabit, ſi *Una dies* retineatur, quum cetera ad puellam, cujus tamen mentio non praecedit, ſpectent. Feliciter itaque emendabat Heinſius,

Una adeo haec omnes potuit praecurrere amantes.

licet pro *haec* malim *Una adeo en omnes* &c. quod propius inhaeret ultimis duabus literis vocis *dies*, ne *haec* & *illa* eodem diſticho ponantur. mirum quam ſaepe librarii voculam hanc *adeo*, quae elegantiae cauſſa inſeritur, corruperint vel extruſerint, quia eam abundare credebant. exempla dabunt Heinſius & Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 550. Marklandus ad Statii Silvas pag. 263. & vide quae notavi ad Lotich. Ecl. I. 5. pag. 569. apud Claudian. III. R. P. 48.

Atque adeo Cererem, quae tunc ignara malorum &c.

ut recte pro *ideo* reſtituerunt viri docti. Statius Lib. I. Theb. 15.

Atque adeo jam nunc gemitus & proſpera Cadmi
Praeteriiſſe ſinam.

ubi *ideo* male in cod. Voſſ. Taurinenſi, & Caſſelnano. apud Lucretium Lib. III. 534.

Atque adeo cunctis ſenſum deducere membris.

ita enim edidit Gifanius. *ideo* in noviſſ. ed. quomodo ſaepe alibi peccatum fuit. vid. Cort. ad Salluſt. Jug. cap. cx. §. 4. & ſic vocem hanc Virgilio reddendam cenſebat Cl. Schraderus, Lib. VI. Aen. 304. de Charonte,

Et ferruginea ſubvectat corpora cymba,
Jam ſenior; ſed cruda adeo *viridiſque ſenectus.*

ubi *Deo* nunc circumfertur. *viro* in cod. ſec. Moreti. vulgata tamen defendi poſſet ex Apulejo Lib. VI. Met. p. 121. ed. Pric. *nec Charon ille, Ditis portitor, tantus Deus, quicquam gratuito facit.* ut locum emendandum ſuſpicatur Cel. Hemſterh. ad Lucian. Tom. I. pag. 423.

28. *Nec ſinet abduci*] *adduci* in Excerptis Modii, Menteliano, primo Leid. Voſſ. ſec. duobus D'orvill. & meo primo cod. quod Douſae Fil. probabatur. & ſic in ſuo codice legi notaverat G. Vlamingius. ſed recte rejecit Broukhuſ. & in alteram lectionem conſpirant reliqui codices & primae edd. Heinſius conjecerat,

Nec ſinet abduci, quo tuus ardor agit.

29. —*quum ſit Jove digna, & proxima Laedae,*
Et Ledae partu, gratior una tribus.]

ita in omnibus codd. & priſcis edd. niſi quod in nonnullis, *Et Ledae e partu gratior una tribus.* mirifice haec diſpoſuit Scaliger, ſublata primi diſtichi diſtinctione, hunc in modum:

Nec mirum, quum ſit Jove digna, & proxima Ledae,
Et Ledae partu: gratior una tribus
Illa ſit Inachiis & blandior heroinis.

ut ſequentis diſtichi verba cum priore conjungantur, quod Catullo magis quam Propertio uſitatum, & per *tres heroinas Inachias* idem Scaliger Ledam, Helenam, & Clytemneſtram intelligebat. Sed vide Paſſeratium. N. Heinſius legebat,

—— *quum ſit Jove dignae proxima Ledae,*
Ledaei & partus gratior una tribus.

Ni.

Illa ſit Inachiis & blandior Heroinis,
Illa ſuis verbis cogat amare Jovem.

Tu

Nihil potius mutandum videtur, & per *Jove dignam* intelligo Junonem. ut infra Lib. II. El. 2. 58. *& incedit vel Jove digna ſoror.* ubi *vel Jove digna viro* idem conjiciebat, quod probo. ita enim apud Ovidium Epiſt. XVI. 272.

O decus, o praeſens geminorum gloria fratrum,
O Jove digna viro, ni Jove nata fores.

& hanc Heinſianam emendationem reſpuit pentametri finis *gratior una tribus*. Junone nempe, Leda, & Helena, quas hic indicari arbitror. ad formae enim laudem & commendationem facit conparatio cum Junone, Leda, & Helena. quod egregie illuſtratur ex loco Petronii cap. 138. *Quid huic formae aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? quid contra hanc Helene? quid Venus poſſit? Ipſe Paris Dearum lividantium* (litigantium lego cum Douſa) *judex, ſi hanc in conparatione vidiſſet tam petulantibus oculis, & Helenen huic donaſſet & Deas.* ſequente verſu pro *&* malim *vel*, levique tranſpoſitione eriges ſenſum, ſi legatur,

Illa vel *Inachiis* ſit *blandior Heroinis.*

ita enim hac vocula pro quantum libet, etiamſi, licet, uti amat noſter. ſupra El. 8. 33.

Illa vel anguſto mecum requieſcere lecto.

Lib. II. El. 23. 57.

Vel ſi te ſectae rapiant talaribus aurae,
Nil tibi Mercurii proderit alta via.

Lib. III. El. 9. 38.

Iſſent Phlegraeo melius tibi funera campo,
Vel tua ſi ſocero colla daturus eras.

El. 14. 22.

Talis mors pretio vel ſit emenda mihi.

Virg. VII. Aen. 808.

Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret
Culmina.

niſi potius *blandior vel Inachiis Heroinis* dictum ſit, pro ipſis Heroinis Inachiis. quod noſtro etiam frequenti in uſu eſt. infra El. XVI. 17.

Janua vel domina penitus crudelior ipſa.

Lib. II. El. 2. 49.

Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles.

& v. 58. ——— *incedit vel Jove digna ſoror.* El. XII. 40. *Nocte una quivis vel Deus eſſe poteſt.* El. XXI. 3. *Hoc tibi vel poterit conjux ignoſcere Juno.* Lib. III. El. 7. 47.

Te duce vel Jovis arma canam.

& Lib. IV. El. 5. 5.

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem.

ſimilia de vi hujus particulae vid. apud Manut. ad Cic. IX. ad Fam. Ep. 8. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII. 95. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 9. 53. male autem in primis edd. ut & Aldinis, Juntina, Colinaei & Scaligeri, diſtinguitur,

Illa ſit Inachiis, & blandior Heroinis.

confer cum his illud noſtri El. XIX. 13.

Illis formoſae veniant genus heroinae,
Quas dedit Argivis Dardana praeda viris;
Quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma
Gratior.

32. *Illa ſuis verbis cogat amare Jovem*] *Illecebriſque ſuis* malebat Heinſius. ut ſupra El. X. 2. *veſtris conſcius illecebris* idem ac Fruterius legebant. Sed *verba* Propertio pro blanditiis, illecebris ipſis, dictis jucundis, multo ſale & gratia conditis, ut hoc Libro El. 2. 29.

Unica nec deſit jucundis gratia verbis.

El. XV. 25.

Deſine jam revocare tuis perjuria verbis.

eſt igitur *mollibus verbis demulcere*, & ideo *ſuis verbis*, quibus ſolet, eique in promtu eſt corda flectere. ἐπέεσσι μαλακοῖσι καθάπτεσθαι Homero Iliad. A. 582. Odyſſ. A. 56.

Ἀεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι Θέλγει.

& Od. Ω. 392. Μειλιχίοις ἐπέεσσι καθαπτόμενος προσέειπεν. *dictis pectora mulcere* Virgilio Lib. I. Aen. 197. & *mollibus verbis lenire* Horatio Epod. 5. 83.

Tu vero quoniam ſemel es periturus amore,
  Urere. non alio limine dignus eras.
Quae tibi ſit felix, quoniam novus incidit error:
  Et quotcumque voles, una ſit iſta tibi.

ELEG.

33. *Tu vero quoniam ſemel es periturus amore,*
Urere. non alio limine dignus eras]

Utere in duobus Leid. quatuor Voſſianis, primo D'orvill. meiſque binis codd. Excerptis Modii, Borrich. Groning. primiſque edd. *amore* nempe quod neſcio cur repudiatum fuerit. Tibullus Lib. I. El. 9. 47.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere. non tardo labitur illa pede.

Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 257.

His ego, ſi ſaperem, paulloque audacior eſſem,
Uterer. utetur, ſi qua puella ſapit.

idque defendi poſſet ex noſtro Lib. IV. El. 85. v. 5.

Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus,
Utere, ne quid cras libet ab ore dies.

ex quo Heinſius olim conjecerat ſimili in loco apud Ovid. III. A. A. v. 62. legendum eſſe,

Dum licet, & vernos etiam nunc editis annos,
Ludite, eunt anni more fluentis aquae.

ſed *veros annos* dein retinuit. *virides ducitis annos* illic legebat Markland. ad Stat. V. Sylv. 3. 92. p. 293. Ayrmannus vero hic interpungebat,

——— *quoniam ſemel es periturus, amore*
Urere.

qua tamen diſtinctione non opus eſt. *Urere* vindicavit Broukhuſ. *amore* ex praecedenti verſu ſubintelligendum. & hanc lectionem tuentur codex Ant. Perreji, ſecundus Vaticanus, Gebhardi Palatinus, aliique. deinde *non alio lumine* in ſecundo Leidenſi, Voſſ. quarto, altero D'orvill. Borrich. Groning. altero Vaticano, & in margine ſecundi mei cod. primiſque edd. quod Paſſeratius de amoris face intelligit, ut in illo Horatii Lib. I. od. 27. *Digne puer meliore flamma.* & ſic Ayrmannus. libera nimis eſt P. Francii conjectura *non alia tu face.* ſed *non alio limine* Broukhuſius exponit, non alia domo, in qua amares, placuitque Heinſio. & recte. quia id noſtro frequens eſt. ſupra El. IV. 22. *nullo limine carus eris.*. El. V. 13.

Ah mea contemtus quoties ad limina curres.

infra El. XVIII. 12.

——— *ut non altera noſtro*
Limine formoſos intulit ulla pedes.

Lib. II. El. 2. 9.

Anne ego tranſirem tua lumina clauſa maritus.

domo eod. Lib. El. 1. 58.

Una meos quoniam praedata eſt femina ſenſus,
Ex hac ducentur funera noſtra domo.

& El. XIII. 22.

Atque una fieret cana puella domo.

vide etiam ſupra ad El. VIII. 22.

Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.

ubi eadem in ſcriptis varietas. ſequente verſu *Haec tibi ſit felix* malebat Francius.

36. *Et quotcumque voles*] *Ut* D'orvill. ſec. *quaecumque* in Voſſ. ſec. & tertio, altero D'orvill. Heinſiano, & meo. *quocumque* in Excerpt. Scalig. Menteliano, codd. Reg. & Colbert. priſcis edd. & in membranis Gul. Vlamingii, qui id probabat, & *voles* non a *velle*, ſed *volare* deducebat; eo, ni fallor, ſenſu, pro venti inſtar levis ad alios transvolare amores cupies. ſed de quo ne cogitaſſe quidem Propertium, certus ſum. *quicumque* in Vaticano quinto, recte Fruterius, Douſa, & Heinſius, *Et quotcumque voles.* ut Gallo ſuadeat, quocumque tandem uratur igne, haec una inſtar omnium ſit. quod merito probavit Broukhuſius.

ELEG. XIV.

Tu licet abjectus Tiberina molliter unda
Lesbia Mentoreo vina bibas opere;
Et modo tam celeres mireris currere lintres
Et modo tam tardas funibus ire rates:
Et nemus omne ſatas intendat vertice ſilvas,
Urguetur quantis Caucaſus arboribus.

Non

Eleg. XIV. v. 1. *abjectus Tiberina molliter unda*] *ulva* emendandum cenſebat Marklandus ad Stat. Lib. I. Sylv. 3. v. 50. pag. 42. & ad Lib. IV. Sylv. 3. 68. p. 206. ſed cui adſenſum non praebeo. neque etiam *acta* hic locum habere poſſe exiſtimo, ut conjecerat vir eruditus in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 131. Marklandi emendationem rejiciens, qui D'orvillius eſt: quamquam Paſſeratii expoſitioni deinde adquievit, & recte. nam *abjectus unda* pro ad undam. villam enim illic & ſilvam habuiſſe videtur Tullus ad ripam Tiberis. ſic Eleg. III. v. 6. *Qualis in herboſo concidit Apidano.* pro *ad Apidanum.* vide quae ſupra notavi ad Lib. I. El. 1. v. 11. eodemque ſenſu etiam capi poſſet Lib. II. El. 10. 55.

Illis formoſum jacuiſſe paludibus.

pro *ad paludes.* & infra El. XV. 10.

Deſertis olim fleverat aequoribus.

pro ad vel juxta aequora, ubi vide. *abjectus*, ut apud Ovid. Epiſt. Didus, init. *udis abjectus in herbis.* vide Patrui Comm. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. 1. 13. *molliter conpoſitus* ſupra El. XI. 14.

Quam vacet alterius blandos audire ſuſurros
Molliter in tacito litore conpoſitam.

3. *Et modo tam celeres* &c.] *jam* hoc & ſeq. verſu in Voſſ. ſecundo. primo verſu navigatio ſecundo flumine, altero autem adverſo deſcribitur, & *funibus* de remulco intelligendum notaverat Ant. Perrejus. ſic apud Auſonium Epiſt. 2. v. 9.

——— *celeriſque remulci*
Culpabam properos adverſo flumine curſus.

Ovidius Lib. IV. Triſt. El. I. 8.

Cantat & innitens limoſae pronus arenae,
Adverſo tardam qui trahit amne ratem.

praeſertim captas naves funibus trahebant. de quo vid. Dorvill. ad Chariton. p. 281. bene huic loco illuſtrando contulit Paſſeratius alium Auſonii locum in Moſella v. 39. & ſeqq.

Tu duplices ſortire vias, & quum amne ſecundo
Defluis, ut celeres feriant vada concita remi:
Et quum per ripas nuſquam ceſſante remulco
Intendunt collo malorum vincula nautae.

ita adfert, inquam, ut in vulgatis Auſonii editionibus etiam legitur; ſed non dubito emendandum eſſe,

Intendunt collo mulorum *vincula nautae.*

rates enim funibus trahebantur vel hominum vel mulorum ope. ut apud Horatium Lib. I. Sat. 5. 13.

Jam ſatis eſt, dum aes exigitur: dum mula ligatur.

Ita conjeceram, cum poſtea vidi emendationem iſtam in loco Auſonii jam occupatam a Scheffero in Addendis ad Lib. II. de Milit. Nav. p. 326. ubi quod dicat verſum exigere ut pro *malorum* legamus *mulorum*, non cogitabat primam recte produci, quum de malo navis agitur. de *remulco*, unde eſt verbum *remulcare*, praeter ea quae Scaliger ad Feſtum in h. v. & Vinetus ad illum Auſonii locum notarunt, egregie egit Jac. Nic. Loënſis Lib. IV. Miſcell. Epiph. cap. 12. & Daviſius ad Caeſ. III. de B. Civ. cap. 40.

5. *Et nemus omne ſatas intendat vertice ſilvas*] *ſacras*, ut conjecerat Livinejus, eſt in primo D'orvill. a manu ſec. *ſatis* in Borrich. inepte. Ayrmannus *Et nemus ut tantas.* optime Broukhuſius *ſatas* tuetur. ſic *lucus hederoſo conſitus antro* Lib. IV. El. 4. 3. ubi ejuſdem notas conſule. *nemus omne* & *ſilvae* offendiſſe Heinſium videntur: licet *ſilvas* pro arboribus exponat Barthius tam

in

Non tamen iſta meo valeant contendere amori,
  Neſcit Amor magnis cedere divitiis.
Nam ſive optatam mecum trahit illa quietem,
  Seu facili totum ducit amore diem:
Tum mihi Pactoli veniunt ſub tecta liquores,
  Et legitur rubris gemma ſub aequoribus.

Tum

in Commentario Statiano, quam Lib. XXI. Adverſ. cap. 9. pag. 1039. Conjecerat itaque,

Et domus alta ſatas &c.

vel *Et tectum omne.* prior conjectura ſatis blanditur. & firmari poſſet locis Virgilii Lib. II. G. 461. & XI. Aen. 526. in quibus *domus alta* de divitum tectis frequens eſt, Horatii Lib. III. od. 10. 6. & Tibulli Lib. III. El. 3. 15. a Broukhuſio adductis, in quibus — *nemus Inter pulcra ſatum tecta remugiat.* tum, *Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos.* ad quem locum plura de ſilvis intra domorum ſepta ejuſdem Broukhuſii notae ſuppeditant. quibus addatur Senecae locus Epiſt. CXXII. *non vivunt contra naturam, qui pomaria in ſummis turribus ſerunt? quorum ſilvae in tectis domorum ac faſtigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egiſſent.* ubi vide quae obſervavit Lipſius, & Torrentius ad Suet. Aug. 72. quamquam Broukhuſius in notis ad dictum Tibulli locum contendat, morem illum arbores ſerendi in domorum vertice, inventum eſſe recentioris temporis. pro *intendat*, in quinto Vaticano, & primis edd. *incendat.* in uno Regio *incedat.* & in altero *incendat.* ſed *intendat* eſt augeat, ſpatia nemoris extendat, arboribus denſet. vide Scioppium Lib. III. Veriſ. cap. 4 & Patrui mei Comm. ad Phaedr. I. fab. XXIV. 6.

8. *Neſcit Amor magnis cedere divitiis*] vide ſupra ad El. V. 26. ſimili loco:

Nec tibi nobilitas poterit ſuccurrere amanti:
Neſcit Amor priſcis cedere imaginibus.

9. *Nam ſive optatam mecum trahit illa quietem*] notat Heinſius, nihil praecedere, ad quod referatur *illa.* ſed ſubintelligitur Cynthia, quod ſatis indicatur v. 7. *meo amori.* ſupra El. XII. 3.

Quid mihi deſidiae non ceſſas fingere crimen,
Quod faciat nobis conſcia Roma moram?
Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto &c.

Lib. II. El. 1. 51.

Sed memini, ſolet illa leves culpare puellas:
Et totam ex Helena non probat Iliada.

ubi eadem indicatur Cynthia, licet illius mentio neutro in loco praeceſſerit. *trahere quietem* pro ſomnos ducere, contra Paſſeratium, qui pro contrahere, breviorem facere, exponebat, adſtruit Broukhuſius. exemplis ab eo prolatis adde Ovid. II. Am. 19. 55.

Nil metuam? per nulla traham ſuſpiria ſomnos.

ſed malim hoc in loco *trahere quietem* interpretari noctem longiorem facere, extendere, quia nulla amantibus nox ſatis longa, ut ſeq. verſ. *totum ducit amore diem.* & ſic in loco Senecae, quem adfert Broukhuſius, Herc. Oet. 645.

Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigileſque trahit purpura noctes.

ubi *trahit noctes*, eſt, longiores & taedio plenas facit, eique opponitur *ceſpes Tyrio mollior oſtro, ſolet inpavidos ducere ſomnos.* contraria enim & oppoſita ſunt *ducere ſomnos*, & *trahere noctem.* vide illic Gronov. apud Ovid. Epiſt. XII. 58.

Tracta eſt per lacrimas nox mihi, quanta fuit!

ut recte illic legebat Francius, non *Acta eſt.* ita *trahere bellum.* Cic. V. Philip. c. XI. ut bene reſtituerunt viri docti, *Teretur interea tempus, belli adparatus refrigeſcent. unde eſt adhuc bellum tractum, niſi ex retardatione & mora.* ubi vid. Graev. ſic *trahere laborem*, lente laborare, *trahere moras*, & ſimpliciter *trahere.* vide notas ad Virg. VII. Aen. 315. & *trahere fata ſua*, vitam aerumnoſa mortem differre. Valer. Fl. I. 764.

——— *nec fata traham, natumque videbo*
Te ſine.

pro, vitam diutius non extendam. de quo ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 531.

Tum mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia Reges:
Quae maneant, dum me fata perire volent.
Nam quis divitiis adverſo gaudet amore?
Nulla mihi triſti praemia ſint Venere.

Illa

13. *Tum mihi ceſſuros ſpondent mea gaudia Reges*] *ſplendent* in primo D'orv. *ſpondeant* in meo cod. priore, ut paullo ante *veniant* in Voſſ. ſec. *nova gaudia* in ſecundo Vatic. & altero D'orvill. Legendum opinor,

Tum mihi ceſſuros ſpondent ſua gaudia Reges.

ut ſenſus ſequentis verſus ſit, quae gaudia maneant Regibus, quibus nec divitias, nec voluptates ſuas invideo, dum me fata volent *perire*, amando ſcilicet. nam male Francius conjecerat *manere*, venuſta, ut cenſebat Broukhuſius, repetitione, qui ipſe ſubſtituendum opinabatur, *dum me fata venire jubent*, ad ſedes nempe functorum, notatque *perire* duram & inauſpicatam eſſe locutionem, qua religioſe abſtinebant Romani, ſed neutrum placet. ita enim noſter ſupra El. XIII. 33.

Quoniam ſemel es periturus amore.

Lib. II. El. 20. 69.

Solus amans novit, quando periturus, & a qua Morte.

Eleg. IV. hujus libri v. 12.

Sunt majora, quibus, Baſſe, perire juvat.

El. 6. v. 27.

Multi longinquo periere in amore libenter.

& El. IX. 34.

Dicere quo pereas, ſaepe in amore juvat.

Ovid. II. Am. 14. 21.

——— *cum fuerim melius periturus amando.*

Epiſt. IV. Her. 86.

Non ſum materia digna perire tua.

Virg. Ecl. X. 10.

——— *indigno quum Gallus amore periret.*

Tibullus Lib. III. El. 2. v. ult.

——— *dolor huic & cura Neaerae*
Conjugis ereptae, cauſſa perire fuit.

vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. VII. 7. & ad Quinctil. Decl. XV. 8. & quae notavi ad T. II. Anth. Lat. p. 422. & 752. ſi quis tamen vulgatam non inmutandam contendat, ſenſus erit, *mea gaudia ſpondent Reges ſe mihi ceſſuros.* vel *mea gaudia mihi ſpondent, Reges ceſſuros meis gaudiis.* ſed prius malo, nam paſſim poëtae, fructu amoris exſultantes, nec Regibus ſceptra & opes, nec ipſi Jovi coelum ſe invidere jactant. Anacreon od. XV.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τȣ̃ Σαρδεων ἄνακτος·
Οὔθ᾽ αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

infra in fine hujus Elegiae,

Quae mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera deſpicere.

Tibullus Lib. I. El. 9. 34.

Et Regum magnae deſpiciantur opes.

Lib. III. El. 3. 29.

Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis;
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Haec alii cupiant. liceat mihi paupere cultu
Securo cara conjuge poſſe frui.

& Lib. IV. Carm. I. 198.

——— *noſtri ſit parvula cura,*
Sit tibi quanta libet, ſi ſit modo; non mihi regna
Lydia, non magni potior ſit fama Gylippi.

ſupra El. VIII. 33.

Illa vel anguſto mecum requieſcere lecto,
Et quocumque modo maluit eſſe mea:
Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,
Et quas Elis opes ante pararat equis.

ſed haec pluribus illuſtrata dedi in notis ad Lotichium Lib. II. El. 12. 13. p. 157. & ad Lib. V. El. 17. v. 69. p. 369. 370.

15. *Nam quis divitiis adverſo gaudet amore?*
Nulla mihi triſti praemia ſint Venere],

Num quis male in Groning. *gaudia* in quarto Voſſ.

Illa poteſt magnas heroum infringere vires:
  Illa etiam duris mentibus eſſe dolor.
Illa neque Arabium metuit tranſcendere limen,
  Nec timet oſtrino, Tulle, ſubire toro:

Et

Voſſ. ut *triſti* opponantur. *ſunt* in Leidenſibus, Voſſianis, Dorvilliano utroque, membranis G. Vlamingii, Borrichiano, Groning. primo meo cod. & priſcis edd. *ſint* in Neapolitano, & Ant. Perreji cod. ut edidit Broukh. deſumtus hic locus eſt ex illis Mimnermi, quod fragmentum ſupra produxi ad El. IX. huj. Libr. v. 11.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
  Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

quod ſic vertit Grotius,

Vita quid eſt, quid dulce, niſi juvet aurea Cypris?
  Tum peream, Veneris cum mihi cura perit.

cui ſimile illud Zopyri in iiſdem Grotii Excerptis Stobaeanis pag. 240.

Μηδεὶς ἄπειρος τῶν ἐμῶν εἴη φίλων
Ἔρωτος. ἐντυχὼν δὲ τὸν θεὸν λάβοι.

Ego vitam amoris degere expertem meis
Non precor amicis. ſed Deo placido frui.

17. *Illa poteſt magnas heroum infringere vires*] *mentes* in marg. Excerpt. Scalig. ſed ſequitur *duris mentibus. fringere* in Menteliano, & primo Leid. *fingere* prior Voſſ. & *leges.* ſed *vires* in tertio Voſſ. in Epigrammate veteri T. I. Anth. Lat. p. 474. *Qui potuit rigidas Gothorum ducere mentes.* ut legendum conjeci, pro *ſubdere.* ubi apud alios *frangere.* ut hoc loco *infringere vires.*

19. *Illa neque Arabium metuit tranſcendere limen*] *limen* illud *Arabium* quid ſit, non capere ſe, Heinſio ſcribit Graevius Tom. IV. Syllog. Epiſt. pag. 213. & *atratum limen*, funeſtum, reponi malebat. ſed ab hoc loco nihil magis alienum, quam ut de morte, aut quacumque re funeſta cogitemus. *auratum* vel *aeratum* Heinſius in Epiſtolis ad Graevium, & notis ad Propert. p. 669. qui etiam conjecerat *Attalicum.* ut Lib. II. El. 10. 22.

Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno,
Nec ſit Attalico mors mea nixa toro.

ſic *aulaea Attalica* Lib. II. 23. 46. *Attalicas ſupera veſtes* Lib. III. 17. 19. vide Heinſ. ad Claud. I. in Eutrop. 357. certe *Arabium limen* hic corruptum videtur, & explicatum vellem. niſi capias de limine domus, Arabo marmore obducto. quo ſenſu *tranſcendere limen Arabium* ut in codd. Regiis, Colbert. ceteriſque, notaret intrare domos opulentiores, quarum limina marmoris Arabici lapide conſtrata. ſic *tranſire limen domus* Ovidio I. Am. 12. 5. *conſcendere* in primo Vaticano, & Menteliano. quod primum conparuiſſe dicit Broukhuſius in ed. Colinaei Pariſina 1529. non videtur conſuluiſſe Aldinam an. 1502. & Juntinam, in quibus ſic jam editum fuerat. ſed in altera Aldi 1515. *tranſcendere.* ſic & alibi haec verba confundi patet ex notis Oudend. ad Lucan. I. 304. Forte hinc elici poſſet,

Illa neque Arabium metuit conſcendere lectum.

ut lectum menſae adcubitorium, Arabo odore ſparſum & illibutum, primo verſu innuat, ut *Archiacis recumbere lectis* Horatio Lib. I. Epiſt. 5. v. 1. & hunc forte locum reſpicit Ovidius Epiſt. XII. 179.

Tyrio jaceat ſublimis in oſtro.

Virgil. in Ciri v. 440.

Nec Libys Aſſyrio ſternatur lectulus oſtro.

altero per *oſtrinum torum* cubile Tyrium intelligat. Tibullus Lib. I. El. 1. 63.

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
  Prodeſt, quum fletu nox vigilanda venit.

quod eleganter imitatus eſt Sannazarius Lib. I. El. 1. 59. ſeqq.

Nam quid rubra juvant fulgentibus aequora conchis,
  Aut quae multa niger thra Sabaeus arat?
Quidve torus prodeſt, pluma ſpectandus & oſtro,
  Si non eſt gremio cara puella meo?

vid.

Et miſerum toto juvenem verſare cubili.
Quid relevant variis ſerica textilibus?

Quae

vid. Heinſ. ad Clandian. Epigr. XX. 8. *ceſpes Tyrio mollior oſtro* Senecae Herc. Oet. v. 644. & de lecto menſali in Agamenn. 877.

——— epulae regia inſtructae domo
Celebrantur. oſtro lectus Iliaco nitet.

& huic rei convenit *conſcendere*, verbo de utriſque toris uſitato, ut contra *deſcendere*. quod egregie docuit Broukhuſius ad Tibull. Lib. I. El. 2. 19. noſter Lib. IV. El. 4. 88.

Nube, ait, & lecti ſcande cubile mei.

ſic enim cum Heinſio legendum, non *regni*. His ſenſum, ni fallor, amoribus magis oportunum huic loco conciliavi, ut indicet, eam non averſari cum locuplete amatore & epularum & thalami participem eſſe, quae utraque etiam junguntur noto Virgilii verſu,

Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

Tibullus Lib. III. El. 6. 59.

Non ego, ſi fugiat noſtrae convivia menſae
Ignotum cupiens vana puella torum.

noſter Lib. II. El. 2. v. 40. 41.

Romano accumbes prima puella loco.
Nec ſemper mecum Romana cubilia viſes

toro ſubire dicit, licet frequentius *torum*, *lectum ſubire*. ut apud Petron. cap. 140. *inperavit, ut lectum, in quo ipſe jacebat, ſubiret.* ſed ita Lib. III. El. 18. 14.

Quae voluit liquido tota ſubire Deo.

& Virg. VII. Aen. 161. *muroque ſubibant.* ubi vide Heinſ. & ad Lib. IX. 371. His tamen poſthabitis non renuo cum Cel. Ruhnkenio cenſere *Arabium limen* defendi poſſe ex Plinio Lib. XXXVI. 7. ubi commemorantur columnae ex onyche Arabico.

21. *Et miſerum toto juvenem verſare cubili*] *Et juvenem toto miſerum* tranſponitur in primo Leidenſi & Menteliano. Paſſeratius ex veteris codicis veſtigiis legebat,

Hac miſerum toto juvenem verſante cubili.

& optime illuſtrat *lecto verſari.* ſed nihil muto. nam *verſare* a praecedentibus dependet. Lib. II. El. 1. 45.

Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.

de vi & elegantia verbi *verſare* vid. ad Lib. III. El. 9. 1.

22. *Quid relevant variis ſerica textilibus?*] *relevent* in primo Leid. tribus Voſſianis, Menteliano, Borrichiano, Askewiano, & altero meo codice, pro *variis textilibus* praeclare N. Heinſius ad Claudian. I. in Eutrop. 357. & in notis ad Propert. p. 669. emendabat *Phariis textilibus.* quod, licet argutum, non tamen neceſſarium exiſtimabat Broukhuſius. Miror, nec adſentior. huic enim loco perquam oportunum & ultro admittendum exigunt praecedentia de *Arabio lecto*, & *oſtrino*, ſeu Tyrio, *toro.* par illud Tibulli, paullo ante prolatum,

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
Prodeſt?

varia textilia, pro verſicoloribus, languent prae Phariis ſeu Aegyptiis. ſic variant codices apud Sueton. in Dom. cap. 1. *inter ſacrificulos variae* (vel *vanae*) *ſuperſtitionis.* ubi *Phariae ſuperſtitionis* emendant viri docti, quia de Iſidis ſacerdotibus ſermo eſt. apud Virg. VIII. Aen. 685.

Hinc ope barbarica, variiſque Antonius armis,
Victor ab Aurorae populis & litore rubro
Aegyptum, vireſque Orientis, & ultima ſecum
Bactra vehit; ſequiturque (nefas) Aegyptia conjux.

ubi *Phariis armis* Heinſius etiam legendum conjecerat. quod firmari poteſt ex Epigrammate Valeriani de Cicerone Lib. II. Anth. Lat. Ep. 157. p. 341. *par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis.* Claudianus IV. Conſ. Hon. 575.

——— Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, Phariosque modos Aegyptia ducit
Tibia.

ut illic ex vet. cod. reſtituit Delrius, pro *varios.*

&

Quae mihi dum placata aderit, non ulla verebor
Regna, nec Alcinoi munera deſpicere.

ELEG.

& Epithal. Hon. v. 50.

——— *Phariumque cubile*
Proteos, & ſeptem deſpectat cornua Nili.

quo loco *varium* etiam male in nonnullis codd. & edd. apud Auctorem Elegiae de Phoenice, v. 93.

Tunc inter varios animam commendat odores.

ubi *Pharios odores* legendum conjeci, & locis Statii corroboravi, quod praecedentia poſtulant. vide illic notas. *Quid proſint* hoc in verſu, memoriae errore, adfert Heinſ. ad Claud. d. l. 1. in Eutr. 357. *relevare* hic ea notione, qua ſupra El. IX. v. ult.

Dicere quo pereas, ſaepe in amore levat.

ut recte pro *juvat* repoſitum eſt. Tibullus Lib. III. El. 3. v. 21.

Non opibus mentes hominum curaeque levantur.

relevare humanum genus pro oppreſſum & proſtratum auxilio erigere, Claudiano III. R. P. 34.

Nunc mihi cum magnis inſtat Natura querelis
Humanum relevare genus.

23. ——— *non ulla verebor Regna*] Marklandus margini codicis ſui adnotaverat pro *ulla* forte *luda*, hoc eſt *Lyda*, reſcribendum, adeoque legendum eſſe,

——— *non Lyda verebor*
Regna, vel Alcinoi munera deſpicere.

ut innuat opulentum Croeſi regnum. ingenioſa profecto conjectura. nam ſic Croeſum *Lydum* vocat noſter Lib. III. El. 3. 39.

Lydus Dulichio non diſtat Croeſus ab Iro.

Lyda autem *regna*, pro *Lydia*. ut *Lyda colus* Lib. IV. El. 9. 48. firmat emendationem optimam locus Tibulli Lib. IV. Carm. 1. v. 199.

——— *non mihi regna*
Lydia, non magni potior ſit fama Gylippi.

neque diſſimile illud ejuſdem Lib. III. El. 3. 29.

Non me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.

24. *nec Alcinoi munera deſpicere*] ſic codices Regii, & duo Leidenſes, Borrich. Groning. duo G. Vlaming. codices, quod & in primis edd. legitur, & Aldina 1502. Juntina ac Colinaei, ſed in altera Aldi an. 1515. *vel*, ut in quinto Vaticano, Mentel. aliiſque. *nec Alcinoi jugera* in ora codicis ſui conjecerat Francius. quod firmari quidem poſſet loco Homeri, quo opulentam Alcinoi aulam hortumque operoſe deſcribit Lib. VII. Odyſſ. v. 113.

Ἔκτοσθεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετράγυος.

ubi *κῆπον τεσσάρων γυῶν*, *hortum quatuor jugerum*, exponit Scholiaſtes. *munificum* tamen *Alcinoum* vocat Ovid. II. ex P. Ep. 9. 42. & ideo *munera* memorat Propertius, quia reſpicit ad *munera* Ulyxi ex horto Alcinoi data. de his vero hortis Alcinoi celebratiſſimis copioſe diſſeruit Ill. Cardinalis Quirinus in Primordiis Corcyrae cap. VII.

ELEG. XV.

Saepe ego multa tuae levitatis dura timebam,
  Hac tamen excepta, Cynthia, perſidia.
Adſpice me quanto rapiat Fortuna periclo:
  Tu tamen in noſtro lenta timore venis.
Et potes heſternos manibus conponere crines,
  Et longa faciem quaerere deſidia.

Nec

ELEG. XV. v. 1. *Saepe ego multa tuae levitatis dura timebam*] *jura* in cod. Ant. Perreji, Mentel. Excerpt. Scalig. ſecundo Vatic. Borrich. Groning. primo Leid. altero D'orvill. & Colbertino, unde Heinſius *jure timebam.* blandiri poteſt Lipſii diſtinctio, *multa tuae levitatis, dura, timebam.* ut Lib. II. 23. 65.

Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas.

ſigna, quod in aliis eſt, Francio non diſplicebat. *levitatis damna* in utraque Aldina, Colinaei, Rovillii, Gryphii, aliiſque edd. ſed in primis edd. Veneta 1475. Reg. Lep. & Volſci *dura* excuſum eſt. quod & Neapol. Voſſ. Heinſ. ſecundus Leid. primus Dorv. meique codd. tuentur. Mutarunt, qui duo adjectiva geminata *multa dura* ferre non poterant; quod tamen priſcae elegantiae eſſe docent exempla a Broukhuſio prolata. imitatus autem videtur Virgilium VIII. Aen. 522.

Multaque dura ſuo triſti cum corde putabant.

alia loca ſimilia paſſim notarunt viri docti. vide ad Lotich. Lib. V. El. XI. p. 345. & El. XVIII. p. 376.

3. *quanto rapiat Fortuna periclo*] *raptat* quarto Voſſ. forte pro *raptet. periclum* hic ponit pro *procella*, qua agitatus fuit maritimo itinere, de quo hac Elegia agit, & apud abſentem Cynthiam queritur. confer El. XVII. totam; ubi v. 7. *procellam* vocat, *Nullane pacatae veniet fortuna procellae.* non probo itaque Marklandi emendationem, qua hic legebat, *quanta rapiat Fortuna procella.* quia apud Ovid. V. Triſt. 12. 5. *Noſtra per adverſas agitur Fortuna procellas.* & quia *Fortunae ſaevientis procellae* dicuntur Ammiano Marc. non enim omnia ubique conveniunt. hic certe ſonum reddit ſatis ingratum. altero verſu pro *timore* male in Menteliano & primo Leidenſi *furore. timorem* vocat ipſum, quo jactabatur, periculum. Ovidius III. Triſt. El. 4. 10.

Effugit hibernas demiſſa antenna procellas,
  Lataque plus parvis vela timoris habent.

5. *Et potes heſternos manibus conponere crines,*
  Et longa faciem quaerere deſidia]

ita cum Lipſio, Livinejo, & Heinſio praetulit Broukhuſius, licet diſſentientibus plurimis MSS. nam in duobus Leidenſ. primo, tertio, & quarto Voſſiano, Groningano, Borrichiano, ſecundo Dorvill. meoque codice & primis edd. *externos.* quod probabat Douſa P. ut de comis adſcititiis intelligatur. ſic enim Cynthiae alibi quoque capillos adulterinos & obductum faciei fucum exprobrat. Lib. II. El. 14. 25.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
  Ludis & externo *tincta nitore caput.*

Lib. III. El. 23. 5.

Mixtam te varia laudavi ſaepe figura,
  Ut quod non eſſes, eſſe putaret Amor.
Et color eſt roſeo toties collatus Eoo,
  Quum tibi quaeſitus candor in ore foret.

v. H. Junium de Coma p. 554. *extremo* in Askewiano. *heſternos* tamen in ſuo codice & Neapolitano invenit Heinſius, quod firmatur a Voſſiano ſecundo, Colbertino, primo D'orvilliano, meoque priore. quae vera lectio eſt. ſic *heſternae corollae* Lib. II. El. 25. 59.

Me juvet heſternis poſitum languere corollis

Nec minus Eois pectus radiare lapillis,
Ut formoſa novo quae parat ire viro.

At

& *heſterna roſa* Ovidio III. Am. 7. 66. *lapſos crines* dicit ſupra El. III. 23.

Et modo gaudebam lapſos formare capillos.

id eſt cincinnos & gradus eorum reficere. eoſdem *ſparſos* vocat Lib. II. El. 1. 7.

Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos.

Ovidius III. A. A. 154.

Et neglecta decet multas coma, ſaepe jacere
Heſternam credas; illa repexa modo eſt.

ubi *externam* etiam in aliis codd. ſed Heinſius alterum tam in illo, quam hoc Propertii loco, in notis ſuis probavit. paſſim vero *heſternus*, *externus*, & *extremus* confunduntur. vid. Scriver. ad Martial. Lib. II. Ep. 29. notas ad Ovid. V. Faſt. 507. & Markland. ad Statii Silvas pag. 24. qui tamen illic in poëtae ſui loco perperam emendavit & edidit, *Hic juvenum lapſus*, *ſuaque*, *haud extrema*, *revolvit Vulnera*, pro *heſterna*. quod tentandum non videtur. nam per *haud heſterna vulnera* intelligit *veteres amores.* ut vocat Ovid. Epiſt. XVI. 255. V. Met. 576. & alii paſſim. ſed pro *juvenum lapſus* illic corrigere praeſtitiſſet *luſus.* dein *conponere crines*, ut *formare* Eleg. III. 23. de capillorum ornatu. auctor Epigrammatis antiqui *in Munditias*, Tom. I. Anthol. Lat. pag. 636.

Semper munditias, ſemper, Baſiliſſa, decores,
Semper conpoſitas, arte decente, comas.
Et comtos ſemper cultus, unguentaque ſemper,
Omnia ſollicita comta videre manu.

ubi *diſpoſitas* in cod. Voſſiano. ſic apud Tibullum Lib. I. El. 10. 67.

Tune putas illam pro te conponere crines,
Et tenues denſo pectere dente comas?

ut recte Broukhuſius pro *diſponere*, quod praeceſſerat, & hoc ipſo Propertii loco adſtruit. quamquam *diſponere capillos* etiam poëtis frequens ſit. ſic apud Ovidium Lib. I. Am. 14. 35. ſubſtituit Heinſius,

Quid male diſpoſitos quereris periiſſe capillos.

pro *conpoſitos.* ut antea edebatur. vide notas Patrui mei ad Lib. IV. Met. 318. ubi in loco Macrobii, quem adfert, de Hortenſio legit, *faciem in ſpeculo conponebat.* pro *ponebat.* ſed in aliis edd. *faciem in ſpeculo quaerebat*, quod hoc Propertii loco vindicari poſſet, *Et longa faciem quaerere deſidia.* noſter Lib. III. El. 23. 8. *Cum tibi quaeſitus candor in ore foret.* id eſt, arte & fuco adoptatus. ut apud Ovid. III. A. A. 199.

Scitis & inducta candorem quaerere cera.

male in Excerptis Scaligeri *Et longam facie quaerere deſidiam. faciem quaerere*, eleganter ponit, pro faciei culturam & ornatum conciliare. ut Ovidio Lib. III. A. A. 105. *Cura dabit faciem: facies neglecta peribit.* & v. 217. *Iſta dabunt faciem.* idque optime in Salmacide, formam ſuam conponente, depingit Lib. IV. Met. 313. & ſeqq. *longa* vero *deſidia* pro longa mora exponit Paſſeratius, juxta notum illud Terentii; *dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.* ſed forte Propertius propria vocis *deſidiae* ſignificatione hic uſus eſt, a *deſidendo.* ut innuat, Cynthiam ad faciem quaerendam, ſeu venuſtatem multa arte augendam, ſe totam ornatricibus dare, & ad conponendos capillos, formamque adſtruendam, ad excipiendas amatorum blanditias & confabulationes, otioſam & lentam *deſidere* ad ſpeculum, & mundi muliebris menſam. qualem Praxinoen feſtive deſcribit Theocritus in Adoniazuſis, ad quem vide Cel. Valckenarii notas p. 336. & Gebhardi ad hunc locum, quem bene illuſtratum dedit. ſic *deſidia* pro quiete ad ludum & voluptatem. de quo vide Markland. ad Statii Silvas. p. 221.

7. *Nec minus Eois pectus radiare lapillis*] *variare* quidem pertinaciter in omnibus fere codicibus, duobus Leid. quatuor Voſſ. utroque D'orvill. meiſque, Askewiano, & reliquis. nec aliter in priſcis editionibus. Lib. II. El. 5. 25.

Non iſtis olim variabant tecta figuris.

& hoc ſimplicius videbatur Francio, idemque ſignificare quod *diſtinguere.* ſupra librariorum tamen captum eſt lectio *radiare*, quam ex Commelini membranis producit Gebhardus, & optime adſtruit Broukhuſius. *radiare pectus lapillis Eois* eleganti Graeciſmo dicitur Cynthia, ut ſcuta & arma rutilo auri, gemmarum, vel Solis ſplendore *radiari* in locis Ovidii & Lucani, ab

At non ſic Ithaci digreſſu mota Calypſo
  Deſertis olim fleverat aequoribus.
Multos illa dies incomtis moeſta capillis
  Sederat, injuſto multa locuta ſalo.

Et,

ab eo prolatis. & ſic forte legendum ex MSS. apud eumdem Naſonem Lib II. Met. 4. *Argenti bifores radiabant lumina valvae* pro *lumine*. Seneca Herc. Oet. 626. *Stupet aurato Flumine clarum radiare Tagum*. Statius II. Achill. 187.

Si ſemel adverſo radiavit lumine terram.

& Phoebus *radiare Lunam* dicitur apud poëtam antiquum in Catalectis Pithoei, ſeu carmine Aſtronomico, quod edidi T. II. Anth. Lat. p. 331 v. 57.

—— metam Sol eminus exit,
Intorquetque peplum noctis, radiatque Sororem.

ubi plura huic lectioni confirmandae contuli. Eſt autem *radiare* verbum elegantiſſimum de armis, aqua, & ſideribus ſplendentibus. noſter Lib. IV. El. 1. 27.

Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis.

quo loco veram Silio Ital. Lib. VIII. 469. lectionem adſeruit Drakenborchius, *Is primam ante aciem pictis radiabat in armis.* apud eumdem Silium Lib. IV. 153. *Colla viri fulvo radiabant lactea torque.* infra Lib. IV. El. 6. 26. *Armorum radiis icta tremebat aqua.* ut illic legendum, non *picta*. Ovid. Epiſt. XVIII. 77. *Unda repercuſſae radiabat imagine Lunae.* Lib. III. Am. El. 3. 9. *Argutos habuit, radiant ut ſidus, ocellos.* locutionis indolem bene explicuit Dukerus ad Florum Lib. IV. cap. 2. §. 30. & *radiare* in hoc Propertii loco etiam probavit Oudendorpius ad Lucan. Lib. VII. 214.

9. *Ithaci digreſſu mota Calypſo*] *digreſſum mota* in Excerptis Modii, ſeu Groningano, quod adſtipulatur emendationi Graevii, qui in Epiſtolis ad N. Heinſ. p. 198. legebat *immota*, Heinſio probante in Reſponſoriis ad Graevium ineditis: quamquam vulgata *non ſic mota* exponi poſſit *ſic inmota*. vel, *non adeo commota*. pro *At non* in Voſſ. ſecundo *Et non*. Heinſius *Ac non*, perperam Guyetus *comta*, pro *mota*, nam mox ſequitur *incomtis moeſta capillis*. altero verſu *flerat* pro *fleverat* in ſecundo Leidenſi. forte *flerat in aequoribus*, pro ad vel juxta aequora, ſedem ſuam adluentia: quam locutionem Propertio familiarem eſſe, ſupra ſaepe notatum fuit. vulgatae tamen favet illud Tibulli Lib. III. El. 6. 40. de Ariadne,

Gnoſia, Theſeae quondam perjuria linguae
Fleviſti ignoto ſola relicta mari.

Ceterum *Deſerte* in Menteliano & primo Leidenſi. *quondam* pro *olim* in Voſſiano. ſed illud *olim* hic mihi ſuſpectum & fere ſuperfluum videtur, & *deſertam* ipſam Calypſonem dici malim, quam *deſerta aequora*. unde divinabam, forte ſcripſiſſe Propertium,

Deſerta Ogygiis *fleverat aequoribus.*

ad Ogygiam enim inſulam, in qua regnabat Calypſo, delatus Ulixes, per ſexennium illius amore potitus, (unde mox *longae conſcia laetitiae*,) poſtea tamen eam eluſit & deſeruit. vide Homer. Odyſſ. VII. v. 244. & ſeqq.

Ὠγυγίη τις νῆσος ἀπόπροθεν εἰν ἁλὶ κεῖται
Ἔνθα μὲν Ἄτλαντος θυγάτηρ, δολόεσσα Καλυψὼ,
Ναίει ἐϋπλόκαμος.

infra Lib. II. El. 17. 13.

Sic a Dulichio juvene eſt eluſa Calypſo,
Vidit amatorem pandere vela ſuum.

Ovidius Lib. II. Am. El. 17. 15.

Creditur & Nymphe mortalis amore Calypſo
Capta reluctantem detinuiſſe virum.

hanc vero conjecturam a genio Propertiano minime alienam judicabunt, opinor, illi, qui eum inbiberunt. *fleverat aequoribus*, tertio caſu, ut apud Valer. Fl. Lib. IV. 46. *queriturque tumentibus undis*. ubi vide Patrui mei notas.

12. *injuſto multa locuto ſalo*] *ſolo* in binis Leidenſ. & Mentel. *Sed erat injuſto* perperam in meo ſecundo. *injuſto ſalo*, ut apud Ovid. II. Am. XI. 12. *Una eſt injuſti caerula forma maris.* ubi *infidi* vel *infecti* conjecerat Heinſius, ſed deinde hoc ipſo Propertii loco vulgatam tuetur. neque opus *inmenſi* illic corrigere, ut tentabat eruditus Anglus in Miſcell. Obſerv. T. II. pag.

26.

Et, quamvis numquam poſthac viſura, dolebat:
  Illa tamen longae conſcia laetitiae.
Alpheſiboea ſuos ulta eſt pro conjuge fratres,
  Sanguinis & cari vincula rupit Amor.
Nec ſic Aeſoniden rapientibus anxia ventis
  Hypſipyle vacuo conſtitit in thalamo:
Hypſipyle nullos poſt illos ſenſit amores,
  Ut ſemel Haemonio tabuit hoſpitio.

Con-

26. & 27. merito illic a Batavo editore reprehenſus, qui *injuſtum mare* utroque in loco recte exponit, quod amantes dividit. eodem ſenſu hic *injuſtum ſalum* dicitur, cujus ope aufugerat, & Calypſonem deſeruerat Ulixes.

13. *numquam poſthac viſura*) *poſthaec* in Voſſ. tert. & Groning. *poſthac* in primo ejuſdem Voſſii, & meo cod. *poſt haec* in altero. in quo *viſura dolebat* junguntur.

14. *longae conſcia laetitiae*] *longe* in primis edd. & Aldina utraque. *nequitiae* male in primo & ſecundo Vaticano, Angeli Colotii & Ant. Perreji codice. vide ſupra ad El. XI. 24.

15 *Alpheſiboea ſuos ulta eſt pro conjuge fratres*] hoc diſtichon duobus ſequentibus poſtponendum, margini exemplaris ſui adſcripſerat Marklandus. & ita judicabat Cl. Schraderus Lib. II. Obſerv. cap 5. pag. 107. quomodo Alpheſiboea, Phegei filia, necem conjugis Alcmaeonis, quem propter junctam ſibi Callirrhoën, interfecerant Alpheſiboeae fratres, vindicaverit, fratribus ſuis Temeno & Axione occiſis, fuſe ad loci hujus intellectum notarunt Muretus & Paſſeratius, & ante eos Volſcus, cujus in reſtituendis nominibus propriis non ſemper putidum fuiſſe caput, ſpecimen dedit in Scholiis ſuis ad hunc verſum, ubi in illis literarum tenebris jam in Ovidio veriſſime emendandum monuit, Remed. Am. v. 455.

Amphilochi frater, ne Phegida ſemper amaret,
Callirhoë fecit parte recepta tori.

pro *Antilochi*, *Phogida*, & *Calione*. ubi plura Naugerius & Heinſius. ſequenti verſu ad illa, *Sanguinis & cari vincula* Marklandus adſcripſerat locum Ammiani Marc. Lib. XVIII. (cap. 5.) *fugam ad Perſas cum conjuge, liberis, & omni vinculo caritatum ingenti molimine conabatur.* eumdemque *caritatis* nomine propinquos & neceſſitudine conjunctos alibi vocare. & remittebat ad notas Heinſii in Ovid. II. Faſt. 618.

19. *Hypſipyle nullos poſt illos ſenſit amores*] *poſt illa* emendaſſe G. Fabricium notaverat Fruterius. quod miror Heinſio etiam placuiſſe. *nullo* in Mentel. certe cujus aures non offendant *nullos poſt illos*. credo ſcriptum fuiſſe *poſt illom*, & corrigendum *poſt illum*, Aeſoniden nempe, ſeu Jaſonem, hoſpitem Haemonium. Ex iſto ſcribendi more, quo accuſativos in *um*, in codd. MSS. plerumque per *om* exarabant, plurimis erroribus deturpata fuiſſe veterum loca, aliquot exemplis probavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 62. altero verſu recte elegantiam verbi *tabeſcere* illuſtravit Paſſeratius. Lib. III. El. 4. v. 23. *Gaudet me vacuo ſolam tabeſcere lecto.* & El. X. 9. *Illa quidem interea fama tabeſcet inani.* de Daphnide Theocritus Idyll. VII. 76.

Εὖτε χίων ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον.

21. *Conjugis Evadne miſeros elata per ignes*] Revocavi veterem ſcripturam *miſeros ignes*, non alia de cauſſa, quam quia eam tuentur omnes codices, duo nempe Leidenſes, quatuor Voſſiani, duo D'orvill. totidem mei, & reliqui cum priſcis editionibus. Solius N. Heinſii auctoritate *ſeros ignes* in poëtae contextum recepit Broukhuſius. Ita quippe emendandum conjecerat Heinſius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 87. Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 249. & in notis ad Propert. p. 670. *ſeros* quidem *ignes* de ultimis vel ſupremis rogis recte dici, firmare poſſunt ea quae notavi ad T. I. Anthol. Lat. p. 466. Sed lectionem olim vulgatam non ideo eliminandam exiſtimavi, quam probaſſe etiam videtur Jac. Gronovius ad Herodot. Lib. I. in fin. pag. 857. & Heynius ad Tibull. pag. 175. neque hanc Broukhuſii licentiam in conjectura

Hein-

Conjugis Evadne miſeros elata per ignes
  Occidit, Argivae fama pudicitiae.

Quarum

Heinſiana ipſi auctori, ut ſaepe alibi fecit, ingerenda ferre potuit Celeb. Hemſterhuſius, qui in ſuis Animadverſionibus *ſeros* hinc amovendos, & *miſeros* horum conjugum *ignes* reſuſcitandos eſſe contendit. Evadne enim, *Auſa maritales viva ſubire rogos*, in mariti Capanei, fulmine concuſſi, rogum, mortem ejus impatienter ferens, ipſa inſiluit, Iphide patre eam nequidquam prohibente, ut notum vel ex Euripidis Supplicibus, initio Actus quinti. Ego licet *miſeros ignes* ſtudio obloquendi nolim damnare, non tamen nimis commune, aut Propertianae ſententiae non minus decorum, ſed hiſtoriae ipſi propius adhaerens fuiſſet epitheton, ſi pro *miſeros*, Heinſio Broukhuſioque poſthabitis, *miſtos elata per ignes* repoſuiſſet Hemſterhuſius; ut in libris MSS. ſolito librariis more, *miſtos* pro *mixtos* exaratum fuerit, unde *miſeros* deinceps reliquos occupaverit codices. ut hae voces mutantur apud Statium VIII. Th. 613. ubi vid. Barth. *miſeri* enim *ignes*, ſi aliquem poëticarum elegantiarum ſenſum adſequi poſſim, de quocumque etiam fato miſerabili & extra ordinem funeſto, dici poſſunt, ſed *miſti* vel *mixti ignes*, unice Capaneo & Evadnae conveniunt, unde apud Euripid. in Supplic. v. 1020. ipſa Evadne,

> Σῶμα τ' αἴθοπι φλόγμῳ
> Πόσει συμμίξασα φίλον.

& Capaneus ſimul cum Evadne, *συμπυρούμενος* dicitur v. 1071. ſic & apud Apollodor. Lib. III. Bibl. cap. 7. § 1. in fin. Εὐάδνη, θυγάτηρ Ἴφιδος, ἑαυτὴν βαλοῦσα συγκατεκαίετο. Horum vero fatum a poëtis in pudicitiae & pietatis potius conjugalis, quam miſerabilis ſpectaculi exemplum depingitur: ut Eoarum conjugum *piam turbam, quae flammis pectora praebent, Inponuntque ſuis ora peruſta viris*, in fidei uxoriae, non miſerae ſcenae, ſpecimen optime deſcribit noſter Lib III. El. XI. 15. & ſeqq. idque ad mentem Propertii hic magis adcommodatum arbitror, qui heroidum illarum nomina Cynthiae ſuae ad amoris mutui virtutem exſtimulandam in memoriam revocat. Huic vero conjecturae ſtabiliendae facit illud Claudiani Panegyrico Serenae v. 152.

> *Laodamia ſequens remeantem rurſus ad umbras*
> *Phyllaciden, & prona ruens Capaneïa conjux*
> Communes *ardente rogo* mixtura favillas.

quo loco imitatus eſt illa Ovidii, qui Laodamiae Proteſilai, Alceſtidis Admeti, & Evadnes Capanei conjugum pia in maritos exempla aliarum criminibus opponit eleganter Lib. III. A. A. v. 17. & ſeqq.

> *Reſpice Phyllaciden, & quae comes iſſe marito*
> *Fertur, & ante annos occubuiſſe ſuos.*
> *Fata Pheretiadae conjux Pagaſea redemit,*
> *Proque ſui eſt uxor funere lata viri.*
> *Accipe me, Capaneu*, cineres miſcebimur, *inquit*
> *Iphias, in medios deſiluitque rogos.*

ubi pro *lata* in aliis codd. abſurde *laeta. lecta* in nonnullis. *funera paſſa* ex MS. Francof. arridebat Patruo meo. ſed *lata* illic non ſollicitandum videtur, ut hoc loco *miſeros* (vel *mixtos*) *elata per ignes.* pro quo *illata* perperam Guyetus. *delata* in primo Leidenſi, Menteliano, & Palatino Gebhardi. Huc in primis pertinet locus Senecae Patris, quo *mixtos ignes* hic firmabat Cel. Ruhnkenius, Controv. II. 10. p. 169. *Quaedam ardentibus ſe maritorum rogis* miſcuerunt, *quaedam vicaria maritorum ſalutem anima redemerunt. mixtos* denique *ignes* tueri etiam poſſunt exempla poëtarum ab Heinſio ad illum Ovidii locum prolata, apud quos frequens illud occurrit veri & poſt fata ſuperſtitis amoris votum, ut *cineres* una *miſcerentur*, inſtar Evadnes. cujus virtuti par facinus Haemonis & Antigonae memorat noſter Lib. II. El. 7. v. 83.

> *Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon*
> *Conruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?*
> *Et ſua cum miſerae* conmiſcuit *oſſa puellae,*
> *Qua ſine Thebanam noluit ire domum.*

ubi vide Paſſeratium & Broukhuſ. & quae notavi ad Anthol. Lat. Vol. I. pag. 322. Statius III. Theb. 169.

> *Ite diu fratres, indiſcretique ſupremis*
> *Ignibus, & caros urna confundite manes.*

ubi vid. Barth. recte igitur Marklandus ad Euripid. Supplic. v. 935. p. 188. ex Evadnae & Capanei *cineribus mixtis* refutat Barneſium, qui cenſebat Capaneum non conbuſtum ſed humatum fuiſſe. contra odii internecini, ut in rogis

fratrum

Quarum nulla tuos potuit convertere mores,
Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.
Deſine jam revocare tuis perjuria verbis,
Cynthia, & oblitos parce movere Deos.
Audax ah nimium noſtro dolitura periclo,
Si quid forte tibi durius inciderit.

Muta

fratrum Thebanorum, indicium eſt in Inſcriptione apud Fabrettum pag. 201. N. 496. & Gorium in Inſcriptt. Florent. T. I. p. 16.

CINERES. HEIC. CONDITI
PRISTINI. ODII. MEMORES
VNA. RENVVNT. COMMISCERI.

Ceterum conjecturam hanc ſponte excogitaveram, & haec chartis mandaveram, ſolis Hemſterhuſiarum notarum ſchedis intentus haerens, quum oculis poſt in Broukhuſii adnotationes rejectis, obſtupui, eamdem initio notae ab eo propoſitam, ſed prae Heinſii emendatione repudiatam eſſe; quod bona fide adfirmo, ne quis diſſimulata ejus mentione, eam mihi me vindicaſſe ſuſpicetur, illamque Cel. Hemſterhuſium ſilentio praeteriiſſe mirabar. Video etiam P. Francium in ora libri ſui conjeciſſe *medios etata per ignes.* ſed epitheto etiam nimis communi.

23. *Quarum nulla tuos potuit convertere mores*] *Harum nulla* Francius. *amores* in quarto Voſſ. ſecundo D'orvill. & primo meo codice. ut variant etiam codices infra El. XVII. 15.

Nonne fuit melius dominae pervincere mores.

ubi *mores* pro moroſitate ac faſtu ponuntur. *committere* ex MSS. Iſ. Voſſius. fruſtra. ſupra El. I. 21.

En agedum dominae mentem convertite noſtrae.

ubi vide. *Ut quoque tu fieres* in ſecundo D'orvill.

25. *Deſine jam revocare tuis perjuria verbis,*
Cynthia, & oblitos parce movere Deos]

renovare Guyetus & Francius. ſed *revocare perjuria* idem hic ſignificat quod *renovare*, ſeu Diis in memoriam reducere. unde patet, ne bis idem repetat, fruſtra Paſſeratium, probante licet Heinſio in notis ad Propert. p. 670. ſequenti verſu *oblitos parce monere Deos* praetuliſſe, quum prius recte explicuiſſet, Deos ad iram concitare, exaſperare. *fovere* etiam in ora ed. Ald. conjecerat Heinſius. fluctuaſſe videtur Broukhuſius, qui prius quum *monere* praetuliſſet, deinde tamen *movere* pro laceſſere, irritare, ſeu ad perjurii vindictam conmovere, expoſuit, de cujus lectionis ſinceritate non dubitandum, praeſertim cum ei opitulentur codices fere omnes, duo Leidenſes, quatuor Voſſiani, bini D'orvilliani & mei, cum Menteliano, Borrichiano, Groningano, Askewiano, ceteriſque, & primis, eaſque ſecutis vetuſtioribus, editionibus. qua propter eam ſuo auctori reddidi. eo ſenſu *movere* pro exacerbare apud Ovid. Epiſt. XX. 115.

Parce movere feros animoſae Virginis arcus,
Mitis adhuc fieri, ſi patiare, poteſt.

& hoc quoque praeferebat Cel. Hemſterhuſius, indicato Ariſtaeneti loco ex Lib. I. Epiſt. 10. p. 48. & ex Heſychio Κινηθέντος, ὀργισθέντος. Gebhardus locutionem derivabat a dormientibus e ſomno excitatis, ut in Graecorum proverbio κίνα καθεύδουσαν μὴ κινεῖν. quo refer illud Horatii Lib. III. od. 20. init.

Non vides quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Getulae catulos leaenae.

Terentius Heaut. IV. 5. 8. *dormiunt. ego pol iſtas commovebo.* Livius Lib. I. 39. 2. de puero Serv. Tullii dormiente, *ſedato tumultu, moveri vetuiſſe puerum, donec ſua ſponte experrectus eſſet.*

28. *Si quid forte tibi durius inciderit*] ſenſus exigit, ut *mihi* reponatur, in periculo hujus itineris verſanti, ſi quid mihi humanitus contingat, ad vitandam δυσφημίαν. vid. Schottum Lib. I. Nodor. Cicer. cap. 2. p. 279. & ita Marklandus. idque confirmatum inveni a codice Angeli Colotii, & primo quintoque Vaticano. *Audax o nimium* in Menteliano, & priore Leidenſi. recte Broukhuſius *inciderit* tuetur contra non neminem, qui *acciderit*, in rebus calamitoſis tantum habere locum contendebat. Francium innui opinor, qui ſic margini codicis ſui adſcripſerat; indicatis Suetonii locis, in Aug. cap. ult. *ſi quid his accidiſſet.* Calig. 3. fin. *ſi quid ſibi accideret.* & cap. 23. *ſi quid ſibi per tempeſtates acciderit.* & Claud. c. 18. *Si cui quid*

per

Muta prius vaſto labantur flumina ponto,
Annus & inverſas duxerit ante vices,
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura,
Sis quodcumque voles, non aliena tamen.
Quamve mihi viles iſti videantur ocelli,
Per quos ſaepe mihi credita perfidia eſt.

Hos

per tempeſtates accidiſſet. addi poteſt illud ex veteri Inſcriptione apud Donium Cl. XVIII. N. 20. ET SIBI QVANDOQ. HVMANITVS ATTIGERIT, ubi vide Gorium. & illic quoque ACCIDERIT legi poſſet. exemplis a Broukhuſio productis ſuffragatur illud Ovidii VII. Met. 503.

Dira lues ira populis Junonis iniquae
Inciderat.

ubi vide Patrui mei notas. & ad Valer. Fl. IV. 743. Sueton. Tib. 8. *curam adminiſtravit annonae, quae artior inciderat.* Poſſet etiam *tibi durius inciderit* cum cultiſſimo Santenio referri ad poenam perjurii, Cynthiae imminentem a Diis irritatis, & *noſtro dolitura periclo* intelligi, ut Propertius ſentiret dolores Cynthiae ex perfidiae poena, a Diis commotis illata, ut hanc cauſſam morbo & adfectae ejus valetudini tribuit Lib. II. El. 21. 7.

Sed non tam ardoris culpa eſt, neque crimina coeli:
Quam toties ſanctos non habuiſſe Deos.
Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas,
Quidquid jurarunt, ventus & unda rapit.

29. *Muta prius vaſto labantur flumina ponto*] Haec Mureti conjectura eſt, cum in codd. MSS. *Multa* legatur pari conſenſu. ut in Leidenſibus, Voſſianis, Dorvillianis, ceteris omnibus, primiſque editionibus: & exponit, probante Broukhuſio, de fluminibus ſine ullo ſtrepitu in mare devolventibus. & ſic emendandum ed. Graevianae adſcripſerat Marklandus. certe *Multa* & *Muta* frequenter etiam alibi inter ſe confuſa ſunt. vide ad Catonis Diras v. 7. Tom. II. Anth. Lat. p. 651. *Nulla* profert Paſſeratius ex veteri libro. Ut ſenſus, & ἀδύνατον, quod hic innuitur, erigatur, pro *Muta* vel *Multa* hic mallem *Alta*, & pro *vaſto*, quo epitheto carere poſſumus, commode reponi poſſet,

Alta *prius* retro *labantur flumina ponto,*
Annus & inverſas &c.

idque ſuadet imitatio Ovidii Lib. I. Triſt. El. 7. init.

In caput alta *ſuum labentur ab aequore* retro
Flumina, converſis Solque recurret equis.

ſimile illud Oenones apud eumdem Epiſt. V. 29. ſeqq.

Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Xanthe, retro propera, verſaeque recurrite lymphae,
Suſtinet Oenonen deſeruiſſe Paris.

infra Lib. III. El. 17. 6.

Flamma per incenſas citius ſedarit ariſtas,
Fluminaque ad fontis ſint reditura caput.

ex quo etiam loco probatur, recte a Mureto *labantur*, pro *labentur*, quod in omnibus fere codd. tamen legitur, emendatum eſſe. idque jubet *duxerit* verſ. ſeq. Horatius Lib. I. od. 29. 10.

—— *quis neget arduis*
Pronos relabi poſſe rivos
Montibus, & Tiberim reverti.

confer cum hoc loco illa noſtri Lib. II. El. 12. 31. & ſeqq.

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos.
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit;
Quam poſſim noſtros alio transferre calores.
Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.

& vide quae illic notavi. eſt autem hoc deſumtum ex proverbio Graeco ἄνω ποταμῶν, de illis, quae contra naturam fiunt. vid. Schottum ad Zenobii Adag. Gr. Cent. II. 56. pag. 41. male autem altero verſu *Amnis*, pro *Annus*, in Menteliano, Borrichiano, & primo Leid. quod rejiciendum, ne bis idem dicatur. *inverſas vices* optime illuſtrant quae viri docti notarunt ad Ovid. I. Met. 626. ne quis hic *vias* reponat, quae voces frequenter inter ſe confunduntur. de quo vide Markland. ad Statii Silvas pag. 278.

31. *Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura*] *foedere* Heinſius. invito Propertio.

33. *Quamve mihi viles iſti videantur ocelli*] *Quam tibi me* in primo Leid. tribus Voſſ. duobus D'orvill.

Hos tu jurabas, ſi quid mentita fuiſſes,
 Ut tibi ſubpoſitis exciderent manibus.
Et contra magnum potes hos adtollere Solem?
 Nec tremis admiſſae conſcia nequitiae?
Quis te cogebat multos pallere colores,
 Et fletum invitis ducere luminibus?
Quîs ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes!
 O nullis tutum credere blanditiis!

ELEG.

D'orvill. & primo meo cod. *Quam tibi ne* in Colbertinis, meo altero, Excerptis Scalig. Menteliano, Askewiano, & priore Neapolitano, *nae* in altero. *mihi ne* in ſecundo Leid. Groningano, & quarto Voſſ. *Quam mihi, ne viles* in codd. Regiis. aliquid lucis hic ſe deſiderare notaverat Francius. *Quam tibi ne viles* ex v. c. adfert Paſſeratius, exponitque, Quam tui oculi, licet tibi viles, mihi viles videantur. recepta lectio eſt a Beroaldo. alterum verſum imitatur Ovidius III. Am. 3. 10.

Argutos habuit, radiant ut ſidus, ocellos,
 Per quos mentita eſt perfida ſaepe mihi.

& v. 13.

Perque ſuos illam nuper juraſſe recordor,
 Perque meos oculos, & doluere mei.

Tibullus Lib. III. El. 6.

Etſi perque ſuos fallax juravit ocellos,
 Junonemque ſuam, perque ſuam Venerem;
Nulla fides inerit.

ubi de jurejurando *per oculos* vide Broukhuſii notas, & adde Gonſalium ad Petron. cap. CXIII. & Paſſerat. ad h. l. pag. 214. & 215.

36. *Ut tibi ſubpoſitis exciderent manibus*] *Et tibi* in primo Voſſ. quod forte mutatum, quia praeced. verſu *Hos tu jurabas* intelligebant pro *per hos.* ſed *jurabas* eſt jurando optabas. *Quos tu jurabas* conjecit Broukhuſius ſed *Hos tu* meus uterque, quod Francio magis adridebat. *exciderint* Voſſ. tert. *ſubpoſitis manibus*, ut Lib. II. El. 23. 96.

—— *Idaeo legiſti poma ſub antro*
Subpoſita excipiens, Nai, caduca manu.

37. *Et contra magnum potes hos adtollere Solem*] forte imitatur illud Jaſonis, Medeae neces filiorum exprobrantis, apud Euripidem in Medea v. 1327.

Καὶ ταῦτα δράσασ᾽ Ἥλιόν τε προσβλέπεις,
Καὶ γαῖαν, ἔργον τλᾶσα δυσσεβέστατον.

& hoc ideo, quia Solem, omnia luſtrantem videntemque, perjurii ac ſcelerum vindicem timebant, ſummaeque inpudentiae cenſebant, ſi perjurii conſcius oculos ad ſidera tollere auderet, & qui atrocis contumeliae ſibi illatae vindictam expoſcebant, manus ad Solem tendere, in monumentis vetuſtis exhibentur. quae copioſe illuſtravi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 241. & in Addendis p. 692. hinc Antigone Oedipo in ſolatium dicit apud eumdem Euripid. in Phoeniſſ. v. 1555.

—— δι᾽ ὀδύνας ἂν ἔβας
Εἰ τὰ τέθριππά γ᾽ ἐς ἅρματα λεύσσων
Ἀελίου, τάδε σώματα νεκρῶν
Ὄμματος αὐγαῖς ἐπενώμας.

potes os attollere in Menteliano & primo Leidenſi. *potes*, pro audes, recte exponunt Paſſeratius & Broukhuſius. vide ſupra ad huj. Lib. El. VI. v. 3. ſic El. XIII. v. 14.

Vidi ego; me, quaeſo, teſte negare potes?

& infra El. XVII. 1. *quoniam potui fugiſſe puellam.*

39. *Quis te cogebat multos pallere colores*] *fictos* vel *nullos colores* Heinſius, qui etiam conjecerat *multi pallere coloris.* certe *multos pallere colores* mire dictum eſſe in ora libri ſui notaverat Marklandus. *Quid te* in Borrichiano & Menteliano. quod ſaepe viri docti praetulerunt. ut patebit ex multis veterum locis apud Heinſ. ad Ovid. Epiſt. X. 88. & Drakenb. ad Silium Ital. XVII 232. verſ. ſeq. *fletum ducere*, pro flere, dictum eſſe notaverat Marklandus, ut *ducere volatus*, pro volare; remittens ad ſuas in Statium notas. ſic & *ducere lacrimas*, *ducere ſuſpiria*, & ſim. obvia ſunt.

42. *O nullis tutum*] *nulli* Marklandus.

ELEG. XVI.

Quae fueram magnis olim patefacta triumphis
Janua Tarpejae nota pudicitiae,
Cujus inaurati celebrarunt limina currus,
Captorum lacrimis humida ſupplicibus:
Nunc ego, nocturnis potorum ſaucia rixis,
Pulſata indignis ſaepe queror manibus.
Et mihi non deſunt turpes pendere corollae

Sem-

Eleg. XIV. v. 2. *magnis olim patefacta triumphis Janua Tarpejae nota pudicitiae*] de porta triumphali, per quam ingrediebantur Imperatores triumphantes, & in Capitolium ſe conferebant, intelligit Beroaldus, & poſt eum Andreas Querneus rariſſimo Egregiorum libello cap. IV. p. 30. ſed Beroaldum refutavit Paſſeratius. Forte hic innuitur puella illa Tarpeja, quae Sabinis Capitolium prodidiſſe dicitur, ut verborum ordo ſit, ego Janua, quae fueram nota pudicitiae Tarpejae, ſeu feminis pudicis in monte Tarpejo habitantibus, mihi indignum in modum inſultari queror; atque intelligatur Tarpeja puella, quae ſtupri cum Tatio ſuſpecta fuiſſe videtur. de qua vide Eleg. quartam Libri IV. Illius autem domum prope Capitolium vetuſtate collapſam forte inhabitabat femina quaedam non ignobilis, ſed inpudica, quae eo tempore, quo Elegiam hanc ſcribebat Propertius, flore aetatis marcido effeta amatoribus ludibrium erat facta, qualem Lydiam deſcribit Horatius Lib. I. od. 25. cum quo confer Catulli Epigr. VIII. ubi eamdem contumeliam Lesbiae, cui valedicit, minatur, quam noſter Cynthiae Lib. III. El. 23.

5. *Nunc ego, nocturnis potorum ſaucia rixis*] *Huc ego* in Askewiano. idem de Lydia Horatius, initio illius odes,

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris juvenes protervi.

infra Lib. II. El. 15. 5.

Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras,
Nec tibi clamatae ſomnus amarus erit.

& Lib. III. El. 23. 30.

Limina jam noſtris valeant halantia ſertis,
Non tamen irata janua fracta manu.

ut legebat Heinſius, pro *lacrimantia verbis*. Ovid. Rem. Am. 31.

Effice nocturna frangatur janua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.

7. *Et mihi non deſunt turpes pendere corollae*] *non deſiunt* Marcilius ad Perſium pag. 131. ſed male. vide Lipſ. ad Senec. III. de Ira cap. 36. Caſaub. ad Capitolin. Gordian. tert. cap. 31. p. 127. & Cel. Ruhnkenium ad Rutilium Lupum pag. 132. qui locutionem *non deſunt pendere* optime illuſtrarunt. *coronae* in ſecundo D'orv. *turpes corollae* licet a codicibus agnoſcantur, hoc tamen loco, literis tranſpoſitis, malim *putres pendere corollae*, poſt peractam ante fores noctem mane flaccidae & aridae, quibus congruit verbum *pendere*, idque apte convenit deſertae ac deſpectae a juvenibus feminae. ſimile illud Ovidii Lib. III. A. A. 71.

Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem,
Frigida deſerta nocte jacebis anus.
Nec tua nocturna frangetur janua rixa,
Sparſa nec invenies limina mane roſa.

contra apud Catullum in Aty Carm. LXIII. v. 66.

Mihi januae frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat,
Linquendum ubi eſſet orto mihi Solo cubiculum.

putres corollae, ſqualore & ſitu languidae ac jacentes. *arentes* vocat Lib. II. El. 12. 51.

Ac veluti folia arentes liquere corollas.

heſternas El. 25. 29.

Me juvet heſternis poſitum languere corollis.

& in hunc ſenſum Horatius dicit juvenes *virenti hedera & myrto magis gaudere, quam aridis frondibus.* id eſt, puellas vetulis anteponere, Lib.

I.

Semper, & excluſi ſigna jacere faces.

Nec

I. od. 25. in fine. ſic de annoſa quercu Seneca Oedip. 534.

Curvoſque tendit quercus & putres ſitu
Annoſa ramos.

tellus putris ab aeſtu infra Lib. IV. El. 3. 39. quae *ſole putris* dicitur Statio IV. Theb. 728. ubi vide Barth. *putria poma*, vieta, nimis matura. vid. Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 585. *putris gleba* Virgilio I. Georg. 44. noſter Lib. IV. El. 9. 28.

Devia puniceae velabant limina vittae.
Putris odorato luxerat igne caſa.

& in genere *putres* dici res pro derelectis habitas, ſqualidas, & inmundas, docet Broukhuſ. ad Lib. III. El. 4. 33. *putres* autem *coronas* μαραινομένας στεφάνους Graeci vocant. Meleager in Epigrammate Lib. VII. Anth. Gr. Ep. 114. p. 613. ed. Obſ.

Εἰ κάλλει καυχᾷ, γίγνωσχ' ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ.
'Αλλὰ μαρανθὲν ἄφνω, σὺν κοπρίοις ἐρίφη.
Ἄνθος γὰρ καὶ κάλλος ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντα.
Ταῦτα δ' ὁμοῦ φθονέων ἐξεμάραν' ὁ χρόνος.

quod ſic vertit H. Grotius,

Si tumidam te forma facit, micat & roſa: verum
Marcida mox ſordes inter & ipſa jacet.
Tempore tantillo tam flos quam forma ſeneſcunt:
Eſſe diu pulchris invida fata negant.

ſic & aliis in locis *turpis* & *putris* confunduntur. apud Tibullum Lib. I. El. XI. 36.

Non ſeges eſt infra, non vinea culta; ſed audax
Cerberus, & Stygiae navita turpis aquae.

ita in ſua editione praetulit Broukhuſius, & in notis firmavit. ſed cui antea placuerat *navita putris*, ut ex ejus adnotationibus MSS. mihi conſtitit, & Francio quoque legendum videbatur, quod tamen minime ſpernendum videtur. nam ſic ipſe Charon apud Lucianum in Dial. Mortuor. T. I. p. 363. dicit ſibi eſſe σκαφίδιον μικρὸν καὶ ὑπόσαθρον, *parvum & putrefactum navigium. putris* autem *Charon* propter ſenectam, ſive

—— *cui cana putriſque*
Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit.

ut alia in re dicit Martial. Lib. IV. Ep. 53. & huic lectioni adſtipulantur ipſi codices & edd. veteres Tibulli, in quibus *puppis* legitur, quam vocem ex *putris* elicuerunt corruptores propter *navitam*, ſed cum illam ſuperfluam viderent alii, *turpis* ſuppoſuerunt. *putris* tamen *navita* an Charonti conveniat, dubitabat Cel. Ruhnkenius, quippe cujus *viridem* & *crudam ſenectutem* laudat Virgilius. Ceterum ritum illum coronas adpendendi ad fores amicarum, ſatis illuſtrarunt viri eruditi, & ad hunc locum Bercaldus ac Paſſeratius. quibus adde Brodaeum ad Antholog. Graec. Lib. VII. Ep. 117. pag. 614. & ejuſdem libri Epigramma in Rhodopen N. 134. quod Rufino in codd. MSS. tribuitur, pag. 617.

Ἥν ποτε καὶ στεφάνους πρὸ θυρῶν ὑπερεκκρεμάσωμαι
'Οργισθεῖσα πατεῖ τοῖς σοβαροῖς ἴχνεσιν.

id eſt, interprete Grotio,

Ipſius exornem ſertis ſi limina, flores
Calcat inhumano protinus illa pede.

8. *& excluſi ſigna jacere faces*] *excluſis* in ſecundo Leidenſi, quatuor Voſſianis, Regiis & Colbertinis, binis D'orvill. totidem meis, Menteliano, Borrich. Groning. Askewiano, & primis edd. *excluſae ſigna jacere facis* Ant. Perrejus. Heinſius editioni Aldinae an. 1515. in qua etiam *excluſis*, adſcripſerat, lege, „ *excluſae* „ *faces ſigna* per appoſitionem. Lipſius *excluſi*, „ minus bene. Ovid. Epiſt. Herus *lucernam* vo„ cat *aſſuetae ſigna notamque viae.* Lipſius Lib. III. Var. Lect. cap. 12. emendavit *excluſi*. ut apud Lucret. Lib. IV. 1172.

At lacrimans excluſus amator limina ſaepe
Floribus & ſertis operit.

ſed prae ceteris praefero Heinſianam conjecturam *excuſſae*, & legendum,

Semper & excuſſae *ſigna jacere* facis.

eum vide in notis ad Propert. p. 670. optime autem explicat Lipſius, quod & codici ſuo adſcripſerat Fruterius, de facibus extinctis, quas non intromiſſi amatores ſimul cum corollis projicere ſolebant ante oſtium, ſi noctem illic vigilem fruſtra peregiſſent, ut mane praetereuntes ſcirent non valde pudicam aut caſtam illic habitare, & ideo conqueri januam, ſe pudorem dominae ſuae non amplius defendere poſſe, quae ipſa famae ſuae non parceret. ſic de coronis flaccidis ante limina projectis Ovidius Lib. I. Am. El. 6. 67.

At tu, non laetis detracta corona capillis,
Dura ſuper tota limina nocte jace.
Tu dominae, cum te projectam mane videbit,
Temporis abſumti tam male teſtis eris.

&

Nec poſſum infamis dominae defendere noctes
  Nobilis obſcoenis tradita carminibus.
Nec tamen illa ſuae revocatur parcere famae,
  Turpior & ſecli vivere luxuria.
Haec inter gravibus cogor deflere querelis
  Supplicis ah longas triſtior excubias.

15. Ille

& ita caprarius coronam, quam ex hedera textam in Amaryllidis gratiam gerebat, ſe diſcerpturum ei minatur apud Theocrit. Idyll. III. 21. poſſis etiam *extinctae facis*, ex loco Perſii Sat. V. 166.

—— an rem patriam rumore ſiniſtro
Limen ad obſcoenum frangam, dum Chryſidis udas
Ebrius ante fores extincta *cum* face *canto.*

ubi vide Caſaub. ſic Lib. III. El. 2. 48. loco corrupto, legebat Marklandus,

Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
Nocturnaſque canes, ebria ſigna, faces.

forte enim lectio *excluſis* vel *excluſi* originem ſuam debet gloſſatori, qui *excuſſas* vel *extinctas faces*, amatoris *excluſi* ſigna notaverat, idque deinceps pleriſque codicibus inhaeſerit. *extinctas faces* etiam dixit Tibullus Lib. II. El. 5. 114.

Acer Amor, fractas utinam tua tela ſagittas
Ilicet, extinctas adſpiciamque faces.

pro *jacere* in Voſſ. prim. & tert. *tenere*, quod & in Heinſiano & meo utroque. *pendere ſigna* in D'orvill. ſec. quod male ex praeced. verſu repetitum.

9. *Nec poſſum infamis dominae defendere noctes*] *poſſim* in Voſſ. ſecundo. *infames* Ayrmannus. *mores* pro *noctes* aliquando conjeceram, ut ſupra El. XV. 23.

Quarum nulla tuos poterit convertere mores.

ubi vide. Sed nihil nunc muto. *noctes* enim de quocumque amoris ac nequitiae commercio. ſupra El. 3. 39. *O utinam tales producas, inprobe, noctes, Me miſeram quales ſemper habere jubes.* Lib. II. El. 12. 37. *Quod mihi ſi ſecum tales concedere noctes Illa velit, vitae longus & annus erit.* Lib. II. El. 24. 22. *At tu, quae noſtro nimium inplacata dolori es, Noctibus his vacui perficiamus iter.* & mox, *mediae nequeunt te frangere noctes.* Lib. III. El. 4. 34. *Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.* & ſaepe apud noſtrum, ut aliorum loca praeteream. ſeq. verſu pro *tradita* forſitan ſcripſerit poëta ipſe *reddita*. id eſt infamis facta carminibus obſcoenis, ad oſtium cantatis. perperam enim *criminibus* in quinto Vaticano. neque tamen male Paſſeratius *tradita* exponit, traducta, infamata. & in loco Ciceronis pro Leg. Manil. cap. 10. de Pompejo, ex MSS. legit, *cujus adoleſcentia non ſtipendiis, ſed triumphis eſt tradita*, pro *traducta*, quod male defendit Barth. XXXIV. Adverſ. 12. ſed *erudita* Lambinus & Gruterus praetulerunt, ut edidit etiam Graevius. *nobilis* autem hic pro turpi, famoſa, nota. vid. ad Anthol. Lat. Vol. II. pag. 19. & 500.

12. *Turpior & ſecli vivere luxuria*] *ſegni luxuria* conjecerat Heinſius ad ed. Aldinae marginem, me non probante. auget enim dominae, de qua queritur janua, turpitudinem, quae ſeculi ſui luxuriam ſuperabat. *ſeculum* ſaepe pro temporis, quo vivitur, mala conſuetudine ac moribus. Tacitus de morib. Germ. cap. 4. *corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur.* Lib. II. El. 19. 47.

Et ſi ſecla forent antiquis grata puellis.

& mox v. 49.

Non tamen iſta meos mutabunt ſecula mores.

Tibullus Lib. I. El. 4. 51.

Heu male nunc artes miſeras haec ſecula tractant.

Lib. II. El. 6. 17.

Ferrea non Venerem, ſed praedam ſecula laudant.

Horatius Lib. III. od. 6. 17.

Fecunda culpae ſecula nuptias
Primum inquinavere, & genus, & domos.

Lucanus Lib. IV. 816. *perdita tunc Urbi nocuerunt ſecula.* vid. J. Schulting. ad Senec. Controv. II. contra *ſeculo major*, de eo, qui temporis ſui vitiis & contagio non abripitur. Albinovanus Epicedio Druſi v. 45.

Quid tenuiſſe animum contra ſua ſecula rectum,
Altius & vitiis exſeruiſſe caput.

13. *Haec inter gravibus cogor deflere querelis*] *Has* male in duobus Leid. quatuor Voſſianis, Bor-

Ille meos numquam patitur requieſcere poſtes,
Arguta referens carmina blanditia:
Janua, vel domina penitus crudelior ipſa,
Quid

Borrichiano, Groningano, binis D'orvill. meis, & priſcis edd. Heinſius legebat ac diſtinguebat,

Haec inter gravius: cogor deflere querelas.

Ayrmannus vero, *Haec inter gravius cogor deflere querelas Supplicis at longas* &c. ſed *gravibus querelis* in Borrichiano, Groningano, Regiis, Colbertinis, aliiſque codd. & primis edd. *deflere* hic pro ſupra modum flere. vid. Scalig. & Canneg. ad Avieni Fab. I. pag. 12. altero verſu, *Supplicis a longis triſtior excubiis* duo Leidenſes, cum tribus Voſſianis, Askewiano, primo D'orvill. & meo ſecundo. *ex longis triſtior excubiis* in altero D'orvill. *Supplicis ah* Paſſerat. & codex Heinſii, qui id probat, legitque *trita ſub excubiis. tritior* in Excerptis Scalig. *Supplicis ah longis triſtior excubiis* ex cod. Palat. praefert Gebhardus.

17. *Janua, vel domina penitus crudelior ipſa*] an *penitus crudelior* conparativo junctum, hic non aeque offendat, ac *penitus infeſtiſſimus* ſuperlativo apud Vellej. Pat. II. c. 27. viderint viri eruditi. forte in hac voce latet *poenis crudelior.* vel, ſi ita mavis, *precibus crudelior*, id eſt ad preces meas ſurdior ipſa domina. ut contra apud Ovid. I. Am. 6. 26. de puella;

——— nec te precibuſve minisve
Movimus, o foribus ſurdior ipſa tuis.

crudelis precibus, quem *precibus difficilem* vocat idem Ovid. Lib. II. ex P. Ep. 2. 20. eleganter enim *crudelis* cum tertio caſu jungitur. de quo vide Paſſerat. infra ad El. XX. v. 4 hinc & mox exprobrat januae, eam *preces* ſuas ne quidem *reddere* dominae. has antem voces exiguo intervallo recurrere, Propertio frequens. *crudelem januam* ſimiliter dixit Ovid. II. A. A. 581. *Ante fores jaceat, crudelis janua clamet.* verſu ſequente *Quae mihi tam duris clauſa tacet foribus* Ayrmannus. Heinſius conjecerat,

Quin mihi tam duris clauſa pates foribus?

favere poſſet ſimilis Tibulli locus Lib. I. El. 2. v. 9.

Janua jam pateas uni mihi victa querelis,
Neu furtim verſo cardine aperta ſones.

cui par illud Ovidii XI. Met. 608.

Janua, quae verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota, cuſtos in limine nullus.

jam duris cod. Neapol. & Palatinus Gebhardi. *tam ſurdis* Francius. vide ſupra ad El. X. 16. ſed *duris foribus* hic nullam controverſiam moveri praeſtat. vide quae notavit Broukhuſ. ad Tibull. Lib. II. El. 7. 29. *jaces* Commelini liber. *noces* in v. c. Ant Perreji, altero Vaticano, & D'orvill. ſecundo, quod jure rejecit Heinſ. in notis p. 671. quia haec janua non reſerata moto cardine ſtridorem non dabat. *tacet* Voſſ. alter. Ceterum recte monet Broukhuſius, querelam hanc ſive expoſtulationem ad januam, eſſe genus carminis paraclauſithyri, ejuſque exempla ſimilia apud Ovidium Lib. I. Am. El. 6. & Tibullum Lib. I. El. 2. exſtare. adde Catulli Carm. LXVIII. & quae notarunt D. Heinſius Lect. Theocrit. ad Idyll. III. cap. 7. ſub finem, & Caſaubon. ibid. cap. 5. ſed qui uberius de eo egit in Commentario ad Perſium pag. 454. & Kuſterus ad Ariſtoph. Eccleſ. v. 954. θυραυλεῖν vocant Graeci, id eſt, ἔξω τῶν θυρῶν αὐλίζεσθαι, unde παρακλαυσίθυρα carmina dicta ſunt. vide Cel. Ruhnkenium ad Timaei Lexic. Platon. pag. 106. & hoc genus carminis innuit Ovid. IV. Faſt. 109.

Primus amans carmen vigilatum nocte negata
Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.
Eloquiumque fuit duram exorare puellam,
Proque ſua cauſſa quiſque diſertus erat.

ubi *carmen modulatum* in cod. D'orvill. e recentioribus ingenium in talis argumenti carmine eleganter exercuit Joannes Jovianus Pontanus Lib. I. Amor. Eleg. 3. Tom. II. Poëm. pag. 5. ed. Ald. ad fores puellae, ubi poſt preces fruſtra ad ſurdam januam fuſas, his inter alia in eam invehitur:

Sed mihi quid lacrimae, quid proſunt vota preceſve,
Roboribus duris nulla ſubeſt pietas.
Crudeles poſtes. crudelis janua, tuque
Invidioſe meis peſſule deliciis.
Vos ſitus obducat: vos dura fracta ſecuri
Inponat flammis ſordida dextra Coci.

ita enim haec in cod. MS. Wittiano legebantur,

Quid mihi tam duris clauſa taces foribus?
Cur numquam reſerata meos admittis amores,
Neſcia furtivas reddere mota preces?
Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori?
Triſtis & in tepido limine ſomnus erit?
Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

25. Tu

tur, longe aliter quam in editis, ut & ſequentia. Jo. Ant. Campanus. poëta feſtivus, Epiſcopus quondam Aprutinus, Lib. III. Carm. 21.

Saevis horridior janua tigribus,
Quas urguent rapidis per juga montium
Paſtores canibus, nec mihi flecteris. & ſeqq.
Cur me, difficilis janua, prohibes
Ad dulces dominae proſiliam ſinus,
Et mellita genis baſia conferam,
Quales Chaoniae corripiunt aves,
Celſis dum geminant murmura turribus.

20. *Neſcia furtivas reddere mota preces*] *furtiva cedere mota prece* Heinſius. ut apud Cicer. ad Brutum Epiſt. XII. *nihil tuli gravius quam me non poſſe matris tuae precibus cedere.* ſed *reddere preces* commode explicari poteſt, ad dominam tuam preces meas deferre, & cardinis motu efficere, ut eas audiat. ut infra v. 27.

O utinam trajecta cava mea vocula rima
Percuſſas dominae vertat in auriculas.

reddere enim *preces* hic eo ſenſu, quo Servius ad Virg. III. Aen. 40. *reddi* exponit illa, quae per alterum deferuntur, ut quae nobis credita ſunt, *reddere* dicimur. vid. Lambin. ad Horat. Lib. I. od. 3. 7. niſi melius ſit *preces reddere*, pro excipere, exceptas audire, neque irritas facere, ſed apud dominam pro me intercedere, & ſic preces meas mihi reddere, ut paſſim *voces reddere* dicitur reſonabilis Echo. & *reddere vicem* de mutuo amicorum auxilio. *notas audire & reddere voces* Virgilio Lib. I. Aen. 413. & VI. 689. ſed prima explicatio videtur verior.

22. *Triſtis & in tepido limine ſomnus erit*] *Turpis* in primo Leidenſi, Borrichiano, tribus Voſſ. Colbertinis, duobus D'orvill. & meis. ſed *Triſtis* in primo & ſecundo Vaticano, Groningano, & primis edd. pro *tepido limine* Heinſius conjecerat *Triſtis an in rigido.* ut apud Ovid. I. Am. El. 6. 73.

Vos quoque crudeles rigido cum limine poſtes.

& in Remed. Am. 25.

Et modo blanditias, rigido modo jurgia poſti
Dicat, & excluſus flebile cantat amans.

id certe hic convenientius eſſe epitheton, quam *tepido*, pro quo etiam *gelido* reponi poſſet, docent ſequentia, *Frigidaque Eoo me dolet aura gelu. durum limen* vocat Ovid. Remed. 508. loco adpoſito:

Dixerit, ut venias pacta tibi nocte, venito.
Veneris, & fuerit janua clauſa, feras.
Nec dic blanditias, nec fac convicia poſti,
Nec latus in duro limine pone tuum.

23. *Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,*
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu]

medias noctes dixit, ut Lib. II. El. 24. 25. *mediae nequeunt te frangere noctes.* idque imitatione μεσᾶν νυκτᾶν Graecorum, licet de una nocte agatur. vid. Cel. D'orvillium in Obſerv. Miſcell. Vol. I. pag. 132. & ad Chariton. pag. 632. ſed & toto hoc loco graeciſſat Propertius, nam in illis, *me ſidera prona jacentem*, reſpicit procul dubio ad paroemiam ſeu formulam, qua carmen paraclauſithyrum finire ſolebant cantantes amatores, πεσὼν γε κείσομαι, ut caprarius ad antrum Amaryllidis jacens cantum finit apud Theocritum Idyll. III. 53.

Ἀλγέω τὰν κεφαλάν. τὶν δ᾽ οὐ μέλει. οὐκέτ᾽ ἀείδω,
Κεισεῦμαι δὲ πεσών.

Doleo caput. tu vero me non curas. non amplius canam.
Jacebo hic ſtratus.

& forte Propertii animo illa Theocriti obverſabantur, cujus locum optime illuſtrat D. Heinſius Lect. Theocrit. cap. VII. circa finem. his ſimile illud

Tu ſola humanos numquam miſerata labores
Reſpondes tacitis mutua cardinibus.

O uti-

illud Ovidii Lib. II. Art. Am. 523.

Clauſa tibi fuerit promiſſa janua nocte;
Perfer in inmunda ponere corpus humo.

dem Lib. II. Amor. 19. 21.

Et ſine me ante tuos projectum in limine poſtes
Longa pruinoſa frigora nocte pati.

bi *pruinoſam noctem* vocat, ut Lib. I. Am. El. 6. 61.

Omnia conſumſi, nec te precibuſve miniſve
Movimus, o foribus ſurdior ipſe tuis. &c.
Jamque pruinoſos molitur Lucifer axes;
Inque ſuum miſeros excitat ales opus.

ſic *Eoum gelu* noſter, quod de matutino pruinae frigore capiendum recte D'Orvillius dd. ll. monuit. ut Lib. II. El. 7. 91.

Sidera ſunt teſtes & matutina pruina.

Graecis enim ἠῶος de matutino tempore, quod paſſim imitantur Latini. Helvius Cinna apud Serv. ad Virg. I. Georg. 288.

Te matutinus flentem conſpexit Eous,
Et flentem paullo vidit poſt Heſperus idem.

& auctor Elegiae de Roſa v. 45.

Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.

& hinc *Eous* pro Lucifero. vide Grotium ad Aratea v. 166. pag. 86. & quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 354. male autem *ſidera plena* in duobus Leid. quatuor Voſſianis, Regiis, Colbertinis, Borrichiano, Askewiano, primo D'orvill. & meo utroque codice, cum primis edd. Aldina utraque, & aliis vetuſtioribus. quod licet retinendum cenſeat Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. 19. & cum eo alii, optime tamen *prona* vindicavit Livinejus & Broukhuſius. idque legitur etiam in ſecundo D'orvill. Excerptis Modii, & in v. c. invenit Scaliger, probavitque, *plena* ineptum pronuncians. & Scaligero, quum adhuc ei blandiretur, obſecutus eſt Scioppius Lib. III. Suſpect. Lect. Epiſt. 22. cujus ſententiam veluti *eruditorum patris & deorum ſobolis* illic amplectitur, ſed poſtea pluſquam caninum in modum ei oblatrans. Recte vero notat Broukhuſius intelligi partem illam noctis, quae poſt mediam noctem ſequitur, & diluculum praecedit, quod plurimis veterum poëtarum locis illuſtrat. cui adde Heinſium ad Valer. Fl. VII. 457. *cadentia ſidera* vocat Virg. II. Aen. 9.

——— *& jam nox humida coelo*
Praecipitat, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.

ubi Servius: *aut epitheton eſt ſiderum, quae oriuntur & occidunt; aut certe majorem noctis partem dicit eſſe tranſactam.* & Lib. IV. 81.

——— *lumenque obſcura viciſſim*
Luna premit, ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.

ubi vera eſt ultima Servii interpretatio: *an ipſa Luna ſuum lumen reprimit, occidens, & ſe obſcurans. lapſa ſidera* noſtro Lib. IV. El. 4. 62.

Ipſaque in Oceanum ſidera lapſa cadunt.

ut in pleriſque MSS. *laſſa* edidit Broukhuſius. altero verſu *me dolat* Scaliger, quod in quinto Vaticano, & Voſſiano quarto. idque codicis ſui orae etiam adſcripſerat Marklandus. in Scaligeri libro veteri *me vidit.* quod placebat Heinſio, & legitur in Ang. Colotii codice, primoque Vaticano. ſed *dolet* in Borrichiano, tertio Voſſiano, & primis edd. ut & in codd. Regiis, & uno Colbertino, nam in altero *domat.* ut conjecerat Francius. qui non inmerito ambigebat, an *me dolet* pro mei miſeretur, ut exponebat Broukhuſius, recte dici poſſit. *dolet* defendit Jo. Iſ. Pontanus Lib. II. Analect. 13.

25. *Tu ſola humanos numquam miſerata labores*
Reſpondes tacitis mutua cardinibus]

heu magnos vel *heu tantos umquam miſerata labores* legendum cenſebat Heinſius. *dolores* in tribus Voſſianis, utroque D'orvill. primo meo cod. a manu ſec. Menteliano, Heinſiano, Borrich. Groning. Askewiano, & primis edd. In codd. Regiis & Colbertinis,

Tu ſola humanos numquam miſerata dolores
Reſponde tacitis mutua carminibus.

ſed *labores* praefero cum Heinſio, nam paullo ante praeceſſit *dolori* v. 21. & ſic Marklandus. *Reſponde* etiam in ſecundo Leid. Excerpt. Scalig.

gis

O utinam trajecta cava mea vocula rima
Percuſſas dominae vertat in auriculas!
Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano,
Sit licet & ferro durior & chalybe:
Non tamen illa ſuos poterit conpeſcere ocellos,
Surget & invitis ſpiritus in lacrimis.

Nunc

& priſcis edd. & *carminibus* in Excerpt. Modii, Borrichiano, Groningano, & primo meo codice. Senſum hujus loci obſcuriorem luce adfuſa magis clarum reddidit Patruus meus in notis ad Virg. III. Aen. 250 qui *numquam* hic repetendum monet, tamquam legeretur *Tu numquam miſerata labores humanos, numquam reſpondes* &c., & ſimilia ejuſmodi locutionis exempla adfert. ſic & paullo ante v. 19.

Cur numquam reſerata meos admittis amores.

ubi in altero verſus membro *meos numquam admittis amores* etiam repeti poteſt. Quid ſi hunc eliciamus ſenſum, tacitis cardinibus, nec motu apertae januae ullum ſtepitum edentibus, etiam tu obmuteſcis, & cum illis paria facis, numquam reſerata tui copiam non praebes, ut tua ope ad dominam admittar. ut ſupra v. 18.

Quid mihi tam duris clauſa taces foribus.

ſi cui *carminibus* adrideat, *numquam* neceſſaria repetitione ſupplendum erit, ut januae exprobret, eam poſt cantus ſuos finitos ac tacentes numquam reſpondere *mutuam*, niſi forte pro *mutua* legi poſſet *nuntia carminibus*, an ad dominae aures pervenerint preces, querelae meae, & carmina ad ejus fores cantata. ſic enim ſupra v. 20. *Neſcia furtivas reddere mota preces.* & huic interpretationi favent quae mox optat, ut vox tantum ſua per rimam trajecta ad amicae auriculas perveniat. quo refer illud ex Lib. IV. El. 1. 145.

Nec mille excubiae, nec te ſignata juvabunt
Limina: perſuaſae fallere rima ſat eſt.

& Lib. II. El. 13. 72. *Aut per rimoſas mittere verba fores.* vitioſe igitur *jacula* pro *vocula* in ſecundo Voſſiano. *vertat in auriculas* pro vertatur, capiebat Fruterius. ſed *vergat* legit Gruterus Lib. XII. Suſpicion. ineditar. cap. 4. firmatque loco Apuleji Lib. VIII. Met. p. 159. *Thraſyllus pergit linguae ſaucianti ſuſurros inprobos invergere.* ubi tamen *inurguere* praefert Pricaeus.

29. *ſaxo patientior ille Sicano*] per *ſaxum Sicanum* Scyllam innui notaverat Marklandus. *torrentior* ex Commelini membranis adfert Gebhardus. unde forte per *ſaxum* vel *lapidem Sicanum* intelligendum eſſe pyriten lapidem, quis conjiciat, de quo vide notas Vlitii ad Gratii Cyneg. 404. vel de Aetna, ut paſſim poëtae Aetnaeis caloribus aeſtus amoris conparant. eo referri poſſet locus Severi in Aetna v. 399. de pyrite lapide:

Quin etiam varie quaedam ſine nomine ſaxa
Toto monte liquant, illis cuſtodia flammae
Vera tenaxque data eſt. ſed maxima cauſſa molaris
Illius incendî lapis, & ſibi vindicat Aetnam.

& reliqua uſque ad v. 409.

Sed ſimul atque hauſit flammas, non tutior hauſtis
Ulla domus, ſervans aciem, duranſque tenaci
Septa fide; tanta eſt illi patientia *victo.*

cujus loci primo verſu *vimine* pro *nomine* in cod. Voſſ. unde Heinſius *alumine*. Sed recte videtur Fruterius *patientior* ad libri ſui marginem expoſuiſſe *durior*. ut ſuadent ſequentia, *Sit licet & ferro durior* &c. unde *durare* pro pati. ſic *durior* & *ſurdior ſaxis, ſcopuliſve*, de illis, qui preces & ſuſpiria amantum non exaudiunt, poëtis frequens. ſimile illud Ovidii XIV. Met. 712. de Iphide:

Surdior illa freto ſurgente, cadentibus Haedis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et ſaxo, quod adhuc vivum radice tenetur.

vide hic Jani Douſae P. notam, qui bene interpretatus eſt. par illud Tibulli Lib. I. El. 1. 77.

— non tua ſunt duro praecordia ferro
Vincta, neque in tenero ſtat tibi corde ſilex.

32. *Surget & invitis ſpiritus in lacrimis*] *heu* pro *in* conjecerat Heinſius. ſed *in lacrimis* pro inter lacrimas poſuit. quas *invitas* hic vocat. ut Eleg. praec. v. 40. *Et fletum invitis ducere lumini-*

Nunc jacet alterius felici nixa lacerto;
  At mea nocturno verba cadunt Zephyro.
Sed tu ſola mei tu maxima cauſſa doloris,
  Victa meis numquam, janua, muneribus.
Te non ulla meae laeſit petulantia linguae,
  Quae ſolet iratus dicere trita loco.

Ut

nibus. ſenſum eſſe, inter lacrimas ſuſpirabit, & lacrimabitur, licet invita, adſcripſerat Marklandus, addito Luciani loco ex Contemplant. p. 350. ed. Graev. ubi ἐν τοῖς ἄλλοις pro *inter cetera*, & p. 459. ἐν ἡμῖν ποτνιώμενον, *inter nos quiritantem. ſpiritus* hic uſu non valde obvio, pro ſuſpirio, *& ſurgere*, ut Lib. II. El. 22. 38.

Adſpice, ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus.

ſic forte αὔρα de ſuſpirio infelicis Evadnes intelligenda apud Euripidem in Supplicib. 1048. ubi Iphis pater filiam deſperatam intuens, rogat,

Τέκνον, τίς αὔρα; τίς στόλος;

quod vertunt,

Filia, quaenam aura? quis amictus.

haeſitat Marklandus, & de vento, qui Evadnem illuc advexerat, exponit. ſed mallem, *quis anhelitus?* eodem dramate v. 1029.

Ὁ σὸς εὐναῖος γαμέτας
Συντηχθεὶς αὔραις ἀδόλοις.

quod interpretor,

Tuus autem lecti maritus
Contabeſcens amore non ficto.

id quod noſtro eſt *vacuo ſolam tabeſcere lecto* Lib. III. El. 4. 23. & *cura tabeſcere*, amoris nempe, ejuſd. libr. El. 10. 9.

33. *alterius felici nixa lacerto*] licet *nixa* tueantur codicum MSS. Excerpta, & editiones priſcae, non tamen rejiciendam puto codicis Palatini lectionem *nexa*, propter *alterius lacerto*. ut Lib. II. El. 7. 5.

Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?

praeſertim quum *oſcula nixa* ſequantur v. 42. *innexa* legebat Heinſius. vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 321. Ovidius Epiſt. II. 141.

Colla quoque infidis quia ſe nectenda lacertis
Praebuerunt.

& Epiſt. V. 48.

Non ſic adpoſitis vincitur vitibus ulmus,
Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.

ut bene ex MSS. pro *vincta* reſtituit Heinſius, & multis firmavit exemplis. *Num jacet* Ayrmannus. & deinde *At mea.* ſeq. verſu *cadent* in Voſſ. primo. adhaeſit huic loco Ovidius Epiſt. XV. 208.

——— *& Zephyri verba caduca ferunt.*

infra El. XVII. 4. *ingrato litore vota cadunt.* vide ſupra ad El. V. 14.

38. *Quae ſolet iratus dicere trita loco*] locus manifeſte corruptus eſt. *Quae ſolet irato dicere tota loco* in duobus Leidenſ. quatuor Voſſianis, primo D'orvill. Heinſiano, Menteliano, Excerptis Modii, Borrich. Groning., Regiis, Colbertinis, meo utroque, & primis edd. *tota* quoque in Askewiano, ſed *verba* in marg. quod etiam legitur in ſecundo D'orv. utraque Aldina, Colinaei, & Gryphii. *Quae ſolet immerito* v. c. Paſſeratii. *iratus* in Excerpt. Scalig. *ingrato* Fruterius. *trita* eſt ex v. c. Scalig. *turba* in cod. Ant. Perreji, Colotii, & primo ac ſecundo Vatic. ut conjecerat Livinejus. *tanta* in quinto. in ed. Rovill. Lugd. 1559. *Quae ſolet irato dicere tuta loco.* in cujus margine Janus Douſa *ingrato* conjecerat, & in aliis *multa* pro *tuta* legi notaverat. *ingrato dicere multa loco* Graevius in Epiſtolis ad Heinſ. ut *multa mala ingerere* Terentio. Heinſius in Epiſtolis ineditis ad Graev. *irato dicere pota joco.* & Notis ad Propert. pag. 672. ut *iratum jocum* vocet convitium ſeu dicterium acrius. v. Paſſerat. pag. 220. hinc ſupra Lib. I. El. 5. v. 8.

Molliter iraſci non ſciet illa tibi.

idem

Ut me tam longa raucum patiare querela
    Sollicitas trivio pervigilare moras.
At tibi ſaepe novo deduxi carmina verſu,
    Oſculaque inpreſſis nixa dedi gradibus.
Ante tuos quoties verti me, perfida, poſtes,
De-

idem quoque *dicere torva* vel *acerba* conjecerat. *irato joco* etiam Ayrmannus. *loco* tamen hic vindicavit Patruus in notis ad Suet. Aug. c. 49. & *loco* de janua ipſa vel aedibus exponit Broukhuſius. *irato dicere trita joco* etiam legebat Marklandus. Francio videbatur Broukhuſius verum loci ſenſum eruiſſe. ſed illud *quae* & *trita* ad ejus guſtum non faciebat, & ideo pro *trita*, ſi per codd. MSS. liceret, legendum adnotaverat *verba.* id certe in nonnullis codd. & edd. vetuſtis exſtat, ut modo notavi.

42. *Oſculaque inpreſſis nixa dedi gradibus*] *nixa oſcula* diſplicent, & forte huc intruſa ſunt ex v. 33. *Nunc jacet alterius felici nixa lacerto.* recte igitur Graevius & Heinſius in Epiſtolis mutuis tam editis quam ineditis, *fixa dedi gradibus.* & ſic idem Heinſius in notis ad Propert. poſt Adverſ. pag. 672. firmabatque illo Virgilii II. Aen. 490.

Amplexaeque tenent poſtes atque oſcula figunt.

Albinovan. ad Liviam v. 95.

At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit.

& ita Ayrmannus. *nixa* etiam hic non probabantur juveni in hiſce ſagaciſſimo Er. Hub. Eldikio, qui literis Zutphaniae d. 24. Julii 1773. ad me datis, *fixa* vel *ſpiſſa* praeferendum exiſtimabat, quem etiam *gradus* non inmerito offendebant, ubi ſermo ad januam dirigitur, ideoque poëtam ſcripſiſſe ſuſpicabatur,

Oſculaque inſperſis mixta *dedi* lacrimis.

idque ex more amantium. Lucretius Lib. IV. 1173.

At lacrimans excluſus amator limina ſaepe
Floribus & ſertis operit, poſteſque ſuperbos
Unguit amaracino, & foribus miſer oſcula figit.

quo loco *fixa oſcula* hic quoque adſtrui poſſunt. addebat & illud Tibulli Lib. I. El. 1. 76.

Flebis & arſuro poſitum me, Delia, lecto,
    Triſtibus & lacrimis oſcula mixta dabis.

certe *oſcula lacrimis mixta* hic commode admitti poſſunt. ſaepe enim vox *mixta* in alias degeneravit. vide quae ſupra notavi ad El. V. 15. illud vero *inſperſis* juvare etiam poteſt locus noſtri ſupra El. XII. 16.

Nonnihil adſperſis gaudet Amor lacrimis.

Divinabam aliquando, an pro *inpreſſis gradibus*, quam ſcripturam ſuſpectam habebam, quia in quarto codice Voſſiano *inplexis* legitur, (*imprexis* in Askewiano,) hic reponi poſſet,

Oſculaque inflexis *fixa dedi* genibus.

ut *inflexo genu* Lib. III. El. 7. 6. ubi vid. Paſſerat. & ad El. XIII. 34.

Sic cadit inflexo lapſa puella genu.

& huic conjecturae adſtipulatur ſimilis locus Tibulli Lib. I. El. V. 41. & ſeqq.

Non ego, ſi merui, dubitem procumbere templis,
    Et dare ſacratis oſcula liminibus.
Non ego tellurem genibus *perrepere ſupplex,*
    Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

id Ovidio eſt *projectus ante poſtes in limine*, Lib. II. Am. El. 19. 21.

Et ſine me ante tuos projectum in limine poſtes
    Longa pruinoſa frigora nocte pati.

poſitis genibus procumbere Lib. I. Met. 729. *flexum genu ſubmittere* IV. 340. & *flexo ſuccubuiſſe genu* IV. Triſt. 2. 2. & *ſucciduo procubuiſſe genu* Epiſt. XIII. 24. *gradibus* ſane hic alienam lectionem eſſe, inde quoque colligi poſſet, quod in nonnullis codd. turbatur; nam *manibus* eſt in Borrichiano, Heinſiano, & primo meo codice, ſed id mox ſequitur. *inflexis* autem *genibus* de ſupplice, ut *procumbere* in loco Tibulli. vulgatam tamen lectionem *gradibus* vel ſecutus eſt, vel probaſſe videtur D. Heinſius in Monobiblo El. VI. hunc locum reſpiciens:

Seu cum non faciles inpugnat carmine valvas,
    Ebrius & duris oſcula dat gradibus.

Debitaque occultis vota tuli manibus?
Haec ille, & ſi quae miſeri noviſtis amantes,
Et matutinis obſtrepit alitibus.
Sic ego nunc dominae vitiis, & ſemper amantis
Fletibus, aeterna differor invidia.

ELEG.

44. *Debitaque occultis vota tuli manibus*] *Serta tuli* conjecerat Marklandus. ut in loco Lucretii, paullo ante producto, *limina ſaepe Floribus & ſertis operit.* idque firmari poſſet ex Ovid. II. Art. Am. v. 527.

Poſtibus & durae ſupplex blandire puellae,
Et capiti demtas in fore pone roſas.

vide ſupra ad v. 7. huj. Eleg. *vota* tamen propter *debita* non ſollicitanda videntur.

45. *miſeri noviſtis amantes*] *voviſtis* Heinſius.

46. *Et matutinis obſtrepit alitibus*] *Heu* vel *En* idem Heinſius. *Haec* Livinejus. *matutinas aves* de quibuſcumque avibus mane canentibus exponit Paſſeratius. ſic in verſibus apud Cic. I. de Divin. cap. 8.

Et matutinis acredula vocibus inſtat.

Virgil. in Ciri v. 408. *Vos matutina ſi qui de gente venitis.* ut reſtituit Scaliger, & volucres intelligit, cantus ſuos mane integrantes, prolato hoc ipſo Propertii loco. ſed melius Gallos, lucis nuntias aves, intelligit Beroaldus. ut de matutino tempore Martialis Lib. XIV. Ep. ult. *Criſtataeque ſonant undique lucis aves. matutinae alites*, ut φθέγματ᾽ ὀρνίθων Ἑῷα apud Sophoclem in Electr. v. 18.

Ὡς ἡμὶν ἤδη λαμπρὸν ἡλίου σέλος
Ἑῷα κινεῖ φθέγματ᾽ ὀρνίθων σαφῆ.

& in Meleagri Epigrammate inedito, quem locum ſuggeſſit Cel. Ruhnkenius,

Ὀρθροβόας, δυσέρωτι κακάγγελε, νῦν, τρισάλαστε,
Ἐννύχιος κράτεις πλευροτυπῆ κέλαδον.

Ovidius XI. M. 597.

Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Evocat Auroram.

& hoc praefero, praeſertim propter *obſtrepit.* hoc enim loco imitatum eſſe illud Theocriti Idyll. VII. 48. ubi ὄρνιθες Χῖον ἀοιδὸν Ἀντία κοκκύζοντες dicuntur, ſeu ἀλεκτρύονες Chio vati obſtrepentes, & Muſarum alitem crocitu laceſſentes, optime oſtendit D. Heinſius Lect. Theocr. cap. XII. quomodo anſerem argutis oloribus *obſtrepentem* dicit Virg. Ecl. IX. 36. infra Lib. II. El. 16. 6.

Non tam nocturna volucris funeſta querela
Attica Cecropiis obſtrepit in foliis.

& de tympanis Ovidius IV. Met. 392.

Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis.

Tibullus Lib. II. El. 1. 86.

——— *nam turba jocoſa*
Obſtrepit, & Phrygio tibia curva ſono.

47. *Sic ego nunc dominae vitiis, & ſemper amantis*
Fletibus, aeterna differor invidia]

His ego Paſſeratio & Heinſio legendum videbatur. *deferor* in primo Leid. tribus Voſſianis, primo D'orvill. meo utroque, Heinſiano, Mentelii, Borrichiano, & Colbertino, ut in ed. Venet. 1487. ſed male. vide ſupra ad El. IV. v. 22. *amatis* pro *amantis* conjecerat Heinſius, praecedit enim *noviſtis amantes.* Marklandus legebat,

Sic ego nunc dominae vitiis, nunc ſemper amantis
Fletibus alterna *differor invidia.*

quod minime diſplicet, nam ſenſum cum praecedenti verſu bene connectit, & *alterna invidia* legendum ſuadet. hanc igitur Marklandi conjecturam amplector. ſic enim de amoris viciſſitudine ſupra El. IX. v. 24.

Nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

& Lib. II. El. 9. 7.

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Noſtraque non ullis permanet aura locis.

nunc ſemper etiam conjecerat Francius.

ELEG. XVII.

Et merito, quoniam potui fugiſſe puellam,
Nunc ego deſertas adloquor Alcyonas.
Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam eſt,

Om-

Eleg. XVII. v. 1. *Et merito*] ſic omnes codd. MSS. & primae edd. *At merito* praeter Volſcum & Colinaei ed. Lugd. etiam in Gryphiana 1551 legitur. ſed recte Paſſeratius & Broukhuſius *Et merito* formulae inſtar dictum vindicarunt. vide & Axenii notas ad Phaedrum pag. 136. & abruptum ab hac formula eſt Elegiae initium, veluti reſponſum ad praecedentes querelas, quod concitati adfectus indicium eſt. id eleganter ex recentioribus imitatus eſt Angelus Politanus, optimo Albieriae Albitiae Epicedio,

Et merito! quis enim tantum perferre dolorem,
Aut quis tam miſeris temperet a lacrimis?

ejuſque exemplo Broukhuſius, initio Elegiae in obitum Theod. Georgii Graevii, Lib. III. El. 7.

Et merito! quis enim tam crudo vulnere, Graevi,
Durus inexpletis temperet a lacrimis.

potui fugiſſe more Propertiano, ut Eleg. I. 15.

Ergo velocem potuit domuiſſe puellam.

vel pro, auſus fui relinquere puellam. vid. ad Eleg. XV. 36.

2. *Nunc ego deſertas adloquor Alcyonas*] *Huc ego* in Borrichiano. optimo cum judicio Propertium hic Alcyones, aves ſolitarias & querulas, quibus ſaepe conparantur moerore conſumti, doloris ſui conſcias facere, & adloqui, notavit Broukhuſius, quod pluribus veterum & recentiorum poëtarum exemplis illuſtravi ad locum Lotichii, quem adfert, Lib. III. El. 7. p. 213. & 214. & adde ſimilia ex Graecis poëtis apud Leichium ad Carmina Sepulcr. Anthol. Graec. MSS. Ep. XX. pag. 27 & 28. aliam tamen, eamque non minus probabilem, reddunt rationem Beroaldus & Paſſeratius, quia de procella ventiſque adverſis queritur poëta, adeoque invocet Alcyonas, quae mare tranquillum & pacatum reddere credebantur, praeſertim quum ovis incubabant. unde *alcyonia reducere* de conpoſita tempeſtate. Theocritus Idyll. VII. 57.

Ἀλκύονες, στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν,
Τόν τε Νότον, τόν τ' Εὖρον.

ubi vid. Scholiaſt. Servius ad Virg. I. Georg. 399. de Alcyonibus agens: *Iſtae autem aves nidos faciunt in mari, media hyeme. quibus diebus tanta eſt tranquillitas, ut penitus nihil in mari poſſit moveri. Inde etiam dies ipſi Halcyonia dicuntur.* huc refer illud noſtri Lib. III. El. 8. v. 5. & ſeqq.

Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aëre venti,
Ponat & in ſicco molliter unda minas. &c.
Alcyonum poſitis requieſcant ora querelis,
Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.

3. *Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam*
Ominat, ingrato litore vota cadunt]

ſic edidit Broukhuſius, Scaligero obſecutus. codicum veterum diverſas in hoc nomine ſcripturas non recenſebo, in his enim *Caſyope*, *Caſiopae*, in illis *Calliope*, in aliis aliae librariorum aberrationes ſunt. Caſſiopen vero Scaliger, & ante eum Volſcus & Beroaldus, de ſigno coeleſti *Caſſiepea* intellexerunt. nec aliter Paſſeratius. de Scaligero hoc quoque inde mihi conſtitit, quia margini codicis Petronii, quem totum ex codice Cujaciano manu ſua deſcripſerat, hunc Propertii verſum adnotaverat ad finem cap. XCIX. ubi occurrit, *adoratis ſideribus intro navigium.* melius illic Wouwerius in notis ſuis adpoſuit alium noſtri locum ex Lib. III. El. 20. 18. *Cogor & undiſonos nunc prece adire Deos.* ejuſdem quoque ſententiae olim fuiſſe N. Heinſium, patuit mihi ex illius ineditis ad Graevium Epiſtolis, in quibus locum hunc ſic conſtituebat,

Nec mihi Caſſiope e ſolio viſura carinam eſt.

&

Omniaque ingrato litore vota cadunt.

5. Quin

& per *ſolium* Caſſiopes intelligit ejus ſellam, cui inſidens conſpicitur in Imaginibus vetuſtis Signorum Coeleſtium apud Germanicum pag. 29. ed. Grot. & in Hygin. Poët. Aſtron. Lib. III. pag. 427. ed. Muncker. ubi hoc Caſſiopeiae ſolium *ſiliquaſtrum* vocat Hyginus. *ſellam* Scholiaſtes Germanici. in alia ad eumdem Graevium Epiſtola praeferebat Heinſius, *ſolitam viſura carinam eſt.* Melius tamen in notis ſuis ad Propertium poſt Adverſaria editis pag. 672. refutato Scaligero, intelligit Caſſiopen, Epiri portum, productis veterum auctorum locis, quae portum hunc oportune illuſtrant. idque probabat Graevius in Epiſt. ad Heinſ. T. III. Syllog. pag. 227, qui hoc in verſu etiam legebat *ex ſolito*, ut ſolet, vel *mihi ſolito* conjungebat in iiſdem Epiſtolis pag. 202. 210. infeliciter vero Ayrmannus legebat,

Nec mihi Caſſiope ſolito ductura carinam.

de ſidere etiam intelligens. Ejuſdem nominis erat Corcyrae oppidum, quod innuit Sueton. in Ner. cap. 22. fin. *Nec profectione dilata, ut primum Caſſiopen trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſii cantare auſpicatus eſt.* ubi in notis ſuis Patruus meus prolixe de hoc Propertii loco egit, & emendandum conjecit,

Nec mihi Caſſiopen, ſolet ut, viſura carina
Ominat.

in illo autem Suetonii loco Caſſiopen, Corcyrae oppidum, intelligendum recte etiam monuit Quirinus in Primordiis Corcyrae cap. VIII. pag. 69. quod palam facit *Jovis Caſii* mentio, unde in Corcyrae nummis, quales binos poſſideo, ΣΕΥΣ ΚΑCΙΟC in templo duarum columnarum ſedens conſpicitur; pluresque produxerunt Andr. Marmora in Hiſtoria Corcyrae, Italice ſcripta, ſive in Tabulis Numorum Corcyraeorum, quos ad Lib. I. II. & III. exhibuit; Arigonius in Num. Pop. & Urb. Tab. VIII. & nuper Pellerinius Tom. III. Tom. XCVI. N. 11 & 12. aliique numero non pauci, qui vetera Numiſmata illuſtrarunt. Sed in hoc Propertii loco indicari Caſſiopen, Epiri continentis portum, quae Caſſiopes Corcyreae colonia erat, non dubitandum eſt. utramque diſtinguendam docet prae ceteris locus Ciceronis Lib. XVI. ad Fam. Ep. 9. *in portum Corcyraeorum ad Caſſiopen ſtadia CXX. proceſſimus.* ubi Victorii & Graevii notas conſule. de eadem hac Caſſiope vide Strabonem Lib. VII. pag. 324. ed. Caſaub. & quae notavit Weſſelingius ad Antonini Itinerar. p. 521. Neſcio autem quid Vulpio in mentem venerit, ut *Caſſiopen* allegorice pro ipſa Cynthia capiendam ſomniaret, & *mea Caſſiope* ſit, mea Cynthia, meum ſidus, & ejus faſtum atque arrogantiam, ut ſuperba fuit Caſſiopea, notaret poëta, quae refutatione non indigent. Nollem igitur Broukhuſius, paſſim a viro maximo Scaligero vix latum unguem diſcedens, etiam de ſidere vel ſigno coeleſti expoſuiſſet. Sed pluribus de hoc loco egi in notis ad Auctorem Elegiae ad Meſſalam Tom. I. Anthol. Lat. pag. 295 & 296. ubi poſt tot virorum eruditiſſimorum aeſtus eum ſic tandem reſtituendum judicavi,

Nec mihi Caſſiopen ſolito viſura carina eſt,
Omniaque ingrato litore vota cadunt.

ſive *ſolito* pro *ex ſolito* capias, ſive *mihi ſolito*, cum Graevio conjungas. *carina*, vel *carinam eſt* in variis codd. MSS. legitur. Neque minus miror, Broukhuſio *Ominat*, quod ex ſolius Scaligeri conjectura eſt, adeo placuiſſe, ut in contextum receperit. *ominat viſura*, pro viſuram, exponebat Scaliger, hoc ſenſu, neque Caſſiope neque alia ſidera mihi omen dant ſe viſura carinam, quae per Hypallagen interpretatur, pro ex aſtris ominor, me carinam non viſurum, quae valdè contorta ſunt; & veteris Tragici Pomponii exemplo *ominat*, pro ominatur, fulcit. Non tam facilis ceteroquin Broukhuſius eſt in verbis Accii, Pacuvii, vel ſimilis aevi ſcriptorum Propertio ingerendis, ſi Gebhardi aut Guyeti hac in re judicium caſtiget. Itaque illud *Ominat* unius auctoritate Scaligeri, cujus tamen manes quo majori veneratione colo, eo magis invitus a tanto viro diſſentio, (neque enim cum Paſſeratio dicam, eum hic *nugari*,) poëtae noſtro non obtrudendum, ſed revocandam eſſe priſtinam lectionem cenſui, quam diu ex Auguſteae aetatis auctore ejus exemplum deſideramus; praeſertim quum omnes codices, quorum lectiones adhibui, & primae ac vetuſtiores editiones, conſtanti conſenſu *Omniaque ingrato* &c. tueantur. Francio etiam *ominat* inſolens videbatur, qui legebat,

Nec mea Caſſiopen ſolito viſura carina,
Omniaque ingrato &c.

vota

Quin etiam abſenti proſunt tibi, Cynthia, venti.
  Adſpice, quam ſaevas increpet aura minas.
Nullane placatae veniet fortuna procellae?
  Haeccine parva meum funus arena teget?
Tu tamen in melius ſaevas converte querelas.
  Sat tibi ſit poenae nox & iniqua vada.
An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis?
  Oſſaque nulla tuo noſtra tenere ſinu?

Ah

vota intelligo, quae ſuſcipiebantur ante itineris ingreſſum, & *vota cadunt* pro incaſſum funduntur irrita. ut ſupra El. 16. 34.

At mea nocturno verba cadunt Zephyro.

vid. Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 91. & Guellium ad Virg. I. Aen. 338. qui de victimis votivis male exponit.

5. *Quin etiam abſenti proſunt tibi, Cynthia, venti*] ingratum hunc rhythmum nullae tollunt membranae veteres, cui vellem mederi poſſem eadem ope, qua ſupra El. 8. v. 11. *Tyrrhena arena* remotum fuit. nam quod Barthius ad Stat. II. Th. 239. p. 397. ex hac ſola Elegia undecim enumeret verſus, in eumdem ſonum deſinentes, reliqui decem, praeter hunc, minime rhythmum duarum ſyllabarum conſonantium exhibent, ſed ſyllabae tantum unius, ut *deſertas alloquor Halcyonas*, *ſaevas increpat aura minas*, *placatae veniet fortuna procellae* &c. quae tales faciunt rhythmos, eo nomine vix appellandos, quales omnes poëtarum paginae ſuppeditant.

6. *Adſpice, quam ſaevas increpet*] ſic edidi auctoritate veterum codicum, non *increpat*. ut Broukhuſius. ita enim noſtro uſitatum poſt *Adſpice*. ſupra El. XV. 3.

Adſpice, me quanto rapiat Fortuna periclo.

Lib. II. El. 18. 35.

Adſpice, uti coelo modo Sol, modo Luna miniſtret.

ubi *miniſtrat* male in nonnullis edd. vide ſupra ad El. II. 9. *ſcaevas* in cod. Voſſ. tam hoc verſu, quam mox v. 9.

7. *Nullane placatae veniet fortuna procellae*] *placata puella* in MSS. quod adridebat Douſae. *pacatae* Heinſ. *venit* in primo D'orvill.

8. *Haeccine parva meum funus* &c.] *Siccine* conjecerat Marklandus. ſed *Haeccine arena* referenda ad *litus ingratum* v. 4. in quo querelas has effundebat. *rara* pro *parva* Heinſ. & *corpus* pro *funus* in Borrichiano, meoque primo, quae gloſſa marginalis eſt. vid. ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 565.

10. *Sat tibi ſit poenae nox*] ita in duobus Leid. quatuor Voſſ. binis D'orv. meiſque, & reliquis codd. ac primis edd. *Sat tibi, ſat poenae* ex Palatino Gebhardi praetulit Broukhuſ. ſenſus eſt, etſi non peream naufragio, ſat tibi poenae ſit procella & mare iniquum.

11. *An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis*] *opponere* in ſecundo Leid. Groning. Colbert. Excerpt. Modii, Palatino, & primis edd. *exponere* Graevius in Epiſt. ad Heinſ. T. IV. Syllog. pag. 202. ſed Heinſio *mea fata reponere* cum Paſſeratio praeferenti ſubſcribit pag. 210. & recte. ſubintelligitur enim *tumulo*, vel toro mortuali, reponere meum cadaver, ut apud Virg. VI. 220. *membra toro defleta reponunt.* tentaverat etiam Heinſius in Epiſtolis ad Graevium ineditis,

An poteris ſiccis, mea vita, reponere ocellis,
  Oſſaque aduſta tuo &c.

eumdem vide Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 243. & in notis ad Propert. p. 673. *oſſa tenere ſinu*, ut apud Senecam Conſol. ad Helv. cap. 2. circa finem: *modo in eumdem ſinum, ex quo tres nepotes emiſeras, oſſa trium nepotum recepiſti.* ubi vide Lipſ. & Paſſeratium ad h. l. *oſſa nulla* Marklandus interpretabatur in nihilum vel minimum redacta, quae *oſſa minuta* vocat Lib. II. El. 10. v. ult. ſed *nulla* potius dicta videntur, quod Cynthia *nulla* teneret *oſſa* illius, qui in mari periret, & in litore Epyri humaretur.

Ah pereat, quicumque rates, & vela paravit
Primus, & invito gurgite fecit iter.
Nonne fuit melius dominae pervincere mores?
(Quamvis dura, tamen rara puella fuit.)
Quam ſic ignotis circumdata litora ſilvis
Cernere, & optatos quaerere Tyndaridas.

Illic

13. *Ah pereat, quicumque rates, & vela paravit Primus, & invito*] illuſtrant haec quae in primum maris tentatorem audacem paſſim apud poëtas obvia collegerunt viri docti, a Barthio indicati ad Stat. III. Sylv. 2. 61. *in invito* D'orv. ſec. novi qui conjecerat, *Et primum invito gurgite fecit iter.* Sed vulgatam minime ſollicitandam probant loca veterum poëtarum, primum maris navigatorem deteſtantium, quae contuli in notis ad Lotich. Lib. III. Carm. 29. p. 556. 557.

15. *Nonne fuit melius dominae pervincere mores*] *Nonne fuit levius* in cod. Ant. Perreji, tribus Voſſianis, primo D'orvill. meo altero, Colbertino, & ſecundo Neapol. *dominae melius* in altero D'orvill. alibi noſter, *Nonne fuit ſatius.* vid. ad Lib. II. El. 19. 51. Non dubito Propertium in animo habuiſſe illud Virgilii Ecl. II. 14.

Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia.

ubi *faſtidia, & triſtes Amaryllidis iras pati*, quod hoc loco *dominae pervincere mores*, faſtum nempe, ſuperbiam & moroſitatem. male enim ex ſollemni codd. confuſione *amores* in primo Leid. Voſſiano, Menteliano, Borrichiano, meoque priore. ſic *mores* eodem ſenſu Lib. II. El. 4. v. 7.

Nec mihi tam duris inſultet moribus, at te
Vellicet.

ſupra El. XV. 23.

Quarum nulla tuos potuit convertere mores.

ubi plura notavi. Haec Propertiana ſic imitatus eſt Lotichius Lib. II. El. I. 25.

Nonne fuit melius dominae ſervire puellae,
Cernere quam tumidi litus utrumque maris?
Quid mihi cum pelago, mea ſi tellure morantur
Gaudia, ſi puppis non vehit una duos?

16. *tamen rara puella fuit*] *rata* vitioſe in Voſſ. prim. & tert. *cara* in aliis. ſed vide ſupra ad El. VIII. 42. *Cynthia rara mea eſt.*

17. *circumdata litora ſilvis*] *circumdare* in ſec. D'orvill.

18. *optatos quaerere Tyndaridas*] *optatas* male in Voſſ. primo & tertio, & meo utroque. recte Broukhuſius *quaerere Tyndaridas* non inplorare, ut Douza capiebat, quod ſatis indicatur ex addito epitheto *optatos*, ut *ventos optare ferentes* Valerio Fl. Lib. I. v. 266. ſed fruſtra optatos & circumſpectos non invenire, nec videre faventia ſidera, expoſuit. quem etiam vide ad Tibull. Lib. II. El. 3. 26. Horat. Lib. I. od. 32. 2.

Quaerenti pavidam montibus aviis Matrem.

noſter Lib. II. El. 23. 103.

Qui quaerit Tatios veteres, duraſque Sabinas.

Claudian. praef. ante Lib. II. R. P. v. 4.

Lugebant erepta ſibi ſolatia Nymphae,
Quaerebant dulces flumina moeſta modos.

Petronius Carm. de Bel. Civ. cap. 119. Satyr.

Quaerit ſe natura, nec invenit.

vide Patrui mei notas ad Ovid. II. Met. 239. & Valer. Fl. Lib. III. 690. male igitur Douſae interpretatoni adhaeſit Gruterus ad Cic. Fragm. Poët. pag. 1422. ed Gronov. T. II. & miror viros doctos pro Douſae ſententia non adtuliſſe illud Petronii cap. 99. in fine: *adoratis ſideribus intro navigium.* ubi Caſtorem & Pollucem intelligendos recte notant Gonſalius & Wouwerius. navigantes enim vota Dioſcuris pro itineris incolumitate faciebant. Rutilius Lib. I. 155.

Pande precor gemino placatum Caſtore pontum.

& haec illis reddebant poſt ſuperata itineris vel naufragii pericula, ut notum eſt. ſufficiat vetus Inſcriptio apud Montfaucon. in Supplem. ad

Antiqq.

Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem,
Ultimus & poſito ſtaret amore lapis:
Illa meo caros donaſſet funere crines:
Molliter & tenera poneret oſſa roſa.

Illa

Antiqq. Tom. I. Lib. V. cap. 4. pag. 192.

CASTORI. ET. POLLVCI
SACRVM.
OB. FELICEM. IN. PATRIAM
REDITVM. TOT. SVPERATIS
NAVFRAGII. PERICVLIS
EX. VOTO. CVM. SOCIIS
L. M. P.
C. VALERIVS. C. F. AGELLVS.

19. *Si qua meum ſepeliſſent fata dolorem*] *periiſſent* in primo Leid. quarto Voſſ. Menteliano, Borrichiano, & meo priore. ſed *ſepeliſſent* in reliquis codd. & primis edd. *ſepelirent* in Excerpt. Scalig. vid. ad Lib. III. El. 13. 9.

20. *Ultimus & poſito ſtaret amore lapis*] *expoſito* Graevius in Epiſt. ad Heinſ. T. IV. Syllog. pag. 202. quod probabat Heinſ. vel *appoſito* legebat. *honore* pro *amore* in Excerpt. Scalig. quod non repudiandum videtur, & *expoſito honore* capi poſſet pro vulgari, tralatitio honore, atque humanitate. ſic certe emendandum infra El. XIX. 3.

Sed ne forte tuo careat mihi funus honore,
Hic timor eſt ipſis durior exſequiis.

vulgo male illic *amore* editur, quod ibidem ſequitur v. 6. *Ut meus oblito pulvis amore vacet.* pro *lapis* Marklandus conjecerat *labos.* idque firmabat alio noſtri loco Lib. IV. El. 9. 17. *Herculis ite boves, noſtrae labor ultime clavae.* & Ovidii Epiſt. XII. 50. *Ultimus eſt aliqua decipere arte labor.* addere potuiſſet *extremum laborem* apud Virg. Ecl. X. init. Sed non perſuadet.

21. *Illa meo caros donaſſet funere crines*] *donaret* & mox *clamaret* Guyetus. quod probo, ſequitur enim *poneret.* pro *funere* in Voſſiano *murmure. damnaſſet* Heinſius. male. idem etiam in ora ed. Ald. conjecerat, *Illa meo cineres donaſſet funere caros.* ſed tunc praeſtaret *munere* ex cod. Voſſiani ſcriptura *murmure*, niſi quis ſubſtitui praeferat,

Illa meos caro donaſſet munere manes.

quomodo apud Catull. Carm. 97. *Ut te poſtremo donarem munere mortis.* vide mox Broukhuſ. ad v. 23. *caros crines* idem Broukhuſius ſupra ad El. XV. v. 5. exponit crines, in quibus excolendis multum curae adhibere ſolent puellae. ſed in re funeſta aptius hic puto epitheton fore, ſi legamus,

Illa meo raſos donaret funere crines.

& *funere* pro *funeri* poſitum, ut paſſim apud noſtrum. moris enim erat detonſos crines ferre in rogum vel ſepulcrum conſanguineorum, aut carorum, morte ſibi ereptorum. ut Oreſtes patri Agamemnoni parentat apud Euripidem Electra v. 90.

—— πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς
Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην.

& ibid. v. 515. & ſeqq. Ovid. XIII. Met. 427. de Hecuba:

Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
Inferias inopes crinem lacrimaſque reliquit.

Phaedra apud Senecam in Hippol. 118.

Placemus umbras. Capitis exuvias cape.
Laceraeque frontis accipe abſciſſam comam.

vide hic Livinejum, Paſſeratium, & Barthium ad Stat. II. Theb. 256. p. 416. Canace Epiſt XI. Heroid. 116.

Non mihi te licuit lacrimis perfundere juſtis,
In tua non tonſas ferre ſepulcra comas.

ubi vid. Micyll. & Ciofan. ſed male illic *non tonſas* jungit Hubertinus, & longas exponit. *non ferre* connectenda ſunt. poſſis etiam *caeſos crines.* ut in Epicedio Druſi v. 95. & ſeqq.

At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit,
Frigida nec fovit membra tremente ſinu.
Non animam adpoſito fugientem excepit hiatu,
Nec traxit caeſas per tua membra comas.

ubi *ſectas* malebat Heinſius. ut *ſectos capillos* eadem in re Ovid. III. Met. 505. in funere Narciſſi,

—— *planxere ſorores*
Naïdes, & ſectos fratri poſuere capillos.

vide Cerdam ad Virg. IX. Aen. v. 215. pro *tremente ſinu* etiam apud Albinovanum *tepente*

corrigit

Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen.
Tum mihi non ullo pondere terra foret.
At vos aequoreae formoſa Doride natae,
Candida felici ſolvite vela choro.
Si quando veſtras labens Amor adtigit undas,
Manſuetis ſocio parcite litoribus.

ELEG.

corrigit Marklandus ad Statii Silvas p. 333. quod *frigida membra* ad oppoſitionem exigere videntur. quamquam defendi etiam poſſit vulgata *tremente ſinu*, qui miſerandae matri conveniat, praeſertim quia mox ſequatur *vere tepente*. *laceros crines* vocat Lucanus Lib. IX. 57. in querela Corneliae de marito Pompejo inſepulto;

Ergò indigna fui, dixit, Fortuna, marito
Accendiſſe rogum? gelidos effuſa per artus
Incubuiſſe viro? laceros exurere crines?

ex quo loco *laceros crines* ex veſtigiis literarum pro *caros* hoc quoque in loco reponere liceret: idque conjecturis modo propoſitis, ſi mei arbitrii res ſit, praeferrem; ut in loco Albinovani *laceras comas* emendaſſe Jac. Roverium notaverat Heinſius. & haec emendatio noſtra egregie firmatur ex imitatione Sannazarii, qui totum hunc Propertii locum optime aemulatus eſt Lib. I. El. 3. v. 19.

Ipſa meos tumulo Manes laniata vocares,
Inque tuo legeres oſſa minuta ſinu.
Flebilis & longos ſcindens ad buſta capillos,
Clamares nomen jam moritura meum.
Tum cineri, & mutae perſolvens juſta favillae,
Miſta dares rutilis lilia cana roſis.

23. *Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen*] ita conſtanter in codd. manu exaratis. *murmure* conjecerat Heinſius. ſed *extremus pulvis* eſt cinis in urna conditus, quando manes ciebant. infra El. XIX. init.

Non ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes,
Nec moror extremo debita fata rogo.
Sed ne forte tuo careat mihi funus honore,
Hic timor eſt ipſis durior exſequiis.
Non adeo leviter noſtris puer haeſit ocellis,
Ut meus oblito pulvis amore vacet.

neque hic placet *extremo munere*, ut Broukhuſio legendum videbatur. vulgatam defendit Patruus meus ad Lucan. VIII. 741. & adde notas ad Ovid. III. Met. 137. altero verſu *Tum mihi* edidit Broukhuſ. Paſſeratium ſecutus, qui ſic correxerat ex veſtigiis codicis Memmiani, in quo *Tu mihi*, licet in prima editione dederit *Ut mihi*, quod plurimorum MSS. auctoritate retinendum videtur. ideo nempe nomen meum clamaſſet, ut cineri meo humus non eſſet oneroſa, *Properti, ſit tibi terra levis.*

25. *At vos aequoreae formoſa Doride natae*] *Ut vos* in meo primo cod. *formoſa è Doride* Voſſ. prim. *formoſae* in cod. Heinſ. imitatus eſt Flaminius Lib. II. Carm. 7. pag. 67. ed. Patav.

Vos ó coeruleae formoſa Doride natae,
Vos dominam ad litus, quaeſo, referte meam.

26. *Candida felici ſolvite vela choro*] ſic edidit Broukhuſius, ex Scaligeri emendatione, ut in Neapol. & Menteliano, quum antea legeretur *ſolvite vela Noto*. quod placebat Francio, & firmant Voſſ. primus & tertius, meus uterque codex; & ſua imitatione Sannazarius, cujus memoriae ita inhaeſit hic Propertii verſus, ut totum adoptaverit Lib. III. El. I. 166.

Dum redit in patriam juvenis, tot honoribus auctus,
Candida felici ſolvite vela Noto.

pariter Flaminius Lib. II. Carm. 6.

Tum laetus clamat ſumma de puppe magiſter,
Candida felici pandite vela Noto.

quae tamen inter plagia his primi ordinis poëtis non eſſe adſcribenda patebit ex illis quae notavi in Addendis ad Lotich. p. 662 & 663. ſeq. verſu *labens amor*, pro amatore navigante exponebat Broukhuſius, quod inſolens videbatur Francio.

28. *Manſuetis ſocio parcite litoribus*] *Manſueta litora* Marklandus adſcripſerat dici, quae μαλακὰς ἠϊόνας vocat Lucianus in Merc. Cond. p. 445. *mollia litora* Naſoni, I. ex P. Ep. 2. 62. *bona litora* noſtro Lib. III. El. 17. 7.

Et placidum Syrtes portum & bona litora nautis
Praebeat hoſpitio ſaeva Malea ſuo.

& his contraria *litora portubus orba* Ovidio III. Triſt. 12. 38.

ELEG. XVIII.

Haec certe deſerta loca, & taciturna querenti,
  Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.
Hic licet occultos proferre inpune dolores,
  Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem.
5. Unde tuos primum repetam, mea Cynthia, faſtus?
  Quod mihi das flendi, Cynthia, principium?
Qui modo felices inter numerabar amantes,
  Nunc in amore tuo cogor habere notam.

Quid

ELEG. XVIII.] AD CYNTHIAM inſcribitur in Borrichiano, meo utroque codice, & primis edd. in Aldina ſecunda, & Rovilliana, SOLVS LAMENTATVR DE FASTV CYNTHIAE ET LEVITATE. primo verſu *tacitura* in Excerptis Scaligeri, ut conjecerat Broukhuſius, qui ex Elegiae hujus initio venuſtos imitationis colores deduxit in Juvenilibus pag. 498. Poëm.

Hic certe locus, & tranquillae ſpiritus aurae,
  Lymphaque muſcoſis devia de ſcatebris,
Et matutini Alcyonum trans litora queſtus,
  Denſaque quae facilem pinus opacat humum,
Dum me ſecretis juvat indulgere querelis,
  Sufficient lacrimis apta theatra meis.

in Elegia hac emendanda valde ineptit Palmerius in Spicileg. p. 799. & ſeqq. Tom IV. Facis Crit. Gruterianae. Locis inanimatis querelas ſuas & dolores hic narrat ac confidit Propertius, ad exemplum Poëtarum, Graecorum praeſertim, qui ſaepe miſeros & queribundos inducunt, calamitates ſuas coelo, terrae, ſilvis, montibus, vel ſim lamentantes. vide Euripid. Medeam v. 57. & illic Scholiaſt. Sophoclem in Electr. 85. ibidemque Scholiaſt. & Camerar. & adde P. Victorium Lib. IV. Var. Lect. 7.

2. *Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus*] *Hoc vacuum* MS. Guyeti, unde legit *Hic vacuum*. bene explicuit Paſſeratius, tenet, tamquam illius loci incola, vel dominus, & imitatum eſſe Lucanum monuit Patruus meus ad illius Lib. II. v. 454.

—— *ut quum mare poſſidet Auſter*
Flatibus horriſonis.

qui plura elegantis locutionis exempla dedit ad illud Petronii cap. 114 *ſaepiſſime Italici litoris Aquilo poſſeſſor convertebat huc illuc ratem.* quod ex hoc Propertii loco mutuatum eſſe notavit Gruterus Lib. XIV. ineditar. Suſpic. cap. 8. & vide Barth. ad Stat. IX. Theb. 494. forte etiam ex hoc verſu colorem deduxit Martialis Lib. VI. Ep. 76.

Et famulum victrix poſſidet umbra nemus.

4. *ſola queant ſaxa tenere fidem*] *movere* in primo Leid. Voſſ. Menteliano, & Heinſii cod. *ſola ſaxa* hic dicuntur, quae *deſerta loca* verſ. primo & apud Ovid. Epiſt. X. 129.

Me quoque narrato ſola tellure relictam.

& Epiſt. XI. 84. *in ſolis deſtituique locis.* infra apud noſtrum Lib. II. El. 15. 7.

Sola eris, & ſolos ſpectabis, Cynthia, montes.

ubi vide Broukhuſ. Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 681. & Lennepium Lib. I. Animadv. ad Coluthum cap. VII.

5. *repetam, mea Cynthia, faſtus*] *recitem* in quarto Voſſ. pro *mea* Heinſius conjecerat *dic, Cynthia*, de quo loquendi modo vid. Broukhuſ. ad Lib. IV. El. 3. 23.

7. *felices inter numerabar*] *numerabar inter* male in Voſſ. ſec. *feliciter* in ejuſdem quarto. ſequente verſu *habere notam* illuſtrant, quae notavit Patruus in Comment. ad Phaedr. Lib. I. fab. 9. v. 11.

Quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?
An nova triſtitiae cauſſa puella tuae?
Sic mihi te referas levis, ut non altera noſtro
Limine formoſos intulit ulla pedes.
Quamvis multa tibi dolor hic meus aſpera debet,
Non ita ſaeva tamen venerit ira mea:
Ut tibi ſim merito ſemper furor, & tua flendo
Lumina dejectis turpia ſint lacrimis.

An

9. *quae te mihi crimina mutant*] *carmina* in duobus Leid. quatuor Voſſ. binis D'orvill. & meis. & ſic in Groningano, Neapolitano, & Borrich. primis edd. Aldina utraque, Colin. Rovill. Gryph. aliiſque. idque tuetur Paſſeratius, & carmina magica intelligit cum Beroaldo, & ante eos Volſcus. quod jure explodit Broukhuſius. rectius certe expoſuiſſent carmina, quibus ipſe Propertius ſaepe in Cynthiam gravius fuerat invectus, & perfidiam ipſi exprobraverat. ſed bene Lipſius Lib. IV. Antiq. Lect. c. XI. fin. *crimina* emendavit. quod probant ſequentia, in quibus levitatem, adſperitatem, & ſuperbiam ei objicit. *crimina* etiam in Perreji codice, & Colotii Excerptis. praeſtiterit tamen forſitan, ut per *crimina* intelligamus Propertii delictum & *notam* mutati amoris, ut ſequens ſuadet verſus,

An nova triſtitiae cauſſa puella tuae?

ſubjicitque, nullam aliam domui ſuae pedes intuliſſe, &, ſi falleret, ut mutuam ſibi levitatem referret, obteſtatur.

11. *Sic mihi te referas levis*] *lenem* ſec. D'orvill. in aliis *lenis*, quod metro adverſatur, niſi interpretatio ſit vocis *levis* pro leni & benigna, quo ſenſu hic capiendum notaverat J. Douſa, adſcripto illo Catulli verſu ex Carm. 75. *Audiebant eadem haec leniter & leviter.* ſic & apud alios *levis* pro facili, amica, & propitia. vid. Patrui notas ad Valer. Fl. II. 323. & ita hic exponebat vir eruditus (Dorvillius) in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 133. vel diſtinguendum putabat, *Sic mihi te referas, levis.* Ayrmannus *te referas, levis ut non altera.* Scaliger vero ad Eleg. VIII. v. 19. pro *levem* capiebat. de quo illic vide, & ad El. XI. 9. *referas te*, ut apud Catull. Carm. 101. ad Lesbiam:

Reſtituis cupido atque inſperanti, ipſa refers te
Nobis, o lucem candidiore nota!

pro *ut non* in Askewiano *aut non. non altera ulla* diſplicebat Heinſio. *illa* in Menteliano, Neapolitano, & primo Leidenſi. Patruus meus conjecerat *alta.* ut apud Ovid. I. Am. 12. 6.

Miſſa foras iterum limen tranſire memento
Cautius, atque alte ſobria ferre pedem.

ſed ſimilia exempla dederunt viri docti ad illud Minuc. Fel. cap. XI. *quis unus ullus ab inferis vel Proteſilai ſorte remeavit.*

13. *aſpera debet*] *praebet* in tertio Voſſ.

14. *ſaeva*] *ſcaeva* in Voſſ. primo & Heinſiano. frequenti mutatione. *ira mihi* Marklandus. qui ſeq. verſ. *furor* recte exponebat pro cauſſa furoris.

15. *Ut tibi ſim merito*] *meritae* Guyetus & Heinſius.

15. —— *& tua flendo*
Lumina dejectis turpia ſint lacrimis]

delectis in primo Leid. D'orvill., & Neapolitano, *dilectis* in Voſſ. primo & ſecundo, alteroque meo cod. *deletis* in Heinſiano, Exerptis Modii, ſeu Groningano, ac meo primo, *dejectis* in Borrichiano. idque tuetur Broukhuſius, ut *jacere verba*, *jacere querelas*, & ſim. de quo vid. Jac. Gronov. ad Tacit. I. Ann. cap. 10. ſed longe praefero, quod conjecerat Heinſius, *defectis. lumina* enim *defectis lacrimis turpia* ſunt, quae aliis *effleta* vel *defleta* dicuntur. vid. Pricaeum ad Apulej. Lib. I. Met. pag. 16. idem Heinſius pro *turpia* corrigendum cenſebat *turgida.* Catullus Epigr. 3. v. ult. *meae puellae Flendo turgiduli rubent ocelli.* infra El. XXI. 3. *Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques. turpia* tamen non rejecerim. *oculos lacrimis foedare* Tibullo Lib. II. El. 7. 25. & *lacrimis corrumpere ocellos* Ovid. III. Am. 6. 57.

An quia parva damus mutato ſigna calore?
Et non ulla meo clamat in ore fides?
Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores,
Fagus, & Arcadio pinus amica Deo.

Ah

17. *An quia parva damus mutato ſigna calore*] ſic praetulit Broukhuſius, exponitque, tranſlato in aliam amore. quod quidem a cod. Groningano, primiſque & Aldinis edd. firmatur, ſed *colore* conſtanter tuentur tres Voſſiani, quintus Vaticanus, Mentelianus, & Excerpt. Scalig. duo Dorvilliani, & meus alter codex, in cujus marg. *calore* a manu recentiori. & ſic Fruterius & J. Douſa, ut indicet, incerto ſe colore eſſe, idque exigit ſeq. verſ. *meo clamat in ore fides*. id eſt, ſigna amoris manifeſta pallore dat. ſupra El. V. 21.

Nec jam pallorem toties mirabere noſtrum.

El. XV. v. 39.

Quis te cogebat multos pallere colores.

vid. ad Eleg. I. 22.

Et facite illa meo palleat ore magis.

recte igitur Livinejus *calore*, quod ex ſuo MS. profert, ut ineptam lectionem damnavit; & *colore* praetulit etiam Palmerius. Miror Broukhuſium *colore* rejeciſſe ideo, ne binis verſibus bis idem dicat poëta, forte in hanc cogitationem adductus a Paſſeratio, qui *meo clamat in ore fides* male ſic interpretatus eſt, res ipſa loquitur ac vociferatur, me amare, cum in vultu pallor & macies conſpiciatur. & male huc adfert locum ex El. VI. 6.

Mutatoque graves ſaepe colore preces.

illic enim *colore* de praetextu, non de pallore intelligendum notavi. Verus ſecundi verſus ſenſus eſt, Et quia non ſemper in ore habeo, & cum clamore praedico fidem meam. *non ulla clamat*, pro *non clamat*, ſeu clamatur, & moleſte occinitur. ut codici ſuo adſcripſerat Marklandus. forte etiam legi poſſet,

An quia rara *damus mutato ſigna colore?*

ut interroget Cynthiam, an ideo fidem ſuam haberet ſuſpectam, quia raro colorem mutabat, neque ſemper in ea pallebat. ſic *rarum victum*, pro infrequenti, ex cod. Puteaneo reſtituit Heinſius, pro vulgato *parvum*, apud Prudentium Cathem. Hym. VII. 69. quod & meus codex vetuſtiſſimus, olim Egmondanus, illic confirmat.

18. *Et non ulla meo*] Ut in meo primo cod. *non nulla* in Voſſ. primo & tertio. primo D'orvill. & Neapolit. prave. *non illa* conjecerat Paſſeratius.

19. *ſi quos habet arbor amores*] inepta valde lectio eſt *ardor*, quae habetur in duobus Leidenſibus, primo ſec. & quarto Voſſ. unoque D'orvill. Heinſiano, & primo meo cod. ſed in altero a manu recent. *ardor* margini erat adſcriptum. neque aliter in primis edd. ſed vere *arbor* in Aldina utraque, & reliquis, ut & in cod. Voſſ. tertio, altero D'orvill. Borrich. & Groning. ſimili confuſione in Epigrammate Floridi, quod edidi Tom. I. Anthol. Lat. pag. 687.

Quando ponebam novellas arbores mali & piri,
Cortici ſummae notavi nomen ardoris mei, &c.
Creſcit arbor, gliſcit ardor, ramus inplet literas.

ubi male in aliis legebatur, *gliſcit arbor*. vide quae illic notavi. ſeq. verſu, *Arcadio pinus amica Deo* recte etiam in Borrich. primo & ſecundo Vatic. Neapol. Menteliano, meo primo, Ant. Perreji cod. & primis edd. idque agnoſcunt codd. Regii, & unus Colbertinus, in quibus, tranſpoſitis arborum nominibus, legitur,

Pinus, & Arcadio fagus amica Deo.

amata perperam in primo & tert. Voſſ. binis D'orvill. & meo altero, utraque Aldina, Rovill. aliiſque. quod tamen adridebat Marklando, ex Ovidii loco Lib. III. Triſt. I. 42.

Num quia perpetuos meruit domus iſta triumphos,
An quia Leucadio ſemper amata Deo.

ſed & illic *amica* in cod. MS. & ita apud Claudian. II. de R. P. 108. *Quercus amica Jovi.* pro grata, dilecta. ut *noctis amicior hora* Ovidio Epiſt. XIX. 33. ubi *amantior* male in Regii & Moretani codicis Excerptis. & paſſim *amicus* adjective. vid. Heinſ. ad Lib. I. A. A. 585.

Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub umbras,
Scribitur & veſtris CYNTHIA corticibus!
An, tua quod peperit nobis injuria curas,
Quae ſolum tacitis cognita ſunt foribus.
Omnia conſuevi timidus perferre ſuperbae
Juſſa, neque arguto ficta dolore queri.

Pro

21. *Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub umbras*] Emendandum cum Guyeto, *Te quoties.* ut ſit imitatio Virgilii Ecl. I. *reſonant Amaryllida ſilvae.* ſic infra v. 31. legebat idem Guyetus, *reſonant te, Cynthia, ſilvae. teneras umbras* hoc loco quis ferat, & recte alii inprobarunt. Ego ex primo Vaticano & Excerptis Colotii *tremulas* reponi vellem, ut in aliis etiam legi notat Paſſeratius. quia id propius vulgatae inhaeret, quam *virides*, ut hariolabatur Guyetus, qui ſeq. verſu recte emendabat,

Scribitur & teneris CYNTHIA *corticibus.*

quod jubet Virgilii locus, e Theocrito expreſſus, Ecl. X. 54.

—— teneriſque meos incidere amores
Arboribus, creſcent illae, creſcetis amores.

primo verſu *veſtras umbras*, & altero *teneris corticibus* praetulit nuper Koppierſius in Obſerv. Crit. cap. XI. p. 136. tranſpoſitione non inprobanda. Sed *teneris* conjeciſſe Guyetum jam monuerat Heinſius in notis ad Prop. p. 673. idque imitatione ſua probaſſe videtur Sannazarius Lib. I. El. 2. 15.

Et teneris noſtros ulmis incidimus ignes,
Quos legat errantum coetus Hamadryadum.

eleganter etiam Herm. Cannegieterus, inſigne eruditae Themidis lumen, ſuis ad me literis hic legendum conjecerat,

Ah quoties tremulas reſ. m. v. ſub umbras,
Scribitur & lectis CYNTHIA *c. rticibus.*

niſi quis pro *lectis* cum Cel. Ruhnkenio praeferat *quernis.* ad illuſtrationem hujus loci faciunt quae notavit Brodaeus ad Antholog. Gr. Lib. I. cap. 68. Ep. I. & quae contuli ad Lotich. Ecl. I. 66. *Scribetur veſtris* male in cod. Colbertino. *noſtris* in Menteliano & Borrichiano.

23. *An tua quod peperit nobis injuria curas*] Lipſius Lib. IV. Antiq. Lect. cap XI. legebat,

At tua quot peperit nobis injuria curas.

Ah tua quot Palmerius, probante Paſſeratio. id certe praeſtat emendationi & expoſitioni Scaligeranae,

An, tua quae peperit nobis injuria, curas.

pro, an ideo curis agitaris, ne alibi amem; quod recte inprobatum Broukhuſio. neque ſe commendat mihi conjectura Jo. Iſ. Pontani Lib. II. Analect. cap. 2. ſubſtituentis,

Ah tua quot peperit nobis injuria dura.

ut ſupra El. XV. init.

Saepe ego multa tuae levitatis dura timebam.

Lipſianum *At tua quot* etiam Francio non diſplicebat. *noſtris injuria curis* in membranis Gebhardi. *noſtris* etiam in quarto Voſſiano. *Nam tua quot* conjecerat Heinſius. *dederit* pro *peperit* Ayrmannus. qui diſtinguebat, & interpretabatur, ut ante eum Scaliger. ſic ſupra El. V. 10.

At tibi curarum millia quanta dabit.

cura pro mutati amoris ſollicitudine ac dolore, ſaepe apud noſtrum. vid. ſupra ad El. X. v. 17. ſic apud Ovid. II. Am. 12. 17. *Nec belli nova cauſſa mei, niſi rapta fuiſſet Tyndaris.* ubi *cura* olim legebatur. ſed Patruus meus illic malebat *Nec belli mea cauſſa novi.* ſeq. verſ. *cognita ſit* mallem, injuria nempe, ut exigunt ſequentia. & ſic Paſſeratius ex v. c. in quo *ſic* offenderat. *ſunt* ad *curas* referri nequeunt, propter *cognita.* nam eſt mutatio generis, ut bene obſervat Broukhuſius, qualis ſaepe apud alios occurrit. vide Patrui Comm. ad Phaedr. Lib. I. fab. 8. 10.

25. *timidus perferre*] *tumidus* male in pr. D'Orvill. *timidis* etiam perperam in primo Leid. meoque codice.

26. *neque arguto ficta dolore queri*] *faeta* in Leid. primo. *fata* in altero, quatuor Voſſianis,

Men-

Pro quo, Dî, vivi fontes, & frigida rupes,
Et datur inculto tramite dura quies,

Et

Menteliano, Borrichiano, utroque D'orvill. Heinſiano, & meo priore, ut conjecerat Heinſius. *facta* male in meo altero, & primis aliiſque edd. *ficta* ex cod. Paſſeratii Memmiano recepit Broukhuſius, & bene illuſtravit. quod & in primo Vaticano legitur, & ſic conjecerat Marklandus. Sed neque *arguto* placebat Heinſio, quia mox ſequitur v. 30. *Cogor ad argutas dicere ſolus aves.* neque valde id mihi blanditur. an forte *aſtuto dolore*? quod *ficta* ſuadere videntur. ut *fictum aſtutumque* jungit Horatius Lib. I. Sat. 3. 63. ſic *aſtutos Getas* vocat Lib. IV. El. 5. 44.

Quum ferit aſtutos comica moecha Getas.

27. *Pro quo, Dî, vivi fontes,*] ita ex Scaligeri emendatione, quam e tripode deductam dicit, edidit Broukhuſius, quum *divini fontes* in plurimis codd. & edd. vetuſtis legeretur. ſic certe in binis Leidenſibus, quatuor Voſſianis, utroque D'orvill. & duobus meis codd. exaratur, nec non in Borrichiano, Groningano, codd. Regiis & Colbert. Askewiano. & primis, eaſque ſecutis aliis editionibus. *divinos & ſacros fontes* veteribus dici, quod negaverat Scaliger, ex Inſcriptionibus antiquis oſtendit Broukh. & abunde alii docuerunt. vide Patrui mei notas ad Ovid. III. A. A. 452. & Ciofani ad Lib. II. Met. 464. Jacobus vero Gronovius ad Tacit. IV. Hiſt. 52. excogitaverat *Pro quo Dî, rivi, fontes.* quod merito rejecit Patruus meus ad illud Virg. III. Aen. 442. *Divinoſque lacus, & Averna ſonantia ſilvis.* Gruteri ingenium exſculpſit, *Pro quo Clitumni fontes,* & v. ſeq. *Et datur in culto tramite.* qui *culto* interpretatur trito, celebri, frequenti, ut *adſiduo tramite* Lib. III. El. 14. v. 26. eum vide Lib. I. Suſpicion. cap. 15. infeliciter ſane. *inculto tramite* ſatis vindicatur ex Tibullo Lib. I. El. 1. 62.

Et te dum liceat teneris retinere lacertis,
Mollis in inculta ſit mihi ſomnus humo.

ubi idem Gruterus divinaverat *Mollis & in culta,* eodem ſenſu, cujus inventi propter alia longe majora Gruteri in literas beneficia jure illic viro egregio gratiam facit Broukhuſius. in aliis *Mollis & in nuda,* unde Douſa Fil. *Mollis & in dura* fecerat. Omnium ineptiſſime Palmerius hunc locum corruptiorem reddidit tentando, *Pro quo, o Di, vinum fontes,* cujus & Scaligeri emendationem refutavit Paſſeratius. *Pro quibus & vivi fontes* conjecerat Francius. Sed *fontes* quoſcumque, & multo magis *Clitumni fontes,* ab hoc loco maxime alienos arbitror. queritur enim poëta, ſe pro injuria toties a Cynthia accepta & patientia ac fide ſua nihil aliud retuliſſe, quam, ut in aſperis, frigidis, & incultis locis ſomnum humi capere cogatur, frequenti poëtis expoſtulatione. Vidit hoc N. Heinſius, qui in notis ad Propert. pag. 673. conjecit, *Pro quo dumoſi,* vel *devexi,* aut *continui montes.* ex quibus conjecturis *dumoſi montes* prae ceteris adrident. nam ſic *dumoſa rupes* Virg. Ecl. 1. 77. pro ſpinoſa & rigida. *dumoſa ſaxa,* & ſimilia, ſaepe apud poëtas, ſed locis per librarios paſſim corruptis. Ovid. X. Met. 535.

Per juga, per ſilvas, dumoſaque ſaxa vagatur.

Auctor Culicis v. 47.

Jam ſilvis, dumiſque vagae, jam vallibus abdunt
Corpora.

vide quae notavi ad Diras Catonis v. 78. Tom. II. Anth. Lat. p. 664. *duros montes* noſter vocat infra El. XX. 13.

Nec tibi ſit duros montes, & torrida ſaxa,
Galle, neque expertos ſemper adire lacus.

Vidit hoc etiam Marklandus, qui in margine ed. Graevianae, cui notulas ſuas adleverat, conjiciebat forte *Pro quo, Dî, nudi montes* ſubſtituendum eſſe. quod ſua non deſtituitur elegantia. *nudi* enim *montes* ſunt nullo gramine obducti aut veſtiti. *nudus Haemus* Statio Lib. V. Th. 16. *nudus arboris Othrys* Ovidio XII. Met. 512. *nudi ſine fronde ſine arbore campi,* Lib. III. Triſt. 10. 75. *nuda humo recumbere* eidem recte vindicavit Heinſius Epiſt. XIV. 100. venuſtam quoque eſſe interjectionem *Dî,* eaque Graecos etiam ſaepe uſos in indignatione vel admiratione, notaverat Marklandus, adſcripto Luciani loco ex Dial. Trit. & Nereid. p. 258. ὁρᾷ τὴν Ἀνδρομέδαν, &c. καλλίστην, ὦ θεοὶ, καθειμένην τὰς κόμας. & p. 266. πολλῶν γε, ὦ θεοὶ, καὶ μεγάλων κτημάτων. Catullus Carm. I.

Doctis, Jupiter, & laborioſis.

 Ovi-

Et quodcumque meae poſſunt narrare querelae,
Cogor ad argutas dicere ſolus aves.
Sed qualiſcumque es, reſonent mihi CYNTHIA ſilvae,
Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacent.

ELEG.

Ovidius Epiſt. XVIII. 102.

Oſcula (Di!) magnum trans mare digna peti.

ut legebat, pro *Di magni!* ubi tamen vide Heinſ. qui vulgatam adpoſitis exemplis recte adſtruit.

29 *meae poſſunt narrare querelae*] *iterare* Heinſius in ora ed. Ald. ſeq. verſu *Cogor & argutas* in ſecundo Leid. codd. Regg. Heinſiano, & meo priore. *Cogor argutas* in Mentel. & primo Leid.

31. *reſonent mihi* CYNTHIA *ſilvae,*
Nec deſerta tuo nomine ſaxa tacent]

ſic edidit Broukhuſius. *reſonent* Leid. ſec. tres Voſſiani, Excerpt. Scalig. Mentel. Borrich. Groning. Regii, Colbertini, uterque D'orvill. & meus alter codex, neque aliter in primis edd. & Aldinis, Colinaei, Rovill. Gryph. aliiſque. *reſonant* tamen, & v. ſeq. *vacant* Scaliger, & Marklandus. *tibi* praeterea in duobus Leid. quarto Voſſ. Neap. & primo, ſecundo, ac quinto Vaticano, Colotiano, primo meo codice, iiſdemque vetuſtis edd. *mea Cynthia* in Excerptis Modii. *reſonent te, Cynthia, ſilvae* Guyetus. vid ſupra ad v. 21. deinde *Ne deſerta* in Excerptis Modii ſeu Groning. *vacent* in Menteliano, Leidenſibus, Voſſianis, D'orvillii binis, meo utroque, & primis edd. ceteriſque. & ſic codices Regii & unus Colbertin. in altero *jacent*, quod & in Neapol. mihi *vacent* & *reſonent* auctoritate tot codd. & priſcarum edd. recipiendum videtur. & hoc longe praeferebat Cel. Hemſterhuſius, qui in Animadverſionibus ſuis, rejecta lectione *tacent*, a Broukhuſio ingeſta, duplicem loci hujus interpretationem proponit, vel ut deſertae atque aviae rupes nomen Cynthiae ſaepius a Propertio ingeminatum reddant & repercutiant. cui expoſitioni favet illud Ariadnes apud Ovid. Ep. X. 22.

Interea toto clamanti litore, Theſeu,
Reddebant nomen concava ſaxa tuum.

vel potius hoc ſenſu: nec deſerta ſaxa fidem amoris mei teſtatura nomine tuo inſcripto careant. quam in rem Callimachi Epigramma, a Scaligero ad v. 22. hujus Elegiae prolatum, poſthabita Bentleji conjectura, veriſſima reſtituit emendatione, quae, collata etiam Ariſtaeneti Epiſtola, olim Pierſonio, juveni, dum fata Deuſque ſinebant, eruditione, vulgarem modum ſupergreſſa, magna quaevis pollicenti, in mentem venerat, & Cl. Erneſtio adeo probata eſt, ut in contextum Epigrammatis Callimachi repoſuerit. & huc referri poteſt veterum mos, quo amicorum abſentium vel relictorum nomina ſaxis inſcribebant, memoriae & amoris teſtandi cauſſa. de quo vide D'Orvill. ad Chariton. pag. 532. His itaque rationibus & antiquorum codicum primarumque editionum conſenſu veterem in Propertio ſcripturam, repudiata Broukhuſii mutatione, revocavi. *vacent* enim veriſſima lectio eſt, de quo verbo vide quae notavi ſupra ad Eleg. XIII. v. 2. *tacent* quidem, ut Broukhuſius voluit, non diſplicebat Francio, ſed difficultatem vidit, quia addiderat, ſed quid fiet *tuo nomine*?

ELEG. XIX.

Non ego nunc triſtes vereor, mea Cynthia, manes,
Nec moror extremo debita fata rogo.
Sed ne forte tuo careat mihi funus amore,
Hic timor eſt ipſis durior exſequiis.
Non adeo leviter noſtris Puer haeſit ocellis,
Ut meus oblito pulvis amore vacet.
Illic Phylacides jucundae conjugis heros

Non

Eleg. XIX. v. 2. *Nec moror extremo debita fata rogo*] *facta* in Menteliano, primo Leid. & tertio Voſſ. obvia aberratione. *fata debita*, male a librariis ſaepe in *dedita*, vel *didita*, permutata, eleganter dicuntur. ut apud Valer. Fl. lib. V. 21. *nec debita fata movebant*. quod proprium hac in re verbum illic Patruus meus aliis firmavit exemplis. *debita conjux*, fatis deſtinata, Ovidio Epiſt. VII. 103. ubi *dedita* ex nonnullis MSS. placebat Heinſio. ut apud Claudian. I. in Eutrop. 45. idem Heinſius praetulit, *cunabula prima cruentis Dedita ſuppliciis*. pro *Debita*. ubi tamen mallem *Debita* a fatis adſignata exponere. ut Lib. I. in Rufin. v. 371. *jam debitus ultor Imminet*. vulgatae tamen apud Ovidium lectioni deinde adquievit Heinſius, & recte. XIII. Met. 54. *Debita Trojanis exercet ſpicula fatis*. quo loco *Dedita* etiam in nonnullis codd. Virg. VIII. Aen. 375. *Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges Debita* quae Servius exponit *fataliter ad exitium deſtinata*. Horatius A. P. 63. *Debemur morti nos noſtraque*. apud Lucanum quoque Lib. VII. 35. conjecerat Heinſius, *Hoc ſcelus haud umquam fatis debere putavit*. pro *haerere*. Lib. VIII. 415. *jam pridem debita fatis Aſſyriis*. ubi *dedita* etiam in aliis codd. *nec moror fata* hic notat, non diu vivendo fata differre opto. ut Dido priore Ovidii loco, *Nulla mora eſt, venio, venio tibi debita conjux*. vide Patrui notas ad Virg. II. Aen. 647.

3. *tuo careat mihi funus amore*] *honore* Heinſius, forte quia *amore* mox ſequitur. vide ſupra ad Eleg. XVII. 20. *tibi funus* in Borrich. Heinſiano, & meo primo cod.

5. *Non adeo leviter noſtris Puer haeſit ocellis*] *noſter* in Menteliano, Heinſiano, quatuor Voſſianis, Regiis & Colbertinis, meo utroque, primis, aliiſque vetuſtis edd. ſed *noſtris* in tribus Vaticanis, Colotii Excerptis, reliquiſque codd. pro *haeſit* in Voſſ. tertio, Groning. & MS. Gebhardi *exit*. quod ille probavit & abſurde expoſuit. *egit* in Excerptis Modii. *tacet* pro *vacet* in eodem Gebhardi codice. de quo vide ad El. praec. v. ult.

7. *Illic Phylacides jucundae conjugis heros* & ſeqq.] Miror tot Propertii interpretes & conjecturarum fertiliſſimum N. Heinſii ingenium non offendiſſe *Illic* hoc verſu perperam poſitum, quum nulla loci alicujus, vel inferni, quod hic requirebatur, praeceſſerit mentio, & ad ſuperiora referri non poſſit *Illic*, adeoque huc irrepſiſſe certus ſum ex ſequentibus v. 11 & 13. *Illic quidquid ero* &c. *Illic formoſae* &c. ubi eleganti repetitione ad *caeca loca*, ſeu ſedes Averni, quae v. 8. memorantur, reſpicit. Non dubito itaque hic emendandum eſſe,

Ille & *Phylacides jucundae conjugis heros*
Non potuit caecis inmemor eſſe locis.

jactat enim Propertius praeced. verſu amorem ſuum etiam poſt fata duraturum, & hanc conſtantiam fidemque poſt obitum perennantem confirmat exemplo *illius etiam herois* Proteſilai, qui apud inferos uxoris Laodamiae non oblitus, & ab ea viciſſim ſic amatus eſt, ut vel ipſe, vel uxor, a Diis *unum diem*, ſive, ut Hyginus tradit, *tres horas* inpetraverit, quo ad conjugem rediret. patet igitur, magnam rei elegantiam & vim addere, *Ille & Phylacides*. nam, ut notat

dit,

Non potuit caecis inmemor eſſe locis.

Sed

Servius ad Virg. X. Aen. 677. *antiqui* Ille *vel magnitudini, vel nobilitati adſignabant.* ſic Lib. II. El. 7. v. 17.

Ille *etiam abrepta deſertus conjuge Achilles*
Ceſſare in thecis pertulit arma ſua.

ubi vid. Broukhuſ. ibid. v. 26.

Fortem illum *Haemoniis Hectora traxit equis.*

& cum repetitione El. I. huj. Lib. v. 12. & 13. de Milanione:

Ibat & hirſutas ille *ferire feras.*
Ille *etiam Hylaei percuſſus vulnere rami* &c.

quin & de Jove ipſo Lib. II. El. 13. 53.

Perjuras tunc ille *ſolet punire puellas.*

plura non addo, quia elegantiam voculae *ille*, ſi inſignis viri mentio fiat, larga ſatis manu illuſtrarunt Broukhuſ. ad Tibull. I. 4. 19. & Heinſ. ad Virg. VII. Aen. 110. ad hanc vero Proteſilai fabulam referendus Statii locus, corruptiſſime olim editus, &, valde vexatus, Lib. V. Sylv. 3. 272.

Si chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit Averno
Cauſſa minor, ſi Theſſalicas Admeton in oras,
Si conjux retro Phylaceïda retulit umbram,
Cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua Manes,
Aut mea.

ſic emendavit, & in contextum recepit Marklandus, quum in antiquis & aliis edd. corrupte vulgaretur *Silva una retro*, vel *una tetra.* ſed a veſtigiis vetuſtae lectionis minus recedere videtur conjectura Heinſii, tam in libri ſui margine, quam in notis ad Ovid. Epiſt. XIII. 25. & ad Lib. I. Faſt. 287.

Si lux una retro Phylaceïda retulit umbram.

unius enim diei commeatum obtinuiſſe Proteſilaum ab inferis redeundi ad Laodamiam, praeter Lucianum in Dialogis Mortuorum, confirmat idem Statius Lib. II. Sylv. 7. 121.

Unum, quaeſo, diem Deos ſilentum
Exores.

& eo adludens noſter Lib. IV. El. 7. 26. *Unum inpetraſſem, te revocante, diem.* tres vero *horas* tantum ei indultas, ut in his variant Mythographi, ſcribit Hyginus fab. 103. & 104. locis a Broukhuſio productis adde quae notavit Micyll. ad Ovid. III. A. A. 17.

Reſpice Phyllaciden, & quae comes iſſe marito
Fertur, & ante annos occubuiſſe ſuos, &c.

quem imitatus eſt Claudian. in Laud. Seren. v. 150.

Laodamia ſequens remeantem rurſus ad umbras
Phylaciden, & prona ruens Capaneïa conjux
Communes ardente viro mixtura favillas.

in verſu autem Statiano, in quo conſtituendo valde aeſtuat Marklandus, res nondum ad liquidum deducta eſt. & forſan ex veſtigiis vulgatae lectionis *Silva una retro*, admittenda eſt juvenis eruditiſſimi Laur. Santenii conjectura,

Si Stygis unda *retro Phylaceïda retulit umbram.*

cui non diſſimile eſt illud Ovidii Lib. II. A. A. 41.

Per Styga detur iter, Stygias tranabimus undas;
Sint mihi naturae jura novanda meae.

ubi male in nonnullis codd. *tranſibimus.* alterum enim firmatur ex Albinov. ad Liviam. v. 432.

Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.

quod autem Broukhuſius in loco Minucii Felicis cap. XI. circa fin. ubi nunc legitur, *quis unus ullus ab inferis vel Proteſilai ſorte remeavit, horarum ſaltem permiſſo commeatu*, obſervet aliquid excidiſſe, ultro adſentior, ſed quod ſuppleat, *horarum ſaltem paucarum*, melius forte eſſet, ſi ex ultimis literis praecedentis vocis *ſaltem* eliciamus *horarum ſaltem trium permiſſo commeatu.* ut in locis Hygini. & ſic video conjeciſſe Daviſium, a quo tamen diſſentit ultimus editor Lindnerus, ellipſin ſtatuens pro *aliquot horarum.* nimium certe recedit Broukhuſii *paucarum*, qui tamen propterea non merebatur adeo ruſticum a Gronovio inſultum, ut horribili nota tam ferociter traduceretur, & *quidam*, vel, ut in Addendis, *ingens ille quidam*, pro Jacobi illius elegantia, vocaretur. Ceterum *Phylacides* prima producta non tantum Propertius, & ubique Ovidius; ſed & Claudianus, & Sabinus Epiſt. I. v. 67. poſuerunt, ſed *Phylaceïda umbram* prima correpta in loco Statii, & *Phylaceïa conjux* Ovidio V. Triſt. 14. 39. *Ut vivat fama conjux Phylaceïa.* vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIII. 35. ita autem dictus eſt Proteſilaus ab avo Phylaco, Iphicli patre, non vero ab urbe Phylace, quam condidit Phylacus primus, Deionis filius. vide Micyll. ad Ovid. II. A. A. 356. & Patrui mei Catalog. Argonaut. in *Iphiclus alter.*

Sed cupidus falſis adtingere gaudia palmis
Theſſalis antiquam venerat umbra domum.
Illic, quidquid ero, ſemper tua dicar imago,
Trajicit & fati litora magnus amor.

Illic

9. *Sed cupidus falſis adtingere gaudia palmis*] forte imitatur illud Virgilii IV. G. 498. de Eurydice Orpheum nequidquam amplectente,

> —— *feror ingenti circumdata nocte,*
> *Invalidaſque tibi tendens, heu non tua, palmas.*

& de eadem Ovidius Lib. X. Met. 57. & ſeqq.

> *Flexit amans oculos, & protinus illa relapſa eſt;*
> *Brachiaque intendens, prendique & prendere certans,*
> *Nil niſi cedentes infelix adripit auras.*

ſed *cupidus* & *Theſſalis umbra* vix convenire videntur. Itaque *cupido adtingere* forte praeſtaret. de quo ablativi abſoluti, ut vocant, vario uſu vid. J. F. Gronov. ad Liv. I. 41. Graev. ad Cic. II. agrar. 3. Cortium ad Salluſt. Catil. XLI. Comment. ad Suet. Oth. 7. ad Martial. IX. 104. & Periz. ad Sanct. Lib. IV. 4. p. 619. praeterea Broukhuſius curis ſecundis conjecerat *falſis ſua tangere gaudia palmis*, cenſens, ultimam literam in *falſis* abſorpſiſſe illud *ſua*, cujus vocis primum elementum verbo ſequenti *adtingere* adhaeſerit. idque eo magis, quia poëtae, ubi de amica vel conjuge agunt, ſemper *ſua*, *mea*, vel *tua* adjungunt. ſed propter *palmas* poteſt etiam de amplexu intelligi. verſu ſeq. *Theſſalus* in codd. Regiis, altero Colbert. Heinſiano, meo priore, & primis edd. ſed recte *Theſſalis umbra*, de Protiſilao, vindicat Broukhuſ. ut *Mygdonis umbra* Epitaphio egregio Hectori agitatori a Domitilla ſcripto, quod editum T. II. Anth. Lat. pag. 264. *Phylaceïda umbram* vocat Statius d. l. male igitur Fruterius de magica intelligebat. pro *venerat* in Voſſ. primo, & altero meo cod. *verberat*. in ed. Volſci *noverat*. *antiquam domum*, Laodamiae nempe, quam ſaepe adierat. Catullus Carm. LXIX. ad Mallium,

> *Conjugis ut quondam flagrans advenit amore*
> *Proteſilaëam Laodamia domum.*

niſi quis *ad Stygiam domum* emendare velit, & intelligere de domo Avernali, quam jam incoluerat, ſed poſtquam apud ſuperos Laodamiam falſis, ſeu eluſis, manibus amplecti voluiſſet, ipſe umbra Theſſalis, in ſedes infernas reductus fuit a Mercurio. adeoque *venerat* hic pro *redierat* capiendum eſſet. vel *venerat* eo ſignificatu, quo de morte & Fato proprium eſt. de quo v. Broukh. ſupra ad El. XIV. v. 14. & quae notavi ad Auctorem Copae v. ult. in fine Tom. I. Anth. Lat.

11. *ſemper tua dicar imago*] *tua dicit imago* male in Regiis, altero Colbert. ſecundo Leid. & primis edd. forte non incommode legi poſſet,

> *Illic, quidquid ero, ſemper tua dicar imago,*
> Trajiciet *fati litora magnus amor.*

quidquid ero, quodcumque de me fiet. Ovid. in Ibin v. 153.

> *Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris.*

tua dicar imago tenerrimi affectus indicium praebet, quo adfirmat, poſt mortem non ſui imaginem, ſed Cynthiae, in qua vivebat, ſe futurum. cum loco Homeri contulit eruditus Britannus in Miſcell. Obſ. Vol. II. Tom. I. p. 100. Broukhuſius *imaginem* exponit ex veterum ſuperſtitione, qua credebant tenues corporis defuncti ſpecies, quae ſimulacra & imagines dicebantur, ad inferos deſcendere, & illic obambulare, firmatque adpoſito Servii loco ad illud Virg. IV. Aen. 645. *ſub terras ibit imago.* eo certe ſenſu etiam Lib. VI. Aen. 292.

> *Et, ni docta comes tenues ſine corpore vitas*
> *Admoneat volitare cava ſub imagine formae.*

vide notas Gebhardi p. 154. qui haec illuſtrat Heliodori loco Lib. I. pag. 5. ed. Commel. ubi Theagenes fere exſpirans ad Charicleam: ὐκ ἀνέχῃ δ᾽ ὅλως, ὐδὲ μετὰ θάνατον ἀποστατεῖν ἡμῶν, ἀλλὰ φάσμα τὸ σὸν καὶ ψυχὴ τὰς ἐμὰς περιέπει τύχας. & haec pluribus optime illuſtravit Delrius Comment. ad Senecae Herc. Oet. v. 1959. pag. 358. 359. Mihi videtur Propertius toto hoc diſticho continuare adluſionem ad Laodamiam & Proteſilaum, cujus *amor fati litora trajecit*, ſeu Stygias paludes remeavit, quum

Illic formoſae veniant chorus heroinae,
Quas dedit Argivis Dardana praeda viris.
Quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma
Gratior: & Tellus hoc ita juſta ſinat.

Quam-

ex inferis ad conjugem redeundi facultatem accepiſſet, ſed poſtquam domum Erebi repetiiſſet, Laodamia *imaginem*, ſeu *ſimulacrum Proteſilai in thalamo poſuit*, idque *colere*, *amplecti*, & *oſculari* non deſtitit, quod cum pater ejus Acaſtus reſciviſſet, effigiem Proteſilai, pyra facta, juſſit conburi, in quam ſe conjecit Laodamia, & ſimul exuſta eſt. ut refert Hyginus fab. 104.

13. *Illic formoſae veniant chorus heroinae*] *Illinc* in Mentel. Palat. & primo Leid. *Illuc* Voſſ. quartus. ſic apud Juvenal. Sat. II. 159. de inferno: *Illuc heu miſeri traducimur.* ubi in duobus MSS. Pulmanni, aliiſque *Illic.* eleganti enim uſu *Illic*, pro, apud inferos, paſſim a Latinis Graeciſque ſcriptoribus, a verbo duriore abſtinentibus, poni notaverat Marklandus; indicatis locis Ariſtophan. Ranis v. 82. Euripid. in Medea v. 1075. Sophoclis Ajac. Flag. p. 57. & Antig. p. 203. & Latinis poëtis adde illud Ovidii XIII. Met. v. 25.

Aeacus huic pater eſt, qui jura ſilentibus illic
Reddit, ubi Aeoliden ſaxum grave Siſyphon urguet.

& Tibulli de campis Elyſiis Lib. I. El. 3. 65.

Illic eſt, cuicumque rapax mors venit amanti.

veniat chorus minus bene in Borrich. Voſſ. pr. Dorvill. ſecundo, & meo. *vernant* in Exc. Colot. & primo Vatic. quam lectionem multis exemplis ſtabilivit Paſſeratius, nullum tamen codicem MS. aut editionem indicans, unde eam hauſerit. *veniant* enim in ceteris omnibus libris ſcriptis, & edd. vetuſtis.

14. *Quas dedit Argivis Dardana praeda viris*] ex hoc loco non dubito Francium reponere voluiſſe apud Ovidium Epiſt. I. 26.

Ponitur ad patrios Dardana praeda Deos.

pro *barbara praeda.* licet alterum adhaereat Euripidi, quem forte imitatus eſt Naſo, in Electra v. 7. ubi de Agamemnone,

Ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος, ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
Ναῶν τέθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.

eadem mutandi cupidine viciſſim aliquis hoc loco *barbara praeda* ſubſtituere poſſet. ſed codicum conſenſum ſequi praeſtat. nam hae voces ſaepe conmutantur in MSS. vide notas ad Ovid. XIV. Met. 574. ubi legebat Heinſius,

——— *poſtquam Dardanus ignis*
Abſtulit.

pro vulgata lectione *barbarus.* Rutilius Lib. I. Itin. v. 144. *Impleat Auguſtos barbara praeda ſinus.*

15. *Quarum*] *Harum* legebat Heinſius.

16. *& tellus hoc ita juſta ſinat*] locus manifeſtam corruptelam prae ſe ferre videtur, & aeſtuat valde Paſſeratius, ut *juſtam tellurem* exponat benignam ac propitiam, vel quia omnibus paret, aut communis hominum mater ſit. Volſco exponebatur; Tellus, quae ante diem nos perimat, & male alios inferna loca intelligere notavit. Broukhuſius *tellurem*, quae deos manes continet, interpretatur. reliqui altum ſilent. & his tacentibus etiam piſcis inſtar mutus eſt interpres Delphinicus. parentheſi haec verba includit Ayrmannus. Marklandus adſcripſerat ex Ovidii Ibide v. 168.

Reſpuet inviſum juſta cadaver humus.

Vulpius hunc ſenſum adfingit, Tellus nolit mihi ſuccenſere, ſi te unam omnibus priſcis heroinis antepoſuero. Haec quam contorta ſint, non opus eſt multis oſtendere. Adſentior Heinſio, qui in voce *tellus* latere ulcus fuit odoratus. ſed licentiae Criticae nimis indulſit conjectando, *& ſcelus hoc ne Cytherea ſinat.* ut ita ſcriptum fuerit, & hinc *ita* venerit, omiſſo *ne.* certe illud *ita* hic valde friget. ſed *juſta* non rejiciendum videtur. Molliori itaque curatione locum hunc adfectum ſic

Quamvis te longae remorentur fata ſenectae,
  Cara tamen lacrimis oſſa futura meis.
Quae tu viva mea poſſis ſentire favilla,
  Tum mihi non ullo mors ſit amara loco.

Om-

ſic ſanare tentabam,

Quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma
  Gratior, & Venus *hoc*, ſi Dea juſta, *ſinat.*

nam ex *ita* elicere *ſi dea*, non violenta certe medicina eſt: & ideo *ſi Dea juſta*, apto colore poëtico inſeretur, quia formoſis invidioſa Dea eſt. ſic enim Lib. II. El. 21. 12.

Num ſibi collatam doluit Venus? illa peraeque
  Prae ſe formoſis invidioſa Dea eſt.

ſic enim recte praetulit D'Orvill. ad Charit. p. 616. pro *Semper formoſis*, ut aliis placebat. & plura de Dearum in formoſas invidia notavit. hinc Helena Parridi reſcribit apud Ovid. Epiſt. XVII. 126.

Contenta eſt oculis hominum mea forma probari,
  Laudatrix Venus eſt invidioſa mihi.

Cynthiae igitur adfirmat Propertius, ſe antiquis, quae apud inferos ſunt, heroinis, quamlibet formoſis, illam tamen, vel ipſa Venere judice & probante, anteferre. ſupra El. IV. v. 5.

Tu licet Antiopae formam Nycteïdos, & tu
  Spartanam referas laudibus Hermionen.
Et quaſcumque tulit formoſi temporis aetas,
  Cynthia non illas nomen habere ſinet.

& Lib. II. El. 21. 27. ſeqq.

Quod ſi forte tibi properarint fata quietem,
  Illa ſepulturae fata beata tuae.
Narrabis Semelae, quo ſis formoſa periclo,
  Credet & illa ſuo docta puella malo.
Et tibi Maeonias inter heroidas omnes
  Primus erit, nulla non tribuente, locus.

18. *Cara tamen lacrimis oſſa futura meis*] *oſſa* hic Heinſio valde diſplicebant, & ideo legebat,

Cana *tamen lacrimis* cauſſa *futura meis.*

ut ad Cynthiam referatur, adſcripto loco ex Lib. II. El. 13. 22.

Atque una fieret cana puella domo.

vel, ſi *oſſa* retineas, conjecerat,

Sparſa *tamen lacrimis oſſa futura meis.*

ſed *ſparſa lacrimis oſſa futura*, pro *oſſa lacrimis ſpargentur*, quis ferat? *lacrimis tuis* revocandum puto ex aliis edd. nam ad Propertii cineres haec potius referenda, ſuadent ſequentia, in quibus vereri videtur, ne Cynthiae propinqui eam a buſto ſuo abſtrahant, & invitam lacrimas ſiccare cogant. certe *cara lacrimis tuis*, ſive *meis*, *oſſa* hic valde obſcura ſunt. ſuperiore verſu *longa ſenecta* malebat Francius.

19. *Quae tu viva mea poſſis ſentire favilla*] Locus ſatis adhuc obſcurus. *Qua tu viva* in duobus Leidenſ. quatuor Voſſianis, binis D'orvill. meo utroque, Askewiano, & primis aliiſque vetuſtis edd. Paſſeratius, quum in veteribus libris reperiſſet *Quae ſine te me poſſis*, inde legendum conjecit,

Quae ſine te viva poſſim ſentire favilla.

Ayrmannus vero,

Quod ſi viva meas poſſis ſentire favillas.

cui favent Excerpta Modii, in quibus habetur,

Quae tu viva meam poſſis ſentire favillam.

infra El. XXI. 6.

Sic te ſervato poſſint gaudere parentes,
  Haec ſoror Acca tuis ſentiat e lacrimis.

minus certe hic mihi adridet diſtinctio Heinſii in notis ad Propert. p. 674.

Quae mea dum viva poſſis ſentire favilla
  Te, mihi non ullo &c.

ut *te viva* conjungantur. Recte autem me feciſſe opinor, quod *viva* huc revocaverim, quae lectio a tot codicibus & vetuſtis edd. confirmatur. Nam quod Broukhuſius ediderit, *Quae tu, vita, mea*, in eo conjecturam Aurati ſecutus eſt, eamque auctori invexit, cujus emendationem, nullius codicis conſenſu ſuffultam, etiam inprobabat Cl. Hemſterhuſius, cui *viva* majorem hic vim habere vi-

Quam vereor, ne te contemto, Cynthia, buſto
Abſtrahat a noſtro pulvere iniquus amor.
Cogat & invitam lacrimas ſiccare cadentes.
Flectitur adſiduis certa puella minis.

Quare,

videbatur, quia *longae fata ſenectae* paullo ante, & *favillae* ac *mortis* Propertianae hoc diſticho clarior eſt oppoſitio. pro *loco* ſeq. verſ. *rogo* in Menteliano, priore Leid. Heinſiano, Borrichiano, & primo meo codice.

21. *Quam vereor, ne te contemto, Cynthia, buſto*] *contente* in primo Leidenſi. *contentae* in Mentel. *contemto buſto* eſt vili, plebejo. ſic enim Lib. II. El. 10. v. 19. uſque ad v. 26. exſequias ſibi optat tenues & vulgares, *buſtumque exiguum.* v. 33.

Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto,
Quae tegat extincti funeris umbra locum.

Lib. III. El. 1. 37.

Ne mea contemto lapis indicet oſſa ſepulcro.

Horatius Lib. III. od. 16. 25.

Contemtae dominus ſplendidior rei.

vide Patrui mei Comm. ad Phaedr. Lib. I. fab. 12. 1.

22. *Abſtrahat a noſtro pulvere*] ſic Mentel. Heinſian. Borrich. aliique codd. *e noſtro* tres Voſſiani, Groning. & uterque D'orvill. ut edidit Aldus, pro *pulvere* Heinſius *funere.* ſed vulgatam non ſollicito. ſupra El. XVII. 23.

Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,
Tum mihi non ullo pondere terra foret.

23. *Cogat & invitam lacrimas ſiccare cadentes*] *Cogar & invitas* in Voſſ. primo, & altero meo cod. *invitas* etiam male in cod. Colbert. pro *cadentes* tentabam aliquando *calentes lacrimas.* ſed nil muto. Ovid. II. ex P. Ep. 3. 84.

——— *moeſtiſque cadentes*
Excepit lacrimas Aethalis Ilva genis.

& ſaepe aliis in locis. *caducas lacrimas* dicit Lib. IV. M. 596.

——— *madefactaque terra caducas*
Excepit lacrimas, ac venis perbibit imis.

Lib. X. 509. *lacrimiſque cadentibus humet.*

24. *Flectitur adſiduis certa puella minis*]. ſic conſtanter in ſcriptis editiſque codicibus. Guyetus tamen *adſidua prece* legebat ex Tibullo Lib. III. El. 4. 76.

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas,
Vincuntur molli pectora dura prece.

Ovid. II. Met. 482.

Neve preces animos, & verba potentia flectant.

poterat & illud noſtri advocare ex Eleg. VIII. hujus Libr. v. 23.

Vicimus. adſiduas non tulit illa preces.

& ſic apud Lactantium in Argum. Met. Ovid. Lib. XI. 10. p. 779. *miſericordia Junonis, quam adſiduis precibus fatigabat.* ut recte ex MSS. reſtituit Munckerus, pro *ſuis* vel *ipſius precibus*, ut antea edebatur. Sed vulgatam loco movendam non opinor, & merito Guyeti emendationem rejecit Broukhuſius. per *adſiduas minas* intelligo propinquorum, matris puta, ſi erat, vel aliorum conſanguineorum minas, qui *iniquo amore* Cynthiam a tumulo & oſſibus Propertii abſtraherent, & diſcedere, atque invitam lacrimas ſiccare cogerent. *minis* etiam probabat Marklandus, adſcripta hac obſervatione: „ *Suſpicor hunc locum* „ *verſum eſſe ex aliquo poëta Graeco, ubi occurrebat* ἀπειλαῖς, *id eſt, promiſſis. utrumque enim* „ *ſignificat vox Graeca, unde noſter more ſuo hoc* „ *pro illo utitur, & interpretatus eſt* minis, *cum* „ *alter forte voluerit* promiſſis. *ſic Virg. II. Aen.* „ 96. Promiſi ultorem, & verbis odia aſpera „ movi. *& alibi*, plura minatus. *Scio hoc & aliis* „ *vocibus accidiſſe. ſic Lib. II. El.* 3. 13. Alter „ ſaepe uno mutat praecordia verbo. *ubi* praecordia *vocat* φρενὰς, *quae vox* iram *quoque ſignificat, & hanc voluiſſe Propertium, apparet ex alio* „ *loco, Lib. II. El.* 4. *v.* 15. Quam ſubito irati „ verbo mutantur amantes. *ſic & θυμὸς Graecis* „ *ſignificat* animum & iram: *unde poëtae nonnumquam* τῷ animus *utuntur pro* ira." dein vitioſe in ed. Colinaei *certe puella. certa puella* eſt, quamlibet conſtans & ſtabilis in amore.

Lib.

25. Quare, dum licet, inter nos laetemur amantes:
Non ſatis eſt ullo tempore longus amor.

ELEG

Lib. II. El. 25. 11.

Quid, ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet.

ſupra El. XIII. 6.

Certus & in nullo quaeris amore moram.

Lib. II. El. 19. 32.

Tu mea conpones, & dices, oſſa, Properti,
Haec tua ſunt: heu heu tu mihi certus eras.

Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 191.

Certus in hoſpitibus non eſt amor. errat, ut ipſi.

victa conjecerat Francius. poſſis etiam *recta puella.* quae moveri ſe & ab aliis flecti non patitur. ut Lib. II. El. 25. 46.

Deſpicit & magnos recta puella Deos.

ubi vid. Broukh. illic autem male in tribus codicibus *tecta puella.* pari variatione apud Cic. pro Dejotaro cap. 6. *Quis conſideratior illo, quis rectior? quis prudentior?* ubi *tectior* a Patricio exponitur callidior, vel delendum, aut *cautior* legendum cenſet. Sed Graevius *rectior* praetulit, & de homine in conſiliis capiendis promto & conſtanti, explicuit; quamvis verba illa *quis rectior* ex ſua editione ejecerit Cel. Erneſtus. ita *rectum* & *firmum hominem* jungit Lib. XII. ad Fam. Ep. 5. *Erat firmiſſimus Senatus, exceptis conſularibus, ex quibus unus L. Caeſar firmus eſt & rectus.* & *recti* in Republ. dicuntur viri de patria bene ſentientes, *recti* tenaces. & hinc *rectum* quidquid bonum & honeſtum eſt. ut *recta* & *honeſta* jungit Cicero Lib. I. de Offic. 24. Horat. Lib. IV. od. 4. 34.

Rectique cultus pectora roborant.

ubi vide Lambin. *rectus* autem & *certus* literis tranſpoſitis ſaepe in MSS. variantur. vid. erud. Interpretum notas ad Lucan. V. 417. & VII. 216. Grat. Cyneg. v. 7. Quintil. I. 6. p. 76. & Gronov. ad Senec. Oed. 987.

25. *Quare, dum licet, inter nos laetemur amantes*] verſus hic durus videbatur Francio. mollior forte ad ejus aures acceſſiſſet, ſi ita ſcripſiſſet auctor,

Dum licet, inter nos igitur laetemur amantes.

ut apud Ovid. III. A. A. v. 62.

Dum licet, & vernos etiam nunc editis annos,
Ludite, eunt anni more fluentis aquae.

ubi *Ludere* idem, quod hic *laetari*, eo ſenſu, quo *laetitia* noſter ſaepe utitur. vide ſupra ad El. XI. 24. ſed ejuſmodi numeros nonnullis ingratiores viſos, ſaepe praetulit poëta, quos fruſtra tranſpoſitione verborum mollire alii tentarunt, ut variis exemplis notavi infra ad Lib. II. El. 24. v. 9. ſuum itaque Propertio relinquamus genium. Amat autem noſter finem Elegiae, poſt alia, quae praeceſſerant minus laeta, voce hac *quare* abſolvere, propoſita ratione iſta corrigendi. ſupra El. V. v. penult.

Quare, quid poſſit mea Cynthia, deſine, Galle,
Quaerere, &c.

El. IX. in fine:

Quare, ni pudor eſt, quam primum errata fatere.
Dicere, qua pereas, ſaepe in amore levat.

& El. XVIII. extrema:

Quare, ne tibi ſit mirum me quaerere viles.
Parcius infamant. num tibi cauſſa levis?

E L E G. XX.

Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore,
  Id tibi ne vacuo defluat ex animo.
Saepe inprudenti fortuna occurrit amanti.
  Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.

5. Eſt

Eleg. XX.] Huic Elegiae, multis in locis olim perdite corruptae, feliciter emendandae inſudarunt Lipſius Lib. I. Antiq. Lect. cap. 4. Janus Rutgerſius Lib. III. Var. Lect. cap. 8. & poſt eos J. Fr. Gronovius Lib. III. Obſerv. c. 3. quia autem tota ad imitationem Graecorum conpoſita eſt, juvabit conferre Theocritum Idyll. XIII. Apollon. Rhodium Lib. I. 1207. & ſeqq. Orpheum in Argon. v. 641. ſeqq. & e Latinis paullo aliter narrantem Valer. Fl. III. 594. nam cui non dictus Hylas? Cum veteribus in certamen ingenii ad hunc Hylae raptum elegantiſſime deſcribendum multi quoque è recentioribus, praeſertim Italis, deſcendiſſe videntur. prae ceteris Jo. Jovianus Pontanus Lib. V. de Stellis pag. 102. Poëm. ed. Ald. Flaminius Lib. II. Carm. 6. Jo. Bapt. Amaltheus Elegia ad Lygdamum, pag. 76 — 78. e Gallis Rapinus Lib. III. Hortor. pag. 71. & ſeqq.& è noſtris D. Heinſius Monobibl. Eleg. V. ſed diverſo quiſque fictionis artificio. & hanc Elegiam innuit idem D. Heinſius eodem Monobiblo El. VI. ubi de Propertio:

Herculis aut magni raptos deducit amores,
  Opprobrium caſtis non leve Naïaſin.

de fabula ipſa vide Apollodor. Lib. I. Bibl. cap. 9. §. 19. & ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις Antonin. Liberal. cap. XXVI. Hygin. Fab. XIV. & quae notavit Barthius ad Stat. V. Theb. 443. Hylam ſiniſtro brachio tenere conſpicitur Hercules in Numo Juliae Domnae ΜΙΔΑΕΩΝ, inter Select. Numiſm. max. mod. Abbatis Fr. de Camps pag. 63. ut expoſuit Vaillantius.

v. 1. *Hoc pro continuo* &c.] *Haec* male Mentel. Regii, Borrich. aliique. nam *Haec* non admittit ſequens *Id.* licet utrumque *Hoc* & *Id* eodem diſticho cumulatum offendat. Itaque non diſplicet, quod in duobus Leidenſibus, & ſecundo ac tertio Voſſ. legitur,

At pro continuo te, Galle, monemus amore.

quam elegans ſit uſus τȣ̃ *At* initio orationis, cum quadam increpatione & admonitione, probabunt abunde, quae notavit Heinſius ad Ovid. Epiſt. XII. init. III. Amor. El. 7. v. 1. & quae dedi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 555. & ſeq. & *hoc*, ſequente *id*, diſplicuiſſe etiam Heinſio videtur, quia altero verſu *Fors tibi* conjecerat. pro *defluat* vitioſe in cod. Heinſiano, meoque primo *defleat.* niſi *deleat* voluerit librarius, quamquam *defluat* minime ſollicitandum ſit, quia aptiſſimum eſt verbum de illis, quae memoria elabuntur. ut bene hic obſervavit Paſſeratius. *effluere ex animo* Ciceroni VII. ad Fam. Ep. 14. *dabo operam, ut iſtuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo.* Catullus Carm. LXII.

Ne tua dicta vagis nequidquam credita ventis
  Effluxiſſe meo forte putes animo.

3. *Saepe inprudenti fortuna occurrit amanti*] *decurrit* in Mentel. & Heinſiano, primo Leid. Borrich. & meo priore. *currit* Voſſ. ſec. *fortunam occurrere* malebat Heinſius, quod vel referendum eſſet ad ſuperius, *monemus*, vel *fortunam occurrere dixerit Aſcanius.* ſed magis ex genio Propertii eſt, ut hic verſus veluti enthymema conſideretur, ſeu effatum, quo viciſſitudinis in re amoris admonet Gallum, idque exemplo Hylae Herculi erepti confirmat. *amori* in aliis. *amandi* Ayrmannus. *occurrit* vero, hic eſt adverſatur, infeſta eſt. vide notas Patrui mei ad Ovid. XIV. Met. 452. & ita capiendum in loco Quintiliani, ubi *occurrere* & *obſtare* conjungit, Lib. II. cap. 13. de ordinatione & mutatione aciei, *ſed mutabitur natura loci, ſi mons occurret, ſi flumen obſtabit, ſi collibus, ſilvis, aſperitate prohibebitur.*

4. *Crudelis Minyis dixerit Aſcanius*] *Minyis*, ſive Argonautis, reſtituerunt viri docti, ex corrupta

5. Eſt tibi non infra ſpeciem, non nomine diſpar
Thiodamanteo proximus ardor Hylae.

Huic

rupta codd. vett. ſcriptura, in quibus vel *nimius*, ut in primo Leid. Voſſ. ſec. & tert. Borrich. Colbert. Mentel. meoque priore. *minimus* in altero. *Minuis dixerat* codd. Regii. in aliis *duxerat*, ut in Ant. Perrej. codice, in cujus tamen margine a manu recent. *Minyis dixerit.* quam lectionem veriſſimam eſſe jam vidit Beroaldus. & ita reſtituendum monuit Scaliger tam in notis ad h. l. quam ad Catalect. p. 249. ſive ad Eleg. Virgilii ad Meſſal. v. 24. *Altera non fama dixerit ipſe prior.* vide Tom. I. Anth. Lat. 295. neque aliter cum Beroaldo legiſſe Auratum, codici ſuo adnotaverat J. Douſa, & *dixerit* expoſuiſſe, teſtis erit, teſtimonium perhibebit. male igitur Volſcus, Turnebus, & Fruterius *dux erit.* quod merito inprobavit Paſſeratius, & *dixerit*, pro teſtis erit, confirmabit, oportunis exemplis, e Propertio ipſo petitis, adſtruxit. & his accedat rectum J. Fr. Gronovii judicium tam in Obſervationibus, quam in Guſtu ad Statii Theb. II. 108. de hac igitur lectione non dubitandum eſt, neque de altera *Aſcanius.* nam humani aliquid hic paſſus eſt Muretus, cui *Aeſonius*, pro Jaſone, tam hoc loco quam infra v. 16. reponendum videbatur. *Aſcanius*, Bithyniae vel Myſiae lacus, qui *crudelis Minyis* dicitur, quia apud hunc amnem Hercules & reliqui Argonautae Hylam a Nymphis raptum amiſerunt. vid. Muncker. ad Hygin. fab. XIV. & Carrion. ad Valer. Fl. III. 596. qui *dux erit* male adfert, & refutat illos, qui *Aeſonius* legunt, Muretum cogitans. inde ab hoc Bithyniae lacu Aſcanio, infra v. 34. *Nymphis Thyniaſin* pro Bithynis. Aſcanium amnem ſeu fluvium hac in re memorat etiam Antoninus Liberalis cap. XXVI. ὁ δὲ παῖς Ὕλας ἔχων κρωσσὸν, ἦλθε πρὸς τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν, ὕδωρ ἀποίσων τοῖς ἀριστεῦσι. ille vero ſolum amnem Aſcanium nominat, ſed Hyginus fab. XIV. *Hylam in Myſia* (non *Maeſia*) *a Nymphis juxta Cion flumenque Aſcanium raptum* tradit. ubi Munckerus ex corrupto Servii loco, in quo legebatur, *apud fontem Calciamnis, cum aquatum iviſſet, a Nymphis raptus eſt*, reſtituebat *Aſcanii amnis.* niſi illic praeferenda ſit optimi & eruditiſſimi Henr. Verheyckii conjectura in nuperis ad Antonin. notis, *Ciani amnis.* quia Κίος & fluvius & urbs Myſiae eſt. Apoll. Rhod. Lib. I. 1177.

Τῆμος ἄρ' οἵγ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης
Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

vid. Scholiaſt. Theocr. ad Id. XIII. v. 30 & 34. cui Idyllio v. 64. *Cianorum* nomen non minus feliciter, quam Apollon. Rhodio v. 1354. ejuſdem libri περ Ὕλαν pro Πιερύλαν, ut vitioſiſſime apud Etymologum legitur, reſtituit Cel. Valckenarius Epiſt. ad M. Röverum, ante Urſini Virg. cum Graecis collat. pag. 36. & in Cio inſula raptum Hylam ſcribit Scholiaſt. Ariſtoph. ad Plut. v. 1128. Quod autem Rutgerſius totum hoc diſtichon trajiciendum infra poſt v. 14. & legendum conſuerit,

Saepe inprudenti Fortuna occurrit amanti
Crudelis. Minyis dixerit Aſcanius.
Quae miſer &c.

viros eruditos ei conſenſuros dubito. & huc forſitan reſpexerit Gronovius Lib. III. Obſerv. c. 3. init. ubi Elegiam hanc Propertii recenſendam ſumens ſcribit, *eam a ſummis viris tractatam, nondum tamen ſatis intellectam, & hos nimium nimiumque ſibi indulſiſſe. Equidem nullam trajectionem verſuum admiſerim.*

5. *Eſt tibi non infra ſpeciem, non nomine diſpar*] *ſpecie* Heinſius, ut *ſpecie* & *nomine* jungantur, adeoque innuat Hylam Galli, ejuſdem nominis, ac formae fuiſſe, ac Hylam Herculis. *ſpecie non inferior* recte quidem dictum, negari nequit, ſed *infra ſpecie* pro *ſpeciem* ſine exemplo opinor. *infra ſpeciem* in altero meo cod. ſed *juxta* in marg. *ſpecimen* in Menteliano & primo Leidenſi. verſu ſeq. pro *Thiodamanteo* in primo Leid. & Voſſiano, *Terodamanteo.* in utroque ſecundo *Therodamanteo*, ut in meo altero cod. *Therodantheo* in Neapolitano. *Therodamantheo* in primis edd. ſed recte *Thiodamanteo* in ſecundo Dorvill. de Thiodamante, Hylae patre, vide Munckeri & Verheykii notas ad Antonin. Liber. cap. 26. qui auctor Ceyce natum ſcribit. cujus nomen Scholiaſtae Theocriti reſtituit Rutgerſius pag. 217. Var. Lect. notatque Propertium ſecutum eſſe Apollon. Rhod. qui Hylam etiam Thiodamantis filium facit. ut Servius ad Virg. Ecl. VI. 43. & Probus ad Lib. III. Georg. v. 6.

Huic tu, ſive leges umbroſae flumina ſilvae,
Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes:
Sive Gigantea ſpatiabere litoris ora,
Sive ubicumque vago fluminis hoſpitio:
Nympharum ſemper cupidas defende rapinas.

Non

7. *Huic tu, ſive leges umbroſae flumina ſilvae*] *Huic tu* ex Aurati emendatione edidit Broukhuſius, ut in margine ed. Ald. etiam conjecerat Heinſ. & legendum eſſe monuerunt Livinejus ac Gronovius, & *Huic defende cupidas Nympharum rapinas* connectenda eſſe. male enim Paſſeratius *Hunc* tuetur, legitque *cupida rapina*. *Nunc* in duobus Leid. primo quartoque Voſſ. & priore Dorvill. ut in primis aliiſque vetuſtioribus edd. fuerat excuſum. *legis* in Leidenſi ſecundo, codicibus Regiis, & primis edd. ſed reliqua viris doctis ſuſpecta propter *umbroſae ſilvae* epitheton nimis generale, in quo latere nomen proprium *Theſprotae* conjecerat Heinſius, vel cum Scaligero reponendum *umbroſae flumina Silae*. nemus enim Brutiorum eſt *Sila*. de quo G. Fabric. & Heinſ. ad Virg. XII. Aen 715. ubi *Silae* hic quoque praetulit, & in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Sylloges pag. 303. lacum Aricinum indicari cenſebat Livinejus. ſed forte intelligitur Clitumnus, quod firmari poſſet ex Lib. II. El. 15. 25.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit.

& praeſertim ex ejuſdem libri El. 21. 23 ubi Anienen ſimiliter cum Clitumno jungit,

Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite, & aeternum Marcius humor opus.

& *nymphae Anienae* meminit Lib. III. 14. 4.

Et cadit in patulos nympha Aniena lacus.

neque male *umbroſae flumina ſilvae* ad Clitumnum referri, patet ex Suet. Calig. cap. 43. ubi *nemus flumenque Clitumni* memorat. vel Thybrin reſpexit, qui arboribus inumbratus paſſim deſcribitur, de quo vide notas doctor. ad Gratii Cyneg. 39.

8. *Sive Aniena tuos tinxerit unda pedes*] ſervant hanc lectionem veſtigia corruptae codd. MSS. lectionis, in quibus *amoena*, ut in primo Leid. meo utroque, & Borrichiano, vel *amena*, ut in Mentel. Voſſ. pr. & ſec. ac Groning. ſed ſine ulla ſcripturae corruptione *Aniena* eſt in codd. Regiis & altero Colbertino, nec non Askewiano, & primis edd. *Amerina* tamen Scaliger, lacum Vadimonis intelligens, quod probat Jul. Fontaninus in Hiſt. Liter. Aquilej. cap. 1. pag. 12. & hunc Gallum Umbrum facit Amerinum, diverſum a Cornelio Gallo. ſed illum Vadimonis lacum nihil huc facere recte notavit Broukhuſius. pro *tinxerit* in Voſſ. pr. & meo ſecundo *cinxerit*. *tinxerat* in Heinſiano & primo meo cod. *ſtrinxerit* conjecerat Heinſius. de quo vid. ſupra ad El. VI. 32. ubi idem legebat,

Lydia Pactoli ſtringit arata liquor.

9. *Sive Gigantea ſpatiabere litoris ora*] *Gigantei litoris* in cod. Regio. ſed *Gigantea ora* praefero, nam intelligit regionem Cumanam in Campania, ubi campus Phlegraeus, pugna & ſtrage Gigantum contra Jovem & Herculem nobilitatus. de quo vid. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 357. noſter Lib. II. El. 1. v. 39.

Sed neque Phlegraeos Jovis Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.

Lib. III. El. 7. 47.

Te duce vel Jovis arma canam, coeloque minantem
Coeum. & Phlegraeis Oromedonta jugis.

verſ. ſeq. *vagi fluminis* Auratus. quod etiam in Voſſ. & Heinſiano cod. & ed. Colinaei. idque plurimis ipſius Propertii locis probavit Paſſeratius, ſed repudiante Vulpio.

11. *Nympharum ſemper cupidas defende rapinas*] *cupidas ſemper* in tribus Voſſianis, & Borrichiano. ſed *ſemper cupidas* in quinto Vaticano & Menteliano. *ſemper cupidis defende rapinis* in Excerptis Modii, ſeu Groningano, & v. 7. *Hunc*. Paſſeratius, *Hunc tu — Nympharum cupida def. rapina*. ſed rectius Gronovius, aliique *Huic tu — N. cupidas def. rapinas*, probante

Non minor Auſoniis eſt amor ah Dryaſin.
Ne tibi ſit duros montes & torrida ſaxa,
Galle, neque expertos ſemper adire lacus.
Quae miſer ignotis error perpeſſus in oris
Her-

bant Heinſio. imitatus eſt Statius Lib. IV. Theb. 696.

—— nocturnaque furta licentum
Cornipedum, & cupidas Faunorum arcebo rapinas.

ubi fruſtra *ruinas* in cod. Caſſellano. vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 99. quod autem hic *defendere* Propertio, *arcere* Statio eſt, eadem verbi ſignificatione, de qua vide Lipſium II. Var. Lect. cap. 22.

12. *Non minor Auſoniis eſt amor ah Dryaſin*] *&* *Dryaſin* Lipſ. & Heinſ. *Adriacis* in codd. Regiis & Colb. Menteliano, Excerptis Modii, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'orvill. & meo ſec. *Adriaticis* in Heinſiano, & primo meo cod. *Hadriacis* in primis edd. ut in Venetis, Reg. Lep. & Voiſci. in *Dryadis* Beroaldina, Aldina utraque, Juntin. Colin. Gryph. & Rovill. Italus ille in codice Heinſii Aldino, quem innuit Broukhuſius, eſt Antonius Perrejus, quem ignoraſſe eum miror, quia ſingulis tribus poëtis, Catullo, Tibullo, & Propertio ſub finem adnotavit, ſe cum vetuſtis exemplaribus manu exaratis contuliſſe. ille vero in margine ex cod. vet. *in Driaſin* adſcripſerat, & in ima pagina, *Nec minor Auſonias eſt amor & Driadas.* quod lepidum ſatis Broukhuſio adparebat. ut *edere* amor *Dryadas* dicatur. *ac Dryaſin* Ayrmannus. *& Dryaſin* Heinſ. Sed forte praeſtat quod in quarto Voſſiano occurrit,

Non minor Auſoniis ardor amadriadis.

unde *Hamadryaſin* elicere facile eſt. ut infra v. 34.

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin.

Dryaſin vero & *Hamadryaſin*, ut *Nymphis Thyniaſin* hac Eleg. v. 34. Lib. IV. El. 1. 75. *Averſis Chariſin cantas.* & *Troaſin* Ovid. Epiſt. XIII. 137. ubi plura N. Heinſius.

13. *Ne tibi ſit duros montes & torrida ſaxa*] *Nec tibi ſit durum* in Menteliano, Borrichiano, Groningano, Askewiano, duobus Leidenſ. tertio & quarto Voſſ. meoque primo cod. *Ne tibi ſit durum* in codd. Regiis, uno Colbert. ac priſcis edd. ut legendum cenſuit Rutgerſius in Var. Lect. p. 218. in altero Colbertino *Ne tibi ſint duri montes*, ut in primo & ſecundo Voſſ. utroque D'Orvill., Neapolitano, & meo ſecundo. *duros* v. c. Paſſerat. *duro* in Excerpt. Scalig. *duros montes* ex Lipſii conjectura Lib. I. Antiq. Lect. c. 4. ut ex auctoritate MSS. etiam reponebat Heinſius, in ſua editione expreſſit Broukhuſius. neque obſiſto. nam & ita apud Ovid. XIV. Met. 557.

— duriſque in montibus ortae
Molle fretum celebrant.

ut recte & illic, pro *ſummis*, quod in codd. MSS. erat, vindicavit Heinſius. ſed quod *torrida* Gronovium ſecutus dederit, non adſentior. quamvis olim id probaverim in notis ad Lotich. p. 686. *turbida* in v. c. Mureti, & Regiis, ut in uno Colbertino, primo Leidenſi, ſecundo Voſſ. Borrichiano. *tabida* Lipſius. *turgida* conjecerat Iſ. Voſſius. ſed *frigida* in Leid. primo, quatuor Voſſianis, binis Dorvill. meo utroque, altero Colbertino, & omnibus fere edd. vetuſtioribus. ſic *frigida rupes* ſupra El. XVIII v. 27. ubi *fontes & frigida rupes* junguntur, qui locus forte permovit Livinejum, ut hic quoque *fontes* ſubſtitueret, praeſertim quia *lacus* ſequuntur. ſed eum falli, docet imitatio Theocritea, mox indicanda. *frigida rupes* etiam praefertur a Paſſeratio, quem vide p. 236. idque Francio ut ſimplicius adridebat, qui praeterea conjecerat,

Nec tibi ſit (durum!) montes &c.)

& ſic fere expoſuit Gronovius. ſeq. verſu *& inexpertos* Guyetus, inprobante Heinſio. *neque experto* Livinejus. elegantiam locutionis *Ne tibi ſit adire*, pro, ne adieris, optime Lipſius & Gronovius illuſtrarunt.

15. *Quae miſer ignotis error perpeſſus in oris Herculis*,] ſic diſtinguendum, ut *error Herculis*, pro ipſo Hercule errante, jungantur. vid. Lipſium Lib. I. Var. Lect. 19. & Muncker. ad Fulgent pag. 73. quod tamen ab hoc loco alienum judicabat Rutgerſius, & *erro* legebat, ut *Hylam erronem* dixerit Propertius, quia ad aquam petendam longius evagatus fuit, ſed an puer ac miniſter,

Herculis, indomito fleverat Aſcanio.
Namque ferunt olim Pagaſae navalibus Argo
Egreſſam longe Phaſidos iſſe viam;
Et jam praeteritis labentem Athamantidos undis
Myſorum ſcopulis adplicuiſſe ratem.

Hic

niſter, aquatum miſſus, quia *proceſſerat ultra*, *erro Herculis* recte dicatur, idque genius Linguae Latinae admittat, viderint alii. *miſera* Ayrmannus, forte connectens cum *fleverat*. pro *ignotis* male in Voſſ. quarto *indomitis*. Reſpicit autem Propertius, his & praecedentibus duobus verſibus, & imitatus eſt illa Theocriti in Hyla v. 64. & ſeqq.

Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε
χῶρον.
Σχέτλιοι μὲν φιλέοντες. ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν
Ὤρεα καὶ δρυμώς.

N. Heinſius legebat,

Quae miſeri ignotis error perpeſſus in oris
Herculis admoto fleverat Aſcanio.

vel *Herculis indomiti.* ſed forte *indomitum Aſcanium* hic vocat, quem ſupra *crudelem* v. 2. vel durum, qui nullis lacrimis movetur. ut exprimatur Graecorum ἀδάμας vel ἀδάμαστος. de quo vide. Cel. Valcken. ad Theocr. Idyll. 11. 14. *fleverat Aſcanio*, pro ad amnem Aſcanium, ad fletum Herculis ſurdum, & inlacrimabilem. ut *praeſenti flere puellae* ſupra El. XII. 16. & recte hoc modo loci hujus ſenſum expoſuit Carrio ad illa Valerii Fl. III. 596. cum his conferenda:

Sic Furiis accenſa gerens Tirynthius ora
Fertur, & intento decurrit montibus arcu. ſeqq.
——— *volat ordine nullo*
Cuncta petens, nunc ad ripas, dejectaque ſaxis
Flumina, nunc notas nemorum percurrit ad umbras:
Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamat
Avia.

quae *montes* & *ſaxa* hoc etiam in loco contra Livinejum vindicant. & *rupes* illic pro *ripas* conjecerat Heinſius.

17. *Pagaſae navilibus Argo Egreſſam longe Phaſidos iſſe viam*] *Pegaſae* vitioſe in Leidenſibus duobus, quatuor Voſſianis, ſecundo D'orvill. Neapolitano, aliiſque, & primis edd. *Pegaſos* in v. cod. Ant. Perreji, & ſecundo Vaticano. in aliis *Pegaſe*. *Paegaſeae* in ed. Volſci, licet in adnotationibus recte exponat de Pagaſe, urbe Theſſaliae, in cujus portu navis Argo fabricata fuit, unde paſſim *Pagaſaea navis* dicitur, & *Pagaſaeus Jaſon*, non *Pegaſaeus*, ut paſſim male in vetuſtis auctorum codd. & edd. quod dudum notarunt viri eruditi. vid. Barth. ad Stat. I. Achill. v. 65. Broukhuſium ad h. l. N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVI. 345. notas Eruditorum ad Lucan. II. 715. & Cellar. ad Silium Ital. XI. 472. *Argon* in omnibus fere codd. & primis edd. *Argon Egreſſum* Heinſius. navium enim nomina, praeſertim ſi ab artifice ſuo, ut Argo, vel a παρασήμῳ adpellatae eſſent, maſculino etiam genere efferuntur. vide Drakenb. ad Silium Ital. XIV. 500. nuſquam tamen *Argus* eo genere occurrit. *longae* in Menteliano, & *eſſe* pro *iſſe*, ut in primo Leid. meoque cod. ſed *iſſe* vera lectio eſt. Exprimit illud Theocriti v. 23.

Ἀλλὰ διεξάϊξε, βαθὺν δ' εἰσίδραμε Φᾶσιν.

pro *longe* idem Heinſius *Colgi* ſcriptum fuiſſe, & inde *Colchi* legendum, conjiciebat. ſed nihil muto. *Argon* etiam ex cod. D'orvill. probabat Marklandus, ut *Echon*, *Didon*, *Heron*, & ſim. quae notavit ad Stat. Lib. IV. Sylv. 3. 63. ubi & *Argon* apud Ovid. Epiſt. XII. 9. praeferebat. ſed *Argo* caſu quarto, ut *Dido*, *Hero*, *Caliſto*, *Alecto*, & ſim. etiam dicitur. vide notas Interpr. ad Ovid. Epiſt. VII. v. 133. & ad Silium VIII. 122. reliqua ſic interpungenda codici ſuo idem Marklandus adſcripſerat,

Myſorum ſcopulis adplicuiſſe, ratem.

ut *Argon ratem* conjungamus.

20. *Myſorum ſcopulis*] *Miſenum* male in cod. Colbertino. Apollon. Rhod. I. 1179.

Τοὺς μὲν εὐξείνως Μυσοὶ φιλότητι κιόντας
Δειδέχατ' ἐνναέται κείνης χθονός.

Or-

Hic manus Heroum, placitis ut conſtitit oris,
Mollia conpoſita litora fronde tegit.
At comes invicti juvenis proceſſerat ultra
Raram ſepoſiti quaerere fontis aquam.

25. Hunc

Orpheus Argon. 628.

Θεῖνε διαπρήσσυσ' ἁλιμύρια κύματα Πόντυ
Μύσια δὲ χεδόθεν παρημείβετο πείρατα γαίης.

ubi κύματα Πόντυ, ut hoc loco *Athamantidos undis.* & apud Theocr. v. 28.

—— κοίλαν δὲ καθιδρυνθέντες ἐς Ἀργὼ,
Ἑλλάσποντον ἵκοντο, νότῳ τρίτον ἆμαρ ἀέντι.
Εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο Προποντίδος.

21. *placitis ut conſtitit oris*] ſic Heinſius & Broukhuſ. quod probo. non *placidis.* male etiam *undis* in cod. Reg. & vitioſe v. ſeq. *tempora fronde tegit*, pro *litora*, in Voſſ. tertio. *teget* in aliis. *legit* in Voſſ. pr. & Heinſiano. reſpicit illa Theocriti v. 32.

Ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα, κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
Δειλινοί. πολλοὶ δὲ μίαν ϛορέσαντο χαμεύναν.
Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα ϛιβάδεσσιν ὄνειαρ.

haec & praecedentia ſic expreſſit Flaminius Elegia de Hercule & Hyla,

Jamque volans, undis Nerei mirantibus, Argo
Myſorum claris urbibus appulerat.
Hic juvenes pictis e puppibus egredientes
Deponunt altis membra ſub arboribus.

compoſita igitur *fronde*, pro lecti accubitorii ſpecie e frondibus & foliis ſtrata, ut ſeculo priſco moris erat. Ovid. Ep. IV. v. 98. *Suſtinuit poſitos quaelibet herba duos.* & Epiſt. V. 14.

—— *requievimus arbore tecti*,
Mixtaque cum foliis praebuit herba torum.

ad quae loca vide notas, & ad Lib. III. Am. El. 10. 10.

33. *At comes invicti juvenis proceſſerat ultra*
Raram ſepoſiti quaerere fontis aquam]

invitis & *ſe poſiti* in primis edd. *invitis* etiam in codd. Regiis. *proceſſerit* in primo Voſſ. & Menteliano. *preceſſerit* Voſſ. quartus, & Askewianus. male vero Broukhuſius *invicti juvenis*, Herculis nempe, videtur conjunxiſſe. cur enim Hercules *juvenis?* ſimpliciter *invicti* capiendum, & *juvenis* primo caſu eſt Hylas, Herculis invicti comes. ſed majoris momenti eſt Rutgerſii in Variis Lectionibus emendatio, qua *juvenis proceſſerat urna*, ſubſtituendum conjecit pro *ultra.* idque locis Theocriti & Apollonii Rhodii adſtruxit. ſed poſtea eam ipſe rejecit, motus loco Valerii Fl. Lib. III. 530. de Dryope, quae Hylam rapuiſſe dicitur,

E quibus Herculeo Dryope percuſſa fragore,
Cum fugerent jam tela ferae, proceſſerat ultra,
Turbatum viſura nemus.

& haec Rutgerſii conjectura non placuit N. Heinſio in Notis ad Propert. p. 675. qui *urnam* Hylae potius reponendam exiſtimabat infra v. 43. *Tandem haurire parat demiſſis flumina in urnis.* ubi vide. utroque tamen loco *urna* poſſet admitti, quia illius etiam bis mentio fit apud Theocritum in Hyla, primum, quum ab Hercule, cum Telamone menſam adparante, aquatum mitteretur Hylas, v. 36.

Κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
Αὐτῷ θ' Ἡρακλῆϊ καὶ ἀϛεμφεῖ Τελαμῶνι,
Χάλκεον ἄγγος ἔχων.

deinde quum aquam e fonte hauriret v. 46.

Ἤτοι ὁ κῶρος ἐπεῖχε ποτῷ πολυχανδέα κρωσσὸν,
Βάψαι ἐπειγόμενος.

ut in hac Elegia dicto v. 43. emendabat Heinſius, qui etiam inprobabat alteram avunculi ſui correctionem *Sacram aquam* verſu ſequente, ex Apollon. Rhod. qui ἱερὸν ῥόον vocat, legentis. ſed *raram* Propertio dici exiſtimabat, cum ideo Hylas *ultra proceſſerat*, quia illic aqua erat rara. & hinc *ſepoſitum*, in ſpecu abditum, vocat *fontem*, ſeu procul inde remotum. de quo vocis uſu vide Bernegger. ad Suetonii Titum cap. IX. fin. Huc referendum, quod in Epigrammate veteri, edito Tom. I. Anthol. Lat. pag. 107. occurrit,

Raptus aquator Hylas, Nympharum gaudia creſcunt,
Herculis ira tumet, raptus aquator Hylas.

 ut

Hunc duo ſectati fratres, Aquilonia proles,
　Hunc ſuper & Zetes, hunc ſuper & Calais
Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere plumis,
　Oſcula & alterna ferre ſupina fuga.
Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala,

Et

ut veriſſime, pro *amator*, emaculandum me monuit juvenis eruditiſſimus Eldikius, literis Zutphaniae 12 Junii 1765 ſcriptis, qui etiam in Epigrammate Graeco, quod corruptiſſime edidit Muratorius Theſ. Inſcr. pag. MDII., & ex eo Bonada Tom. II. pag. 309. optime reſtituebat,

> Τοῖς πάρος οὖν μύθοις πιστεύσατε. Παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
> Ἥρπασαν, ὥσπερ Ὕλαν, Ναΐδες, 'οὐ θάνατος.

nunc vitioſe illic legitur, ὡς τερπλίην Ναδες. in qua macula eluenda diverſo quiſque modo operam dederunt viri celebratiſſimi, Weſſelingius apud Leichium poſt Carm. Sepulcr. pag. 46. Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. pag. 403. & D'Orvillius ad Chariton. pag. 261.

26. *Hunc ſuper & Zetes, hunc ſuper & Calais*] ita correxi. Graecis enim ubique Ζήτης. *Zethes* male in omnibus fere edd. tam vetuſtis quam recentioribus, & Broukhuſiana, ac Vulpii, qui in locis Apollonii Rh. & Apollodori, quos adfert, Ζήθης vitioſe etiam exhibuit. in codd. MSS. *Zetus* vel *Zethus*. confuſo nomine cum Jovis & Antiopes filio *Zetho*, Amphionis fratre. de quo vid. Lib. III. El. 13. 29. & perperam apud Sidon. Apollin. Carm. XXIV. 48. legitur, *Hic Zeti & Calais tibi adde pennas.* eadem confuſio eſt in codd. MSS. apud Ovid. VI Met. 716. ubi hos alatos Fratres, Argonautarum focios, Boreae filios, unde hic *Aquilonia proles* dicuntur, deſcribit.

27. *Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere plumis*] *palmis* in duobus Leid. Voſſ. pr. ſec. & quarto, binis D'orvill. meiſque, & primis edd. *plantis* Auratus, & Iſ. Voſſius. ut *digiti* pro pedum digitis. ſed Livinejo *plumis* legenti adſentitur Broukhuſius. quod firmat locus Sidon. Apoll. Carm. XI. 57. de Cupidine,

> *Cernuus, & laevae pendens in margine palmae,*
> *Libratos per inane pedes adverberat alis,*
> *Oſcula ſic matris carpens.*

apud Apulejum Lib. V. Met. p. 104. ed. Pric. *ubi remigio plumae raptum maritum proceritas ſpatii fecerat alienum.* ubi *palmae* in cod. Voſſ. *pennis* tamen Broukhuſio etiam non diſplicebat, ut Guyetus & Graevius Epiſt. ad Heinſ. T. IV. Syllog. p. 302. & hoc unice verum eſſe adſcripſerat Marklandus. quem vide in notis ad Statium pag. 81. ſic *plumae* & *pennae* permutantur apud Virg. XI. Aen. 724. *inſtabant carpere*, ut apud Auctorem Culicis v. 173. —— *acrior inſtat Lumina diffundens intendere.* quam lectionem recte in notis ſuis ineditis vindicabat, & hoc ipſo loco confirmabat Heinſius. *inſtat intendere*, curſum properare inſtat. nam male illic Aldus edidit *inſtat Lumina diffundens intentus.* ſic eodem poëmate v. 320. *ferro Vulnera protectus depellere navibus inſtet.* ſimilium locutionum, in quibus indicativi uſus ille apud poëtas frequentiſſimus eſt, farraginem dedit Barthius ad Claudian. pag. 379.

29. *Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala,*
Et volucres ramo &c.]

Miror nihil obſcuro huic loco illuſtrando contuliſſe Broukhuſium. *ſecluditur* manifeſte corruptum videtur. in quo verbo explicando miſere ſe torquet Paſſeratius, neque ſatisfacit Vulpius. *ſubducitur* Mentel. Leid. pr. Voſſ. & Askewianus. *concluditur* in codd. Regiis, Leid. ſec. & tertio. & primis edd. *producitur* Voſſ. tert. *ſuccluditur* in quarto. *ſubcluditur* in codd. Colbert. D'orvill. pr. & Borrich. Graevius Epiſt. ad N. Heinſ. Tom. III. Syllog. p. 303. tentabat,

> *Ille ſub extremum intendens ſubducitur illis,*
> *Et volucrum ramo ſubmovet inſidias.*

ſed melior videtur Heinſii conjectura Ep. ſeq. p. 304.

> *Ille ſed extrema pendentes ludit in ala,*
> *Et volucres ramo* &c.

ut

Et volucres ramo ſubmovet inſidias:
Jam Pandioniae ceſſet genus Orithyîae:
Ah

ut Hylas ſub arboris propinquae ramos ſe receperit, ut tutus eſſet ab inſidiatorum volucrium oſculis, quos ita ludebat. & *pendere in ala* dicatur, ut *pendere in novacula* apud Phaedrum Lib. V. fab. 8. 1. ubi vide Patrui mei Comment. *in extenta ala* idem Heinſius. in notis autem ad Propert. poſt Adverſ. pag. 675. conjiciebat,

Ille ſub extremam tendens ſe proripit umbram.

ſed ex his conjecturis praeplacet omnium optima,

Ille ſed extrema pendentes ludit in ala.

quaeque adſtrui poteſt loco Ovidii VI. Met. v. 667.

Corpora Cecropidum pennis pendere putares:
Pendebant pennis.

neque *volucres* cum Graevio mutandum in *volucrum. volucres inſidiae* elegantiae Propertianae ſunt. Ceterum quae hic de fratribus Borealibus alatis interſerit poëta, neque apud Theocritum, Apollonium Rhodium, vel Orpheum reperias, unde ea ex ſuo ingenio finxiſſe dicendus eſt Propertius.

31. *Jam Pandioniae ceſſat genus Orithyîae*] *ceſſit* in primo Voſſ. ſecundo D'orvill. Excerpt. Modii, ſeu Groning. Mentel. & ſic Heinſius; vel potius *ceſſant*, ut uterque Calais & Zetes, Boreae & Orithyiae filii, intelligantur. eum vide in Epiſt. ad Graev. T. III. Syllog. p. 303. *ceſſet* tamen in pleriſque codd. ſecundo Leidenſi, quatuor Voſſianis, primo D'orvill. Askew. meo utroque. *ceſſat* ex uno Regio, accedente Gronovii auctoritate, Broukhuſius. qui *Orithyîae* male hoc in verſu, & Lib. II. El. 20. 51. *rapta Orithyîa negabit*, edidit, punctis adpoſitis. quod metro obſtat, quia Ὠρείθυια Graecis eſt, & ideo ſecunda corripi nequit. ſed contrahendae ſunt duae ultimae ſyllabae, ut verſus ſit ſpondaicus: quod jam monuit Pierius ad Virg. IV. Georg. 463. & vide Micyllum ad Ovid. Lib. VIII. Met. 371. *Orithiae* hic legitur in priore Leid. meiſque codd. ut in edd. priſcis, ſecunda Venet. & Reg. Lep. ſed in Veneta prima 1575. *Orithyae*, ad indicandam ſyllabarum contractionem. & ſic apud Ovid. VI. Met. 707. ubi fabula Orithyiae a Borea raptae deſcribitur, caſtigandum,

Orithyîan amans fulvis amplectitur alis.

& Lib. VII. 695.

Procris erat (ſi forte magis pervenit ad aures
Orithyîa tuas) raptae ſoror Orithyîae.

ubi in his quoque Propertii & Statii locis male *Orithyîae* in notis Heinſii eſt. Apollon. Rhod. Lib. I. 212.

Ζήτης ἂν, Καλαΐς τε Βορήϊοι υἷες ἵκοντο
Οὕς ποτ' Ἐρεχθηῒς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια.

Orpheus Argon. v. 216.

Δισσὸν δ' ἂν Βορέω καλὸν ςάχυν εἰσενόησα
Οὓς τέκ' Ἐρεχθῆος θεία κλυτὴ Ὠρείθυια.

optime igitur Servius ad illud Virgilii Lib. XII. Aen. 83. *quos ipſa decus dedit Orithyia*, adnotat, *hic verſus* σπονδιάζων *eſt; nam* θυι *diphthongus Graeca eſt.* eodem modo peccatur vulgo in nomine *Ilithyîae*, quod in carmine non minus ac *Orithyîa* triſyllabum vitioſum facit. quia diphthongus ει in ſecunda, ſyllabam productam requirit, quod ſatis manifeſtum ex Carm. Sec. Horatii v. 14.

Lenis Ilithyîa tuere matres.

& Ovidio IX. Met. 283.

Praepoſitam timidis parientibus Ilithyîam.

ſic ſcribendum, non *Ilithyîam.* & in aliis veterum locis apud Heinſ. ad Ovid. Lib. II. Am. 13. 21. inpegit itaque Broukhuſius in hunc ſcopulum pag. 114. Poëm. ubi in pentametro,

Non ſterilem ſpondet Ilithyîa domum.

quod miror vel ipſum Broukhuſium, vel editorem Hoogſtratanum non mutaſſe, ut alio in loco pag. 79. ubi nunc editur,

Audiat effuſas caſta Diana preces.

ſic enim correctum fuit pro eo, quod in prima editione pag. 22.

Audiat effuſas Ilithyîa preces.

 &

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin.
Hic erat Arganthi Pege ſub vertice montis
Grata domus Nymphis humida Thyniaſin.

35. Quam

& in H. Grotii Poëm. Lib. III. Sylv. pag. 99.

Cinxia, ſeu Juno cupis Ilithya vocari,
Cinxia matronis, ſed matribus Ilithya.

ubi male, ſuperpoſitis punctis, editur *Ilithyïa*, quae tollenda, ut metrum conſtet. Non diſſimilis res eſt in *Idyia*, matre Medeae, quam Ovidio egregie reſtituit Heinſius, Epiſt. XVII. 232. ubi Apollonium ſecutus, contractis duabus ultimis ſyllabis, emendavit,

Non Idya parens, Chalciopeque ſoror.

quamquam illic ſcribi poſſet *Idyïa.* nam, licet prima producatur ab Apollonio Rhod. corripitur tamen ab Heſiodo, locis ab Heinſio ibidem productis. & Graecis non Εἰδυῖα, ſed Ἰδυῖα eſt. ſed in *Orithya* & *Ilithya* ſecunda apud Graecos habet diphthongum *ει.*

32. *Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryaſin*] in pleriſque codd. MSS. legitur *ibat Hamadryas hinc.* ut in Regiis & Colbertinis, duobus Leid. quatuor Voſſianis, Askewiano, binis D'orvill. meo ſecundo, & primis aliiſque editionibus, verſu admodum inconcinno. *hinc ibant* in meo primo, ut in cod. Heinſ. *ibat hinc Hamadryas* in Borrichiano. *ibat Hylas Dryaſin* Ayrmannus, quod jam occupavit Rutgerſius. ut ſupra v. 12.

Non minor Auſoniis eſt amor ah Dryaſin.

ubi *ardor amadriadis* in quarto Voſſ. unde illic *ardor Hamadriaſin* legi poſſe notavi.

33. *Hic erat Arganthi Pege ſub vertice montis*] Neque hic locus, ut innumeri in Propertio reſtant, levi manu tractandus eſt. Sed videamus prius diverſas codicum veterum lectiones. *Phlegae* in primo Leid. *Phlegrae* in meo priore. *Arganthi Phlegre* in uno Colbert. in altero *Arganthi Fege.* primus Regius *Arganthi Phegae.* alter *Arganthophagi. Phrege* quartus Voſſ. *Phege* in altero Leid. tribus Voſſ. primo D'orvill. Excerpt. Scalig. & Askewiano, *Phegi* in ſecundo D'orvill. *Phlegae* Mentel. *Phlege* Borrich. *Phegie* Neapol. *Arganti Phegae* in primis edd. *Arganti Phlegre* in cod. Groning. & ed. Aldina utraque. *Argante* cod. Ant. Perreji. *Argantonini* in ſecundo Vaticano. *Arganthonii* in quinto *Arganthonei* in Ang. Colotii Excerptis. quod favere poſſet Mureto, qui legebat,

Hic erat Arganthonei ſub vertice montis.

deleta voce *Pege.* neque felicius *Hic erat Aiganti Phagi* Domitius Calderinus ad Statii Silvas pag. 31. Mureti emendationem laudavit Toupius Emend. ad Suidam P. I. pag. 171. 172. ſed mirari ſatis nequeo, viro eruditiſſimo in mentem venire potuiſſe, quod & Lipſio olim exciderat, *pege* voce Graeca, πήγη, hic pro Latina *fonte* uſum fuiſſe Propertium, idque in politiſſimo ſcriptore Romano ſibi ſemper putidiſſimum viſum fuiſſe addit; quod profecto aeque inſolens & putidum eſſet, ac ſi pro voce Graeca κρήνη hic ſcripſiſſet *crene*, vel alio in loco *ſub frondibus hules* pro *ſilvae* poſuiſſet. certe non minus ridicule, quam quod nonnulli in optimo Epigrammate veteri ſcriptum fuiſſe exiſtimarunt,

Cui precor ut cineres ſint ἴα, ſintque roſae.

pro *cineres lilia ſintque roſae.* de quo vide ad Tom. II. Anth. Lat. p. 185. & ſeq. hinc amplexus fuit Toupius illud Mureti,

Hic erat Arganthonei ſub vertice montis.

Ne quid de verſus duritie dicam, *Phege* ſuo loco minime movendum eſt, reclamantibus omnibus codicibus, (quorum varietates, nomen proprium indicantes, vel ideo adcuratius paullo ante produxi) & quidquid eſt priſcarum editionum. Locum vero hunc deſiderare Marklandi ἰυσοχίαν, addit Toupius, quem ſolum in hujuſmodi rebus naſum atque oculos habere dicit. Sed nihil ſuo exemplari adſcripſerat Marklandus, certus procul dubio, nulla alia hic emendatione opus eſſe, poſtquam Turnebus Lib. XI. Adverſ. c. 15. *Pege* legendum eſſe monuiſſet. quod nomen proprium fontis eſt, unde *domus humida Nymphis grata* hic dicitur, non vero ſubſtantivum Graecum pro Latino *fonte.* Fundum emendationis adfert Turnebus Apollonii Rhodii locum, Lib. I. v. 1222.

Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται.

ubi

Quam ſupra nullae pendebant debita curae
Roſcida deſertis poma ſub arboribus.
Et circum irriguo ſurgebant lilia prato:

Can-

ubi Scholiaſtes Ὄνομα κρήνης Πηγαὶ, οὕτω κυρίως. vide etiam Holſten. ad Steph. Byzant. p. 253. Non male itaque Scaliger *Pegae.* ſed ſingulari *Pege* hic uſus eſt Propertius, *Hic erat Arganthi Pege*, &c. quod procul dubio viris doctis anſam dedit cogitandi de *pege*, Latina terminatione ex Graec. πήγη deſumta. Scrupulus quidem omnis tolleretur, ſi Apollonius κρήνην, ἣν καλέουσι Πήγην, ejuſque Scholiaſtes ſcripſiſſet, ὄνομα κρήνης Πηγὴ, οὕτω κυρίως. ſed forte indicare voluerunt, fontem hunc, magna aquarum copia ſcatentem, vocatum fuiſſe πηγὰς, ſeu *vim aquarum.* ita ut ex earum abundantia in nomen proprium apud incolas abierit fons, vero nomine *Aſcanius* dictus, de quo ſupra ad v. 4. πηγή enim ſua notione *fontem* ſignificat, quam vocem Apollodoro contra Galeum recte vindicavit doctiſſimus Verheykius ad Antonin. Liber. p. 254. ſed πηγαὶ de aquarum copia dicuntur. ut πηγαὶ δακρύων Sophocli Antig. 814. & Charitoni Lib. I. cap. 3. ubi vide D'orvill. p. 42. & hinc πηγαὶ ποταμῶν Homero Iliad. Υ. v. 9. *Arganthum* vero Propertius vocavit montem, ut Orpheus Arg. v. 638. Hylae quoque raptum deſcribens, quem *Arganthonium*, eadem de re loquens, Strabo Lib. XII. p. 564. ed. Caſaub. Ἀργανθώνη Antonino Liber. cap. 26. de Argonautarum itinere: ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ στενὸν ἐξίκοντο τοῦ Πόντου, καὶ τὰ σφυρὰ παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης. Ἀργανθώνις Stephano Byzantino; ad quem vide Berkelii notas p. 100. & Holſtenii pag. 43. & hinc in loco Suidae in Ἀργανθώνη Sevinus in Hiſtor. Acad. Inſcript. & eleg. Liter. Tom. III. pag. 339. κρήνη pro κλίνη legendum recte conjicit, prolato hoc ipſo Propertii loco; ſed in quo tamen videtur etiam *pege* pro fonte, minore litera, non pro *Pege*, nomine proprio, accepiſſe: dicit enim Propertium nobis conſervaſſe memoriam fontis ex hoc monte defluentis, ſed quod apud Etymologum Magnum in Ἀργανθὼν, ubi *Euphorionem* & *Philiam* dixiſſe ait *Arganthonium*, & ex illis hunc adferat verſum, χθιζὸν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος, in corrupto Φιλίας nomine latere Φιλήτας opinetur, utroque pollice probo, adeoque inter Philetae fragmenta, quae haud pauca collegi, hunc quoque verſum referendum cenſui. Illud vero montis nomen ab Arganthona, Oreſibii filia, deducit Toupius, cujus fabulam exponit Parthenius in Eroticis cap. XXXVI. ubi Arganthonae & Rheſi amores, ſimiles fere Meleagri & Atalantes amoribus, narrat; ſed quae nihil ad Hylam. denique *Nymphis Thyniaſin* dixit pro Bithynis, ut Horatius Lib. III. od. 7. 3. *Thyna merce beatum.* vid. hic Paſſeratium. male igitur *Thyniacis* in Borrichiano. recte *Thiniaſin* in Neapolit. Ant. Perreji cod. Menteliano, Scaligeri Excerptis, aliiſque, & edd. vetuſtis. *Nymphae Thyniades*, Graeco Propertii more, ſunt *Thunicae*, non *Thuniacae*, ſeu Bithynae. *ſub vertice montis* hic pro *in vertice* poſitum, ut *ſub Aetna* Lib. III. El. 1. 45. quem loquendi modum contra alios operoſe vindicavit Patruus ad Ovid. I. Met. 689. *grata domus Nymphis*, ut Ovidio IV. Faſt. 321. de Sicilia, *Grata domus Cereri.* vide Heinſ. ad Lib. I. Met. 681.

35. *Quam ſupra nullae pendebant debita curae*] ita in pleriſque codd. & primis edd. ut Venetis, Reg. Lep. & Volſci, ſed *nulli* in Aldina utraque, Juntina, Colin. Gryph. aliiſque, ut in Voſſ. quarto. hunc itaque locum referunt viri docti inter exempla, licet rariora, in quibus *nullae* tertio caſu pro *nulli* occurrat. vid. Muncker. ad Fulgent. pag. 139. ubi etiam ex Tibullo Lib. IV. El. 6. 9. adfert,

—— ullae non ille puellae
Servire, aut cuiquam dignior illa viro.

ita certe illic in v. c. Scalig. ſed in reliquis *ulli.* vide & Gebhardi notas ad Lib. II. El. 1. 66. ſic *toto* pro *toti* infra Lib. III. El. 9. 57. *toto quae praeſidet orbi.* quod illic etiam recepit Broukhuſius. ἀρχαϊκῶς etiam *uni* pro *unius* dixit Catullus Carm. XVII. 17. *ut lubet, nec pili facit uni. nulli* tamen hic praeferebat Heinſ. & conferebat cum Virg. II. G. 439. *non ulli obnoxia curae.* ubi nulla in ſcriptis eſt varietas. ſeq. verſu *Roſida* in omnibus fere codd. & primis edd. an forte pro *Rorida*? ut Lib. II. El. 23. 28.

Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

ubi *Rorida* in MSS. vide illic Broukhuſ.

37. *Et circum irriguo*] praeferendam putavi omnium fere codicum veterum, Reg. Colbert. Leidenſium, Voſſianorum, D'orvill. meorum, Borrich.

Gro-

Candida purpureis mixta papaveribus.
Quae modo decerpens tenero pueriliter ungui
Propoſito florem praetulit officio.
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus.
Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis
Nixus,

Groning. ceterorumque, & edd. priſcarum lectionem *circum irriguo.* ut volebat etiam Titius ad Calpurn. Ecl. I. 35. vel *circum riguo*, ut in v. c. Scalig. *circumriguo* edidit Broukhuſius. *riguus hortus* ſaepe Ovidio. vide Heinſ. ad Lib. V. Met. 535. & paſſim *irrigua* & *rigua prata*, *hortus irriguus*, & *riguus* promiſcue dicuntur. vide notas ad Sil. Ital. VI. 195. & VII. 180. recte igitur hoc loco uſus eſt Fr. Oudendorpius ad firmandam conjecturam ſuam in Avieni Deſcript. Orb. v. 1272.

——— *percurrunt flumina terram*
Perſidis, & riguas curvant labentia ripas.

ut pro *rigidas* legit in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 172.

38. *lilia prato Candida purpureis mixta papaveribus*] Secutus eſt, ut paſſim in hac Elegia, Theocritum in Hyla v. 40.

——— περὶ δὲ θρία πολλὰ πεφύκει,
Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλοερόν τ' ἀδίαντον,
Καὶ θάλλοντα σέλινα, καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωστις.

ubi pro θρία nuperus Theocriti eruditiſſimus editor Wartonus legebat θρύα, a θρύον, *ulva*, quam paluſtrim plantam huic loco melius convenire cenſet. ſed antequam ex fonte aquam haurire, juſſo ab Hercule officio, parabat Hylas, pueri inſtar flores e pratis decerpebat; vel κρίνα, *lilia*, conjiciebat. ſed θρία loco non movenda, quae *papavera* Propertii ſunt, ut in verſibus Nicandri apud Athenaeum occurrere ipſe notat; neque reliqui flores Theocrito memorati in locis aquaticis creſcunt. & haec veſtigia, mutatis florum nominibus, preſſit Flaminius Lib. II. Carm. 6. de Hercule & Hyla:

At formoſus Hylas taciti per devia montis
Ibat luciduli ſumere fontis aquam.
Fons erat in ſilva puris argenteus undis,
Quem bicolore tegit populus alta coma.
Ac circum Paphiae denſant umbracula myrtus,
Et parit aſſiduas aura benigna roſas.
Narciſſumque, crocumque, immortalemque amarantum,
Et te flebilibus ſcriptum, hyacinthe, notis.

& haec Propertiana ſic aemulatur Amaltheus Elegia ad Lygdamum,

Ille autem vario texens e flore corollas,
Incuſtoditum ſaepe moratur iter.
Nunc nova formoſa decerpit lilia dextra,
Nunc teneris ornat ſerta papaveribus. &c.
Ille tamen prope fontis aquas incautus, & amens
Conſtitit, & vanis arſit imaginibus.

39. *Quae modo decerpens tenero pueriliter ungui Propoſito florem* &c.]

Quem Leid. prim. Mentel. & prior meus codex. ut ad *florem* referatur. ſed perperam. colorem deſumtum eſſe ex Virgilio Lib. XI. Aen. 68.

Qualem virgineo demeſſum pollice florem,
Seu mollis violae, ſeu languentis hyacinthi &c.

notavit illic Valens Guellius Pimpontius. *pertulit* male in Mentel. Borrichiano, priore Leidenſi, & meo cod.

42. *Errorem blandis tardat imaginibus*] *tradit* in primo Vaticano, & v. c. Ant. Perreji, male. verus loci ſenſus eſt, *tardat errorem blandis imaginibus*, diutius aberrat, & tempus vagando trahit, nunc flores in pratis legens, nunc fonti incumbens, & in liquidis undis conſpecta ſua pulchritudine ſibi blandiens. & ideo *formoſas undas* vocat, quia Hylae formam velut in imagine referebant. quo refer illa Valerii Flacci Lib. III. 557.

——— *gratos avidus procumbit ad amnes.*
Stagna vaga ſic luce micant, ubi Cynthia coelo
Proſpicit, aut medii tranſit rota candida Phoebi,
Tale jubar diffundit aquis.

43. *Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis*] *dimiſſis* male in nonnullis codd. & *flumine*

Innixus dextro plena trahens humero.

45. Cujus

mine in Voſſ. ſec. Heinſii vero conjectura

—— *haurire parat demiſſis flumina in urnis.*

hic non minus blanditur, quam Rutgerſii ſupra v. 30 *proceſſerat urna.* praeſertim propter verbum additum *haurire.* ut apud Ovid. XIII. Met. 534. 535.

——— *ad litus paſſu proceſſit anili,*
Albentes laniata comas.
——— *date, Troades, urnam,*
Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas.

ubi *properavit* in vetuſtis codd. ſed vulgatam defendit illud *proceſſerat ultra*, vel *urna*, apud noſtrum. oportune etiam Heinſius huc adfert ex Ovid. III. Met. v. 36.

——— *demiſſaque in undas*
Urna dedit ſonitum.

urnam vero, qua Argonautis aquam ad convivium hauriret Hylas, huic etiam loco adſerunt Theocritus, qui χάλκεον ἄγγος & κρωσσὸν vocat v. 39. & 46. & Apollon. Rhod. Lib. I. 1207.

Τόφρα δ' Ὕλας χαλκῇ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον.

Antonin. Liber. cap. 26. ὁ δὲ παῖς Ὕλας ἔχων κρωσσὸν, ἦλθε πρὸς τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν, ὕδωρ ἀποίσων τοῖς ἀριστεῦσι. Juvenalis Sat. I. 164.

Et multum quaeſitus Hylas, urnamque ſecutus.

Probus ad Virg. III. G. v. 6. *Cum ex comitatu Argonautarum in Myſiam Hercules receſſiſſet, ad materiam quaerendam remi fracti, & Hylas, ad hauriendam aquam Aſcanii fluminis, urnam extuliſſet, dum accedit ad ripam, adamatus a Nymphis eſt.* venuſte J. Bapt. Amaltheus Elegia ad Lygdamum, de Hyla,

Huc puer ad gelidos properabat forte liquores,
Et teneram inplebat fictilis urna manum.
Urna manum inplebat, variis diſtincta figuris,
Quam quondam Alcidae fecerat Eurytion.

D. Heinſius in Hyla, metro ad genium Graecum, ut ubique in illa Elegia, formato,

—— *utque comes volucri deſcendit ab Argo*
Pergit Hylas puram quaerere fontis aquam.
Valle ſub umbroſa, qua pumice deſuper alta
Humor aquae prono murmure deſiliens
Pendebat nemore in medio. puer inſcius urnam
(Inſcius hoc captas nempe videre Deas)
Admovet; Aſt illae ſub frondibus hinc atque illinc
Innocuam junctis involüunt manibus.

44. *Innixus dextro plena trahens humero*] *Nixus & exſerto* reſtituendum cenſuit Heinſius ad Ovid. III. A. A. v. 307. & in notis ad Propert. p. 676. quum in codd. MSS. & edd. primis legeretur, *Innixus dextro.* quomodo in binis Leidenſ. quatuor Voſſianis, utroque D'orvill. meis, ceteriſque omnibus. & hanc veram eſſe lectionem ad libri ſui marginem notaverat Marklandus, ita diſtinguens,

Innixus dextro, plena trahens, humero.

plena trahens nempe flumina, & hoc verbum *trahens* etiam *urnis* patrocinatur, non *palmis*, multae enim aquae capacem fuiſſe urnam indicant illa Theocriti v. 46.

Ἤτοι ὁ κοῦρος ἐπεῖχε, ποτῷ πολυχανδέα κρωσσὸν
Βάψαι ἐπειγόμενος.

exſertum tamen Hylae, ſeu nudatum, *humerum* confirmat ſequens verſus, *Cujus ut accenſae Dryades candore*, humeri nempe. Hanc igitur emendationem recepit, & plurimis exemplis probavit Broukhuſius, quibus addantur, quae idem Heinſius dedit ad Valer. Fl. III. 528. Salmaſius ad Plaut. Mil. Glor. IV. 4. v. 44. Tennul. ad Frontin. Lib. II. 1. 3. & vide quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 335. *Nixus* autem eſt inclinatus, ut recte in Obſervationibus monuit Gronovius. ſic Lib. III. El. 3. 15.

Inque ſinu carae nixus ſpectare puellae
Incipiam.

Lib. I. El. 3. 8.

Ebria non certis nixa caput manibus.

El. 16. 33.

Nunc jacet alterius felici nixa lacerto.

& v. 42.

Oſculaque inpreſſis nixa dedi gradibus.

Bb *Nixus*

Cujus ut accenſae Dryades candore puellae
Miratae ſolitos deſtituere choros.
Prolapſum leviter facili traxere liquore.
Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas.

Cui

Nixus igitur hic eſt, quod Apollonio Rhod. Lib. I. v. 1235. ῥόῳ ἔνι κάλπιν ἔρεισε Λέχρις ἐπιχριμφθεὶς. Hanc tamen N. Heinſii emendationem ut ingenioſam laudavit quidem, ſed a Broukhuſio in contextum receptam ſuis Animadverſiobus inprobavit Cel. Hemſterhuſius. illam itaque pluribus quidem hic corrobaravi, in contextu tamen eam admittere, & omnium codd. ac vetuſtarum edd. lectionem ſede ſua movere, auſus non fui.

45. *Cujus ut accenſae*] *Quovis* in Voſſiano, id eſt *Quojus*. ut infra v. 49. *Quoi procul Alcides* in D'orvill. pro veteri ſcribendi modo. ſic *quoiquam* in MSS. & primis edd. Lib. I. El. 9. 23. El. XII. 7. & alibi. quod ubique indicium praebet, tales codices ex antiquioribus MSS. derivatos eſſe, vid. ad Catulli initium,

Quoi dono lepidum novum libellum.

& adde notas ad Ovid. VIII. Met. 640. Broukhuſ. ad Tibull. I. El. XI. 64. & D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. T. I. p. 134. *Hujus at accenſae* Heinſius. forte quia in aliis codd. & edd. *& accenſae*. ſed *Cujus ut accenſae* in Regiis, Colbertinis, Borrichiano, aliiſque. *Cujus inaccenſae* in duobus libris legi teſtatur Lipſius.

46. *ſolitos deſtituere choros*] *ſolidos* male in D'orvill. ſec. Exprimit illud Theocriti v. 43.

Ὕδατι δ' ἐν μέσσῳ Νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο
Νύμφαι ἀκοίμητοι.

Apollonius Rhodius Lib. I. 1222.

— οἱ δὲ πω ἄρτι
Νυμφάων ἵσταντο χοροί.

deſeruere in uno Gebhardi, quae voces frequenter conmutantur. ſed vulgatam recte defendit Broukhuſius, addito Tibulli loco Lib. II. El. I. 38.

— *his vita magiſtris*
Deſtituit querna pellere glande famem.

ubi tamen poſtea recte praetulit *Deſuevit*. idque pluribus firmat Patruus meus in notis ad Lucan. Lib. V. 404. ſed *deſtituere* huic loco vindicabunt, quae notavit Heinſius ad Ovid. Epiſt. XVII. 196.

47. *Prolapſum leviter facili traxere liquore*] *Prolapſum & leviter* Heinſius, ſenſu id requirente. *fragili texere* corrupte in Voſſ. tertio. *texere* etiam in cod. Ant. Perreji, prima Aldina, Juntina, Colin. ac Gryphii, quod Paſſeratius explicat, undis merſere. *ſtruxere* vitioſe in primo Vaticano. ſed *traxere* in Neapol. Groning. aliiſque, & primis edd. quae veriſſima lectio eſt, & adhaeret Apollonio Rhod. Lib. I. 1239. ubi fingit Ephydatiam nympham collo Hylae in fontem prolapſi ſiniſtram, ut eum exoſcularetur, inpoſuiſſe ulnam, dextra vero cubitum ejus adtraxiſſe, & praecipitem egiſſe,

— δεξιτερῇ δὲ
Ἀγκῶν' ἔσπασε χειρὶ, μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ.

prolapſum male Rutgerſius inclinatum expoſuit, quod ſupra v. 44. praeceſſit, ſed prolapſum, in aquam cecidiſſe indicat, quem mox Nymphae, liquore facilius cedente, ad ſe *traxere*, & optime hanc lectionem firmant Valerii Flacci & Statii loca a Paſſeratio producta; illius ex Lib. III. Argon 562. ubi Dryopen nympham puerum Hylam adtraxiſſe fingit,

Turbavitque ſonus ſurgentis ad oſcula Nymphae:
Illa avidas injecta manus, heu ſera cientem
Auxilia, & magni referentem nomen amici,
Detrahit: adjutae prono nam pondere vires.

quos verſus vel ideo adfero, quia Paſſeratius, neſcio unde, exhibet,

— *Hunc Dryope fertur traxiſſe cientem*
Auxilia, & magni referentem nomen amici.

& haec Valerii Flacci imitatus eſt Amaltheus Elegia ad Lygdamum,

Tum puerum magni clamantem nomen amici
Certatim cupidis corripiunt manibus.

hujus vero locus eſt ex Coma Earini Lib. III.

Sylv.

Cui procul Alcides iterat reſponſa: ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

His

Sylv. 4. v. 43. ubi ad Hylae raptum reſpicit,

——— *te caerula Naïs*
Mallet, & adprenſa traxiſſet fortius urna.

& hanc lectionem eleganti imitatione probavit Jo. Jov. Pontanus in Hyla,

——— *puerumque ſub undas*
Traxerunt, terque ipſe manu pedibuſque humeriſque
Obnitens clamavit herum. ter candida Nais
Ora manu preſſans liquidum vi traxit in amnem.

& Flaminius,

In medio faciles nudato corpore Nymphae
Ludebant ſparſis per roſea ora comis.
Quae puerum cupido miratae lumine, cum vix
Illius molles tingeret unda pedes,
Arreptum ſubito vitreum traxere ſub amnem,
& ſeqq.

49. *Cui procul Alcides iterat reſponſa: ſed illi*
Nomen ab extremis fontibus aura refert]

pro *Alcides* Gronovius in Obſervationibus ſuſpicatur *Elatides* vel *Ilatides* legendum ex Apollonio Rhod. Lib. I. v. 1241. qui ſcribit raptum Hylam & clamantem primum auditum eſſe a Polyphemo Elatide, & ab eo nuntium rei ad Herculem perlatum fuiſſe. Sed ſecutus eſt noſter Theocritum, qui in Hyla v. 55. nulla Polyphemi mentione facta, dicit,

Ἀμφιτρυωνιάδας δὲ ταρασσόμενος περὶ παιδὶ &c.
Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμός,
Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν.

Rutgerſius autem in Variis Lectionibus p. 223. longe aliter interpungit, emendatque,

Tum ſonitum rapto corpore fecit, HYLA
Cui procul Alcides iterat. Reſponſa ſed illi
Nomen ab extremis &c.

quod probavit Alardus, omnia Rutgerſiana pro more deſcribens, ad Valer. Fl. III. p. 213. Hanc tamen Rutgerſii conjecturam, quantumvis blandientem, & quae Cel. Hemſterhuſio mirifice placuit, rejecit D'Orvillius, non levi guſtu in perſpiciendis veterum poëtarum, Propertii praeſertim, elegantiis exercitatus, in Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag. 134. eamque everti notat a formula illa in fine verſus, *ſed illi*, non tantum aliis poëtis, ſed Propertio prae ceteris, amata. ut Lib. IV. El. 4. 15.

Hinc Tarpeja Deae fontem libavit: at illi
Urgebat medium fictilis urna caput.

& El. 7. v. 11.

Spirantiſque animos & vocem miſit: at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus.

Tibullus Lib. I. El. 4. 73.

Hic, quia fortis adeſt audacia, cepit, at illi
Virgineus teneras ſtat pudor ante genas.

quibus exemplis adde illud noſtri ex Lib. II. El. 20. 49.

Jam Deus amplexu votum perſolvit: at illi
Aurea divinas urna profudit aquas.

neque tranſitu illo in ſequentem verſum, Propertio minus frequenti quam Catullo, opus erit, ſi cum Heinſio legamus,

Quem procul Alcides iterat. reſponſa ſed illi
Nomen ab extremis montibus aura refert.

iterat reſponſa tamen conjungenda, neque *reſponſa* cum ceteris ſic connectenda videntur, *ſed reſponſa illi nomen refert aura.* neque placet *montibus* cum Heinſio ſubſtitui pro *fontibus*, ut *aura*, ſeu echo, in quam mutatus eſt Hylas, nomen ſuum a montibus repercuſſum Herculi clamanti reddiderit: licet favere poſſit locus Valerii Fl. Lib. III. 597.

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan, per longa reclamat
Avia, reſponſant ſilvae, & vaga certat imago.

nam ex fonte ipſo auditam fuiſſe Hylae rapti tenuem vocem, Heri ſui auxilium inplorantis, cui *reſponſa iterat* Hercules, *Hylan* clamando & *Hylan* repetendo, indicat Theocritus v. 59.

Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν. ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνὰ
Ἐξ ὕδατος.

idque firmat Antoninus Liberalis cap. 26. καὶ ἐβόησε (Ἡρακλῆς) πολλάκις τὸν Ὕλαν &c. Νύμφαι δὲ μετέβαλον τὸν Ὕλαν, καὶ ἐποίησαν Ἠχώ, καὶ πρὸς τὴν βοὴν πολλάκις ἀντεφώνησεν Ἡρακλεῖ. quae ulti-

His, o Galle, tuos monitis ſervabis amores,
Formoſum Nymphis credere tutus Hylan.

ELEG.

ultima eadem ac in verſu Propertiano,

——— *at illi*
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

Haec autem ita aemulatus eſt Jo. Jov. Pontanus,

Aſt heros ſomno excitus pavitanſque dolenſque
Quaerit Hylan, repetitque & Hylan. nemora avia longe
Reſponſant. iterantque & Hylan. Puer abditus antro
Ipſe quidem reſponſa refert, ſed nympha, ſed antri
Occluſaeque fores, moleſque inmanis aquarum
Adverſans, prohibent ſuperas adtingere ad auras.

51. *His, o Galle, tuos monitis ſervabis amores*] *monitus* in Colotiano, v. c. Ant. Perreji, ſecundo Vatic. Neapol. ac primo D'orvill. ut in Gebhardi Commeliniano. & ſic curis ſecundis conjecerat Broukhuſius, ſed perperam. ſupra El. I. in fine,

Quod ſi quis monitis tardas adverterit aures.

neque diſſimile illud in fine El. XV.

Quis ego nunc pereo: ſimiles moniturus amantes:
O nullis tutum credere blanditiis.

Marklandus autem, ſublata in fine prioris verſus diſtinctione, conjungebat *ſervabis credere*, & *ſervabis* exponebat *cavebis*, eo more, quo Graeci utuntur verbo φυλάττειν. adſcripto Sophoclis loco in Philoct. v. 460.

Τολειπὸν ἤδη τηλόθεν τό, τ᾽ Ἴλιον
Καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι.

& Euripidis in Medea v. 102.

Μηδὲ προσέλθητ᾽. ἀλλὰ φυλάσσεσθ᾽
Ἄγριον ἦθος.

altero verſu *tutus* ex ſuo MS. Scaliger, quod recepit etiam Rutgerſius. *viſus* in Leidenſibus, Voſſianis, Borrich. Regiis, uno Colbert. Groning. utroque D'orvill. & meis. & ſic in primis aliiſque edd. *riſus* vel *rurſus* in aliis MSS. *juſſus* in quinto Vatic. & altero Colbert. *niſus* conjecerat Heinſ. vel *cautus*. quod ultimum Francio etiam placebat. & in hunc ſenſum Amaltheus Lygdamum eodem modo, quo Gallum Propertius, admonet circa finem Elegiae,

His tua nunc primum metire pericula damnis,
Lygdame, & exemplo cautior eſſe velis.
Effuge Nympharum acceſſus, neu crede repoſtis
Te fluviis, quoties occupat oſſa calor.
Et potius non ulla habeant hae flumina ripae,
Quam tu umquam Herculei fata ſequaris Hylae.

hujus enim & aliorum poëtarum recentiorum in eodem argumento artificium atque elegantiam hic cum Propertio, Theocrito, & Apollonio Rhodio conferre Muſarum cultoribus, ad felicis imitationis exemplum, neque inutile neque injucundum cenſui.

ELEG. XXI.

Tu qui conſortem properas evadere caſum,
Miles ab Etruſcis ſaucius aggeribus:
Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques?
Pars ego ſum veſtrae proxima militiae.
Sic te ſervato poſſint gaudere parentes,

Haec

Eleg. XXI.] ſuperiori adjungunt omnes fere codices, Regii, Colbertini, Borrich. Askewianus, Leidenſes, Voſſiani, D'orvilliani, meus uterque, & primae editiones. forte quia Gallo praecedens Elegia inſcripta eſt, qui tamen diverſus eſt ab illo, cujus infelix ſors tempore belli Peruſini hic deſcribitur, unde EPICEDIVM IN GALLVM praefigitur in primo Vaticano. Loquens induci videtur aliquis Propertii propinquus, bello Peruſino interemtus, ſive is Gallus ſit ſive alius. nam Propertii propinquum fuiſſe patet ex ſeq. Eleg. v. 7. eumdemque bello L. Antonii partes contra Auguſtum ſecutum interiiſſe colligi poteſt ex huj. Eleg. v. 7. & 8. his autem verſibus commilitoni fugienti mandata ad ſororem perferenda dat morti vicinus. conferendum hoc Galli loquentis epitaphium cum illo Evippi in Epigrammate Aſclepiadae Lib. III. Anthol. Graec. Tit. XXII. Ep. 29.

Ὦ παρ' ἐμὸν στείχων κενὸν ἠρίον εἰπὸν, ὁδῖτα,
Εἰς Χίον εὖτ' ἂν ἵκῃ, πατρὶ Μελησαγόρῃ;
Ὡς ἐμὲ μὲν καὶ νῆα καὶ ἐμπορίην κακὸς Εὖρος
Ὤλεσεν, Εὐίππου δ' αὐτὸ λέλειπτ' ὄνομα.

quod ſic interpretatus eſt Hugo Grotius,

Si Chion advenias, tumulum qui cernis inanem,
Dic, hoſpes, patri, quaeſo, Meleſagorae:
Meque ratemque & onus ſaevo periiſſe ſub Euro:
Evippi nomen, plus nihil eſſe ſuper.

& cum illo Bitonis in Epigrammate Nicaeneti, ibidem N. 31.

Ἠρίον εἰμὶ Βίτωνος, ὁδοίπορε. εἰ δὲ Τορώνην
Λείπων, εἰς αὐτὴν ἔρχεαι Ἀμφίπολιν,
Εἰπεῖν Νικαγόρᾳ, παίδων ὅτι τὸν μόνον αὐτῷ
Στρυμονίης ἐρίφων ὤλεσε πανδυσίη.

id eſt, ex ejuſdem viri maximi verſione,

Ipſa Bitonis habes, hoſpes, monumenta. Torone
Digreſſum ſi te fert iter Amphipolim,
Nicagorae dicas: de matre quod unicus illi
Strymonia periit, dum ſubit haedus aquas.

praeſertim illud Laconum in Thermopylis occiſorum, quod Simonidi a Cicerone adſcriptum, & ab eo Latine verſum, edidi Tom. I. Antholog. Lat. pag. 206.

Dic, hoſpes, Spartae, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriae legibus obſequimur.

ex hac quoque Elegia colores deduxiſſe videtur egregius Italorum poëta, Joannes Cotta, Epitaphio Canis Caparionis, quod inter pauca illius, quae reſtant nobis, Carmina agmen claudit.

3. *Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques*] *Qui noſtro* Groning. quod ex ſuo codice etiam adfert & probat Livinejus. & ex Commeliniano Gebhardus. optime Heinſius *Quid noſtro interitu. limina* prave in primo Leid. & Mentel. *torquens* in primo Voſſ. & meo ſecundo. *lumina* lacrimis *turgentia torquere* idem, quod aliis *fletu cruciare, foedare, corrumpere oculos.* Ovidius III. Am. 6. 57.

Quid fles, & madidos lacrimis corrumpis ocellos?

& Lib. I. A. A. 129.

—— quid teneros lacrimis corrumpis ocellos?

Tibullus Lib. II. 7. 25.

Nec lacrimis oculos digna eſt foedare loquaces.

& ſic paſſim in Epitaphiis antiquis. vid. ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 96. & 208. male enim Paſſeratius *lumina torquere* exponit aciem oculorum flectere.

4. *Pars ego ſum veſtrae proxima militiae*] *Par ego ſum noſtrae* in Voſſiano primo. *Par* etiam in Leidenſi priore, & Mentel. *maxima* v. c. Ant. Perreji, & in Voſſ. tertio, ſed *proxima* ſuperſcr. a man. ſec. verſum nonnihil quidem durum, ſed ſenſum meliorem, reddit Heinſii conjectura,

Pars ego ſum veſtrae inproſpera militiae.

5. *Sic te ſervato poſſint gaudere parentes*] *Si te* in altero meo cod. *ut poſſint* inſeritur in omnibus codd. MSS. & edd. vetuſtis. ſed recte Paſſera-

Haec ſoror Acca tuis ſentiat e lacrimis,
Gallum per medios ereptum Caeſaris enſes
Effugere ignotas non potuiſſe manus.
Et quaecumque ſuper diſperſa invenerit oſſa
Montibus Etruſcis, haec ſciat eſſe mea.

ELEG.

ſeratius delendum *ut* monuit, notatque nonnullos pro *ſervato ut* legere *Sic te ſervatom*, ſeu *ſervatum.* unde id deſumſiſſe videtur editor Elector. Etonenſ. pag. 111. ubi in ſequentibus nonnulla e Propertio excerpta carmina adjunxit Electis ex Ovidio & Tibullo, & in notulis quemdam conjeciſſe *ſervatom* addit. ſed *te ſervato gaudere* locutio eſt noſtro uſitatiſſima. vid. Paſſerat. eſt autem formula bene precantis, & vitam commilitoni ſalvam optantis, ſi mandata ſua ad ſororem deferat.

6. *Haec ſoror Acca tuis ſentiat e lacrimis*] *Nec ſoror* male in quinto Vatic. Excerptis Modii, ſeu Groning. duobus Leidenſ. Regiis, uno Colb. Mentel. tertio quartoque Voſſ. meo primo, Borrich. & primis edd. *Ne ſoror* in Neapol. duobus Voſſ. & D'orvillianis, meoque altero, & ſecundo Colbert. ſed jam Beroaldus *Haec ſoror* legendum monuit. *acta*, pro *Acca*, quod Scaligero debetur, eſt in omnibus illis MSS. niſi quod *Atta* in primo D'orvill. quod nomini proprio feminae Romanae poſſet adſtipulari. eadem certe confuſio eſt in loco Silii Ital. Lib. IX. 117.

Haec tibi, cara parens Acca, ad ſolatia luctus
Dona feram.

ubi ſimiliter *Acta* vel *apta* librarii ſubſtituerant, ut hoc in loco *ſoror apta* in Palatino priore Gebhardi. vide illic Heinſii & Drakenborchii notas. hoc igitur praeferrem conjecturae Heinſii, qua *uda* vel *aucta* tentaverat, propter *lacrimas.* qui vulgatam tuentur, *acta* exponunt, vel quae bello Peruſino erant geſta, vel morientis mandata, commilitoni conmiſſa. ut Lib. II. El. 10. 18.

Quandocumque igitur noſtros mors claudet ocellos,
Accipe quae ſerves funeris acta mei.

ubi vide Paſſeratium.

7. *Gallum per medios ereptum Caeſaris enſes*] *ignes* in cod. Regio. ut apud Horat. IV. od. 14. 24.

——— *impiger hoſtium*
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.

ubi *enſes* repoſuit Bentlejus. alterum adhaeret Virgilio VII. Aen. 296.

——— *medias acies, medioſque per ignes*
Invenere viam.

elapſum in ora libri ſui conjecerat Marklandus, pro *ereptum.* forte cogitabat illud Virgilii I. Aen. 243. *mediis elapſus Achivis.* & II. 318. *telis Panthus elapſus Achivûm.* & ſic ſaepius apud eumdem, praeſertim Lib. II. 526.

Ecce autem elapſus Pyrrhi de caede Polites,
Unus natorum Priami, per tela, per hoſtes
Porticibus longis fugit.

VIII. 492.

Ille inter caedes Rutulorum elapſus in agros
Confugere.

ſed quia hic nulli codices huic correctioni opitulantur, vulgatam ſollicitare non auſim. idem Virg. III. Aen. 476.

Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis.

& v. 711.

Heu tantis nequidquam erepte periclis.

Ovid. XIV. Met. 476.

Me tamen armiferae ſervatum cura Minervae
Fluctibus eripuit.

& alibi.

8. *Effugere ignotas non potuiſſe manus*] *vias* in Voſſ. quarto. *minas* in tertio. Sed per *ignotas manus* innuit latrones, in quos, cum per munitiones & ſtationes Caeſarianas elapſus eſſet, incidit, qui eum vulneratum & exanimem reliquerunt, ut recte exponit Auctor Elector. Etonenſ. fruſtra igitur *in notas* conjecerat Fruterius. *hic notas* Heinſius.

9. *Et quaecumque ſuper diſperſa*] *quicumque* in primo Leid. primo & tertio Voſſ. Borrich. meis, utraque Aldina, Juntina, Colin. & Gryph. in ceteris MSS. & primis edd. *Et quaecumque* ut ex libro ſuo Scaliger. *Ut quaecumque* ex v. c. Paſſeratius. quod probo. *At quaecumque* Ayrmannus.

ELEG. XXII.

Qualis, & unde genus, qui ſint mihi, Tulle, penates,
 Quaeris pro noſtra ſemper amicitia.
Si Peruſina tibi patriae ſunt nota ſepultae
 Italiae duris funera temporibus.
Quum Romana ſuos egit diſcordia cives:
 (Sis mihi praecipue pulvis Etruſca dolor.
Tu projecta mei perpeſſa es membra propinqui,

Tu

Eleg. XXII. v. 1. *Qualis, & unde genus*] *Quaeris* male in cod. Heinſ. *unde domus* in tertio Voſſiano. forte *unde domo.* ſic apud Senecam ad Helv. cap. 6. *jube omnes iſtos ad nomen citari, & unde domo quiſque ſit, quaere.* ubi vid. Lipſ. ſed illic emendandum *& unde domo, quiſve ſit,* monuit Patruus meus ad Virg. III. Aen. 608. ut apud Ovid. Epiſt. II. 106. *Hei mihi, ſi quae ſim Phyllis, & unde, rogas.* ubi vide notas. & ad Virg. d. l. & ad Lib. VIII. 114. ſic Graecis τίς ἐστι. vid. D. Heinſ. Lect. Theocr. cap. 10. Quae ex hac Elegia de Propertii origine & loco natali colligi poſſint, pluribus diſſeruit Thaddaeus Donnola de Patria Propert. §. XXII. & ſeqq. & vide quae ad libri hujus initium adnotavi. Eſſe autem majoris Elegiae fragmentum videbatur Francio. AD TVLLVM DE PATRIA SVA praefigitur in vetuſtis edd.

3. *Si Peruſina tibi patriae ſunt nota ſepultae &c.*] *ſepulchra* in omnibus MSS. Leidenſib. Voſſianis, D'orvillianis, meiſque. & in codd. Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. membranis Gul. Vlamingii, & primis aliiſque edd. de Peruſia ad ultimam famem redacta, & L. Antonio illic a Caeſare Octaviano obſeſſo, vide Boſch. in notis ad Petron. Sat. c. ult. ubi in hoc Propertii loco etiam *ſepulcra* adfert. quod probaſſe videtur Marklandus, nam adſcripſerat locum ex Lib. II. El. 1. 27.

Nam quoties Mutinam, aut, civilia buſta, Philippos.

neque diſſimili colore urbes deletae & regiones ſubactae *ſepulchra* dicuntur, ut Graeci τάφους & τύμβους vocant. quod erudite illuſtravit Bentlejus ad Horat. Epod. IX. v. 26. ſed nec male Scaliger *patriae ſepultae*, ut in v. c. Memmiano invenit Paſſeratius. Cic. IV. Catil. cap. 6. *cerno animo ſepulta in patria miſeros atque inſepultos acervos civium.* & elegans hujus vocis uſus eſt de rebus obſcuratis & oblivione deletis. de quo vide ad Lib. III. El. 13. 9.

5. *Cum Romana ſuos egit diſcordia cives*] fuit cum *fregit* emendandum cenſerem. ſed nihil potius innovandum. Lucan. VI. 780.

Effera Romanos agitat diſcordia manes.

Horat. Epod. VII. 17. *acerba fata Romanos agunt.*

6. *Sis mihi praecipue pulvis Etruſca dolor*] ita legendum monuit Scaliger. *Fis* conjecerat Heinſ. *Sic mihi* in primo Leid. Voſſ. tertio, ſecundo D'Orvill. MS. G. Vlamingii, & Mentel. *Sit mihi* in ſec. Leid. primo, ſecundo, & quarto Voſſ. Regiis & Colbertinis, Borrich. primo D'orv. Askew. meoque ſec. nam in meo priore & Heinſiano *Tu mihi.* quod conjecerat Marklandus. *Sis* vel *Vae* Paſſerat. *praecipue haec pulvis* in quinto Vatic. *Sit mihi* in primis edd. & Aldinis, Juntina, aliiſque. *pulvis Etruſca*, ut Lib. II. El. 10. 35. *qui nunc jacet horrida pulvis.* ubi vid. Broukh. & ſic *atra cinis, uſta cinis,* & ſim. in Epitaphiis vetuſtis. vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 32 & 147. ad has belli Peruſini, A. V. C. 711. geſti, clades etiam referendum, quod infra Lib. II. El. 1. 29.

Everſoſque focos antiquae gentis Etruſcae.

& vide de eo Paſſerat. p. 242.

7. *Tu projecta mei perpeſſa es membra propinqui*] *Et projecta* in Voſſ. pr. & ſec. meoque altero cod. ut verſ. ſeq. *Et nullo* cum repetitione in Voſſ. tertio. pro *membra* prave in uno Colbert.

Tu nullo miſeri contegis oſſa ſolo:)
Proxima ſubpoſito contingens Umbria campo
Me genuit, terris fertilis uberibus.

bert *verba. projecta oſſa* inhumata, inſepulta. Ovid. Lib. VII. Met. 602.

Ante ſacros vidi projecta cadavera poſtes.

Epiſt. II. 135.

Ad tua me fluctus projectam litora portent,
Occurramque oculis intumulata tuis.

vide Salvagn. ad Ibin v. 166. & Bentlej. ad Horat. Epod. X. 22. ſic *res projectae*, viles, & nullius pretii. vid. Graev. ad Cic. XIV. ad Fam. Ep. 2. Gallum montibus Etruſcis peremtum ac ſine ſepultura projectum intelligi, ſatis patet ex fine praecedentis poëmatii,

Et quaecumque ſuper diſperſa invenerit oſſa
Montibus Etruſcis, haec ſciat eſſe mea.

non poſſum igitur adſentire Thaddaeo Donnolae, qui in libro de Patria Propertii §. 23. p. 21. & 22. per *propinquum* hic indicari poëtae patrem credidit, neque video Paſſeratium, ad quem remittit lectorem, in alio noſtri loco ex Lib. IV. El. 1. 81. *non degeneraſſe propinquos*, ſtrictim de parentibus exponere, ſed de ſanguine proximis: illic enim adnotat, *id eſt me non deſciviſſe ab eorum, qui ſanguine me propius contingunt, inſtitutis.* Certe exemplum probati ſcriptoris proferri vellem, qui *propinquum* pro patre dixerit, quum de cognatis atque adfinibus proprium & uſitatiſſimum ſit. vid. Manut. ad Cic. IV. ad Fam. Ep. 12. & Hotoman. ad Orat. pro Rabir. 3.

9. *Proxima ſubpoſito contingens*] *ſubjecto* adfert Scaliger ad Manil. I. 580. qui *contingens* abſolute poſitum notat, pro *contigua.* huic verſui ſequentia adnotaverat Marklandus: „ *proxima* „ pro *proxime*, Graeco more, dixit Propertius: „ ea pars Umbriae, quae Peruſiam proxime con„ tingit, genuit me. *ſuppoſito campo*, humili. un„ de Silius Lib. VI. 647.

„ *Et ſedet ingentem paſcens Mevania taurum.*

„ Mevaniae enim, patriae Propertii, humilis erat ſitus. & recte illum Silii Ital. locum huc contulit, in quo ſitus humilitas voce *projecta* praecipue firmatur,

——— *atque ubi laetis*
Projecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et ſedet ingentem &c.

ſic enim vere Heinſius, pro *latis campis*, tam illic reſtituit, quam Lib. VIII. 458. *laetis Mevania pratis*, propter agrorum circa Mevaniam ubertatem, ut hoc loco, *terris fertilis uberibus. ſedere* autem de locis planis ac depreſſis, frequens eſt. vide Barth. ad Stat. I. Theb. 330. & VI. 256. & ſic χῶρον ἥμερον in Theocriti Hyla expoſuit D. Heinſius Lect. Theocr. cap. 19.

10. *terris fertilis uberibus*] *terrae uberibus* Gebhardus. ut Virgilio *Divitis uber agri, uber glebae, fertilis ubere campus*, ac ſim. pro fertilitate, ubertate. ſed deſidero exemplum, quo *ubera terrae* eo ſenſu occurrere probetur, plurali numero. hic autem *terrae uberes* adjectiva notione recte dicuntur. ut *uberes fruges* Horatio Lib. IV. od. 15. 5.

Fruges & agris retulit uberes.

SEX.

SEX. AVRELII
PROPERTII
ELEGIARVM
LIBER SECVNDVS.

Quaeritis unde mihi toties ſcribantur amores?
Unde meus veniat mollis in ora liber?
Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo.

Inge-

v. 1. *Quaeritis, unde mihi* &c.] ita recte, non *Quaeritur.* ut alibi non raro repoſuerunt librarii. Lib. III. El. XI. init.

Quaeritis, unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
Et Venere exhauſtae damna querantur opes?

Ovidius Lib. V. Faſt. init.

Quaeritis, unde putem Majo data nomina menſi?

vid. Heinſ. ad Rem. Am. v. 161.

2. *Unde meus veniat mollis in ora liber*] ſic recte caſtigatum fuit a viris eruditis. olim legebatur, *mollis in ore.* quod fruſtra propugnat Scaliger. ſed *veniat in ora*, jungenda ſunt. vide hic Paſſerat. & Broukhuſ. & quae notavi ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 344 & 366. differunt enim *venire in ora*, & *eſſe in ore*, populi nempe. ut apud Ovid. Epiſt. XVII. v. 34.

Ne quando nomen non ſit in ore meum.

& VI. Faſt. 528.

Eſque frequens, Ino, nomen in ore tuum.

ſed *venire*, *volitare*, *tradi*, & *traduci in ora*, vel *per ora.* vide Bernecc. & Vorſt. ad Juſtin. XVI. cap. 5. §. 5.

3. *Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo*] ſic edidi auctoritate codd. Palatinor. idque probabant in notis ſuis Livineſ. Heinſ. & in libri ſui margine Marklandus. quod neſcio cur repudiatum fuerit. *cantat*, quod alios codices, & vetuſtas edd. occupavit, edidit Broukhuſ. infra Lib. IV. El. I. v. 133.

Tum mihi pauca ſuo de carmine dictat Apollo.

ubi eadem varietate *cantat* in MSS. Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 27.

At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant,
Jam canitur toto nomen in orbe meum.

apud eumdem Lib. II. Amor. El. I. v. ult.

Carmina purpureus quae mihi dictat Amor.

paſſim vero Apollo, Calliope, vel Muſae bonis poëtis carmina *dictare*, *lyram* ſuam illis *donare*, vel *cedere*, dicuntur. vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 121. & quae ſupra notata ſunt ad Lib. I. El. 2. 27. *Non mihi Calliope* in duobus Leidd. Heinſiano, Menteliano, Borrich. meo ſecundo; & primis edd. *Non mi Calliope* in ed. Douſar. aliiſque. *Non hoc Calliope, non hoc mihi* &c. in Excerptis Scaligeri. In codd. Regiis & uno Colbert. *Non mihi Calliope, non haec mihi* &c. ſed in altero Colbertino, *Non haec Calliope, non haec.* quam veram lectionem probat imitatio Ovidii Lib. V. Triſt. El. I. 27.

Non haec ingenio, non haec conponimus arte;
Materia eſt propriis ingenioſa malis.

& è recentioribus locum hunc in animo habebat Lotichius Lib V. Eleg. I. 9.

Non haec Pierides dictant, non fautor Apollo,
Non haec Caſtaliae ſuggerit humor aquae.

Ingenium nobis ipſa puella facit.
Sive illam Cois fulgentem incedere totis,
Hoc totum e Coa veſte volumen erit;

Seu

4. *Ingenium nobis ipſa puella facit*] non dubito Ovidium haec imitatum eſſe Epiſt. XV. Sapphus v. 84.

Sive abeunt ſtudia in mores, artiſque magiſtra
Ingenium nobis molle Thalia facit.

ubi male *dedit* in aliis codd. & edd. vide illic notas. Epiſt XX. 26.

Sollertem tu me, crede, puella facis.

idem Ovidius Lib. II. Am. El. 17. 34. de Cynthia ſua:

Nec, niſi tu, noſtris cantabitur ulla libellis,
Ingenio cauſſas tu dabis una meo.

noſter infra El. XXIII. v. 36.

Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.

Martialis Lib. VIII. Ep. 73.

Cynthia te vatem fecit, laſcive Properti,
Ingenium Gallo pulchra Lycoris erat.

ſic legendum, non *Galli.*

5. *Sive illam Cois fulgentem incedere totis,*
Hoc totum e Coa veſte &c.]

locum hunc non uno modo vexarunt codices antiqui, editiones priſcae, & viri docti. *Sive illam Chois fulgentem incedere cogis* in primo Leid. duobus Voſſ. Menteliano, ſecundo & quinto Vatic. utroque D'orv. Heinſiano, & meo priore. *Sive illam Caeis fulgentem incedere cogis, Hoc totum e Caea* Groning. *incedere vidi* in Voſſ. quarto. *Ceis* & *Cea* etiam in ſecundo Leid. ut haec paſſim variantur. vid. ad Lib. I. El. 2. v. 2. *longis fulgentem incedere Cois* legebat Ayrmannus. in fine autem verſus *cogis* eſt in multis codd. MSS. & Askewiani margine. *togis* in codd. Regiis, Colbert. & meo ſecundo, in cujus marg. *cogis*, ex qua vitioſa ſcriptura enatum fuit *logis*, id eſt *longis*. ut *ſtola longa* Ovidio Lib. VI. Faſt. v. 654. in primis edd. *Caeis togis.* unde Broukhuſius *Cois fulgentem incedere totis* edidit. ſed *Cois fulgentem incedere totam* placebat Patruo meo ad Virg. X. Aen. 539. ſic Lib. III. El. XI. 35. *totos operibat amantes.* ubi *poſitos* male Heinſ. & *Coa* abſolute dicuntur. vid. Heinſii notas pag. 677. ubi etiam conjicit,

Sive illam tunicis fulgentem incedere Cois,

quod minime diſplicet, favetque repetitio elegans ejuſdem vocabuli in fine praecedentis & initio ſequentis verſus, *fulgentem incedere Cois, Hoc totum e Coa veſte* &c. vel potius *Totum de Coa veſte*, ut legebat Cl. Schraderus Lib. II. Obſerv. cap. 6. quod non inmerito amplexus fuit Koppierſius in Obſerv. cap. XI. pag. 137. & huic lectioni favent codices, nam *Hoc* deſideratur in Voſſ. quarto, & *de Coa* in eodem, & Askewiano. *Cois fulgentem incedere togis* in codd. Regiis & Colbertinis, metro in ultima voce vitiato, unde in aliis editionibus,

Sive togis illam fulgentem incedere Cois.

ſed recte Scaliger notavit, *togas* meretricibus & damnati pudoris moechis convenire. Forte prae ceteris praeferenda eſſet Patrui mei ad Virg. conjectura, quam tamen Heinſio perperam tribuit Cl. Schraderus, *Cois fulgentem incedere totam.* nam verbum *incedere* a ſeq. v. 7. *Seu vidi ad frontem* &c. male dependere, contra loquendi conſuetudinem, adeoque hic ex uno cod. Voſſiano legendum eſſe *incedere vidi*, nondum probare poſſum; neque enim minus elegans repetitio eſt, *Cois fulgentem incedere totam, Totum de Coa*, &c. quam *incedere vidi*, &, poſt interjectum alium verſum, *Seu vidi ad frontem.* Marklandus in ora libri ſui legendum adſcripſerat,

Sive illam Coa fulgentem incedere veſte.

idque propter repetitionis elegantiam, *Hoc totum e Coa veſte.* ſic Lib. I. El. 2. v. 2.

Et tenues Coa veſte movere ſinus.

& Lib. IV. El. 5. 55.

Qui verſus, Coae dederit nec munera veſtis.

vid. Heinſ. ad Sabin. Epiſt. III. 45. idem tamen Marklandus huic conjecturae praeferebat,

Sive illam Cois fulgentem incedere textis.

ut Lib. IV. El. 5. 23. *Coae textura Minervae.* Ovid. Epiſt. IX. 163.

Illita Neſſaeo miſi tibi texta veneno.

Epiſt. XVII. 223.

Purpura nempe mihi pretioſaque texta dabuntur.

Cel

Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos,
   Gaudet laudatis ire ſuperba comis.
Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis,

10. Mira-

Cel. Hemſterhuſius ad hunc locum animadverterat, „ Ulcus aliquod in hoc verſu inveteratum latere, codices ſatis oſtendunt, cui vereor „ ut Broukhuſius remedium tulerit. Hoc certius „ adfirmare licet, minus eum attendiſſe, cum explicaret, h. e. omni corpore undique pellucentem ac perſpicuam; hoc vel monuiſſe ſufficit, „ ne putidum videatur apud L. L. peritum accuratius enodare, quid *fulgere* his in locutionibus valeat. Sed cenſuram hanc in Broukhuſium nimis rigidam eſſe agnoſcet, quicumque ejus notam inſpexerit; uſum enim elegantem verbi *fulgere* de ipſo Cynthiae corpore in veſte Coa perlucida candido illuſtravit, ut Paſſeratium, *fulgentem* male ad purpuram trahentem, refutaret. certe *fulgere* ita ſimpliciter etiam occurrit apud Senecam Hippol. 651. *Quis tum ille fulſit?* Herc. Oet. 238. *Et fulſit Iöle.* & v. 386. de forma, *Deperdit aliquid ſemper, & fulget minus, Nec illa Venus eſt.*

7. *Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos*] *ad fontem* in uno Voſſiano: unde orae codicis ſui Patruus meus adnotaverat ſcripſiſſe forſitan Propertium,

Seu vidi ad fontem ſparſis errare capillis.

ut innuat, ſe vidiſſe Cynthiam ad fontis ripam ambulantem ſolutis & promiſſis capillis, quos referebat aquae imago, non aliter ac Narciſſus in fonte videbat,

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

& huic conjecturae favet *ire ſuperba*, ſequenti verſu, *laudatis comis*, a vate ſuo nimirum, non diſſimili colore, quo *laudato pavone ſuperbior* apud Ovid. XIII. Met. 802. & ſic *errare* ad Cynthiam, non ad *capillos*, erit referendum, ut *diffuſis errare capillis*, licet alio ſenſu, apud Ovid. Epiſt. X. 47. vulgatam tamen lectionem tuetur illud noſtri infra Eleg. 2. v. 23.

Nec de more comae per laevia colla fluentes.

& Eleg. XVIII. 9.

Sive vagi crines puris in frontibus errant.

errare autem eleganter de capillis ſolutis ac fluitantibus. Claudian. II. de R. P. 31.

— levibus projecerat auris
Indociles errare comas.

ubi vid. Barth.

9. *Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis*] *percuſſit*, ut edidit Broukhuſius, eſt quidem in variis codd. MSS. Leid. Voſſ. Borrich. uno D'orvill. meo utroque, & aliis, ut & in primis ac reliquis fere edd. mihi tamen praeferendum videtur, quod Douſa Fil. conjecerat, *percurrit*, quia hoc exigunt *faciles manus*, id eſt agiles, volubiles, ut recte exponit Guellius ad Virg. VIII. Aen. 309. firmatque illud Ovidii Lib. II. Am. El. 4. 27.

Haec querulas agili percurrit pollice chordas,
Tam doctas quis non poſſit amare manus?

ut recte illic quoque praetulerunt viri eruditi, quia *percurrit* melius *agili pollici* convenit, quam *praetentat*, aut *deducit*, quod in aliis codd. legitur. in pleriſque autem veterum locis, quae adfert Broukhuſius, ut tueatur *percuſſit*, agitur de graviori ſono, quo cithara pulſatur, feritur, ac percutitur, neque adduntur *agiles* vel *habiles manus*, ut hoc loco *faciles manus*, molles ac leves, quae mulcent potius & agilitate vaga percurrunt lyram, quam percutiunt. & ut *faciles manus*, ſic *faciles pedes* de agilitate dicuntur. vide notas ad Ovid. I. A. A. 160. Pindarus, Thebanus vulgo dictus, Epitom. Iliados v. 891.

—— haec dextra tympana pulſat,
Illa lyrae graciles extenſo pollice chordas
Percurrit, ſeptemque modos modulatur avenis.

ubi *extenſo pollice chordas percurrere* egregie huic loco *percurrit* vindicat. male enim illic in meo cod. MS. *Percutit, haec ſeptemque modos* &c. vide quae olim notavi ad Lotichium Lib. IV. Eleg. 2. 39. p. 250. 251. *Percuſſit* tamen hic etiam praetuliſſe videtur Marklandus ad Statii Silvas pag. 181. ubi poëtae ſuo adſerit, *Sive chelyn complexa ferit*, pro *petit.* & ſimilia ex poëtis, ut ad hunc verſum Broukhuſius, adfert loca, in quibus *ferire, pulſare, & percutere chelyn* occurrat, quod ut obvium, ita non ſemper & ubique con-

Miramur, faciles ut premat arte manus.

Seu

convenit. ſic apud Auctorem Elegiae in obitum Maecen. v. 51.

Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno,
Poſtquam victrices conticuere tubae.

ubi optime *percuſſit*, quia poſt victoriam gravi ſono canebat, nam *percurrit* illic minus aptum eſſet. dein *lyra* legendum, quod & Heinſio inciderat, Cel. Hemſterhuſio placebat ex Ovidii loco IV. Triſt. El. 10. 50. quem adfert Broukhuſius,

Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.

ſed *ferire carmina* in illo Naſonis verſu, non minus quam hoc in loco *percutere carmen lyra*, locutio eſt inſolentior, & apud Calpurn. Ecl. IV. 128.

Seu cantare juvat, ſeu ter pede laeta ferire
Carmina, non nullas licet hic cantare choreas.

ubi *pede* additur, ut ad ſaltationem modulatam referatur. vide illic Patrui mei notas, qui locum Ovidii, in quo *ferire carmina* non niſi de ſolo cantu ad lyram intelligi poſſit, non integrum, & locutionem ſine exemplo eſſe exiſtimat. Mihi videtur ex codicis Bernenſis veſtigiis, in quo *Dum colit*, apud Naſonem emendari poſſe, *Dum canit Auſonia* &c. in MS. Leid. a man. ſec. illic legitur, *Dum facit*. Sed praeterea neque *carmen lyrae percurrere*, neque *digiti eburni* Heinſio placebant, non enim *percurrere carmen* hic capi poteſt, ut in Culice v. 34.

Mollia ſed tenui percurere carmina verſu.

metaphora a textura deſumta, ut exponit Scaliger. *decurrere* illic legebat Heinſius, qui Lib. II. Adverſ. cap. 1. Propertium dediſſe opinabatur,

Sive lyrae ſtamen digitis percuſſit eburnae.

& in Notis, quas illius Adverſariis adjeci, pag. 677. *lyrae ſtamen* vel *lyra eburna* probabat. certe *lyrae ſtamen* pro filo vel nervo lyrae Ovidio etiam dicitur, Lib. XI. Met. v. 169. de Apolline:

Diſtinctamque fidem gemmis & dentibus Indis
Suſtinet a laeva; tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit. tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.

ubi *carmina* etiam in MSS. ſed *ſtamina* recte Patruus meus vindicat. ſic alibi haec quoque variantur. ut apud noſtrum Lib. IV. El. 7. 51.

Juro ego Fatorum nulli revolubile ſtamen.

ubi *carmen* in multis codd. quod ab aliis male praefertur. vide de vocum harum permutatione Heinſ. ad Claudian. II. in Eutrop. 458. *plectrum* vero *eburnum* Apollini tribuit quidem Auctor Elegiae in Obit. Maecen. d. l. & noſter infra Lib. III. El. 2. 25. *& plectro ſedem mihi monſtrat eburno.* & *eburno verbere*, plectri nempe, *chelyn pulſare* apud auctorem Panegyrici ad Piſon. v. 154.

Sive chelyn digitis & eburno verbere pulſas.

digitos tamen *eburnos* agnoſcunt omnes codices, & e ſuis adfert Neſtor in Vocabular. pag. 50. in *ebur.* idque ſua imitatione probaſſe videtur Petrus Bembus Elegia ad Lucretiam Borgiam pag. 240. Carm.

Seu calamo condis numeros & carmina ſumto,
Illa novem poſſunt ſcripta decere Deas.
Naulia ſeu, cithyramve manu percurrere eburna,
Et vario Ogygios ore ciere modos.

Locum igitur hunc optime conſtitutum iri puto, ſi admiſſa Heinſii emendatione *lyrae ſtamen*, ſed ſervata lectione *digitis percurrit eburnis*, quod Bembo etiam placuiſſe videtur, legatur,

Sive lyrae ſtamen digitis percurrit eburnis.

neque enim cauſſam video, cur *digiti eburni* Heinſio diſplicuerint magis, quam *eburnea brachia*, *eburnea colla*, *eburnea cervix*, & ſimilia apud Ovidium frequentia, quae *marmorea* ſaepe poëtis dicuntur. vide Drakenb. ad Silium XII. 246. & *eburni digiti* iidem, qui *marmorei*, propter candorem, aliis vocantur. vid. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 700.

10. *faciles ut premat arte manus*] illud *premat* Cel. Hemſterhuſio mutandum videbatur in *regat*. Haec enim adnotaverat: „ Mox ſi *regat* ſcriptum foret, ego quidem illud *premat* minime „ deſiderarem. infra El. XXV. v. 80.

„ *Tale facis carmen docta teſtudine, quale*
„ *Cynthius inpoſitis temperat articulis.*

Sed praeterquam quod codices MSS. huic lectioni non adſtipulentur, nihilque varient, niſi quod *premit* in nonnullis, *facilis* in aliis, *Mirentur* in Excerptis

Seu quum poſcentes ſomnum declinat ocellos,
Invenio cauſſas mille poëta novas.
Seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
Tunc vero longas condimus Iliadas.
Seu quidquid fecit, ſive eſt quodcumque locuta,
Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.

Quod

cerptis Modii, omnes tamen conſtanter τὸ *premat* tuentur, unde ego quidem, ſi *regat* in vulgatis exſtaret, vel unius codicis auctoritate *premat* huc revocarem, & hanc lectionem eodem noſtri loco ſtabilire adniterer, ubi *inpoſitis articulis temperare teſtudinem* dicitur Apollo; quod *faciles manus premere* eſt, ſi quis *digitis* lyram *percurrat*. *premat* igitur *manus*, hic eſt, moderetur, temperet, ne agilitati nimium indulgentes extra orbitam vagentur. ſic *premere pollicem* apud noſtrum Lib III. El. 8. 14.

Et nitidas preſſo pollice finge comas.

quod Paſſeratius pag. 464. exponit *digitis quadam arte leviter admotis*, ut hoc loco *faciles ut premat arte manus*. vel *preſſo pollice*, reſtricto & retento, ne laedat. ſic *alas premere*, pro contrahere, inhibere, de Cupidine, ſupra Lib. I. El. 9. 24.

11. *Seu quum poſcentes ſomnum declinat ocellos*] *ſomnus* in ſecundo Leid. altero D'orvill. Groning. & in primis, aliiſque priſcis edd. idque tuetur Livinejus. rectius tamen *ſomnum* ex aliis codd. praetulerunt V. D. quod a Neapolitano, Borrichiano, & Scaligeri codice firmatur. *ocelli*, *ſomnum poſcentes* jungenda ſunt. & *declinat* pro *inclinat*. ut Lib. IV. El. 7. v. 25.

At mihi non oculos quiſquam inclinavit hiantes.

ſomno enim oppreſſus *declinat lumina*, non autem *ſomnus* oculos *declinat*. ut in illo Virgilii IV. Aen. 185.

——— *nec dulci declinat lumina ſomno.*

& ita etiam hoc in loco legendum notavit N. Heinſ. ad Valer. Fl. VIII. 66. & ad Ovid. VII. Met. 155.

14. *Tunc vero longas condimus Iliadas*] ſenſum hujus loci non recte percepiſſe videntur Paſſeratius, & Cioſanus ad Ovid Lib. II. ex P. Ep. 7. 34. quorum hic *condere longas Iliadas* exponit de Propertio ipſo, quaſi innueret, ſe tunc ſcribere & conponere opus diffuſum & Iliade longius, ille vero interpretatur, *tum maxime ſcribimus & conponimus opus longum, & XXIV Voluminum*. Indicare videtur poëta, quando Cynthia ſecum in palaeſtra amoris luctatur, ipſo etiam erepto amictu, tunc longas querelas rixaſque amatorias inter utrumque excitari, ſtatimque, ubi alter quid protervius aut acerbius dixerit, maximam de nihilo, ſive levi ira, tamquam ingentem ex tenui ſcintilla ignem, naſci hiſtoriam, adeo ut tota fere altercationum & turbarum Ilias inde poſſit condi. ut *Ilias malorum*, quaſi proverbiali locutione, de ingenti calamitatum numero & ſerie dicitur. ut in illo Ovidii loco modo indicato, ex Ponticis, *Ilias eſt fatis longa futura meis*. vid. Comment. ad Cic. VIII. ad Att. Ep. XI. *hiſtoria* autem hic dicitur de re, quae rumoribus & vulgi ſermonibus anſam praebeat. ut Lib. III. El. 19. v. 18.

Illi ſint quicumque ſolent in amore dolores,
Et caput argutae praebeat hiſtoriae.

& ſic *hiſtoria* de amoribus hominum ſermone tritis Lib. IV. El. 7. 64.

Andromedeque, & Hypermneſtre ſine fraude maritae
Narrant hiſtoriae pectora nota ſuae.

ſupra Lib. I. El. 15. 24.

Quarum nulla tuos potuit convertere mores,
Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.

ubi vide Paſſeratium pag. 213. Huic igitur expoſitioni favere videtur illud *Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria*. neque tamen obnitor, ſi quis velit Propertium indicare, ſe tam longum opus ſcribere quam eſt Ilias; aut Elegias longas condere de lectulo, deliciis ſuis beato, & exſultare tamquam potiore triumpho de Cynthia, quam Parthis devictis, relato.

Quod mihi ſi tantum, Maecenas, fata dediſſent,
  Ut poſſem heroas ducere in arma manus:
Non ego Titanas canerem, non Oſſan Olympo
  Inpoſitum, ut coelo Pelion eſſet iter:
Non veteres Thebas, nec Pergama, nomen Homeri,
  Xerxis & imperio bina coïſſe vada:
Regnave prima Remi, aut animos Carthaginis altae,

Cim-

17. *Quod mihi ſi tantum*] *Quid mihi* in ſecundo Leid. & primis aliiſque vetuſtioribus edd. ſed *Quod* in ceteris codicibus. *O mihi ſi cantu* conjecerat Heinſius, vel, *Quod ſi oris tantum.* ui infra Eleg. 8. v. 16. *magni nunc erit oris opus.* & El. 25. 83.

Nec minor his animis, nec ſe minor ore canorus
Anſeris indocto carmine ceſſit olor.

Lib. III. El. 15. 40.

Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.

& Lib. IV. El. 1. 58.

Hei mihi, quod noſtro parvus in ore ſonus.

os magna ſonaturum Horatio Lib. I. Sat. 4. 43. ſeq. verſ. *Ut poſſim* quartus Voſſ. *poſſes* pr. Leid. & Mentel. *poſſent* in ſecundo. *Et poſſem* in meo priore.

19. —— *non Oſſan Olympo*
Inpoſitum, ut coelo Pelion eſſet iter]

coeli in omnibus fere codd. quorum apud me Excerpta ſunt, ut & Leidenſib. Voſſianis, D'orvillianis, meiſque, unde *coelis* conjecerat Cl. Oudendorpius. ſed *coelo* recte, pro ad coelum. *coeli pervium ut eſſet iter* tentaverat Guyetus. quod vel ex uno, ut alia omittam, Ovidii loco rejicitur, Lib. I. Faſt. v. 307.

Sic petitur coelum: non ut ferat Oſſan Olympus,
Summaque Peliacus ſidera tangat apex.

Cum his & reliquis verſibus conferenda ſunt illa ex Culice v. 26. & ſeqq.

—— tibi namque canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus:
Nec Centaureos Lapithas conpellit in enſes:
Urit Erechthonias Oriens non ignibus arces.
Non perfoſſus Athos, nec magno vincula Ponto
Jacta, meo quaerent jam ſera volumine famam:
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Graecia cum timuit venientes undique Perſas:
Mollia ſed tenui percurrere carmina verſu
Viribus apta ſuis, Phoebo duce, ludere gaudet.

21. *Non veteres Thebas, nec Pergama*] *Nec veteres* in Excerptis Modii, ſeu Groning. Neapol. altero Colbert. primo & tertio Voſſ. utroque D'orvill. & meo ſecundo. quod probo, ut hic variationis cauſſa *nec* repetatur, ut praeced. diſticho *non.* & in ſequentibus *vel* & *aut*, ſive ut in Neapol. *Regna aut prima Remi*, & dein *&* repetitur. altero verſu *Xerſis* in primo Leid. Voſſ. ſec. & quarto, duobus D'orvill. & Neap. *Aerſis* in Mentel. pro vera ſcriptura *Perſis*, ut in Heinſiano, meo priore, & aliis MSS. ita ſaepe variis poëtarum locis *Perſes* ex MSS. reſtituerunt Viri, docti, pro *Xerxes.* vide notas ad Lucan. II. 672. & Lib. III. 286. & quae contuli ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 190 & 191. ubi & in verſu Ennii ex Terentiano Mauro legendum notavi, *Pontibus inſtratis conmiſit litora Perſes*, pro vitioſa in vulgatis ſcriptura *perpes.* Illic autem edidi duo optimae notae Epigrammata in Xerxem, in cujus altero de Atho monte perfoſſo, & utroque Helleſponti litore per pontem conjuncto,

Hic, quem cernis, Athos, inmiſſis pervius undis,
Fluctibus obliquis circumeundus erat.
Accepit magno deductum Nerea fluctu,
Perque latus miſit maxima bella ſuum &c.
Idem conmiſit longo duo litora ponte
Perſes; & fecit per mare miles iter.

quae *bina vada imperio Xerxis coïſſe*, ut hoc loco dicitur, optime illuſtrant. *Et Xerxae*, vel *Perſae, imperio* etiam conjecerat Heinſius.

23. *aut animos Carthaginis altae*] ſic omnes codices & editiones. *muros* tamen *Carthaginis* adferunt Douſa & Boxhornius ad Sulpiciae Satyr.

Cimbrorumque minas, & benefacta Marî;
Bellaque, reſque tui memorarem Caeſaris, & tu
Caeſare ſub magno cura ſecunda fores.
Nam quoties Mutinam, aut civilia buſta, Philippos,
Aut canerem Siculae claſſica bella fugae:
Everſoſque focos antiquae gentis Etruſcae,
Et Ptolemeeae litora capta Phari:

Aut

tyr. v. 19. quid ſi *arces* propius ad *animos* accederent? ut apud Horat. Epod. VII. 5.

Non ut ſuperbas invidae Carthaginis
Romanus arces ureret.

ſed *animos* pro virtute bellica & mentis robore ac firmitate intelligere poſſumus, unde paſſim *animos vireſque* de mentis & corporis praeſtantia jungunt. vide Patrui mei notas ad Virg. X. Aen. 357. qui ſimiliter apud Manilium Lib. I. v. 10. legebat,

Das animos vireſque facis ad tanta canenda.

pro *animum.* mox *Cimbrorumque manus*, pro copiis ingentibus, ex cod. Palatino Gebhardus. ſed non audio. Miror Viros eruditos cum his Propertianis non contuliſſe inſignem Horatii locum Lib. II. od. 12. v. 12. ad Maecenatem, qui totus adſcribi & conparari meretur,

Nolis longa ferae bella Numantiae,
Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare
Poeno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari cytharae modis.
Nec ſaevos Lapithas, & nimium mero
Hylaeum: domitoſque Herculea manu
Telluris juvenes, unde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris: tuque pedeſtribus
Dices hiſtoriis praelia Caeſaris,
Maecenas, melius, ductaque per vias
Regum colla minacium.
Me dulces dominae Muſa Licimniae
Cantus, me voluit dicere lucidum
Fulgentes aculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus.

minae Cimbrorum praeterea hic dicuntur, ut *Hannibalis minae* eidem Horatio Lib. IV. od. 8. 16. & *minacis Porſenae manus* Epod. XVI. 4. *Cimbrorumque minae* in codd. Regiis, & primis edd.

26. *Caeſare ſub magno cura ſecunda fores*] poſt magnum Caeſarem tu alterum Muſis meis praeberes argumentum. infra Eleg. 2. 42.

Poſt Helenam haec terris forma ſecunda redit.

Aut canerem Siculae claſſica bella fugae] *maxima regna* in tertio Voſſ. *claſſica vela* corrigebat N. Heinſ. Lib. II. Adverſ. c. 1. pag. 201. & in Notis p. 678. *bella* enim modo praecedunt, & *vela* favent *fugae.* *claſſica pulſa* Ayrmannus. quod hauſit ex Tibullo Lib. I. El. 1. 46. *cui ſomnos claſſica pulſa fugent.* ubi *pulſa* ſunt inflata, quod ab hoc loco alienum eſt. *vela* igitur cum Heinſio praeferrem, ut *vela fugacia* Ovidio Epiſt. XIII. 21. intelligit enim Sex. Pompejum, difficili licet bello, e Sicilia tandem fugatum, *actus cum freto Neptunius Dux fugit uſtis navibus*, ut ait Horatius Epod. IX. praecedenti verſu bellum Mutinenſe, & pugnam ad Philippos Theſſaliae urbem, ut & ſequenti diſticho bellum Peruſinum, & Alexandrinum, & deinde Aegyptum in provinciae formam redactam innuit. quae ad ſeriem temporis digeſſit Caſaub. ad Suet. Aug. c. 17. Ceterum notanda videtur elegans repetitio vocis *canerem*, hoc verſu, & mox v. 31. *Aut canerem Aegyptum*, licet ſupra v. 19. etiam praeceſſiſſet, *Non ego Titanas canerem*, &c. ubi tamen facile abeſſe, & , ut reliqua ſequentia, connecti potuiſſet cum *memorarem* v. 25. Hujus vero loci repetitio, *Aut canerem Siculae* &c., & *Aut canerem Aegyptum*, eadem eſt, ac illa Virgilii II. Georg. 158. & 161.

An mare, quod ſupra, memorem, quodque adluit infra, &c.
An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra!

Aut canerem Aegyptum & Nilum, quum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis:
Aut Regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in Sacra currere roſtra Via:
Te mea Muſa illis ſemper contexeret armis,
Et ſumta & poſita pace fidele caput.
Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

Sed

31. *Aut canerem Aegyptum, & Nilum, quum tractus in urbem* &c.] *Cyprum & Nilum* in plurimis codd. ut primo Leid. tribus Voſſianis, Groning. Borrich. quinto Vatic. ſecundo Colbert. Mentel., utroque D'orvill. meiſque. *Cyptum* in Neapol. deinde *& nullum contactus* in Leid. priore, & Mentel. *contractus* in primo Voſſ. & D'orv. *attractus* in Neapol. & Voſſ. ſec. *qui tractus* in tertio, *captus ad* in quarto. *& nilum contractus in urbem* in meo priore, *in orbem* vitioſe ed. Gryph. vera lectio eſt, *quum tractus in urbem*, quod exigit *debilis ibat*, quia in triumphis & regiones ſubactae, & flumina illis vicina, unde *Aegyptum & Nilum* conjungit, fractis cornibus debiles & lentius euntes ferebantur in ferculis & thenſis. ut notum. vide hic Paſſeratium. ſic *trahere Reges famulos*, *& captiva flumina ferre*, ut hic Nilo in urbem *tracto* tribuit noſter *captivas aquas*, Claudianus elegantiſſima triumphi deſcriptione, Lib III. de Laud Stilic. v. 23. ſeqq.

Hi famulos traherent *Reges*, *hi facta metallo*
Oppida, *vel montes*, captivaque *flumina ferrent*,
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes,
Inde catenato gemeret Germania Rheno.

ubi *catenatum Rhenum* vocat, ut *famulas aquas* ei tribuit Ovidius Lib. I. Faſt. 286.

— & veſtri, Germanice, cauſſa triumphi
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.

ſed de hoc ritu plura notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 230. ubi in fragmento vetuſti epigrammatis de victoria Germanici,

Iſter pacatis lentior ibat aquis.

34. *Actiaque in Sacra currere roſtra Via*] *fervere* conjecerat Heinſius. ut infra El. VII. 20. *Fervere & Hectorea Dorica caſtra face.* ſed non obſequor. nam ſpolia hoſtilia, ut hic roſtra navium in victoria Actiaca relata, curru triumphali ſimul vehebantur. corrupte vero in nonnullis codicibus *inſana via.* ut in primo Leid. Menteliano, Borrichiano, Heinſiano, & meo priore. *ſacrae viae* in cod. Colbert. *raſtra* male in Groning. per Sacram Viam Imperatores triumphantes curru devehebantur in Capitolium. Horatius Epod. VII. 8.

Intactus aut Britannus ut deſcenderet
Sacra catenatus Via.

vide Broukhuſ. infra ad Lib. III. El. 3. v. 22.

Mi ſat erit Sacra plaudere poſſe Via.

ubi male *media via* in aliis codd.

35. *Te mea Muſa illis ſemper contexeret armis*] *Et te Muſa* in primo D'orvill. *Et mea* in ſecundo, & duobus Colbert. *contexerit* in binis Leidenſ. tribus Voſſ. Mentel. Heinſiano, Borrich. uno D'orv. & meo utroque: *contexuit* in Groning. & ſeq. verſ. *Te ſumta.* Mihi illud *ſemper* hic valde ſuſpectum, languidum, & prorſus inutile videtur. an forte ſubſtitui poſſet?

Te mea Muſa illis inſertum *intexeret armis.*

non diſſimile illud Tibulli Panegyrico ad Meſſal. Lib. IV. Carm. 1. 5.

Nec tua te praeter chartis intexere quiſquam
Facta queat, dictis ut non majora ſuperſint.

37. *Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles, Hic Ixioniden*, &c.]

Hi verſus, quantumvis Propertii genium ſpirantes, quomodo huic loco conveniant, non facile quis dixerit. aut male huc aliunde intruſi ſunt, aut deſiderantur nonnulla. unde hiulca haec & ἀνακόλουθα pronuntiat Vulpius. quod autem

Be-

Sed neque Phlegraeos Jovis, Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.

Nec

Beroaldus aliique velint, fidem & amicitiam inter Maecenatem & Auguſtum, hic conparari cum amore Theſei erga Pirithoum, Ixioniden, & Achillis erga Patroclum, ſeu Menoetiaden, nimis contortum videtur. toto igitur diſticho, quod erronis inſtar e ſua ſede ejectum vagatur, hinc amoto, optime ſequentia cum praecedentibus cohaerent. Locum forte commodiorem invenire poſſet ſupra Lib. I. El. 19. poſt v. 6. ubi amoris ſui conſtantiam, aeque in terris quamdiu viveret, ac poſt obitum in locis infernis duraturam verſibus elegantiſſimis jactat, quibus ſi inſeratur hoc diſtichon eo ordine,

Non adeo leviter noſtris Puer haeſit ocellis,
Ut meus oblito pulvis amore vacet.
Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menoetiaden:
Ille & Phylacides (ut legend. conjeci) *jucundae conjugis heros,*
Non potuit caecis immemor eſſe locis,

exempla heroum illic memorabit, qui non tantum in vita amicitiae perennis tenorem, ut Patroclo Achilles, & poſt fata, ſpreto ipſo Phlegethonte, Theſeus Pirithoo, ſed etiam conjugalis vinculi ſanctimoniam & mutuis fidum pectus amoribus, ut Laodamiae Proteſilaus, apud inferos exhibuerunt. Neque tamen conjecturam hanc certam adfirmo, cedere paratus illi, qui alium e Propertio locum ſuppeditet, cui verſus hi melius conveniant. Miror vero Broukhuſium *ſuperis* hic de ὀυρανίοις ſeu coeleſtibus locis intellexiſſe, quum *ſuperae* orae, quas homines incolunt, *infernis* paſſim opponantur apud Poëtas. ut infra El. XXI. 50.

Sunt apud infernos tot millia formoſarum,
Pulchra ſit in ſuperis, ſi licet, una locis.

Ovidius Lib. X. Met. 11. de Orpheo & Eurydice:

Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeïus auras
Deflevit vates; ne non & tangeret umbras,
Ad Styga Taenaria eſt auſus deſcendere porta.

Silius Ital. Lib. XIII. 777. de Craſſo:

Dives apud ſuperos, ſed mors aequarat egenis.

Seneca Phoeniſſ. 235.

——— *cur caput tenebris grave*
Non mitto ad umbras Ditis aeternas? quid heic
Manes meos detineo? quid terram gravo?
Mixtuſque ſuperis erro.

eadem oppoſitio apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 48. *& quam apud ſuperos habuerat magnitudinem, inlibatam detuliſſet ad inferos.* ubi vide notas. & Oudend. ad Lucan. Lib. III. 702. Recte igitur Marklandus ad hunc locum ſequentia notaverat: „ *ſuperis*, pro hominibus, qui
„ ſupra terram ſunt, & ideo opponuntur infer-
„ nis, vel mortuis, qui infra terram. Seneca
„ Hippol. v. 625.

„ *Regni tenacis dominus & tacitae Stygis*
„ *Nullam relictos fecit ad ſuperos viam.*

„ Virg. IV. Georg. 486.

„ *Redditaque Eurydice ſuperas veniebat ad auras.*

„ ubi forte legendum *ad oras.* ut II. Aen. 91.
„ *ſuperis conceſſit ab oris.* idem Lib. VI. 128.
„ *Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad*
„ *oras, Hoc opus hic labor eſt.* v. 241. *ſupera*
„ *ad convexa ferebat.* v. 481. *Hic multum fleti*
„ *ad ſuperos.* & eodem ſenſu v. 568. *quae quis*
„ *apud ſuperos furto laetatus inani.* idem diſtin-
„ guere videtur *ſupera* a *ſuperis coeleſtibus*, quae
„ dicit *ſupera alta* Lib. VI. 788. *Omnes coelico-*
„ *las, omnes ſupera alta tenentes.* & *ſuperas coeli*
„ *auras* Lib. VII. 768. *ad ſidera rurſus Aetheria,*
„ *& ſuperas coeli veniſſe ſub auras.*

40. *Intonet anguſto pectore Callimachus*] *Intonat* in primo Leid. quod admitti poteſt propter *conveniunt* ſeq. verſ. niſi illic *conveniant* cum Heinſio legendum. *intonare Phlegraeos tumultus*, de grandiſono carmine, eleganter, ut *tonare bella*, *intonare Hymenaeon*, & ſim. vid. N. Heinſ. ad Claudian. Conſ. Olybr. v. 208. & ad Lib. II. de R. P. v. 231. *auguſto* male in Voſſ. pr. Heinſiano, meoque primo. ſed *anguſto* recte in ceteris omnibus. ejuſdem coloris eſt illud Ovidii in Rem. Am. 381.

Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles.
Cydippe non eſt oris, Homere, tui.

Nec mea conveniunt duro praecordia verſu
Caeſaris in Phrygios condere nomen avos.

Navita

anguſtum vero Callimacho dat *pectus*, quod ad laudatam ejus βραχυλογίαν, cujus valde erat ſtudioſus, retuliſſe videtur Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 112. ſed & ideo forte *anguſtum* Callimachi *pectus* dicit, quia mollibus carminibus amatoriis, non autem Epico poëmati, & illius & ſuus aptior erat ſpiritus. ut *exiguum pectus* de ſe ipſe Lib. IV. El. 1. 59.

Hei mihi, quod noſtro parvus in ore ſonus.
Sed tamen exiguo quodcumque e pectore rivi
Fluxerit, &c.

hinc *non inflatum Callimachum* vocat noſter Lib. II. El. ult. v. 32.

Et non inflati ſomnia Callimachi.

ſuam tamen Callimacho laudem, qua in heroicis grandiloquum, licet in Elegis amatoriis tenuem, & tam ingenio, quam arte valuiſſe, contra Ovidii judicium vindicat H. Stephanus Lib. III. Schediaſm. cap. 14. & hinc mox *duro verſu Caeſaris* nomen condere, *ſuis non convenire praecordiis* addit, ubi *praeconia* in Excerpt. Modii, ſeu cod. Groning. ſed *praecordia* ſaepe apud Propertium pro animo & ingenio. vide hic Paſſerat. & infra ad El. 2. v. 13.

Alter ſaepe uno mutat praecordia verbo.

durum igitur verſum de Heroico vel Epico poëmate recte exponebat Marklandus, ut *durum cothurnum* vocat Ovid. III. Am. El. 1. 45. notaveratque ad hanc ſignificationem adludere noſtrum Lib. III. El. 1. 20.

Mollia, Pegaſides, veſtro date ſerta poëtae,
Non faciet capiti dura corona meo.

ubi *mollia ſerta* ad Elegiacum, & *dura corona* ad Epicum carmen referenda. ſic & *anguſto torno*, ut hic *anguſtum pectus* de Callimacho, *durum poëtam* opponit Lib. II. El. 25. 44.

Incipe jam anguſto verſus includere torno,
Inque tuos ignes, dure poëta, veni.

& *duro* verſui *mollem* Lib. I. El. 7. 19.

Et fruſtra cupies mollem componere verſum.

ubi vide quae notavi. eodem modo Broukhuſius exponit illud ex Lib. III. El. 7. 57.

Mollia tu coeptae fautor cape lora juventae.

eo nimirum ſenſu, ut concedat ſibi Maecenas deductum ac tenerae aetati conveniens carmen dicere. huic loco non diſſimile eſt illud Ovidii Lib. X. Met. v. 150.

—— *cecini plectro graviore Gigantas,*
Sparſaque Phlegraeis victricia fulmina campis,
Nunc opus eſt leviore lyra.

42. *Caeſaris in Phrygios condere nomen avos*] *nomen* agnoſcunt omnes codices, duo Leidenſes, quatuor Voſſiani, bini D'orvill., meus uterque, & quidquid eſt primarum ac vetuſtiorum editionum. & hanc veram eſſe lectionem, olim ſe probaturum adſcripſerat Marklandus. nullo enim jure Broukhuſius conjecturam ſuam, quam in notis proponere ſufficiebat, contra membranarum omnium & typis excuſorum exemplarium auctoritatem contextui invexit, eamque probare adniſus eſt exemplis Horatii, quae tamen ab hoc loco aliena ſunt: & *condere nomen* uſitatius, quam *condere numen*. Nihil igitur temere inmutandum, & *condere nomen Caeſaris in avos Phrygios* notat, ad Trojanorum gentem & originem transferre; videturque alludere ad Virgilianam Aeneida, quod Francius etiam cenſebat: per *Phrygios avos* intelligit familiae Juliae originem a Tithono Phryge ad Dardanum. vide Ovid. Lib. IV. Faſt. v. 31. & ſeqq. & Guellium ad illa Virgilii Lib. III. Georg. 48. cum his conferenda:

Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas,
Caeſaris & nomen *fama tot ferre per annos,*
Tithoni prima quot abeſt ab origine Caeſar.

qui ſolus locus *Caeſaris nomen* hic vindicat. *nomen* enim *Caeſaris*, vel res Caeſaris praeclare geſtas, laudem & gloriam ejus notat. ut ſupra v. 21. *nec Pergama, nomen Homeri.* vide Paſſerat. ad Lib. I. pag. 160 & 166. vel *Caeſaris nomen* de generis ejus nobilitate capiendum. ut paſſim *nomen* de gente ſplendida vel viris illuſtribus. ſupra Lib. I. El. 5. 26.

Quam cito de tanto nomine rumor eris.

id eſt de viro adeo nobili, tot majorum imagines jactante. Canace apud Ovid. Epiſt. XI. v. 17.

Quid juvat admotam per avorum nomina coelo,
Inter cognatos poſſe referre Jovem.

vide

Navita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, paſtor oves.
Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.
Qua pote, quiſque in ea conterat arte diem.
Laus in amore mori: laus altera, ſi datur uno
Poſſe frui. fruar o ſolus amore meo;
His ſaltem ut tenear jam finibus: aut mihi ſi quis
Venerit alter amor, acrius ut moriar.

vide Heinſ. ad ejuſdem Epiſt. XVII. v. 60. & Graevium ad Cic. III. ad Fam. Ep. 7. *condere* vero hic eadem ſignificatione, qua pro *celebrare*, laudibus extollere, apud Ovid. II. Triſt. 336.

Divitis ingenii eſt inmania Caeſaris acta
Condere, materia ne ſuperetur opus.

ubi *dicere*, vel *edere*, quod alii habent codices, gloſſemata ſunt. vide Patrui mei notas ad Albinov. Epiced. Druſi v. 343.

43. *de tauris narrat arator*] *de bovis* in Voſſ. primo, & Heinſiano. an forte pro *bubus?* ſeq. verſu, *Et numerat* in Neapolitano. ut in illo Polyphemi apud Ovid. XIII. Met. 824. *Pauperis eſt numerare pecus.* mox *aves* male in meo priore.

45. *Nos contra anguſto verſamus praelia lecto*] *verſantes* in duobus Leidenſ. quatuor Voſſianis, Regiis, Colbertinis, Mentel. Neapolit. Borrich. Groning. Askewiano, binis D'orvill. meiſque & primis edd.

46. *Qua pote, quiſque in ea conterat arte diem*] *qua pote quis* Voſſ. prim. pro *in ea* in plurimis codd. *mea.* ut duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. Regiis, Colbertinis, ſecundo Dorvill. meo priore. & edd. primis. *conterit* in aliis. vel *conteret.* hoc autem epiphonema deſumtum ex Graecorum proverbio apud Ariſtoph. in Veſp. v. 1432.

Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

quod vertit Cicero Lib. I. Tuſcul. c. 18.

Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.

ubi vide Daviſii notas, & adde Leon. Allatium ad Epiſt. Socratic. pag. 184. & Gataker. ad Nov. Inſtrum. cap. XXV. pag. 215 — 218.

47. *Laus in amore mori: laus altera, ſi datur uno Poſſe frui* &c.]

ita ex codd. MSS. & vetuſtioribus edd. recte repoſuerunt viri docti, quod firmatur a primo Vatic. Neapol. Scaligeri & Modii Excerptis, pro quo in aliis, *laus ſi datur altera.* vide Scaligerum. in *amore mori*, ne quis κακέμφατον exiſtimet, ut apud Ovid. II. Amor. 7. 10.

—— *alterius dicor amore mori.*

ubi in aliis MSS. *amore frui.* ſed alterum hoc ipſo Propertii loco illic Patruus meus vindicavit, licet *frui* proprium hac in re verbum ſit. vid. Barth. ad Claudian. pag. 1331. *Una poſſe frui* Heinſ. & Ayrman. *vivo* in Borrich. primo & ſecundo Vatic. Mentel. & Ant. Perreji codice, qui recte etiam praeferebat, *laus altera, ſi datur. vivo* etiam in v. c. Paſſeratii, vel *altera ſi datur uno.* qui poſteriorem lectionem probat. & ſic in Leidenſib. & Voſſ. tert. in marg. *laus ſi datur altera vivo* in Regiis, Colbertinis, & meo priore, cum primis editionibus. in aliis edd. vetuſtis, ut in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, ac Gryphii, *laus ſi datur altera in uno.*

49. *His ſaltem ut tenear jam finibus* &c.] totum hoc diſtichon, quod in codd. MSS. & antiquioribus edd. hic deſideratur, ſed infra Eleg. 2. poſt verſ. 54. *uret & Heſperios*, legebatur illo verborum ordine, quo in codd. Regiis, Colbertinis, Leidenſibus, Voſſianis, D'orvill. meiſque, *Acrius ut moriar, venerit alter amor*, huic loco inſeruit & reſtituit Scaliger, cujus tranſpoſitionis nullam tamen mentionem fecit Brouckhuſius.

Sed memini, ſolet illa leves culpare puellas:
  Et totam ex Helena non probat Iliada.
Seu mihi ſint tangenda novercae pocula Phaedrae,
  Pocula privigno non nocitura ſuo:
Seu mihi Circaeo pereundum gramine, ſive
  Colchis Jölciacis urat aëna focis:

Una

51. *Sed memini, ſolet illa leves*] *Si memini* in omnibus fere codd. MSS. & edd. vetuſtis. vide hic Paſſerat. & notas ad Ovid. III. Am. El. 1. 33. *ille* in Voſſ. primo, & meo ſecundo. *illa* hic eſt Cynthia, licet ejus mentio non praeceſſerit. vide ſupra ad Lib. I. El. 14. 9. *levis* in primo Leid. Mentel. & meo utroque.

53. *Seu mihi ſint tangenda novercae pocula Phaedrae*] *ſunt* Voſſ. ſec. & quart. ut in Mentel. Borrich. Neapolitano, Vaticano quinto, & meo priore; in quo *pondera* vitioſe pro *pocula* & in Borrichiano. per *Phaedrae novercae pocula*, Beroaldus intelligit philtra amatoria, quibus Phaedra privignum Hippolytum fruſtra in amorem pellicere conata fuit. & hoc ſequitur interpres Delphinicus, cum adnotat: *pocula ſeu philtra amatoria ſignificat poëta, quibus Phaedra privignum ſuum Hippolytum in amorem pellicere nitebatur. ut refert Seneca Tragicus in Hippolyto.* Vellem Senecae locum indicaſſet. Livinejus aliud agebat, quum notaret, *privigno, id eſt mihi. fingit enim ſe ejus privignum in amovendo poculo amatorio.* Quum vero neque apud Euripidem, neque Senecam in Hippolyto, aliquid occurrat de philtro, quo Hippolytum in ſui amorem pellicere tentaverit Phaedra, ſuſpicor valde, niſi alios poëta ſecutus ſit auctores, *Phaedrae* nomen huc irrepſiſſe a manu librarii, qui de hac inceſta Hippolyti privigna cogitabat. Forte igitur ſubſtituendum,

Seu mihi ſint tangenda novercae pocula Theſei,
  Pocula privigno non nocitura ſuo.

ut per *novercam Theſei* intelligamus Medeam, Aegeo nuptam, cujus aſtu Theſeus fere interiit: in illius enim exitium Medea aconiton paraverat, poculumque venenatum in prandio Aegeus ipſe filio Theſeo, quae proles ignara parenti erat, deſtinaverat; ſed ex gladii forma agnito mox filio, calicem projecit. vide Plutarchum in Theſeo pag. 5. E. & Euſtath. in Scholiis ad Dionyſ. Perieg. v. 1017. Adſtipulatur prae ceteris Ovidii locus Lib. VII. Met. 421.

Agreſtes aconita vocant, ea conjugis aeſtu
Ipſe parens Aegeus nato porrexit, ut hoſti.
Sumſerat ignara Theſeus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis, facinuſque excuſſit ab ore.

favent praeterea huic conjecturae *tangenda pocula*, quae nempe Theſeus ore tantum tetigerat, ſed ebibere prohibuerat pater Aegeus: adeoque carere poſſumus Paſſeratii adnotatione, qui *tangere pocula* pro guſtare & haurire exponit. Novi etiam, qui *pangenda* conjecerat, vel *tangenda* intelligebat, ut *tangere*, pro ſcribere carmen. ſed hanc Propertii mentem non eſſe opinor, ut innuat, ſive Phaedrae amores, ſeu Medeae veneficia carmine deſcribam. Senſus eſt, ſive toxicum eſſet bibendum, ſeu arte magica pereundum, ſoli Cynthiae devotum ſe vivere ac mori velle. Marklandus notaverat *pocula non nocitura* dici, pro non nocentia, ſeu quae non nocebant. ut infra El. 2. v. 18. *nupta futura* eſt, quae nupta non erat. mallem *non nocitura*, quae nocere non potuerunt aut debuerunt, quem futuri uſum Propertianum pluribus illuſtravit Patruus meus ad Petron. cap. 119. p. 556.

55. *Seu mihi Circaeo pereundum gramine*] *eſt* interſerunt omnes codices, & editiones vetuſtae. deletum procul dubio fuit, propter ſequens *urat*, & praecedens *Seu mihi ſint.* pro *gramine* in Voſſ. primo ac tertio, & in margine mei ſecundi cod. *ſanguine.* an forte *carmine?* pro incantatione magica. vide Lib. I. El. 1. 24.

56. *Colchis Jölciacis urat aëna focis*] *Colchiacis* in plerisque ante Scaligerum edd. quod & in Borrich. Groning. aliiſque, & utroque meo codice. *Cholciacis* in duobus Leidenſib. Voſſianis quatuor, & binis D'orvill. *Colchiaci foci* ad Medeam *Colchidem* referendi eſſent, ut quidem *Colcha* & *Colchica venena* paſſim apud poëtas. vide

notas

Una meos quoniam praedata eſt femina ſenſus,
Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicina dolores:
Solus Amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetae ſanavit crura Machaon,
Phoenicis Chiron lumina Phillyrides.

Et

notas ad Ovid. VII. Met. 394. & Bentlej. ad Horat. Lib. II. od. 13. 8. ſed *Colchis Colchiacis* minus recte cumulantur. veriſſime igitur Scaliger *Jōlciacis*, quia *Jōlcos* venenorum ferax. idque merito probarunt Paſſeratius, Heinſius ad Ovid. VII. Met. 158. II. Faſt. 575. in notis ad Propert, p. 678. & Munckerus ad Antonin. Liber. in Addend. pag. 68. Adludit enim ad fabulam Aeſonis a Medea in Jōlco recocti. vid. Ovid. VII. 158. & ſeqq. verſu ſeq. *ahena* in primo Leid. primo Voſſ. ſecundo Vatic. & meo altero. quam vocem Naſoni optime reſtituit Heinſius, Lib. VII. Met. 349. de Pelia ab eadem hac Medea interemto, *calidis laniatum merſit ahenis.* pro *in undis.* ſic in carmine de Medea, quod edidi Tom. I. Antholog. Lat. pag. 167. ex Virgilio emendavi,

Jam gravior Pelias, & ahena undantia flammis.

ubi vide. & in Epigrammate de Balneis pag. 485.

In flammis dominantur aquae, furit ignis ahenis.

ut legendum conjeci, pro *furit ignis amoenus.* eademque corruptela infectum Claudiani locum praef. bel. Get. v. 7. bene ſanavit Claverius, *ſed prior effigiem tribuit ſucceſſus ahenam.* ubi olim quoque *amoenam* legebatur. deinde *urat ahena*, vindicare poſſet apud Horat. Lib. I. od. 4. 8.

—— dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

quem locum huc contulit Paſſeratius, ſed invito Bentlejo, qui vel cum Jul. Scaligero *urguet*, vel codd. MSS. auctoritate *viſit* illic praetulit.

60. *Solus Amor morbi non amat artificem*] hanc lectionem conſtanter omnes tuentur codices & editiones antiquae, niſi quod in ſolo Voſſiano quarto *non habet artificem*, ut legendum videbatur P. H. Koppierſio in Obſerv. Philolog. cap. XI. pag. 138. qui praeterea locum hunc in vetuſtis Propertii codicibus mendoſis lacerum exſtitiſſe ſuſpicatur *Solus Amor morbi....* ſed deinde ſuppletum a deſcriptoribus fuiſſe hariolatur, *non amat artificem*, ex Lib. I. El. 2. 7.

Nudus amor formae non amat artificem.

Sed utroque loco Propertius illud *amat*, ut Graec. φιλεῖ, ſalvum & intemeratum ſervet. & reclamat Horatius, cui id frequenti in uſu eſt, ad Graecorum exemplum. Lib. II. od. 3. 10.

Qua pinus ingens albaque populus
Umbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis.

ubi vid. Lambin. Lib. III. od. 16. 10.

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa.

& Epod. VIII. 16.

Quid, quod libelli Stoici inter ſericos
Jacere pulvillos amant.

Ovidius Epiſt. IV. 76.

Fine coli modico forma virilis amat.

& paſſim apud alios. quia vero illis in locis infinitivus additur, melius erit *non amat* hic capere, pro odit, averſatur. & ita hunc locum intellexiſſe videtur adſiduus Propertii imitator Janus Secundus Epig. LV.

Artifices herbae ſanant genus omne malorum,
Solus Amor medicam ſpernit & horret opem.

61. *Tarda Philoctetae ſanavit crura Machaon*] notaverat Marklandus *tarda* hic *crura* dici, ut Graecis βραδὺς pro claudo. unde *tardipes* Vulcanus Catullo. Virgil. XII. Aen. 746.

Nec minus Aeneas, quamvis tardata *ſagitta*
Interdum genua inpediunt, curſumque recuſant,
Inſequitur.

62. *Phoenicis Chiron lumina Phillyrides*] *vulnera* perperam in Excerptis Scaligeri, & D'orvill. ſecundo.

Et Deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis
  Reſtituit patriis Androgeona focis.
Myſus & Haemonia juvenis qua cuſpide vulnus
  Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus
  Tantaleae poterit tradere poma manu.

Dolia

63. *Et Deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis* &c] ſuos procul dubio auctores habuit Propertius, qui Androgeona, ab Athenienſibus occiſum, ab Aeſculapio vitae reſtitutum tradiderunt, id autem alii de Hippolyto referunt, quem

—— ad ſidera rurſus
Aetheria & ſuperas coeli veniſſe ſub auras
Poeoniis revocatum herbis, & amore Dianae,

ſcribit Virg. VII. Aen. 768. ubi Servius: *Poeoniam herbam dixit, cujus Creta ferax eſt.* quod firmat Broukhuſii adnotationem, qui *Creſſas herbas* non propter Androgeona Cretenſem, ut intelligebat Beroaldus, ſed quia Creta ſaluberrimarum herbarum copia inſignis erat, recte exponit. & ſic intellexiſſe videtur Guellius ad Virg. XII. Aen. 412. qui hunc locum illic adfert de Ida Cretenſium monte, herbarum ubertate foecundo, in quo Venus dictamnum legit ad ſananda filii Aeneae vulnera. Alii vero Glaucum, cujus frater erat Androgeus, & uterque Minois filius, ab Aeſculapio ad vitam revocatum tradunt. unde eo recurrit Beroaldus, ut binominem fuiſſe Androgeum, & Glaucum quoque dictum exiſtimarit. vide hic Paſſeratium. Certe inter illos, qui ab inferis reſuſcitati ſunt, Androgeona non memorat Hyginus fab. 251. eorumque nomina exhibens G. Fabricius ad Virg. VII. Aen. 773. illum quoque ex Propertii auctoritate iis adjungit. de aliis, quibus id numquam conceſſum fuit, inſignis locus eſt apud Theocrit. Id. XV. 138. & ſeqq.

65. *Myſus & Haemonia juvenis qua cuſpide*] ita recte editum a viris doctis, niſi quod *Haemonii juvenis*, id eſt Achillis, maluerit Heinſius Lib. II. Adverſ. c. 1. & in notis ad Propert. p. 678. Telephum enim eadem haſta ab Achille vulneratum & ſanatum, pleraque poëtarum loca confirmant, licet alii herbis ab eo curatum tradant, ut notum eſt. ad hunc Propertii locum forſitan reſpexerit Ovidius Lib. II. Am. El. 9. 7.

Quid? non Haemonius quem cuſpide perculit heros,
Confoſſum medica poſtmodo juvit ope.

vide Scholiaſt. Pindar. od. III. Nemeor. 55. & Dauſquej. ad Q. Calabrum 1. pag. 14. recte igitur Heinſius Claudiano reſtituit in Epiſt. ad Hadrian. v. 48.

Sanus Achillea remeavit Telephus haſta,
Cujus pertulerat vires: & ſenſit *in uno*
Letalem placidamque manum.

alia notavi ad Epigramma vetus de Telepho editum Tom. I. Anthol. Lat. pag. 82. mihi tamen *Myſus juvenis* praeferendum potius videtur, quam ut Telephus ſine alia voce addita ſimpliciter *Myſus* ſeu Myſorum Rex vocetur. pro quo vitioſe *Miſſus* in MSS. peſſime *Nyſus* in ed. quae Graevii nomen praefert. neque etiam obſtare videtur *juvenem* dici Telephum, licet aetate Achillem antecederet. vide infra ad v. 83. hunc locum illuſtravit Delrius in Adverſ. ad Senecae Troadas v. 218. p. 240. elegantem hinc colorem deſumſit Macedonius Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 36. de amante telis Amoris ſaucio:

Τήλεφός εἶμι, κόρη, σὺ δὲ γίνεο πιστὸς Ἀχιλλεύς.
Κᾆλλει σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

quod ſic vertit H. Grotius,

Telephus en tibi ſum, mea tu mihi te face Achillem:
Et flammam ſeda, quam tua forma facit.

Ovidius Rem. Am. v. 43.

Diſcite ſanari, per quem didiciſtis amare,
Una manus vobis vulnus opemque ferat.

hoc autem loco deficit fragmentum ſecundi codicis Voſſiani.

68. *Tantaleae poterit tradere poma manu*] ſic alios ſecutus edidit Broukhuſius, qui *Tantaleae manu*

Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
Ne tenera adſidua colla graventur aqua.
Idem Caucaſia ſolvet de rupe Promethei
Brachia, & a medio pectore pellet avem.
Non hic herba valet: non hic nocturna Cytaeis:
Non Perimedea gramina ſecta manu.

65. Quippe

manu pro *manui* exponunt. quod Propertio quidem uſitatum, negari nequit. vide ad Lib. I. El. XI. 12. ſed eo hic decurrendum non videtur. & doceri velim, quid hoc loco ſignificet *tradere poma Tantaleae manui*, vel ipſi Tantalo, ut manu poma adprehendat. *Tantalea* legitur in duobus Leidenſ. primo & quarto Voſſ. Heinſiano uno D'orvill. Borrich. Mentel., Groning. & meo utroque. mendum igitur latet in voce *tradere*. pro quo *radere* Heinſio placuit Lib. II. Adverſ. cap. 1. p. 201. ubi prolixe de *radendi* verbo. & ſic idem in notis ad Propert. pag. 678. & ad Claudianum atque Ovidium hanc emendationem etiam propoſuit, locis a Broukhuſio indicatis, qui tamen hic Viro inſigni non obſequitur, & *radere poma*, pro corradere, veteribus uſitatum, aut Tantalo convenire recte quidem negat, ſed interpretatio, qua lectionem *Tantaleae manu tradere poma* tuetur, pro fame enecto Tantalo poma tradere poterit, non ſatisfacit. Mihi legendum videtur,

Tantalea poterit carpere poma manu.

ſic enim optime *ἀδύνατα* haec conſtabunt: qui morbum amoris mihi ſanare *poterit*, (ita enim bene in MSS. non *potuit*) is, licet Tantalus eſſet, poma manu *carpere*, ſeu prehendere poſſet, quod Tantalus non poteſt; Danaidum dolia pertuſa aquis inplere, & a Promethei jecore aquilam amovere valebit. *carpere* autem & *captare poma* de irrito Tantali labore, poëtis frequens. ut in Epigrammate, quod ex Petronio edidi Tom. I. Anth. Lat. pag. 591.

Nec bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix; quem ſua vota premunt.

ubi in aliis *neque poma natantia ſumit*. unde Cl. Oudendorpius, *poma aut nutantia carpit*. Ovidio *captare fugacia poma* Lib. II. Am. 2. 43.

Quaerit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus.

& Lib. II. Art. Am. 605.

O bene, quod fruſtra captatis arbore pomis
Garrulus in media Tantalus aret aqua.

prendere eidem Naſoni Epiſt. XVIII. 181.

Velle quid aliud eſt fugientia prendere poma,
Spemque ſuo refugi fluminis ore ſequi.

Horatius Lib. I. Sat. 1. 68.

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina.

& ſaepe apud alios.

73. *Non hic herba valet: non hic nocturna Cytaeis*
Non Perimedea gramina ſecta manu]

diſtichon hoc cum reliquis tribus uſque ad v. 81. deſideratur in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. uno D'orvill. meo utroque; primis & ceteris vetuſtioribus edd. ſed inſeruntur hi verſus Eleg. 3. poſt v. 6. illos vero huc transferendos eſſe primus monuit Scaliger, probante Guyeto. Eſt autem aperta imitatio Theocriti Idyll. II. 15. ubi utramque veneficam Medeam & Perimeden cum Circe conjungit:

Φάρμακα ταῦθ' ἔρδοισα χερείονα μήτέ τι Κίρκας,
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.

pro *nocturna* in cod. Voſſ. meoque ſecundo *noctitura*. ſed bene Paſſeratius & Broukhuſius notarunt *nocturnam* dici Medeam, quia noctu ſemper fiebant ſacra magica. *Cytaeis* enim eſt Medea, non *Citheis*, ut vitioſe in MSS. a *Κύταια*, Colchorum urbe. vide Potter. ad Lycophr. v. 174. & quae ſupra notata ſunt ad Lib. I. El. 1. 24. altero verſu *Non per Medeae* in multis codd. ut in Voſſ. Heinſ. Borrich. Groning. Mentel. utroque, Askew. Regiis & Colbertinis, & in primis eaſque ſecutis edd. in qua tamen lectione verum *Perimedes* nomen latet, quod optime hic reſtitutum fuit a Beroaldo, & Paſſeratio,

Quippe ubi nec cauſſas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala, caeca via eſt.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger:
Huic nullum coeli tempus, & aura nocet.
Ambulat, & ſubito mirantur funus amici.
Sic eſt incautum, quidquid habetur amor.

Quan-

ratio. & vide Mureti notas pag. 89. ed Ald. idque vel unus ille Theocriti locus probat, ne *Medeae* bis fiat mentio, *nocturna Cytaeis*, *Non per Medeae* &c. male enim per *Cytaeida* Circen vel Hecaten intelligebat Volſcus. *Perimedeae manus* in Excerptis Scalig. & codice Angeli Colotii. deinde *gramina cocta* in Menteliano, Borrichiano, Groning. aliiſque, & vetuſtiſſimis edd. ut etiam in prima ed. dederat Broukh. ſed *ſecta* in ſecunda. *trita* conjecerat Heinſius. ut infra El. XIII. 70. in plurimis codd. legitur,

Sumere & in noſtras trita venena manus.

pro *tetra*. eademque variatione apud Tibullum III. 5. 10. *nec cuiquam tetra venena dedit.* ubi *trita* in MSS. Forſan tamen hic melius legeretur *gramina lecta*, quam *ſecta*. ſupra Lib. I. El. 12. 10.

——— an quae
Lecta Prometheis dividit herba jugis.

Virgilius Ecl. VIII. 95.

Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit Moeris.

& alibi ſaepe. hoc tamen in loco *Non Perimedea pocula cocta manu* legendum eſſe monuit olim Julius Caeſar Pius Bononienſis in Comment. ad Patris ſui Jo. Bapt. Pii Supplementa Valer. Flacci Lib. IX. fol. CLXX. & CLXXI. ed. an. 1519. certe *poculorum* paſſim in re magica fit mentio apud poëtas. ſupra hac Eleg. v. 53. *Seu mihi ſint tangenda novercae pocula Phaedrae.* & vide Broukhuſ. ad Tibull. III. 5. 9. ſed ſine codd. MSS. auctoritate nihil hic mutandum opinor.

76. *caeca via eſt*] *certa* in Colotiano, primo Vatic. & in Excerpt. Scal. quod ſenſum poſtulare adſcripſerat Marklandus. ſed Broukhuſius non ſollicitandam eſſe vulgatam opinabatur, & *caecam* exponit obſcuram, ut Canterus. ſic Lib. III. El. 12. 32. *caecum verſat amator iter.* & *caeca* paſſim de occultis, dubiis, & incertis. vide Delrium ad Senecae Troad. v. 171. Heinſ. ad Silium Lib. VI. 7. & ad Ovid. III. Met. 400. qui apud eumdem Naſonem Lib. I. Am. El. 2. 6. etiam legendum conjecit,

An ſubit, & caeca callidus arte nocet.

licet *tacita arte* praeferret. Marklando tamen favent codices, qui ex vi ſententiae & oppoſitionis *certa* neceſſarium eſſe exiſtimavit, quia, licet cauſſae & ictus non aperte ſe manifeſtarent, *certa* tamen erat *via*, unde venirent.

79. *Ambulat, & ſubito mirantur funus amici*] *ſubitum miramur* Heinſius. ut infra Eleg. VII. v. 65.

Et lectum flentes circumſtaremus amici.

vivum funus conjecerat Marklandus. certe utraque blanditur conjectura, modo codices conſenſum praeberent. Heinſii tamen emendationem praeferrem, quia *ſubitum* legitur in cod. Ant. Perreji, Colotii, & ſecundo Vatic. *miramur* in Excerptis Modii, ſeu cod. Groning. in margine autem cod. Colbertin. *monſtratur*. unde quis conjicere poſſet *ſubitum monſtratur funus amicis.* ut *digito monſtrari* de illis qui publice irridentur ac notantur. Horat. IV. od. 3. 22.

Quod monſtror digito praetereuntium.

funus autem *ſubitum*, vel *vivum*, ſi id cum Marklando praeferatur, de homine amoris morbo contabeſcente intelligendum erit, ut in illis Theocriti Idyll. II. 89.

Ἔρρεον δ' ἐκ κεφαλῆς πᾶσαι τρίχες. αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα.

ſic *cadaver*, *ſepulcrum*, de homine, cui vita vix conſtat, ἔμψυχον τάφον, ut vocat Lucianus in Dial. Mort. VI. c. 2. p. 347. ubi vide notas.

&

Quandocumque igitur vitam mea fata repoſcent,
Et breve in exiguo marmore nomen ero;
Maecenas, noſtrae ſpes invidioſa juventae,
Et vitae & morti gloria juſta meae:
Si te forte meo ducet via proxima buſto,

Eſſeda

& Pricaeum ad Apulej. IV. Met. p. 190. *Ambulat* hic eo ſenſu, quo apud Petron. cap. 24. *Utres inflati ambulamus, minores quam muſcae ſumus.* altero verſu *Sic eſt incautum*, ita intelligendum adſcripſerat Marklandus, adeo difficile eſt cavere ſibi ab amore, & *incautum* hic paſſivo ſenſu ſignificare, quod caveri non poteſt, ut ἄφυκτον vel ἀφύλακτον Graecis. *His eſt incautum* in Borrichiano.

81. *vitam mea fata repoſcent*] *me facta* in primo Voſſ. quod favet conjecturae Heinſii & Marklandi, qui legebant *vitam me fata repoſcent*, quod & Livenejo placebat. eleganter enim *poſcere* & *repoſcere* cum duplici caſu quarto jungitur, ut hoc in loco legendum, exemplis adpoſitis, probat Heinſius in notis ad Virg. II. Aen. 139. & vide Patruum meum ad Quinctil. Lib. V. c. 10. alterum tamen non male tuetur Broukhuſius.

83. *noſtrae ſpes invidioſa juventae*] *pars* in primo & quinto Vaticano, ſecundo D'orvill. Groning. aliiſque. quod & in ſuis invenerat & probaverat Beroaldus, ſed merito rejectum fuit a Broukhuſio. vulgatam, ut jam notavit Paſſeratius, firmat imitatio Ovidii IV. Met. 794. *Multorumque fuit ſpes invidioſa procorum.* qui verſus etiam occurrit Lib. IX. v. 10. quod autem idem Broukhuſius *noſtrae juventae* intellexerit de ipſo Propertio, ad quem ſequens verſus refertur, non probo. & ſupine interpres Delphinicus, *o Maecenas, meae juventutis ſpes eximia.* nam *noſtrae juventae* potius pro juventae Romanae dixerit. ut infra El. 3. 43.

Hac ego nunc mirer ſi flagret noſtra juventus.

errori forte anſam dederit, Maecenatem virilis aetatis flore *Romuleae juventae ſpem* adpellari, qui Auguſto tam bello quam pace *fidele caput* ſupra laudatur v. 36. ſed nihil frequentius, quam *juvenem* & *juventam* de aetate robuſtiore & jam matura ac provecta dici. ut Telephus in bello Trojano ab Achille vulneratus *Myſus juvenis* ſupra hac ipſa Eleg. v. 65. & Ulyxes *Dulichius juvenis* infra El. XVII. 13. pari ratione apud Virg. I. Aen. 471.

—— uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graji, premeret Trojana juventus:
Hac Phryges.

ubi Servius notat: *definitio eſt Hectoris, ut, Catillusque, acerque Coras, Argiva juventus.* & huc facit Senecae locus in Oedipo v. 775.

Quae ſpatia moriens Laïus vitae tulit?
Primone in aevo viridis, an fracto occidit?
Inter ſenem juvenemque, ſed propior ſeni.

ubi vide Delrii Comment. p. 129. & ſeq. & plura apud Voſſium Lib. I. Inſt. Orat. p. 191. *Ut vitae & mortis* adfert Torrent. ad Horat. pag. 3. *mortis* in nonnullis MSS. Heinſiano, & meo priore. *gloria juncta* Guyetus. *gloria tute meae* inepte in primo Leidenſi. niſi *tuta* voluerit librarius. ſed *juſta* recte a Paſſeratio adſeritur.

85. *Si te forte meo ducet via proxima buſto*] *ducit* in cod. Heinſiano, meoque ſecundo. ſimile illud in Epitaphio veteri Tom. II. Anthol. Lat. Ep. CCLX.

Tu quicumque mei veheris prope limina buſti,
Supprime feſtinum, quaeſo, viator iter.

& pulchre hunc Propertii locum imitatus eſt Sannazarius Lib. II. El. 1. in fine, ad Alphonſum Siciliae Regem:

Quare, ſi noſtri veniet tibi nuntia leti
Fama, triumphales jam prope ſiſte rotas,
Atque haec ad cineres moerens effare ſepultos,
Saevitia dominae rapte poëta jaces.

 vide

Eſſeda caelatis ſiſte Britanna jugis.
Taliaque inlacrimans mutae jace verba favillae:
Huic miſero fatum dura puella fuit.

ELEG.

vide notata ad Lotichium pag. 212. & 252. altero verſu *Exedra* vitioſe in quinto Vaticano. de *eſſedis* vide hic Paſſerat. & Broukhuſium, notas Interpr. ad Ovid. II. Am. El. 16. 49. & Abram. ad Cic. II. Phil. cap. 24. p. 510. *eſſedas* quoque dixiſſe veteres, notat Lipſius ad Senec. Epiſt. 56. N. 17. *celatis* in meo ſecundo cod.

87. *inlacrimans mutae jace verba favillae*] *muta favilla*, ut Graec. κωφὴ κόνις & σποδιά. vide Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 59. Catullus Ep. 102. ad fratris tumulum:

Ut te poſtremo donarem munere mortis,
Et mutum nequidquam adloquerer cinerem.

mutos manes dicit infra El. X. 57. non diſſimile ab hoc loco eſt illud Horatii Lib. II. od. 6. in fine:

——— *ubi tu calentem*
Debita ſparges lacrima favillam
Vatis amici.

88. *Huic miſero fatum dura puella fuit*] ſic recte, non *fatum tulit.* vide Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 408. non diſſimile illud Leandri, apud Naſonem Epiſt. XVIII. 200.

Flebis enim, tactuque meum dignabere corpus,
Et, Mortis, dices, huic ego cauſſa fui.

idem Lib. II. Am. 10. 37.

Atque aliquis noſtro lacrimans in funere dicat:
Conveniens vitae mors fuit iſta ſuae.

ELEG. II.

Qui nullam tibi dicebas jam poſſe nocere,
Haeſiſti: cecidit ſpiritus ille tuus.
Vix unum potes infelix requieſcere menſem,
Et turpis de te jam liber alter erit.

5. Liber

Eleg. II] inſigne ſpecimen Carminum Propertii miſere turbatorum praebet haec Elegia, cujus verſus in omnibus fere codd. MSS. & editionibus vetuſtis confuſiſſimi variis in locis habentur, totaque ex hac ſecunda & ſequente tertia Elegia conflata eſt, & duo priora diſticha Elegiae tertiae praeponuntur. ſed ſecutus ſum eum ordinem, quo edidit Broukhuſius, probata Scaligeri trajectione, quamquam illius tranſpoſitiones paſſim factas damnaverit Lipſius Cent. I. Epiſt. 13. & ſatis acerbe in eum invehatur Wallius notis ad Poëmata ſua pag. 269. ubi Scaligerum miſere laceraſſe & diſtraxiſſe Propertium criminatur. qui tamen egregiam & ſe dignam hic praeſtitit operam, nam in editionibus antea excuſis omnia inſtar ſcoparum diſſolutarum male cohaerebant.

1. *Qui nullam tibi dicebas*] ſic ex conjectura ſua edidit Broukhuſius, ut correxerat etiam Heinſius. *nullum* in pleriſque codd. Regiis, Colbert. Menteliano, Borrich. Groning. D'orvill. meo utroque, & aliis. *nullum dicebam* in Mentel. *nihilum* Scaliger. initium hujus Elegiae adſcripta hac adnotatione ſic exponebat Marklandus: „ Dialogiſmus eſt. inducitur quidam, „ qui quatuor prioribus hujus Elegiae verſibus „ Propertio exprobrat ſuam inconſtantiam, ut„ pote qui non multo ante dixerit, nullam „ Amicam poſſe animum ſuum movere. Cui ille „ reſpondet, ſe nimis juveniliter tunc magna „ promiſiſſe, eo tempore ab amore vacuum; ſed „ Cynthiae formam & dotes animi coëgiſſe illum „ palinodiam canere.

2. *Haeſiſti: cecidit ſpiritus ille tuus*] elegantiſſimis utitur verbis. *haerere* enim eſt amoris oeſtro contactum & adtonitum ſtare, Cupidini praedam fieri. Ovidius Lib. I. Am. El. 8. 23.

Scis here te, mea lux, juveni placuiſſe beato.
Haeſit, & in vultu conſtitit uſque tuo.

ubi elegantiam verbi pluribus, prolato hoc ipſo Propertii loco, Patrui mei notae illuſtrant; qui etiam *haeret* pro *ardet* praefert Lib. XIII. Met. 906.

Glaucus adeſt: viſaeque cupidine virginis haeret.

vide ad Suet. Aug. 71. *circa libidines haeſit.* deinde *cecidit ſpiritus ille tuus* fere ex imitatione Virgilii eſt, Lib. III. Aen. 206.

— cecidere animi: nec jam amplius armis,
Sed votis precibuſque jubent expoſcere pacem.

ſupra Lib. I. El. 5. 14.

Quum tibi ſingultu fortia verba cadent.

illic enim *fortia verba*, qui hic *ſpiritus*, de conſtantiae jactatione. Seneca Epiſt. 82. *magna verba excidunt, quum tortor popoſcit manum.* id eleganter Ovidio dicitur Epiſt. IV. 150.

Heu! ubi nunc faſtus, altaque verba? jacent.

ſic enim diſtinguendum optime judicabat eruditiſſimus Drakenborchius. ubi etiam *cadunt* in cod. Gronov. pro *jacent.* talem ſe deſcribit Tibullus Lib. I. El. 5. init.

Aſper eram, & bene diſcidium me ferre loquebar.
At mihi nunc longe gloria fortis abeſt.

3. *Vix unum potes infelix requieſcere menſem*] numerus hic inſuavis videbatur Broukhuſio, ideoque legendum exiſtimabat,

Vix potes, infelix, unum requieſcere menſem.

quod confirmatum quidem inveni a quinto Vaticano. ſed alterum tamen ad genium Propertianum magis facere opinor, cui ſaepe ejuſmodi tranſpoſitionibus verborum vim intulerunt viri eruditi, ut alibi pluribus exemplis confirmabitur. pro *requieſcere* in margine Excerpt. Scalig. *cogneſcere* pro varia lectione.

Liber eram, & vacuo quaerebam vivere lecto:
At me conpoſita pace fefellit Amor.
Quaerebam, ſicca ſi poſſet piſcis arena,
Nec ſolitus ponto vivere torvus aper;
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare ſeveris:
Differtur, numquam tollitur ullus amor.

Ac

¶ 5. *Liber eram, & vacuo quaerebam vivere lecto*] hinc incipit nova Elegia in multis codd. & edd. vetuſtis, cum titulo PVELLAE CYNTHIAE LAVDES. vel AD CYNTHIAM, ut in meo codice. *meditabar vivere* in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. Mentel. Groning. Borrich. Regiis, Colbertinis, & primis aliiſque edd. ſed recte Broukhuſius illud alterius lectionis, cujus vim interiorem ignorabant librarii, gloſſema eſſe animadvertit. *quaerere* enim pro cogitare, cupere, operam dare, adniti, dicebant veteres. Ovidius Epiſt. I. 9.

Nec mihi quaerenti ſpatioſam fallere noctem.

Catullus Carm. LXXIII.

Non jam illud quaero, contra ut me diligat illa.

Lucretius Lib. III. 515.

Aut aliam quamvis naturam flectere quaerit.

Valerius Flac. VI. 450.

Juno duci ſociam conjungere quaerit Achivo.

Seneca Herc. Oet. 889.

Nocens videri, qui mori quaerit, cupit.

Horatius Lib. I. od. 37. 22. de Cleopatra mortem veneno properatam meditante:

— quae generoſius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit enſem &c.

& eod. Libro, od. XI. init.

Tu ne quaeſieris ſcire (nefas) quem mihi, quem tibi
Finem Di dederint.

ubi vide Lambin.

6. *Conpoſita pace*] bene Broukhuſius exponit conficta, ſimulata. nam male Paſſeratius de facta & ſtabilita pace intelligebat, ſecutus, ut opinor, Volſcum, qui de conciliatione facta interpretatur. infra El. VII. 69.

Sed vobis facile eſt verba & conponere fraudes.
Hoc unum didicit femina ſemper opus.

& El. XXIII. 69.

Nil agis: inſidias in me conponis inanes.

& ſic Scioppius Lib. IV. Veris. cap. 12.

7. *Quaerebam ſicca ſi poſſet piſcis arena,*
Nec ſolitus ponto vivere torvus aper.]

poſſit in aliis MSS. & edd. *poſſet* in melioribus. *ſolus aper* in Borrichiano, Heinſiano, & meo priore. an forte *furvus* vel *fulvus aper?* ut apud Ovid. II. A. A. 373.

Sed neque fulvus aper media tam ſaevus in ira eſt.

ubi *furvus* in cod. Vaticano, teſte Heinſio. niſi & illic etiam praeſtet *torvus aper*, ut Patruus meus conjiciebat, adſcripto hoc Propertii loco. eſt autem ἀδύνατον ſimile illi Virgiliano Ecl. I. 61.

Ante leves ergo paſcentur in aequore cervi,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

& Horatiano in A. P. v. 30.

Delphinum ſilvis adpingit, fluctibus aprum.

Nemeſianus Ecl. I. 75.

Namque prius ſiccis phocae paſcentur in arvis,
Hirſutuſque freto vivet leo &c.

ubi vide Titii notas.

9. *ſtudiis vigilare ſeveris*] *ſerenis* in primo Leidenſi, Voſſiano, Menteliano, Colbertino, Heinſiano, meo priore, & pro varia lectione in margine ſecundi codicis, quod fere probabat Broukhuſius propter Lucretianum, *noctes vigilare ſerenas.* ſed quaenam ſtudia *ſevera* intelligat, innuit

Ac veluti primo taurus detractat aratro,
Mox venit adſueto mollis ad arva jugo;
Sic

innuit ipſe Lib. III. El. 20. 25.

Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis.
Perſequar aut ſtudium linguae, Demoſthenis arma,
Librorumque tuos, docte Menandre, ſales.

aſperiora ſtudia vocat Horat. Lib. III. od. 24. 53. contra *mitia ſtudia* poëtis propria. vide Markland. ad Statium pag. 210. 211.

11. *Ac veluti primo taurus detractat aratro,*
Mox venit adſueto &c.]

At veluti primus Leid. & Colbertin. vid. infra ad Eleg. XII. v. 51. *Ut* Mentel. *detractat aratro* in duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, duobus D'orvill. Groning., meo ſecundo, & primis edd. idque a Paſſeratio exemplis confirmatur, quibus adde Ovid. I. Amor. El. 2. v. 14. *Detractant preſſi dum juga prima boves.* & III. ex P. El. 7. 15.

Ductus ab armento taurus detractat aratrum,
Subtrahit & duro colla novella jugo.

aratro tamen in v. c. Scalig. Borrich. & Heinſiano, qui id probat in notis p. 681. eoque magis inclinat Broukhuſius. aliter Patruus meus in notis ad Lucan. Lib. II. v. 646. qui *detractat* non cum *aratro* conjungit, ſed *primo aratro* abſolute poſitum notat, quum aratro primum jungitur taurus. Ludunt ſaepe in hac conparatione poëtae. Ovidius Epiſt. IV. 21.

Scilicet ut teneros laedunt (vel *urunt*] *juga prima juvencos,*
Frenaque vix patitur de grege captus equus;
Sic male vixque ſubit primos rude pectus amores,
Sarcinaque haec animo non ſedet apta meo.

Lib. I. A. A. 19.

Sed tamen & tauri cervix oneratur aratro,
Frenaque magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cedet Amor, quamvis mea vulneret arcu
Pectora &c.

& Lib II. 184.

Obſequium tigreſque domat, Numidaſque leones,
Ruſtica paullatim taurus aratra ſubit.

infra Eleg. XXV. 47.

Sed non ante gravi taurus ſuccumbit aratro,
Cornua quam validis haeſerit in laqueis.
Nec tu tam duros per te patieris amores.
Trux tamen a nobis ante domandus eris.

Tibullus Lib. I. El. 4. 11.

Sed te ne capiant, primo ſi forte negarit,
Taedia, paullatim ſub juga colla dabit.
Longa dies homini docuit parere leones &c.

vide Pricaei notas ad Apulej. VII. Met. p. 386. eo adludens Seneca de Provid. cap. 4. *magis urguent ſaeva inexpertos, grave eſt tenerae cervici jugum.* ut forte legendum, non *ferae cervici*, quod firmat prior Ovidii locus, *teneros laedunt juga prima juvencos.* Horatius Lib. I. Epiſt. 2. 64.

Fingit equum tenera docilem cervice magiſter.

ſimili colore auctor Epigrammatis vetuſti Tom. II. Anthol. Lat. pag. 657.

Quid ſaevis, Sybari? domiti modo terga juvenci
Quid premis, & tenerum currere cogis equum?
Dum ſtupet, ac novus eſt, & adhuc non novit amorem,
Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

qui locus vindicat receptam apud Ovidium lectionem Lib. I. Amor. El. 2. 14. loco paullo ante prolato:

Verbera plura ferunt, quam quos juvat uſus aratri,
Detractant preſſi dum juga prima boves.

ubi male *prenſi* corrigebat Marklandus ad Stat. Lib. I. Sylv. 2. 45. *detractant* vero pro *detrectant* in melioribus codicibus, & hanc ipſiſſimam vetuſtatis ſcripturam eſſe notavit Broukhuſius ad h. l. quem etiam vide ad Tibull. 1. 7. 44. & adde Patrui mei notas ad Ovid. V. Met. 246. & VIII. 607. ſic ſcribendum Epiſt. XX. v. 141. *Contractatque ſinus.* & aliis in locis. vide etiam Cl. Schraderi Animadv. ad Muſaeum cap. 1. altero verſu in omnibus fere libris MSS. & priſcis edd. *poſt venit*, quod neſcio cur mutarint alii, ac praetulerit Broukhuſius, in *Mox*. Ovid. IV. Faſt. 255.

Poſt, ut Roma potens opibus jam ſecula quinque
Vidit, & edomito ſuſtulit orbe caput.

Mox molli adſueto venit ad arma, in Voſſ. quarto

 Poſt

Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti poſt haec aequa & iniqua ferunt.
Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus,
Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boves.

Quem

Poſt venit a ſueto in meo ſecundo. an forte ſcripſit auctor? *Poſt redit a ſueto mollis in arva jugo.* eo ſenſu, taurus, qui antea collum jugo ſubtraxerat, poſtea tamen ei adſuefactus, poſt arationem mollis ad arvum redit, & paſcua repetit. *mitis* pro *mollis* conjecerat Franclus. ſic infra El. III. v. ult.

Altera vix ipſo ſanguine mollis erit.

ubi *mitis* in codice Modii ſeu Groningano, quod tamen illic propter hunc locum rejicit Broukhuſius. de *adſueto jugo* vide Barth. ad Stat. IV. Theb. 652.

13. *Sic primo juvenes trepidant in amore feroces*] lectionem hanc, quam omnes codices & vetuſtae editiones unanimi tuentur conſenſu, inprobabat tamen Marklandus, qui libro ſuo adſcripſerat pro *trepidant* forte corrigendum *turbant.* ut apud Virg. VI. Aen. 800.

Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

& Statium Achill. *& plurima turbat.* id eſt turbas dat, facit. neque id inepte convenit *tauro jugum aratri detractanti.* vel conjecerat *ſtrepitant.* ut apud Albinovan. Epicedio Druſi v. 183.

Incerti clauduntque domos, ſtrepitantque per urbem.

ubi tamen *trepidantque* ſcribendum notaverat, quod certum videtur. ſed hoc tamen in loco nihil mutandum arbitror. optime enim *trepidare* dicuntur, qui jugo amoris ferendo inadſueti & inexperti ſunt, ut qui, ſine libertatis ſpe, ſervitutis vincula aegre patiuntur. Perſius Sat. V. 170.

Ne trepidare velis, atque artos rodere caſſes
Nunc ferus & violens: at ſi vocet, haud mora, dicas,
Quidnam igitur faciam? ne nunc cum arceſſat, & ultro
Supplicet, accedam. Si totus & integer illinc
Exieris, nec nunc.

quem locum optime Caſaubonus cum his Propertianis contulit in Comment. p. 457. & eadem notione utrique poëtae verbum *trepidare* poſitum notavit. ita *trepidus* & *trepidare* non ſemper de timido, ſed incerto, dubio, &, quid agat, ignaro. vide Barth. ad Stat. Lib. II. Theb. 476. & eo forte ſenſu apud Virgil. IV. Aen. 121. *Dum trepidant alae*, exponi poſſet, quamquam illic fluctuent interpretes & varie explicent, ut ex Patrui mei notis patebit. altero verſu pro *poſthaec* legebat Eldickius,

Dehinc domiti fortes aequa & iniqua ferunt.

ut apud Ovidium Epiſt. VII. 180.

—— dum tempore & uſu
Fortiter ediſco triſtia poſſe pati.

15. *Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus, Cognitus Iphicli* & ſeqq.]

vates & vincla in Mentel. primo Leid. meoque. *Nylampus* in eodem Leid. & priore D'orvill. *Nilappus* Borrich. *Nylimpus* in Menteliano, ne alias in hoc nomine librariorum corruptelas recenſeam. intellectus loci hujus peti poteſt ex iis, quae habet Scholiaſtes ad illa Theocriti Idyll. III. 43.

Τὰν ἀγέλαν χὠ μάντις ἀπ' Ὄθρυος ἄγε Μελάμπους
Ἐς Πύλον. ἁ δὲ Βίαντος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη.
Μάτηρ ἁ χαρίεσσα περίφρονος Ἀλφεσιβοίας.

ubi tertio verſu mater pulchra Alpheſibeae eſt Pero, quam Neleus promiſerat illi in uxorem, qui boves Iphicli ſubripere auderet, quod in gratiam fratris Biantis, amore virginis capti, ſuſcepit augur Melampus. Sed cum armenta Iphicli *ſubripuiſſe*, id eſt ſubripere voluiſſe, cognitus eſſet Melampus, ab Iphiclo captus & in vincula traditus eſt: e quibus poſtea dimiſſus, boves non tantum inpetravit, ſed & Pero Bianti, Melampi fratri, in nuptias ceſſit. lucem optimam his dabit narratio Pauſaniae Lib. IV. cap. 36. ubi Kuhnius hunc Propertii locum adnotavit, qui majorem acciperet, ſi exſtaret Heſiodi poëma

Quem non lucra, magis Pero formoſa coëgit,
 Mox Amythaonia nupta futura domo.
Nec me tam facies, quamvis ſit candida, cepit:
 Lilia non domina ſunt magis alba mea:
Ut Maeotica nix minio ſi certet Hibero,
 Utque roſae puro lacte natant folia.

Nec

ma ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα, cujus meminit idem Lib. IX. cap. 31. eleganter haec expoſuit Muretus in Scholiis, ſed brevius Beroaldus & Paſſeratius in notis. hinc intelliguntur illa, *Quem non lucra*, e ſubreptis nempe Iphicli bobus, coëgerunt, ſed Pero, ut eam fratri Bianti inpetraret; ſeu κερδέα δ' οὐκ ἰδίωξε, ut alia de re dicitur in Epigr. Graeco apud D'orvill. ad Chariton. p. 79. uterque autem erant Amythaonis filii. unde *Amythaonius Melampus* Virgilio III. Georg. 550. & Tibullo Lib. IV. Carm. I. 120. & hinc Pero mox *nupta futura* dicitur *domo Amythaonia*, pro quo *Amythaoniae* malebat Marklandus. ut apud Ovid. Epiſt. XVI. 368.

Ignoras, cui ſis nupta futura viro.

& ſic *domo* pro *domui* dicatur. an forte *Amythaonio nupta futura toro?* ut Hero apud Ovid. Epiſt. XIX. v. 100.

——— & inpar
Dicar Abydeno Threſſa puella toro.

ut recte Heinſius reſtituit, pro *viro*. *torus* enim ſaepe, & *lectus* pro marito, quomodo infra El. XIII. 23. legebat Broukhuſius,

Atque uno fieret cana puella toro.

pro *una domo*. quem illic vide. de uxore apud Ovid. Epiſt. VIII. 26.

——— nec turpe marito
Aſpera pro caro bella tuliſſe toro.

noſter Lib. III. El. 10. 6.

Et quiſquis fido praetulit arma toro.

Sabinus Epiſt. II. 80. de Penelope:

Exemplum fidi non leve facta tori.

pro, fidae uxoris. ſic & *lectus Ulyxis* pro uxore infra El. V. 15. ubi vide. hinc ſaepe apud Ovidium, aliosque poëtas, *viro* ſubſtituerunt librarii pro *toro*, nec raro hae voces confunduntur. ut optime docuit N. Heinſ. ad Naſonis Epiſt. XIX. v. 100. & vid. Broukh. infra ad El. VII. 54. de augure Melampo eſt Epigramma in Anthol. Graec. Lib. v. c. 1. Ep. 34.

19. *Non me tam facies*] *Non tantum facies* in D'orvilliano. *Me nec tam facies* Marklandus. ut apud Horat. I. od. 7. 11.

Nec tam Lariſſae percuſſit campus opimae.

ſed omiſſo *tam* vel *adeo* apud Ovid. IV. Triſt. El. 8. 25.

—— nec me peregrinum ducere coelum,
Nec ſiccam Getico fonte levare ſitim;
Sed modo, quos habui, vacuum ſecedere in hortos.

ſeq. verſ. *nec domina ſint* Heinſ. vulgatam ſervant omnes codices, Leidenſes, Voſſiani, D'orvill. & mei. non diſſimile illud Ovidii Lib. II. Am. 5. 27.

Quale coloratum Tithoni conjuge coelum
Subrubet, aut ſponſo viſa puella novo:
Quale roſae fulgent inter ſua lilia mixtae.

21. *Ut Maeotica nix minio ſi certet Hibero*] *Maeotia* Heinſius. *Et Maeotica* in primo Leid. & priſcis edd. *Ut* in Borrich. Groning. Neapol. ſecundo, & quinto Vatic. *Atque roſae* in Borrich. & meo priore. deinde *natent* in primo quartoque Voſſ. & Neapol. ſed praeced. verſu malim *certat*, ut in cod. Groning. nam ſequitur *natant*, & mox *lucet*. *folia* hic eleganter in *lacte natare* dicuntur, ut infra El. XII. v. 51.

Ac veluti folia arentes liquere corollas,
Quae paſſim calathis ſtrata natare vides.

ubi *cyathis* in vet. cod. quod non repudiandum. de vi verbi *natare* hac in re vide Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. II. 77. & Ecl. VI. 44. imitatus haec eſt Janus Secundus Lib. II. El. 7. 18.

Condor erat, qualem Veneris flos albus habebit,
Purpureo Bacchi ſi natat in latice.

&

Nec de more comae per laevia colla fluentes,
Non oculi, geminae, ſidera noſtra, faces.
Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.
Non ſum de nihilo blandus amator ego.
Quantum quod poſito formoſe ſaltat Jäccho,

Egit

& Lib. I. od. XI. 9.

Ut rubra puro lacte natans roſa,
Serpebat albas purpura per genas.

vide quae notavi ad Lotich. pag. 524.

24. *Non oculi, geminae, ſidera noſtra, faces*] imitatur hunc verſum Ovidius Lib. II. Am. El. 16. 44.

At mihi te comitem juraras uſque futuram,
Per me, perque oculos, ſidera noſtra, tuos.

25. *Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella*] Heinſius in Notis p. 680. legebat,

Nec ſi quando Arabae lucet bombyce puellae.

& adfert ex Ovidii Epiſtola Deianirae, *Coae ſediſſe in veſte puellae*, pro veſte, quam puella Coa texuit. ſed verſus eſt ex Sabini Epiſt. III. 45. pro *puella* virum doctum conjeciſſe *papilla*, notatur in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 134. fruſtra, ut puto.

26. *Non ſum de nihilo blandus amator ego*] *Non tam* Marklandus. *de nihilo* pro temere exponit Janus Gulielmius in Quaeſt. Plautin. pag. 167.

27. *Quantum quod poſito formoſe ſaltat Jäccho*] *Tam quantum poſito* in quinto Vaticano. *poto Jäccho* legunt alii, quod recte inprobavit Gebhardus p. 163. & *poſito* tuetur ex loco Naſonis Lib. III. A. A. 350.

Quis dubitat, quin ſcire velim ſaltare puellam
Et moveat poſito brachia juſſa mero.

addere potuiſſet, ut alia loca praeteream, illud ejuſdem ex Lib. I. Artis v. 231.

Saepe illic poſiti teneris adducta lacertis
Purpureus Bacchi cornua preſſit Amor.

ubi vide Heinſii notas. Miror viros doctos non offendiſſe *formoſe ſaltare* pro ſcite, eleganter, ac decenter. Mallem profecto, *numeroſe ſaltat.* Ovidius Lib. II. Am. El. 4. 29.

Illa placet geſtu, numeroſaque brachia ducit.

ubi in duobus Moreti codicibus, *numero quae brachia ducit.* etiam non male. nam ſic in Rem. Am. 754.

Enervant animos citharae, lotoſque, lyraeque,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.

Virgil. Ecl. VI. 27.

Tum vero in numerum Faunoſque feraſque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

ubi Servius, *in numerum ludere, id eſt ſaltare ad modum rhythmi & cantilenae, vel ad certam modulationem.* & XIV. Met. 520.

Ad numerum motis pedibus duxere choreas.

ſic *lyram numeroſam* choris adjungit noſter Lib. IV. El. 7. 61.

Qua numeroſa fides, quaque aera rotunda Cybebes,
Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris.

poſſet tamen *formoſe ſaltat* dictum eſſe, ut apud Apulej. VI. Met. p. 183. ed. Elmenh. *Venus ſuavi muſicae ſuppari greſſu formoſe ſaltavit.* & Lib. V. p. 168. *Videt Cupidinem, formoſum Deum, formoſe cubantem.* deinde notanda videtur conſtructionis variatio, *Quantum quod ſaltat*, cum mox ſequatur, *Et quantum ludere*, niſi illic ſupplendum ſit, *& quantum quod ſit docta ludere par lyrae Aganippeae.* vel ſupra v. 19. ex cod. D'orvilliano legendum, *Nec tantum facies*, ſubintellecto *me*, ut cum illis haec cohaereant, *Quantum quod poſito* &c. *Et quantum Aeolio quod tentat carmina plectro: Par Ag. ludere docta lyrae.* Ceterum cum his Propertianis conferenda ſunt illa Statii Lib. III. Sylv. 5. 64.

Sive chelyn complexa ferit, ſeu voce paterna
Diſcendum Muſis ſonat, & mea carmina flectit;
Candida ſeu molli diducit brachia motu;
Ingenium probitas, artemque modeſtia vincit.

Egit ut evantes dux Ariadna choros.
Et quantum, Aeolio quum tentat carmina plectro,
Par Aganippeae ludere docta lyrae.
Et ſua cum antiquae conmittit ſcripta Corinnae,

Car-

28. *Egit ut evantes dux Ariadna choros*] mira hic librariorum, ut paſſim in vocibus & nominibus propriis, quae ignorabant, oſcitantia. pro *evantes* in primo Voſſiano & Menteliano *eribates.* in Heinſiano, Borrichiano, & meo priore *euphrates. euhantes* in D'orvill. pro *Ariadna* in Borrich. *eribana. Adriana* in priore Leid. primo & tertio Voſſ. meoque ſecundo. ut ſaepe alibi quoque id nomen pro *Ariadna* ſuppoſuerunt. vid. ad Lib. III. El. 15. 8. *evantes chori* optime Ariadnae conveniunt. hinc in Inſcriptione antiqua apud Murator. Tom. I. pag. CXLV. legebat Cel. Dorvillius, ΕΠΑΡΧΕΣΘΑΙ ΔΕ ΤΟΥΣ ΧΟΡΟΥΣ ΕΥΑΣΤΑΣ, *choros evantes*, ἐυαστῆρας. & his choris *dux Ariadna* dicitur, ut apud Virg. VI. Aen. 517.

Illa chorum ſimulans, evantes orgia circum
Ducebat Phrygias.

regina chori Statio III. Theb. 185. ubi Lutatius: *& choros ducebat ſacerdos una Baccharum.* talem ſe ἀρχέχορον vocat noſter infra El. XXIII. 33.

Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreae,
Et medius tecta cuſpide Bacchus erit.

ubi plura.

29. *Et quantum, Aeolio quum tentat carmina plectro*] Legendum *quod tentat.* ut paullo ante, *Quantum quod poſito* &c. & ſic Guyetus. conparat Cynthiam ſuam Sapphoni, ut indicat *plectrum Aeolium.* Horatius Lib. IV. od. 9. 11.

Vivuntque commiſſi calores
Aeoliae fidibus puellae.

recte igitur apud Ovidium Lib. II. Am. 18. 26. repoſuit Heinſius, *Aeoliae Lesbis amica lyrae*, pro *Aoniae.* & Lib. IV. Triſt. El. 10. 50. de Horatio, *Dum ferit Aeolia carmina culta lyra.* pro *Auſonia.* ſequente verſu idem legebat Heinſius,

Par Mytilenaeae ludere docta lyrae.

idque adſtruebat loco Claudiani,

Quod Mytilenaeo modulatur pectine Sappho.

lyra enim *Aganippea* pro Muſarum lyra languidum nonnihil ei videbatur, quod tamen ſe probavit Broukhuſio, qui notat Propertium Cynthiam ſuam non adeo cum Sapphone conferre, ſed, quod majus eſt, eam canere, quod non averſentur Muſae, ſed ipſam earum lyram aequare poſſit. ut Lib. I. El. 2. v. 27. ubi poëticam Cynthiae facultatem effert,

Quum tibi praeſertim Phoebus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

& forte noſter cogitabat illud Theocriti Idyll. VII. 100.

Ἐσθλὸς ἀνὴρ μέγ' Ἄριστις, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδειν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι.

pari colore apud Statium loco ſupra producto, Lib. III. Sylv. 5. 65.

Sive chelyn conplexa ferit, ſeu voce paterna
Diſcendum Muſis ſonat.

ubi Marklandus *Dicendum*, vel *Livendum*, Muſis ipſis invidendum. ſed *Diſcendum* eſt, quod ipſas Muſas ediſcere non dedeceret. hinc Muſae citharam ſuam optimis poëtis tribuere ſaepe dicuntur. de quo vid. ad T. II. Anth. Lat. p. 112. Heinſio tamen perſuaſum fuiſſe, nomen poëtriae Graecae proprium hic latere, patet, quia *Teleſillaeae*, vel *Praxilleae* etiam conjecerat in notis pag. 680. ſed haec nimis a vulgatae lectionis veſtigiis recedunt, quamvis ingenioſa ſint non diſſimilis locus de Theophila eſt apud Martialem Lib. VII. Epigr. 69.

Non tua Pantaenis nimium ſe praeferat illi,
Quamvis Pierio ſit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudarit amatrix:
Caſtior haec, & non doctior illa fuit.

ubi legendum videtur, *at non doctior.*

Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis.

Num

32. *Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis*] Non dubitavi ſuam Propertio reddere ſcripturam, quam deturparunt librarii adeo, ut inde a verae lectionis eruendae tramite aberraverint viri etiam maximi. nam quum in nonnullis codd. MSS. legeretur, *Carmina quae quivis non putat aequa ſuis*, ſic enim habetur in Borrichiano, ſecundo Vaticano, Neapolitano, Regiis, uno Colbertino, meo utroque, Menteliano, ed. Venet. 1475 & 1487. inde Scaliger, quod in tanto viro mirari vix ſatis poſſum, exſculpſit,

Carminaque aequaevis non putat eſſe ſuis.

cum tamen *aequa* in fine verſus haereat in omnibus illis codd. & edd. priſcis, qua voce deleta, *eſſe* ſubſtituit Scaliger, tamque verum credidit, Propertium ita ſcripſiſſe, quam ſe vivere: & hac viri magni correctione nihil certius eſſe adfirmavit Broukhuſius, adeo ut eam contextui ingeſſerit. Vellem profecto ſenſum hujus lectionis ſimul expoſuiſſent viri eximii, a quibus diſcedere ipſa hic jubet veritas, & cura Propertio debita. Nullam vero hic agnoſco elegantiam poëta dignam. merito itaque frigidam Scaligeri conjecturam cenſebat Dorvillius, & huic loco ad oram codicis ſui adnotaverat Marklandus: *deſperatiſſimus locus, ut mihi videtur, tantum abeſt ut Scaligeri correctio vera ſit. Propertium quaero, ſed in hac lectione minime eum invenio.* Deſperare tamen de ſanando loci hujus adfecti vulnere vetarunt aliorum codicum veterum veſtigia, nam in tertio Voſſii *quae lirines*, & in marg. *liricis*, ut in quarto ejuſdem, & Askewiano. *quae Lyrines* in primo D'orvilliano, *quae Lirinos* in ſecundo. *Carminaque Lirinos* in codice Harlejano Muſei Britannici. *quae Lyrnes* ex altero Colbertino, & Groningano profert Broukhuſius, additque, *quod ego quid ſit, numquam divinaverim.* & tamen id, quod verum erat, ante oculos habebat poſitum, neque divinare difficile fuiſſet, ſi paullo adtentius corruptelas librariorum in nominibus propriis exploraſſet. Ex vetuſtioribus enim editionibus reſtituendum erat,

Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis.

certe in codice Colotiano claris literis *Erinne* legebatur. & ex ſuo MS. Livinejus etiam adfert *Carmina que Lyrnes*, addens id propius ad veram ſcripturam *Erynnes* ducere. Neque merebatur hoc in loco Volſcus, ut *putidum* ejus *caput* inſectaretur Broukhuſius, qui ſaepe in eum ſevere & inclementer invehitur, maxime vero ad hujus libri El. VII. v. 64. Negari nequit eum multa ſaepe loca corrupiſſe; ſed hic miror potius Volſcum in tenebris literarum, quibus ſua aetate premebatur, tam feliciter micaſſe, nam in illius editione quum excuſum ſit *Carmina quae herynes*, in notis tamen ſuis poſt refutatum Domitium, qui de *Lyrme* Orionis amica ſomniaverat, emendandum cenſebat,

Carminaqu e Erynnes non putat aequa ſuis.

Laudem igitur & adplauſum hic potius merebatur Volſcus, quem & alibi non infelicem fuiſſe in nominibus propriis reſtituendis oſtendi. & agnovit ipſe Broukhuſius in loco antea corruptiſſimo infra El. X. init. *Non tot Achaemeniis armantur Suſa ſagittis*, quam *palmariam correctionem*, ut candide vocat, Antonio Volſco *laude ſua nequaquam defraudando*, deberi notat, idemque illius judicium de Volſco aequum eſt in loco ex Lib. II. El. 20. 39. ubi *rudis Argo* reſtituerat, & Lib. III. El. XI. 39. ubi emendavit *Corniger Idaei* &c. Lib. IV. El. 6. v. 3. *Serta Philetaeis* pro *Philippeis* &c. quae certe putidi cerebri indicia non ſunt. Volſci veſtigia e longinquo preſſit Beroaldus, cujus id commentum eſſe perperam dicit Scaliger, nam in illius editione, *Carmina quae Erynes non putat aequa ſuis.* ut operarum vitio in notis Volſci excuſum erat, pro *Carminaque Erynnes.* recte igitur Muretus, cujus notae hic conſulendae, Aldus in utraque editione, Colinaeus, Gryphius, aliique ediderunt, *Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis.* unde non mirum eſt ea lectione probata hoc modo locum proferri a J. Meurſio Lib. II. Biblioth. Graec. p. 1326. Vinc. Obſopaeo ad Antholog. Graec. pag. 135. & Brodaeo p. 135. Gronovio ad Tacit. XV. Annal. 49. Harduino ad Plinium XXXIV. 8. p. 651. & Jac. Wallio, ſed cum acerba Scaligeri reprehenſione, in notis ad Poëmata ſua p. 269. ubi promittit ſe integram Erinnes oden, & ſelecta Graecorum Poëtarum carmina a ſe verſa editurum. Veriſſimam igitur poëtae lectionem me in contextum

tum

Num tibi naſcenti primis, mea vita, diebus

Aureus

tum reduxiſſe, & *Erinnes* poëtriae Graecae nomen huc revocaſſe, adprobaturos eſſe viros eruditos opinor, nam quod Heinſius etiam divinaverat *Carminaque aequa Anytes non putat eſſe ſuis*, ingenio ejus conjecturarum foecundo tribuendum eſt, praeſertim quum *Erinnae* in antiquo codice legi teſtetur. Anytes quidem poëtriae nomen minime ignotum, & vide de ea Holſten. ad Stephan. Byz. p. 317. Oportunius tamen Sapphoni adjungitur Erinne, ejus coaeva & amica, idemque Heinſius optime Maximo Tyrio Erinnes nomen reſtituit pro Γόριννα, ut vulgo edebatur, in notis ad Ovid. Epiſt. XV. 17. & hanc quoque Sapphoni, ceteriſque poëtriis Graeciae celebrioribus, comitem dat Antipater Lib. I. Anthol. Graec. Tit. LXVII. Ep. 8. quod meretur adſcribi:

Τὰς δε θεογλώσσυς Ἑλικὼν ἔτρεψε γυναῖκας
  Ὕμνοις, καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος,
Πρηξίλλαν, Μυρὼ, Ἀνύτης σόμα, θῆλυν Ὅμηρον,
  Λεσβιάδων Σαπφὼ κόσμον ἐϋπλοκάμων.
Ἤρινναν. Θελέσιλλαν ἀγακλέα, καὶ σὲ Κόριννα,
  Θοῦρον Ἀθαναίης ἄσπιδα μελψαμέναν.
Νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυηχέα Μύρτιν,
  Πάσας ἀενάων ἐργατίδας σελίδων.

idque ſic interpretatus eſt Hugo Grotius, verſione inedita:

Sunt etiam doctae, muliebria nomina, vates,
  Quas Helicon aluit, Pieriumque jugum.
Praxilla, & Myro, fecundaque gloria Lesbi,
  Et quae vix Anyte cedit, Homere, tibi.
Eſt Erinna etiam, Teleſillaque, tuque Corinna,
  Quae docta clypeum Palladis arte canis.
Et Myrtis placida, & verſu quoque femina Noſſis,
  Omnes perpetui carminis artifices.

de ipſa autem Erinna ſequitur eodem Titulo Epigr. XIV.

Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κήριον ἀδύ τι μικρὸν,
  Ἀλλ' ὅλον ἐκ μυσέων κιρνάμενον μέλιτι.
Οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης σίχοι, ἶσοι Ὁμήρῳ,
  Τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεα καιδεκέτευς. &c.
Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων,
  Ἤριννα Σαπφῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.

hoc eſt, ex ejuſdem Viri magni interpretatione,

Lesbidis Erinnae non magna mole, ſed omnis
  Pieridum redolet dulcia mella favus:
Haud plus ter centum quae verſibus aequat Homerum,
  Annos nata decem virgo, ſuperque novem. &c.
Si cupis, Erinnam Sappho teſtudine vincat,
  Dum tamen Erinnae cedat in hexametris.

ex quo patet, Erinnae Heroica Homericis aequata, & Lyrica ſcripſiſſe, in quibus Sappho eam ſuperavit, ſed brevis aevi fuiſſe; quod firmatur quatuor aliis Epigrammatibus Antipatri, Leonidae, Aſclepiadae, & incerti, quae exſtant in eadem Anthol. Gr. Lib. III. Ep. 66. & ſeqq. & in illius laudes etiam eſt Epigramma Lib. V. Tit. 1. N. 21. Non facile igitur aures noſtras permulcebit Jani Gebhardi Sirene, qui in re Critica raro acutus hic legendum excogitaverat,

Carmina Sirenis (vel *Sirenum*) *non putat aequa ſuis.*

certe ſi inſulſis conjecturis palma publice eſſet propoſita, hac una eam ſuo jure auferret Gebhardus. Confirmemus potius *Erinnen*, Propertio quaſi poſtliminii jure vindicatam, notamque prolixiorem, ut merebatur hic locus, abſolvamus auctoritate Celeb. Hemſterhuſii, qui in ſuis Adnotationibus, ſive Epiſtola, qua cum Petro Vlamingio animadverſiones in duos priores poëtae noſtri libros communicaverat, ut ultimae editioni Broukhuſianae ſubjungerentur, ita de vera hujus verſus lectione judicabat: „ Locus, inquit, difficilis, & a librariis, qui peregrinam Propertii eruditionem non capiebant, corruptus, „ ad quem Davum accedere fas non ſit. Ego, „ qui me Oedipum non profiteor, leviora tantum delibabo. In Fratris tui Gul. Vlamingii, „ hominis, dum fuit, Latinae venuſtatis ſtudiis „ excultiſſimi, codice legebatur, *Carmina quae* „ *quivis non putat aequa ſuis.* Ego duriſſimam „ illam Scaligeri correctionem, quam Broukhuſius in contextum intulit, non tam bono ſum „ ſtomacho, ut concoquere poſſim. Sane Propertius, qui Cynthiam cum ipſis Muſis comparare non fuit veritus, nunc in ea poëticae, „ qua poſſet, virtutis fiduciam laudat, quippe „ quae non dubitet infra ſe poſitas eſſe putare „ praeſtantiſſimas Graecorum vates: quare putidum illud Volſci, temerarii ſaepe corruptoris, „ & puſillum ingenium hic admiror & exoſculor, qui, ſi non certam, at ſumme probabilem

„ ac

Aureus argutum ſternuit omen Amor?

35. Haec

„ ac Propertio dignam lectionem excogitavit, „ *Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis.* quid „ aliud Groningani Colbertinique codicum ſcrip-„ tura ſibi vult, *Carmina que lyrnes?* nonne cer-„ tis propemodum veſtigiis ad *Erinnes* ducit? „ tum ſatis gravis eſt ratio, cur poſt Corinnam „ Erinnae meminerit Propertius, cujus carmina „ tanto habita fuerunt in pretio, ut cum Home-„ ricis compararentur. ab hac etiam parte ſtat „ Harduin. ad Plin. Tom. V. pag. 115." Hujus autem Viri judicium in his rebus peracutum quis non praeferat perverſitati Jo. Antonii Vulpii, qui tamquam e tripode pronuntiat, *verſum hunc corrupiſſe Antonium Volſcum, eumque temere ſecutum eſſe Beroaldum;* nihil praeterea è ſua penu conferens, contentus lacinias Paſſeratii & Broukhuſii, è quorum purpura, ſed pannis divulſis ac laceris, maxima commentarii ejus moles conflata eſt, adſuiſſe. praecedente verſu edidi, *Et ſua cum antiquae* &c. non *quum*, ut in Broukhuſiana. eſt enim idem loquendi modus, ſubintell. *cum ſcriptis Corinnae,* ut infra El. VII. v. 85.

Et ſua cum miſerae conmiſcuit oſſa puellae.

35. *Num tibi naſcenti primis, mea vita, diebus*
Aureus argutum ſternuit omen Amor]

Et hic quoque locus Viros doctos varie exercitos habuit. pro *Num tibi* in primo Voſſ. altero D'orvill. meoque *Nunc tibi.* in primo Leid. & tertio Voſſ. *Non tibi.* Guyetus *Quam tibi.* altero verſu *Aureus* eſt ex emendatione Broukhuſii, idque etiam Heinſius conjecerat. *Aridus* legitur in primo Leid. Voſſ. Mentel. Harlejano Muſei Britannici, meo utroque, primis aliiſque vetuſtis edd. *Arduus* in quarto Voſſ. D'orvill. ſec. Askew. Excerptis Modii, ſeu Groning. & ſic adfert Neſtor in Vocabulario in *ſterno* p. 123. *Arridus* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, Neap. & ſec. Vatic. altero Leid. tertio Voſſ. & primo D'orvill. *Candidus* in v. c. Paſſer. & primo Vatic. *Fervidus* Beroald. Macrobius autem, indicante Broukhuſio, adfert *Candidus auguſtae.* unde Scaliger, Guyetus, aliique *Candidus auguſtum.* Heinſius, *Candidus argute:* & forte *Candidus* probum eſt, ut ad fauſtum omen referatur. vide Paſſerat. & Gebhard. & hanc lectionem ſua imitatione hic probaſſe videtur Sannazarius Lib. I. El. 3. v. ult.

Candidus & pennis omina firmet Amor.

& P. Lotichius Lib. II. El. 8. v. 60.

Plauſit & argutum candidus omen Amor.

ubi vide quae notavi. *Candidus* quoque ſe probavit Cel. Hemſterhuſio, & *auguſtum omen:* tum verſu praeced. *Nam tibi.* ut ex ejus Animadverſionibus liquet. Cel. D'orvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 136. in mentem venerat,

Naribus argutis ſternuit omen Amor.

& eo referebat illud Catulli Ep. 57. ubi legebat Scaliger, *Dignam naribus & tuo cachinno.* Sed melius placet, quod *argutum omen* exponat de iis, quae in ſternutando obſervabantur, praeſertim propter Homeri locum de Telemacho: niſi quis *argutum omen* cum Cel. Ruhnkenio interpretari malit omen cum acuto ſono prolatum: optime autem *ſternuit* reſtitutum hic fuit pro *ſtertuit*, quod in aliis libris ſcriptis & editis. ſic enim in duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. ſecundo D'orvill. Heinſiano, meo utroque. nec aliter apud Neſtorem, & in Scaligeri ac Modii Excerptis, Menteliano, ſecundo Palatino Gebhardi, & quinto Vatic. *ſtertuit* omnis *amor* in Regiis, ſecundo Leid. & primis edd. *ſtrepuit* in Voſſ. quarto. ſed *ſternuit* unice verum. nam ſic Propertio praeivit Theocritus Idyll. VII. 96.

Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον.

ubi vide Scholiaſten. & hoc probavit Obſopaeus ad Antholog. Graec. Lib. VII. p. 628. Catullus Carm. XLVI. v. 9.

Hoc ut dixit, amor, ſiniſtra ut ante,
Dextra ſternuit approbatione.

quod hoc Propertii loco ibidem illuſtrat Muretus. paſſim vero librarii *ſternuit* corruperunt in *ſtertuit.* ut in loco Ovidii Epiſt. XIX. 151.

Sternuit & lumen (poſito nam ſcribimus illo)
Sternuit; & nobis proſpera ſigna dedit.

ita recte viri docti reſtituerunt, pro *ſtertuit.* vide illic Heinſii & aliorum notas. & his adde, quae ex Scaligeri Lectt. Auſon. relata ſunt in notas ad Plaut. Pſeud. Act. I. Sc. 1. 105. & ex Salmaſio ad Act. II. Sc. 2. 34. ubi corrigit, *dum tu ſternuas*, pro *ſtrenuas.* licet longe aliter illic legat Barthius Lib. XXVIII. Adverſ. cap. 6. Ceterum illud *naſcenti omen Amor ſternuit* referendum eſt

ad

35. Haec tibi contulerunt coeleſtia munera Divi;
Haec tibi ne matrem forte dediſſe putes.
Non, non humani ſunt partus talia dona,
Iſta decem menſes non peperere bona.

Gloria

ad felicia auguria & omina, quae natalibus ineſſe credebant veteres. vide egregium Ciceronis de Bruto locum, VII. Philipp. cap. 4. ubi, *Brutum, omine quodam illius generis & nominis, natum ad Rempublicam liberandam* vocat, ut optime emendavit Faërnus, pro eo quod antea legebatur *hominem quondam illius generis* &c. idque aliis Ciceronis locis conprobari poſſet. uno tantum defungar ex Philipp. III. cap. 4. fin. *Majus a D. Bruto beneficium Pop. R. & habet & exſpectat, quam majores noſtri acceperunt a L. Bruto, principe hujus maxime conſervandi generis & nominis.* & ex hoc omine eundem Brutum *Imperatorem, Conſulem, & civem non ſibi ſed Reipublicae natum* dicit Philip. V. cap. 9.

35. *Haec tibi contulerunt coeleſtia munera Divi*] *contulerint* in codd. Regiis & Colbert. Borrich. Neapolit. duobus Leidenſ. primo & quarto Voſſ. priore D'orvill. ac meo. *contulerant* in Groning. & D'orvill. ſecundo. *cum tulerint* in Heinſiano, & meo ſecundo. parum refert an *contulerunt* legatur, an vero potius ex auctoritate tot codicum *contulerint*, quod & in primis edd. inveni. ſed *contulerunt* in Beroaldina. Seneca de Tranq. anim. cap. XI. de Sejano: *in quem, quidquid congeri poterat, dii hominesque contulerant.* Auctor Octaviae v. 551. de Poppaea Neronis:

Omnes in unam contulit laudes Deus,
Talemque naſci fata voluerunt mihi.

quibus locis, & hoc Propertiano, ſtabilivi certam, niſi mihi blandior, emendationem in Epitaphio veteri, quod edidi Tom. II. Anthol. Lat. pag. 214. 215.

Quod voto petiere ſuis plerumque parentes,
Cuncta tibi Divae, Caeſia, contulerunt.

pro eo quod legebatur corrupte, *Cuncta tibi dignae, Caeſia, conjicerunt.* vide ibidem pag. 629. *coeleſtia numina* in Dorvilliano. altero verſu edidit Broukhuſius, Scaligerum ſequens,

Haec tibi: ne matrem forte dediſſe putes.

quod propter repetitionis gratiam etiam praefert Heynius ad Tibull. p. 317. ſed *Haec tibi ne matrem*, poſtpoſita priori diſtinctione, placebat D'orvillio. *Cynthia, ne matrem* Guyetus. Sed neſcio quo modo adridet codicum MSS. lectio,

Haec tibi ne matrem, ſtulta, dediſſe putes.

ita enim in codice Ant. Perreji, tertio quartoque Voſſiano, & ſecundo Vaticano. unde Heinſius,

Fors tibi ne matrem, ſtulta, dediſſe putes.

illud vero *ſtulta* eleganter poëtae interſerunt, lenis admonitionis vel exprobrationis cauſſa. infra El. XVII. 18.

Experta in primo, ſtulta, cavere potes.

ubi *tuta cavere* in MSS. Lib. III. El. 18. 5.

At tu, ſtulta, Deos, tu fingis inania verba.

& hinc apud Ovidium Lib. III. Am. 8. 11. praeferrem,

Hunc potes amplecti formoſis, ſtulta, lacertis?
Hujus in amplexus, ſtulta, venire potes?

ubi ex Puteaneo *vita* utroque verſu repoſuit Heinſ. ſed quod in blanditiis frequentius.

37. *Non, non humani ſunt partus talia dona*] ita recte in omnibus fere codd. MSS. meo utroque & edd. primis. *Non nunc* in tertio Voſſ. ſed *non* ſuperſcr. pro varia lect. ſic ſupra Lib. I. El. 2. v. 25. in cod. Neapol. legitur,

Non ego non vereor, ne ſis mihi vilior iſtis.

pro *Non ego nunc vereor.* apud Catullum Ep. XIV. v. 16.

Non, non hoc tibi, ſalſe, ſic abibit.

ubi male Iſ. Voſſius, *Non modo hoc tibi.* elegantiam hujus repetitionis optime illuſtrarunt Paſſeratius pag. 259. & 321. Manutius ad Cic. X. ad Attic. Ep. 10. pag. 32. G. Fabricius

Gloria Romanis una es tu nata puellis:
Romano accumbes prima puella Jovi.

Nec

ćius in Terent. pag. 60. & ad hunc locum Broukhuſius. cujus notis addam quae codici ſuo adleverat Marklandus: „ Utuntur hac repeti- „ tione, quando aliquid majore cum emphaſi & „ adfectu efferendum eſt. Horatius Lib. III. „ od. 24. 25.

„ *O quis, quis volet impias*
„ *Caedes & rabiem tollere civicam?*

„ Sophocles Philoct. v. 1270.

„ Ἐςίν τις, ἔςιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾷν.

„ Euripides Medea v. 467.

Ἦλθες πρὸς ἡμᾶς, ἦλθες.

„ multus eſt in hac figura Euripides, atque ideo „ deridetur ab Aeſchylo apud Ariſtophanem in „ Ranis Act. V. Sc. 2." Colorem vero mutuatus forte Propertius eſt ex Virg. XII. Aen. 427.

Non haec humanis opibus, non arte magiſtra
Proveniunt: neque te, Aenea, mea dextera ſervat:
Major agit Deus, &c.

ubi *non* ſimiliter repetitur. Ceterum quia in hac Elegia verſuum diſpoſitio in codd. MSS. valde turbata eſt, hoc diſtichon forte ponendum ante praecedentia *Num tibi naſcenti*, vel *Nam tibi*, ut legebat Cl. Heniſterhuſius, & recte cohaerebunt omnia, ſi hoc ordine legantur,

Et ſua cum antiquae committit ſcripta Corinnae,
Carminaque Erinnes non putat aequa ſuis.
Non non humani ſunt partus talia dona;
Iſta decem menſes non peperere bona.
Haec tibi contulerunt coeleſtia munera Divi,
Haec tibi ne matrem forte dediſſe putes.
Nam tibi naſcenti primis, mea vita, diebus
Candidus argutum (vel *auguſtum*) *ſternuit omen Amor.*

partus ſunt in cod. Colbertino, Heinſiano, & Groningano. *bona* vero hic non de pulchritudine, ut male Gonſalius ad Petron. cap. 101. pag. 160. ſed de animi dotibus intelligenda. vide ſupra ad Lib. I. El. 2. v. 6. *dona* vitioſe in ed. Volſci.

39. *Gloria Romanis una es tu nata puellis,*
Romano accumbes prima puella Jovi]

Neque hic locus levi manu tractandus eſt, de mendo valde ſuſpectus. Quem enim non offendat ter repetitum, *Romanis puellis*, *Romano loco*, *Romana cubilia?* ut in contextu exhibuit Broukhuſius. videri aliquid latere adſcripſerat Francius. primo verſu recte Broukhuſius adſtruit lectionem, *una es tu nata.* in quo loquendi modo *nata* per pleonaſmum poni adnotat Cuperus Lib. III. Obſerv. cap. 10. addit tamen Broukhuſius, vulgatam *rara* etiam poſſe defendi. quas vulgatas innuat editiones, vix intelligo, niſi edd. vulgatas ſolam Scaligeri vocet, quamquam in notis ſuis de hac ſcripturae varietate nihil monuerit vir Illuſtris. Ne de codd. MSS. dicam, qui, nullo excepto, *nata* tuentur omnes, conſului primas, & reliquas vetuſtiores editiones, Venetas, Volſci, Beroaldi, Reg. Lepid. Aldinas, Mureti, Colinaei, Gryphii, Rovillianam, Douſarum, ceteraſque, in quibus ſingulis pari conſenſu *nata* excuſum offendi. & eo tendit *donata*, quod ex v. c. adfert Livinejus. Sed majoris momenti reliqua ſunt. *Romano loco* ex v. c. repoſuit Scaliger, quod, ut paſſim, ſecutus eſt Broukhuſius. ſed *Romano loco prima accumbes*, quid ſit, nemo facile dixerit; nam quod ad hypallagen confugiat Scaliger, *prima* accumbes Romano *loco*, pro *primum locum* inter puellas Romanas habebis, inter Graecas ſecunda eris poſt Helenen, nimis durum & contortum adparet. neque parum differt, quod ex Lib. II. El. 21. 32. producit,

Et tibi Maeonias inter Heroidas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.

Aonio choro conjecerat Heinſius. quod probare non poſſum. Sequamur potius plurimorum codicum & vetuſtiſſimarum editionum veſtigia, in quibus legitur,

Romana accumbens prima puella Jovi.

ſic enim in Leidenſibus, Voſſianis, Menteliano, Groningano, Borrichiano, Regiis, Colbertinis, binis Dorvillianis, ac meis; neque aliter in primis, ceteriſque editionibus antiquis. *Romana*

accum-

Nec ſemper nobiſcum humana cubilia viſes:
Poſt Helenam haec terris forma ſecunda redit.

Hac

accumbes pr. p. Jovi in ed. Mureti Aldina. Legamus itaque,

Romano accumbes prima puella Jovi.

ut jam excuſum inveni in Beroaldina. ſive de lecto vel menſa capiamus, intelligit id, quod in noto Virgilii verſu, Ecl. IV. in fine:

Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.

vide ad Lib. I. El. 14. 19. & hinc infra v. 58. hujus Elegiae, vel *Jove digna ſoror.* ubi *Jove digna viro* conjicit Heinſius. ſi vero quis *Romano* ex gloſſa marginali, vel ex praec. & ſeq. verſu, huc irrepiſſe ſuſpicetur, poſſet etiam reponi,

Accumbes Latio prima puella Jovi.

infra Lib. III. El. 3. 6.

Adſueſcent Latio parta tropaea Jovi.

Latio reddita vota Jovi apud Ovid. III. Triſt. 12. 46. Martialis Lib. IX. Ep. 65.

Alcide Latio nunc agnoſcende Tonanti.

hinc *Latialis* vel *Latiaris Jupiter.* quod nomen Caligulae per adulationem inditum dicit Sueton. cap. 22. de eo vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 60. & ſi quis *Latium Jovem* de Auguſto velit intelligere, non refragabor. ut innuat Cynthiam, exuta mortalitate, Auguſto inter *Deos recumbenti, & purpureo ore nectar bibenti*, ut ait Horatius, lecti accubitorii participem futuram. ſic *Latium Deum* ex cod. Palatino, Propertio, licet loco non oportuno, reſtituendum, & Auguſtum intelligendum putabat Gebhardus ad Lib. III. El. 1. 38. Non inelegans tamen hic eſt repetitio,

Gloria Romanis una es tu nata puellis,
Romano (vel *Romana*) *accumbes prima puella Jovi.*

ſed vel hinc manifeſtum eſt, inconcinne verſu ſequenti *mecum Romana cubilia viſes* repeti, ut edidit Broukhuſius; ſed revocandam fuiſſe eorumdem MSS. codd. & editionum vetuſtiſſimarum lectionem,

Nec ſemper nobiſcum humana cubilia viſes.

quem verſum ſe non intelligere adſcripſerat Marklandus. ſic tamen omnia elegantiſſimi coloris, ac poëta noſtro digna erunt, & *humana cubilia* apte opponentur *thalamo Jovis*, eodem modo ut infra v. 55.

Cur haec in terris facies humana moratur,
Jupiter, ignoro priſtina furta tua.

& ſupra v. 35. *humano partui* opponuntur *coeleſtia munera*. dicit enim primam prae ceteris puellis Romanis Jovis lecto accubituram eſſe Cynthiam, humano cubili ſuperiorem, inſigni ſane honore. hinc Juno apud Ovid. VI. Faſt. 27.

Eſt aliquid nupſiſſe Jovi, Jovis eſſe ſororem.

& v. 33.

Si torus in pretio eſt; dicor matrona Tonantis.

ita de Procride & Cephalo apud Ovid. VII. Met. 800.

Nec Jovis illa meo thalamos praeferret amori,
Nec me quae caperet, non ſi Venus ipſa veniret,
Ulla erat.

praecipue huc faciunt illa Junonis ad Juturnam, Turni ſororem, apud Virg. XII. Aen. 143. ſeqq.

Scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
Magnanimi Jovis ingratum adſcendere cubile,
Praetulerim, coelique lubens in parte locarim.

ut autem Jovis vel Deorum thalamo recipi, formoſis honorificum fingitur a poëtis, ita immaturus pulchrarum virginum obitus paſſim ab iis adſcribitur Stygio Jovi, ſuis toris eas vindicanti: quod ex Graecis & Latinis abunde illuſtravi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 221. 222. *accumbere* igitur, quod frequentius de lecto convivali dicitur, hic pro *concumbere* poni ſuadent *cubilia* verſu ſequenti. & ita alibi apud noſtrum. vid. ad Lib. I. El. 3. 3. certe exigit hoc verbum *accumbes*, ut *Jovi* legatur, ſatisque refutat *Romano loco*, ut Scaligero ex unico codice ſic emendanti obſecutus edidit Broukhuſius, a quo diſcedere me juſſit tot librorum ſcriptorum & excuſorum conſenſus ac fides.

42. *Poſt Helenam haec terris forma ſecunda redit*] Nihil mutant membranae veteres, aut editiones. Broukhuſius tamen a manu poëtae

fuiſſe

Hac ego nunc mirer ſi flagret noſtra juventus?
Pulchrius hac fuerat, Troja, perire tibi.
45. Olim mirabar, cur tanti ad Pergama belli
Europae atque Aſiae cauſſa puella fuit.

Nunc

fuiſſe non dubitat,

Poſt Helenam haec Grajis forma ſecunda redit.

conjectura quidem ingenioſa, ſed de cujus veritate non liquet. nam *terris* in genere pro terrarum orbe poteſt exponi, ut mox v. 55.

Cur haec in terris facies humana moratur.

infra Eleg. V. 23.

Ah gemat in terris iſta qui protulit arte &c.

El. XIII. 65.

Durius in terris nihil eſt quod vivat amante.

& ſaepe *terrae* ac *gentes* opponuntur Romano imperio. ut Lib. IV. El. 4. 12.

Atque ubi nunc terris dicuntur jura ſubactis,
Stabant Romano pila Sabina foro.

vide notas Patrui mei ad Ovid. III. ex P. Ep. 3. 61. ad Virgil. I. Georg. 25. Lucan. I. 542. & praecipue ad Calpurn. Ecl. IV. 8. ubi nihil contra omnes codices ſcriptos & editos hic mutandum, & *terras*, ſeu gentes ac populos, Romanis opponi notat. hinc apud Senecam de Brevit. vitae cap. 5. legendum puto, *Qui omnia videbat ex ſe uno pendentia, qui Romanis gentibuſque fortunam dabat.* nunc vulgo editur, *qui hominibus gentibuſque.* idque in hoc Propertii loco etiam probaſſe videtur D'orvillius in Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag. 291. pro *redit* Guyetus *venit.* ſed forte melius poſſet emendari,

Poſt Helenam terris forma ſecunda redi.

deleta voce *haec.* praeſertim quia ſequitur *Hac ego*, & *Pulchrius hac.* ut ad Cynthiam ſermo ſit, quod ſuadere videntur praecedentia, *una es tu nata*, *accumbes*, & *viſes.*

43. *Hac ego nunc mirer ſi flagret noſtra juventus?*] ſic Guyetus, quod firmat ſecundus Vaticanus, Mentel. & Voſſ. pr. in Regiis, ſecundo Leid. & priſcis edd. *Ah ego nunc miſer.* in Colbertino, *Aſt ego nunc mirer. Hac ego non* in Voſſ. tert. D'orvill. altero, & meo primo, in quo *miror. Ac ego* in ſecundo. *Hanc* in Voſſ. quarto. *noſtra voluptas* in Mentel. & primo Leid. Legendum, *Non ego nunc miſer.* ut Lib. I. El. 6. 1. *Non ego nunc Hadriae vereor mare noſcere tecum.* ubi vide. vel potius, *Hac ego num mirer.* ut *num* & *nunc* paſſim confunduntur. vid. ad hujus Eleg. v. 33.

44. *Pulchrius hac fuerat, Troja, perire tibi*] *fuerit* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. *ah* pro *hac* in ſec. Leid. Regiis, & primis edd. *hac fuerat*, eſt, majori tibi honori & gloriae fuerat. ut *melius*, *juſtius*, *ſatius fuerat*, & ſim. vide Markland. ad Statii Silvas pag. 18.

45. *Olim mirabar, cur tanti ad Pergama belli*
Europae atque Aſiae cauſſa puella fuit]

quod tanti in duobus Leid. Voſſ. pr. & tertio, utroque D'orvill. meiſque, & primis edd. *qui* Guyetus, pro *cur.* in Groningano, *Mirabar, cur tanti*, probante Broukhuſio. quod etiam firmare potuiſſet ex Ovidio I. Faſt. 165.

Poſt ea mirabar, cur non ſine litibus eſſet.

ſed cum Heinſio legendum,

Olim mirabar, quid tanti &c. *cauſſa puella foret.*

infra Lib. III. El. 8. init.

Mirabar, quidnam miſiſſent mane Camenae.

Virgil. Ecl. 1. 37.

Mirabar, quid maeſta Deos, Amarylli, vocares.

vide Heinſ. ad Claudian. Epithal. Pallad. & Celer. v. 56. & Patrui mei notas ad Petron. cap. 69. circa fin. *tanti in Pergama* Voſſ. tert. & duo Livineji. *tanti Pergama belli* in cod. Colbert. Borrich. Neap. duobus D'orvill. *tanti ad bella fuiſſent* in quarto Voſſ. *belli cauſſa*, ut apud Ovid. Epiſt. VIII 20.

Cui pia militiae cauſſa puella fuit.

Lib.

Nunc Pari, tu ſapiens, & tu, Menelaë, fuiſti:
Tu, quia poſcebas, tu, quia lentus eras.
Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamo belli cauſſa probanda fuit.
Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat in arte meam.

Sive

Lib. I. Amor. 10. init. de Helena,

Qualis ab Eurota, Phrygiis avecta carinis,
Conjugibus belli cauſſa duobus erat.

qui hunc locum imitatus videtur Lib. II. Am. 12. 17.

Nec belli nova cauſſa mei: niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europae pax Aſiaeque foret.

ubi vide notas. & forte noſter ante oculos habuit Virgilium Lib. X. Aen. 90.

—— *quae cauſſa fuit conſurgere in arma*
Europamque Aſiamque.

47. *Nunc, Pari, tu ſapiens, & tu, Menelaë, fuiſti* &c.] *fuiſtis* Heinſius. Non dubito ad hunc locum reſpexiſſe Ovidium III. A. A. 253.

Aut Helene; quam non ſtulte, Menelaë, repoſcis;
Tu quoque non ſtulte, Troïe raptor, habes.

ex cujus loci comparatione patet, *poſcebas* hic ad Menelaum, raptam Helenam ſibi reddi poſtulantem, *lentus eras* ad Parin, Helenam reſtituere ceſſantem, referendum eſſe. eam enim ſi reſtituiſſet Paris, Troja non fuiſſet capta. notum illud Ovidii Rem. Am. 65.

Redde Parin nobis, Helenen Menelaus habebit:
Nec manibus Danais Pergama victa cadent.

& v. 774 & ſeqq.

Quid, Menelaë, doles, ibas ſine conjuge Creten,
Et poteras nupta lentus abeſſe tua.
Ut Paris hanc rapuit, nunc demum uxore carere
Non potes. alterius crevit amore tuus.

ſic & *lentus Menelaus* in Epiſtola Helenae XVII. 249.

Tu fore tam juſta lentum Menelaon in ira &c.

quibus locis forte inducti nonnulli *lentus eras* hic quoque referrent ad Menelaum, ſed contra mentem poëtae, qui *ſapientem* vocat Menelaum, quia raptam Helenam repoſcebat, Parin vero, quia reddere nolebat: & recte monuit Paſſeratius, tranſlatam locutionem eſſe a creditoribus, res raptas repetentibus, & a debitoribus, ſolvere cunctantibus.

49. *pro qua vel obiret Achilles*] *obiret Atrides* legebat Livinejus, contra omnium librorum MSS. & editorum conſenſum, in quibus *Achilles*. recte igitur id inprobat Heinſius in notis p. 681. quia pro Helena obiit Achilles, non vero Agamemnon aut Menelaus. Miror Broukhuſium hic nullam iterum mentionem tranſpoſitionis verſuum feciſſe. *facie* in primo Leid. & Menteliano.

50. *Vel Priamo belli cauſſa probanda foret*] hanc reſtitutionem debemus Heinſio in notis ad Sabini Epiſt. III. 75. ubi aperte hunc Propertii locum poëta ille imitatur,

Non vereor belli ne non ſit cauſſa probanda,
Eſt illi facies digna movere duces.

& firmat Heinſii emendationem codex Ant. Perreji & Neapolitanus. olim legebatur *Vel Priamus. obiret* nempe. quod & in Menteliano, Leidenſibus, Voſſianis, D'orvillii, ac meis. *foret* in Excerptis Modii, aliiſque MSS. ut conjecerat Heinſius. ſervandam tamen lectionem antiquitus excuſam cenſuiſſe Cel. Heinſterhuſium, ex ejus adnotatione patet.

51. *Si quis vult fama tabulas anteire vetuſtas,*
Hic dominam exemplo ponat in arte meam]

Si qui fama volet in Excerptis Modii, ſeu Groning. Heinſius *Si quem fama vocet*, vel *fama juvet*, aut, *Si cui fama ſubit*. eum vide in notis p. 681. Idem quoque *Si quis vult forma*, quod & Marklandus libri ſui orae adſcripſerat. altero verſu *in arce* cod. Ant. Perreji, & Vatican. ſec. Qui antiquata captarunt, *inante*, voce ex duabus praepoſitionibus conflata, intruſerunt, ut Gifa-

 nius

Sive illam Heſperiis, ſive illam oſtendet Eois,
  Uret & Eoos, uret & Heſperios.
Cur haec in terris facies humana moratur?
  Jupiter, ignoro priſtina furta tua.

Fulva

nius Indice Lucretiano, Georg. Fabricius Grammat. Partit. II. Livinejus in notis p. 76. qui *ponat inante* pro *anteponat* capit. ſic & Gebhardus Lib. II. Crepund. cap. 5. & Paſſeratium exagitans ad h. l. pag. 165. Jan. Gulielmius Lib. II. Veriſ. cap. 4. & Gruterus ad Cic. I. Catil. cap. 3. p. 612. quibus talia erant in deliciis. quare nollem hoc ſuo calculo probaſſet Voſſius IV. de Analog. c. 23. cultiori enim Latio id inuſitatum recte repudiavit Gronovius Lib. I. Obſerv. c. 15. p. 128. ubi Scaligerum illud Propertio obtruſiſſe notat. quod, quia in antiquis ante natum Scaligerum editionibus hic jam habebatur, *calumniae* & *merae aeruginis* nomine a Broukhuſio traducitur. Fefellit tantum memoria Gronovium. vocem enim illam apud Catullum reponendam cenſuit Scaliger, Carm. XLVI. illo verſu,

Hoc ut dixit, Amor ſiniſtra inante,
Dextram ſternuit adprobationem.

addens ſimul, *inante*, ἔμπροσθεν, *apud Propertium.* illic ergo *inante* ex hoc Propertii loco, ut olim editum fuerat, firmavit, non quidem primus ei obtruſit. Recte tamen hic emendatum eſt, *ponat in arte*, ut legitur in Colotiano, quinto Vaticano, Heinſiano, tribus Voſſianis, utroque D'orv. & meo priore. *ponet in arte* in meo ſecundo. *arte* exigunt *tabulae vetuſtae.* ſic Lib. III. El. 7. 12.

In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:
Parrhaſius parta vindicat arte *locum.*

exemplar in quarto Voſſ. ut Giſanio placebat, teſte Scioppio Lib. IV. Veriſim. c. 12. Heinſius vero legebat,

Hic dominam exemplum ponat in arte meam.

exemplum famae, vel *formae*, elegante apud Poëtas uſu. de quo vide ad Antholog. Lat. Tom. II. p. 122. & 123. & commode *in arte* fervari poteſt, admiſſa Gebhardi expoſitione, de pictore, cui praecipiat poëta, ut Cynthiae formam, ad eximiae pulchritudinis imaginem pingendam, Zeuxidis Helenam, vel Venerem Praxitelis ſuperaturam, in exemplum ſibi ante oculos proponat.

53. *ſive illam oſtendet Eois*] *oſtendit* in ſec. Leid. D'orvill. priore a m. pr. & priſcis edd. *exponat* ex membranis Commelini probat Gebhardus, quia *exponere* de pictoribus opera ſua in pergulis omnium conſpectui exhibentibus eleganter dicitur. ſed *ponat* & *exponat* minus concinne juncta, & minori mutatione *oſtentet* malim, quod eodem ſenſu pictoribus convenit, pro venditet jactantius. ſimili variatione apud Virg. V. Aen. 376.

Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat
Brachia protendens.

ubi Servius, *melius dixiſſet oſtentat.* ſed parum refert, nam *oſtendere* pro *oſtentare*, & viciſſim dicitur. vid. Cel. Dukeri notas ad Florum Lib. III. cap. 5. *oſtendat* in Groning. *oſtendet* in Borrich. quinto Vatic. Heinſiano, Menteliano, & uno Voſſiano. notari etiam forte meretur, eodem in diſticho *Eois* & *Eoos* prima brevi & producta hic occurrere.

55. *Cur haec in terris facies humana moratur*] fuit cum *facies divina* conjicerem, quod firmatum inveni a codice Ant. Perreji, ut *terris* eo melius opponatur, eodem modo, quo ſupra v. 40. & ſeqq.

Romana accumbes prima puella Jovi;
Nec ſemper nobiſcum humana cubilia viſes,
Poſt Helenam haec terris forma ſecunda redit.

non diſſimilis coloris ſunt illa Leandri apud Ovid. Epiſt. XVIII. v. 168.

Teque, magis coelo digna puella, ſequor.
Digna quidem coelo, ſed adhuc tellure morare:
Aut dic ad Superos & mihi qua ſit iter.

56. *Jupiter, ignoro priſtina furta tua*] ita in codd. Regiis, Colbertinis, Borrichiano, primo & ſecundo Vaticano, Neapol. Mentel. Excerptis Modii & Scalig. Voſſ. Heinſ. Groning. D'orvill. meo utroque, & vetuſtis editionibus. vid. Voſſ. IV. Inſtitut. Orat. pag. 102. & P. Scriverii Anecd. Philol. cap. 128. in aliis tamen rectius *ignoſco priſtina furta tua.* quod propugnant Paſſeratius & Livinejus, idque pro *ignoſco furtis* po-

Fulva coma eſt, longaeque manus, & maxima toto
Corpore: & incedit vel Jove digna ſoror.

Aut

poſitum contendit Guellius ad Virg. X. Aen. 532. ſed *ignoſcere peccatum* etiam dixit Plautus Amphitr. I. 1. 101. & *ignoſcere facinus* Cicero pro Muren. 30. *Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & ejus delicti veniam petit? nefarium eſt, facinus ignoſcere.* niſi illic ita diſtinguendum ſit, *nefarium eſt facinus, ignoſcere,* (ut video nunc editum eſſe a Cel. Erneſtio) quia praecedenti cap. *delicto ignoſcere* occurrit. tamen ibidem cap. 31. *Nihil ignoveris. Immo aliquid, non omnia.* noſter Lib. II. El. 21. 3.

Hoc tibi vel poterit conjux ignoſcere Juno.

Ovidius IV. Triſt. 4. 8. *ignoſcas laudibus iſta tuis.* ubi etiam *ignoras* in cod. MS. vide illic notas. *ignoſco priſtina furta tibi* legebat Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. vel forte *agnoſco* ſcripſerit auctor. *furta* autem pro amoribus, obvium. & prae ceteris celebria apud poëtas ſunt *Jovis furta.* ſufficiat illud Paridis ad Helenam apud Ovid. Epiſt. XVI. 289.

Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Haec tibi nempe patrem furta dedere Jovem.

vide Gonſal. ad Petron. cap. 100. & quae notavi ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 5. ſed praeſertim de raptu puellarum. Virg. X. Aen. 91. & *foedera ſolvere furto.* quod Servius exponit de foederibus inter Graecos & Trojanos per raptum Helenae ſolutis. ſed gravis macula ejus verbis inhaeret, ubi legitur, *unde commotus Priamus miſit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret, aut uxorem regis, aut filiam, qui expugnata Sparta, Helenam rapuit.* illic enim pro *aliquid tale*, emendandum *aliquid Telamoni abduceret, & Heſionem rapuit.* non *Helenam.* ut docent praecedentia. natum fuit mendum ex compendioſa ſcriptura. hunc vero Propertii locum cum inedito Leonidae Epigrammate contulit Cel. Valckenarius Epiſtola ad Roverum pag. 13.

57. *Fulva coma eſt, longaeque manus, & maxima toto*
Corpore, & incedit vel Jove digna ſoror]

Fulva, vel, ut aliis, *Flava coma* apud poëtas paſſim in formae venuſtate laudatur, ut notum eſt. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. 6. 8. & Interpretes ad Petron. cap. 110. p. 506. non diſſimili colore Cydippes pulchritudinem deſcribit Acontius apud Ovid. XX. 57.

Hoc flavi faciunt crines, & eburnea cervix,
Quaeque, precor, veniant in mea colla manus.
Et decor, & vultus ſine ruſticitate pudentes;
Et, Thetidi quales vix reor eſſe pedes.

ubi de *flavis crinibus* vide eruditorum notas. hic addit *longas manus*, quae etiam commendabantur in puellis, exemplo Palladis, ut pedes, quales Thetidis erant. unde in Epigrammate Rufini Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 137.

Ὄμματ᾽ ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
Τοὺς μαζοὺς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.

& hoc ſenſu exponunt nonnulli illud de Paeto naufrago infra Lib. III. El. 5. 13.

Quo rapitis miſeros primae lanuginis annos?
Adtulimus longas in freta veſtra manus.

contra de Acme Catullus Ep. 44.

Salve, nec minimo puella naſo,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore ſicco.

deinde *maxima toto Corpore* non de nimia ſed auguſtiore corporis proceritate, inſtar Deae, recte exponit Gifanius ad Lucret. p. 313. ideoque inceſſum Junone dignum ipſi tribuit verſu ſeq. ubi *incedit ceu Jove digna viro* legebat Heinſius, ut apud Ovid. Epiſt. XVI. 272.

O Jove digna viro, ni Jove nata fores.

ſupra Lib. I. El. 13. 29.

Nec mirum, quum ſit Jove digna, & proxima Ledae.

& hinc corroboratur vera lectio in hac El. v. 40.

Romana accumbes prima puella Jovi.

forte reſpexit Propertius illud Virgilii Lib. I. Aen. 46.

Aſt ego quae Divum incedo Regina Joviſque
Et ſoror & conjux.

ubi vide Guellium. talem inceſſum Regina vel Dea dignum Helenae etiam dat Paris apud Ovid. Epiſt.

Aut quum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras,
Gorgonis anguiferae pectus operta comis.
Qualis & Iſchomache, Lapithae genus heroinae,
Centauris medio grata rapina mero:

Mer-

Epiſt. XVI. v. 131.

Ibis Dardanias ingens Regina per urbes,
Teque novam credet vulgus adeſſe Deam.

quem imitatur Statius II. Theb. 362.

Fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
Conjugis, & geminas ibis Regina per urbes.

ubi vide Barthium, & ad Lib. IV. 800. adde notas ad Virg. II. Aen. 578. & de *inceſſu* puellarum, propria voce, vide ad Petron. cap. 126. p. 598.

59. *Aut quum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.*] Adſentior N. Heinſio Lib. II. Adverſ. cap. 5. & in notis ad Ovid. II. Met. 709. emendanti *Munychias*, quod a codice Ant. Perreji, & primo ac ſecundo Vaticano firmatur, & optime Heinſius adſtruit illo Naſonis loco, in quo Munychios agros *gratam Minervae humum* vocat, & Statii Lib. II. Theb. 252. ubi Munychia juga Palladi non minus quam Lariſſam grata dicit. & ita hic emendandum notavit Marklandus ad Statii Silvas pag. 344. adde Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag 292. & notas Doctor. ad Frontin. Lib. I. Strateg. c. 5. §. 7. ubi *portum Munychiam* pro *Monoeciam* optime reſtituerunt. Quod autem Th. Graevius ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 259. Minervam *Munychiam* dictam putet, ex illis Photii verbis in Lexico MS. Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Παντευκλέως. idem quoque notavit, productis illis Photii verbis, Holſten. ad Steph. Byzant. in Μουνυχία, pag. 211. ſed utrumque errare, & pro Ἀθηνᾶς in Photio ſcribendum Ἀρτέμιδος, quae nomina ſaepe confunduntur, admonuit me Cel. Ruhnkenius, ut *Diana Munychia* intelligatur, quod firmabat ex Etymolog. M. in Μουνυχία, pag. 589. Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. &c. & manifeſtum eſt ex Pauſania in Atticis cap. 1. ubi Μουνυχίας Ἀρτέμιδος templum memoratur, ut apud Stephan. Byzant. d. l. de Munycho, Rege Athenarum, unde *Munychia* dicta eſt, vide Meurſ. Lib. I. Lect. Attic. cap. 14. *Ut quum* in Ang. Colotii codice, quomodo corrigebat Ayrmannus, quod jam occupatum Livinejo pag. 74. qui recte huc confert illud Virgilii Lib. IV. Aen. 62. de Didone:

Aut ante ora Deum pingues ſpatiatur ad aras.

quod illic cum hoc quoque Propertii verſu comparat Guellius. corrupte igitur in Voſſ. tertio *ad auras.*

60. *Gorgonis anguiferae pectus operta comis*] ita reſtitutum fuit a viris eruditis, pro eo, quod in Scaligeri editione male legebatur, *pectine operta comas.* Adſenſum praebent omnes fere codices MSS. & editiones primae ac reliquae vetuſtiores, quaſcumque inſpexi. *aperta* in Heinſiano & meo priore. Recte igitur veram lectionem *pectus operta comis* contra Scaligerum tuentur Paſſeratius & Broukhuſius. Locis Statii ab eo productis adde ex Lib. VIII. Th. 518.

Pallada mulcet honos, rediitque ardore remiſſo
Vultus, & erecti ſederunt pectoris *angues.*

ubi vide quae notavit Barthius pag. 900. Valerius Flac. Lib. III. 88.

——— *denſis thoracibus horrens*
Stat manus: aegiſono quam nec fera pectore *virgo*
Diſpulerit.

in hac vero aegide, qua pectus tegebat Pallas, caput Meduſae crinibus, ſeu anguibus, cinctum conſpiciebatur, ut notum eſt. unde *crines Gorgoneos* ſaepe memorant poëtae. vide Heinſ. ad Ovid. Lib. V. Met. 195. & ad Valer. Flac. Lib. III. v. 54.

61. *Qualis & Iſchomache, Lapithae genus heroinae*, &c.] ſolita codicum MSS. in nominibus propriis corruptela pro *Iſchomache* in primo Leidenſi *Hiſonitae.* in Borrichiano & meo priore *Hyſomace.* in Menteliano *Hiſconite. Iſonache* in quarto Voſſ. *Iſchomene* in Excerpt. Scalig. *Hiſtomace Laphithae* in Askewiano. *Iſchomacas laphitae*, & *Centaurus* in primis edd. *Ipodame* in margine Voſſiani tertii, quod a gloſſatore provenit,

Mercurio & ſanctis fertur Boebeïdos undis
Virgineum Brimo conpoſuiſſe latus.

65. Cedite

nit, indicari *Hippodamen* notante, ut vocatur Ovidio XII. Met. 224. ubi Lapitharum & Centaurorum certamen deſcribit. eadem *Hippodamia* eſt. de qua Lib. I. Am. El. 4. 7.

Deſine mirari, poſito quod candida vino
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

aliis *Deidamia* eſt. ſed noſtro *Iſchomache* ad imitationem Callimachi, ut notat Beroaldus. vellem locum addidiſſet. vid. & Muncker. ad Hygin. Fab. XXXIII. pro *Lapithae genus* in Borrichiano *laphyte. laphitum* in ſecundo Vaticano. *Lapithum* in v. c. Ant. Perreji, & Scaligeri Excerptis. quod confirmat emendationem Heinſii, qui *Lapithum genus* legebat Lib. II. Adverſ. c. 5. p. 239. & in notis ad Propert. pag. 679.

63. *Mercurio & ſanctis fertur Boebeïdos undis*
Virgineum Brimo conpoſuiſſe latus]

Et hic locus eſt inter tot alios Propertii, ad quem veluti ſcopulum haeſerunt viri eruditi. Videamus diverſas codicum & editionum veterum lectiones, quibus expenſis certius conſtabit de vexatorum horum verſuum reſtitutione. *Mercurioque ſatis* in Excerptis Scaligeri & Modii, vel omiſſa copula *Mercurio ſatis* in Neapolitano, Groningano, altero Colbertino, meo ſecundo, & Voſſiano primo ac tertio, in cujus margine *Sais. Mercurio qualis* in Colotiano & primo Vaticano. quod ex praecedenti *Qualis & Iſchomache* repetitum eſt. *Mercurio Sais* in Veneta 1487. *Mercurioque ſais* in Aldina utraque, Colinaei, Rovillii, Gryphii, & aliis edd. quod retinendum putaſſe Auratum notaverat J. Douſa, & intelligendum de Minerva; quae ita dicta ab oppido *Saite.* vide Maſer. ad Valer. Fl. III. 543. & Domit. Calderin. ad Stat. Lib. III. Sylv. 2. 109. Ita jam olim Volſcus & Beroaldus; qui ſeq. verſu *primo* in ſuis invenerunt codd. ideoque exponunt de Minerva, quae, antea virgo, ad lacum Boebeïda primum cum Mercurio conſuevit. ſed quia id de Pallade a nullo veterum ſcriptore traditur, hoc loco valde alienum arbitror, & recte tamquam ἀπροσδιόνυσον rejicitur a Mureto & Paſſeratio. de Proſerpina vero, quae Brimo eſt, conſtat ex Scholiaſte Apollon. Rhodii Lib. III. cujus locum vide apud Delr. ad Senec. Med. v. 812. & ex iis quae habet Tzetzes ad Lycophr. v. 698. & hinc Mercurium Proſerpinae amatorem fuiſſe dicit Serv. ad Virg. IV. Aen. 577. *Mercurio ſanctis* praeter codices Regios, unumque Colbertinum, tuentur primus & ſecundus Leid. Mentelian. quartus Voſſ. uterque D'orvill. Askew. & prior meus codex. & ſic in ed. Venet. 1475. & Reg. Lepid. 1481. deinde *Boebeida* in Menteliano & primo Leid. *Bobeidas* Borrich. & edd. primae. *boebeidas* quintus Vatic. alter Leidenſ. Regii, & primus Colbert. *bobeidos* meus uterque. ſed recte *Boebeidos* in v. c. Ant. Perreji, Groningano, aliiſque. *bebeidos* in edd. antiquis. Expoſitis veterum librorum tam calamo quam typis deſcriptorum diverſis lectionibus, tentemus, an alia vulneri, quod huic loco inſidere opinor, fieri poſſit curatio. *ſanctis*, ut in Scaligeri editione, vel *ſacris undis*, ut Paſſeratius, tritum & commune epitheton Heinſio adparuiſſe videtur, quia in notis ad Propert. p. 679. legendum conjecit,

Mercurio & patrias fertur Boebeïs ad undas
Virgineum Brimo &c.

quod a veteri vel recepta ſcriptura nimium recedit. & tamen *ſanctis undis*, licet de iis dubitare vetet Broukhuſius, paludem hanc limoſam, *juncoſaque litora Boebes*, ut dicit Ovidius VII. Met. 231. epitheto nimis certe honorifico & auguſto ut ornaverit Propertius, vix a me inpetrare poſſum, ut credam. Vide igitur an corruptis codd. MSS. & priſcarum editionum veſtigiis, in quibus *ſais* vel *ſatis* deprehendimus, omiſſa *&* vel *que* copula, & ultima e *Mercurio* litera o repetita; unde emergit *Oſais*, propius inhaereat, & ad genium Propertianum accedat,

Mercurio Oſſaeis (*vel* Oſſaeae) *fertur Boebeïdos undis*
Virgineum Brimo conpoſuiſſe latus.

ut *Oſſaea Boebeïs* dicatur, quia ad Oſſam montem erat haec palus Theſſaliae, juxta Laceriam, poſtea Lariſſam, Pheris vicina. vide Palmer. ad Strabon. Lib. IX. pag. 666. ed. Almelov. Firmat conjecturam Lucanus Lib. VII. 176.

Ire per Oſſaeam *rapidus* Boebeïda *ſanguis.*

ubi vide Interpretum notas. Valer. Flaccus Lib.

I.

65. Cedite jam, Divae, quas paſtor viderat olim
Idaeis tunicam ponere verticibus,
Hanc utinam faciem nolit mutare vetuſtas,
Et ſi Cumaeae ſecula vatis aget.

ELEG.

I. 449. de Apolline, crines in lutoſa hac palude lavando corrumpente,

— — ubi Oſſaeae captaret frigora quercus,
Perderet & pingui miſeros Boebeïde *crines.*

ad quem locum de hoc lacu virorum doctorum adnotationes plura ſuppeditant, cujus nomen Ovidio d. l. Lib. VII. Met. 231. reſtituit Regius, Catullo Iſ. Voſſius pag. 233. Lucano Oudendorpius ad Lib. VI. 382. & vide hic Paſſeratium pag. 255. & Comment. ad Steph. Byſant. in Βοίβη. altero verſu *primo* in omnibus fere codd. MSS. Regiis, Colbertinis, Borrich. quinto Vaticano, Groning. Askewiano, Leidenſ. Voſſ. D'orvill. meis, ceteriſque. ut & in edd. priſcis. ſimiles librariorum aberrationes vide apud Heinſ. ad Ovid. VII. Met. v. 56. ſed veriſſime Turnebus & Scaliger *Brimo* repoſuerunt. illa enim Proſerpina ſive Diana eſt, aliis Ceres. de qua, praeter Muretum, Scaligerum, & Paſſeratium ad h. l. vide Leopardum Lib. XVI. Emend. cap. 12. Meurſium ad Lycophr. v. 1176. Barthium ad Statii Silvas pag. 221. & Marklandum pag. 100. *conpoſuiſſe latus*, pro coiiſſe, concubuiſſe, poëtis frequens. Ovidius Epiſt. XIX. 138.

Has certe plureſque canunt, Neptune, poëtae
Molle latus lateri conpoſuiſſe tuo.

ut pro *conſeruiſſe* reſtituit Heinſius, quem illic vide. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 5. 8. eidem Naſoni Lib. II. Am. 14. 22. *Nec femori inpoſitum ſuſtinuiſſe femur.*

65. *Cedite jam Divae* &c.] *Credite & o Divae* in primo Leid. *Credite etiam* in Voſſiano primo & quarto, utroque D'orvill. & meo ſecundo, cum primis aliiſque vetuſtis editionibus. *Credite* quoque in Menteliano. *Cedite vos* in quinto Vaticano, & tertio Voſſ. ſed recepta lectio non eſt ſollicitanda. infra El. XXV. 65. *Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji.* altero verſu *tunicas* in v. c. Scalig. Excerpt. Modii, ſeu Groning. Voſſiano primo, tertio & quarto, utroque D'orvill. & meo ſecundo. quod ideo probabat Marklandus, quia tres fuerunt Divae. ſed *tunicam* in codd. Regiis, uno Colbert. Menteliano, Askew. Borrich. Dorvill. & aliis, ut & primis edd. idque magis ex uſu poëtarum videtur, qui ſingularem numerum paſſim praeferunt, ut quaeque Dearum ſuam depoſuerint tunicam, quia ſe nudas Paridi exhibuerunt. Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. v. 116.

— & in altae vallibus Idae
Tres tibi ſe nudas exhibuere Deae.

& ſic in monumentis vetuſtis conſpiciuntur, licet in duabus gemmis Muſei Medicaei Tom. II. pag. 17. ſola Venus nuda ſit, Pallade & Junone veſtitis. Conparandus autem hic locus eſt cum illis apud Petron. cap. 138. *Quid huic formae aut Ariadne habuit aut Leda ſimile? quid contra hanc Helene, quid Venus poſſit? Ipſe Paris, Dearum lividantium* (litigantium Douſa) *judex, ſi hanc in conparatione vidiſſet tam petulantibus oculis, & Helenen huic donaſſet, & Deas.*

67. *Hanc utinam faciem nolit mutare vetuſtas*] *ſenectus* eſt in omnibus fere codd. MSS. editionibus primis, & ceteris antiquioribus. & tamen prioris vocis interpretatio videtur. apud Ovid. XII. Met. 182.

Tum ſenior, quamvis obſtet mihi tarda vetuſtas

ubi *longa* vel *tarda ſenectus* in aliis codd. quod forte petitum ex Virg. IX. Aen. 610.

— nec tarda ſenectus Debilitat vires.

Lib. III. A. A. 77.

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas,
Nec faciunt cervos cornua jacta ſenes.

in Epigrammate Laberii Tom. I. Anthol. Lat. pag. 555.

Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat.
Sepulcri ſimilis, nil niſi nomen retineo.

faciem vero hic non pro vultu, vel forma, ut Paſſeratius, ſed pro tota puellae perſona capiendum, ut εἶδος Graecis, notaverat Marklandus.

68. *Et*

ELEG. III.

Multa prius dominae delicta queraris oportet,
Saepe roges aliquid, ſaepe repulſus eas.
Et ſaepe inmeritos corrumpas dentibus ungues,
Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede.

5. Ne-

68. *Et ſi Cumaeae ſecula vatis aget*] Noli dubitare de ſinceritate lectionis, quam ex libro Palatino & Commeliniano adfert Gebhardus,

Et ſic Cumaeae ſecula vatis agat.

optandi forma. & ſic, venuſtate formae non inminuta, Sibyllae Cumaeae ſenium ſuperet. ut *c* ex ſequentis vocabuli prima litera reducatur. & hoc firmari poſſet imitatione Auſonii Epigr. XIX. de ſe & uxore:

Neſtore ſim quamvis provectior, aemulaque annis
Vincas Cumanam tu quoque Deïphoben.

idque probabat Marklandus, nam *ſic agat* idem notat, ac *talis agat.* ut Lib. I. El. 4. 27. *maneat ſic ſemper adoro.* frequens eſt haec corruptio. ut Lib. III. El. 4. 2.

Sic tibi ſint dominae, Lygdame, demta juga.

ubi *Si tibi* in variis MSS. ejuſdem Libri Eleg. XIII. 33.

Litore ſic tacito ſonitus rareſcit arenae:
Sic cadit inflexo lapſa puella genu.

ubi *Si tacito* & *Si cadit* in plurimis codicibus. Valer. Fl. Lib. IV. 587.

Verum inter medias dabitur ſic currere cautes.

ubi *dabitur ſi currere* in aliis MSS. & hanc ſcripturam adjuvant hoc loco codices, in quibus *agat* pro *aget.* ut in primo Leid. quarto Voſſ. D'orvill. ſec. uno Livineji, Menteliano, Heinſiano, & Askewiano. vulgata tamen lectio ſuavior viſa eſt D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag. 292. dein *Cumanae* in Excerptis Modii, ſeu Groningano, & Livineji codice, quae alterius vocis gloſſa eſt. *Cumaea* enim frequentius eſt in locis veterum, ut patet ex illis, quae notat Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 35. Lactantius Epit. V. *quartam Cumaeam, ſeptimam Cumanam.* ubi *quartam Cimmeriam* emendat Daviſius. & *Cumaeae* hic ſua imitatione praetuliſſe videtur Sannazarius Lib. II. El. 8. in fine:

Quodque opto, innumeras (ſi quid prece poſſe putamur.)
Cumaeae vincas vatis Olympiadas.

pro *ſecula* in Askewiano *tempora.* ſed alterum in margine.

Eleg. III.] Mirifice hic turbant codices MSS. & edd. vetuſtae. tota enim Elegia ex quatuor primis antecedentis Elegiae verſibus, tum a v. 6. *Quaerebam ſicca* &c. uſque ad ejuſdem v. 54. *Uret & Eoos* &c. in illis digeſta eſt. poſt quae ſubjungitur diſtichon ex El. I. h. l. v. 49. *His ſaltem ut tenear* &c. deinde ſecundae Elegiae verſus undecimus, *Ac veluti primo* &c. ſequitur uſque ad v. 18. *Mox Amythaonia* &c. denique poſt v. 6. hujus Eleg. in multis MSS. & priſcis edd. inſeritur ex El. I. v. 73. *Non hic herba valet*, uſque ad v. 80. *Sic eſt incautum* &c. cujus rei nihil in notis ſuis admonuit Broukhuſius, ſecutus tranſpoſitionem Scaligeri, cui tamen & hic & alibi acquieſcendum exiſtimavi, quia ſecundum hunc ordinem nunc plerumque adferuntur loca Propertii, confuſionis vitandae cauſſa.

3. *Et ſaepe inmeritos corrumpas dentibus ungues*] *corrodas* legit N. Heinſius, multiſque veterum locis adſtruit in notis Propertianis p. 681. 682. vulgatam tamen ſervo, quam omnes codices & edd. veteres tuentur, nam *ungues dentibus corrumpere* eſt *corrodere.* ut *lacrimis corrumpere ocellos* Ovidio III. Am. 6. 47. & I. A. A. 129.

4. *Et crepitum dubio ſuſcitet ira pede*] *ſtrepitum* in Voſſ. pr. & tertio, & altero meo codice, ſed in cujus margine *crepitum.* ut in reliquis codd. & edd. antiquis. Tibullus Lib. I. El. 2. 35.

Neu ſtrepitu terrete pedum, neu quaerite nomen.

&

Nequidquam perfuſa meis unguenta capillis:
Ibat & expenſo planta morata gradu.
Nam cui non ego ſum fallaci praemia vati?
Quae mea non decies ſomnia verſat anus?

Hoſtis

& El. 7. 68.

Haec foribuſque manet noctu me adfixa, proculque
Cognoſcit ſtrepitus me veniente pedum.

Ovid. Epiſt. XIX. 45.

Auribus interdum voces captamus, & omnem
Adventus ſtrepitum credimus eſſe tui.

ubi *crepitum* in cod. Scriver. ſed forte illic legendum, & *omen.* hoc ſenſu, & *ſtrepitum* quemcumque credimus omen eſſe tui adventus. *crepitus* tamen hic *irae* melius convenire videtur, & de ſonitu graviore capiendum, terra irato pede percuſſa. vide Paſſeratium & Livinejum, qui pro *dubio* conjiciebat *duro*, iracundo pede. ut *dubia* & *dura* ſaepe confunduntur. vide notas ad Valer. Flac. VI. 545. *ſubito* Guyetus. *Et ſtrepitum adducto*, id eſt, contracto, Heinſius notis Propertianis p. 682. qui de *adducto pede* videndus ad Ovid. II. ex P. Epiſt. 9. 32. *dubio pede* Broukhuſius intelligit de amatore ſecum deliberante, an non praeſtet blanditiis rem agere. ſed melius videtur, ut accipiamus de amatore, an abire velit nec ne, haeſitante. ut ſuadere videtur v. 2. *ſaepe repulſus eas.*

6. *Ibat & expenſo planta morata gradu*] *expanſo* conjecerat Paſſeratius, praeferens tamen codicum MSS. lectionem *extenſo.* ut in quarto Voſſiano, & ſecundo D'orvill. quod Heinſio etiam placuit ad Valer. Fl. VI. 540. & in Notis ad Propert. p. 682. vel *offenſo.* idem Heinſius apud Valer. Flacc. Lib. VII. 540. corrigebat *extenta planta*, & hoc Propertii loco firmabat, ſed illic *intenta planta*, contrario ſenſu, pro gradu incitato, & cum impetu in hoſtem promoto poni, Patruus meus docuit. Broukhuſius ad marginem ed. Colinaei legendum & diſtinguendum adſcripſerat,

Nequidquam perfuſa meis unguenta capillis
Ibat, & extenſos planta morata gradus.

ſed in notis editis, ſervata diſtinctione recepta, *expenſo gradu* vindicat, id eſt, lento & conpoſito. & ita jam Volſcus & Beroaldus, qui librato & cunctabundo exponunt: hoc eſt quod Petronio cap. 126. eleganter dicitur, *inceſſus tute compoſitus, & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia.* ubi vide Interpretum notas, qui hoc Propertii loco iſta illuſtrant. ſed ibidem pro *inceſſus tute compoſitus* forte emendari poſſit, *arte compoſitus.* ut Ovidio III. A. A. v. 301. *Haec movet arte latus.* Scaliger vero adſcripſerat *ritmice* vel *mimice*, reſpiciens ad Catulli Ep. 39. ubi legebat,

Turpe incedere ritmice ac moleſte.

vel *mimice*, ut aliis placebat. vide illic Ach. Statium. *expenſo* etiam hic ex cod. ſuo, primo nempe, non inprobaſſe videtur D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. I. p. 429. ita *extenſos* & *extentos pedes* variant codices apud Ovid. III. A. A. 304.

——— *extenſos fertque refertque pedes.*

ubi vide Patrui mei notas.

7. *Nam cui non ego ſum fallaci praemia vati*] *Nam quo* in D'orvill. primo, id eſt *quoi*, ut clare in Groningano. altero verſu *ſomnia vexat anus* conjecerat Heinſius. ſed *verſat* optime exponit Paſſeratius, pro animo ſaepe volvit, variiſque conjecturis ea interpretatur ſaga, ſomniorum vates, & incantatrix, cui ſaepe ſe praedam fuiſſe dicit. *praevia* corrupte in nonnullis MSS. & *fallacia* male in Commeliniano. locum Theocriti dudum codici meo adſcripſeram, quem imitatus eſt Propertius, ex Idyll. II. 90.

——— κ᾽ ἐς τίνος οὐκ ἐπέρησα,
Ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν.

cum poſtea vidi Livinejum & Gebhardum quoque eumdem indicaſſe. talem anum innuit Martialis Lib. VII. Ep. 53.

Semper mane mihi de me tua ſomnia narras,
Quae moveant animum ſollicitentque meum.
Jam prior ad faecem (adferrem Heinſ.) *ſed & haec vindemia venit,*
Exorat noctes dum mihi ſaga tuas.

ubi legendum arbitror, *Explorat.* id eſt variis con-

Hoſtis ſi quis erit nobis, amet ille puellas:
Gaudeat in puero, ſi quis amicus erit.
Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba.
Quid tibi tam parvi litoris unda nocet?
Alter ſaepe uno mutat praecordia verbo:
Altera vix ipſo ſanguine mollis erit.

ELEG.

conjecturis ſomnia volvit ac revolvit, ut ea explicet, ſive, ut hic Propertius loquitur, *ſomnia verſat anus.* talem ſuperſtitioſum, ſomnia ſua interpretibus verſanda dantem, eleganter deſcribit Theophraſtus in Charact. cap. *περὶ δεισιδαιμονίας.* eſt autem multa in verbo *verſare* elegantia, quando pro ſollicite inquirere, perſcrutari, & conſiderare ponitur. ut exponit Servius ad illud Virgilii V. Aen. 408.

Huc illuc vinclorum inmenſa volumina verſat.

eadem notione apud noſtrum Lib. III. El. 12. 32. *caecum verſat amator iter.* plura Barthius ad Stat. IV. Theb. 626. & Broukhuſ. infra ad Lib. III. El. 6. 19.

9. *amet ille puellas*] *ipſe* in duobus Leidenſ. primo Voſſ. Excerpt. Modii, meo ſecundo & primis edd. aliiſque. ſed *ille* in uno Regio, & Colbertino, Borrich. Neap. quinto Vatic. Groning. *puellam* in Heinſiano, Borrich. & meo priore, quod rectius videtur propter v. ult. *Altera vix ipſo* &c.

11. *Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba*] *Tranquillo tum diſcedens* corrupte in quarto Voſſ. *deſcendit* in duobus Leidenſ. Borrich. Regiis, & altero Colbert. meo priore, & pro varia lectione in tertio Voſſ. *deſcendit flumina* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. *deſcendis* in quinto Vatic. obſcoenitatem in hoc & ſequenti verſu ſubeſſe notaverat Guyetus. Nobis non datur eſſe ſic acutis.

13. *Alter ſaepe uno mutat praecordia verbo*] *Altera* in quarto Voſſ. & in meo primo pro varia lectione. ut volebat Heinſius. Sed recte *Alter* in ceteris codd. & priſcis edd. *alter* enim referendum ad *puerum.* & altera ad *puellam* v. 9. & 10. vide Paſſeratium. *verbo*, hic eo ſenſu, quo Eleg. ſeq. v. 13.

Quam facile irati verbo mutantur amantes.

ultimo verſu *ſparſo* vel *miſſo ſanguine* conjecit Heinſius. *mitis erit* in Groningano. quod probabat Marklandus, & pro mitigata ac pacata capiebat. certe defendi poſſet ex Ovidio II. Am. 17. 5.

Atque utinam dominae miti quoque praeda fuiſſem.

& praeſertim Lib. II. A. A. 178.

Si nec blanda ſatis, nec erit tibi comis amanti;
Perfer & obdura, poſtmodo mitis erit.

ubi *mollis* in Palatino cod. quod illic admittendum videtur, quia ſequitur *Flectitur obſequio* &c. & mox recurrit, *nec mitia facta puellae.* & hoc in loco *mollis* etiam praetulit Broukhuſ. cui lectioni adſtruendae facere poſſunt, quae notavit Patruus meus ad Valer. Fl. VII. 127.

ELEG. IV.

Hoc verum eſt, tota te ferri, Cynthia, Roma,
Et non ignota vivere nequitia?
Haec merui ſperare? dabis mihi, perfida, poenas,
Et

Eleg. IV. v. 1. *Hoc verum eſt, tota te ferri, Cynthia, Roma*] *Num verum eſt* Heinſius, refragantibus omnibus codd. & edd. elegantem hunc loquendi modum, quo utebantur ad rumorem adfirmandum, vagis antea ſermonibus ſparſum, ut Graecis ἀληθὲς, illuſtravit Scaliger ad Catalect. vett. Poët. p. 210. & Paſſeratius ad h. l. *ferri te* in Voſſ. quarto, & quinto Vaticano. quod praefero. *te fieri* vitioſe in ſecundo Leidenſi, & primis edd. *ferri* dicuntur, qui vulgi ſermonibus publice traducuntur, & in ore omnium ſunt. Terent. Eun. III. 1. 39.

Tuumne obſecro hoc dictum erat? vetus credidi.
T. Audieras? G. ſaepe; & fertur in primis.

Suet. Caeſ. 20. *utque vulgo mox ferrentur hi verſus. jactari* dicitur Ovidio Lid. III. Am. 1. 21.

Fabula (nec ſentis) tota jactaris in urbe.

differri ſupra Lib. I. El. 16. 48. *aeterna differor invidia.* & paſſim *differri* pro infamari. vid. ad ejuſd. libri El. IV. 22. pro *nequitia* Gebhardus ex libro Commelini adfert *laetitia.* paſſim quidem hae voces confunduntur, & *laetitia* ſaepe apud noſtrum alioſque poëtas pro amoris gaudio ac voluptate occurrit, de quo vide ſupra ad Lib. I. El. XI. 24. hic tamen *nequitia* ſuum locum tueri debet, noſtro enim vox illa frequentiſſima, pro libidinoſa petulantia. ut aliorum loca praeteream, Lib. I. El. 6. 26.

Hanc animam extremae reddere nequitiae.

El. 15. 38.

Nec tremis admiſſae conſcia nequitiae.

infra El. 5. 22.

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiaeque ſuae noluit eſſe rudes.

El. 18. v. 86.

Non ego nequitiae dicerer eſſe caput.

Lib. III. El. 8. 24.

Et ſint nequitiae libera verba tuae.

aliiſque in locis. vide notas ad Petron. cap. 87. & Torrent. ad Horat. III. od. 4. 79.

3. *Haec merui ſperare? dabis mihi, perfida, poenas*] *Heu* D'orvill. ſec. *Hoc merui* in primo Leid. meoque, ed. Aldina 1515. Mureti 1558. & Rovilliana. quod repetitionis cauſſa praefero, *Hoc verum eſt* &c. *Hoc merui ſperare?* deinde, *dabis mi, perfida, poenas* in tertio Voſſ. a man. pr. & ſecundo D'orvill. quomodo ſcripſerunt, quia & alibi ſic Propertio uſitatum noverant. ita in ſimili loco Silii Ital. Lib. IV. 645. Scaliger, Voſſius, aliique corrigunt,

Magnas, o Trebia, & meritas mi, perfide, poenas
Exſolves.

pro *mihi*, tamquam ſuavius inter plures dactylos. par illud Tibulli Lib. I. El. 9. v. 81.

At te poena manet, ni deſinis eſſe ſuperba.

ubi malim *Et te*, etiam te, *poena manet.*

4. *Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit*] Nullus fere in toto Propertio locus eſt, qui viros eruditos magis exercuerit, eorumque ingenia tamquam turbine quodam adflaverit, quam hic *Aquilo ventus*, quem levi & petulanti Cynthiae hic minatur. Ex primis interpretibus Ant. Volſcus ſomniabat, *Aquilo auferet mea verba, & ego in fide non ſtetero.* Beroaldus expoſuit, Poëtam indicare, *olim ſibi ventos ſecundos propitioſque futuros & ſerenam tempeſtatem.* Scaligero placebat, *& nobis erit ſuda tempeſtas. proverbium. nam Aquilo ſudificus.* Paſſeratius poſt enumeratas aliorum ſententias interpretatur, *Ut fides tua, inſtar venti Aquilonis, levis & inconſtans eſt, ſic & noſtra fides erit. Nos, o Cynthia, ventos nihil aliud quam ventos putabimus, & verba tua, mera verba eſſe.* quod omnium minime ſibi diſplicere dicit Broukhuſius, ſic tamen, ut ſimul fateatur *aquam ſibi haerere.* Italus ille, cujus ibidem meminit, qui orae editionis Aldinae, variantibus Heinſianis ornatae, adſcripſerat, *Et nos aliquando ſecundo utemur flatu*, eſt Antonius Perrejus, Beroaldum hic ſecutus: unde liquet Broukhuſium hoc ipſum exemplar, ex quo tot codicum lectiones diverſas, Heinſiana nactus, in hac editione produxi, etiam oculis luſtraſſe. ſed

Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.

5. In-

ſed neque ille ſcopum ferit. Certe de loco hoc perquam obſcuro, ita ut vulgo circumfertur, veriſſimum eſt, quod initio notarum ait Scaliger, *neminem eſſe puto, qui poëtam hunc in ſecundo libro niſi per caliginem, quod dicitur, intelligat*, additque ex vero, *plures eſſe qui Propertium ament, quam intelligant*. Aeſtuarunt praeterea in hoc verſu explicando Turnebus Lib. XVII. Adverſ. cap. XI. Rob. Titius Lib. IX. Locor. Controv. cap. I. & Latin. Latinius P. II. Operum pag. 72. Heinſiani vero ingenii acumen nihil hic tentaſſe, miror equidem. Fuerunt etiam, qui excogitarunt, Propertium Cynthiae abitum trans mare minari, ut ipſa fecerat Lib. I. El. 8. & quidem in Graeciam & Aſiam, quia ventus Aquilo navigantibus in meridiem ſecundus erat. ſic rivalem Propertii a Cynthiae lecto *vela dediſſe* exprobrat Lib. III. El. 18. 2. & ſeqq. vel hoc modo intellexerunt, mea carmina & verba Aquiloni irrita dabo ferenda, ut tu ventis promiſſa tua tradidiſti, quod & de Demophoonte queritur Phyllis apud Ovid. Epiſt. II. 25.

Demophoon, ventis & verba & vela dediſti,
Vela querer reditu, verba carere fide.

Hadrianus Relandus, inter principes Bataviae noſtrae eruditos cenſendus, ſi vitam ei Fata produxiſſent, editioni Broukhuſianae adſcripſerat, legendum ſibi videri, ſine ulla diſtinctione,

Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.

(*eris*, ni fallor, praeſtitiſſet) hoc ſenſu, *ob inconſtantiam ſuam erit & habebitur nobis Cynthia eodem numero ac Aquilo, quo nihil mobilius. confer hujus Elegiae v. 11. & 28. vel, relinquam te, ut Virg. VII. Aen. 360. quos primo Aquilone relinquat.* Cel. Dorvillius adnotaverat ex Theocriti Idyll. X. 46. ἐς Βορέην ἄνεμον & ſeqq. Oudendorpius autem conjecerat, *Nec votis Aquilo, Cynthia, ventus erit.* Withoſius denique ſuo codici ſequentia adnotaverat, quae mecum communicavit Cel. Herm. Cannegieterus, *forte legendum*, Et verbis Aquilo &c., *id eſt, mea verba laudeſque in te congeſtas, ventus diripiet Aquilo. ut ſupra El. X. v. 34. & El. XVI. 34. vel alludit ad fabulam Orithyiae a Borea vel Aquilone raptae, ut hoc velit, Et nobis, vel in uſum noſtrum, erit Aquilo, ventus ille raptor puellarum, cujus ope aliam e multis fallacibus fideliorem auferam. Aut forte ex loci Horatiani Lib. I. od. 25. de Thracio vento his verbis lux quaedam dari poteſt, ut ſit ſenſus. Et nobis Aquilo inſerviet, ut dum per plateas vagaris nocte, ille bacchando amatores domi contineat, teque ita in mei gratiam puniat.* quae viris doctis placitura vix auguror. Exſpectaveram a noviſſimo poëtae noſtri editore J. Ant. Vulpio aliquam aenigmatis hujus intricatiſſimi ſolutionem; qui poſt Paſſeratii & Broukhuſii adnotationes exhibitas, duabus explicationibus huic Sphyngi Oedipus acceſſit, ut nempe dicat poëta, mentis ſuae nebulas, quia nubes depellere ſolet Aquilo, hoc vento diſſipatum iri, ut jam Cynthiae vitia Lynceis oculis pervidere poſſit, eamque pro meritis faſtidire: vel, quia frigus inducit Aquilo, puellae ſuae frigus in amore minari. Nebulas certe denſiſſimas & frigus intenſum cerebro ejus induxiſſe videtur Aquilo hic Propertianus. Ex his patet, quanto turbine hic ventus jactaverit tot viros eruditione praeſtantes; adeo ut toti Exercitationi Academicae, *de Aquilone Propertii, quem Cynthiae minatur*, materiem praebuerit Jo. Herm. Bennero, Giſſae Haſſorum ventilatae an. 1734. qui poſt collectas aliorum interpretationes fingit Propertium a Cynthia excluſum, & ante aſperas fores Aquilonibus objectum, par pro pari ſe Cynthiae relaturum minitari, eamque viciſſim e foribus ejecturum, & Boreae aſperitati objecturum. Ingenioſa profecto & vere poëtica, vel, ut ſerio agam. ruſtica potius in amoribus comminatione. Quid tandem dicemus ipſi? Mirari me, tot viros doctos unice de *Aquilone* ſecuros, tam contortis explicationibus locum hunc, ut libere dicam, adeo vexaſſe, neque vocem hanc de mendo habuiſſe ſuſpectam: niſi quod nunc videam, ſolum Marklandum codici ſuo adleviſſe, corruptam eſſe vocem *Aquilo*, ſed infeliciter hariolabatur *verſus erit.* ut in fine hujus Elegiae, *Hic tibi pallori, Cynthia, verſus erit. Ventus* autem *Aquilo* librariorum ſupinitate & oſcitantia huc intruſus, majori incommodo motus excitavit, & Viris eruditis plures turbas faceſſivit, quam in loco Lucani Lib. V. 417. ut ex Patrui mei notis illic patebit. Quis vero credat, Propertium Aquilone inplorato, trans mare ſe in Aſiam vel alioſum vela daturum minari, qui in hunc ventum immanſuetiſſimum, non minus quam Leander apud Ovidium, Paeti naufragio deterritus invehitur Lib III. El. 7. 71.

At tu, ſaeve Aquilo, numquam mea vela videbis.

Quemadmodum igitur gravioribus morbis & vulneribus ſalubriorem ſaepe opem adfert ſimpliciſ-

Inveniam tamen è multis fallacibus unam,
Quae fieri noſtro carmine nota velit.

Nec

ſima medicina, ita ulcus hoc, quod Propertio tam diu inſedit, molliſſima cura ſanari poſſe dudum deprehendi, ſi ſtatuamus olim exaratum fuiſſe, *Et nobis aliquo*, & inde deſcriptores alios *Aquilo* formaſſe, oculis in verſum mox ſequentem conjectis, ubi legitur,

Non ita Carpathiae variant Aquilonibus *undae.*

quo levitatem Cynthiae eodem deſcribit colore, ac infra Eleg. VII. 71.

Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes.

adeoque hic etiam *Aquilonem* loco non ſuo eos inſeruiſſe, ad id praeſertim inlectos, quia *ventus* addebatur. qualem ceſpitationem a librariorum incuria minime alienam nemo non ſentit, qui codices MSS. frequenti manu verſando illorum hallucinationes noverit. Propertium itaque ipſum ſcripſiſſe opinor,

Et nobis alio, *Cynthia, ventus erit.*

vel ut Cynthiae ſuae propter ejus nequitiam minetur, ſe perfida amica deſerta abiturum in alias terras, ut hoc diſceſſu ingratae puellae amor ex animo ſuo evaneſcat. ut Lib. El. 20. 10. ubi ſe Roma relicta Athenas petiturum denuntiat,

Unum erit auxilium mutatis, Cynthia, terris,
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

vel potius, ſe *alio* vela dare; hoc eſt alio igne conſtituiſſe incaleſcere, ſeu *dominam mutare*, ut alibi vocat. de quo vid. ad h. L. El. XIII. 73. Hanc ſibi mentem fuiſſe, ideoque ſic ſe ſcripſiſſe, ipſe agnoſcere & conſentire videtur poëta; ſi ſequentia his connectamus:

Haec merui ſperare? dabis mihi, perfida, poenas.
Et nobis alio, *Cynthia, ventus erit.*
Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
Quae fieri noſtro carmine nota velit.
Nec mihi tam duris inſultet moribus, & te
Vellicet, heu ſero flebis amata diu!
Nunc eſt ira recens, nunc eſt diſcedere tempus &c.

Nihil certe poëtis frequentius, quam puellis male de ſe meritis minari, ſe alterius amore faſtum earum vindicaturos. infra Eleg. XVIII. 40.

Aut ſi forte irata meo ſit facta miniſtro,
Ut ſciat eſſe aliam, *quae velit eſſe mea.*

Horatius Epod. XV. in fine:

Heu heu tranſlatos alio *maerebis amores,*
Aſt ego viciſſim riſero.

id Lucretius Lib. IV. 1058. vocat,

—— *pabula amoris*
Abſterrere ſibi, atque alio *convertere mentem.*

alios amores ſuſpirare Tibullus Lib. I. El. 7. 41. & Lib. IV. El. 5. 11.

Quod ſi forte alios jam nunc ſuſpirat amores.

Favet etiam huic emendationi ipſe Propertius infra El. XII. 35. ubi Cynthiae optime de ſe meritae adjurat,

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos &c.
Quam poſſim noſtros alio *transferre calores.*
Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.

Lib. III. El. 18. 6.

At tu, ſtulta, Deos, tu fingis inania verba,
Forſitan ille alio *pectus* amore *terit.*

& Cupido *alio tela trajicere* dicitur hoc libro El. 9. 18.

Si pudor eſt, alio *trajice tela tua.*

Sed haec ſufficiant, praeſertim quum conjecturam hanc jam olim juvenis, quadraginta abhinc annis, virorum in arte Critica principum judicio expoſuerim in Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. II. pag. 465. & ſeqq. & deinde paullo amplius in notis ad Lotich. pag. 414. 415. & laetatus ſum, album illorum calculum eam retuliſſe.

5. *Inveniam tamen e multis* &c.] recte Paſſeratius confert illud Polyphemi apud Theocritum Idyl. XI. v. 76. quem locum noſter imitatus videtur,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον᾽ ἄλλαν.

& vide Urſini Virgil. cum Graecis collat. ad Ecl. II. in fine. *tandem* forte legendum, vel *tamen* pro *tandem* cum Douſa capiendum. ut apud Ovid. I. Triſt. 5. 81.

Denique quaeſitos tetigit tamen ille penates.

vide notas ad Valer. Flacc. VI. 385. & Oudend. ad Lucan. I. v. 333. altero verſu, *Quae fieri noſtro carmine nota velit*, pro celebrata, famae commendata, ut apud Ovid. III. Am. 12. 9. non

diſ

Nec mihi tam duris inſultet moribus, & te
Vellicet. heu ſero flebis amata diu.
Nunc eſt ira recens; nunc eſt diſcedere tempus.
Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.
Non ita Carpathiae variant Aquilonibus undae:
Nec dubio nubes vertitur atra Noto:

Quam

diſſimili de amicae perfidia querela,

Quae modo dicta meâ eſt, quam coepi ſolus amare,
Cum multis vereor ne ſit habenda mihi.
Fallimur? an noſtris innotuit illa libellis?
Sic erat. ingenio proſtitit illa meo.

infra El. 19. 39.

Iſta meis fiet notiſſima forma libellis.

innoteſcere aliis dicitur. de quo vide Patrui mei Comment. ad Phaedr. Lib. I. fab. 10. 1.

7. *& te Vellicet. heu ſero flebis amata diu*] *Vendicet* in codd. Regiis, duobus Leidenſ. primo Voſſ. Excerptis Scalig. Mentel. Borrich. & meo altero, cum primis editionibus. *Vindicet* in cod. Ant. Perreji, ſecundo Vaticano, Voſſ. tertio, meoque priore. idque probat Heinſius in notis p. 682. quod ſi admittatur, legi poſſet,

Nec mihi tam duris inſultet moribus, at me
Vindicet.

me ulciſcatur. vide Cortium ad Salluſt. Jug. 31. & notas ad Phaedr. V. fab. 2. init. *Vellicet* tamen videtur verbum a librariis minime ingeſtum, & quod vindictae femineae in rivalem alteram optime convenit, pro, te inſectabitur, & per ora hominum traducet. ut in illo Horatii Lib. I. Sat. 10. 79. *Vellicet abſentem Demetrius.* vide hic Beroaldum. *vellicare* enim hac notione idem quod Gr. ἀμύσσειν. ut notat Lennep. ad Coluth. Lib. III. c. 5. p. 150. vel exponi poteſt ea notione, qua Graecis κνίζειν. unde κνισμοὶ & κνίσματα amantium offenſiones. vid. Bergler. ad Alciphr. Lib. I. Ep. 29. p. 122. pro *heu ſero* in aliis edd. *heu miſero.* *en ſero* ex Palatinis membranis Gebhardus. in uno Colbertino, *en ſero flebis amara diu.* *amara* etiam in meo cod. & aliis MSS. ſed nihil inmutandum. *heu ſero flebis*, ut apud Horat. Lib. I. od. 5. 6. *heu quoties fidem, Mutatoſque Deos flebis.* & od. 25. 10.

Invicem moechos anus arrogantes
Flebis in ſolo levis angiportu.

Epod. V. 74. *O multa fleturum caput.* elegans verbi hujus uſus eſt, & velut formula animi commotioris, alteri poenitentiam facti & dolorem magno ſuo malo denuntiantis. Lib. I. El. 7. 18.

—— longe miſer agmina ſeptem
Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

Lib. II. El. 14. v. ult.

—— dominam mutare cavebo;
Tum flebit, quum in me ſenſerit eſſe fidem.

Tibullus Lib. I. El. 10. 79.

Tunc flebis, quum me vinctum puer alter habebit.

& eodem ſenſu amator infelix apud Theocritum Idyll. XXIII. 34.

Ἥξει καιρὸς ἐκεῖνος ὁπανίκα καὶ τὺ φιλάσεις,
Ἀνίκα τὰν κραδίαν ὀπτεύμενος, ἁλμυρὰ κλαύσεις.

ſic Creuſae Medea apud Ovid. Epiſt. XII. 180.

Rideat, & Tyrio jaceat ſublimis in oſtro;
Flebit: & ardores vincet aduſta meos.

ubi *vincet aduſta* de mendo ſuſpectum videbatur, quia non *aduſta* fuit Creuſa, ſed penitus *uſta* veneficiis Medeae, ſimul cum patre Creonte, & ipſo, ut volunt, Jaſone. hinc conjeceram, *ardores ſentiet uſta meos.* cum poſtea, inſpectis N. Heinſii notis, vidi id a codd. MSS. & primis edd. confirmari. ſic in loco Horatii Lib. I. Sat. 10. 63. de Caſſio, *libriſque Combuſtum propriis*, pro *ambuſtum*, reſtituit Marklandus Epiſt. Critic. ad Fr. Harium pag. 108. & ſeqq.

9. *Nunc eſt ira recens*] *ruens* e Palatino Gebhardus amplectitur tamquam *ſapidiorem lectionem*, quod merito inprobat Broukhuſius.

10. *Si dolor abfuerit, crede, redibit amor*] *Si dolor abfuerit corde* conjecerat Heinſius. *cede* Guyeto placebat.

11. *Non ita Carpathiae variant* &c. *Nec dubio nubes vertitur atra Noto*] *verritur* Paſſeratius. ut conjecerat etiam Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 4. p. 431. vel *tergitur.* *acta Noto* Gebhardus ex cod. Palat. & ſic legiſſe videtur Turnebus Lib. XVII.

Quam facile irati verbo mutantur amantes.
Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.
Nec tu non aliquid, ſed prima nocte dolebis.
Omne in amore malum, ſi patiare, leve eſt.
At tu, per dominae Junonis dulcia jura,
Parce tuis animis, vita, nocere tibi.
Non ſolum taurus ferit uncis cornibus hoſtem,
Verum etiam inſtanti laeſa repugnat ovis.
Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem,
Nec mea praecluſas fregerit ira fores:

Nec

XVII. Adverſ. c. xi. quod rejicit Broukhuſius, ſed dubitat Patruus meus ad Ovid. XII. Met. 51. ubi ſimili varietate in MSS. *cum Jupiter actas Increpuit nubes*, pro *atras*. quod tamen illic praefert. Claudianus Bel. Get. v. 378.

——— vel qualis in atram
Sollicitus nubem maeſto Jove cogitur aether.

ubi nihil variant codices, niſi quod *iniquam* in nonnullis. pari conparatione apud Valer. Fl. III. 51.

Caeruleo veluti cum Jupiter agmine nubem
Conſtituit; certant Zephyri, fruſtraque rigentem
Pulſat utrimque Notus.

ubi duorum ventorum luctam habes, & nubes a Zephyris & Noto pulſatur, ut hic Aquilones cum Noto jungit vide illic Patrui mei notas, qui id aliis poëtarum exemplis, & hoc ipſo Propertii loco, illuſtrat.

13. *verbo mutantur amantes*] *notantur* vitioſe in tertio Voſſ. *mutamur* conjecerat Oudendorpius. ſequentem verſum imitatur Ovidius Rem. Am. v. 90.

Quale ſit id quod amas, celeri circumſpice mente;
Et tua laeſuro ſubtrahe colla jugo.

15. *ſed prima nocte dolebis*] *vel prima* Heinſ. *morte* in altero Colbert.

18. *Parce tuis animis*] *armis* conjecerat Marklandus. proverbii enim ſpecies eſt, *ſuis ſibi armis nocere*. quale illud Ovidii Lib. II. Amor. El. 9. 4. *in caſtris vulneror ipſe meis.* & Epiſt. II. 48. *Heu patior telis vulnera facta meis.* & Tibulli Lib. I. El. 5. v. ult. *quid meſſes uris acerba tuas.* contra *armis ſuis ſe defendere* de puella, quae pulchritudine ſua iratum amatorem placat, apud Ovid. Lib. II. Am. 5. 48.

Defenſa eſt armis noſtra puella ſuis.

ſed *animis* hic ponit pro faſtu & iracundia, in quam pronior Cynthia. hinc paullo ante v. 13.

Quam facile irati verbo mutantur amantes.

Virgil. IV. Aen. 414. *animos ſubmittere amori.* Ovidius Lib. II. Am. 17. 7.

Dat facies animos, facie violenta Corinna eſt.
(Me miſerum) cur eſt tam bene nota ſibi?

vide ſupra ad Lib. I. El. 5. 12. hinc *animos iraſque* ſaepe conjungunt. Statius XI. Th. 525.

Tantum animis, iraque, atque igneſcentia cernunt
Per galeas odia.

vide notas Patrui mei ad Ovid. I. Met. 166. & ad Lucan. VIII. 28. praecedenti verſu *At te* Heinſius, ſubintell. precor. *Aut tu* in D'orvill. ſec. & *dona* pro *jura*. *ſacra* Heinſ.

21. *Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem*] *perjurae* in tribus Voſſianis, primo Vatic. & meo ſecundo, ut Guyetus ex cod. Reg. *Nec ter perjuro* in cod. Palat. quod per ἀφὲν *terperjuro* ſcripit Gebhardo. *pectore* in Voſſ. quarto. *veſtes* in Excerptis Modii, uno Livineji, duobus Leid. tribus Voſſ. binis D'orvillianis, meo utroque, & primis edd. ſed *veſtem* ex Groningano firmavit Broukhuſius. idque ut magis poëticum aliis in locis etiam praeferre ſolent viri docti. vide notas ad Ovid. I. Met. 528. & I. Faſt. 409. Tibullus Lib. I. El. XI. 61.

Sit ſatis, e membris tenuem reſcindere veſtem;
Sit ſatis, ornatus diſſoluiſſe comae.

infra El. XII. v. 18. *Sciſſa veſte meas experiere manus.*

Nec tibi connexos iratus carpere crines,
Nec duris auſim laedere pollicibus.
Ruſticus haec aliquis tam turpia praelia quaerat,
Cujus non hederae circuïere caput.
Scribam igitur, tua quod numquam deleverit aetas:
Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.

Crede

mus. vid. ad Lib. I. El. 2. v. 3. *ſcindere* autem & *reſcindere* hac in re proprium eſſe notat Marklandus ad Statium pag. 235. ubi locis his Propertianis firmat conjecturam ſuam in Statio *Sciſſis pilea ſuta de lacernis.* pro *Caeſis.* infra Lib. III. El. 6. 8. *Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.* ſeq. verſu *praeduras* in marg. Excerpt. Scalig. *Nec me* in meo ſecundo.

23. *Nec tibi connexos iratus carpere crines*] *commexos* in Mentel. & primo Leid. *contextos crines* ex ſuo cod. probat Heinſ. quod & in v. c. Anton. Perreji, & ſecundo Vatic. *frangere crines* in tertio Voſſ. & *carpere* pro varia lectione. ut in Groningano & Askewiano. *ſolvere* in Palatino, ut Lib. I. El. 3. 21. *Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas.* ſed *carpere crines* irae hic aptius eſt. ſic apud Ovidium Lib. III. A. A. 370. & ſeqq. quo loco veterem & ſapientem in amoris palaeſtra militem deſcribit, qualem hic ſe profitetur Propertius,

Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret,
Nec dominae teneras adpetet ungue genas.
Nec ſcindet tunicaſve ſuas, tunicaſve puellae,
Nec raptus flendi cauſſa capillus erit.

ubi *captus* in cod. Huydecop. a man. pr. forte pro *carptus.* ut Gruterum & Paſſeratium etiam maluiſſe, illic notavit Heinſius. apud Valer. Fl. VIII. 9.

—— crinemque genaſque
Ungue per antiqui carpſit veſtigia ſomni.

nam ita pro *Ante* legebat Patruus meus. ut *unguibus ora notare.* de quo vide infra ad Lib. III. El. VI. 6. *laniare capillos* vocat Ovidio II. A. A. 451.

Ille ego ſim, cujus laniet furioſa capillos,
Ille ego ſim, teneras cui petat ungue genas.

idem Lib. I. El. 7. ubi in ſe ipſe invehitur, quia Corinnae capillos diſcerpſerat, v. 11.

Ergo ego digeſtos potui laniare capillos,
Nec dominam motae dedecuere comae.

Medea apud eumdem Epiſt. XII. 155.

Ire animus mediae ſuadebat in agmina turbae,
Sertaque compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos
Clamarem, meus eſt, &c.

26. *Cujus non hederae circuïere caput*] hoc eſt, cujus caput hederae, doctarum praemia frontium, non cinxerunt, vel, quod cum Perſio in prologo dici poſſit, *quorum imagines non lambunt hederae ſequaces.*

27. *Scribam igitur, tua quod numquam deleverit aetas*] *quod non umquam tua deleat aetas* in ſec. Leid. tribus Voſſ. utroque D'orvill. & meis, cum primis edd. codex Mentelii, *tua quod non umquam deleverit aetas.* unde *aboleverit* Heinſius. ut apud Ovid. circa finem Metamorph. *Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.* vel, *quod nulla umquam deleverit aetas.* *ſua* etiam conjecerat. vide Obſerv. Miſcell. Vol. II. Tom. I. pag. 101.

28. *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis*] *verba levis* in cod. Ant. Perreji, Mentel. Groning. Askew. duobus Leid. Voſſianis tribus, primo D'orvill. & meo ſecundo. *forma levis* in meo priore, ut Paſſerat. Palmer. & Guyetus. Scaliger in Caſtigationibus ſuis teſtatur, ſe adoleſcentulum emendaſſe,

Cynthia formipotens, Cynthia verbilevis.

ſed quod Lucilio vel Pacuvio dignius, quam Propertio. vel legebat *verba lues.* neutrum placet. *forma potens* vocatur Cynthia, ut infra Lib. III. A. A. 18. 7. *Eſt tibi forma potens.* & Lib. III. El. 8. 17. *Et pete, qua polles, ut ſit tibi forma perennis.* Ovidius III. A. A. 258. *Eſt illis ſua dos, forma ſine arte potens.* vide Heinſ. ad Lib. II. Amor. 2. 30. *formam* pro formoſa capiendum notat Hemſterhuſ. ad Luciani Dialog. pag. 13. dein, *ſerva levis* in cod. Harlejano Muſei Britann. ſed *verba levis* Graeco more, pro in verbis levis & variabilis, ut exponit Jo. Iſ. Pontanus ad Senec. Herc. Oet. v. 1599. pag. 375. ubi etiam vide Delrium p. 350.

Crede mihi, quamvis contemnas murmura famae,
Hic tibi pallori, Cynthia, verſus erit.

E L E G. V.

Non ita conplebant Ephyreae Laïdos aedes,
Ad cujus jacuit Graecia tota fores.

Turba

29. *quamvis contemnas murmura famae*] ita in Menteliano, primo Leidenſ. Voſſianis tribus, primo D'orv. meo utroque, & primis aliiſque edd. nec aliter in Askewiano, Regiis & uno Colbertino, in altero *contendas*. codicum itaque conſenſu *contemnas* praetuli, non *contemnis*, ut edidit Broukhuſ. quia *quamvis contemnis* ſonum ingratiorem efficit. & ſic Marklandus ad oram libri ſui. licet non ignorem Lib I. El. 18. 13. *Quamvis multa tibi dolor hic meus aſpera debet.* & infra El. 7. 89. *Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura.* & aliis in locis. *munera famae* male in Excerpt. Modii, ſeu Groningano. ſeq. verſu, *Hoc tibi pallori, Cynthia, carmen erit* Guyetus, audacter & male. licet id defendere nonnulli poſſent ex Ovidio Epiſt. II. 146.

Aut hoc, aut ſimili carmine notus eris.

& Epiſt. VII. 194.

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.

reſpicit enim ſolum verſum praecedentem, *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.* aliter, ſi plures verſus, inſcriptionis inſtar, ſubjungat, numerum addit. ut infra El. X. 35.

Et duo ſint verſus: Qui nunc jacet horrida pulvis,
Unius hic quondam ſervus Amoris erat.

Lib IV. El. 2. 57. *Sex ſuperant verſus* &c. *ſtipes acernus eram.* & ſeqq. Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 182.

Inde chelyn Phoebo, communia munera, ponam,
Et ſub ea verſus unus & alter erunt.
Grata lyram poſui tibi, Phoebe, poëtria Sappho;
Convenit illa mihi &c.

El. V. 1. *Non ita conplebant Ephyreae Laïdos aedes,*
Ad cujus jacuit Graecia tota fores]
pedes in Leid. primo, Voſſiano priore ac tertio, Borrichiano, Heinſiano, Menteliano, Excerpt. Scalig. & meo utroque. quod Heinſio placuiſſe videtur, quia id loco Ovidii Epiſt. III. 84. firmabat, *Et jacet ante tuos Graecia maeſta pedes.* ſed illic de Graecia ſupplice agitur. neque etiam id defendi poteſt ex obvia locutione *ad pedes jacere, pedes & genua amplecti*, & ſim. de quo vid. Broukhuſ. ad Lib. III. l. 4. 32. illa enim ſupplicibus, aut mancipiis ſervilibus potius conveniunt. ut Herculi Omphales amoribus inretito, eique turpiter ſervienti, exprobrat Deianira apud Ovid. Epiſt. IX. v. 82.

Crederis infelix, ſcuticae tremefactus habenis,
Ante pedes dominae procubuiſſe tuae.

Tibullus Lib. I. El. 10. 30.

——— *nunc me fleviſſe loquentem,*
Nunc pudet ad teneros procubuiſſe pedes.

neque patrocinium huic lectioni peti poteſt ex Epigrammate in ſepulcrum Laïdos, quod ex Athenaeo petitum in Mantiſſa Epigrammatum ab H. Stephano Anthologiae Graecae adjectorum legitur pag. 14. ed. Obſop.

Τῆσδέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου
Λαΐδος, ἣν τέκνωσεν Ἔρως, θρέψεν δὲ Κόρινθος,
Κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

idque Latinis verſibus reddidit Obſopaeus ad Lib. III. Anthol. Gr. p. 328. 329. ſed longe elegantiori arte interpretatus eſt H. Grotius,

Capta fuit cujus coeleſti Graecia vultu
Illa ferox, nullo gens data Marte capi.
Laïs Amoris erat ſoboles, & alumna Corinthi:
Quam nunc Theſſaliae nobilis abdit humus.

fores enim, quod optime tuetur Broukhuſius, & in reliquis codd. & edd. primis, eaſque ſecutis, legi-

Turba Menandreae fuerat nec Thaïdos olim
Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

5. Nec

legitur, hic majorem Laïdis ſuperbiam indicant, quae procos & amatores, etiam non proletarios neque plebejos, ex omni Graecia, tamquam turbam clientium, ad fores ſuas jacere cogebat, antequam aegre admitterentur. & hanc lectionem requirunt *Laïdos aedes* verſu primo; atque unice firmatur ex Epigrammate Platonis Lib. VI. Anth. Gr. Tit. VIII. Ep. 1. ubi ipſa Laïs loquitur,

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ᾽ Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐράστων
Ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων,
Τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον. ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω. οἵη δ᾽ ἦν πάρος οὐ δύναμαι.

quod ſic idem vertebat Grotius:

Ante fores habui quae grande examen amantum,
Cum mihi magnificae Graecia ludus erat,
Hoc tibi mitto, Venus, ſpeculum. me cernere nolo
Sum qualis, quando non queo, qualis eram.

cujus Epigrammatis initium forte ante oculos hic habuit Propertius. & ſimile eſt illud Luciani, quod ibidem ſequitur Ep IV.

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων
Λαῒς ἔθηκεν ἑῷ κάλλεϊ ληϊδίην.

Quae fera ſcutiferi devicerat agmina Medi,
Laïdi formoſae Graecia praeda fuit.

ante fores igitur *jacere* hic longe aptius eſt de agmine amantium, quam *ante pedes.* Ovidius Rem. Am. 304.

Sic mihi juravit: ſic me jurata fefellit,
Ante ſuas quoties paſſa jacere fores.

idem Lib. II. Am. 19. 21.

Et ſine me ante tuos projectum in limine poſtes
Longa pruinoſa frigora nocte pati.

ſic apud noſtrum Lib. I. El. 16. init. queritur amator excluſus, & *ante fores* jacens:

Janua vel domina penitus crudelior ipſa,
Quid mihi tam duris clauſa taces foribus &c.
Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori,
Triſtis & in tepido limine ſomnus erit.
Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Laïdem vero *Ephyream* recte viri docti non a patria, nam natione Sicula creditur, ſed quia in Ephyra, ſeu Corintho, fuerit educata, adpellatam cenſent. ita Syneſius Epiſt. 3. Laida dicit fuiſſe ἀνδράποδον Ὑκκαρικὸν ἐκ Σικελίας ἐωνημένον ita enim ſcribendum ex Stephano Byzant. in Εὐκαρπία, ubi locum illum adfert. male enim in ed. Porti Οὐγκαρικὸν, & in marg. Συſκαρικὸν. in ora ed. Petav. Καρικὸν. hinc in Epigrammate Graeco ſupra prolato, de Laïde, θρέψεν δὲ Κόρινθος. Claudianus Lib. I. in Eutrop. 90. *Haud aliter juvenum flammis Ephyreïa Laïs E gemino ditata mari.* ubi vide Barthium. Brodaeum & Obſop. ad Antholog. Graec. p. 328. & 329. ſed rem incertam eſſe videbis apud Caſaub. ad Athenaeum Lib. XIII. cap. 3. circa finem. adde quae notarunt Pinedo & Berkelius ad Stephan. Byzant. in Εὐκαρπία, & in Κράσος. Ceterum non video, quomodo initium hujus Elegiae, *Non ita conplebant* &c. & ſeqq. *fuerat nec Thaïdos* &c. *Nec quae deletas* &c. cum illis, quae ſequuntur, *Quin etiam falſos* &c. recte cohaereat. deberet enim ſubjungi, quam tuas aedes obſident amatorum examina. vel ſim. ut Eleg. praeced. v. 11. & 13. *Non ita Carpathiae variant Aquilonibus undae*, &c. *Quam facile irati verbo mutantur amantes.* infra El. VIII. init.

Non ob regna magis diris cecidere ſub armis
Thebani &c.
Quam mihi ſi media &c.

El. X *Non tot Achaemeniis* &c. *Spicula quot noſtro* &c. El. XI. 1.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho, &c.

& ſequitur v. 9.

Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte.

Itaque exciderunt forte nonnulla, vel in alium locum male rejecta ſunt, quae hic deſiderantur poſt v. 6. conparationi enim non reſpondent illa, *Quin etiam falſos fingis tibi ſaepe propinques.* quod miror neque Broukhuſium, neque alios interpretes animadvertiſſe.

3. *Turba Menandreae fuerat nec Thaïdos olim Tanta*] fuerat *Nicteidos* in cod. Heinſiano & meo priore. Antiopen forte cogitabat librarius, ſed intempeſtive, in animo vel oculis habens illud ex Lib. I. El. 4. 5. *Tu licet Antiopae formam Nycteidos* &c. pro *Tanta* in primo Leid. Voſſiano,

Nec quae deletas potuit conponere Thebas
  Phryne, tam multis facta beata viris.
Quin etiam falſos fingis tibi ſaepe propinquos,
  Oſcula ne deſint qui tibi jure ferant.
Me juvenum facies pictae, me numina laedunt;

Me

ſiano, Menteliano, Heinſiano, & meo utroque codice repetitur *Turba.* quae confuſio favere poſſet Guyeti conjecturae, legentis

Tanta Menandreae fuerat nec Thaïdos olim
Turba, in qua populus luſit Erichthonius.

pro *luſit*, quod omnes noſtri codices & veteres editiones tuentur, Gebhardus ex libro Commelini adfert *riſit.* Scioppianum *uſſit* damnavit etiam Heinſius in Epiſtolis ad Graevium ineditis, & in notis ad Propert. p. 683. rejecitque Freinshemius Indice Curtiano in *ludibrium. ludere* & *luſus* in rebus amoris frequentiſſima. vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 516. *Menandrea* autem *Thais*, quia Menandri Comoedia decantata. ut Lib. IV. El. 5. 43.

Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri,
Quum ferit aſtutos comica moecha Getas.

5. *Nec quae deletas potuit conponere Thebas*] *Non quae* in Voſſ. tertio. *delectas* in ejuſdem primo & quarto, Neapolitano, primo D'orvill. Askewiano, meo ſecundo. *delatas* in ed. Gryph. 1551. ſed in ceteris codd. primis edd. aliiſque *deletas. disjectas* Cl. Schraderus Emend. cap. VI. p. 121. ex veſtigiis codd. in qubus *delectas*, quae tamen ſcriptura magis adjuvat *deletas*, una tantum litera ademta, quam *disjectas. conponere Thebas* dicit pro Thebas everſas & excifas inſtaurare, reſpiciens ad notam de hac Phryne Theſpia hiſtoriam, quam refert Athenaeus Lib. XIII. cap. 6. pag. 591. ubi ex Calliſtrato tradit, eam multis procis tam *beatam*, ſeu divitem, factam, ut Thebas ab Alexandro deletas refecturam ſe polliceretur, ſi hoc Inſcriptionis titulo ac monumento honoraretur, ʼΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝ ΚΑΤΕΣΚΑΨΕΝ, ΑΝΕΣΤΗΣΕ ΔΕ ΦΡΥΝΗ ΕΤΑΙΡΑ. vide illic Caſaub. ex Ariſtaeneto, & hoc Propertii loco iſta illuſtrantem, & Brodaeum ad Antholog. Graec. Lib. IV. Tit. XII. Ep. 52. & ſeqq. pag. 470. ed. Obſop. ubi quatuor occurrunt Juliani, Simonidae, Tullii Gemini, & Leonidae Epigrammata in Cupidinem Praxitelis, cujus imaginem Phrynae donavit, quibus addendum aliud Epigramma, quod ſub *Incerti* nomine in editionibus vulgatis editum, eidem *Gemino* in MSS. tribuitur, Lib. VI. Tit. IX. Ep. 4. vide & Periz. ad Aelian. IX. Var. Hiſt. cap. 32. *conponere Thebas* igitur hic eſt reſtituere, condere. Virg. III. Aen. 387.

Quam tuta poſſis urbem conponere terra.

ubi vide notas. male haec expoſuerunt olim Volſcus & Beroaldus, & *Phyrnen* vocarunt ex corrupta codicum ſcriptura, ut bene monuit Muretus. qui hoc idem nomen lenae reſtituit apud Tibull. II. 7. 27. ubi *Phyrne* vel *Phirne* vitioſe in MSS. ut hic quoque in Menteliano, Borrich. Groning. meo utroque, & aliis pleriſque codd. ac vetuſtis edd. ſed *Phryne* recte in v. c. Perreji & Colotiano.

8. *Oſcula ne deſint, qui tibi jure ferant*] ita recte edidit Broukhuſius, quod merito Gebhardus ex libro Commelini praeferebat, nam male in multis MSS. *nec deſunt*, ut in duobus Leid. tribus Voſſ. Groning. Askew. utroque D'orvill. & meis, primis aliiſque edd. ſic apud Ovidium Lib. II. A. A. 629.

Ne deſint, quas tu digitis oſtendere poſſis.

ut recte pro *Nec deſint* ex MSS. Heinſius. ideo autem falſos fingebat Cynthia propinquos, ne deeſſent, qui ſub hoc nomine ac titulo oſcula tamquam *jure* ſibi darent. vitioſe igitur *rara* pro *jure* legitur in codd. MSS. unde *cara* vel *carpta* conjiciebat Heinſ. ſed ſaniſſima lectio eſt *jure*, propinquitatis ſcilicet. ut apud Ovid. I. Amor. El. 4. 64.

Quod mihi das furtim, jure coacta dabis.

id eſt, jure matrimonii viro dabis oſcula coacta, quae mihi furtim dabis ultro. & apud Sueton. Claud. cap. 26. *illecebris Agrippinae, Germanici fratris ſui filiae, per jus oſculi & blanditiarum occaſiones pellectus. fratris* autem, *ſororis*, *ſoceri*, *generi*, vel *matris* nomine ſaepe clandeſtinos celabant amores. de quo vide quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 430. & 641.

9. *Me juvenum facies pictae, me numina laedunt*] *Te juvenum* male in meo priore. *pictae*

facies

Me tener in cunis, & ſine voce puer.

Me

facies in omnibus fere codicibus, tribus nempe Voſſianis, utroque D'orvill. Groning. altero Colbert. meoque ſecundo. *Me pictae facies juvenum* in quinto Vaticano. deinde *nomina* in Borrichiano, Groning. Askewiano, binis Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'orv. & meis; quod & in primis ceteriſque vetuſtioribus editionibus reperi. *numina* in aliis, quod ex v. c. adferunt Paſſeratius & Gebhardus. idque praeferebat Janus Douſa in Centur. Plautin. cap. VIII. ſive ad illa Plauti in Aſin. Act. IV. Sc. 1. 18. loco adpoſito,

Ne epiſtola quidem ulla ſit in aedibus,
Nec cerata adeo tabula, & ſi qua inutilis
Pictura ſit, eam vendat.

inprobante N. Heinſio in notis Propertianis p. 683. ſed exempla, quibus *nomina* tuetur, hic parum ad rem faciunt. per *facies pictas* intellige imagines formoſorum juvenum, & *nomina* iis addita ac ſubſcripta Deorum, aliorumve e fabulis antiquis, a formae pulchritudine laudatorum, puta Apollinis, Bacchi, Adonidis, Narciſſi, Cephali, & ſim. quod egregie illuſtratur ex loco Ovidii Lib. II. Triſt. 521.

Scilicet in domibus veſtris, ut priſca virorum
Artifici fulgent corpora picta manu;
Sic quae concubitus varios, Veneriſque figuras
Exprimat, eſt aliquo parva tabella loco.

ubi pro *virorum* ſi ex antiquo codice firmare poſſem conjecturam *deorum*, non parum *numina* huic loco vindicaret, ut optima obſervatione ex Plinii praeſertim & Arnobii locis fecit Broukhuſius; cui adde Patrui mei notas ad Sueton. Calig. cap. VI. p. 613. & huic lectioni ſuum calculum adjicere videtur D'Orvillius Animadv. ad Charit. pag. 338. qui tamen potius intelligendum exiſtimabat de ſtatuis & imaginibus ipſorum Deorum, quae in domibus multae erant; vel interpretandum eſſe de Propertio timente Deos ne Cynthiam abriperent, ut in loco Sapphus apud Ovid. Epiſt. XV. 86.

Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora, timebam,
Et faceres. ſed te prima rapina tenet &c.

quo referri poſſet illud, quod ſupra Eleg. II. v. 55. occurrit,

Cur haec in terris facies humana moratur?
Jupiter, ignoſco priſtina furta tua.

& Epigramma Graecum ex Anthologia inedita, cui nomen ΙΛΙΟΥ ΛΕΩΝΙΔΟΥ, vel ΛΕΩΝΙΔΑ, (ut Scaliger) praefigitur in MSS.

Ὁ Ζεὺς ἀνθρώπων πάλι τέρπεται εἰλαπίναισιν,
Ἢ χρυσὸς Δανάης εἴρπυσεν εἰς θαλάμους.
Θαῦμα γὰρ, εἰ Περίανδρον ἰδὼν, οὐκ ἥρπασε γαίης
Τὸν καλὸν ἢ φιλόπαις οὐκέτι νῦν ὁ θεός.

ſic enim integrum in meis Graecor. Epigr. ineditor. apographis legitur: nam ſecundi diſtichi ſententiam ex iſto noſtri loco *Cur haec in terris facies* &c. ſupplendam notavit Cel. Valckenarius in Epiſt. ad M. Roverum pag. 13. ubi initium hujus Epigr. adfert, & pro ΙΛΙΟΥ legendum Ἰουλίου recte monet. hoc enim addito pronomine ΙΟΥΛΙΟΥ ΛΕΩΝΙΔΟΥ aliud Epigramma occurrit Lib. I. Anthol. Gr. Tit. 55. Ep. 3. & alibi. alia Graecorum & Latinorum poëtarum loca de formoſis Deorum raptu e terra ſublatis produxi ad Tom. II. Antholog. Lat. pag. 221. 222. Hoc tamen in loco potius de amatoribus, quorum imagines ſub Deorum ſpecie & nomine, ut maritis vel rivalibus fucum facerent, pictas habebant, explicandum videtur. quod autem hic de ſui ipſius ſuſpicione eleganter dicit, etiam de Cynthia Lib. III. El. 6. 16.

Seu timidam crebro dementia ſomnia terrent,
Seu miſeram in tabula picta puella movet.

pictae juvenum imagines ad libidinis irritamenta parietibus adfixae, memorantur in S. S. Ezech. cap. XXIII. 14. ubi inceſti Oholibae amores deſcribuntur. quod Claudiani & Ovidii locis illic illuſtrat Grotius. & huc reſpicit Sidon. Apoll. Lib. II. Epiſt. 2. *Non hic per nudam pictorum corporum pulchritudinem turpis proſtat hiſtoria, quae ſicut ornat artem, ſic devenuſtat artificem.* vide & Caſaub. ad Suet. Tib. cap. 43.

10. *Me tener in cunis, & ſine voce puer*] *Te tenet in cunis* in Heinſiano & meo priore. An hoc intelligendum de filiolo Cynthiae recens nato? Erat enim nupta, ut oſtendit Broukhuſius ad ſeq. Eleg. init. Sed obſtat hujus Libri Elegia XIV. v. 23.

Quum tibi nec frater, nec ſit tibi filius ullus:
Frater ego, & tibi ſim filius unus ego.

Oportet igitur diverſo tempore ſcriptam eſſe utramque Elegiam; quae nullo ordine in Propertio collocatae ſunt, & Elegiam illam XIV. ante hanc conpoſitam fuiſſe. vel illud de filio legitimo capiendum, hoc forte de infante ex clandeſtino coitu concepto. mirifice in hoc verſu

 ex-

Me laedit, ſi multa tibi dedit oſcula mater,
  Me ſoror, & cum qua dormit amica ſimul.
Omnia me laedunt: timidus ſum: ignoſce timori.
  Et miſer in tunica ſuſpicor eſſe virum.
Felix Admeti conjux, & lectus Ulyxis,
  Et quaecumque viri femina limen amat.

Tem-

exponendo aeſtuat Paſſeratius. ita Cynthiam nondum matrem fuiſſe factam, cum ſcriberet Elegiam XII. ejuſdem hujus Libri II. colligere licet ex illius v. 21.

Necdum inclinatae prohibent te ludere mammae,
Viderit hoc, ſi quam jam peperiſſe pudet.

poteſt etiam ſimpliciter de quocumque puero non Cynthiae, ſed alterius feminae, capi, cui illa in cunis jacenti dabat oſcula: vel de puero fictitio ſeu juvene amatore, in cunis celato, ac ſilere juſſo, nam ſi verus eſſet infans, vagitu ſe proderet.

11. *Me laedit, ſi multa tibi* &c.] Hic quoque *Te laedit*, ut paullo ante, *Te juvenum facies pictae*, & mox *Te ſoror*, in meo cod. priore. quod ſi admitteretur, *Te laedit* capiendum, ut in illo Catulli, *Laedit te quaedam mala fabula.* ſed *Me laedit*, pro cruciat, urit, ſollicitum habet, recte exponunt Interpretes. Gebhardus ex Palatinis membranis adfert,

Me laedet, ſimulata tibi dabit (vel *dedit*) *oſcula mater.*

& ex libro Commelini, *Me laedet ſimulata Venus dabit oſcula.* utrumque falſum. ideo *multa oſcula* matris ſuſpecta erant, quia, ſi ſemel iterumque oſcula daret vera mater, nihil erat, quo laederetur, ideoque fictitiam matrem, *multa oſcula* dantem, ſororem, amicam, & *in tunica virum* timet, ne ſub muliebri ſpecie aliquid viri lateret. *dabit* etiam in aliis MSS. & priſcis edd. praecedente *laedet*, ut in Regiis, uno Colbert. duobus Leidenſibus, & tribus Voſſ. *laedes* in Askew. altero Colbert. & meo ſecundo. ſeq. verſu *& cum quae* Douſa Fil. *quae amica*, pro aliqua. quod male probavit Broukh. & ſupine ſecutus eſt Vulpius. *cum qua* nempe ſorore, ſimul dormit amica. ut apud Ovidium Lib. I. A. A. 601.

Et bene dic dominae, bene cum quo dormiat illa

ubi vide notas. ſic cum Heinſio praeſtaret, *& ſi quae dormit amica ſimul*, vel *& tibi quae dormit* &c. inepte vero Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. 20. *cum qua dormit amita.* in qua voce ſecundam producit ſine exemplo. ſic tamen in ſuo v. c. reperit Paſſeratius. corrupte etiam in plurimis MSS. *cum qua dormis*, ut in Borrichiano, Regiis, uno Colbert. Askew. duobus Leid. quarto Voſſ. altero D'orv. meo priore & edd. primis, quae codicum pertinacia fraudi fuit viris doctis, ut lectionem metro adverſam & reluctantem, & mendum, *in pueris ſcutica dignum*, ut hic ait Muretus, admitterent. praeter primos interpretes, Volſcum & Beroaldum, qui ſic ediderunt, etiam in id inpegit B. Pius ad Valer. Fl. Lib. I. v. 42. qui tamen ad Lucret. Lib. IV. 25. legit, *cum qua dormit amica tibi.* vide ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 697.

13. *Omnia me laedunt: timidus ſum, ignoſce timori*] *laedent* Borrich. Mentel. & priſcae edd. *laedunt* in Voſſ. quarto, Heinſiano, & Excerptis Modii, ſeu Groning. Heinſius legebat *Omnia me laedunt timidum: tu ignoſce timori.* notum illud Penelopes apud Ovidium Epiſt. I.

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

idem conjecerat verſ. ſeq. *Heu miſer.* poſt haec in duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, utroque D'orvill. meis ceteriſque codicibus, ut & pleriſque ante Scaligerum editionibus inſeruntur octo verſus, qui leguntur El. VII. v. 9. *His olim, ut fama eſt, vitiis ad praelia ventum eſt.* & ſeqq.

16. *Et quaecumque viri femina limen amat*] *feri* in Neapol. Voſſiano primo, D'orvill. & meo ſecundo. *faeri* in primo Leid. *fori* in Heinſiano, & meo priore. *vici* in altero Leid. & codd. Regiis. *veni* Mentel. unde ulcus latere ſuſpicabatur Heinſius, & conjiciebat *ſenis* vel *ſerae.* ſed ſana eſt lectio recepta, nam exemplo Alceſtidis, ſeu Admeti conjugis, & Penelopes laudat feminas, quae *limen viri*, id eſt domum mariti, eo abſente, ſervant & curant. infra Lib. III. El. 10. in fine:

—— quia caſta domi perſederat uxor,
Vincet Penelopes Aelia Galla fidem.

no-

Templa Pudicitiae quid opus ſtatuiſſe puellis,
Si cuivis nuptae quidlibet eſſe licet?
Quae manus obſcoenas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo;

Illa

notum eſt, tales *domiſedas* dictas, idque inter praecipuas olim uxorum laudes fuiſſe ſemper celebratum, adeo ut earum ſepulcris pro elogio inſigni inſcriberetur, *domum ſervavit, lanam fecit* &c. vide quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 104. & adde Paſſeratium ad h. l. & Apollonii atque Euripidis loca apud Gebhardum p. 170. & 171. *lectus Ulyxis* pro uxore, ut alibi *torus*. de quo vide ſupra ad El. 2. 18. idque Graecorum more dictum notaverat Marklandus, adſcripto Euripidis loco in Medea v. 591.

— ἀλλὰ βάρβαρον λέχος
Πρὸς γῆρας οὐκ εὔδοξον &c.

& v. 672.

Δάμαρτος οὔσης, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν.

& hoc ſignificatu etiam capiebat apud noſtrum infra El. 23. v. 111.

Dic mihi quis potuit lectum ſervare pudicum.

17. *Templa Pudicitiae quid opus ſtatuiſſe puellis*] *poſuiſſe* in quinto Vaticano, & tertio Voſſ. pro varia lectione. quae verba & alibi permutantur. de quo infra ad Lib. III. El. 9. 19. de Pudicitiae templis, uno patriciae, altero plebejae, quae Romae erant, vide hic Beroaldum & Paſſeratium. de templo Pudicitiae patriciae agit Montfaucon. Tom. I. Itinerar. Ital. pag. 187. & ſeq. & de plebejae Pudicitiae ſacello vide notas Antonii Auguſtini ad Feſtum p. 53. in *plebeja & pudicitia*.

18. *Si cuivis nuptae quidlibet eſſe licet*] *cujus* in Heinſiano, & meo priore. *quovis* in uno Voſſiano, primo D'orvill. & meo altero. *cuilibet* in eodem Heinſii & Mentelii codice, primo Leid. Voſſ. & meo. *quolibet* in altero Leid. *eſſe decet* in primo Vatic. Paſſeratius,

Si quaevis nuptae quidlibet eſſe licet.

quod refutavit Gebhardus, & legit,

Si cuivis nuptae, quod libet, eſſe licet.

ſeparata voce *quod libet*, non juncta *quodlibet*, ut N. Heinſius ad Ovid. Epiſt. VII. 168. ubi Dido dicit,

Dum tua ſim Dido, quodlibet eſſe feram.

& hoc firmari poſſet ex iis, quae notant viri docti ad illud Naſonis Lib. II. Triſt. v. 518.

Quodque libet, mimis ſcena licere dedit.

vulgata quidem ſic exponi poſſet, *ſi nuptae licet eſſe quidlibet cuivis*, id eſt, ſi nuptae licet ſe quibuſvis proſtituere. ut *omnia alicui eſſe* in re amoris. de quo ad Lib. I. El. XI. 34. ita de nimia amantium licentia infra El. II. 6. 16.

Per te nunc Romae quidlibet audet Amor.

ubi in aliis etiam *quodlibet*. elegans quidem eſt Broukhuſii conjectura,

Si cuivis nurui quidlibet eſſe licet.

ut *cuivis nurui* ſit, tam patriciae quam plebejae; quo titulo templa duo Pudicitiae fuiſſe Romae, modo dictum eſt. Sed prae ceteris amplector conjecturam Toupii in Emend. ad Suidam pag. 23.

Si cuivis nuptae, quo libet, ire licet.

quia hoc aptiſſime opponitur *domiſedae*, ſeu quae *viri limen amat*, quod praecedit v. 16. ſic apud Cic. XIII Philip. cap. 17. in literis Antonii, legitur in codice Huydecoperiano, *nihil moror eos ſalvos eſſe, & ire quo lubet.* pro eo quod in vulgatis eſt, & a Grutero defenditur, *ire quo jubetis*. quod tamen non inmutandum, quia milites ab Antonio dimiſſi, adhuc in Senatus poteſtate erant. in Epigrammate Petronii, edito Tom. I. Anthol. Lat. p. 583. recte etiam Patruus meus legebat,

Hoc amo, quod poſſum, qua libet, ire via.

non *qualibet*. & ita in alio Epigrammate Tom. II. p. 492.

Ergo, cui libet, huc licebit intret.

ut praeferendum eſſe notavi, pro *quilibet*.

20. *Et poſuit caſta turpia viſa domo*] *juſſa* in Palatino Gebhardi, primo Voſſ. Leid. Heinſiano, & meo utroque. an forte *turpia ſigna*? ut infra Eleg. XXIII. ubi porticum Apollinis, &

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiaeque ſuae noluit eſſe rudes.
Ah gemat, in terris iſta qui protulit arte
Jurgia ſub tacita condita laetitia.
25. Non iſtis olim variabant tecta figuris.
Tum paries nullo crimine pictus erat.

Sed

variis ſtatuis picturiſque decoratum deſcribit, v. 8. *Quatuor artifices, vivida ſigna, boves.* & Lib. III. El. 7. 9.

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna.

& alibi ſaepe. ſed *viſa* potius ſe tueantur ex eadem Elegia XXIII. huj. Libr. v. 21. ubi poſt picturas, furta Jovis exhibentes, addit:

Qui videt, is peccat: qui non & viderit, ergo
Non cupiet. facti crimina lumen habent.

viſa tamen de iis, quae in tabulis pictis videntur, non valde obvia ſunt. de *obſcaenis* illis *tabellis* vide quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 633. & Tom. II. p. 483.

21. *puellarum ingenuos corrupit ocellos*] *amores* in tertio Voſſ. & uno Colbert. ſed in cujus margine *ocellos*. *corrumpit* in Heinſiano & Groningano. de verbi hujus uſu apud poëtas vide ad Lib. I. El. 8. 21. altero verſu *non ſinit* in Voſſ. tert. & quinto Vaticano. *nequitiae non rudes* firmare poteſt conjecturam, qua Lib. III. El. 15. 7. legendum videri notabo,

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur amoris.

ubi plura.

23. *Ah gemat in terris iſta qui protulit arte*] Malim *At gemat*. ut indignantis inprecatio ſit, qua in re elegans particulae *at* uſus eſt, praeſertim initio verſus. eadem variatio infra El. 13. 35. *At pudeat certe, pudeat.* ut in pleriſque MSS. Lib. III. El. 1. v. 7. *At valeat, Phoebum quicumque moratur in armis.* ubi *Ah* etiam in vulgatis. plura ad Lib. VI. Epigr. & Poëm. vet. Ep. 81. p. 555. Heinſius legebat,

Ah gemat aeternum, ficta qui protulit arte.

certe *iſtis* ſequitur. *iſte* in Neapolitano. altero verſu pro *Jurgia* forte praeſtaret *Praelia*. id eſt, coitus formas ac modos. ut ſupra El. I. v. 45.

Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.

ſed praeferenda videtur Cel. Ruhnkenii conjectura,

—— iſta qui protulit arte
Orgia ſub tacita condita laetitia.

ut *orgia* vocet varios concubitus modos, qui reticeri debent, non per ſtatuarios & pictores in lucem proferri. quo ſenſu ſaepe *orgia Veneris* dici, ſeu μυςήρια, exemplis oſtendunt Paſſeratius ad Poëtae noſtri Lib. III. El. I. p. 405 & El. X. p. 466. & D'Orvillius ad Chariton. pag. 402. qua emendatione admiſſa, pro *iſta arte* cum Heinſio *ficta* mallem. male autem Livinejus *gemat in terris* conjungit, pro, ſub terris. quod Douſa etiam margini ed. Rovillianae adſcripſerat. diſtinguendum eſt, ut edidi, *Ah gemat, in terris iſta* &c. *in terris protulit* recte. vide ſupra El. 2. v. 42. adeoque non opus eſt, ut cum Heinſio *aeternum* corrigatur.

25. *Non iſtis olim variabant tecta figuris*] *templa* Guyetus. male. Ovidius II. Triſt. 521.

Scilicet in domibus veſtris, ut priſca virorum
Artifici fulgent corpora picta manu;
Sic quae concubitus varios, Venerisque figuras
Exprimat, eſt aliquo parva tabella loco.

vide ad Lib. III. El. 17. 12. an hic forte *vitiabant* legi poſſet ex codd. MSS. in quibus mox loco non ſuo librarii dederunt *vitiavit aranea fanum.*

26. *Tum paries nullo crimine pictus erat*] *Tum* in Excerptis Scalig. Neapol. primo & quinto Vatic. & v. cod. Fruterii, quod ex Groningano, & duobus Colbertinis praetulit Broukhuſ. pro *Cum*, ut in aliis. pro *crimine* in ſecundo D'orvill. *carmine*. in Heinſiano & meo priore *lumine*. vitioſe. Heinſius vero in Notis p. 684. legendum putat, *nullo crimine opertus erat.* firmatque loco Plinii Lib. XXXVI. c. 6. ubi *parietis cruſta marmoris operuiſſe* occurrit. ſed quae valde

dif-

Sed non inmerito velavit aranea fanum,
Et mala deſertos occupat herba Deos.

Quos

differunt. nihil mutandum docent loca a Broukhuſio prolata. *paries nullo crimine pictus* elegantiſſime dicitur, in quo nulla pendet ſtuprorum vel adulteriorum pictura, turpes vel inceſtos amores oculis exponens. Ovidius Lib. VI. Met. 131.

Et rupit pictas, coeleſtia crimina, veſtes.

quod recte contra Heinſium vindicavit Patruus meus, & de adulteriis Deorum, quae veſtibus illis intexta erant, explicuit. Statius Lib. III. Sylv. 1. 42.

—— *qualemque vagae poſt crimina noctis*
Theſtius obſtupuit.

pictus itaque non ſollicitandum, ut ſupra v. 19.

Quae manus obſcaenas depinxit prima tabellas.

& *juvenum facies pictae* v. 9. ubi vide. hunc autem verſum Marklandus notaverat Ovidio obverſatum fuiſſe Lib. VI. Faſt. 262.

Quae nunc aere vides, ſtipula tunc tecta videres,
Et paries lento vimine textus erat.

27. *Sed non inmerito velavit aranea fanum,*
Et mala deſertos occupat herba Deos.]

Locus obſcurior, quam primo forte intuitu videtur. pro *velavit* in tertio & quarto Voſſ. *variavit*, quod ex praeced. diſticho male repetitum fuit. *vitiavit* in Groningano, ſecundo D'orvill. & codice Livineji, qui ut ineptum merito damnat, licet Guyeto placuerit. recte Heinſius *velavit* probat, & inde *aranearum veſtes* dici notat. Sed de vero loci hujus ſenſu magis ſollicitos nos reddit *fani* & *Deorum deſertorum* mentio, quae Guyetum induxiſſe videtur, ut paullo ante *variabant templa figuris* reponeret pro *tecta*. Adſcripſerat Cel. Dorvillius, ſe haec non bene intelligere. Nullam vero opem hic adferunt tot Interpretum Commentaria. Si liceat conjectando velut ex nebula aliquid lucis elicere, forte poſt invectivam in obſcoenas iſtas tabulas a v. 19. uſque ad v. 26., quaſi è diverticulo hic redit ad *templa Pudicitiae*, olim Romae exſtructa, quae memoraverat v. 17. adeoque haec explicanda opinor ex Livio Lib. X. cap. 23. ubi poſtquam de utroque Pudicitiae *ſacello*, (ſic etiam Feſtus vocat in *plebejae*) egiſſet, ſequentia ſubjungit, §. 10. *vulgata deinde religio a pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis feminis poſtremo in oblivionem venit.* vide igitur an hic ſcripſerit Propertius,

Sed nunc emeritum *velavit aranea fanum.*

ſic *emeritas genas*, annoſas & carioſas, vocat Lib. IV. El. 5. 16. & *emeritum rogum* extinctum, vel *torum*, pro vacuo, ut forte legendum, ibid. El. XI. 98. *emeriti anni* de milite veterano apud Ovid. IV. Triſt. El. 8. 21. *emeritae noctes*, & ſim. vid. Heinſ. ad Lib. XV. Met. 186. vel hoc modo,

Sed nunc praeteritum *velavit aranea fanum.*

id eſt neglectum. nam *praeterire* elegans hac in re verbum. Ovidius VIII. Met. 278.

—— *ſolas ſine thure relictas*
Praeteritae ceſſaſſe ferunt Latoïdos aras.

& Epiſt. XXI. 179.

Praeteriine tuas de tot coeleſtibus aras.

Si quis vulgatam praeferat, *non inmerito* dicit fanum aut ſacellum Pudicitiae ſitu obductum fuiſſe, Deorum deſertorum ira, quia propter ingraveſcentem libidinem turpeſque amores, templa illa Pudicitiae inutilia & vacua erant facta, &, ut Livius ait, *religio in oblivionem venerat.* neque male forſan huc referri poſſet illud Horatii ex egregia Oda, qua Romanorum libidinem praeſertim, & corruptos mores inſectatur, Lib. III. od. 6.

Delicta majorum inmeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Araſque labentes Deorum, &
Foeda nigro ſimulacra fumo.

elegantiſſima igitur locutione dicit *araneas* illud *fanum* deſertum occupaſſe, telarum ſuarum vela illic expandiſſe, ut paſſim loca inculta, neque ab hominibus frequentata, ſed vetuſtate & ſqualore collapſa *araneis obducta* ac *velata* dicuntur apud poëtas. Propertius ipſe Lib. III. El. 4. 33.

Putris & in vacuo texetur aranea lecto.

ubi vide Broukhuſium, & quae notavi ad illud Epigrammatis antiqui. *Araneoſus obſidet fores ſitus*, in Tom. II. Antholog. Lat. pag. 564 altero verſu an *male deſertos* cum Heinſio & Relando legatur, parum intereſſe puto. *deſertos Deos* dicit,

ut

Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam?
Quae numquam ſupra pes inimicus eat?
Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

ELEG.

ut Lib. III. El. XI. 47. *deſertis ceſſant ſacraria lucis.* & *fana deſerta* Nepoti in Timol. cap. 3. recte vindicarunt Interpretes, quorum notas illic conſule. a Broukhuſio *mala herba* praefertur, qui intelligit *malam herbam* inutilem, & quae bonas fruges obſidens ejicitur. ſed quia *malae herbae*, *mala gramina*, etiam de plantis venenatis dicuntur, vix opus eſſe videtur, praeſertim cum *herba* ſimpliciter, eadem notione dicatur Ovidio Epiſt. I. v. 56. *ruinoſas occulit herba domos.*

29. *Quos igitur tibi cuſtodes, quae limina ponam*] vitioſa procul dubio lectio eſt *quae limina ponam.* quid enim notat *limina alicui ponere?* in Borrichiano & meo primo codice,

Quos igitur cuſtodes, quae tibi limina ponam.

Legendum ex certiſſima Heinſii emendatione,

Quos igitur tibi cuſtodes ad limina ponam?

unde non tantum ſanus redit ſenſus, ſed & *quos*, *quae*, *quae*, & *quam*, hic inconcinnius cumulata, minus offendunt. quos *cuſtodes* & hic & alibi intelligat, vide infra ad Eleg. 18. v. 70.

31. *Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt*] *prodet* corrupte in Voſſiano. ſenſum recte expoſuit Paſſeratius, & interpretationis vicem praebere poteſt tota Ovidii Elegia quarta Lib. III. Amor. ubi in initio,

Dure vir, impoſito tenerae cuſtode puellae
Nil agis, ingenio quaeque tuenda ſuo.
Si qua metu demto caſta eſt, ea denique caſta eſt.
Quae, quia non liceat, non facit, illa facit &c.
Cui peccare licet, peccat minus; ipſa poteſtas
Semina nequitiae languidiora facit. & ſeqq.

quae optime illa noſtri explicant, *Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.* vide Abramium ad Cic pro Milon. cap. 28. p. 916. talis *ſe ipſam cuſtodire* eleganter dicitur. Seneca Lib. I. de Clem. cap. 1. quem locum adfero, ut veram ei lectionem vindicem: *Severitatem abditam ac clementiam in procinctu habeo. Sic me cuſtodio, tamquam legibus, quas ex abdito ac tenebris in lucem evocavi, rationem redditurus ſum.* ubi illa *ex abdito* procul dubio mendoſa ſunt, praeſertim quia *abditam* modo praecedit, ex qua voce haec propagata videntur. in Codice Bibliothecae Amſtelaedamenſis, *quas exitu ac tenebris in lucem evocavi.* unde ſuam Senecae manum reſtituo, *quas ex ſitu ac tenebris in lucem revocavi.* ita conjeceram, Lipſii editionem Plantinianam, cui varias codicis illius lectiones adſcripſeram, in manibus habens. ſed poſtea amici admonitu laetatus ſum, ſic etiam emendaſſe & edidiſſe Gronovium. Ceterum in omnibus ante Scaligerum editionibus, etiam primum excuſis, finem hujus Elegiae abſolvunt hi duo verſus,

Uxor me numquam, numquam me ducet amica,
Semper amica mihi ſemper & uxor eris.

qui etiam in pleriſque MSS. hic occurrunt. ſed Scaliger eos rejecit in ſeq. Elegiam poſt v. 20. unde & in ed. Douſarum aliiſque hoc loco non leguntur. Id monere Broukhuſium oportebat. vide de his verſibus Heineccium in Comment. ad Leg. Juliam pag. 47.

ELEG. VI.

Gaviſa es certe ſublatam, Cynthia, legem,
Qua quondam edicta flemus uterque diu,
Ni nos divideret, quamvis diducere amantes
Non queat invitos Jupiter ipſe duos.

5. At

Eleg. VI. v. 1. *Gaviſa es certe ſublatam, Cynthia, legem*] Ita edidi & diſtinxi, pro *Gaviſa eſt certe ſublatam Cynthia legem.* alii legere malunt *Gaviſa eſt per te*, quod ex cod. Palat. profert Gebhardus. ut ad Auguſtum referatur. frequens quidem ea commutatio eſt. Lib. III. El. 15. 5.

Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes.

ubi *certe junguntur* in variis codd. MSS., & ſaepe viri docti unum pro altero ſubſtituerunt. apud Ovid. Epiſt. I. v. 3. correxit Patruus meus, *Troja jacet per te Danais inviſa puellis.* ubi plura exempla in notis dedit, & ad Calpurn. Ecl. V. 10. ut apud Lucan. Lib. VIII. v. 501. etiam legendum conjecit,

Aegyptum per ſe Latiis tueamur ab armis.

ubi *certe* in vulgatis. in illo autem Ovidii loco quamvis non ignorem, nuper conjecturam Patrui mei ab Heuſingero damnatam eſſe in Tom. III. Obſerv. Hiſt. & Liter. ex Biblioth. Guelferb. pag. 91. non tamen adeo *infauſtam*, ut vocat, emendationem eſſe arbitror, ut ſequens ei verſus repugnet. certe patrocinatur illud ex Lib. VII. Met. 436.

—— tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.

ſimili variatione apud noſtrum infra El. 9. 14. conjiciebat Eldikius Specim. Suſpic. Crit. cap. 7.

Per te ſed pennas perdidit ille ſuas.

pro *Sed certe pennas.* vide & Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 429. ſed quia tota Elegia Cynthiam ſuam adloquitur, unde in uno codice meo, ut in Borrichiano, aliiſque, & priſcis edd. AD CYNTHIAM, vel, DE CYNTHIA, ut in altero inſcribitur, *per te* hic loco non valde commodo ſtabit, ut hoc primo verſu Auguſtum adloqueretur, in reliquis Cynthiam. ideo placuit emendatio, quae legitur in P. H. Koppierſii Obſerv. Philol. cap. XI. p. 139.

Gaviſa es certe ſublatam, Cynthia, legem.

praeſertim quia *flemus uterque*, *Ni* nos *divideret*, ſequitur. & ſic Cl. Schraderus in libro Emendat. cap. VI. p. 123. *ſublata lege* praeter codicem unum Livineji, etiam eſt in Excerptis Modii, ſeu Groningano. perperam vero Livinejus intelligebat legem Juliam de Adulteriis & Pudicitia. Recte enim agunt viri docti, qui hic reſpici putant ad Legem Juliam de maritandis ordinibus, quae amoribus inpedimentum erat adlatura, poenis in coelibes conſtitutis, unde Propertius, relicta Cynthia, aliam quaerere, & ducere uxorem cogeretur, ſed in mariti ejus morte ſpem habebat repoſitam, ut alter alteri aliquando jungeretur, vide Broukhuſium. Auguſtus vero legem illam non quidem ſuſtulit, ſeu abrogavit, unde patet *per te* hic minime locum habere poſſe; illam enim perferre non potuit, multitudine populi obſtante, ſed triennii dilationem tantum inpetravit. vide Torrent. ad Suet. Aug. 34. Paſſerat. ad h. l. p. 273. & plura de hac lege apud Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 189. eumdem Torrentium peculiari tractatu ad legem Juliam & Papiam Poppaeam, poſt ejus notas ad Horatium edito, J. Vinc. Gravinam de Legibus & Sectis Tom. II. Oper. p. 350. ſeq. ed. ult. & praeſertim Heineccium in Antiqq. Rom. ad Inſtitut. Lib. I. Tit. XXV. §. 6. & ſeq. & inſigni Commentario ad Legem Juliam cap. 3.

2. *flemus uterque diu*] *ſtemus* in Excerpt. Modii, Borrich. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'orvill. meis, & primis editionibus.

3. *Ni nos divideret, quamvis diducere amantes*] *Quae nos* in cod. Ant. Perreji, primo & ſecundo Vaticano. *Quis nos* in primo Voſſ. Palatino uno, Commelin. & meo altero. *Si nos* in priore. in aliis *Ne nos.* ſed *Ni nos* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. & primis edd. ut pro *ne* dixiſſe veteres probat Broukhuſius. *divideret*, ut infra El. 24. 5.

Quae Dea tam cupidos iterum diviſit amantes.

Lib. I. El. 10. 15.

Poſſum ego diviſos iterum conponere amantes.

At magnus Caeſar. ſed magnus Caeſar in armis.
Devictae gentes nil in amore valent.
Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo,
Quam poſſem nuptae perdere amore faces.

Anne

ut in MSS. quod ex ſuis etiam codd. probat Paſſeratius. plura illic notavi. Petronius cap. 114. *Jam amplexus amantium iratum dividet mare.* deinde *deducere* male in primo Leid. Menteliano, & primo D'orvill. ſupra Lib. I. El. 13. 19.

Non ego conplexus potui diducere veſtros.

ubi *deducere* etiam in nonnullis MSS. Seneca Lib. II. de Ira cap. 29. *qui amicitias cohaerentes diducere velit.* vide Patrui mei notas ad Ovid. IV. Met. 372.

5. *At magnus Caeſar. ſed magnus Caeſar in armis.*] *An magnus Caeſar?* ex Palatino Gebhardus. id eſt, ne Jupiter quidem nos divideret. An igitur Caeſar, quantumvis magnus? in medio verſu *ſi magnus Caeſar*, pro *ſed*, in cod. meo primo. unde facili correctione reſcribi poteſt, *ſit magnus Caeſar in armis.* ut reſpondeat praecedenti objectioni, *At magnus Caeſar.* & ſic Marklandus ad Statii Silvas pag. 305. & jam Gruterus Lib. XXII. ineditar. Suſpic. cap. 13. hoc ſenſu, cum legem tuliſſet Caeſar de maritandis ordinibus, nec ea tamen per tumultum reſiſtentium perlata eſſet, ideo ſic exſultat poëta, dicitque, non hoc quidem Caeſaris eſſe, ut amantes conjunctos ſeparet, quamlibet magnus ſit, immo maximus, at titulus hic ei convenit cum eſt in armis, ſed amor dari nec poteſt nec debet. id certe longe praefero conjecturae viri eruditi in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 430. qui legi poſſe ſuſpicabatur,

At magnus Caeſar: at magnus Caeſar in armis.

ultima in *Caeſar*, prima verſus parte, propter caeſuram producta, ſequente licet vocali. *magni* titulum Caeſari quaſi ſollemnem fuiſſe patet ex Virg. IV. G. circa finem: *Caeſar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello.* ſupra Eleg. I. h. L. v. 26. *Caeſare ſub magno cura ſecunda fores.* ubi vid. Paſſerat. Horatius Lib. I. od. 12. 50. ad Jovem: —— *tibi cura magni Caeſaris fatis data.* qui *altum* Caeſarem vocat Lib. III. od. 4. 38. eumdemque *ab alto demiſſum genus Aenea* Lib. II. Sat. 5. 62. de quo vide Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 305. Ayrmannus vero diſtinguebat,

—— *Caeſar in armis*
Devictae gentis. nil in amore valent.

ſatis abſurde. pro *Devictae* in Heinſiano & meo priore *Seductae*. an voluit librarius *Subjectae?*

7. *Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo*] *diſcindere* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. ſed reclamantibus ceteris codd. & priſcis edd. & imitatione Ovidiana, Epiſt. XVI. 153.

Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta,
Quam tu de thalamis abſtraherere meis.

ut illic Douſam notaſſe Patruus meus monuit. quo loco, *caput a cervice reciſum* in codice Lincolnienſi, quod non rejiciendum videtur. ſic enim apud Lucanum VIII. 574.

At poſtquam trunco cervix abſciſſa receſſit.

idem Ovidius Lib. II. ex P. Ep. 8. 65. hunc ipſum Propertii locum in animo habebat,

Nam caput è noſtra citius cervice recedet,
Et patiar foſſis lumen abire genis;
Quam caream raptis, o publica numina, vobis.

ubi vide Heinſ. pari ſententia Lib I. Amor. El. 6. 36.

Ante vel a membris dividar ipſe meis.

8. *Quam poſſem nuptae perdere amore faces*] *in ore* Mentel. Borrich. alter Regius, duo Leidenſ. tertius & quartus Voſſ. uterque D'orvill. meus primus, & primae editiones, Aldinae, Juntina, aliaeque vetuſtiores. *more* in v. c. Paſſerat. Neapol. primo, & quinto Vatic. Askew. ſed *amore* in cod. Ant. Perreji, Groningano, Colbertinis, uno Regio, aliiſque. *prodere* in tertio & quarto Voſſ. quod volebant Livinejus & Paſſeratius. ut innuat, ſe potius mortem ſubiturum, quam ut ducta propter legem Juliam uxore, Cynthiae amorem *perdere* vel *prodere* vellet. in reliquis *perdere*, quod praetulit Broukhuſius, ſed explicationem ejus verba Propertii non admittunt, quaſi adfirmaret, ſe potius moriturum, quam ut argentum in adparatum nuptialem perderet. quod refutavit etiam D'Orvillius in Miſcell. Obſerv.

Vol.

Anne ego tranſirem tua limina clauſa maritus,
Reſpiciens udis prodita luminibus.
Ah mea tum quales caneret tibi tibia ſomnos,
Tibia, funeſta triſtior illa tuba!

Unde

Vol. I. pag. 430. ubi *faces* pro amoribus, vel puellis amatis, frequenter a poëtis dici notat. ita *tedae*, *ignis*, & ſim. obvia ſunt. vide notas doctor. ad Nemeſian. Ecl. IV. 5. *prodere* tamen hoc in loco probabat Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 239. & in Notis ad Propert. p. 684. apud Naſonem tamen Rem. Am. 453. ubi legit,

Paſiphaës Minos in Procride prodidit ignes.

ſervari forſan praeſtet *perdidit*, idque hic etiam non movendum arbitror, quia mox ſequuntur *limina prodita*, ut legunt Muretus, Palmerius, Scaliger, aliique, ubi in nonnullis etiam codd. & edd vetuſtis *perdita*, unde *obdita* corrigebat Heinſius in Adverſariis, & ad Ovid. II. A. A. 636. ſed *clauſa* & *obdita* uno diſticho minus bene junguntur, & ideo hoc verſu *prodita* pro deſerta, relicta, cum aliis viris doctis, & paullo ante *perdere faces* praefero.

9. *Anne ego tranſirem tua limina clauſa maritus,*
Reſpiciens udis prodita luminibus.]

ita edidit Broukhuſius, Heinſium ſecutus. *Anne* etiam Douſa in libri ſui margine. *Aut ego tamen* eſt in omnibus fere codicibus, Mentel. Borrich. Groning. Askew. Excerpt. Scalig. Heinſiano, Leidenſib. Voſſianis, utroque D'orvill. & meis, primiſque edd. quod & probabat Ayrmannus. *tranſierim* in Excerptis Modii, ſeu Groning. quod placebat Heinſio. *clara* pro *clauſa* in Mentel. & primo Leid. *tranſirem* vero hic eo ſignificatu dicit, quo Ovidius Rem. Am. 785.

Di faciant, dominae poſſis tranſire relictae
Limina, propoſito ſufficiantque pedes.

nam illic conparat Naſo *limina dominae* cum Lotophagis & Sirenibus, quae praeternavigandae erant. quamquam hic etiam intelligi poſſet de pompa nuptiali, qua uxorem ducens Propertius, alterius maritus factus, aedes Cynthiae tranſiret, & ideo *tibia* ſequitur, ad quam deduceret novam nuptam; ſed limina Cynthiae, eamque adhuc magis, reſpiceret *oculis udis*, ut apud Ovidium Epiſt. XII. v. 55. *oculis abeuntem proſequor udis.* forte autem pro *udis* *luminibus* majori emphaſi ſubſtitui hic poſſet *tumidis*. idque eo ſenſu, quo in loco perquam ſimili apud Sueton. Tib. cap. 7. *Agrippinam abegiſſe poſt divortium doluit: & ſemel omnino ex occurſu viſam, adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum ſit, ne umquam in conſpectum ejus poſthac veniret.* ubi egregie Caſaubonus *tumentes* illos *oculos*, propter adfectus & amoris vehementiam, confert cum iis, qui Theocrito κυλοιδιόωντες dicuntur. Locus eſt in Idyll. I. 38.

Ἄλλοκα δ᾽ αὖ ποτὶ τὸν, ῥιπτεῖ νόον, οἱ δὲ ὑπ᾽ ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

vid. Cel. Ruhnkenii notas ad Timaei Lex. Platon. p. 122. apud Suetonium tamen *trementibus oculis* legebat Nic. Loënſis Lib. IV. Miſcell. Epiphyll. cap. 26. rationibus quidem non contemnendis; ſed fletu tumentes exponit Patruus meus ad Ovid. III. Am. El. 6. 79. praefero tamen Caſauboni & Torrentii explicationem; & hoc loco longe efficacius certe eſt, ut Cynthiam ejuſque limina *tumidis oculis*, & animo bile agitato, *reſpicere* ſe dicat Propertius, ſi alteram invitus duceret uxorem, quam flentibus & *udis*. nihil enim frequentius apud ſcriptores veteres, quam ut in dolore, luctu, ira, invidia, aliiſque gravioribus adfectibus *tumor* oculis, ori, cordi, & animo tribuatur. vide multa exempla apud Bentlej. ad Horat. A. P. v. 197. & Heinſ. ad Claudian. Bel. Gild. 330. eo ſenſu *tumere*, & οἰδαίνειν Graecis uſitatum eſt.

11. *Ah mea tum quales caneret tibi tibia ſomnos,*
Tibia, funeſta triſtior illa tuba!]

ſic ope membranarum veterum reſtitutum fuit partim a Scaligero, partim Heinſio. in codicibus MSS. & priſcis editionibus olim legebatur,

Ah mea tum qualis caneret tibi, Cynthia, ſomnos
Tibia, &c.

ſic enim in Scaligeri & Modii Excerptis, Mentel. Borrich Neap. Leidenſ. Voſſianis, Regiis, & uno Colbert. utroque Dorvill. & meis, primiſque edd. *qualis caneret tibi*, *Cynthia*, *cantus*

Tibia

Unde mihi patriis natos praebere triumphis?
Nullus de noſtro ſanguine miles erit.

5. Quod

Tibia in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovill. & aliis edd. *mihi Cynthia* in uno Regio. *tibia* bis repetita in Neap. altero Colbert. quinto Vatic. primo Leidenſi, Voſſianis, D'orvill. aliiſque, niſi quod *Cinthia* in ſecundo Leid. in nullo tamen cod. MS. aut vetuſta editione *faceret* legitur, ut emendabat Heinſius. *caneret tibi Cynthia ſomnos Tibia* recte expoſuit Scaliger de tibia nuptiali, qua nova nupta domum deducebatur noctu; & haec ironice capienda, pro tibia mea ſomnos tibi adimeret, quum tibiam Propertii tui, uxorem ducentis, audires. *faceret* igitur *ſomnos* ex ſola Heinſii conjectura (vide Lib. II. Adverſ. 5. p. 239. & Notis in Propert. p. 685.) in contextu dedit Broukhuſius. *facere ſomnos* locutionem probe Latinam eſſe, negari non poteſt; &, praeter loca a Broukhuſio producta, Ovidius etiam ſic loquitur Lib. III. Faſt. 17.

— umbroſae ſalices, volucreſque ſonorae,
Fecerunt ſomnos, & leve murmur aquae.

Juvenalis Sat. III. 242.

Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra.

& v. 282. *Somnum rixa facit.* aliique plures. Sed an ideo contra omnium codicum & editionum veterum conſenſum id auctori ipſi ingerendum ſit, dubito. D'Orvillius certe hic notaverat, *Heinſium & hoc in loco, & v. 15. aliquantum liberius Criticen exercuiſſe, eique non optimo exemplo adſenſum ubique eſſe Broukhuſium.* Non auſus igitur fui veterem lectionem, itidem probam, è contextu deturbare. Locum hunc, ut paſſim alios, etiam imitatus eſt Ovidius Epiſt. XII. 140.

Tibiaque effundit ſocialia carmina nobis,
At mihi funerea flebiliora tuba.

quem ſequitur Seneca Agam. v. 584.

Sacrifica dulces tibia effundat modos.

Ex illa autem Ovidii imitatione amiciſſimus L. Santenius, conparato utriuſque loco, hic quoque legendum conjiciebat,

Tibia funerea triſtior illa tuba.

ut Propertius ejuſque imitator opponat tibiam nuptialem illi, quae

Cantabat moeſtis tibia funeribus.

Ceterum ne temere ab Heinſio Broukhuſioque hic diſceſſiſſe dicar, fulciri & corroborari ſententiam meam videbis a Cel. Hemſterhuſio, in illius Animadverſionibus ad hunc locum.

13. *Unde mihi patriis natos praebere triumphis?*] Novam hic Elegiam, quatuor diſtichis conſtantem, plurimi inchoant Codices, ut ex Puccii codice notaverat Ant. Perrejus. & ſic Mentelianus, Neapolitanus, Borrichianus, Regii, Colbertini, Leidenſes, Voſſiani, meus uterque & D'orvillian. nec aliter in primis aliiſque vetuſtis editionibus. ſed recte cohaerent cum praecedentibus. *patriae* in Voſſiano. *unde* hic capiendum, pro quorſum, ut *Quo mihi fortunam*, & ſim. vel ex quo fonte. Ovidius Epiſt. XII. 84.

Sed mihi tam faciles unde, meoſque Deos?

ubi vide Heinſ. & Gronov. ad Senecae Herc. Fur. 295. Senſus enim loci, quem omnibus patere dubito, hic eſt, Non ego ſum iſto genere natus, ut poſſim filios producere, qui ſummos honores & triumphos nanciſcantur, vel ut milites gignerem, qui triumphos patrios, id eſt Romanos Caeſaris proſequerentur. adeo ut *praebere* natos triumphis, ſit dare, procreare filios milites, ut verſu ſeq. *Nullus de noſtro ſanguine miles erit.* ſive, de proſapia mea. Livinejus patrios triumphos refert ad legem Juliam de maritandis ordinibus, cujus ferendae occaſionem dederunt bella civilia, quibus valde exhauſtus erat civium numerus, ut matrimoniis novam patriae ſobolem ac milites procreari neceſſe eſſet. unde apud Horatium Carm. Sec. poſt librum Epodon v. 17.

Diva, producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Feminis, proliſque novae feraci
Lege marita.

Sed haec durior & coacta explicatio videtur, neque probo viri docti, quicumque ſit, trajectionem in hoc diſticho, qui, teſte Cel. Dorvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 431. hic corrigendum arbitrabatur,

Unde mihi noſtris *natos debere* triumphis?
Nullus de patrio *ſanguine miles erit.*

praeferrem potius conjecturam Heinſii *Latiis triumphis*, licet minus neceſſariam cenſeat Cl. Schra-

Quod ſi Romanae comitarent caſtra puellae,
Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.
Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
Gloria ad hibernos lata Boryſthenidas.

Tu

Schraderus Animadv. ad Muſaeum cap. XII. p. 230. non male tamen eam adſtruit loco Claudiani VI. Conſ. Honor. 507.

Candida qui Latiis praebent armenta triumphis.

cui eamdem vocem Heinſius quoque reſtituit Lib. II. de R. P. 177. *Latiis nondum praecincte tropaeis.* pro corrupta lectione *latis.* certe *Latium* ſaepe in *patrium*, aliaſve voces, a librariis permutatum fuiſſe patet ex notis ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 389. quamquam recepta lectio etiam commode ſervari poſſit.

15. *Quod ſi Romanae comitarent caſtra puellae*] Non dubitavi hanc lectionem Propertio reddere, quae debetur Scaligero, labem inveteratam feliciter eluenti, nam in antiquitus ſcriptis & editis codicibus legebatur, *Quod ſi vera meae*, idque etiam habetur in Menteliano, Leidenſibus, Voſſianis; Borrich. Groning. Dorvill. meis, ceteriſque. & ita in ſuo codice Propertiano exſtare ſcribit Ciofan. ad Ovid. XIV. Met. 259. *Et ſi vera meae comitarent* in Leid. ſecundo, Askewiano, Regiis, unoque Colbertino. in altero, *Quid ſi vera meae.* in aliis *comitaret*, *comitarem*, vel *comitarer*, ſed *comitarent* in pleriſque. *ſera* conjecerat Oudendorpius. ſed reſtitutionem Scaligeri firmat Propertius ipſe Lib. IV. El. 3. v. 45.

Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis.

Ex diſciplina enim Romanorum militari feminae *caſtris* prohibebantur, ut notum eſt. vide Guellium ad Virg. VIII. Aen. 687. Barth. ad Statii V. Sylv. I. 130. p. 435. & Markland. pag. 248. Scaligero recte adſenſus eſt Paſſeratius & Gebhardus. Livinejus, nulla Scaligeri mentione facta, eamdem conjecturam proponit in notis ſuis p. 83. Nollem Broukhuſius amplexus fuiſſet, & in ipſo contextu dediſſet, N. Heinſii conjecturam,

Quod mea ſi tenerae comitarent caſtra puellae.

ſic enim legendum exiſtimabat vir Illuſtris, non tantum ad Ovid. II. A. A. 636. & I. Triſt. El. 9. 31. ſed & Lib. II. Adverſ. c. 5. p. 239. 240. & in notis Propertianis p. 685. Quia autem *tenerae puellae* centies fere poëtis dicuntur, an ideo hic quoque Propertius hoc communi epitheto uſus eſt? Rejecta tamen Scaligeri emendatione Heinſio etiam obſecutus eſt Sichterman de poenis Militar. cap. 3. pag. 43. 44. Sed ſuffragio longe majori ſe tueatur, Hemſterhuſii nempe, cujus de hoc loco animadverſione eam ſtabilitam videbit lector, ita tamen ut veterem lectionem non penitus rejiciat. *caſtra* autem pro expeditionibus dicuntur. vide Oudend. ad Lucan. Lib. I. v. 374. altero verſu *Sat magnum* Heinſius, ut *altum ſpirare*, & ſim. innuit Caſtoris equum, Cyllarum dictum, non ſatis velociter ſe poſſe vehere ad caſtra, ſi puellis ac Cynthiae ſuae ad ea pateret aditus. vide Beroaldum, cujus verba ſingula deſcripſit Interpres Delphinicus. ſimili colore poëtico utitur Ovidius Lib. III. Triſt. El. 8. init.

Nunc ego Medeae cuperem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua:
Nunc ego jactandas optarem ſumere pennas,
Sive tuas, Perſeu, Daedale, ſive tuas.

17. *Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen*] non eſt hypallage, (ad quam toties in Propertio confugiunt viri docti) ut exiſtimat Paſſeratius, pro *nomen meum meruit tantam gloriam.* ſed ſuam gloriam carminibus & amore quaeſitam opponit gloriae militari. bellicae enim virtuti propria vox eſt *gloria* & *laus.* vide notas Patrui ad Valer. Fl. 1. 77. & quae dedi ad Lib. I. El. 6. 29. *Hinc* igitur eſt, ex carminibus amatoriis, quae magnum nomen mihi pepererunt, ut legendum etiam infra Eleg. X. 37.

Nec minus hinc noſtri noteſcet fama ſepulcri.

non *haec.* ubi vide. neque opus eſt *mereat* cum Ayrmanno legere. recte Broukhuſius ſequentem verſum exponit de tribunis & Centurionibus Romanis, apud longe diſſitas regiones militantibus, & in caſtris amatoria Propertii carmina legentibus. vide Plutarchi locum de Ariſtidae Mileſiacis apud Politianum Miſcell. cap. XVI. & huic Broukhuſii ſententiae adſtipulatur Weſſelingius Lib. II. Obſerv. cap. 12. circa fin. ubi plura de hoc loco, & Boryſthene.

Tu mihi ſola places: placeam tibi, Cynthia, ſolus.
Hic erit & patrio ſanguine pluris amor.
Uxor me numquam, numquam me ducet amica.
Semper amica mihi, ſemper & uxor eris.

ELEG.

20. *Hic erit & patrio ſanguine pluris amor*] ſic editur vulgo, neque diſſentiunt codices MSS. aut vetuſtiores editiones, niſi quod *e patrio* in quarto Voſſ. *patriae* in Voſſ. primo, & meo ſecundo. Livinejus exponit *ſobole, quae patriae debetur.* ut *patrii triumphi* paullo ante v. 13. Paſſeratius interpretatur, *eris mihi carior, quam parentes, liberi, & propinqui omnes.* Sed quia in antecedentibus amorem gloriae militari, caſtriſque longe praepoſuerat, multum erigi poſſe hujus loci ſententiam arbitror, ſi legamus,

Hic erit & Partho *ſanguine pluris amor.*

ut ſenſus ſit, hic amor mihi pluris erit, quam ſi de Parthis occiſis triumpharem. firmat emendationem ipſe Propertius infra El. XI. 23.

Pulſabant alii fruſtra, dominamque vocabant.
Mecum habuit poſitum lenta puella caput.
Haec mihi devictis *potior victoria* Parthis:
Haec ſpolia, haec Reges, haec mihi currus erunt.

& ſimili oppoſitione Lib. III. El. 10. init.

Poſtume, plorantem potuiſti linquere Gallam?
Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi?
Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi,
Ne faceres Galla multa rogante tua.

Ovidius Lib. II. A. A. 175.

Praelia cum Parthis, *cum culta pax ſit amica,*
Et jocus, & cauſſas quidquid amoris habet.

hanc vero conjecturam meam hoc in loco non tantum probabat Cel. Ruhnkenius, ſed & eamdem medicinam adhibendam eſſe cenſebat ſupra v. 12. ubi *Parthis triumphis* pro *patriis* etiam emendandum putabat, ut indicet poëta, nullos ſibi natos eſſe, qui Parthicum Auguſti triumphum proſequantur; in quo ineſt tacita Auguſti adulatio. *Parthus* autem & *patrius* vice reciproca in veterum locis confunduntur. ut inſigni exemplo oſtendit Cl. Schraderus Lib. I. Obſerv. cap. 2. ubi loco Virgilii XII. Aen. 856. reſtituit,

Armatam ſaevo patrii *quem felle veneni*
Parthus ſive Cydon telum inmedicabile torſit.

pro vulgata & incongrua repetitione,

—— *Parthus quam felle veneni*
Parthus *ſive Cydon* &c.

21. *Uxor me numquam* &c.] hoc diſtichon a Scaligero, & Lipſio Lib. II. Var. Lect. cap. 25. recte huc tranſlatum eſt, nam in codd. MSS. & priſcis edd. legitur in fine praecedentis Elegiae quintae. ubi *Hos uxor* in duobus Leidenſ. tertio Voſſ. Mentel. & primis editionibus. in Aldinis, ceteriſque *Uxor me. Nos uxor* in Excerpt. Scalig. Voſſiano primo & quarto, Askewiano, duobus D'orvill. Heinſiano, & meo priore. *me ducet amica* recte pro capiet, adliciet, vel inponet mihi, interpretatur Heinſius ad Ovid. VIII. Met. 123. &, ni fallor, melius, eodemque ſignificatu, quo infra El. XIII. v. 57.

Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem.

ubi pro gloſſa in aliis codd. *fallere.* Erravit itaque eruditiſſimus Ictus Heineccius in Comment. ad Leg. Juliam pag. 47. qui *ducere uxorem* non tantum de viris, ſed & de feminis *ducere maritum*, hic dici obſervat, cujus locutionis exemplum ex idoneo ſcriptore produci poſſe dubito. nam quae Barthius adfert Lib. VI. Adverſ. 14. aliena ſunt. Forte hic legi poſſet,

Uxor me numquam, numquam ſubducet *amica.*

id eſt, numquam me tibi auferet, a te avertet. ut apud Tibullum, cum cujus verſibus ultima hujus Elegiae conferenda ſunt, Lib. IV. El. 13. init.

Nulla tuum nobis ſubducet *femina lectum.*
Hoc primum juncta eſt foedere noſtra Venus.
Tu mihi ſola places: *nec jam, te praeter, in urbe*
Formoſa eſt oculis ulla puella meis,
Atque utinam poſſis uni mihi bella videri!
Diſpliceas aliis, ſic ego tutus ero.

ubi *nulla tuum ſubducet femina lectum* exponunt illud noſtri, *Uxor me numquam, numquam me ducet amica*, vel *numquam ſubducet*, ut recte me conjeciſſe puto. eſt enim verbum hac in re proprium, & noſtro uſitatum. ſupra Lib. I. El. 8. 45.

Nec mihi rivalis certos ſubducet *amores.*

ubi vide.

ELEG. VII.

Eripitur nobis jam pridem cara puella:
Et tu me lacrimas fundere, amice, vetas?
Nullae ſunt inimicitiae, niſi amoris, acerbae:
Ipſum me jugula, lenior hoſtis ero.

5. Poſſum

Eleg. VII.] Omnia hujus Elegiae in MSS. & editionibus vetuſtis longe alio ordine exhibentur, & quaedam aliunde in eam tranſlata ſunt ex Lib. III. El. xvi. vel non unum efficiunt carmen, fruſtaque illius avulſa novas conſtituunt Elegias, ut ex Scaligeri notis patet, quem, ita ut melius digeſſit, ſecutus eſt Broukhuſius. ſingula ſuis locis breviter indicabo. ad amicvm inſcribitur in codd. Colbertinis, Borrich. Groning. meo utroque, & reliquis. ad cynthiam in Regiis, aliiſque. certe ad Cynthiam inſtituitur ſermo ab illa Elegiae hujus parte, v. 33. *Iſte quod eſt, ego ſaepe fui* &c. ſed quae in multis edd. novam Elegiam conſtituit; & videntur nonnulla adhuc etiam poſt Scaligeri tranſpoſitionem, licet meliori ordine, quam in priſcis editionibus habebantur, inſtitutam, loco non ſuo collocata eſſe, neque apte cohaerere, ut plurima alia in Propertio, & praeſertim hoc Libro ſecundo, innumeris locis confuſa & turbata ſunt.

1. *Eripitur nobis jam pridem cara puella*] *Arripitur* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. id eſt *Abripitur.* ut infra v. 17.

Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles.

Lib. I. El. 13. 2. *quod abrepto ſolus amore vacem.* ubi vide. ſed *Eripitur* hic vim majorem indicat. Tibullus Lib III. El. 2. init. loco adpoſito:

Qui primus caram juveni carumque puellae
Eripuit *juvenem, ferreus ille fuit.*
Durus & ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
Vivere & erepta *conjuge qui potuit.*

& in fine:

Lygdamus hic ſitus eſt. dolor huic & cura Neaerae
Conjugis ereptae, *cauſſa perire fuit.*

infra quoque v. 24.

Tantus in erepto *ſaevit amore dolor.*

Barthium *tam pridem* emendantem recte refutavit Broukhuſius, & pro *jam diu* exponit. Notaverat Cel. Dorvillius, *jam pridem* in aliis auctorum veterum locis ſumi pro in praeſenti modo, *jam jam:* adſcripto Virgilii loco Ecl. II. v. 43.

Jam pridem a me illos abducere Theſtylis orat.

quod pro *etiam nunc orat* dictum intelligebat. ſic forte etiam capi poteſt infra apud noſtrum Eleg. XVII. 17.

Nunc quoque, qui reſtet, jam pridem quaeritur alter.

& Lib. III. El. 8. 15.

Dein qua pridem oculos cepiſti veſte Properti.

eo autem ſenſu *jam pridem* conjungendum eſt cum *Eripitur.* ſed ſi *jam pridem cara* connectamus, pro jam a longo abhinc tempore amata, dictum erit. certe per quinque annos ſe Cynthiam amaſſe indicat ipſe Lib. III. El. 23. 23.

Quinque tibi potui ſervire fideliter annos.

ſupra El. IV. 8. *heu ſero flebis, amata diu.* ſic *jam pridem* pro olim, ante longum tempus, apud Sueton. Aug. cap. 1. *nam & vicus celeberrima parte oppidi jam pridem Octavius vocabatur.*

2. *lacrimas fundere, amice, vetas*] *negas* in Voſſ. quarto.

4. *Ipſum me jugula, lenior hoſtis ero*] *levior* vitioſe, & reluctante metro, in ſecundo Leid. & primo D'orvill. in quibus vocibus confundendis perpetuus eſt librariorum error. ut Lib. I. El. 9. 12.

Carmina manſuetus lenia quaerit Amor.

ubi

Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?
Nec mea dicetur, quae modo dicta mea eſt?
Hic olim ignaros luctus populavit Achivos,
Atridae magno quum ſtetit alter amor.
His olim, ut fama eſt, vitiis ad praelia ventum eſt,
His Trojana vides funera principiis.
Aſpera Centauros eadem dementia juſſit
Frangere in adverſum pocula Pirithoum.

Cur

ubi *levia* etiam in MSS. ſed utriuſque vocis diſtinctionem operoſe notavit Bentlejus ad Horat. A. P. v. 26. *ſegnior* in primo & tertio Voſſ. & meo ſecundo. *lenior* recte ſe habet, ſed legendum videtur,

Ipſum me jugula, lenior hoſtis eris.

ut indicet, acerbius ſibi eſſe erepta puella vitam protrahere, leniorem vero hoſtem fore rivalem, ſi vitam ſibi adimeret, quam Cynthiam. ut paſſim apud poëtas mortem potius ſubire praeferunt amantes, quam amicas abſtrahi, aut alias ſibi jungi patiantur. ſupra El. VI. 7.

Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo,
Quam poſſem nuptae perdere amore faces.

quod cum illo Ovidii loco contuli Epiſt. XVI. 153.

Ante receſſiſſet caput hoc cervice cruenta,
Quam tu de thalamis abſtraherere meis.

5. *Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?*] *Poſſim* malim cum Heinſio. confer haec cum Ovidio Lib. I. Am. El. 4. 5.

Ergo ego dilectam tantum conviva puellam
Adſpiciam? tangi quem juvet, alter erit?
Alteriuſque ſinus apte ſubjecta fovebis?
Injiciet collo, cum volet ille, manum?

alterum verſum idem imitatur Lib. III. Am. 12. 5.

Quae modo dicta mea eſt, quam coepi ſolus amare,
Cum multis vereor ne ſit habenda mihi.

7. *Hic olim ignaros luctus populavit Achivos*] In duobus Leidenſibus & meo codice priore hoc diſtichon deſideratur, & inſeritur in fine Lib. III. El. 16. poſt v. 28. ut & in editione Scaligerana. ſed hic recte & ſuo loco legitur. *Hinc* in Leidenſi primo & *Achilles* pro *Achivos*. Heinſius vero legebat,

Sic olim ignaros Orcus populavit Achivos.

ignaros nempe, cur peſtilentia exercitum invaderet, ut ex primo Iliados libro notum eſt.

8. *Atridae magno quum ſtetit alter amor.*] erraſſe Scaligerum, qui *magno Atridae* conjunxerit, recte notat Broukhuſius, & *magno ſtetit*, pro ingenti damno fuit, expoſuit. ſic apud Naſonem Epiſt. VII. 47.

Exerces pretioſa odia, & conſtantia magno,
Si, dum me careas, eſt tibi vile mori.

Lucanus Lib. IX. 404.

Laetius eſt, quoties magno ſibi conſtat, honeſtum.

optime etiam *alterum amorem* de Briſeide, quae poſt redditam Chryſeïda *alter* Agamemnonis *amor* fuit, adverſus Paſſeratium, interpretatur idem Broukhuſius.

9. *His olim, ut fama eſt, vitiis* &c.] hic verſus cum ſeptem ſequentibus in utroque Leidenſi, tribus Voſſianis, binis D'orvill. & meis leguntur ſupra El. V. poſt v. 14. *Et miſer in tunica* &c. Longe etiam aliter in primis ceteriſque vetuſtis editionibus, quae ante Scaligerum prodierunt, diſpoſita ſunt omnia, nam poſt v. 6. *Nec mea dicetur* &c. in illis ſequuntur iſta, v. 31. *Omnia vertuntur* &c. *magni ſaepe Duces* &c. *Munera quanta dedi* &c. & reliqua alia multum diverſo ordine.

10. & 11. *His Trojana vides funera principiis. Aſpera Centauros eadem dementia juſſit* &c.]

forte ex hoc Propertii loco ſuos deduxit colores Baſilius Epigrammate de Venere & Vino Tom. I.

Anthol.

Cur exempla petam Grajum? tu criminis auctor
  Nutritus durae, Romule, lacte lupae
Tu rapere intactas docuiſti inpune Sabinas:
  Per te nunc Romae quidlibet audet Amor.
Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles
  Ceſſare in Teucros pertulit arma ſua.

Viderat

Anthol. Lat. pag. 540.

Perdidit horrendo Trojam Venus inproba bello,
At Lapithas bello perdis, Jäcche, gravi.

in adverſum Pirithoum, pro, *in ora* ejus *adverſa.* ut eadem in re Ovid. XII. Met. 237.

Antiquus crater, quem vaſto vaſtior ipſe
Suſtulit Aegides, adverſaque miſit in ora.

ubi *in ora adverſa mittere*, ut apud Florum Lib. IV. cap. 12. §. 5. *infantes in ora militum adverſa miſerunt.* v. Broukh. ad Lib. III. El. XI. v. 54. ad illuſtrationem hujus loci conferunt, quae notant Guellius & la Cerda ad Virg. II. Georg. 455. & vide infra ad Lib. II. El. 24. 31. *frangere pocula in Pirithoum*, ut apud Petronium cap. 22. *ancillae ſuper torum marcentis excuſſum forte altius poculum capiti infregit.* ubi vide Heinſ.

13. *Cur exempla petam Grajum*] *Quin exempla* in meo priore. *Cum* vel *Cumque* in aliis. *ex trema* in Menteliano, & Groning. qui codex idem ac Poſthianus, ex quo eamdem lectionem profert Palmerius Spicileg. p. 796. Tom. IV. Facis Critic. & inde elicuerat *Cur externa petam.* cui conjecturae licet favere poſſint loca Ciceronis, quae adfert Broukhuſius, in quibus *externa* & *domeſtica exempla* opponit, & illis addi poſſit Ovidii locus II. Triſt. 421. ubi *peregrina* & *Romana* ſimiliter opponuntur, receptae tamen lectioni cum eodem adquieſcere praeſtat. *gravius* pro *Grajum* in Menteliano.

14. *Nutritus durae, Romule, lacte lupae*] *duro* in duobus Leid. tribus Voſſianis, meo utroque, D'orvill. & priſcis edd. & ſic in prima Broukhuſii editione. ſed *durae* in quinto Vaticano, Excerpt. Modii, ceteriſque, probante Heinſio. *dure* in Groning. quod *durae* ſuffragatur. vide Drakenb. ad Silium Ital. VI. 21. *dirae* praeferebat Francius, id eſt inhumanae, ut Lib. IV. El. 4. 52.

—— non quem ſine matris honore
Nutrit inhumanae dira papilla lupae.

ut illic in meo cod. priore, pro *dura.*

16. *quidlibet audet Amor.*] ita in Regiis, Colbertinis, ceteriſque codd. MSS. & primis edd. *quodlibet* in aliis, & ed. Scalig. ut paſſim & ubique fere haec turbantur. vid. ſupra ad Eleg. V. 18.

17. *Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles*] in multis MSS. & in meo cod. utroque hi verſus uſque ad v. 28. leguntur infra poſt v. 90. neque aliter in primis & vetuſtioribus editionibus. ad hunc locum notaverat Marklandus; „*modo dixerat* v. 13. Cur exempla petam Grajum? *& ecce exemplum Achillis. ſed omnia ſunt turbata & confuſa in hac Elegia.*" Ex hoc verſu forſan apud Ovid. Rem. Am. 777. legendum,

Hoc & in abrepta Briſeïde flebat Achilles.

ut in margine cod. Huydecoperiani ſcriptum inveni, pro *abducta.* quod tamen e noſtro defendi poteſt El. XVI. huj. libri, v. 1.

Quid fles abducta gravius Briſeïde.

& ſic apud eumdem Ovidium Epiſt. XVI. v. 341.

Tot prius abductis ecquae repetita per arma eſt.

vide & Heinſ. ad Lib. VII. Met. 731. *erepta* alibi apud noſtrum. vide ſupra ad v. 1. hujus Eleg. & Heynium ad Tibull. Lib. III. El. 2. 4. p. 299. *deſertus*, ut eidem Naſoni Epiſt. XII. 161.

Deſeror, amiſſis regno, patriaque, domoque,
Conjuge, qui nobis omnia ſolus erat.

ubi vide notas.

18. *Ceſſare in Teucros pertulit arma ſua*] *Ceſſare in thecis* ex ſola Guyeti, temerarii Critici, & quem raro ceteroquin ſequitur, edidit Broukhuſius. Admitterem, ſi vocem hanc Poëtis, elegiacis praeſertim, uſitatam vel uno loco adducto oſtendiſſet, de quo valde dubito. vetus codicum & antiquarum editionum ſcriptura fuit *Ceſſare in tectis.* quod in ſecundo Leid. tribus Voſſ. utroque Dorvill. & meis legitur. *Caeſare in tectis*

Viderat ille fugas, fractos in litore Achivos,
Fervere & Hectorea Dorica caſtra face.
Viderat informem multa Patroclon arena

Porre-

corrupte in primo Leid. Praeferendam exiſtimavi lectionem, quam ex vet. cod. Paſſeratius, & ex libro Commelini protulit Gebhardus,

Ceſſare in Teucros pertulit arma ſua.

& ita in margine D'orvilliani ſecundi ſcriptum reperi. vocem hanc alibi quoque deturparunt & in alias transfuderunt librarii. ut *Teucer* & *tener* confunditur in MSS. apud noſtrum Lib. IV. El. 6. v. 21. ubi Broukh. & *Teucris* pro *terris* Silio Ital. III. 75. & XIII. 115. reſtituit Heinſius. apud Catullum Epithal. Pelei & Thetid. v. 363.

Cum Teucrum e caeſo coacervatum aggere buſtum.

ut idem emendat Heinſius in notis poſt Ejus Adverſaria editis pag. 648. pro corrupta lectione vulgata, *Cum teres e caeſo.* reſpicit autem Propertius ad Achillem ex indignatione propter abreptam Briſeida a bello Trojano abſtinentem.

19. *Viderat ille fugas, fractos in litore Achivos*] Haec eſt lectio ex codice Palmerii, Fruterii, & Paſſeratii deducta, cui adquievit Broukhuſius, notatque in partem juvare codicem ſuum primum, & Borrichianum, in quibus, *Viderat ille Phrygas.* ſic & in Excerpt. Scalig. ſed quis hanc lectionem *Phrygas* a librariorum ingenio derivatam dicet, eaque ſcriptura *fugas* defendet, quum hoc potius ex illo formaſſe videantur. in D'orvilliano tamen, Neapolitano, & quinto Vatic. etiam *fugas*, & pro varia lectione in Voſſ. tertio, in quo a manu prima *Phrygas*, ut in meo priore. *fuga* in quarto Voſſ. & duobus Leidd. *fuga fractos* Fruterius. *fractos* etiam in vet. cod. Paſſeratii, unde ille *fuga ſtratos* legebat. *tractos* tamen eſt in duob. Leidd. tribus Voſſ. utroque meo, & D'orvill. *tractoſque* in Voſſ. tertio. Variam huic loco medelam adferre conatus eſt Heinſius, qui legebat, *Viderat ille Phrygas ſtratis in litore Achivis.* vel *Viderat ille fuga ſparſos.* vel denique, *Viderat Iliaco fractos in litore Achivos.* quod ultimum ingenio ejus digniſſimum. Sed Cel. Hemſterhuſius ex veſtigiis codicum MSS. in quibus *Viderat ille Phrygas*, veram Propertii manum ſic efformandam judicabat,

Viderat ille Phrygas, fractis, in litore, Achivis,
Fervere & Hectorea Dorica caſtra face.

ut innuat, Achillem in litore, fractis Achivis, vidiſſe Phrygas navibus imminentes. poſt tot virorum eruditorum conjecturas placeret prae ceteris ſecunda Heinſii; *fuga ſparſos*, niſi mox *ſparſas caede* ſequeretur. vel, *Viderat ille fugas, ſtratos in litore Achivos.* ut Ovid. XII. Met. 74.

——— inſtabat Achilles,
Troaque Peliacae ſternebat cuſpidis ictu Agmina.

& v. 604. *& oſtendens ſternentem Troïa ferro Corpora Peliden.* de hac Graecorum fuga imitatus eſt auctor duo Homeri loca, quae produxit Cerda ad illud Virgilii Lib. I. Aen. 470.

—— ut bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graji, premeret Trojana juventus.

qui *fuga tractos* hoc in loco adfert. male autem Paſſeratius ad Lib. III. El. 5. 56. *tractos Achivos* exponit diſſipatos, diſtractos, palantes, altero verſu forte reſpicit eumdem Virg. IV. Aen. v. 567.

Jam mare turbari trabibus, ſaevaſque videbis
Collucere faces, jam fervere litora flammis.

huc facit illud Briſeidos ad Achillem, ab armis ceſſantem, apud Ovid. Epiſt. III. 85.

Vince animos iramque tuam, qui cetera vincis,
Quid lacerat Danaas inpiger Hector opes?

Dorica tranſtra conjecerat Heinſius. ſed *caſtra* pro navalibus, ſtatione, recte expoſuiſſe videtur Paſſeratius. Virgilius III. Aen. 519.

Dat clarum e puppi ſignum. nos caſtra movemus.

ubi vide Serv. & ad V. Aen. 669. & Patrui mei notas ad Ovid. VII. Met. 99. ſic apud Statium XI. Theb. 41.

— ſua nunc defendunt caſtra Pelaſgi.

ut pro *tecta* legebat eruditus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 362.

21. *Viderat informem multa Patroclon arena Porrectum* &c.] Eſt imitatio Virgilii IX. Aen. v. 589.

— & multa porrectum extendit arena.

ubi

Porrectum, & ſparſas caede jacere comas.
Omnia formoſam propter Briſeïda paſſus.
Tantus in erepto ſaevit amore dolor.
At poſtquam ſera captiva eſt reddita poena,
Fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.

Infe-

ubi etiam *projectum* in MSS. ut hic in Voſſiano tertio. ſed *porrectum* bene in ceteris codd. vide illic notas. Tibullus Lib. I. El. 3. 75.

Porrectuſque novem Tityos per jugera terrae.

non *Projectuſque.* ut in aliis, & alterum illic vindicat Heinſius ad Ovid. IV. Met. 457. Virgilius III. Georg. 351.

Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.

ubi *protentam* exponit Servius. ſic *plaga porrecta ab ortu ad occaſum* Pomp. Melae Lib. I. cap. 1. Horatius Epod. V. v. 80.

Priuſque coelum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper.

Valer. Flac. Lib. VI. 553.

— illum aperit lato per pectus hiatu
Argus; utrumque ab equis ingenti porrigit arvo.

ubi vide G. Voſſii & aliorum notas. & quae dedi ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 109. alia res eſt in loco Horatii Lib. III. od. 10. 3. ubi *projectum* pro *porrectum* recte vindicavit Bentlejus, & ſaepe in utraque voce diverſae ſignificationis confundenda aberraſſe librarios, tam illic notavit, quam ad Epod. V. 22. & ad Lib. II. Sat. 2. 112. forte hunc Propertii locum ante oculos habuit Sabinus Epiſt. I. Ulixis v. 73.

Vidi, nec lacrimas oculi tenuere cadentes,
Deformem Atriden (hei mihi) caede nova.

22. *ſparſas caede jacere comas*] recte Broukhuſius exponit crines cruore foedatos. *ſparſas comas* pluribus exemplis firmat vir Doctus in Obſerv. Miſcell. Novis Vol. IV. p. 219. *caedes* hic pro ſanguine, ut ſaepe apud poëtas. vid. Paſſerat. ad Catull. p. 66. hinc *cruor* & *caedes* junguntur Tibullo Lib. II. El 6. 20.

Praeda feras acies acuit diſcordibus armis.
Hinc cruor, hinc caedes, mors propiorque venit.

ubi male Broukhuſ. *furor* ſuppoſuit, pro *cruor.* merito inprobante Cl. Heynio. nec bene *crudelibus* edidit pro *diſcordibus*, quod in aliis, & in meis cod. Schefferiani Excerptis. & ſic φόνος apud Graecos pro tabo, ſanguine, ac ſanie. Apollon. Rhod. II. 1217. θερμὸν ἀπὸ κρατὸς σάξας φόνον. vid. Reineſ. Lib. I. Var. Lect. cap. 1. & D'Orvill. ad Chariton. p. 374. & ſeq.

23. *Omnia formoſam propter Briſeïda paſſus*] in Excerptis Modii hic verſus ultra modum carminis productus ſic legitur,

Omnia formoſa pro Briſeide paſſus Achilles.

ſaltem librarius iſte, verſum inmutans, vel ſi *Achilles* margini pro gloſſa fuerit adpoſitum, idque in contextum receperit, ſcripſiſſet,

Omnia pro pulchra Briſeïde paſſus Achilles.

vel, *pro ſerva Briſeïde.* quia *captiva* ſequitur. notum illud Horatii Lib. II. od. 4. 3.

— prius inſolentem
Serva Briſeis niveo colore
Movit Achillem.

24. *Tantus in erepto ſaevit amore dolor*] notari meretur in utroque meo codice hic legi *ſcaevit.* verbo inaudito; licet *ſcaevus* vox elegans ſit, ſed ſaepe a librariis ejecta, ſuppoſita voce *ſaevus.* ſic *ſcaevus* & *ſaevus amor.* de quo vide ad T. II. Anthol. Lat. p. 110. ubi plura de hac voce. & adde Scalig. ad Feſtum in *ſcaevam* p. 180.

25. *At poſtquam ſera captiva eſt reddita poena,*
Fortem illum Haemoniis &c.]

pro *ſera* in Voſſiano quarto, Scaligeri Excerptis, & D'Orvill. utroque *ſeva.* ſed *ſacra* in Voſſ. pr. & tert. meoque ſecundo. alterum verſum imitatus eſt Ovidius II. Amor. El. I. 32.

Raptus & Haemoniis flebilis Hector equis.

& hoc loco etiam defenditur lectio apud eumdem XII. Met. 591.

Hectoris umbra ſubit, circum ſua moenia tracti

pro *rapti.*

Inferior multo quum ſim vel matre, vel armis,
  Mirum ſi de me jure triumphat Amor?
Magni ſaepe Duces, magni cecidere tyranni,
  Et Thebae ſteterunt, altaque Troja fuit.
Omnia vertuntur, certe vertuntur amores.
  Vinceris, aut vincis, haec in amore rota eſt.
Iſte quod eſt, ego ſaepe fui. ſed fors & in hora
  Hoc ipſo ejecto carior alter erit.

35. Mu-

27. *Inferior multo quum ſim vel matre, vel armis*] *multum* in D'Orvill. *marte* in antiquiſſimis olim editionibus non tantum, ſed & in codd. MSS. legebatur: ut in primo Leid. tribus Voſſianis, utroque D'Orvill. & meo priore. *vel in arte* Leid. alter, & meus ſecundus. ſed *matre* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, primo & ſecundo Vaticano, & libro Paſſeratii, quod probat Heinſius, & optime adſeruit Broukhuſius, ut dicat, ſe neque matris origine, Dea quippe, neque belli gloria cum Achille conparandum eſſe. a materna enim nobilitate ſaepe cenſebantur heroës, praeſertim ſi paterna deficeret. Virg. XI. Aen. v. 340. de Drance:

—— *genus huic materna ſuperbum*
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

in hoc autem diſticho deſinit Elegia haec in multis edd. priſcis; & in meo codice primo nova incipiebat ſub titulo, AD AMICAM DE RIVALI. v. 31. *Iſte quod eſt ego ſaepe fui, ſed fors & in hora Hoc ipſo electo* (pro *ejecto*) *carior alter erit. Penelope poterat* &c. v. 41. neque aliter in meo ſecundo, Borrichiano, Groningano, aliiſque.

28. *Mirum ſi de me* &c.] Legi etiam poſſet, ſi codices addicerent, *Mirum ni de me jure triumphat Amor.* nam utrumque in uſu apud veteres. vide Bentlej. ad Horat. II. Sat. 1. 55. & notas ad Ovid. VII. Met. 12.

30. *Et Thebae ſteterunt, altaque Troja fuit*] *ſteterant* in Borrich. Groning. binis Leidenſ. Voſſ. tertio, utroque D'orvill. meis, aliiſque codd. ut in primis, Aldinis, ceteriſque vetuſtioribus edd. *Et Thebae ſteterunt, altaque Troja ruit*, legebat Heinſius ad Ovid. Rem. Am. 66. & ſic ſaepe aliis in locis hoc verbum eſſe praeferendum, patebit ex iis, quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 315. vulgata tamen hic tueri ſe poteſt, ut reſpexerit poëta ad notum illud Virgilii Lib. II. Aen. 325. *fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum.* vide hic Gebhardum.

32. *haec in amore rota eſt*] *caeca* vel *aequa in amore rota eſt* conjecerat Heinſius. ſed nihil muto. *haec* minime ſollicitandum, & eamdem hic vim habet, ac ſupra Lib. I. El. 13. v. 9.

Perditus in quadam tardis palleſcere curis
  Incipis, & primo lapſus abire gradu.
Haec erit illarum contemti poena doloris:
  Multarum miſeras exiget una vices.

& in illo Terentii Eun. I. 1. 14.

In amore haec omnia inſunt vitia, injuriae,
Suſpiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rurſum, &c.

Amori aeque ac Fortunae *rotam* tribuit propter utriuſque viciſſitudinem, unde commune delubrum apud Siculos Agyrinenſes habuiſſe, videbis apud Broukhuſ. ad Tibull. I. El. 6. v. ult. ubi multa egregia de Fortunae rota notavit. poſt hunc verſum in nonnullis editionibus, ut Rovilliana, & quae Graevii nomen venditat, lacunae ſignum adpoſitum eſt, ſequente diſticho, *Magni ſaepe Duces*, &c. in meo autem utroque codice & D'orvill. hoc diſtichon praecedenti anteponitur.

33. *Iſte quod eſt, ego ſaepe fui. ſed fors & in hora*] ab hoc verſu novam Elegiam multae ordiuntur editiones vetuſtae, & codices manu exarati. *fors an* in Voſſ. quarto. ſed *fors &* recte legitur in Mentel. Borrich. Groning. utroque Leidenſ. primo & tertio Voſſ. binis D'Orvill. & priſcis edd. & hoc recte adſtruit Broukhuſ. in curis ſecundis. nam in prima ejus ed. *forſit*, quod in altero Vaticano, ut Canterus & Scaliger. praeter Heinſii notas ad Valer. Fl. Lib. I. v. 478. & ad Virgil. XI. Aen. v. 50. vide etiam Markland. ad Statii Silvas pag. 321. *in hora*,

pro

Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci?
Illa tamen numquam ferrea dixit, Amo.
Ergo tam multos nimium temerarius annos,
Inproba, qui tulerim teque tuamque domum.
Ecquandone tibi liber ſum viſus? an uſque
In noſtrum jacies verba ſuperba caput?
Penelope poterat bis denos ſalva per annos
Vivere, tam multis femina digna procis.

Con-

pro exiguo temporis ſpatio, quod alibi non raro corruperunt librarii. vide notas ad Valer. Fl. VII. 318. altero verſu pro *ejecto* in variis codd. *erepto*, ut in Regiis, Groning. Leidenſi ſecundo, & D'Orvill. *electo* in Heinſiano, Borrich. Neapol. primo D'Orv. & in altero Colbert. ſed *erepto* in marg. quod forte petitum ex v. 24. ubi aptiorem locum habet, de Briſeïde,

Tantus in erepto ſaevit amore dolor.

ejecto hic bene ſe habet. vide infra ad Eleg. XVII. 12.

35. *Munera quanta dedi, vel qualia carmina feci?*] Francius legendum exiſtimabat,

Munera quanta dedi? quae non ego carmina feci?

37. *Ergo tam multos &c.*] *Ergo ego tam multos* Heinſius & Francius. novam hic Elegiam facit Guyetus, legitque, *O ego tam multos. jam multos* in Menteliano, Voſſ. primo, utroque D'orvill. meis codd. & primis, aliiſque vetuſtis edd.

38. *Inproba, qui tulerim*] *quin* cod. Neapolit.

39. *Ecquandone tibi*] ita in melioribus codicibus Borrich. Scaligeri & Modii Excerptis, Colotiano, duobus Vaticanis, Neapol. aliiſque, niſi quod *Et quandone* in duobus Leidenſ. primo D'orvill. & meo utroque. *Et quando ire* tam in primis edd. quam Aldinis, Colinaei, Gryphii, aliiſque. *Et quoniam ire* in Voſſ. primo. vera lectio eſt *Ecquandone*. vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 495. par ratio in *Et quis*, &, *Et quod*, ut ſcribunt libri meliores, non *ecquid*, & *ecquod*. de quo ſupra ad Lib. I. El. XI. 1.

40. *In noſtrum jacies verba ſuperba caput*] *tela ſuperba*, forte ſonus ingrati cauſſa, quae nonnihil aures adficit in *verba ſuperba*, olim conjeceram. ſed *verba jacere* etiam ſupra El. I. huj. libr. v. 87. *mutae jace verba favillae.* & Lib. IV. El. XI. 80.

Non reſponſurae ſingula verba jace.

& de concitato adfectu, ut hoc loco, Lib. IV. El. 9. 32.

Et jacit ante fores verba minora Deo.

vim & elegantiam verbi *jacere*, hoc ſignificatu, erudite exponit Schottus ad Procli Chreſtomath. pag. 30.

41. *Penelope poterat bis denos ſalva per annos Vivere*] ita quidem in codd. MSS. & editionibus antiquis. niſi quod *potuit* in ſecundo D'orvill. *bis ſenos* male in Voſſ. tertio, Groningano, & Livineji codice. *ſalva* autem D'orvillio, aliiſque viris doctis non inmerito diſplicebat. licet Livinejus, & ante eum Volſcus, exponant integram, incorruptam. *caſta* Guyeto adridebat. *ſancta* J. Arntzenio ad Aurel. Vict. de viris Illuſtr. cap. 46. *ſola* recte in libri ſui margine conjecerat Francius, & Marklandus, cui praeterea verſ. ſeq. *multis unica digna procis* legendum videbatur, ſed hac quidem emendatione carere poſſumus. *femina* enim paſſim apud noſtrum de ipſis heroinis, & illuſtribus matronis. ſupra El. 5. 15. 16.

Felix Admeti conjux, & lectus Ulixis,
Et quaecumque viri femina limen amat.

infra El. 10. v. 10.

Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos.

& de Cynthia ſua hoc Libro, El. I. v. 57.

Una meos quoniam praedata eſt femina ſenſus.

Francius conjecerat, *multis femina culta procis*. *ſola* etiam ſe probavit Cl. Schradero Emend. cap. VI. p. 124. & ſeq. & Koppierſio in

 Obſerv.

Conjugium falſa poterat differre Minerva,
Nocturno ſolvens texta diurna dolo.
Viſura & quamvis numquam ſperaret Ulixen,
Illum exſpectando facta remanſit anus.
Nec non exanimum amplectens Briſeis Achillen,
Candida veſana verberat ora manu.

Et

Obſerv. Philol. cap. xi. pag. 139. & ſic in ora ed. Graev. conjecerat Marklandus. infra El. 23. 112.

Dic mihi quis potuit lectum ſervare pudicum,
Quae Dea cum ſolo vivere ſola Deo?

optime autem Penelopae convenit *ſola*, a viro tam diu deſerta ac vidua. infra El. XVII. 6. *tu nimium credula ſola jaces.* El. XIX. 32. de Medea:

Et modo ſervato ſola relicta viro.

El. XXIV. 41.

Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter.

Lib. III. El. 2. 20.

Quam legat exſpectans ſola puella virum.

El. IV. 23.

Gaudet me vacuo ſolam tabeſcere lecto.

Virg. Ecl. X. 48.

—— nives & frigora Rheni
Me ſine ſola vides.

ubi Servius notat: *hinc eſt IV. Aen. ſola domo moeret vacua. nam meretrix ſola eſſe non poteſt.* ſic *ſolus* pro viduo Lib. I. El. 13. 2. *quod abrepto ſolus amore vacem.* vide ad Catonis Diras v. 130. T. II. Anthol. Lat. p. 670. *mea ſola puella eſt.* alio nonnihil ſenſu apud noſtrum infra El. XV. 7. de Cynthia ſine ſe rura colente:

Sola eris, & ſolos ſpectabis, Cynthia, montes.

& apud Martialem Lib. IV. Ep. 25. *ad Euganeos ſola puella lacus.* & hanc lectionem ſua imitatione firmat Andr. Naugerius, qui hunc locum in animo habuiſſe videtur Elegia cultiſſima ad Amicam ruſticantem:

Non ſic Penelope, non ſic Capaneïa conjux
Antiqui meruit temporis eſſe decus.
Altera defuncti maerens ad buſta mariti
Noluit abrepto vivere ſola *viro.*
Altera bis denos potuit durare per annos,
Dum cupidos cauta detinet arte procos.

hos & ſequentes de Penelope verſus eo, quo nunc leguntur, modo etiam ex ſuis codd. adfert Octavian. Mirandula in Viridario Poëtico Fol. 182.

43. *Conjugium falſa poterat differre Minerva*] *poterat falſa dividere* in ſecundo D'orvill. *falſam Minervam* optime Broukhuſius exponit de Penelope, telam, quam texere ſimulabat, ſemper retexente, ut procos falleret & eluderet. locis ab eo productis adde Claudianum in Laud. Serenae v. 31.

Penelope trahat arte procos, fallatque furentes
Stamina nocturnae relegens ſollertia telae.

ubi *relegere* idem quod apud alios hac in re dicitur *retexere.* de quo vid. Marklandi ad Statii Silvas pag. 174. & haec Propertiana imitatus eſt Sabinus Epiſtola Demophoontis II. v. 79.

Penelopen audis: toto laudatur in orbe
Exemplum fidi non leve facta tori.
Illa piae, ſic rumor ait, mendacia telae
Struxit, & inſtantes diſtulit arte procos:
Cum properata palam revocaret ſtamina noctis,
Atque iterum in lanas omne rediret opus.

ubi recte Heinſius *procos* pro *toros* reſtituit. & de elegantia vocis *falſus*, hoc ſignificatu, vide eumdem ad Ovid. Epiſt. II. 73. Markland. ad Statium p. 321. & Patrui mei notas ad Valer. Fl. VI. 491.

45. *Viſura & quamvis numquam ſperaret Ulixen,*
Illum exſpectando facta remanſit anus.]

Viſura ſperaret, pro ſperaret ſe viſuram, locutio, ad Graecorum exemplum, Propertio non infrequens. vide ad Lib. I. El. VIII. 19. & El. XI. v. 11. & adde Voſſium de Conſtruct. cap. 60. altero verſu Janus Gruterus Lib. XXII. ineditar. Suſpicion. cap. 13. legendum conjiciebat, *ſancta remanſit anus.* ut velit poëta, eam ſe ita continuiſſe ab omni virorum contactu, ut ſolent res ſanctae. ſed illum refellit imitatio Ovidiana Epiſt. I. Penelopes, in fine:

Certe ego, quae fueram, te diſcedente, puella,
Protinus ut redeas facta *videbor anus.*

Et dominum lavit maerens captiva cruentum
Adpoſitum flavis in Simoënta vadis.
Foedavitque comas, & tanti corpus Achillei,
Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu.

Quum

49. *maerens captiva*] *moriens* in uno Colbertino. paullo ante olim *Chryſeis* ab aliis lectum fuiſſe patet ex Volſco.

50. *Adpoſitum flavis in Simoënta vadis*] verſus hic nothus videbatur Scaligero, ſed ab omnibus tamen MSS. agnoſcitur. & recte eum tuetur Gebhardus. pro *fluviis vadis*, quod olim codices, & primas aliaſque vetuſtiores editiones obſederat, & Paſſeratium defenſorem habuit, nonnulli *fulvis*, ſed pluribus ſuffragiis alii *flavis* praetulerunt, ut clare legitur in D'orvill. ſecundo. ſic enim Heinſius ad Ovid. III. Am. El. 7. 7. ad Claudian. III. R. P. 333. Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 241. & in Notis Propertianis pag. 686. ubi ſcribit Guyetum legiſſe,

Appoſito flavis in Simoënte vadis.

flavis etiam Marklandus in ſuo codice correxerat. neque aliter adfert Barth. ad Stat. IX. Theb. 375. eſſe autem epitheton de fluviis apud poëtas obvium, palam faciunt loca veterum a Broukhuſio adducta. quibus adde Ovid. II. Met. 245. ubi *flavus Lycormas*. ut apud Senecam Herc. Oet. 591. in Ibide v. 140. ex reſtitutione Ciofani,

Dum Tiberis flavas Tuſcus habebit aquas.

Silius Ital. IX. 513. de Vulturno,

Ipſe caput flavum caligine conditus atra.

Statius Lib. IV. Sylv. 3. 67. de eodem:

At flavum caput, uvidumque late
Crinem mollibus inpeditus ulvis
Vulturnus levat ora.

Neque etiam non blanditur conjectura Fr. Oudendorpii, qui ex veteri lectione *fluviis* emendandum exiſtimabat *Phrygiis vadis*. & forte, cum ita conjecit, in animo habuit illud Virgilii Lib. I. Aen. v. 628. de Aenea,

Alma Venus genuit Phrygii Simoëntis ad undas.

ſic *Idaeum Simoënta*, id eſt Phrygium, vocat noſter Lib. III. El. 1. 27. pro *Appoſitum* in v. c. Ant. Perreji *propoſitum*, ut in Neapolit. ſecundo, Vaticano, uno Colb. Heinſiano, meoque priore. Gebauerus tamen in Diſſert. Anthologic. II. *fulvis vadis* legendum contendit, cujus ſententiam nimium forte laudarunt eruditi Lipſienſes in Actis ſuis An. 1733. pag. 382. vide Cl. Schraderi Animadv. ad Muſaeum cap. XV. p. 269. *Appoſitum in Simoënta*, pro *Simoënte*, exemplis ſimilibus confirmat A. Schottus Lib. I. Nodor. Cic. cap. 6.

51. *Foedavitque comas, & tanti corpus Achillei, Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu*] *Siccavitque comas* in Colotiano, & primo Vaticano. quod & in ſuo libro invenit Paſſeratius, & amplexus eſt Gebhardus, atque ex ſuo codice Barthius ad Stat. IX. Theb. 375. cujus alter locus, in notis Broukhuſii vitioſe indicatus, eſt ex Lib. XI. Th. 644. *Iſmene collapſa ſuper, lacrimiſque comiſque Siccabat plangens.* Virg. IV. Aen. 687. *atros ſiccabat veſte cruores.* ſic in loco Bionis, quem Livinejus innuit, Idyll. I. 85. unus Cupidinum cruentum Adonin lavat, alter alis abſtergit & ſiccat. ſed male adfert, ὁ δὲ μηρία χένει. pro λάει. utrumque vero ritibus funebribus convenire, ac veterum locis adſtrui poſſe, patet ex illis quae profert Broukhuſius. pro recepta lectione *Foedavit*, ſeu pulvere conſperſit, facit Claudiani locus apud Livinejum, & quae notat Elmenhorſt. ad Apulej. p. 248. ſunt etiam, qui capiunt de crinibus lugentium more evulſis vel detonſis. Statius XII. Theb. 364.

——— *comiſque*
Squalentem, & craſſo foedatam ſanguine vultus.

vid. Freinshem. ad Curt. Lib. X. c. 5. N. 17. & Barth. ad Stat. II. Th. 256. p. 416. ſed *Siccavit* hic praeferendum, quia lugentis Briſeïdis habitus jam praeceſſit, & de Achillis comis foedatis capi non poteſt. pro *Achillei* in omnibus fere codd. quorum variantibus utor, & antiquis edd. legitur *Achillis*. ſed genitivum Graecum *Achillei* vel *Achilli*, ut *Ulixei* & *Ulixi*, dudum praetulerunt viri eruditi. vid. Victorium ad Cic. IX. ad Attic. Epiſt. I. Graevium ad Lib. XIII. Ep. 2. Cortium ad Salluſt. Fragm. p. 934. Bentlej. ad Horat. III. od. 16. 41. & quos indicavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 85. *ut tanti* legebat Ayrmannus. & *tantum* in aliis legi teſtatur Volſcus. altero verſu *Grandiaque Guyetus*,

Quum tibi nec Peleus aderat, nec caerula mater,
Scyria nec viduo Deïdamia toro.
Tunc igitur veris gaudebat Graecia natis:
Tunc etiam felix inter & arma pudor.
At tu non una potuiſti nocte vacare,
Inpia, non unum ſola manere diem.
Quin etiam multo duxiſti pocula riſu:
Forſitan & de me verba fuere mala.

Hic

vetus, ſine ulla neceſſitate. imitatus eſt hunc locum Ovidius XII. Met. 615.

Jam cinis eſt, & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

cui ſimile illud ejuſdem in Epicedio Tibulli Lib. III. Am. 9. 40.

——— *jacet ecce Tibullus,*
Vix manet e tanto parva quod urna capit.

& quod de ſe Cornelia dicit infra Lib. IV. El. XI. 14.

En ſum quod digitis quinque levatur onus.

ubi vide. & Gebhardum ad h. l. Seneca Troad. v. 102.

Conplete manus. hoc ex Troja
Sumſiſſe licet.

quod ad urnam Hectoris referendum, licet aliter exponat Delrius. adumbrata haec eſſe ex Sophoclis Electra notaverat Marklandus. locus eſt, huic plane geminus, v. 759. de Oreſte:

Καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθὺς, ἐν βραχεῖ
Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ
Φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι.

53. *Quum tibi nec Peleus aderat*] *Quō* in Voſſiano, hoc eſt *Quom*. *Quando ibi* conjecerat Heinſius. quod & Guyeto placebat, & firmatur a Colotii Excerptis, ac veteri Paſſeratii codice. in reliquis *Quum tibi*. altero verſu *viro* pro *toro* in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'orvill. & meis. & ſic adfert Neſtor in Vocabular. pag. 119. b. in *Scyros*. & pag. 151. atque ex v. c. Scaliger. vid. Paſſerat. p. 283. & quae ſupra notavi ad hujus libri El. 2. 18.

54. *Scyria nec viduo Deïdamia toro*] ita ex v. c. emendavit Scaliger. nam *viro* in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis. quod etiam habetur in Regiis, Excerpt. Scalig. a man. ſec. Borrich. Groning. Askew. Leid. duobus, primo & tert. Voſſ. utroque D'orvill. & meis. nam hae voces paſſim & ubique in codicibus confunduntur. ut de eadem hac Deidamia apud Ovid. I. A. A. 682. correxit Heinſius,

Scyrias Haemonio juncta puella toro.

pro *viro*. corrupte etiam *Syria* in Regiis, ſec. Leid. Voſſ. primo, aliiſque. *Schyria* in meo priore.

55. *Tunc igitur veris gaudebat Graecia natis*] *caſtis natis* in pleriſque codd. duobus nempe Leidenſ. primo & tertio Voſſ. meo utroque & D'orvill. quinto Vatic. Menteliano, & pro varia lect. in Excerpt. Scalig. nec aliter in priſcis edd. ſed gloſſam puto, & alterum ex Colbertino & Groningano recte vindicavit Broukhuſius; favetque etiam codex Neapolitan. in quo *viris*. nam *veri nati* ſunt genuini, ſpuriis oppoſiti, caſti thalami pignora. ut paſſim *verum* pro puro, ſincero, & non fucato. vide Patrui mei notas ad Ovid. I. A. A. 62. *Gratia* male in primo D'orvill. & mox *infelix* in Voſſ. tertio.

59. *multo duxiſti pocula riſu*] minime contemnenda eſt lectio vetuſti codicis, quem contulit Ant. Perrejus, *duxiſtis*. ut Cynthiam reliquoſque convivas, quibuſcum genio indulſerat, conprehendat. eſt enim elegans numeri hujus pluralis uſus, licet ad unum inſtituatur ſermo. ſic infra El. XIII. v. 49. in pleriſque codd. MSS. legitur,

Vidiſtis moto ſonitus procurrere coelo,
Fulminaque aetheria diſſiluiſſe domo?

quod cum Broukhuſio nolim librarii lapſum pronum dicere, pro *Vidiſti*. licet Cynthiam adloquatur. alterum enim ſimul ſpectat ad praetorem Illyricum, quocum Cynthia noctes ſeptenas cubarat, ut Jovis tonantis iram utrique comminetur. pariter Cydippe apud Ovid. Epiſt. XXI. 37.

ad

Hic etiam petitur, qui te prius ipſe reliquit.
Dî faciant, iſto capta fruare viro.
Haec mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem,
Quum capite hoc Stygiae jam poterentur aquae:

65. Et

ad ſolum Acontium:

Si tibi deformis, quod mallem, viſa fuiſſem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nunc me certamine veſtro
Proditis, & *proprio vulneror ipſa bono.*

ubi *certamine veſtro proditis*, tu, & rivalis, vel procus, ſubintelligitur, ut hic *duxiſtis*, tu & convivae, quos ſequenti verſu male de ſe locutos ſuſpicatur. huc refer locum ex hoc libro El. XVII. 7. ubi antea de ſolo Pantho, Cynthiae amatore, ſed a quo eludebatur, locutus, addit:

Et nunc inter eos *tu ſermo es*: *te ille ſuperbus*
Dicit ſe invito ſaepe fuiſſe domi.

ubi *inter eos*, eſt inter Panthum, ejuſque uxorem, qui tibi inſultant. ita ſaepius praecedenti ſingulari numero, ſi plures eo contineantur, ſubjungitur pluralis. ut *Roma conſuluiſtis*, *Calliope auditis*, & ſim. vide notas ad Ovid. IV. Faſt. 157. quem loquendi modum Graecis Latiniſque uſitatiſſimum illuſtravit Patruus meus ad Valer. Fl. VIII. 178. infra v. 69. *Sed vobis facile eſt*, ſequente *femina*. ubi ſexus ipſe intelligitur, de quo vide ad Lib. III. El. 17. init. *riſu* recte defendit Broukhuſius, conſentientibus pleriſque MSS. & vetuſtiſſimis editionibus. licet *luxu* in aliis, & *luſu* praetulerint Guyetus, Heinſius, & ex codd. antiquis Paſſeratius, quem vide pag. 283. & ſupra ad El. V. v. 4. p. 269. ſic El. XXIII. hujus libri, v. 79.

Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumta eſt, *non me crimina parva movent.*

riſu tamen hic exigit verſus ſequens, quo ſe ludibrium Cynthiae & convivis fuiſſe conjicit; firmaturque ſimillimo loco apud noſtrum Lib. III. El. 23. 22.

Riſus eram poſitis inter convivia menſis,
Et de me poterat quilibet eſſe loquax.

Horatius Epod. XI. 7.

Heu me per Urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui! conviviorum ut poenitet!

neque abit multum illud Petronii cap. 81. *jacent nunc amatores obligati noctibus totis*, & *forſitan derident ſolitudinem meam.*

61. *qui te prius ipſe reliquit*] *prior* legebat Marklandus. ut apud Ovid. III. Met. 358.

Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.

ubi *prius* in MSS. & IV. Faſt. 924.

Quodque poteſt alios perdere, perde prior.

ut recte Ciofan. pro *prius*. *ſic etiam petitur* in Borrich.

63. *Haec mihi vota tuam* &c.] *At mihi* Guyet. & Heinſius. *Haec tibi* in uno Colbert. *Nec mihi* in codd. Regiis, ſecundo Leid. altero D'orvill. meo priore, & priſcis edd. Forte corrigendum,

En mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem!

ut cum exprobratione dicat, En hunc ſollicitudinis, quum pro te aegrotante vota Diis ſuſciperem, fructum ingratum & amarum fero, ut nunc, quod me capere oportet, alter intercipiat. vide hic Paſſeratium. eleganter enim tali indignationi inſervit *en*. Virgil. Ecl. I. 73.

——— *en quo diſcordia cives*
Perduxit miſeros, *en quis conſevimus agros.*

IV. Aen. 534.

En quid ago? rurſuſne procos irriſa priores
Experior?

& ſic apud Terent. Eun. II. 2. 7. legebat Bentlejus, *en quo redactus ſum.* pro *hem.* vide etiam Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. III. 26. totus autem hic locus conferendus eſt cum ſimili querela Tibulli Lib. I. El. V. 9. & ſeqq.

Ille ego, quum triſti morbo defeſſa (forte *defecta*) *jaceres*,
Te dicor votis *eripuiſſe meis.* &c.
Omnia perſolvi. fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.

64. *Quum capite hoc Stygiae jam poterentur aquae*] *peterentur*, ut olim in primis & vetuſtioribus edd. habebatur, etiam eſt in Groningano, duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, D'orvillianis,

 &

Et lectum flentes circumſtaremus amici:
Hic ubi tum, pro Dî, perfida, quisve fuit?
Quid ſi longinquos retinerer miles ad Indos?
Aut mea ſi ſtaret navis in Oceano?

Sed

& meis. ſed *poterentur* in cod. Ant. Perreji, & Neapolitano. quod Paſſeratio & Heinſio probatum, a Broukhuſio plurimis exemplis firmatur. *poterer* enim aeque ac *potirer* veteribus uſitatum. Ovid. XIV. Met. 641. *ut poterentur ea.* Valer. Flac. VII. v. 54.

Scilicet Aeoliae pecudis poteretur ut auro.

ut ex MSS. Heinſius, pro *potiatur.* & ſic apud Suet. Caeſ. 64. fin. *ne ſpolio poteretur hoſtis* eſt in codd. pro *potiretur.* ubi vide notas, & Valeſiana pag. 117. Forte tamen hic legendum,

Quum caput hoc Stygia jam premeretur *aqua.*

ut apud Horatium Lib. I. od. 4. 16.

Jam te premet *nox, fabulaeque manes.*

vel, quod malim, *Stygia jam* veheretur *aqua.* hoc eſt, jam prope veheretur. Lib. III. El. 3. 36.

Nudus ab inferna, ſtulte, vehere *rate.*

Lib. IV. El. 7. 92.

Nos vehimur*: vectum nauta recenſet onus.*

& eadem Eleg. v. ult.

Cujus honoratis oſſa vehantur *equis.*

ubi in nonnullis MSS. *aquis.* Dubitat autem Paſſeratius, an haec ad Propertium aegrotantem, vel ad Cynthiam morti fere addictam referenda ſint, quod miror, cum ad Cynthiae morbum ſpectent omnia, *vota mihi propter tuam ſalutem ſuſcepta. lectum circumſtaremus amici,* &c.

66. *Hic ubi tum, pro Dî, perfida, quiſve fuit*] ita hactenus editum. ſenſum tamen deſidero, licet explicent, quis tibi periclitanti, praeter me, adfuit, lectoque adſedit. quod ineptum eſſe praecedens verſus clamat de amicis, lectum ſimul cum Propertio circumſtantibus. Emendandum opinor,

Hic ubi tum, pro Dî, perfida, quiſve fui?

eo nempe ſenſu, quo Lib. I. El. 5. 18.

Nec poteris, qui ſis, *aut ubi, noſſe miſer.*

& hoc optime convenit amatori, ex invidia erga rivalem, & propter morbum puellae periculoſiſſimum ſenſus omnis experti, ſuique neſcio. ſic in loco Euripidis, quem illic produxi, in Bacchis v. 506.

Οὐκ οἶδ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὐδ' ὅστις εἶ.

talem animi fluxum & refluxum eleganter deſcribit Plautus Ciſtell. II. Sc. 1. v. 6. *ita nubilam mentem animi habeo: ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi eſt animus.* aliis id dicitur, *quid mihi tunc animi fuit?* Ovidius I. Met. 359.

Quid tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes,
Nunc animi, miſeranda, foret?

& Lib. XIV. 177.

Quid mihi tunc animi, niſi ſi timor abſtulit omnem
Senſum animumque, fuit?

ad rivalem referebat Livinejus, de quo paullo ante *Hic etiam petitur.* ut dicat, qualem ſe iſte tibi probavit, quum te aegrotante abeſſet, nulla tui cura habita. offendiſſe etiam Marklandum videtur recepta lectio, quia conjecerat,

Tunc ubi tunc, pro Dî, perfidus iſte fuit?

ut rivali odium apud Cynthiam conciliet, qui abfuerit, dum illa tam graviter aegrotaret. quod contrario apud Ovidium loco nonnihil adſtruere potuiſſet, ubi Acontius in rivalem aegrotanti Cydippae adſidentem invehitur Epiſt. XX. v. 135. & ſeqq. ſed haec a vulgatae veſtigiis nimium recedunt. *Haec tibi tum* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, & ſecundo Vaticano. *Sic ubi tum* Borrich. *Hic mihi ubi tum* in primo Voſſ. *Hic ubi proh Dii* in meo priore & Heinſiano.

68. *Aut mea ſi ſtaret navis in Oceano*] *Aut medio ſtaret* Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. pag. 241. & in Notis p. 687. *naret* Guyetus, quod & ipſe Heinſius conjecerat in notis ad Ovid. VIII. Met. 104. ſed poſtea damnavit. & cujus aures non laedat *naret navis?* defendi quidem id poſſet nonnihil ex El. 19. hujus libr. v. 64.

Quum ſaepe in portu fracta carina natet.

ex Tibullo Lib. I. El. 7. 38. *in liquida nat tibi linter aqua.* & Naſone Lib. II. Faſt. v. ult.

Naviget hinc alia jam mihi linter aqua.

Douſa

Sed vobis facile eſt verba & conponere fraudes.
Hoc unum didicit femina ſemper opus.
Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto:
Quam cito feminea non conſtat foedus in ira,
Sive ea cauſſa gravis, ſive ea cauſſa levis.
Nunc quoniam iſta tibi placuit ſententia, cedam.
Tela, precor, pueri, promite acuta magis.
Figite certantes, atque hanc mihi ſolvite vitam,
Sanguis erit vobis maxima palma meus.

Sic

Douſa & alii *ſtaret* interpretantur, pro, ventis adverſis detineretur. ſed hic malim de anchora intelligere, in qua *ſtare* dicuntur naves. unde *Stationes* dictae. notum illud Virgilii III. Aen. 277.

Anchora de prora jacitur, ſtant litore puppes.

Florus Lib. II. cap. 2. CLX. *navium claſſis in anchoris ſtetit.* J. Caeſar Lib. II. de B. Civ. cap. 25. 6. *Curio navibus onerariis pronuntiari jubet, quae ſtabant ad Uticam,* & ſeqq. *temporis puncto ſublatis anchoris omnes Uticam relinquunt.*

69. *Sed vobis facile eſt verba & conponere fraudes*] *facile & verba & conponere fraudes* Heinſius. *conponere* pro fingere, machinari. ut ſupra El. II. v. 6. *conpoſita pace fefellit amor.* pro ficta, ſimulata pace. ubi vide. *fletus* in uno Gebhardi pro *fraudes*, quem vide p. 179.

71. *Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes*] *incertae* in Palatino priore. quod praeferendum vel unus Salluſtii locus jubet in Jugurth. cap. 80. ubi Syrtes deſcribit: *ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur.* ubi vide Putſchium & Waſſium. ſic *dubiae Syrtes* Lucano Lib. IX. 861. ubi vide Patrui mei notas. *mutatur flamine Syrtis* in Excerptis Modii. ſimile illud ſupra El. IV. 11.

Non ita Carpathiae variant Aquilonibus undae,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto:
Quam facile irati verbo mutantur amantes.

73. *Quam cito feminea non conſtat foedus in ira*] *feminea in ira*, adſcripſerat Marklandus, „ *ἐν ὀργῇ* „ *γυναικείῃ*, id eſt, indole, ingenio, animo fe„ minarum. unde, quia Graeca vox etiam *iram* „ ſignificat, ita vertit noſter *feminea ira*, pro in„ dole. ita *minas* dixit pro promiſſis, & *ſervabis* „ pro cavebis. locutionem *quam cito non conſtat*, conparato Tibulli loco ex Lib. I. El. 4. 24.

Quam cito non ſegnis ſtat, remeatque dies,

illuſtrat G. Canterus Lib. IV. Novar. Lect. cap. 4.

76. *Tela, precor, pueri, promite acuta magis*] ita recte a viris doctis reſtitutum fuit, conſentientibus membranis antiquis, & primis editionibus. nam *figite* hoc & ſequenti verſu repetitum, ab Hieronymo Avantio Veronenſi, in editiones Aldinas invectum fuiſſe, monuit Broukhuſius. addere potuerat, inde etiam in Colinaei Pariſinam an 1529. Gryphii Lugdunenſem 1551. & Rovillianam 1559. aliaſque migraſſe. ſed recte *promite* in omnibus, quorum Excerpta mihi ad manum ſunt, exaratis codicibus. Ovidius Lib. I. Met. 468.

Eque ſagittifera promſit duo tela pharetra.

& *promere faces* Lib. V. Faſt. 508.

Et promit quaſſas comminuitque faces.

ubi *profert* in aliis. vide illic notas. per *pueros* Paſſeratius intelligit Cupidines. ſed quid vetat famulos vel ſervos indicari, ut *puer* eo ſenſu paſſim apud Catullum, Horatium, alioſque: quibus jubeat, ut ferro mortem ſibi inferant, quo & ipſam Cynthiam deinde conficiant. infra v. 88.

Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor.

77. *Figite certantes, atque hanc mihi ſolvite vitam*] *ſolvite curam* legebat Heinſius ex codice Scaligeri. quod defendi poſſet ex loco Valerii Fl. VIII. 220.

Solvere in hoc tandem reſides dux litore curas.

& ex illo Didonis apud Virg. IV. Aen 652.

Accipite hanc animam, meque his exſolvite curis.

 alia

Sic igitur prima moriere aetate, Properti?
Sed morere. interitu gaudeat illa tuo.
Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras,
Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.
Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?

Et

alia veterum loca, quibus utraque lectio firmetur, profert Paſſeratius pag. 285. hic tamen *ſolvite vitam* praefero. nam *ſolvere vitam*, *ſolvi* pro mori, & *ſoluti* pro defunctis obvia ſunt. dubia apud Ovidium lectio eſt Epiſt. X. 76.

Vivimus: & non ſum, Theſeu, tua. ſi modo vivis,
Femina, perjuri fraude ſepulta viri.
Me quoque, qua fratrem, mactaſſes, inprobe clava;
Eſſet, quam dederas, morte ſoluta fides.

ubi *fraude ſoluta viri*, eadem ſignificatione, legunt alii, quod ſi admittatur, *morte ſepulta fides* pro abolita, cum Patruo meo praeſtaret. quia tamen *ſolvere fidem* recte dicitur, priori diſticho *ſepulta* Ariadne, licet viveret, eleganter etiam dicitur, quia in inſula relicta, & commercio hominum exemta erat. ut obſcurata dicuntur *ſepulta*. vid. infra ad Lib. III. El. 13. 9. ſic *ſoluti* pro mortuis, ut in epigrammate Senecae Tom. I. Anth. Lat. p. 465.

Parce relegatis, hoc eſt, jam parce ſolutis.

ubi alii *ſepultis*. vide quae iſtic notavi. nam utraque vox paſſim commutatur. *ſolvere vitam* etiam ex melioris aevi poëtarum imitatione dixit Maximianus, ille pſeudoGallus, Eleg. 1. 3.

Solve precor miſeram tali de carcere vitam.

eleganter autem *Figite certantes*, tamquam certamen leti inſtituerent, quis prior eum figeret. ut Lib. III. El. xI. 19.

Et certamen habent leti, quae viva ſequatur
Conjugium: pudor eſt, non licuiſſe mori.

79. *Sic igitur prima moriere aetate, Properti? Sed morere.*]

elegans imitatio ex illis Didonis ad mortem ſe inſtigantis apud Virgil. IV. Aen. 660.

—— moriemur inultae?
Sed moriamur, ait. ſic ſic juvat ire ſub umbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus: & noſtrae ſecum ferat omina mortis.

ubi vide la Cerdam. & hoc ſtimulo ad virtutem vel glorioſam mortem ſubeundam utitur Cicero VII. Philip. cap. 5. *Quod ſi non poſſumus facere, dicam quod dignum eſt & Senatore & Romano homine, moriamur.* ut apud Virgil. II. Aen. 353.

—— moriamur, & in media arma ruamus.

ſic & Priamum jam moribundum adloquitur Pyrrhus Lib. II. Aen. 550.

—— nuntius ibis
Pelidae genitori. illi mea triſtia fata,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere.

cum quibus confer Euripid. Oreſt. v. 1464. & ſeqq. Seneca Herc. Oet. v. 332.

Moriere. morior Herculis nempe inclyti
Conjux.

eleganter autem proprium nomen ſuum interponunt, quando cum animo loquuntur, ut hic *prima moriere aetate, Properti?* ut infra El. XIX. 21. III. El. 2. 17. IV. 1. 73. & El. VII. 49. idque vel ſecunda vel tertia perſona. vid. Dorvill. Animadv. ad Chariton. pag. 90. *Sed morte* pro *Sed morere* corrupte in Groning.

83. *Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon Corruit* &c.]

Quid non? Antigone diſtinguitur in Borrichiano, & meo priore. *Antigone* etiam in altero Neapol. Askew. & Colbertinis, id eſt *Antigones*, ut in Voſſ. tertio. *Antigonae* in quinto Vatic. Borrich. Groning. *nonne Antigones* Heinſius, ex more Propertii. Lib. I. El. 17. v. 15.

Nonne fuit melius dominae pervincere mores.

infra El. IX. 2.

Nonne putas miras hunc habuiſſe manus.

El,

Et ſua cum miſerae permiſcuit oſſa puellae,
Qua ſine Thebanam noluit ire domum.
Sed non effugies. mecum moriaris oportet.
Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor.

Quam-

El. XIX. 51.

Nonne fuit ſatius duro ſervire tyranno.

El. XXV. 8.

Colchis & ignotum nonne ſecuta virum.

& v. 10.

Perfide, nonne tuae tunc cecidere manus?

Boëtius *hemon* in meo utroque. Neapol. Regiis, & Colbertinis, & priſcis edd. de Haemone, qui ad tumulum Antigonae, cui viva juſſu Creontis propter clam ſepultum fratrem Polynicen, inlata eſt, ſibi ipſe manus violentas intulit, praeter egregiam Sophoclis Tragoediam, *Antigones* titulo inſcriptam, in qua eminet prae ceteris Haemonis hujus invectiva in patris ſui Creontis ſaevitiem, & Statium XII. Theb. videndus hic Paſſeratius, & notae doctor. ad Ovid. II. Triſt. 402. & in Ibid. v. 563. ſed quia alii Haemonem, quum fruſtra pro Antigones vita deprecatus eſſet Hercules, ſe & Antigonem ſimul interfeciſſe tradunt, ut Hyginus Fab. 72. & illo vetuſtiores procul dubio ſcriptores alii, hos forte ſecutus eſt Propertius, ut ex ſequentibus colligi poſſet,

Sed non effugies, mecum moriaris oportet,
Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor. &c.

hoc tamen diſcrimine, ut Haemon id pietate & amore ductus patraverit, ne viva tumulo addiceretur Antigone, & ſic lenta & dira morte enecaretur, aut eodem in tumulo caderet, Propertius vero id Cynthiae minetur, vindictae cauſſa propter rivalem ſibi praelatum; unde *inhoneſtam* ſibi *mortem iſtam futuram* fatetur, quae Haemoni tamen fuit glorioſa. pro *Corruit* Francius in libri ſui margine conjecerat,

Contudit ipſe ſuo ſaucius enſe latus.

me non probante. infra El. XV. 14.

Haedus ubi agreſtes corruet ante focos.

85. *Et ſua cum miſerae conmiſcuit oſſa puellae*] *tam miſerae* in quarto Voſſ. & Excerptis Modii, ſeu Groningano. *tunc miſerae* in ſecundo D'orvill. ſed male. *comiſerae* in quinto Vaticano. infeliciter Francius hic emendandum adſcripſerat,

Et ſua cum miſera permiſcuit oſſa puella.

quatuor vocibus in eumdem ſonum male deſinentibus. Eſt enim eadem hic loquendi forma, *ſua oſſa puellae conmiſcuit*, pro puellae oſſibus, ut ſupra El. II. 31.

Et ſua cum antiquae committit ſcripta Corinnae.

pro *cum Corinnae ſcriptis.* ubi male *quum* edidit Broukhuſ. qui ſimiles loquendi modos ex Cicerone hic adfert. *permiſcuit* in ſecundo Leid. tribus Voſſ. duobus D'orvill. meis, Aſkew. ceteriſque codd. & omnibus fere antiquis edd. quod cum Broukhuſio mutare unius Colbertini MS. auctoritate, in quo *conmiſcuit*, neceſſe non exiſtimavi. de mixtura cinerum, ſummo amoris indicio, praeter ea, quae hic contulit Broukhuſius, vide ſupra ad Lib. I. El. XV. 21. altero verſu *Quis ſine* conjecerat Heinſius, oſſibus nempe, quia *Thebanam domum*, patriam ſuam, ire noluit Haemon, niſi mortuam Antigonen ſua quoque morte fuiſſet comitatus, & *domum* hic accipe, ut Lib. I. El. 19. 10.

Theſſalis antiquam venerat umbra domum.

87. *Sed non effugies*] ita in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, ſecundo Vaticano, Neapol. a manu ſec. Menteliano, & Groningano, idque probavit Lipſius Lib. I. Ant. Lect. 20. & Paſſeratius. *efficies* in Regiis, Colbertinis, altero Leidenſi, tribus Voſſ. primo D'Orvill. meo utroque, & in antiquis edd. ſed *effugies* recte edidit Broukhuſius, Scaligeri editionem ſecutus, licet in notis de lectionis varietate nihil monuerit. *non effugies* ſimpliciter ſic poſitum, eſt, pro mihi te elabi non patiar. ut in noto Virgilii loco Ecl. III. 49. *Numquam hodie effugies.* & apud Martial. XI. Ep. 98. & XII. 84. vide Heinſ. ad Ovid. II. A. A. 28. & 531. vel *effugies mortem* ſubintelligendum. ut mox Eleg. ſeq. v. 4.

Mortem ego non fugiam morte ſubire tua.

Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura;
    Mors inhoneſta quidem; tu moriere tamen.
Sidera ſunt teſtes, & matutina pruina,
    Et furtim miſero janua aperta mihi:
Te nihil in vita nobis acceptius umquam.
    Nunc quoque eris, quamvis ſis inimica mihi:
Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto.
    Solus ero, quoniam non licet eſſe tuo.
Atque utinam, ſi forte pios eduximus annos,
    Ille vir in medio fiat amore lapis.

ELEG.

altero verſu, *Hoc eodem ferro*, pro *telo*, quod in ed. Scalig. eſt, recte adſtruit Broukhuſius. idque ab omnibus codd. quorum Excerptis utor, & primis edd. firmatur. Cic. in Piſon. cap. 7. in fine, *quod eorum ferro ac furori meum corpus atque omnium bonorum vitam objicere voluiſtis. eodem* hic in biſyllabon contrahitur. de quo vide ad Lib. IV. El. 7. 7. quod vero Francius in margine codicis ſui conjiciebat, *Hoc eodem ſtillet telo utriuſque cruor*, paucis adriſurum opinor.

89. *Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura*] *Quamvis haec mihi mors eſt inhoneſta* in primo D'orvill. adverſante metro. altero verſu *tu moriare* in Voſſ. priore. hic ſequitur in meo utroque codice v. 17. hujus Eleg. *Ille etiam abrepta* &c. uſque ad v. 28.

91. *Sidera ſunt teſtes, & matutina pruina*] *ſint teſtes* forte legendum. hunc ipſum Propertii locum innuit Servius ad illud Virgilii Ecl. V. 21. *vos coryli teſtes & flumina Nymphis.* ubi tamen inverſo verborum ordine ſic adfert: *teſtes mihi ſunt coryli & flumina. ſic Horatius: Teſtis Metaurum flumen. Propertius: teſtes ſunt ſidera nobis.* vide ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 207. Juvenalis Sat. VIII. 150. *ſed ſidera teſtes Intendunt oculos.* reſpicit forte id quod queſtus erat Lib. I. El. 16. 24.

Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

ubi ſecundo verſu *matutinam* innuit *pruinam.* Ovidius III. Met. 488.

——— *ut intabeſcere flavae*
Igne levi cerae, matutinaeve pruinae
Sole tepente ſolent.

ubi Ciofanus ex illo Ovidii loco Joh. Jov. Pontanum defumſiſſe notat,

Unde cadunt imbres, & matutina pruina.

quo verſu ad hunc Propertii locum potius reſpexiſſe videtur, certe id colligi poteſt ex altero ejuſdem Pontani loco, quem hic adfert Broukhuſius.

93. *Te nihil in vita nobis acceptius umquam*] *magis eſt acceptius* in Voſſ. tertio, & ſuperſcript. *nihil eſt.* ut in D'orvill. ſecundo a manu pr. in meo ſecundo *nobis eſt acceptius*, abundante *eſt*, & in marg. *magis eſt.* quomodo in Heinſiano cod. ita ut *magis acceptius* dictum ſit, quomodo apud Auctorem Culicis v. 78.

Quis magis optato queat eſſe beatior aevo?

licet illic *magis optato* jungi praeſtet. altero verſu *ſic inimica* in Neapolitano.

96. *quoniam non licet eſſe tuo*] ita ex Heinſii reſtitutione edidit Broukhuſ. licet in omnibus codicibus, & vetuſtis editionibus *tuum* legatur. *tecum* vitioſe in Dorvill. primo.

97. *ſi forte pios eduximus annos*] *ſi forte pios, Di, duximus annos* caſtigabat Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 241. & in notis ad Propert. p. 687. ſic ſupra v. 66 hujus Eleg. *Hic ubi tum, pro Di, perfida, quiſve fui.* & Lib. IV. El. XI. v. 92. idem legebat Heinſius,

Prole mea Paullum, Di, juvet eſſe ſenem.

pro *ſic juvet.* ſimiles librariorum aberrationes notavit Patruus meus ad Lucan. Lib. IX. 848. id certe longe melius, quam *eluximus*, quod conjece-

ELEG. VIII.

Non ob regna magis diris cecidere ſub armis
Thebani, media non ſine matre, duces:
Quam mihi ſi media liceat pugnare puella,
Mortem ego non fugiam morte ſubire tua.
Sed tempus luſtrare aliis Helicona choreis,

Et

jecerat Francius. *eduximus annos*, ut *ducere annos.* de quo vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 293. & Patrui mei notas ad Lucan. VIII. 479. ultimo verſu *medio fiat agone* perperam Guyetus. *fiet* in meo priore, & in Voſſ. tertio a man. ſec.

98. *Ille vir in medio fiat amore lapis*] Dubito an omnibus ſe probatura ſit Broukhuſii interpretatio, ut in medio amore *lapidem fieri* rivalem optet, pro, in mortem ſubitam obrigeſcat, qua occaſione plurima profert exempla illorum, qui in medio Veneris opere animam exhalarunt. ſed aliis locutionibus talem mortem praecipitatam noſter ſolet deſcribere. ut conſtabit ex illis, quae notavi ad Lib. I. El. 6. v. 26. Non illam igitur Propertio mentem hoc loco fuiſſe opinor, ſed tantum, ut in medio amore torpeat inmobilis, obdureſcat inſtar lapidis, truncus iners, & inutile ſaxum fiat. qualem ſortem in amore duram ſibi eveniſſe queritur Ovidius Lib. III. tota Eleg. 7. ſic apud Plautum alio ſenſu *lapis fieri* dicitur homo adtonitus, qui inſtar lapidis obſtupeſcit, neque movetur. Ariadne apud Ovid. Epiſt. X. 50.

Quamque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.

ELEG. VIII.] Hanc Elegiam, ita ut nunc eam habemus, ordinavit Scaliger, ut Caſtigationes illius conſulenti patebit, quatuor tamen priores verſus uno tenore praecedenti Elegiae adnectuntur in variis codd. MSS. quin & tria prima diſticha cum illis conjunguntur in primis editionibus. Aldinae aliaeque incipiunt a quinto verſu, *Sed tempus luſtrare* &c. quod admittendum opinor, & duo illa diſticha *Non ob regna magis* &c. uſque ad *morte ſubire tua*, commode collocari poſſent poſt v. 90. Elegiae anteced. *Mors inhoneſta quidem, ſed moriere tamen.* Illic enim mutuam Cynthiae comminatur mortem; *mecum moriaris oportet. Hoc eodem ferro* &c. adeoque apte his exemplum Thebanorum fratrum Eteoclis & Polynicis adderetur, qui mutuis vulneribus ſimul cum Jocaſta matre interierunt, de quibus primum Elegiae hujus diſtichon intelligendum eſt. vide Gonſal. ad Petron. cap. 80. init. pag. 129. cujus locum ex his Propertianis adumbratum eſſe notavit, quod & ante eum monuerat Paſſeratius. *media* autem eſt, pugnantibus intercedente, quae manus ſibi ipſa intulit, poſtquam frater uterque cecidiſſent. vide Barthium ad Statium Lib. XI. Theb. 390. & de hac vocis *mediae* ſignificatione N. Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. 310.

4. *Mortem ego non fugiam morte ſubire tua*] *Fortem ego non fugio* in meo codice primo. *fugio* etiam in cod. Heinſiano & Borrichiano. *Sed mihi* verſ. praeced. in quinto Vatic. Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 242. & in notis Propertianis pag. 687. emendandum putabat,

Mortem ego non fugiam morte ſubire tuam.

ut vicariam intelligat mortem, qualem pro marito ſubiit Evadne. non diſſimile illud Virgilii VI. Aen. 121. de Caſtore & Polluce,

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Quinctilian. Decl. VI. init. *Senex odioſus morte filii mei vivo.* idem quoque conjecerat,

Martem ego non fugiam morte ſubire mea.

quo referebat illud Horatii Epod. I.

Paratus omne Caeſaris periculum
Subire, Maecenas, tuo.

5. *Sed tempus luſtrare aliis Helicona choreis*] *Sit tempus* Heinſio placebat. *Eſt tempus* in meo ſe-

Et campum Haemonio jam dare tempus equo.
Jam libet & fortes memorare ad praelia turmas,
Et Romana mei dicere caſtra Ducis.
Quod ſi deficiant vires, audacia certe
Laus erit: in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Aetas

ſecundo, niſi quod *ſed* in marg. ut in cod. Ant. Perreji, Scaligeri & Modii Excerptis, ceteriſque MSS. & primis edd. Qui vero novam ab hoc verſu Elegiam inchoant, cum titulo AD AVGVSTVM, ut etiam in MSS. nonnullis habetur, *Jam tempus* ediderunt, ut Aldus in utraque ed. Colinaeus, Gryphius, Rovillius, aliique. *aliis choreis Helicona luſtrare* idem eſt, ac illud Manilii Lib. I. circa init.

Coeleſtis rationis opus deducere mundo
Adgredior; primuſque novis Helicona movere
Cantibus.

9. *Et campum Haemonio jam dare tempus equo*] diverſas Interpretum ſententias in exponendo loci hujus ſenſu repudians Broukhuſius *Haemonium equum* refert ad Achillem, equorum praeſtantiſſimorum dominum, & bellatorem eximium, ut innuat poëta, ſe conſtituiſſe ad exemplum Iliados Homericae grave epos condere. Sed haec refutavit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 432. & ſeqq. qui *Haemonium equum* vel pro praeſtantiſſimo, quales erant equi Theſſali, cum Beroaldo exponit, & *campum equo dare* a ſtadiis & Circo deſumtam locutionem notat, vel potius *Haemonium equum* huc a librariis invectum eſſe cenſet ex Eleg. praeced. v. 26. *Fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.* ideoque probat *Aonio equo.* ut dicat Propertius, ſe relictis carminibus amatoriis bella graviore ſono dicturum. quod mihi etiam praeferendum videtur. ita enim corrigendum monuit Heinſius in Notis ad Propert. p. 688. & Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 242. vel *Maeonio equo*, adeoque legendum putavit, *Campum Maeonio jam dare tempus equo.* ut ad Homeri poëſin epicam reſpexerit. ſed licet *Maeonius* dicatur Homerus, non tamen ideo *Maeonium equum* cum reſpectu ad ejus poëſin dici poſſe exiſtimaverim. Conferri cum his meretur Nemeſiani locus Cyneg. v. 3. & ſeqq.

— *Aonio jam nunc mihi pectus ab oeſtro*
Aeſtuat, ingentes Helicon jubet ire per agros:
Caſtaliuſque mihi nova pocula fontis alumno
Ingerit, & late campos metatur apertos.

ubi Barthius hunc Propertii locum adferens, *Aonio equo* etiam exhibet, non indicans, unde lectionem illam hauſerit, quae in nullis editionibus antiquis comparet. Poſſet etiam legi *Heroo.* vel pro *Aonio* ſubſtitui *Auſonio.* quia ad laudes Auguſti canendas ſe parat, *Et Romana ſui dicere caſtra ducis.* ſive ut Virgilius de Auguſto Lib. III. Georg. 51. *ardentes accingar dicere pugnas Caeſaris.* eodem ſenſu apud Ovid. IV. Triſt. 10. 50. de Horatio:

Dum ferit Auſonia carmina culta lyra.

ut praefert Bentlej. ad Horat. IV. od. 3. 23. pro Heinſiano *Aeolia.* infra Lib. III. El. 3. 6.

Adſueſcent Latio Partha tropaea Jovi.

7. *Jam libet & fortes memorare ad praelia turmas*] Nova hic Elegia incipit in primis edd. cum inſcriptione AD MVSAM. elegantem & Propertio praeſertim amatum loquendi modum *fortes ad praelia*, ut alibi *venales ad munus*, *ſobrius ad lites*, *cives ad eloquium*, & ſim. illuſtravit Gul. Canterus Lib. III. Novar. Lect. cap. 20. quibus plura alia e noſtro exempla addidit Broukhuſius. ſic Tarquinius *fortis ad arma* dicitur Ovidio II. Faſt. 688. ubi perperam Heinſius *in arma.* Livius Lib. VII. c. 40. *fortes ad ſanguinem civilem.* ubi vide notas Drakenb. & Patrui mei ad Virg. III. G. 50. *fortes ad aratra juvenci.* quod imitatus eſt Silius Ital. Lib. VIII. 368. *habiles ad aratra Labici.* ſic *invictum ad vulnera corpus*, non *a vulnere*, Ovidio Lib. XII. Met. 167. *ad bella fugaces* Lucano Lib. II. v. 558.

8. *Et Romana mei dicere caſtra Ducis*] ad hunc verſum notaverat Marklandus: „ ſatis familiariter, ſi ita ſcripſit Propertius de Auguſto, „ quem alibi (Lib. III. El. 3. 1.) *Deum Caeſarem* vocat. & ita Lib. IV. XI. 60. *& lacrimas vidimus ire Deo.* unde ſuſpicor hic quoque legendum,

„ *Et Romana Dei dicere caſtra Ducis.*

„ licet

Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus.
 Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.
Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu:
 Nunc aliam citharam me mea Muſa docet.
Surge, anime, ex humili. jam carmina ſumite vires.
 Pierides, magni nunc erit oris opus.

Jam

„ licet Ovidius quidem eodem modo de Au-
„ guſto loquatur Lib. I. A. A. 202.

„ *Eoas Latio dux meus addat opes.*

ſed illud *meus* non tam familiaritatis indicium habet, quam judicii, cujus virtuti maxime faveo & adplaudo. quo ſenſu ſaepe apud alios. vide Patrui mei Comment. ad Phaedr. Lib. V. fab. 7. 32.

12. *Aetas prima canat Veneres, extrema tumultus*] *veteres* in Groningano. abſurde. juventuti canendos vult amores, bella vero aetati proveċtiori, cui grande epos magis convenit. per *tumultus* bella intelligit. ut ſupra Eleg. I. 39.

Sed neque Phlegraeos Jovis Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.

Horat. Lib. IV. od. 4. 47.

——— *& inpio*
Vaſtata Poenorum tumultu
Fana Deos habuere rectos.

altero verſu *quoniam ſcripta* in Voſſ. quarto.

13. *Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu*] *ſuccedere* in Menteliano, Borrichiano, Regiis, altero Colbertino, & primis aliiſque edd. *cultu* male in Groningano. *vultus ſubductus*, gravis & auſterus. ut *ſubductum ſupercilium*. de quo vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 521. & in Addendis p. 699. elegantiam & vim verbi *volo* bene illuſtravit Broukhuſius, de illis, qui alacri animo ad aliquid ſuſcipiendum ſe aptant, & geſtiunt. Anacreon Od. I.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν.

vide Barthium Lib. VI. Adverſ. cap. 8. & ad Statium Lib. I. Silv. 5. 9. mox *Namque aliam* in uno Colbert. Borrich. Mentel. primo Leid. Voſſ. & meo ſecundo. in primo *Jamque.*

15. *Surge, anime, ex humili. jam carmina ſumite vires.*
Pierides, magni &c.]

ita diſtinguendum, & viam monſtrantibus codicum veſtigiis in ipſo textu edendum cenſui. non ut Broukhuſius, Scaligeri aliaſque editiones ſecutus, dedit,

Surge anima ex humili jam carmine. ſumite vires
Pierides: magni &c.

carmina enim in Leidenſi ſecundo, Regiis, & altero Vaticano, ut in Palatinis codd. & melioribus edd. haberi notat Gebhardus. certe ſic clare in priori meo codice, & MS. Harlejano Muſei Britannici, primiſque editionibus. in noſtro ſecundo diſtinguitur, ut in ed. Broukhuſ. eleganter autem *os magnum* opponitur τῷ *humili*. vide Markland. ad Statii Silvas pag. 229. qui tamen *humili jam carmine* conjungit. ſed *Surge anima ex humili*, jam legiſſe videtur Claverius ad Claudian. Lib. II. in Rufin. 333. & *carmina ſumite vires* ſua imitatione probaſſe Sannazarium patet ex ejus Lib. III. El. I. v. 11.

Ardua ſunt tentanda: novas en carmina vires
Sumite: per durum Gloria anhelat iter.

ſic *vires in carmina dare* Ovidio Lib. I. Faſt. v. 17. *anime* praeterea, pro *anima*, praeſtat cum Heinſio, Marklando, & Broukhuſio in curis ſecundis. Gallio apud Quinctilian. Lib. IX. cap. 2. *Dura, anime, hodie dura.* ita paſſim, quando ſe ipſos adhortantur, & ad aliquid audendum exſtimulant. Seneca Herc. Oet. 840.

Quid, anime, *ceſſas? quid ſtupes factum ſcelus.*

Medea v. 41.

——— *quaere ſupplicio viam,*
Si vivis, anime.

& v. 988.

Quid nunc moraris, anime,
Quid dubitas? potes.

Cato

Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
　Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho,
　Et domus intactae te tremit Arabiae.
Et, ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
　Sentiet illa tuas poſtmodo capta manus.

Haec

Cato apud Senecam de Provid. cap. 2. *adgredere, anime, diu meditatum opus.* vide etiam quae notavi ad Lotich. pag. 488. neque aliter apud Graecos. Euripides Medea v. 1056.

* *Ἆ, ἆ, μὴ δῆ, τὰ θυμὲ, μὴ σύγ' ἐργάσῃ τάδε.*

Ariſtophanes Equit. v. 1191. *Ὦ θυμὲ, νυνὶ βωμολόχον ἔξευρέ τι.* quod autem hic *ſurgere ex humili animum* jubet poëta, id *altius animos erigere* vocat Florus IV. 9. 3. altero verſu *nunc erat* ex Groningano Broukhuſius, lociſque veterum adſtruit. quibus adde Ovid. Epiſt. I. 108.

Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.

ſed *nunc erit* in ceteris codicibus, & binis Leidenſ. tribus Voſſianis, Askewiano, utroque D'Orvill. meo ſecundo, ac primis edd.

17. *Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri*
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet]
equitem conſtanter in MSS. Regiis, Borrich. Groning. ceteriſque. & antiquis edd. praeter Scaligeranam. pro *tueri* Heinſius *vereri.* dein *tenuiſſe* procul dubio mendoſum. *timuiſſe* in Voſſ. tertio a man. pr. Menteliano, Leidenſi, meoque priore. *metuiſſe* in Voſſ. primo, & meo altero in marg. Paſſeratius exponit detinuiſſe, captoſque occidiſſe, vel reddere noluiſſe. aut *ſuſtinuiſſe* legendum conjicit. non male Beroaldus intelligit, Euphratem dolere ſe reliquias Craſſorum & cadavera inſepulta tenuiſſe, quo referri poſſet illud noſtri Lib. IV. El. 6. 83.

Gaude, Craſſe, nigras ſi quid ſapis inter arenas,
Ire per Euphraten ad tua buſta licet.

variis conjecturis hunc locum tentaverat Heinſius, qui *ſe ſepeliſſe, necuiſſe, temeraſſe,* vel *Craſſis ſe renuiſſe* conjecerat. confer haec Propertiana cum loco Ovidii I. A. A. 177 — 180. & 209 — 212. & ſeqq. Nam eo ipſo tempore, quo Auguſtus bella illa contra Indos, Arabas, Parthoſque meditabatur, hoc eſt A. V. 752. Artem illam ſuam condebat Ovidius, ut docet Broukhuſius ſupra ad huj. El. v. 6. p. 140. & Georgica ſua abſolvebat Virgilius, ut ipſe in fine operis innuit:

Haec ſuper arvorum cultu pecorumque canebam,
Et ſuper arboribus; Caeſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello.

v. G. Fabric. ad Horat. pag. 67. & Tan. Fabrum in Chronolog. Horat. Lib. II. Epiſt. 49. p. 127.

19. *India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho,*
Et domus intactae te tremit Arabiae.]
India quis vitioſe in Scaligeri Excerptis, duobus Leid. tribus Voſſianis, Heinſiano, Borrich. Neapolit. Regiis, Colbertinis, Askew. meo utroque, D'Orvillianis, & primis edd. *Indicus o* in ſecundo Vaticano. *domus Arabiae* eſt imitatio Virgiliana Lib. G. 115. *Eoaſque domos Arabum.* ſupra Lib. I. El. 6. 4. *Ulteriuſque domos vadere Memnonias.* Horatius Lib. II. od. 12. 23. *Plenas aut Arabum domos.* Lib. III. Anthol. Graec. Tit. 7. pag. 319. ed. Obſop.

Καὶ πλατὺς Εὐρώπας ἐστονάχησε δόμος.

intractae in primo D'orvill. *intacta* Arabia, nondum ſubjugata. ut eidem Horatio Lib. III. od. 24. init.

Intactis opulentior
Theſauris Arabum, & divitis Indiae.

& Epod. VII. 7.

Intactus aut Britannus ut deſcenderet
Sacra catenatus via.

Aramiae conjecerat Heinſius. ſed *Arabia & India*, licet valde diſſitae, non raro a poëtis junguntur. ut in primo Horatii loco, aliiſque. vide Heſſel. ad Vibium Sequeſtr. p. 154. ceterum *Arrabiae*, cum prima producitur, duplici *r* ſcribendum, prolatis Propertii locis, contendit Neſtor in Vocabul. p. 9. b. & pag. 156. b.

21. *Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris*] An forte legendum *ſubmovet*? nam hic quoque imi-

Haec ego caſtra ſequar vates: tua caſtra canendo
Magnus ero: ſervent hunc mihi fata diem!
Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes.

Sic

imitatus videtur Maronem VII. Aen. 225.

Audiit & ſi quem tellus extrema refuſo
Submovet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.

ut illic notavit Valens Guellius. niſi potius hic ſenſus ſit, & ſi qua gens remotiſſima ſe armis tuis ſubducere, neque tibi ſe ſubmittere tentabit, non diu poſt victas dabit manus, & potentiam tuam ſentiet. ut *ſubtrahere colla jugo* ſupra El. IV. v. 14.

Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.

& de tauro primum feroce & aratrum detractante Ovid. III. ex P. Ep. 7. 15.

Ductus ab armento taurus detractat aratrum,
Subtrahit & duro colla novella jugo.

ſic de capto amante eidem Rem. Am. 90.

Et tua laeſuro ſubtrahe colla jugo.

Lib. V. Triſt. El. 2. 40.

Subtrahis effracto tu quoque colla jugo.

extremis oris pro remotis veluti in ultimo orbis termino. Cicero V. Verr. cap. 65. *ſi tu apud Perſas aut in extrema India deprehenſus ad ſupplicium ducerere, quid aliud clamitares, niſi te civem eſſe Romanum. & ſi tibi apud barbaros, apud homines in extremis atque ultimis gentibus poſitos nobile & illuſtre nomen tuae civitatis profuiſſet.* vide ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 264. mox *ſentiat* in Menteliano, Excerptis Modii, Borrich. Groning. Heinſiano, Askewiano, binis D'Orvillii, meiſque, & primis edd. pro *capta*, quod conſtanter in iiſdem habetur membranis, in aliis edd. *victa*. ut in Aldinis, Gryphii, & Rovilliana. Gruterus autem Lib. XVII. Suſpic. inedit. cap. 5. quum in membranis nonnullis pro *poſtmodo* inveniſſet *poſt mihi* (ut in Excerptis Modii habetur) legendum exiſtimabat *poſt ibi*, ſed *poſtmodo*, (pro *poſtea*, quod carminis lex non admittit) Tibullo etiam, & praeſertim Ovidio, aliiſque uſitatiſſimum eſt.

23. *Haec ego caſtra ſequar vates*] ita ſcripſiſſe Propertium dubito, qui ſupra El. VI. v. 14. numquam ſe caſtra ſequi velle, nullumque e ſuo ſanguine militem fore dixerat. Legendum itaque opinor,

Haec ego caſtra loquar *vates: tua caſtra* canendo
Magnus ero.

vel hac potius diſtinctione;

Haec ego caſtra loquar: vates tua caſtra canendo
Magnus ero:

certe in primo D'Orvill. & ſecundo meo codice diſtinguitur,

Haec ego caſtra ſequar. vates tua &c.

haec firmant praecedentia v. 12.

Bella canam, quando ſcripta puella mea eſt.

& ibidem,

Nunc aliam citharam me mea Muſa docet.

bella loqui pro canere, ſcribere. vide Patrui Comm. ad Phaedr. Lib V. fab. 5. 39. *fari* noſtro Lib. IV. El. 4. 2.

Tarpejum nemus, & Tarpejae turpe ſepulchrum
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.

ſequar tamen hic pro perſequar, narrabo, poſitum exiſtimabat Cel. Ruhnkenius. ut apud Senecam Troad. v. 236.

—— *inclytas laudes juvat,*
Et clara magni facta genitoris ſequi.

ubi forſan *loqui* praeſtiterit. ut in Oedipo v. 683.

Laudare modica, & otium ac ſomnum loqui.

pro *ſervent hunc mihi fata diem* Heinſius conjecerat *properent*. quod non diſplicet, quia fauſta ominantibus frequens formula eſt, ut fata, ſive Aurora aut Lucifer, diem illum quam primum, & citatis equis, adferant. vide Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. El. 2. 73. & quae notata ſunt ad Lotichium Lib. I. El. 2. in fine. ſimile illud Ariſtophanis in Pace v. 345.

Εἰ γὰρ μοὶ γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ.

ubi vide Bergler. tale Naſonis votum de Auguſti triumphis eſt Lib. IV. Triſt. El. 2. & Lib. II. ex P. Epiſt. I.

25. *Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,*
Ponitur hic imos ante corona pedes]

Et caput in Borrichiano & meo priore. J. Douſa in margine ed. Rovillianae conjecerat *cui non eſt*

Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen,
Pauperibus ſacris vilia thura damus.

Non-

tangere ſignis, *Ponitur huic* &c. *his* Scaliger, Heinſ. & Broukh. in ora ed. Colin. & ſic Francius ad ed. Scalig. *hac* in Regiis Leid. ſec. D'orvill. & Neapol. *haec* in primo Vatic. & Voſſ. ſed bene Paſſeratius *hic*, ut in Voſſ. tertio a man. pr. & ceteris, refert ad praecedens *ubi.* neque Douſae conjecturam *cui non eſt* probo. nam *ubi non eſt* Graecorum more dixit, ut illis ἐκ ἐςί, non licet, non datur. ſic Lib. III. El. 12. 30.

Nec digitum anguſta eſt inſeruiſſe via.

ſenſus enim eſt, quando non licet caput majoris ſigni, id eſt ſimulacri vel ſtatuae alicujus Dei, tangere, illic corona ante pedes ejus ponitur. nam qui Deorum ſimulacra venerabantur, eorum caput & pedes tangebant. quo refer illud Juvenalis Sat. XIV. 219. *& Cereris tangens aramque pedemque.* & forte hunc locum imitatus eſt Ovidius Lib. II. Amor. El. 13. 23.

Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris,
Ipſe feram ante tuos munera vota pedes.

vide & Paſchalium de Coronis Lib IV. cap. XI. p. 239. de elegantia locutionis *non eſt*, pro, non licet, praeter Paſſeratium ad h. l. vide N. Heinſium ad Ovid. II. A. A. 28. & quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 155.

27. *Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen,*
Pauperibus ſacris vilia dona damus]

Locus corruptiſſimus, cui ſanando parum auxilii ferunt ſcripti codices, & editiones vetuſtae. *non inopes* in uno Colbert. Heinſiano, primo D'Orvill. meoque. *laudes* Voſſ. tert. *carmen* vitioſum procul dubio, & ſequuntur *carmina.* Paſſeratius ex cod. Memmiano, *laudis conſcendere culmen.* probante Heinſio, forte ut reſponderet conparatio praecedentibus, *Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis.* ſic etiam legebat Janus Douſa Filius, Fruterius, & Gruterus Lib. XVII. Suſpic. ineditar. cap. 10. productis Apuleji, Valerii Max. & Symmachi locis, in quibus *laudis culmen* etiam vindicat. & ita Ayrmannus. *in arcem* excogitaverat Palmerius. Videntur viris doctis haec placuiſſe propter verbum *conſcendere.* quo illecti *conſcendere currum* divinare poſſemus, ut Marklando etiam in mentem venerat. Beroaldus quidem conparationis a Propertio hic factae ſenſum commode ſatis explicuit hoc modo: *quemadmodum coronam ponimus ante pedes ſtatuae coloſſeae, cujus caput tangere non poſſumus, ita nos exiguo thuſculo ſacrificamus, cum ſimus inopes, nec valeamus conſcendere ad laudes Auguſti carmine grandiloquo.* Sed quis ferat, aut apta locutione dictum probet, haec ultima ſignificari illis verbis, *inopes laudis conſcendere carmen?* Broukhuſius tentaverat, *laudis contendere curſu*, ſed verſum hunc adeo corruptum agnoſcebat, ut fere ſpurium ſuſpicaretur, addita ratione, *quia turis mentio aperte clamat, aliud quid, cui reſponderit, deſiderari.* eruditiſſimus Eldickius ſuis ad me literis legebat,

Sic nos nunc inopes lautis oſtendere cultum.

ut *lauta ſacra*, ſeu taurus, *pauperibus* e thure ſacrificiis opponantur. Alia medicina adfecto huic loco ſuccurrebat Franc. Oudendorpius, quem doctrinae, & amicitiae, dum in vivis eſſet, nomine libenter memoro. ille enim reſtituendum cenſebat,

Sic nos nunc inopes tauris conſcindere collum,
Pauperibus ſacris vilia tura damus.

quam praeclaram emendationem ex merito laudavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 37. ubi in Epigrammate Virgilii, Dedicationem Aeneïdos ad Venerem continente, legendum conjeci,

Corniger haud *aries humilis*, ſed *maxima taurus*
Victima ſacratos tanget honore focos.

pro eo, quod antea vulgabatur,

Corniger hos *aries humilis*, & *maxima taurus*
Victima ſacratos &c.

conſcindere collum tauris, aliis *frangere taurorum colla* dicitur. Valer. Fl. Lib. I. 192.

—— *non illo certior alter*
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.

vide Heinſ. ad Claudian. II. de Laud. Stilic. 21. frequens autem in divitum ſacrificiis tauri, majoris victimae, mentio. ut Dianae pro incolumitate Principis taurum hoſtiam vovet Philippus Lib. IV. Anthol. Graec. Tit. 10. Ep. 1.

Σοὶ γὰρ ὑπὲρ βωμῶν ἀτμὸν λιβάνοιο Φίλιππος
Ῥέξει καλλιθύταν ταῦρον ὀρειονόμαν.

hoc

Nondum etiam Aſcraeos norunt mea carmina fontes,
Sed modo Permeſſi flumine lavit Amor.

Scri-

hoc eſt, interprete Grotio,

Multa tuis aris adolebit thura Philippus,
Si ferus hic taurus victima caeſa litet.

aptiſſima ergo oppoſitione Propertius dicit, ſuarum facultatum non eſſe *taurum*, locupletibus dignum ſacrificium, ſed *thura*, quae *pauperibus ſacris* conveniunt, pro felicitate Auguſti, Diis ſe offerre, ut haec paſſim opponuntur. ad ſenſum Propertii egregie facit locus Tibulli Lib. IV. Carm. 1. 14.

Parvaque coeleſtes placavit mica; nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu.
Hic quoque ſit gratus parvus labor, ut tibi poſſim
Inde alios, alioſque memor componere verſus.

Ovidius Lib. II. Triſt. 75.

Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

& IV. ex P. Ep. 8. 39.

Nec quae de parva Dis pauper libat acerra,
Thura minus, grandi quam data lance, valent.
Agnaque tam lactens, quam gramine paſta Faliſco,
Victima Tarpejos inficit icta focos.

ſed haec ſufficiant ad optimam emendationem confirmandam. aliter Clercquius in Prodromo I. Obſerv. ad Lucanum pag. 7. qui ſcripſiſſe poëtam putabat,

Sic nos, nunc inopes lauto contendere cultu,
Pauperibus ſacris &c.

ex his eligat lector, quod ſalubriorem opem loco huic depravato adferre videbitur. Ultimus tamen Propertii editor Vulpius retinendam eſſe vulgatam contendit, non alia ratione addita, quam *eſſe hoc unum ex Propertii ſingularibus*, ut vocat, quod fortaſſe a Callimacho vel Phileta derivaverit. ſingulari certe argumento. Sed nihil e Callimacho vel Phileta deſumſit, in quo ſenſus & mens ſana non conſtabat. Quia vero in codice ſuo *villia tura* ſcriptum repererat Gul. Vlamingius, inde *villica*, id eſt ruſtica, legendum conjecerat, ut apud Juvenalem Sat. IX. 137.

O parvi noſtrique Lares, quos thure minuto,
Aut farre, aut tenui ſoleo exorare corona.

ubi *exornare* in MSS. & aliis edd. ſed *vilia thura* minime ſollicitanda ſunt, quae *thuri minuto*, in illo Juvenalis loco, & *minimo thuris honori* apud Ovidium, Tibullum, alioſque reſpondent, qualia *vilia* pauperum dona, quae pura comitatur mens, Diis ſaepe gratiora, quam locupletium victimas majores, aut lances grandiores, noto loco deſcribit Perſius Sat. II. in fine. ubi vide Caſaub.

29. *Nondum etiam Aſcraeos norunt mea carmina fontes,*
Sed modo Permeſſi &c.]

Necdum in Colotiano. *Nundum* in primis edd. *mea flumina* male in Voſſ. *Aſcraeos fontes* non proprie ad Heſiodum, ut Beroaldus, refero, licet *Aſcra* oppidulum ad ripas Heliconis ſitum Heſiodi fuerit patria, ſed ad Hippocrenen & Aganippen, vicinos fontes, ex quibus majores poëtae bibere fingebantur, minores e Permeſſo. vide Paſſeratium. eodem videlicet colore, quo Perſius in Prologo:

Nec fonte labra prolui Caballino &c.
Heliconiadaſque pallidamque Pirenen
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederae ſequaces.

ubi recte Caſaubonus reſpici putat ad poëtas majores, qui ſe fonte Hippocrenes labra ſua *proluiſſe*, ſeu totum velut exhauſiſſe jactabant. ſic infra apud noſtrum El. X. v. 4.

Juſſit & Aſcraeum ſic habitare nemus.

ſilva enim & *Tempe Aſcraea* prope Heliconem. vide Markland. ad Statii Silvas p. 312. ubi iſto noſtri loco ſtabilivit emendationem ſuam in Statii Lib. V. Sylv. 3. v. 209. *Me quoque vocales lucos, Aſcraeaque Tempe pulſantem.* quae tamen nimis forte recedit a vulgata lectione *luſtrataque.* & *luſtrandaque* malim cum Heinſio. certe *luſtrare Tempe* defendi poteſt ex noſtro Eleg. praeced. v. 5.

Sed tempus luſtrare aliis Helicona choreis.

Ceterum *Aſcraeos norunt mea carmina fontes* hic de mendo ſuſpectum videtur, pro qua voce forte reponendum *rorant.* ſive intelligamus ſenſu activo *carmina mea rorant fontes*, ſeu ingenti hauſtu irrigata

 gata

Scribant de te alii, vel ſis ignota licebit:
Laudet, qui ſterili ſemina ponit humo.
Omnia, crede mihi, ſecum uno munera lecto
Auferet extremi funeris atra dies.
Et tua tranſibit contemnens oſſa viator,
Nec dicet, *Cinis hic docta puella fuit.*

ELEG.

gata ſunt, ut *manare mella*, *rorare favos*, & ſim. vel *Aſcraei irrorant mea carmina fontes* legendum, ut fontes Aganippidos nondum ſua carmina penitus madefeciſſe & irrigaſſe, ſed Amorem ſe tantum e Permeſſi flumine laviſſe fingat. quae elegantior erit oppoſitio. *Permeſi flumina* in meo priore. *Parmenſi* primus D'Orvill. *Parnaſſi* in uno Colbertino. *Me modo Permeſſi* legebat Francius. *Et modo Permeſſi* adfert Neſtor in Vocabular. pag. 97. b.

31. *Scribant de te alii* &c.] Sex ultimi hi verſus non magis ad hanc, quam aliam quamcumque Elegiam ſpectant, & panni ſunt infeliciter hic adſuti, unde in nonnullis codd. MSS. & primis edd. conſtituunt ſeparatum ſex verſuum Elegidion cum titulo AD CYNTHIAM. vel fragmentum potius alterius Elegiae huc male intruſum, ut in primis editionibus etiam octo verſus ex El. VI. hujus libri a v. 13. uſque ad v. 20. ſeparatum & aliunde avulſum exhibent fruſtum. Forte pertinent ad Elegiam praecedentem, ubi ex dolore admiſſi rivalis & ſibi & Cynthiae mortem denuntiat. certe illa, *Scribant de te alii* &c. indicare videntur, ut Cynthia novum poëtam quaerat, & amatorem; quum ipſe non profecturis bubus litora araret, praelato ſibi rivali, adeoque Cynthiae valedicat. hoc verſu *ne ſis ignota* in Menteliano, primo Leid. aliiſque codd. quod placebat Heinſio. *Scribebant alii* in eodem Mentel. duobus Leid. primo Voſſ. & meo. dein *Ludet* in quarto Voſſ. binis Leidenſ. uno Regio & Colbertino, Askewiano, utroque D'orvill. & primis edd. quod praefert Paſſeratius. *Laudet* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, ſecundo & quinto Vaticano, codice Scaligeri, & Groning. cui lectioni favent MSS. in quibus *Audet*, vacua relicta priore litera, ut in Borrich. Heinſiano, & meo priore, pari confuſione, in codd. MSS. frequenti, Lib. III. El. XI. 21. *Audent victrices*, vel *Ardent*, omiſſa G litera initiali, pro *Gaudent*. & alibi ſaepe, ut paſſim viri docti notarunt. *ſemina ponit* adhaeret Virgilio II. Georg. 14. *poſito ſurgunt de ſemine*. ſequente verſu *tecum uno munera lecto*, pro *ſecum*, in duobus Leidenſ. tribus Voſſianis, utroque meo, D'orvillianis, & priſcis edd. *ſecum* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. & codice Livineji.

36. *Nec dicet, cinis hic docta puella fuit*] *jacet* in tertio Voſſ. imitatus eſt Janus Secundus Lib. I. Epiſt. 9. p. 149.

Et dicet, cinis hic nobile pectus erat.

& Janus Lernutius Lib. II. Epigr. p. 89.

Et dicat, cinis hic trux fuit ante latro.]

ELEG. IX.

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primum vidit ſine ſenſu vivere amantes,
Et levibus curis magna perire bona.

5. Idem

Eleg. IX.] de amore inſcribitur in variis codd. MSS. Venuſtiſſima haec Elegia conferenda eſt cum Moſchi Idyllio primo, ex quo haud pauca mutuatus eſt Propertius: unde eam ſuae Moſchi editioni adjecit Adolphus Meetkerkius, addita H. Stephani paraphraſi Graeca, cui Latinam Angeli Politiani verſionem, faventibus Muſis ſcriptam, addere potuiſſet. neque diſſimiles colores ſunt in Meleagri epigrammate Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 16. & 17. & apud Senecam in Hippolyto v. 195. & ſeqq. Hanc Cupidinis deſcriptionem Propertianam optime illuſtrant verba Scholiaſtae inediti Juvenalis ad Sat. VI. 137. quae ideo hic adferam ex codice Voſſiano, ut illius ſpecimen Muſarum cultoribus exhibeam: *Pharetris Veneris dicit propter Cupidinem, puerum Veneris, qui faretratus, nudus, cum face, pennatus, & puer depingitur. Pharetratus ideo, quia ſicut corpus ſagittae, ita mentem vulnerat amor. Nudus ideo, quia amoris turpitudo ſemper manifeſta eſt & nuſquam occulta. cum face autem, quia turpis amor calore & fervore quodam accenditur. Pennatus inſuper, quia amor cito pertranſit & perfunctorius eſt. puer etiam, quia ſicut pueris per imperitiam facundia, ſic quoque nimium amantibus per voluptatem deeſt. unde Virgilius de Didone: Incipit affari, mediaque in voce reſiſtit.* e recentioribus multi quoque ex hoc Propertii fonte ſuos irrigarunt rivos, nec infelici ſucceſſu. ut Marullus Lib. I. Epigr. LIX. Hieron. Angerianus Erotopaegnii Ep. 67. & 161. Alciatus Emblem. 95. & Henricus Harius Lib. IV. Triſt. El. 14. p. 263. & ſeq. ed. Canneg. & egregie haec illuſtrabunt, quae notavit Menagius ad Taſſi Amintam, Prologo v. 27. pag. 114—117.

1. *Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem*] *primus qui pinxit*, in codd. Regiis, altero Colbertino, Groningano, Livineji codice, ſecundo Leidenſi, & primis edd. quod probavi olim in notis ad T. I. Anthol. Lat. pag. 183. quia huic lectioni favere poſſunt illa Eubuli apud Athenaeum Lib. XIII. p. 562. cujus locum Scaliger quoque & Douſa Fil. adferunt:

Τίς ἦν ὁ ἀνάψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
Ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον. & ſeqq.

ubi γράψας ſcribendum recte monuit Cel. Valckenarius ad Euripid. Hippol. v. 1268. & merentur cum his conponi Theophraſti, Theophili, & aliorum poëtarum fragmenta, ibidem apud Athenaeum exſtantia. *puerum* tamen nunc non mutandum opinor, quia ſequitur v. 13. *manet & puerilis imago.* & *primum* mox recurrit. Moſcho etiam, quem in variis Cupidinis adtributis ſecutus videtur Propertius, v. 6. Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος. Retineamus igitur *Puerum qui pinxit Amorem.* praeſertim, quia rationem addit, cur *puer* pingatur: nimirum, *ſine ſenſu vivere amantes*, inſtar puerorum. quo faciunt Servii verba ad Virg. I. Aen. 667. *quia turpitudinis eſt ſtulta cupiditas, puer pingitur, item quia inperfectus eſt in amantibus ſermo, ſicut in puero,* ita in ſequentibus cauſſam adjungit, cur alatus, & cur ſagittis armatus pingatur. quae fere conveniunt cum verbis Scholiaſtae Juvenalis, modo prolatis, altero verſu auribus conſulendum, levi mutatione corrigendo, *Nonne putes miras* &c.

3. *Hic primum vidit ſine ſenſu vivere amantes*] *Is primum* praeter alterum Colbert. etiam eſt in utroque D'orvill. & meo ſecundo, altera ed. Ald. anni 1515. Gryph. & Rovill. ſed *Hic primum* in Borrich. primo Vatic. Heinſiano, meo priore, & Veneta 1475. aliiſque primitus excuſis, Aldina 1502. & Colinaei. unde ſervata in initio lectione recepta, *puerum qui pinxit Amorem*, hic ſcribi praeſtaret, *Hic primus vidit* &c.

quod

Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Noſtraque non ullis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Gnoſia utroque jacet.

Ante

quod firmari poteſt ex illis quae notavi ad Lotich. p. 557. & 558. *ſine lumine* in Excerptis Scaligeri. oppoſitum huic verſui, quo *ſine ſenſu vivere amantes* dicuntur, eſt ſecundum Theophraſti, eique adjunctum Theophili fragmentum ab Athenaeo productum. mox cum Heinſio praeſtat,

Et levibus cauſſis magna perire bona.

vel *multa*, ut in D'orvill. ſecundo. Lib. II. 7. 74.

—— *feminea non conſtat foedus in ira,*
Sive ea cauſſa gravis, ſive ea cauſſa levis.

5. *Idem non fruſtra ventoſas addidit alas*] Virgilianum hemiſtichium eſt Lib. XII. Aen. 848. *ventoſaſque addidit alas.* Ovidius II. Amor. El. 9. 49. ad Cupidinem,

Tu levis es, multoque tuis ventoſior alis.

ubi male *velocior* in aliis codicibus. hinc Servius ad Virg. d. l. *aligerum Amorem* explicans notat; *Sane nomen hoc ratione non caret. Alatus enim ideo, quia amantibus nec levius aliquid, nec mutabilius invenitur.* hinc πτερόεις Ἔρως in Antholog. Gr. Lib. IV. cap. 8. Ep. 17. p. 450. ed. Obſop. Moſchus dicto Idyll. v. 16.

Καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους.

ventoſus igitur *Cupido*, pro levi, inani, & inconſtanti. vid. Markland. Epiſt. Critic. ad Fr. Harium pag. 170. & talis Cupido Myndius deſcribitur a Cedreno in Annal. p. 265. ed. Xylandr. *ventoſas alas* celeres, volucres exponit Paſſeratius, vel leves. vide Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. IV. 28. quia autem *alatus Amor* in Nummis, aliiſque vetuſtis monumentis frequens occurrit, hinc Themiſtius in Orat. XI. pag. 151. ed. Petav. Καὶ δὴ ἐγὼ Νικὰς μὲν καὶ Ἔρωτας ἐπτερωμένους, εἴτε ἐν χάλκῳ, εἴτε ἐν λίθῳ, εἴτε ἐν χρώμασιν εἶδον. altero verſu *humana forte* legebat Heinſius, ut exprimat Graec. ἀνθρωποειδῆ. non ſine cauſſa hic innuit Propertius, *alatum* & *volantem* Cupidinem ſolis pictoribus deberi, quod egregie illuſtratur ex verſibus Alexidis apud Athenaeum,

—— λέγεται γὰρ λόγος
Ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
Τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. αἰτίαν δ' ἔχειν
Ἐκεῖνον ἄλλως, ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
Γραφεῖς, ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν.

& fragmento Eubuli ibidem:

—— πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερά;
Τοῦτο πρᾶγμα λῆρος οὖν καὶ χἤτει τις.

7. *Alterna quoniam jactamur in unda*] vide ad Lib. I. El. 9. 24. mox *nonnullis* perperam in Menteliano, uno Leid. Voſſ. Heinſiano, primo D'orv. & meo utroque. *non uno loco* in cod. Livin. *noſtram auram* Marklandus exponebat, ſecundam, faventem, quod probo. *ut ſuo vento navigare* Ovidio Rem. Am. v. 14. *Gaudeat, & vento naviget ille ſuo.* & ſic *ſuos Deos habere*, & ſim. apud poëtas obvia.

10. *Et pharetra ex humero Gnoſia utroque jacet*] pro *jacet* in Vaticano quinto, & Voſſ. tertio *ſonat*, ut in Aldina ſecunda, & Rovilliana. quod probabat Heinſius; ut ſit imitatio Virg. IX. Aen. v. 660. *pharetramque fuga ſenſere ſonantem.* ſed in ceteris MSS. & vetuſtis edd. *jacet.* idem Heinſius *quatit* conjecerat. quod ſi admitteretur, emendandum foret, *Et pharetram ex humero Gnoſida utroque quatit.* verum ſequentia, *Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hoſtem*, docent *ſonantem pharetram*, aut quam ex humero utroque *quatit* Cupido, hic valde alienam, &, ſi quid mutandum eſſet, *tacet* potius ex *jacet* ſupponi debere, quam *ſonat.* inſidiantem enim, & inopinatum ictum *hamatis ſagittis* ſuis meditantem deſcribit Amorem. idque convenit fraudulentae & tectae Cupidinis menti apud Moſchum v. 10.

Ἦν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς.

& v. 15.

Γυμνὸς μὲν τόγε σῶμα, νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται.

V. 11.

Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hoſtem,
  Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
In me tela manent, manet & puerilis imago.
  Sed certe pennas perdidit ille ſuas:
Evolat heu noſtro quoniam de pectore nuſquam,

Adſi-

11. *Ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hoſtem*] *tuti non cernimus* in Voſſ. quarto, Livineji cod. & Groning. *cum cernimus* in uno Colbert. *qua cernimus* Borrich. Heinſian. *hoſtes* in Excerpt. Modii. pro *tuti* Heinſius conjecerat, *incauti.* vel *cauti.* ut El. I. v. 80. *Sic eſt incautum quidquid habetur amor.* ubi *incautum* eſt, quod caveri nequit. ut illic notavi. & vide Bentlej. ad Lucan. IV. 719. ſic infra El. 23. 70. idem legebat Heinſius, *Tendis iners cauto retia nota mihi.* pro *docto.* quod tamen non mutandum. forte hic ſcripſerat, *tectum quam cernimus hoſtem*, vel *tacitum.* Ovidius Lib. I. Am. El. 2. v. 6.

Nam puto ſentirem, ſi quo tentarer amore,
  An ſubit, & tacita callidus arte nocet.

ut pro *tecta arte* praetulit Heinſius, quem illic vide. *tecta & tacita* conjungit Terent. Hec. III. Sc. 3. 28. *tecti* conjecerat Francius. altero verſu *Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus erit* in Voſſ. primo, & meo ſecundo, ſed in cujus marg. *abit.* hoc ita exprimit Eubulus in fragmento apud Athenaeum ſupra indicato; de Amore,

Ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος οὔτε ῥάδιος
Ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
Βαρὺς δὲ κομιδῇ.

13. *In me tela manent*] Confer illud Moſchi, dicto Idyll. v. 18. & ſeqq. ubi cum ſagittas Cupidinis deſcripſiſſet & pharetram auream, addit,

——— ἔνδοθι δ' ἐντὶ
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἀμὲ τετρώσκει.

14. *Sed certe pennas perdidit ille ſuas*] *poenas* male in Menteliano, & primo Leid. *Hic certe,* vel *Nunc certe* Heinſius. *Per te ſed pennas* eruditiſſ. Eldikius in Specim. Suſpic. cap. VII. pag. 44. quas voces alibi quidem ſaepe confuſas docent exempla ad h. L. El. VI. v. 1. producta, ſed hic vulgatam ſervemus. non enim ad Cynthiam, vel pictorem ſermo convertitur; ſed inde adfirmat poëta, Cupidinem certe pennas ſuas perdidiſſe, quia e pectore ſuo numquam evolabat. huc facit id, quod eleganter fingit Ariſtophon in verſibus ibidem ab Athenaeo productis, petulanti nimis Cupidini alas praeciſas, ne in coelum iterum evolaret, ſed apud homines tamquam in exſilio degeret, & pennas ejus Victoriae datas fuiſſe:

——— ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερὰ
Ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν,
Δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω,
Τὰς δὲ πτέρυγας, ἃς εἶχε, τῇ Νίκῃ φορεῖν
Ἔδωσαν. &c.

hinc Victoriis & Cupidinibus alas in vetuſtis monumentis datas conſpici, dicit Syneſius loco ſupra prolato. Ceterum hunc verſum alioſque ex hac Elegia tranſtuliſſe Paulum Silentiarium Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 49. pag. 594. ed. Obſop. notavit Douſa Fil. cum quo Epigrammate hunc locum etiam, addita ſua verſione, contulit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. I. p. 436.

Μηκέτι τις πτήξειε πόθου βέλος· ἰοδόκην γὰρ
  Εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.
Μὴ πτερύγων τρομέοι τις ἐπήλυσιν· ἐξότε γάρ μοι
  Λὰξ ἐπιβὰς, στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
Ἀστεμφὴς, ἀδόνητος ἐνέζεται, οὐδὲ μετέστη
  Εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων.

quod vel ideo hic quoque lectorum oculis ſubjicio, ut ei adjungam Hug. Grotii interpretationem ineditam:

Flammea ne quiſquam timeat jam tela, pharetram
  In mea nam vacuam vulnera fecit Amor.
Nec penna metuat de praepete: nam ferus ex quo
  Impoſito preſſit pectora noſtra pede,
Inſidet inmotus: quin, ne diſcedere poſſet,
  En etiam pennas abſcidit ipſe ſibi.

15. *Evolat heu noſtro quoniam de pectore nuſquam*] male in Borrich. Groning. & reliquis fere codicibus, binis Leidenſ. tribus Voſſ. meo utroque, D'orvill. & priſcis edd. legitur *Evolat è noſtro quoniam de pectore.* & huc tendit ſcriptura co-

Adſiduuſque meo ſanguine bella gerit.
Quid tibi jucundum ſiccis habitare medullis?
Si pudor eſt, alio trajice tela tua.

In-

codicis Askewiani, in quo *onro.* idque Livinejus dictum notat more Graecorum, duas praepoſitiones ſynonymas pro una ponentium. Paſſeratius *Evelat e noſtro de pectore* etiam defendit, vel *Evolat en* legit. quod non diſplicet, ut *n* repetatur ex initio ſequentis vocis *noſtro!* ſaepe quidem praepoſitio verbis ex eadem conpoſitis additur, ut *in ſuam induxit ſententiam*, non vero *in ſuam induxit ad ſententiam*, *invocare in auxilium*, ſed non, *in ſuum invocare ad auxilium*, *e ſua exegit domo*, non item *e ſua exegit a domo*, & ſim. ideo *evolat e noſtro de pectore* abſonum & barbarum eſt. licet defenſores habeat Palmerium & Gebhardum, quos recte rejicit Broukhuſius, & Mureto ac Lipſio Lib. II. Var. Lect. cap. 4. *heu* vel *hei* legentibus adſtipulatur. *Evolat* autem recte ſe habet, non *Avolat*, ut conjecerat Francius. Ovidius II. A. A. 19. de Cupidine:

Et levis eſt, & habet geminas, quibus evolet *alas.*

ubi Heinſius etiam *avolet.* ſed *evolet* recte vindicavit Patruus meus, quia id proprium de illis, qui evadere tentant. locis ab eo prolatis adde Virg. VII. Aen. 387.

Quin etiam in ſilvas, ſimulato numine Bacchi,
Evolat.

ubi *Avolat* in Moretano. Lib. IX. 477. *Evolat infelix.* & ſic forte corrigendum Lib. XI. 712. & ex MS. *At juvenis, viciſſe dolo ratus,* evolat *ipſe, (Haud mora) converſiſque fugax aufertur habenis.* in vulgatis *avolat.* Ovid. XI. Met. 790.

—— *utque novas adſumſerat alas,*
Evolat, atque iterum corpus ſuper aequora mittit.

17. *Quid tibi jucundum ſiccis habitare medullis*] *Quo tibi* Heinſius. *Quid tibi jucundi* conjecerat Marklandus. ſed quia in alteram lectionem conſentiunt codices, *jucundum* retinebat, more Graeco, τί σοι τερπνὸν. *jucundum eſt* in Borrich. Voſſ. primo & tertio, utroque D'orvill. & meo ſecundo. & ſic Neapol. a manu ſec. & a m. pr. *ſiccis habitare medullis* exprimit, quod de Cupidine dicit Moſchus v. 17.

—— ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.

habitare enim hic eſt inſidere, haerere, diu morari. de quo vide notas Patrui mei ad Ovid. III. Triſt. El. 10. 11. & Paſſerat. ad h. l.

18. *Si pudor eſt, alio trajice tela tua*] varie hunc verſum viri docti vexarunt, quia codicum MSS. valde diverſa lectio multis conjecturis anſam praebuit. *Si puer eſt* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Heinſian. primo & tertio Voſſ. & uno Dorvill. ut in primis edd. Aldinis, aliiſque vetuſtioribus. *Si par eſt* in primo Vatic. Nonnullis placebat *Si puer es.* ut in meo cod. priore, ſecunda Aldi, & Gryphii. ſed male, quia *es* ſequente vocali corripitur. de quo vide infra ad El. 24. 117. recte *Si pudor eſt* ex aliis codd. praetulerunt viri docti, quod in prima Aldi, Juntina, Colinaei, & Rovilliana legitur. vide Voſſ. Lib. II. de Art. Gramm. cap. 31. forte etiam legi poſſet, *Ni pudor eſt.* ut Lib. I. El. 9. v. 33.

Quare, ni pudor eſt, quamprimum errata fatere.

deinde *traice puella tuo* in Regiis, quinto Vatic. binis Leidenſ primo & tert. Voſſ. & uno D'orvill. meo ſecundo, & primis edd. niſi quod *loco* in Voſſ. tertio, & Colbert. a man. ſec. ut & in primo Leid. ſecundo D'orv. & meo priore. *Si pudor eſt*, vel *Si puer*, *hinc* in v.*c. Paſſeratii. vel *I puer hinc*, ex aliis profert, quod non diſplicet. Ant. Perrejus adſcripſerat, in Puccii codice legi, *Si pudor eſt, alio trajice bella tua*, & *tela loco* in alio MS. invenerat. *bella loco* in Colotiano, & duobus Vaticanis. *bella toro* etiam in aliis. *puella tua* in Neapolit. & Mentel. *puella* etiam in MSS. cum inveniſſet Lipſius, inde fabricavit *traice duella*, ut *traice* in biſyllabon contrahatur, quo modo *reice* apud Virg. ſed nec *duella*, nec *bella*, hic admittenda ſunt. *duella* certe, neque Ovidio, neque Tibullo, aut Horatio adhibitam vocem, Propertio quis obtrudat? neque id placuit D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. III. pag. 434. *alio trajice tela tua* recte ſe habent. ut ex Groningano Broukhuſius, neque aliter in Borrichiano. ſupra v. 13. *In me tela manent.* & quia praecedit *medullis*, recte *veneno* ſequitur. *telo* enim & *veneno* paſſim apud ſcriptores veteres, Graecos & Latinos; vis amoris confertur. vid. D'Orvill. ad Chariton. p. 204. *trajice tela puer* in quarto Voſſiano, quod favere

poſſet

Intactos iſto ſatius tentare veneno:
  Non ego, ſed tenuis vapulat umbra mea.
Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?
  Haec mea Muſa levis gloria magna tua eſt.
Quae caput, & digitos, & lumina nigra puellae,
  Et canit, ut ſoleant molliter ire pedes.

ELEG.

poſſet Pierio ſic legenti ad Virgil. X. Aen. 870. recepta vero lectio, *Si pudor eſt, alio trajice tela tua* dudum probata fuit a Lud. Carrione ad Valer. Fl. VII. 291. qui nullis codicum veterum ſubſidiis fultus ſic reſtituit, quod fugiſſe Broukhuſium miror.

19. *Intactos iſto ſatius tentare veneno*] *potius* in Vaticano quinto, Voſſ. primo & tertio, Commeliniano Gebhardi, D'orvill. pr. & meo ſecundo. ſed perperam. vide infra ad El. XIX. 51.

20. *tenuis vapulat umbra mea*] ita recte in omnibus MSS. quibus accedunt ſinguli Leidenſes, Voſſiani, meus uterque, & D'orvill. cum primis ceteriſque edd. male igitur ex ſua ſolius conjectura *mei* in contextu edidit Broukhuſius. Eſt enim imitatio Plauti in Perſa, *Nam umbra mea jam intus vapulat.* ut notavit Janus Douſa Lib. IV. Explic. Plautin. cap. 10. *umbram* cur ſe vocet Propertius, bene explicuit Gebhardus. *funus* eadem notione ſupra El. I. 79.

Ambulat, & ſubito mirantur funus amici:
Sic eſt incautum quidquid habetur amor.

21. *Quam ſi perdideris*] *perdiderit* male in Regiis, Leid. ſec. & primis edd. *quis eſt* Borrich. & primus meus codex. *curet* pro *cantet* in quarto Voſſ.

22. *Haec mea Muſa levis* &c.] *Nec* Leid. ſec. Groning. & Regii. *Ne* in altero D'orvill. & ſic in aliis MSS. unde Gebhardus legebat, *Nae mea Muſa levis* &c. adfirmantis modo.

23. *Quae caput & digitos* &c.] *Qui* in omnibus fere MSS. ut Ant. Perreji, Mentel. Excerpt. Scalig. Regiis, Colbertinis, utroque Leidenſi, primo & tertio Voſſiano, utroque D'orv. meo ſecundo, Borrich. ſecundo & quinto Vatic. & primis edd. hinc *Cui* legebat Heinſius, tibi nempe. nam praeceſſerat, *mea Muſa gloria magna tua eſt.* pro *lumina nigra* in tertio Voſſ. & quinto Vaticano, *brachia longa.* quod firmari poſſet ex h. Lib. El. 2. v. 57.

Fulva coma eſt, longaeque manus, & maxima toto Corpore.

mox *Et canat* cod. Perrej. Mentel. Borrich. prim. Leid. primus Voſſ. & meus uterque.

24. *ut ſoleant molliter ire pedes*] *ſaltant* in primo D'orvill. *ſoleam* Leid. ſec. N. Heinſius in Notis ad Propert. p. 689. tentabat, *Et cantat ſolitos molliter ire pedes.* ſed praeferenda videtur altera ejus conjectura, qua Lib. II. Adverſ. cap. 5. pag. 252. legebat,

Et canit in ſolea molliter ire pedes.

ut infra El. XXII. v. 40.

Proſilit in laxa nixa pedem ſolea.

Ovidius Lib. II. A. A. v. 212.

Et tenero ſoleam deme vel adde pedi.

vide quae notavi ad Lotich. Lib. V. El. xxi. v. 58. p. 401. & haec lectio ideo laudanda, quia *ſoleae* breves erant, neque minima puellarum laus conſiſtebat in exilitate pedum. vide Iſ. Voſſium ad Catullum pag. 290. pro vulgata facere poteſt illud Ovidii Lib. II. Am. 4. 23.

Molliter incedit; motu capit. altera dura eſt;
At poterit tacto mollior eſſe viro.

Cantat, & ut ſoleant male conjecerat Francius.

ELEG. X.

Non tot Achaemeniis armantur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit Amor.
Hic me tam graciles vetuit contemnere Muſas,
Juſſit & Aſcraeum ſic habitare nemus.

5. Non

ELEG. X. v. 1. *Non tot Achaemeniis armantur Suſa ſagittis*] *armantur Etruſca ſagittis* in Menteliano, Regiis, Colbertinis, Scaligeri & Modii Excerptis, Borrichiano, ſecundo Vaticano, primo Leid. & Voſſ. utroque D'orvill. & meo ſecundo. *armantur hetruſca* in ſec. Leid. tertio & quarto Voſſ. & primis edd. & ita ex ſuis codd. adfert Neſtor in Vocabul. pag. 160. *armatur Etruſca* in Groning. quarto Voſſ. Askew. & utroque D'orvill. Ant. Perrejus adſcripſerat Joh. Jov. Pontanum legiſſe, *armatur Itura ſagittis*. & ſic in quibuſdam MSS. haberi notat Paſſeratius, probante Guyeto, & Heinſio in notis pag. 689. certe in ſecundo Vaticano ſic legitur, & latet in ſcriptura Excerpt. Modii, in quibus *tura*. *Ituraei* enim vel *Ithyraei* a ſagittandi arte veteribus valde laudantur. Lucanus Lib. VII. 230.

— *Ituraeis curſus fuit inde ſagittis.*

ubi vide notas Oudendorpii. & v. 514.

Tunc & Ituraei, Medique, Arabeſque ſoluti,
Arcu turba minax, nuſquam rexere ſagittas.

Vibius Sequeſter pag. 155. *Ithyrei vel Itharei, Syrii, uſu ſagittae periti.* ubi in cod. D'orvill. *Ilarei, vel Itharei.* ſed *Iturei* ſcribendum. vide Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. Lib. V. de Bel. Troj. v. 321. ubi recte *Iturea cuſpide* corrigit, quod firmatur a rariſſima edit. Antverp. 1608. ab Alex. Car. Trognaeſio curata. vitioſe in vulgatis *Icirea*. de diverſa nominis hujus ſcribendi ratione vide etiam Patrui mei notas ad Virg. II. Georg. 448. altera loci hujus emendatio *armantur Suſa ſagittis* Antonio Volſco recte acceptum retulit Broukhuſius, eamque ita laudavit, ut palmariam adpellet. male enim Scaliger, qui Volſci commentario nuſquam uſus eſt, primum conjecturae hujus auctorem facit Beroaldum, eamque probat quidem, ſed ita, ut dubitet, an non aliud mendum in portento, ut vocat, lectionis *Etruſca* lateat. *Suſa* etiam tuetur A. Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 7. confirmant hanc emendationem *Achaemenia Suſa* apud Lucan. Lib. II. 49. loco a Paſſeratio & Broukhuſio etiam prolato,

— *Achaemeniis decurrant Medica Suſis*
Agmina.

ubi *Achimeniis* in MSS. ut hic quoque in primo Leid. Voſſ. D'orvill. meo utroque, Neapolit. & Borrich. & ſic ſcribitur etiam in MSS. codd. Boëthii Lib. V. Metr. 1. init. ſed *Achaemenio nardo* Bentlejus edidit apud Horat. Epod. XIII 8. *Achaemeniae ſagittae* pro Parthicis. vide Barth. ad Stat. VIII. Theb. v. 286. recte etiam *armantur Suſa*, non *armatur*, ut in nonnullis MSS. nam *Suſa*, Suſorum, ut *Bactra*, & ſim. Herodot. Lib. V. c. 54. μέχρι Σύσων, τῦτο γὰρ Μεμνόνειον ἄςυ καλέεται. & ita ſemper apud eumdem. vide & Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 1073. & Holſten. ad Steph. Byzant. pag. 302. hinc forte Cl. Oudendorpio in mentem venerat, ut conjiceret hic ſcribendum eſſe *armant ſe Bactra*. quae neutro plurali etiam dicuntur. infra Lib. III. El. 1. 16.

Qui finem imperii Bactra futura canent.

El. IX. 26.

Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput.

& IV. 3. 7.

Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus.

Sed *Suſa* longe praeferenda videntur. Gebhardo autem libenter judicium ſuum remitto, qui ex libro Commelini legebat *hamantur*. quia Eleg. praec. v. 9. de Cupidine,

Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis.

3. *Hic me tam graciles vetuit contemnere Muſas*] *tum graciles*, & altero verſu *hic habitare* v. c. Paſſeratii. *ſecum habitare* conjecit amicus Gebhardi, cujus notas vide p. 183. *jam graciles*

Ayr-

Non ut Pieriae quercus mea verba ſequantur,
Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras.
Sed magis ut noſtro ſtupefiat Cynthia verſu.
Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino.
Non ego ſum formae tantum mirator honeſtae:

Nec

Ayrmannus. *meruit contingere* in tertio Voſſ. *graciles Muſas* forte dixit, ut initio Aeneïdos, *gracili modulatus avena Carmen. Aſcraeum nemus* illuſtrant quae ſupra notavi ad El. VIII. 29. *Aſcraeum juſſit hic habitare nemus* legebat P. Francius.

6. *Aut poſſim Iſmaria* &c.] Levi mutatione ſcribendum, *Et poſſim.* nam utrumque & quercus & feras carmine ducere, ut & flumina, non ad duos diverſos, ſed ſolum Orphea ſpectat. Virgilius IV. Georg. 510.

Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.

Horatius Lib. I. od. 12.

Unde vocalem temere inſecutae
Ophea ſilvae,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereſque ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

noſter Lib. III. El. 1. 41.

Orpheu, te duxiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threïcia detinuiſſe lyra.

vide Claudian. praef. ad Lib. II. de R. P. v. 21. & ſeqq. Caſſii Parmenſis Orpheum, & Palladii de eo Allegoriam in Tom. I. Anthol. Lat. pag. 97—99. & quae illic notata ſunt.

7. *Sed magis ut noſtro ſtupefiat Cynthia verſu*] pertinaci errore in multis MSS. *ſtupeſcat*, prima ſyllaba repugnante. ut in Regiis, Menteliano, Heinſiano, Borrich. Vaticano quinto, duobus Leidenſ. meo priore, & primis edd. *tepefiat* Paſſeratius, & N. Heinſ. ut & alibi hae voces permutantur. vide Patrui mei notas ad Nemeſian. Ecl. I. v. 13. ſed nihil innovandum videtur. ſic forte ſubſtituendum Lib. IV. El. 1. 63.

Ut noſtris ſtupefacta ſuperbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.

pro *tumefacta.* receptam igitur lectionem recte tuetur Broukhuſius.

8. *Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino*] *Tum ſim ego* in primo Leid. & Menteliano. pro *notior* male in Voſſ. quarto *doctior*, a man. pr. ſed ſuperſcript. *notior.* id eſt, celebrior. ut infra El. XXV. 88.

Leſbia quis ipſa notior eſt Helena.

pro *arte* in aliis *ante.* quod Palmerio fruſtra placebat, & *ante-Lino* per ὑφὲν, quam centies Propertio obtrudunt, capit, pro antiquo Lino. ingenioſo certe acumine. vide Paſſeratium, qui talia paſſim etiam noſtro ingeſſit. *apte* vitioſe in primo D'orvill. *notior arte* jungenda, pro clarior arte canendi, vel Lyrica arte. & hoc quoque probabat Marklandus, ut eodem modo Graecis τέχνη indicato Ariſtophanis loco in Ranis v. 873. & v. 969. ſic *ars* ſimpliciter apud poëtas Latinos. Ovidius II. Faſt. v. 96.

Inde domum repetens puppim conſcendit Arion,
Atque ita quaeſitas arte ferebat opes.

ubi male etiam *ante* in Thuaneo, aliiſque codd. & in genere pro quibuſcumque doctrinis. IV. Triſt. El. 10. 16.

Imus ad inſignes urbis ab arte viros.

ubi vide doctorum notas.

9. *Non ego ſum formae tantum mirator honeſtae*] *ſim formae* hic quoque in codd. ut verſu praeced. *honeſtae* capiendum eſſe pro nobili, bonis oriunda, ſequens verſus oſtendit, eadem notione apud Suet. Aug. 46. *Ac necubi honeſtorum deficeret copia, & equeſtrem militiam petentes etiam ex commendatione publica cujuſque oppidi ordinabat.* Ovid. I. A. A. 769.

Inde fit, ut quae ſe timuit committere honeſto,
Vilis in amplexus inferioris eat.

Plinius XXXV. 10. §. 8. *Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui exercerent, mox ut honeſti.* Seneca Epiſt. 123. ubi de luxu Romanorum: *quod ſi pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere coeperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius, ſequimur, &*

recti

Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos.
Me juvat in gremio doctae legiſſe puellae,
Auribus & puris ſcripta probaſſe mea.

Haec

recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus eſt. & paullo poſt, *turpe eſt nullos eſſe, qui occurrentes via dejiciant, qui honeſtum hominem venire, magno pulvere oſtendant.* & hinc *honeſta* quaecumque elegantiora, & a vulgo remota ſunt. vide ad Ovid. Rem. Am. 393. & Patrui mei notas ad Petron. cap. 55. p. 266.

10. *Nec ſi qua illuſtres femina jactat avos*] *jactet* in Mentel. primo Leid. tertio Voſſ. meoque primo. & *ſi qua*, non *ſi quae*. ut ſupra El. 2. v. 25.

Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.

ubi *ſi quo* in aliis. *ſi quando* Heinſius. verum uſum harum particularum illuſtrat Bentlejus ad Horat. Lib. II. Sat. 6. 10.

11. *Me juvat in gremio doctae legiſſe puellae*] *Nos juvat* in Voſſ. tertio. *Nam* in meo primo. *juvet* in Regiis, Groning. Leid. ſec. Voſſ. pr. & quarto, meo altero, & primis edd. eaſque ſecutis vetuſtioribus, *in gremio puellae legiſſe* hic eſt praelegiſſe mea carmina, eaque probaſſe puellae doctae, qualis erat Cynthia, & a noſtro deſcribitur Lib. I. El. 2. prope finem, & alibi ſaepius. confer illud Ovidii Lib. II. Amor. El. 4. 20.

Eſt, quae Callimachi prae noſtris ruſtica dicat
Carmina; cui placeo, protinus ipſa placet.

12. *Auribus & puris ſcripta probaſſe mea*] *pueri* in Excerpt. Scalig. & D'orvill. ſecundo. *pueris* in Neapolit. Mentel. Regiis, & altero Colbert. duobus Leidenſ. Askewiano, quarto Voſſ. primo D'orvill. & primis edd. quod pro *puerilibus* capiebat Oudendorpius. ſic quidem Horatius Lib. III. od. 1. 4.

——— *virginibus pueriſque canto.*

& Ovidius de Menandro Lib. II. Triſt. 370.

Et ſolet hic pueris virginibuſque legi.

apud noſtrum Lib. III. El. 7. 45.

Haec curent pueri, haec curent ſcripta puellae,
Meque Deum clament, & mihi ſacra ferant.

ſed illud *pueris* derivatum eſſe ex antiqua codicum ſcriptura *pureis* pro *puris*, recte notat Scaliger ad h. Lib. El. 34. 29. *terſis* conjecerat Heinſius. *purae aures* ſollicitandae non ſunt, quas *purgatas* vocat Horatius Lib. I. Epiſt. 1. 7.

Eſt mihi, purgatam crebro qui perſonet aurem.

eo ſenſu Martialis Lib. II. Ep. 86.

Scribat carmina circulis Palaemon,
Me raris juvat auribus placere.

Lib. IV. Ep. 87.

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te, libelle,
Ut docto placeas Apollinari.

neque diſſimile illud Callimachi Hymn. in Jov. v. 65. ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν. id eſt *illa, quae placeant auribus. puris auribus* etiam ſua imitatione hic probaſſe videtur Lotichius Lib. IV. El. 1. 74.

Mollia ſaepe quidem deducere carmina tento,
Non tamen ut puris auribus iſta probem.

ubi vide quae ad hunc Propertii locum notavi in Addendis pag. 689. *purae* autem, *doctae*, & *rarae aures* in his locutionibus exactum artis peritorum judicium notant. vid. Barth. ad Claudian. Conſ. Mallii in praef. v. 9. p. 63. & Patrui mei notas ad Phaedr. Lib. III. fab. 18. 3. *dicta probaſſe* in Voſſ. Heinſiano, & meo priore. idque ex ſuo codice, & Gebhardi Commeliniano adſtruit Broukhuſius, & tueri quis poſſet ex Lib. IV. El. 1. 61.

Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona.

ſed *ſcripta* praefero, pro carminibus. ſupra El. 2. 31.

Et ſua cum antiquae committit ſcripta Corinnae.

infra El. XXV. 87.

Haec quoque laſcivi cantarunt ſcripta Catulli.

13. *Haec*

Haec ubi contigerint, populi confuſa valeto
Fabula. nam domina judice tutus ero.
Quae ſi forte bonas ad pacem verterit aures,
Poſſum inimicitias tunc ego ferre Jovis.
Quandocumque igitur noſtros nox claudet ocellos,

Acci-

13. *Haec ubi contigerint, populi confuſa valeto Fabula. nam domina judice tutus ero*]

Legendum opinor,

Haec mihi contingant! populi confuſa valeto Fabula. &c.

Tibullus Lib. I. El. 1. 43.

Hoc mihi contingat. ſit dives jure &c.

& El. 3. 33.

At mihi contingat patrios celebrare penates.

Ovidius Lib. III. Am. 2. 9.

Hoc mihi contingat. ſacro de carcere &c.

vel cum amiciſſimo Santenio legendum,

Hoc ubi contigerit.

eodem colore auctor Elegiae ad Meſſalam, in fine, Tom. I. Anthol. Lat. p. 301.

Poſſumus. optatis plus jam procedimus ipſis.
Hoc ſatis eſt. pingui nil mihi cum populo.

domina vindice conjeciſſe J. Douſam notavit Broukhuſius, & probaſſe videtur. ſed *judice* propter codicum omnium conſenſum non moveo. Ovidius Lib. II. Am. El. 2. 56.

Judicis illa ſui tuta favore venit.

Lib. III. El. 14. 50.

Cum tibi contingat verbis ſuperare duobus,
Et, ſi non cauſſa, judice vince tuo.

Claudianus praef. ante III. Conſ. Honor. v. 17.

Jam dominas aures, jam regia tecta meremur,
Et chelys Auguſto judice noſtra ſonat.

Ovidius Lib. I. Faſt. 19. ad Germanicum:

Pagina judicium docti ſubitura movetur
Principis, ut Clario miſſa legenda Deo.

jam domina judice tutus eo conjecerat Heinſius. *jam domina* etiam Francius.

15. *Quae ſi forte bonas ad pacem verterit aures*] *Quod ſi* in Regiis, altero Colbert. Groning. Borrich. Excerpt. Modii, & in mei ſecundi margine, primiſque & ceteris vetuſtioribus edd. ſed *Quae* in Ant. Perreji cod. Colotiano, altero Vatic. Mentel. Voſſ., Heinſiano, & meo primo. *verteris* in Modiano ſeu Groning. altero verſu *Poſſim ego* Heinſ. ut paullo ante v. 6. *Aut poſſim Iſmaria* &c. ſupra El. VII. 5.

Poſſim ego in alterius poſitam ſpectare lacerto?

El. XVI. 28.

Poſſim ego naturae non meminiſſe tuae?

& El. XXV. 18.

Rivalem poſſim non ego ferre Jovem.

ut illis in locis vel codices MSS. vel viri docti praeferunt. ultimo tamen, & hoc loco, *Poſſum* malim, quia haec adfirmantis, illa rogantis ſunt. *nunc ego* in quarto Voſſ.

17. *Quandocumque igitur noſtros nox claudet ocellos*] *mors* in omnibus MSS. & editionibus hactenus legebatur, ſed *nox* edidit Broukhuſius, ex emendatione N. Heinſii ad Ovid. III. Met. 503. ubi reſtituit, *Lumina nox clauſit.* ut eod. libro v. 695. *Stygiae demittite nocti* emendat. pro *morti.* idque etiam codici ſuo adſcripſerat Marklandus. ut ſit imitatio Virgilii X. Aen. 746. *in aeternam clauduntur lumina noctem.* infra El. XII. 24.

Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

Ariadne apud Ovidium Epiſt. X. 112.

Crudeles ſomni, quid me tenuiſtis inertem?
At ſemel aeterna nocte premenda fui.

& Hypermneſtra Epiſt. XIV. 74.

Nox tibi, ni properes, iſta perennis erit.

Lib. I. Met. 721. de Argo:

—— centumque oculos nox occupat una.

vide Jan. Douſae Fil. notas ad Catull. carm. I. ubi Senecae Herc. Fur. v. 1077. etiam reſtituit,

Cogis longam diſcere noctem.

pro *mortem.* adde Drakenb. ad Silium Lib. X. 173. Sed non omittenda ſunt, quae ad hunc locum adnotavit Cel. Hemſterhuſius. „ Jam „ ſummopere mirari ſubit, uſquam ab Heinſio „ diſceſſiſſe Broukhuſium. *quid, quaeſo, cauſae,* „ dicit

Accipe quae ſerves funeris acta mei.

Nec

„ dicit, *cur* mors *mutandum videatur in* nox? „ *immo ſequitur ſtatim apud noſtrum*, Nec ſit „ in Attalico mors mea nixa toro. *unde liquet* „ *probam & veram eſſe Heinſii correctionem.* Sed in utraque editione Broukhuſiana nihil omnino occurrit, ex quo colligi poſſit eum ab Heinſio hic diſceſſiſſe, neque enim in ejus notis leguntur illa verba, *quid quaeſo cauſae cur* mors *mutandum videatur in* nox? quae ultimis verbis *unde liquet probam* & ſeqq. contraria eſſent. In tota enim adnotatione Heinſianam correctionem probat & exemplis confirmat. Addit Cel. Hemſterhuſius: „ Sed plane retinendum *mors*, quod „ tanto ſuavius eſt, quia *mors* apud poëtas non „ raro perſonam gerit. vide modo Euripideam „ Alceſtidem. Scholiaſt. Homer. ad Il. Z v. 153. „ & Heſych. Pro altera tamen lectione *nox claudet* margini adnotaverat locum Horatii Lib. I. Carm. 28. v. 15. & illic videndum eſſe Torrent. & Cuningham. Animadv. in Horat. Bentlej. p. 331. His porro ſequentia adjunxerat: *Haec cum ſuperioribus incommode ſatis cohaerere, Broukhuſio lubens adſentior: verum quem in locum oportuniorem migrare debeant, nunc ſubtilius anquirere ſuperſedebo. Illud autem quod in propinquo poſitum eſt, monere non gravabor; ſedecim praecedentes verſus ſi priori Elegiae connectantur, nihil fore omnino, quod ad elegantiam carminis deſiderari queat.* Recte quidem Broukhuſius animadvertit reliqua hujus Elegiae cum ſuperioribus male cohaerere, ut infinita alia apud noſtrum, hoc praeſertim libro ſecundo. ſed quod ejus rei cauſſam hanc addat: *nam qua ratione de tribus libris loquitur, ſecundo dimidio nondum confecto?* adſentiri non poſſum. reſpicit nempe v. 25.

Sat mea ſat magna eſt, ſi tres ſint pompa libelli,
Quos ego Perſephonae maxima dona feram.

eamdem difficultatem movet Scaliger, de tribus Propertii Carminum libris, quos nondum media parte abſolverat, etiam intelligens. ut & Paſſeratius capiebat. Lipſius hunc locum tractans Lib. I. Var. Lect. cap. 16. putat hic indicare Propertium, ſe re vera tres tantum Elegiarum Libros, quos amoribus dicavit, ſcripſiſſe, quartum vero diſparis argumenti, in quem grandiora carmina conjecit, ab illis ſeparandum, & *monobiblon* inſcribendum; alioſque male titulum iſtum ad librum primum retuliſſe. Sed *tres* illos *libellos* neceſſe non eſt ad tres Propertii ipſius Elegiarum libros referre, quum de paucis aliorum libellis, Callimachi, Mimnermi, Philetae, vel ſimilium poëtarum, adſidua lectione a ſe evolutis & verſatis, quoſque manibus detriverat uſus, exponi poſſint. ſic certe Vulpius ad Catulli Carm. I. 6. & in Commentario ad hunc locum. Eo etiam ſenſu haec intellexiſſe videtur Lotichius, Elegia ad Jo. Sambucum, cum his conferenda, in qua ſimiliter tenues tumuli optat honores, hunc noſtri locum procul dubio cogitans, Lib. III. El. 9. v. 15. & ſeqq.

Pro quibus officiis, haeres abeuntis amici,
Accipe fortunae munera parva meae. ſeqq.
Tu veterum dulces ſcriptorum ſume libellos,
Adtritos manibus quos juvet eſſe meis.
Invenies etiam viridi quae luſimus aevo,
Dum ſtudiis aetas mollibus apta fuit.
Illa velim rapidis ſic uras carmina flammis,
Ut vatem ipſe ſuis ignibus uſſit Amor.

ubi de more poëtarum, pompam inanem & magnificum adparatum funeris ſui averſantium, plura notavi. Mihi autem videntur haec & reliqua hujus Elegiae transferri poſſe in Lib. III. & commode connecti cum fine Elegiae XIV. illius libri, cui ſubjuncta optime cohaerebunt, quibus inter ſe collatis pulcherrima adparebit imitatio Sannazarii Lib. I. El. 2. v. 31 & ſeqq., & Eleg. 3. v. 29. & ſeqq. ad finem. His itaque, ita ut dixi, conglutinatis, & in Lib. III. conjectis, *tres libelli* bene intelligi poſſent de tribus Propertii Elegiarum libris, quemadmodum praeter veterum libellos, manu ſua & adſidua lectione adtritos, Lotichius ſua quoque carmina uſtulanda, ſeu Perſephonae dona offerenda fingit. idem Cynthia a noſtro exigit Lib. IV. El. 7. 77.

Et quoſcumque meo feciſti nomine verſus,
Ure mihi, laudes deſine habere meas.

Forte etiam Elegia illa XIV. Libri III. ſi haec ei adſuantur, non male deſinere poſſet in v. 42.

Non nihil ad verum conſcia terra ſapit.

Sed haec non niſi inter conjecturas incertas reponenda, quia opus eſſet codice vetuſtiſſimo, longe integriore, quam unicus ille, ex quo reliqui omnes promanarunt, ad carmina Propertii divulſa & membris non apte cohaerentia, ſuo loco & ordini reſtituenda.

19. *Nec*

Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa,
Nec tuba ſit fati vana querela mei.
Nec mihi tum fulcro ſternatur lectus eburno;
Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

19. *Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa*] ſcribendum *Ne mea.* nam ab hoc verſu incipit praeſcribere, quae in funeris ſui exſequiis obſervanda mandat, reliqua *Nec tuba*, *Nec mihi tum fulcro* &c. his copulantur. *tum longa* in ſec. D'Orvill. *nunc* in Heinſiano, & meo priore. *Tunc mea nec*, & mox, *Tunc mihi nec fulcro* Francius. *longa imagine ſpatietur pompa*, ut apud Lucanum Lib. II. 298.

—— longum producere funus
Ad tumulum jubet ipſe dolor.

recte vero Paſſeratius *imaginem* exponit de gentilitiis majorum imaginibus, quae in funebri Virorum illuſtrium pompa praeferebantur. locis e Plinio & Tacito, quos adfert, adde illud Horatii Epod. VIII. 11.

Eſto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.

Albinovanus Epicedio Druſi v. 205.

Auctoriſque ſui praefertur imagine moeſta,
Quae victrix templis debita laurus erat.

Silius Ital. Lib. X. 567.

—— nec celſis de more feretris
Praecedens priſca exſequias decorabat imago.

plura dabunt Schefferus Lib. II. de Re Vehic. cap. 3. pag. 58. notae Doctor. ad Suet. Veſp. cap. 19. & D'Orvillius ad Chariton. pag. 364. totum vero hoc diſtichon deſideratur in uno codice Colbertino.

21. *Nec mihi tum fulcro ſternatur lectus eburno*] *Nec mihi tunc* in duobus Leid. tertio & quarto Voſſ. primo D'Orv. & meo ſecundo. *meo tunc* in primo. pro *fulcro* in tertio Voſſ. *feretro.* ſic & in Excerpt. Scaligeri, qui illud probabat, *quia*, ut ait, *lecti mortuorum non habebant fulcra.* ſed quia tori mortuales & convivales iidem erant & ejuſdem formae, fulcra certe habuerunt. de toro mortuali vide Heinſ. ad Petron. cap. 78. & quae notavi ad Auct. Eleg. de Phoenic. v. 90. *fulcra* thalami *jugalia* Prudentio II. contra Synmach. v. 1083.

22. *Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro*] *mors mea viſa* in Menteliano, primo Leid. uno Colbert. Heinſiano, & meo priore. hoc eſt *niſa.* ut ſaepe in codd. MSS. ſed minus antiquis, pro *nixa*, ut *miſta* pro *mixta. Nec ſie in Attalico* adfert Chriſtoph. Landinus ad Horat. Lib. I. od. 1. 12. vitio typi, ut puto, vel pro *Nec ſic Attalico.* Heinſius vero in Notis p. 689. legebat,

Nec ſint Attalico corpora nixa toro.

& ita Ayrmannus, tamquam primus ita conjeciſſet. Sed vulgata bene ſe habet. *mors mea* eſt cadaver meum, ex uſu Propertiano. ſic *letum meum* pro funere meo, ſeu cadavere, quod feretro inpoſitum eſt, in MSS. legitur Lib. IV. El. 7. 30.

Si piguit portas ultra procedere, at illud
Juſſiſſes, letum lentius ire meum.

pro vulgato *lectum. funus* pro ipſo cadavere eod. Libro El. 17. 8.

Haeccine parva meum funus arena teget?

ubi male in meo cod. MS. *corpus.* idque apud alios frequens. Claudian. Lib. I. in Rufin. 155. *& condita funera traxi*, *Carminibus victura meis.* Valer. Fl. Lib. VII. 643. *hauſit ſua funera tellus.* quod male alii mutant. vide illic notas. & ita *exſequias*, pro cadavere, recte expoſuit & pluribus adſtruxit Marklandus in loco Statii Lib. III. Sylv. 5. v. 52. pag. 178. *fata mea* eodem ſignificatu ſupra Lib. I. El. 17. 11.

An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis.

quod non mutandum. nam *fata* mea, me mortuum, cadaver meum notant. infra v. 39. hujus Eleg. *ſi quando venies ad fata*, pro ad ſepulcra mea. & Lib. I. El. 19. 2. *extremo debita fata rogo.* vide etiam Paſſeratium ad h. l.

Deſit odoriferis ordo mihi lancibus: adſint
  Plebeji parvae funeris exſequiae.
Sat mea ſat magna eſt ſi tres ſint pompa libelli:
  Quos ego Perſephonae maxima dona feram.
Tu vero nudum pectus lacerata ſequare,
  Nec fueris nomen laſſa vocare meum.
Oſculaque in gelidis ponas ſuprema labellis,
  Quum dabitur Syrio munere plenus onyx.

Deinde

23. *Deſit odoriferis ordo mihi lancibus, adſint Plebeji parvae* &c.] valde inconcinne eodem in verſu *deſit* & *adſint* cumulantur. in ſecundo Leid. D'Orvill. & meo priore, *Ne ſit odoriferis.* unde *Nec ſit* corrigi poteſt, ut in antecedentibus. vel in fine verſus legendum cum Heinſio,

——— *at ſint*
Plebeji parvae funeris exſequiae.

quod praeplacet. per *lances* intelliguntur funerum fercula. vide Barthium ad Stat. VI. Theb. 126. *obſequiae* praeter Groninganum codicem, ſeu Excerpta Modii, etiam in duobus Livineji leguntur: quod palato Palmerii ſapuit, ſed a Broukhuſio recte exploditur, & jam ante a Paſſeratio.

25. *Sat mea ſat magna eſt ſi tres ſint pompa libelli*] *Sat mea ſit magna ſi* in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Excerptis Scalig. Borrich. Neapol. Groning. Heinſiano, Askewiano, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'orvill. & meis. nec aliter primae edd. Sed lectionem a Gebhardo & Broukhuſio probatam ac receptam confirmant Ant. Perreji codex, Colotianus, primus & ſecundus Vaticanus. Heinſius ed. Aldinae adſcripſerat legendum eſſe,

Sat ſint magna mei, ſi tres ſint, pompa libelli.

in notis vero Propertianis pag. 689. conjecerat,

Magna ſatis duo treſve mei ſint pompa libelli.

ex quo patet ei etiam obſtitiſſe *tres libellos* in media Libri ſecundi Elegiarum parte memoratos. de quibus paullo ante dictum ad v. 17. altero verſu imitationem Virgilianam eſſe ex Lib. VI. Aen. 142.

Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus Inſtituit.

notavit illic Germ. Valens Guellius, & ex dicto Simonidae deſumtum eſſe, è Plutarchi loco docuit.

27. *Tu vero nudum pectus lacerata ſequare*] *ſequeris* in Borrich. Groning. Regiis, Menteliano, & primis edd. *ſequaris* in cod. Livineji, Voſſ. quarto, utroque D'Orvill. & meo primo, ut in Palatinis & Commel. invenit Gebhardus. *exſequias* ſubintellige. ut apud Ovid. I. Triſt. 8. 14.

——— *neque exſequias proſequerere meas.*

mox *laſſa clamare*, invita metri lege, in quarto Voſſ. totum hunc locum confer cum Tibullo Lib. III. El. 2. 9. & ſeqq.

29. *Oſculaque in gelidis ponas ſuprema labellis, Quum dabitur Syrio* &c.] *pones* in iiſdem codicibus, & edd. in quibus paullo ante *ſequeris.* quod licet tenue ſit, tamen praeferendum videtur, quia utrumque ſpectat ad Cynthiam, de cujus adfectu & pietate non dubitare ſe indicat, ſi eo modo legatur, reliqua mandata ſunt, quae obſervanda praecipit ac jubet. primo verſu videtur exprimere illud infelicis amatoris apud Theocritum Idyll. XXIII. 40.

——— τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον.
Κᾂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα.

vel Bionis, Epitaphio Adonidis v. 45.

——— τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον,
Τοσσοῦτόν με φίλασον ὅσον ζώει τὸ φίλαμα.

Minor verſus adhaeret eidem Theocrito Idyll. XV. 112. de Arſinoë Berenices filia, mortuum Ado-

Deinde ubi ſubpoſitus cinerem me fecerit ardor,
  Accipiat manes parvula teſta meos.
Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto,
  Quae tegat extincti funeris umbra locum.
Et duo ſint verſus, *Qui nunc jacet horrida pulvis,*
  Unius hic quondam ſervus Amoris erat.

Nec

Adonin floribus aliiſque donis ornante, & conponente,

> Πὰρ μὲν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,
> Πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι, πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
> Ἀργυρέοις. Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα.

& Bioni Idyll. eodem, v. 77.

> Ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισι.

ut certiſſima emendatione verſum illum reſtituebat Cel. Ruhnkenius. pro Ῥαῖνε δέ μιν μύρτοισιν, ἀλείφασι, idque firmat ed. Aldina, in qua pro μύρτοισι legitur μύροισι. his paria ſunt iſta Tibulli d. l. v. 23.

> *Illuc quas mittit pinguis Panchaïa merces,*
> *Eoique Arabes, dives & Aſſyria,*
> *Et noſtri memores lacrimae fundantur eodem.*
> *Sic ego conponi, verſus in oſſa, velim.*

Syrium rorem dixit idem Tibullus Lib. III. El. 4. 32. licet illic male ita ſubſtitutum eſſe a Broukhuſio notet H. Relandus Lib. III. Palaeſt. pag. 1011. ſed jam Scaliger ita ante Broukhuſium correxerat, & ex Theocriti, Bionis, & hoc Propertii loco confirmari poteſt.

32. *Accipiat manes parvula teſta meos*] *cineres* Francius. quod nollem. invenuſta repetitio eſt *cinerem me fecerit*, & *Accipiat cineres*. neque favet Modii, ſeu Groningani, aliorumque codicum lectio, in quibus *cineres me fecerit*. hac enim in re *cinerem* numero ſingulari ſemper praeferunt poëtae. Ovidius Lib. III. Triſt. El. 3. v. 85.

> *Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis.*

Valer. Max. Lib. V. c. 3. §. 2. *in cinerem collabi.* ubi etiam alii *in cineres.* vide Heinſii & aliorum notas ad Naſonis Epiſt. I. 24. & adde quae notavi ad Auctorem Elegiae de Phoenice v. 98. quin & *cinis* ſimpliciter pro mortuo, apud Phaedrum Lib. III. fab. 9. 4.

> *Et cedo invidiae, dum modo abſolvar cinis.*

ſupra Eleg. VIII. 36. *cinis hic docta puella fuit.* ſic paſſim ſingularem numerum *in ignem*, pro *ignes*, *in flammam*, pro *flammas*, *ad tumulum* pro *ad tumulos*, & ſim. praeferunt poëtae. vide Patrui mei notas ad Lucan. II. 57. & 298. *manes* pro cinere & oſſibus, noſtro frequens. ut *cinerem* & *manes* Virgilius, aliique ſaepe jungunt. vide Paſſerat. ad huj. Libri El. VII. v. 81. p. 278.

33. *Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto*] *ſtet in exiguo* Heinſius. ſed ingratior auribus ſonus eſt *Et ſtet.* de communi hoc poëtarum voto, quo ſepulcra ſua lauri, myrti, aliarumve arborum umbra tegi optant, vide Broukhuſ. ad Lib. III. 14. 28. & quae dedi ad Lotich. p. 230. 231. mox *Quae tegat extincto funeris umbra domum*, pro *locum*, conjecerat Heinſius.

35. *Et duo ſint verſus; Qui nunc jacet horrida pulvis,*
  Unius hic quondam ſervus Amoris erat.]

ſimile Epitaphium ſibi poni jubet Eleg. I. huj. Libr. v. 88.

> *Taliaque illacrimans mutae jace verba favillae:*
> *Huic miſero fatum dura puella fuit.*

quae ex Theocrito imitatum eſſe Propertium, neminem Interpretum adnotaſſe miror, Idyll. XXIII. 46. ubi infelix amator, antequam ſuſpendio finem deſperationi ac vitae inponeret, ſepulcrum ſibi fieri, & hanc inſcriptionem addi poſtulat,

> Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τό σοι σίχοισι χαράξω.
> Τοῦτον Ἔρως ἔκτεινεν, ὁδοίπορε. μὴ παροδεύσῃς,
> Ἀλλὰ στὰς τόδε λέξον, Ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.

vel potius, τόσσοισι σίχοισι χαράξων, ut corrigit Lennepius in notis ad Coluth. pag. 62. Tibullus loco ſupra indicato, & cum his conparando, Lib. III. El. 2. 30.

> *Sed triſtem mortis demonſtret litera cauſſam,*
> *Atque haec in celebri carmina fronte nota:*

 Lyg-

Nec minus haec noſtri noteſcet fama ſepulcri,
Quam fuerant Phthii buſta cruenta Viri.
Tu quoque, ſi quando venies ad fata, memento
Hoc itere ad lapides cana venire meos,

Interea

Lygdamus hic ſitus eſt: dolor huic & cura Neaerae
Conjugis ereptae cauſſa perire fuit.

& haec paſſim imitati ſunt recentiores. vide ad Lotichium pag. 49. & 212. *arida pulvis* legebat Menagius ad J. Caſae Poëm. Ital. pag. 26. & ſic Guyetus, inprobante Heinſio in notis p. 689. *horrida* certe mei tuentur codices, & Paſſeratii, cum primis editionibus. *pulvis* hic fem. gen. ut *cinis atra*, & ſim. vid. ad Lib. I. El. 22. 6. mox *hac quondam* in primo Leid. *hac condam* Mentel. forte, *Unius ah quondam* &c. in margine mei ſecundi codicis, *Unius hic etiam.*

37. *Nec minus haec noſtri noteſcet fama ſepulcri*] *Non minus hoc triſti* in Groningano. Legendum omnino,

Non minus hinc *noſtri noteſcet fama ſepulcri.*

Non minus eſt ex codicum veterum, Voſſiani tertii, primi D'Orvill. & mei utriuſque auctoritate, *hinc* ex conjectura. *hinc*, vel ex amoribus, vel carminibus meis. ut ſupra El. VI. 17.

Hinc *etenim tantum meruit mea gloria nomen,*
Gloria ad hibernos lata Boryſthenidas.

Lib. I. El. 7. 10.

Hic mihi conteritur vitae modus, haec mea fama eſt.
Hinc *cupio nomen carminis ire mei.*

altero verſu ſupplendum, *quam nota fuerant* buſta Phthii Achillis, tamquam praeced. verſu *noteſcet* idem ſignificaret, ac *nota erit*; quod codicis ſui margini adleverat Marklandus. unde inſolentior haec locutio Paſſeratium impulit, ut pro *noteſcet* conjiceret *nota eſſet.* ſed ſimilem loquendi modum vide etiam infra El. XVI. 17. & quae illic notavi. *buſta* autem Achillis hic *cruenta* recte viri docti exponunt propter Polyxenam ad ejus ſepulcrum inmolatam. & hinc *buſta Achillea* illuſtrat Marklandus apud Statium Lib. V. Sylv. 1. 36. p. 241. ubi in loco Ovidii XIII. Met. 452. de Polyxena, ingenioſe emendat,

Fortis, & infelix, & pluſquam femina virgo,
Ducitur ad tumulum, Phthioque fit hoſtia buſto.
pro *diroque.*

noteſcat in D'orvill. ſecundo, Heinſiano, & meo priore. ſed vulgata eſt apud Neſtorem in Vocabul. in *noteſco* pag. 166. b. ubi etiam *Nec minus haec.* pro *Phthii* vitioſe *Pythii* in uno Colbert. primo Leid. Askew. & primo D'orvill. *pſithii* Borrich. *Phithii* in Regiis, ſec. Leid. primo & tert. Voſſ. & altero D'orvill. *Scythici* in Heinſiano & meo primo.

39. *Tu quoque, ſi quando venies ad fata, memento*
Hoc itere ad lapides cana venire meos]

ad ſacra in margine quarti Voſſiani, quod de inferiis, Propertii manibus offerendis, eſſet intelligendum. ſed *ad fata* ponit, pro, ad ſepulcra mea. vide ſupra ad v. 22. Reliqua longe aliter in codicibus manu exaratis & priſcis editionibus leguntur,

——— *memento*
Hoc iter. ad lapides cana veni memores.

ita enim in Menteliano, Regiis, Colbertinis, duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'orvill. meis, ceteriſque omnibus fere MSS. & in primis eaſque ſecutis vetuſtiorib. edd. ſed primus Scaliger ita emendavit, ut edidit Broukhuſius. *Hoc itere* ex antiquo uſu ab *iter*, *iteris*, nam ſecundus caſus *itineris* eſt a recto veteri *itiner* pro *iter*. Nonius Marcell. p. 482. ed. Merc. *Itiner dictum pro iter.* &c. *mutata declinatio non eſt: ab eo quod eſt iter, iteris facit, ab eo, quod eſt itiner, itineris.* & pag. 485. *Iteris poſitum pro itineris, & quidem recte; ab eo quod iter iteris facit, itiner itineris.* vide Juretum ad Symmach. pag. 178. Sed quia loca veterum, quae adfert Nonius, ex Accio, Turpilio, Naevio, deducta ſunt, antiquato illo caſu *itere*, uſum fuiſſe Propertium, vel alium quemcumque aevi Auguſtei poëtam, dubito, & alia praeter hoc vulnera verſui huic inſi-

Interea cave ſis nos aſpernata ſepultos.
Non nihil ad verum conſcia terra ſapit.

Atque

inſident. illud enim *itere*, & *cana*, & repetitio verbi *venire* quem non offendant? Munckerus in notis ad Hygin. fab. XXXVIII. illuſtrans locutionem *ire vias*, noſtro uſitatam, praefert, *memento Hoc iter ad lapides cana venire meos.* intactam relinquens vitioſam procul dubio ſcripturam *cana*, & repetitum *venire* poſt praecedens *venies.* dudum conjeci, *ad lapides, cara, venire meos.* ut Cynthiam adloquatur, ad quam ſermo inſtituitur ſupra v. 27 — 30. & mox v. ſeq. *Interea cave ſis* &c. frequenter autem *cara*, *vita*, & ſim. apud noſtrum interſeruntur. pro *cana* in cod. Livineji *cauta*. *cara* etiam Heinſio placebat, qui tentabat,

——— *memento*
Hoc iter. ac lapides, cara, ſubire meos.

vel ——— *memento Huc ferri, ac lapides* &c. Hoc tamen modo locum corruptiſſimum eſſe perſanatum vix credo; & mendum haerere arbitror in *Hoc iter.* quodnam enim *Hoc iter* innuit? neque *ſubire* placet pro iterato *venire.* principio verſus literam initialem H in M mutandam opinor, quam a librariis vacuam plerumque relictam nemo neſcit, unde fit *Moc iter*, ideoque liberiore conjectura reſtituendum hariolabar,

Tu quoque, ſi quando venies ad fata, memento
Molliter *ad lapides, cara,* redire *meos.*

redire, quia Propertii exſequias, dum efferretur, ad rogum fuerat comitata, ut patet ex v. 27.

Tu vero, nudum pectus lacerata, ſequeris,
Nec fueris nomen laſſa vocare meum.

funus igitur poetae ſui ſecuta fuerit Cynthia, & *vale* ter ſaepiuſque clamaverit. Nunc vero eam admonet, ut frequenter ſepulcrum ſuum inviſere amoris & inferiarum cauſſa meminerit. ut in Epigrammate antiquo, quod edidi Tom. II. Antholog. Lat. pag. 48.

Quod ſi forte tibi fatorum cura meorum,
Ne grave ſit tumulum viſere ſaepe meum.

quod ex hoc Propertii loco imitatum eſſe auctorem, illic notavi. *Molliter* vero, ſine ſtrepitu, ut exigebat ſepulcri religio, & haec vox eo ſenſu Propertio uſitata eſt. Lib. I. 3. 12.

Molliter inpreſſo conor adire gradu.

ſupra in fine Eleg. IX.

Et canit, ut ſoleant molliter *ire pedes.*

ſed praeſertim huc faciunt illa ex eod. Libr. El. XVII. 22. ubi in re etiam funerea:

Illa meo caros donaſſet funere crines,
Molliter *& tenera poneret oſſa roſa.*
Illa meum extremo clamaſſet pulvere nomen,
Tum mihi non ullo pondere terra foret.

qui locus prae ceteris conjecturae huic non parum opitulatur. certe *Molliter* propius accedit ad *Hoc iter*, quam Heinſii *Huc ferri.* in hac etiam ſede ulcus latere ſuboluiſſe Ayrmanno video, qui conjecerat *Comiter ad lapides* &c.

41. *Interea cave ſis nos aſpernata ſepultos,*
Non nihil ad verum conſcia terra ſapit]

haec quoque ſana non videbantur Heinſio, qui *adſpernere* legebat in notis p. 690. & praeterea margini ed. Aldinae adſcripſerat verſ. ſequenti emendandum videri,

Non nihil ah Venerum *conſcia terra capit.*

ingenioſa certe conjectura. *ad vivum* J. Douſa in ora ed. Rovill. Ayrmannus vero,

Non nihil & rerum *conſcia terra ſapit.*

ſapit certe non videtur ſollicitandum. ſic enim Lib. IV. El. 6. 83.

Gaude, Craſſe, nigras ſi quid ſapis *inter arenas,*
Ire per Euphraten ad tua buſta licet.

ſentire dicitur Ovidio Lib. III. Triſt. El. 3. 83. loco ſimili:

Tu tamen extincto feralia munera ferto,
Deque tuis lacrimis humida ſerta dato.
Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,
Sentiet officium maeſta favilla pium.

hoc autem Propertii loco emendationem ſuam apud Statium Lib. I. Sylv. 2. 105. *vultu non aſpernata rogantem* adſtruit Marklandus.

Atque utinam primis animam me ponere cunis
  Juſſiſſet quaevis de tribus una ſoror.
Nam quo tam dubiae ſervetur ſpiritus horae?
  Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis.
Quis tam longaevae meminiſſet fata ſenectae
  Gallicus

43. *Atque utinam primis animam me ponere cunis*
Juſſiſſet quaevis de tribus una ſoror.]

curis in Menteliano, Leidenſi primo, & Neapolit. a man. pr. quod de primis amoris ſui curis forte quis capere poſſet, ut *cura* amori propria vox eſt. ſed *primis cunis*, pro eo quod a *primis cunabulis* dicitur aliis. optatque ut a prima potius infantia obiiſſet. altero verſu *quaevis* ſuſpectum fuit Heinſio, qui conjecerat,

Juſſiſſet ſaevis *de tribus una ſoror.*

Luxiſſet in meo priore. *animam ponere*, ut *vitam ponere* infra El. 13. 3.

Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceræuno.

45. *Nam quo tam dubiae ſervetur ſpiritus horae?*
Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis]

quonam dubiae Heinſius. ſed *Nam quonam* aures laedunt. *ſerventur* in uno Colbert. dein *Neſtoris eſt juſſus* in meo ſecundo. *Eſt Neſtor viſus* vel *Neſtor & eſt viſus* Francius. *Neſtor & eſt factus poſt tria ſecla cinis*, conjecerat D'Orvillius. *poſt tua ſecla* male in Mentel. confer cum his Antipatri Epigramma Lib. I. Anthol. Graec. Tit. XXXIV. Ep. 3.

Τρὶς δέκα με πνεύσειν καὶ δὶς τρία μάντιες ἄστρων
Φασίν. ἐμοὶ δ' ἀρκεῖ καὶ δεκὰς ἡ τριτάτη.
Τοῦτο γὰρ ἀνθρώποις βιοτῆς ὅρος. οἱ δ' ἐπὶ τούτοις,
Νέστορι. καὶ Νέστωρ δ' ἤλυθεν εἰς ἀΐδην.

quod ſic vertit H. Grotius:

Bis tres terque decem vives, mihi dixerat, annos,
Aſtrologus: decies tres ſatis eſſe puto.
Hoc ſatis: haec hominum vita eſt; quae tempora reſtant,
Neſtoris. ad manes ivit & ille tamen.

& ſequens Incerti, quod etiam legitur Lib. III. Tit. x. Ep. 6.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθηκαν
Ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.
Ἀρκοῦμαι τούτοισιν. ὁ γὰρ χρόνος. ἄνθος ἄριστον
Ἡλικίης. ἔθανεν χὠ τριγέρων Πύλιος.

id eſt, eodem Interprete,

Promiſere mihi, quibus ars eſt ſidera noſſe,
Curricula annorum ter tria terque decem.
Sufficit: aetatis flos iſto fine tenetur.
Non fugit Pylius fata triſeclis ſenex.

Seneca Epiſt. 78. prope finem: *Nulla vita eſt non brevis: nam ſi ad naturam rerum reſpexeris, etiam Neſtoris & Statiliae brevis eſt, quae inſcribi monumento ſuo juſſit, annis ſe nonaginta novem vixiſſe.* proverbii igitur vicem de hominibus, licet valde longaevis, mortalitatis tamen conditionem non effugientibus, apud Graecos obtinuiſſe videtur, ut in illo apud Romanos, *Mortuus eſt & Ancus.* de quo vide Giſanii Collect. ad Lucret. in *Ancus* p. 306.

47. *Quis tam longaevae meminiſſet fata ſenectae*
Gallicus Iliacis & ſeqq.]

Locus non uno mendo obſitus, inpeditus, & variis hominum eruditorum conjecturis agitatus. multas vero difficultates, quibus eorum tentamina premuntur, recenſet D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. III. p. 435. & ſeqq. Singula adcuratius excutiamus. Scaligerum preſſo pede hic pro more ſequitur Broukhuſius. nam hunc in modum emendanti Viro Illuſtri obſecutus eſt, ut *Quis* pro *Quibus* dictum ſit, & *meminiſſet*, pro, commemoraſſet Neſtor ſenectae ſuae longaevae calamitates. ſed an *meminiſſe* pro commemorare, ullo alio exemplo probari poteſt? & *Gallicus miles* Neſtor diceretur, quia tendebat juxta Phrygiae fluvium Gallum. ſic Janus Douſa margini ed. Rovillianae, & in notulis MSS. ad Ovid. IV. Faſt. 361. adnotaverat: *Gallicus miles a Gallo Phrygiae terrae fluvio (cujus meminit Naſo) atque hinc puto liquere cuivis, cur* Gallicum militem *appellet Propertius, qui Phryx eſſet. cujus rei tamen ignoratio & Muretum & alios, quantum eſt, interpretes tortos exercitoſque habuit.* Sed videamus codicum & editionum veterum le-

ctio-

Gallicus Iliacis miles in aggeribus?

Non

ctiones. *Qui* vel *Quis ſi tam longae minuiſſet* in Menteliano, Excerptis Modii, & Scaligeri, (in quibus etiam *monuiſſet* pro varia lect.) Regiis, Colbertinis, Askew. Groning. Borrich. in margine, (ſed *meminiſſet* a man. pr.) ſecundo Leid. Voſſ. tertio, utroque D'Orvill. & primis edd. *Si tam longaevae minuiſſet* in utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Gryph. & Rovill. *Cui tam* in Vatic. quinto a man. ſec. *Quis* in ſecundo, Colot. & Borrich. pro *meminiſſet* vel *minuiſſet*, etiam *juraſſet* in uno Colbert. a manu pr. & in margine codicis mei ſecundi. *minuiſſet* etiam in ed. Plantiniana Raphelengii. *Qui ſi* in Voſſ. quarto, & altero verſu *Chloricus* in marg. unde facillima, & forte vera, emendatione refingi poſſet *Doricus*. nam *d* & *cl* paſſim confunduntur. *Gallus in Iliacis* in Borrich. & meo priore. *Gallicum* militem etiam notaverat Ant. Perrejus forte dici a Gallo fluvio, vel a vicina Gallo Graecia. ſic fere Beroaldus. Scaliger Gallicum militem, pro temerario & ſtolide forti exponit. pro Phryge vel Trojano Douſa Fil. notis ad Propert. cap. IX. Paſſeratius hunc conſtituit ſenſum, ſi Gallicus miles, id eſt, hoſtis Trojanus, contraxiſſet vitam & fata Neſtoris, illum occidendo, non vidiſſet filii Antilochi rogum; vel Gallicum pro barbaro quolibet, & mercenario capiebat. *Bellicus* placebat Behotio Lib. I. Apophoret. cap. 4. *Graïcus* Heinſio in notis p. 690. qui etiam *neviſſet* conjecerat pro *meminiſſet*. idem Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 243. propius ad veram lectionem acceſſit, corrigendo,

Cui ſi longaevae minuiſſet fata ſenectae
Troïus Iliacis miles in aggeribus.

Ayrmanno lubentur redonamus conjecturam *minuiſſet fata ſenectae Jam vetus Iliacis*. Marklandus ad Statii Silvas pag. 173. rem confectam ſua emendatione perſuadere conatur,

Qui ſi tam longae minuiſſet fata ſenectae
Saucius Iliacis miles in aggeribus,
Non ille Antilochi &c.

hoc ſenſu, ſi vitam finiſſet Neſtor eo tempore, quo vulneratus erat, pugnans ad Trojam, non vidiſſet funus Antilochi. ſed audacem hanc conjecturam merito cenſuit D'Orvillius. *longae ſenectae*, ut Lib. I. El. 19. 17.

Quamvis te longae remorentur fata ſenectae.

poſt hunc eruditiſſimus Toupius in Emend. ad Suidam P. III. p. 220. reponendum excogitavit, *Garrulus Iliacis* &c. & ad loquacitatem Neſtoris refert, quae tamen hic nihil ad rem facit. ſagaciſſimus Eldickius ſuis ad me literis tentabat,

Qui niſi tam longaevae inpleſſet fata ſenectae
Claſſicus Iliacis miles in aggeribus,
Non ille Antilochi vidiſſet corpus humari.

vel potius *Callidus Iliacis* &c. quod Neſtori convenit. per *aggeres* autem *Iliacos* intelligebat murum & propugnacula, quae in Trojae obſidio conſtruxerant Graeci ex Neſtoris conſilio. vide Homer. Iliad. H. v. 325. & ſeqq. 436. & ſeq. denique amiciſſimus Santenius codicibus MSS. proxime adhaerere exiſtimabat, ſi legeretur,

Cui ſi tam longae minuiſſet fata ſenectae
Troïcus Iliacis &c.

ut *longaevae* ex gloſſa natum ſit. idque confirmabat ipſius Propertii loco, quem modo produxi,

Quamvis te longae remorentur fata ſenectae.

& Juvenalis, mox indicando,

Quod facinus dignum tam longo admiſerit aevo.

Poſt tot virorum doctorum aeſtus commodiſſime ex quarti codicis Voſſiani veſtigiis (in quo *Chloricus*) legendum videtur:

Qui ſi tam longae minuiſſet fata ſenectae
Doricus Iliacis miles in aggeribus,

hac ſententia, ſi Neſtor, inter Graecos militans, ſeu *Doricus miles*, minuiſſet ſenectam longaevam, vel, ſi ita mavis,

Cui ſi tam longae minuiſſet fata ſenectae
Dardanus Iliacis miles in aggeribus,
Non ille Antilochi vidiſſet &c.

id eſt, ſi Neſtori Trojanus miles vitam ademiſſet ante obitum filii Antilochi, felicior fuiſſet, neque mortem tam ſeram ſibi venire doluiſſet. confer locum Juvenalis ex Sat. X. v. 246—255. oportune a Broukhuſio huc adductum. optime igitur Valens Guellius haec Propertiana comparavit cum illis Virgilii Lib. XI. Aen. 159. de Evandro:

——— *tuque o ſanctiſſima conjux*
Felix morte tua, neque in hunc ſervata dolorem.

Contra

Non ille Antilochi vidiſſet corpus humati:
Diceret aut, O mors, cur mihi ſera venis?
Tu tamen amiſſo nonnumquam flebis amico.
Fas eſt praeteritos ſemper amare viros.
Teſtis, qui niveum quondam percuſſit Adonin,
Venantem Idalio vertice, durus aper.

Contra ego vivendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem ut genitor: Troum ſocia arma ſecutum
Obruerent Rutuli, telis animam ipſe dediſſem.

frequens enim illud defunctis apud veteres tribuitur ſolatium, ut ante ſuorum clades & patriae ruinas, mortem ſibi obtingere vel optent vel gaudeant. quod multis poëtarum aliorumque locis illuſtravi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 252. & ſeq. & in Addendis pag. 693. *Antilochus* autem, Neſtoris filius, ante patrem interiit, de quo Ovidius Epiſt. I. 15. ubi vide Interpretum notas, quorum tamen nullum loci hujus Propertiani meminiſſe miror, ubi de Antilocho hoc, Neſtoris filio, ſive ab Hectore, ſive a Memnone, interemto diſputant.

49. *Antilochi vidiſſet corpus humati*] *humari* in Excerpt. Scalig. Menteliano, v. c. Paſſeratii, Commeliniano Gebhardi, Colbertinis, Borrich. Neapol. Groning. primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, utroque D'orvill. meo priore. & ſic in ſuis codd. legit Livinejus. Non opus igitur erat, ut Vulpius ſuo periculo, tamquam nova eſſet conjectura, ſcribendum juberet *humari*, addens, *niſi Lynceos oculos habeas, humatum cadaver videre non poteris.* Non opus hic eſt oculis Lynceis, ſed tantum interprete poëtarum loquendi modis adſueto. recte enim *humati*, ut eſt in primis ceteriſque vetuſtioribus edd. Broukhuſius exponit *humandi*, & bonis exemplis adſtruit. quibus adde ex noſtro Lib. III. El. 10. 3.

Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi?

pro *ſpoliandi*. ubi ejuſdem notas vide. & Patrui mei ad Virg. II. Aen. 721. contra *fraudandae copia noctis*, pro *fraudatae*, Lib. III. El. 6. 39. & *Phoebas habenda*, pro *habita*, eod. Lib. El. XI. v. 62. ut exponunt viri eruditi.

50. *Diceret aut, O mors, cur mihi ſera venis*] imitatus eſt Maximianus, (pſeudoGallus vulgo dictus) Eleg. 1. init.

Aemula cur ceſſas finem properare ſenectus,
Cur & in hoc feſſo corpore tarda ſedes.

& Janus Secundus Lib. I. Funer. pag. 189.

Luminaque occluſit longo damnata ſopore,
Et dixit Morti, cur mihi tarda venis?

52. *Fas eſt praeteritos ſemper amare viros*] *praeteritos viros* pro amiſſis, defunctis, dixit more Graecorum, qui οἰχομένους & παροιχομένους ἄνδρας mortuos vocant. vide Livinej. & Gebhard. & adde D'Orvill. ad Chariton. pag. 257.

53. *Teſtis, qui niveum quondam percuſſit Adonin*] *Adonem* in aliis, & apud Neſtorem in Vocabulario pag. 14. b. ut Ἄδωνα Graeci, ab Ἄδων, pro Ἄδωνιν, caſu quarto dicunt. vid. Heſych. in Ἄδωνα. & illic Cl. Alberti notas. *juvenem* pro *niveum* in cod. Heinſiano. quod firmari poſſet ex Ovidio III. Am. 9. 16.

Nec minus eſt confuſa Venus, moriente Tibullo,
Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.

& ipſa Venus Adonidem ſic appellat Lib. X. Met. 545.

Parce meo, juvenis, temerarius eſſe periclo.

ſed *niveum* non muto. adhaeret enim Bioni in Epitaphio Adonidis v. 10.

——— τὸ δέ οἱ μέλαν εἴβεται αἷμα
Χιονέας κατὰ σαρκός.

& v. 27.

——— οἱ δὲ ὑπομαζοὶ
Χιόνεοι τοπάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.

Adſcribi merentur, quae ad hunc verſum codici ſuo adnotaverat Marklandus: „ *Non intelligo,* „ *quomodo aper, qui percuſſit Adonin, poſſit te-* „ *ſtari, fas eſſe* amare viros amiſſos. *Ipſe Ado-* „ nis

Illis

Illis formoſum jacuiſſe paludibus, illuc
  Diceris effuſa tu, Venus, iſſe coma.
Sed fruſtra mutos revocabis, Cynthia, manes.
  Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui.

ELEG.

„ nis *debuit eſſe teſtis hujus rei. Lege, Teſtis,* „ *quem niveum quondam percuſſit, Adonis, Ve-* „ *nantem Idalio vertice durus aper. Jam habes* „ *ipſum Adonin teſtem, non aprum.* id licet minime rejiciendum videatur, non minus tamen a mente poëtae alienum erit, ſi ipſa *Venus* potius hic *teſtis* dicatur, fas eſſe defunctos amare, quia amiſſum Adonin ingenti planctu fleverit, & amorem perennem ei ſervaverit, ut tenerrimis verſibus ipſam Deam Adonidis fatum deplorantem deſcribit Bion a v. 39. uſque ad v. 62. Hinc legi poſſet,

Teſtis, quum *niveum q. percuſſit Adonin,*
  Venantem Idalio vertice, dirus *aper*,
Illis formoſum planxiſſe *paludibus, illuc*
  Diceris effuſa tu, Venus, iſſe coma.

& ſic optime omnia cohaerebunt cum antecedentibus,

Tu tamen amiſſo nonnumquam flebis amico &c.

niſi quis malit cum eruditiſſimo Herm. Cannegietero,

Neſcis *quum niveum quondam* &c.
Illic formoſum jacuiſſe & ſeqq.

55. *Illis formoſum jacuiſſe paludibus, illuc*
  Diceris effuſa tu, Venus, iſſe coma]

Illos in Mentel. & primo Leid. *jacuiſſe* legitur in Ant. Perreji codice, Menteliano, Modii Excerptis, Borrich. Neapol. primo & ſecundo Vaticano, Voſſianis, Leidenſ. aliiſque, & primis edd. ſed in Excerpt. Scalig. *laviſſe* pro varia lect. & ſic e veteri libro adfert Paſſeratius, & praetulit Scaliger, quae lectio vindicatur etiam in Miſcell. Obſerv. Vol. III. p. 457. & ſeq. ſic de Briſeide Achillis cadaver lavante ſupra El. VII. 49.

Et dominum lavit moerens captiva cruentum
  Adpoſitum flavis in Simoente vadis.

ubi *laviſſe* etiam hoc in loco legit Livinejus in notis pag. 84. infra El. 25. 92.

Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus
  Mortuus inferna vulnera lavit aqua.

vide Schottum II. Obſerv. c. 26. & ad Procli Chreſtomath. pag. 46. objicit Broukhuſius, *an ſatis decore Adonis lavatur aqua coenoſa & ulva paluſtri.* ſed haec nihil ad Bacchum, nam *paludes* hic ſimpliciter aquas ſignificant. unde *liquidae paludes* Ovidio I. Met. 324.

Jupiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem,
Et ſupereſſe videt &c.

& ex palude aquam bibere Lib. II. ex. P. Ep. 7. 74.

Eſt in aqua dulci non invidioſa voluptas,
  Aequoreo bibitur cum ſale mixta palus.

Egit etiam de hoc loco Cel. D'Orvillius in Obſerv. Miſcell. Vol. III. pag. 437. qui poſt expoſitas vel refutatas aliorum lectiones propenſior eſt in *laviſſe*, & intelligendum cenſet de vulneribus Adonidis, quae Venus laviſſe hic dicatur, non de cadavere, quia vivum juvenem adhuc invenit. *jacuiſſe paludibus* tamen explicari poſſet pro ad paludes. ut Lib. I. El. 14. initio, *abjectus Tiberina molliter unda.* pro ad undam. ubi vide. Sed *illas* quo referemus *paludes*? de quibus nihil praeceſſit, quum in Idalio vertice percuſſum Adonin modo dixerit? & in aliis codicibus *fleviſſe* legitur pro *laviſſe* vel *jacuiſſe.* ut in quinto Vaticano. Heinſius ad oram ed. Aldinae olim tentaverat,

Ulvis formoſum laviſſe paluſtribus illic
  Diceris, & fuſa &c.

ut apud Ovid. in Ibide v. 225.

Protinus Eumenides lavere paluſtribus ulvis.

idem fere Marklando in mentem venerat, qui libro ſuo adſcripſerat locum deſperatiſſimum eſſe, ſed forte legendum,

Illic formoſum texiſſe paluſtribus ulvis
  Diceris, & fuſa tu, Venus, iſſe coma.

ſed amplector potius alteram ejuſdem Heinſii emendationem,

Illis formoſum fleviſſe in vallibus, vel *collibus.*

E L E G. XI.

Non ita Dardanio gaviſus Atrida triumpho eſt,
  Quum caderent magnae Laomedontis opes:
Non ſic errore exacto laetatus Ulixes,
  Quum tetigit carae litora Dulichiae:
Nec ſic Electra, ſalvum quum adſpexit Oreſten,

Cujus

niſi *jacuiſſe in collibus* conferri poſſet cum illo Bionis v. 7.

Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ᾽ ὤρεσι.

certe *fleviſſe* nimis languidum pro luctus acerbitate videbatur acutiſſimo Eldikio, qui reſtituendum etiam exiſtimabat *planxiſſe*, ut in loco Ovidii, quem adfert Broukhuſ. de Venere Adonin lugente Lib. X. Met. 722.

——— pariterque ſinus, pariterque capillos
Rupit, & indignis percuſſit pectora palmis.
Queſtaque cum fatis, at non tamen omnia veſtri
Juris erunt, inquit. luctus monumenta manebunt
Semper, Adoni, mei: repetitaque mortis imago
Annua plangoris *peraget ſimulamina noſtri.*

praeterea *tu Venus* languet, pro quo reſcribendum *tunc* vel *tum*. Totum itaque locum ſic conſtituamus:

Illis formoſum planxiſſe in collibus, illuc
Diceris effuſa tunc Venus iſſe coma.

quae optime adhaerebunt Bioni v. 4. ad Venerem:

Ἔγρεο δειλαία κυανοστόλε, καὶ πλατάγησον
Στάθεα.

tum *planxiſſe*, ſeu *luxiſſe*, in *collibus*, firmatur ex eodem Bionis Epitaphio v. 36.

——— ἁ δὲ Κυθήρη
Πάντας ἀνὰ κναμὼς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει.

& *comis effuſis* ſolutis, vel ruptis, ut in loco Ovidii, conſentiunt illa v. 20.

——— ἁ δ᾽ Ἀφροδίτα
Λυσαμένα πλοκαμῖδας, ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται
Πενθαλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος.

plangere effuſa coma, ut infra Eleg. XIX. 36.

——— ut me
Demiſſis plangas *pectore nuda comis.*

ultimo verſu *qui poterunt*, pro quomodo, in Palatino Gebhardi, ut legebat Fruterius. *oſſa minuta* exponi poſſunt contuſa & oſſilegio collecta, ut moris erat. licet haec lectio vitioſa videatur Cel. Ruhnkenio.

Eleg. xi. v. 1. *gaviſus Atrida triumpho eſt*] *eſt* non agnoſcunt codd. Regii & alii, cum edd. primis *triumpho es* Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 550. ut *Atrida* quinti caſus ſit. ſed quod refutant ſequentia, *non ſic laetatus Ulyxes, Quum tetigit.* & reliqua. recte igitur id inprobavit Broukhuſius. *Atrida* & *Atrides* recto caſu promiſcue dicitur. vide notas Patrui mei ad Quinctil. Lib. I. c. 5.

2. *Quum caderent magnae Laomedontis opes*] *magni* praeferebat Marklandus, ut apud Ovid. Epiſt. XVII. 206.

Pronurus & magni Laomedontis ero.

ſic ſaepe in aliis poëtarum locis mutarunt viri docti, & codices variant. ut apud Ovid. XIII. Met. 433.

——— ſceleris niſi praemia magnas
Adjeciſſet opes.

ubi *ſceleris magni* in MSS. ſed vide Commentarium Patrui mei ad Phaedrum Lib. II. fab. 7. 14.

5. *Nec ſic Electra, ſalvum quum adſpexit Oreſten*] ita edidi ex conſenſu codicum plus quam duodecim, niſi quod *Electre*, ut in ed. Broukh. in v. c. Ant. Perreji, Neapol. quinto Vaticano, &

Cujus falſa tenens fleverat oſſa ſoror:
Nec ſic incolumem Minoïs Theſea vidit,
Daedaleum lino quum duce rexit iter.

Quanta

& ſecundo Dorvill. habetur. In Regiis, ſecundo Leid. primo & quarto Voſſ. meo utroque,

Nec ſic Electra ſuum ſalvum &c.

quod etiam exſtat in primis edd. utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. duplici errore, *ſic*, & prima in *Electra* perperam correptis. idque fraudi fuit inferioris aevi poëtis, *ſic* corripientibus. ut notat Daumius ad Paulin pag. 347. melius in Excerptis Modii, ſeu cod. Groning.

Non Electra ſuum ſalvum cum vidit Oreſten.

optime illi codices, in quibus *ſuum* deſideratur; & hoc modo legitur,

Non ſic Electra, ſalvum quum adſpexit Oreſten.

ſed quia *ſalvum quum adſpexit* duriorem facit ſonum, & in Heinſiano ac primo meo codice habetur *conſpexit*, ceteris lectionibus praeſtaret,

Nec ſic Electra ſalvum conſpexit Oreſten.

vel *ſalvum quum vidit Oreſten*, ut in quarto Voſſ. & ſecundo D'orvill. quod admitti poſſet, niſi *vidit* ſequeretur. ultima autem in *Electra* producitur, ut apud Ovid. IV. Faſt. 177.

Sive quod Electra Trojae ſpectare ruinas
Non tulit.

& paſſim apud poëtas, *Phaedra, Hypermneſtra, Leda, Andromeda, Amalthea, Rhea*, & plura ſim. ultima longa. exempla dabunt notae ad Ovid. Epiſt. XIV. 1. D'orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. II. p. 202. & plura vide ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 215. & ad T. II. p. 78.

6. *Cujus falſa tenens fleverat oſſa ſoror*] *flexerat* male in D'orvill. primo. *tenens fleverat oſſa ſinu* emendabat Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 243. & in Notis p. 690. ut Lib. I. El. 17. 12.

An poteris ſiccis mea fata reponere ocellis,
Oſſaque nulla tuo noſtra tenere ſinu.

ſoror enim ex gloſſa in textum inrepſiſſe putabat. & hoc valde blanditur. Seneca Herc. Oet. v. 1756.

—— Sed quid hoc? moeſtam intuor
Sinu *gerentem reliquias magni Herculis*,
Cineremque jactans ſqualidum Alcmene gemit.

Tibullus Lib. I. El. 3. 6.

—— non hic mihi mater,
Quae legat in moeſtos oſſa peruſta ſinus.

Albinovanus Epicedio Druſi v. 69.

Frigida nec fovit membra tremente ſinu.

& apud alios ſaepe. *falſa* vero *oſſa* vocat, quia Electra, Oreſtis ficta morte audita, & accepta ejus urna, fratrem ut defunctum flevit, quem poſtea ſalvum Argos redeuntem adſpexit. vide Sophoclis Electr. v. 1223. & ſeqq. & Euripidis v. 567. & ſeqq. confer Gronov. ad d. l. Senecae.

8. *Daedaleum lino quum duce rexit iter*] optime Heinſius *filo*. ſic enim ipſa Ariadne apud Ovid. Epiſt. X. v. 72.

Cum tibi, ne victor tecto morerere recurvo,
Quae regerent paſſus, pro duce fila *dedi.*

& v. 103.

Nec tibi, quae reditus monſtrarent, fila *dediſſem,*
Fila *per adductas ſaepe relecta manus.*

ubi vide ejus notas. Phaedra apud eumdem Epiſt. IV. v. 59.

Perfidus Aegides, ducentia fila *ſecutus,*
Curva meae fugit tecta ſororis ope.

Seneca Hippolyto v. 670.

Monſtrique coecam Gnoſſii vidit domum,
Et longa curva fila *collegit via.*

ita de Daedalo apud Virg. VI. Aen. 30.

Daedalus ipſe dolos tecti ambageſque reſolvit,
Caeca regens filo *veſtigia.*

ubi vide Patrui mei notas. *rexit opus* in Voſſ. quarto pro varia lectione. quod de Labyrintho, Daedali opere, poſſet intelligi.

9. col-

Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte.
  Inmortalis ero, ſi altera talis erit.
At dum demiſſis ſupplex cervicibus ibam,
  Dicebar ſicco vilior eſſe lacu.
Nec mihi jam faſtus opponere quaerit iniquos,
  Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt.

9. *collegi gaudia nocte*] *perſenſi gaudia* ſcripſiſſe Propertium mallet H. Stephanus de Latin. Lipſ. pag. 80. receptae lectioni propius inhaeſiſſet, ſi tentaſſet *concepi gaudia*. ut *concipere ſpem, amorem, voluptatem*, & ſim. vide notas ad Ovid. VII. Met. 22. ſic mutantur haec Lib. I. Faſt. 473. *aetherios animo conceperat ignes*. ubi *collegerat* in MSS. *concipere felicitatem* Suet. Ner. 40. *perpetuam ſingularemque concepit felicitatem*. ſed nihil potius mutare praeſtat, cum omnes in vulgatam conſpirent codices, & editiones veteres. Ovidius Lib. V. Met. 446. *Feſſa labore ſitim collegerat*. ut recte Heinſius, pro *conceperat*. & ſic forte legendum etiam Lib. I. Met. 166.

Ingentes animos, dignas Jove colligit iras.

pro *concipit*, eadem variatione. Marklandus quoque hic *collegi* probabat. *gaudia* honeſta circumſcriptione concubitus voluptatem notant. quod multis poëtarum locis illuſtrat Barthius ad Claudian. pag. 1331.

10. *Inmortalis ero, ſi altera talis erit*] erat in primo Voſſ. venuſtiſſimam ſententiam deformat ſonus in hoc verſu ingratiſſimus, *Inmortalis*, & *talis*, ut & *ero*, & *erit*. ne qnid dicam de dura eliſione *ſi altera*. forte *altera talis* e gloſſa marginali inrepſit, & ex cod. Voſſiani ſcriptura *erat*, duabus ultimis literis in *talis* tranſpoſitis, elici poſſet *ſi redeat*, & pro *ſi altera* reſtitui *craſtina*: adeoque, ſi audaciori conjecturae, quam timide tamen propono, indulgere fas ſit, hariolari liceret,

Inmortalis ero, craſtina ſi redeat.

vel, *craſtina talis eat*. *nox* nempe *craſtina*, quae *praeteritae* ſuccedat. favet nonnihil illud Ovidii Rem. Am. 104.

Sed quia delectat Veneris decerpere flores,
Dicimus adſidue, cras quoque fiet idem.

certe elegantius idem exprimit infra El. XII. 37. & ſeqq.

Quod mihi ſi ſecum tales producere noctes
Illa velit, vitae longus & annus erit.
Si dabit haec multas, fiam inmortalis in illis.
Nocte una quivis vel Deus eſſe poteſt.

quae cum Graeco Rufini Epigrammate illic comparavi.

11. *At dum demiſſis ſupplex cervicibus ibam*] *Aut dum* Neapol. a man. pr. *dimiſſis* male in Groning. perperam Guyetus hoc diſtichon habet ſuſpectum. idem dicit, quod initio Eleg. I. Lib. I.

Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus.

ubi vide quae notavi. eodem ſenſu *ſubmiſſis cervicibus* dixit Ammian. Marcell. Lib. XV. idque opponitur elatae & ſublimi cervici, qua ſe extollunt ſuperbi & arrogantes. quod Ovidio dicitur *dat vultum populo ſublime* Epiſt. IX. 129. vide Barth. ad Stat. II. Theb. 326. altero verſu *ſicco lacu vilior* corruptum cenſebat Cel. Ruhnkenius, dubitans an ullus Graecorum vel Latinorum ſic umquam locutus ſit. An talem indicat, qui nullius ubertatis aut fructus eſt, inſtar fluvii, in quo nulla fit piſcatio, vel qui ſimilis *arido piſci in ſicco gurgite*, ut dicit infra El. XII. 34. Douſa huic verſui adſcripſerat illud Martialis Lib. IV. Ep. 4.

Quod ſiccae redolet palus lacunae &c.

14. *Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt*] *Haec mihi* hoc & praec. verſ. in Voſſ. quarto. *lenta ſedere* recte Broukhuſ. exponit pro lacrimis meis non moveri, collato Tibulli loco Lib. I. El. XI. 58.

Inter & iratum lentus utrumque ſedet.

ſedere autem hic faſtidii cujuſdam ac contemtus ſignificationem recipit. ut in illo Helenae apud Ovid. Epiſt. XVI. 16.

Nec ſedeo duris torvae ſuperciliis.

male Paſſeratius eodem modo exponit illud quod infra legitur El. XIV. 36. *Nec nimis ornata fronte ſedere velis*. ubi vid. Broukh.

Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
Conditio. cineri nunc medicina datur.
Ante pedes caecis lucebat ſemita nobis.
Scilicet inſano nemo in amore videt.
Hoc ſenſi prodeſſe magis. contendite amantes.
Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri.
Pulſabant alii fruſtra, dominamque vocabant.
Mecum habuit poſitum lenta puella caput.

Haec

15. —— *ſero mihi nota fuiſſet Conditio. cineri nunc medicina datur*] *mea nota fuiſſet Conditio* Francius. *nata fuiſſet* conjecit Heinſius, ſed neutrum a codd. firmatur; neque ulla emendatione indiget hic locus, cujus ſenſum explanavit Patruus meus in notis ad Lucanum Lib. II. 391. *conditio* pro voluptatis pactione exponitur a Paſſeratio, eſt enim haec vox matrimonio propria, adeoque ad Veneris gaudia hic transfertur. vid. Gronov. Lib. I. Obſerv. cap. 6. ſed aliter hunc locum intelligebat Cel. Ruhnkenius, & quidem, poëtam queri, nimis ſero ſibi cognitum eſſe modum, quo convenire cum Cynthia, & noctem transfigere poſſet; caecum ſe fuiſſe, qui illum modum non citius viderit, adeoque *conditio* hic eſt ratio, via, modus, ut ſaepe apud Ciceronem. mox *cineri medicina datur* optime a Broukhuſio vindicatum eſt, nam haec omnium codicum & veterum editionum conſtans lectio, quam Scaliger male vocavit Beroaldi commentum, & *emeritis* ſuppoſuit, notans, *cineri, aut mortuo medicinam dare, ſtoliditatis eſſe.* Sed jam Volſcus recte expoſuit, tranſlationem, aut locutionem proverbii inſtar habentem eſſe, a malo medico deſumtam, qui cum de funere cogitandum eſt, ſalute aegroti conclamata, ſerum adfert remedium. vide quae notavi ad Auctorem Copae v. 35. Tom. I. Anth. Lat. p. 718. qui locus lucem oportunam his adfert:

Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta?
Anne coronato vis lapide iſta tegi?

Guyetus quoque Scaligerum *cineri* fruſtra mutaſſe notaverat, & legebat, *heu cineri.* & Paſſeratius locutionem de ſera medicina proverbialem bene hic illuſtravit. Catullus Ep. 102. in Inferiis ad Fratrem:

Ut te poſtremo donarem munere mortis,
Et mutum nequidquam adloquerer cinerem.

ubi *mutum cinerem* vocat, ut in Epigrammate Antipatri Lib. III. Anthol. Graec. Tit. XXXI. Ep. 9.

—— ἀντὶ δὲ σεῦο
Στάλα καὶ κωφὰ λείπεται ἄμμι κόνις.

19. *contendite amantes*] *contemnite* in omnibus fere MSS. & Regiis, Borrich. Groning. Askew. duobus Gebhardi, Leidenſib. Voſſianis, primo D'Orvill., meo utroque, & vetuſtis edd. *contemnere* ſecund. D'orvill. *contendite* editum eſt ex v. c. Scaligeri & Paſſeratii. quod pro enitimini, durate, exponit Broukhuſius. ſed pro jurgia exercete, etiam capi poteſt. *jurgia* nempe *ſub tacita condita laetitia*, ut ſupra dicit Eleg. V. 24. talem rixam luctamque eleganter deſcribit initio Elegiae ſequentis. hinc Lib. III. El. 3. 24.

Stant mihi cum domina praelia dura mea.

concedite Guyetus. ſed *contendite* etiam pro perſeverate, vel hoc agite magna animi contentione, capi poſſet, ut *contentum* Gonſalius aliique pro perſeverante exponunt apud Petron. cap. 80. altero verſu *venit*, in Regiis, uno Colbertino, primo Leidenſ. D'Orvill. & primis edd. ſed *veniet* in ceteris. *venire* autem hic pro ſui copiam praebere, ea notione, qua infra El. XIV. v. 34.

Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.

ubi vide. & ad Lib. III. 20. 19. ubi eadem oppoſitione,

Vix tamen aut ſemel admittit, quum ſaepe negavit,
Seu venit, extremo dormit amicta toro.

& ita huj. libri Eleg. XVIII. 43.

Aut ſi es dura, nega: ſin es non dura, venito.

22. *Mecum habuit poſitum lenta puella caput*] *lenta puella* hic non referenda eſt ad ipſum Proper-

Haec mihi devictis potior victoria Parthis.
Haec ſpolia, haec reges, haec mihi currus erunt.
Magna ego dona tua figam, Cytherea, columna,
Taleque ſub noſtro munere carmen erit:

Has

pertium, ut patet ex v. 14. ſed reſpectu procorum, qui fruſtra Cynthiae *fores pulſabant* & *dominam* blandientes vocabant. diverſo ſenſu infra El. XII. 6. *ſiccine lente jaces?* & aliorum in locis, in quibus pro inerti & in amoribus tardo ſumitur vid. Graev. ad Cic. IV. Verr. 61. p. 286. & notas ad Ovid. Epiſt. I. init. vel *lenta* eſt, diu in amplexibus meis haerens. ut *lentis adhaerens brachiis* apud Horat. Epod. XV. 6. *poſitum* vero *caput*, eſt conjunctum, eo ſenſu, quo apud Ovid. Epiſt. III. 107.

Perque tuum noſtrumque caput, quae junximus una.

ubi vid. Heinſ. Tibullus Lib. I. El. 5. 8.

Per Venerem, quaeſo, conpoſitumque caput.

ubi plura Broukhuſ. & adde notas ad Petronium cap. 22. p. 73.

23. *Haec mihi devictis potior victoria Parthis*] *Nec mihi* Voſſ. quart. *dejectis* Markland. ſine neceſſitate, ut puto. ſupra El. VI. 6. *Devictae gentes nil in amore valent.* pro *Parthis* in Voſſ. primo *palmis.* hinc forte quis ex codicum veſtigiis inmutandi nimium cupidus ſubſtituendum divinaret,

Haec mihi de cunctis potior victoria palmis.

vel *parmis.* nam ſic frequenter in codicibus Propertii ſcribitur. ut infra El. 19. 44. & Lib. IV. El. 10. v. 40. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. El. X. 82. Sed *Parthis* unice vera lectio eſt. Parthorum victoriam, gloriae militaris apicem innuit, cui triumphum de Cynthia relatum anteponit. & hoc loco corroboravi emendationem, qua ſupra El. 6. v. 20. legendum conjeci;

Tu mihi ſola places: placeam tibi, Cynthia, ſolus.
Hic erit & Partho ſanguine pluris amor.

pro vulgata *patrio ſanguine.* ſeq. verſu eleganter victoriam de Cynthia expugnata ſibi inſtar ſpoliorum, curruum triumphalium, & regum ſubactorum eſſe dicit, ſimili colore, quo Helena amorem Paridis virtuti bellicae a Pallade, & regno a Junone ei oblato, ſibi longe praeferendum jactat apud Ovid. Epiſt. XVII. 135. hanc autem Elegiam, ut & ſuperiorem, ſub tempus expeditionis, quam in Parthos meditabatur Auguſtus, ſcriptam eſſe, ad carminis hujus finem notat Broukhuſius.

25. *Magna ego dona tua figam, Cytherea, columna*] *tuae columnae* in Borrichiano, Groningano, & Heinſiano. recte omnino. Silius Ital. XV. 495.

Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt.

Tibullus Lib. I. El. X. 81.

——— *Venerique merenti*
Fixa notet caſus aurea palma meos.

tuis columnis Francius.

26. *Taleque ſub noſtro munere carmen erit*] *carmine nomen* in tertio Voſſiano. *munere* edidit Broukhuſius, ſecutus Scaligerum, qui ita in ſuo reperit codice. ſed *nomine* in ceteris omnibus MSS. quorum apud me Excerpta, cum duobus Leidenſ. primo & quarto Voſſ. Askew. Borrich. Groning. utroque meo, & D'orvill. neque aliter in primis & vetuſtioribus edd. uni igitur codici ceterorum numerus praeferendus, & vel ideo *nomine* amplector, quia ſequitur *Has pono ante tuam tibi, Diva,* Propertius *aedem Exuvias.* nam in ejuſmodi votivis donariis nomen proprium illius, qui ea ponebat, vel dedicabat, exprimebatur, ut patet ex locis Virgilii, Ovidii, Tibulli, quae adfert Paſſeratius, & altero Ciceronis apud Broukhuſ. ex IV. Verr. cap. 36. ubi de Dianae ſimulacro Segeſtanis per Scipionem reſtituto dicit, *idque ejus Imperatoris nomine poſitum ac dedicatum fuiſſe.* & ſic de Haſdrubalis ſpoliis a Scipione dedicatis Silius Ital. Lib. XV. 495. imitatione Virgiliana,

Haſdrubalis ſpolium Gradivo Scipio *victor.*

Tibullus Lib. I. El. 10. 83. ad Venerem;

Hanc tibi fallaci reſolutus amore Tibullus
Dedicat, & grata ſis Dea mente rogat.

Ovi-

Has pono ante tuam tibi, Diva, Propertius aedem
Exuvias, tota nocte receptus amans.
Nunc ad te, mea lux, veniat mea litore navis
Servata, an mediis ſidat onuſta vadis.

Quod

Ovidius Lib. II. Am. 13. 25. pro aegrotante Corinna:

Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris,
Ipſe feram ante tuos munera vota pedes.
Adjiciam titulum, ſervata Naſo *Corinna.*
Tu modo fac titulo muneribuſque locum.

qui locus pro *munere* hic pugnare poſſet. & hujus ritus frequens in monumentis vetuſtis, Graecis & Latinis, mentio eſt. vide quae notavi ad Lotich. Lib. I. Carm. 9. pag. 419. initio verſus *Taleque* offendiſſe videtur P. Francium; correxerat enim *Tale & ſub noſtro.* ſed temere. ſimile illud Tibulli Lib. I. El. 5. 11.

Ipſeque ter circum luſtravi ſulfure puro.

ubi idem Francius malebat *Ipſe ego*, poëta, ni fallor, invito, ut patet ex eodem Lib. I. El. 9. 10.

Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas.

multa ſimilia exempla collegit Cl. Schraderus Emend. cap. IV. pag. 77. & frequenter hoc imitati ſunt optimi e recentioribus, & e noſtratibus Janus Secundus. ita Broukhuſio & Francio copula haec infinitivis addita diſplicebat infra apud noſtrum El. XXIII. 67.

Spargereque alterna communes caede penates.

quod tamen illic ad Propertii genium eſſe exemplis aliis vindicabo.

27. *Has pono ante tuam tibi, Diva, P. aedem Exuvias*] *tuas aedes* in omnibus fere MSS. codd. & editionibus primis, reliquiſque, ante Scaligeranam. illam enim intellige, cum hic notet Broukhuſius *tuam aedem* nunc vulgo edi: & tamen hoc praefero, non tantum quia *aedem* ſemper dicunt veteres de templo, ſed & propter ſonum auribus incommodum, *Has exuvias* ante *tuas aedes.* ante *tuam aedem* pro *in tua aede* poſitum adſcripſerat Marklandus, quia exuviae non ante, ſed in templis ſuſpendi mos erat. & ſic intelligebat in loco Tibulli Lib. I. El. 3. 30.

Ut mea votivas perſolvens Delia noctes
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.

ſed illic quidem *ante fores* exponi non poteſt in ipſo templo, ſed veſtibulum ante ipſum ſacrae aedis, ut probant Ovidii loca, quae illic adfert Broukhuſius, & notum illud Virgilii III. Aen. 288.

Poſtibus adverſis figo, & rem carmine ſigno,
Aeneas haec de Danais victoribus arma.

ſic coronae Diis oblatae ante fores templi pendebantur. Tibullus Lib. I. El. 1. 19.

Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quae templi pendeat ante fores.

ubi vide Broukhuſ.

29. *Nunc ad te, mea lux, veniat mea litore navis Servata, an mediis ſidat* &c.]

Hiat ſenſus, ſi hanc lectionem ſequamur, *Nunc ad te navis mea veniat, an ſidat.* & vix intelligi haec poſſe, vel ipſa Scaligeri oſtendit expoſitio difficilior & obſcura. neque MSS. aut edd. vetuſtae ſuccurrunt, ut majorem his tenebris lucem adfundamus, in quibus *veniet tua litora*, vel *me*, vel *litore*, & initio verſus *a te*, pro quo *abs te* Ayrmanno placebat. ſed haec nullam opem adferunt. amiciſſimus Santenius lectionem probans illorum codicum, in quibus *a te*, legebat,

Nunc a te veniat, mea lux, ad litora navis.

ſic *a te* Lib. III. El. 7. 59.

Hoc mihi, Maecenas, laudis concedis, & a te eſt,
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

litora autem alibi etiam de portu dicuntur apud Propertium. de quo vide ad Lib. III. El. 20. 23. altero verſu *in mediis*, vel, omiſſo *in*, *mediis* in cod. Heinſ. *ſudat* in uno Colbert. Mentel. & primo Leid. *ſiſtat* Voſſ. quart. Excerpt. Modii, Groning. & Livineji codex, qui id ineptum recte pronuntiat.

Quod ſi forte aliqua nobis mutabere culpa,
Veſtibulum jaceam mortuus ante tuum.

ELEG.

ſtat. Ant. Perrejus ed. Aldinae, quam cum codd. MSS. contulit, adſcripſerat, *Nunc ad te*, ſupple verbum *pertinet*, in tua, inquit, eſt manu, an navim meam ſuccedere portui, an ſidere velis in medio mari. Senſum perſpexit, ſed quem magis perſpicuum reddit felix ingenii Heinſiani emendatio Lib. II. Adverſ. cap. 5. pag. 243. & in Notis p. 690.

In te ſtat, *mea lux*, *teneat ſua litora navis*
Servata, *an mediis* &c.

ut *In te ſtat*, dictum ſit, pro in tua poteſtate eſt, quomodo apud Sil. Ital. Lib. XVII. 401.

In ducibus ſtabat ſpes & victoria ſolis.

neque ab hac ſignificatione aliena eſt locutio, qua ab alterius judicio & nutu res *ſtare* vel *cadere* dicitur. ut Ovidio Lib. I. Faſt. 18.

Ingenium nutu (ſic Heinſ.) *ſtatque caditque tuo.*

Marklandus vero in notis ad Stat. Lib. IV. Sylv. 4. v. 99. ſic legendum & diſtinguendum exiſtimabat,

Nunc ad te, *mea lux*, veniet *mea litore navis*
Servata, *an mediis* ſidet *onuſta vadis?*

Sed Heinſianam conjecturam praefero, quam ſuo etiam calculo adprobavit Cel. D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 113. qui his veſtigiis inſiſtens minori mutatione refingebat,

Nunc in te, *mea lux*, *veniat ſua litora navis*
Servata.

ut *in te*, vel *in te eſt*, eodem ſenſu, quo *in te ſtat* dicatur, ut Graecis ἐπὶ σοὶ, vel ἐν σοὶ; & *veniat ſua litora*, pro *ad ſua litora*, vel legebat hoc modo,

Nunc ad te, *mea lux*, *veniat*, *ſua litora*, *navis.*

ut per adpoſitionem Cynthiam *ſua litora* vocet, ſive portum ac ſtationem tutam, quo ſenſu expoſuiſſe Paſſeratium video. Quod autem D'Orvillius illud quoque incommodum hoc in loco notaverit, quo *mea lux* & *mea navis* inconcinne uno verſu recurrit, non adeo me conmoveret, memorem aliorum poëtae noſtri locorum, in quibus vicina talis repetitio longe frequentior occurrit. ita *ſuo* & *ſua* eodem verſu infra El. XIX. 71.

Namque in amore ſuo *ſemper* ſua *maxima cuique* &c.

praeſertim Eleg. praeced. X. v. 18. & ſeqq. ubi *mea*, *mihi*, *meum* decies intra aliquot verſus recurrunt. & Libr. I. El. XIV. v. 11. & ſeqq. & El. XVI. 34. & ſeqq. & ſic *tua*, *te*, *tibi*, *tuam* Lib. III. El. 7. v. 21. & ſeqq. & Lib. IV. El. XI. v. 69. & ſeqq.

31. *Quod ſi forte aliqua nobis mutabere culpa*,
Veſtibulum jaceam &c.]

Quae ſi in ſecundo Vaticano, Groning. Regiis, uno Colbert. Palat. Excerpt. Modii, & primis edd. ſed *Quod ſi* in Perrej. Colot. Mentel. Voſſ. Heinſ. Excerpt. Scalig. & Borrich. *Tu ſi* Francius. *alia cura* Heinſius Lib. II. Adverſ. c. 5. p. 244. & in Notis p. 691. pro alterius amore. ut Lib. III. El. 18. 6.

Forſitan ille alio pectus amore terit.

ſic Lib. I. El. 15. 31.

Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura.

& *cura* ſaepe pro amore. ut alibi ſupra notatum eſt. rivalem itaque ſi praeferret ſibi Cynthia, mortem ante ejus fores, inſtar Iphidis in veſtibulo Anaxaretes, & infelicis Amatoris apud Theocritum Idyll. XXIII. ſe ſubiturum minatur. altero verſu *veſtibulum jaceam* &c. ſimili colore ante fores Cynthiae ſepeliri optat Lib. III. El. 5. 72.

Ante fores dominae condar oportet iners.

vide D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 115. ubi recte refutat la Cerdam, qui putabat Propertium hic reſpexiſſe ad corpora mortuorum in veſtibulis collocata.

ELEG. XII.

O me felicem, o nox mihi candida! & o tu
Lectule, deliciis facte beate meis!
Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis,
Interdum tunica duxit operta moram.
Illa meos ſomno lapſos patefecit ocellos
Ore ſuo, & dixit, ſiccine lente jaces?

Quam

ELEG. XII. v. 1. *O me felicem, o nox mihi candida*] *Ah me* in Voſſ. pr. & altero meo, forte pro *Ha.* ut ſaepe apud Statium. *nox o mihi candida* in Excerptis Modii, Voſſ. primo, & meo priore. ut in ſecunda Ald. Rovill. & Gryph. *& o nox mihi* in Voſſ. tertio. quomodo exararunt, qui hiatum ſupplere & eliſioni cavere ſtudebant. ſed in Palat. Commelin. Neapol. Groning. D'orvill. primo, & ceteris omnibus MSS. *o nox mihi.* ut in primis edd. Aldina priore, Juntina, & Colin. & recte monet Broukhuſius *naſum ſuum non conſuluiſſe*, qui haec inverterunt. *neglectum artificioſum eſſe, non obſervato metro, propter ſtuporem laetitiae*, notaverat P. Francius. ſed eo decurrere opus non eſt, quum ſaepe & in aliis poëtarum locis, & apud noſtrum, litera *m* non elidatur, ſequente vocali. vide Broukhuſ. infra ad El. XXIII. 101. & Oudendorpii notas ad Lucan. Lib. V. 527. ubi hoc ipſo loco id confirmat, & contra codd. MSS. male mutatum notat. ſic apud Virgil. Lib. II. Aen. 656.

Nam quod conſilium, aut quae fortuna dabatur.

ut ex vetuſtis membranis legit N. Heinſius, qui tales alioſque hiatus innumeros auctoritate codicum praeſtantiorum paſſim Maroni reſtituit. Confer cum Elegiae hujus initio illud Petronii cap. 79.

Qualis nox fuit illa, Di Deaeque!
Quam mollis torus! haeſimus calentes.
Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas. valete curae
Mortales! ego ſic perire coepi.

3. *Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis*] *Jam modo* in primo meo cod. qualis variatio etiam eſt Lib. I. El. 1. 11. *Nam modo Partheniis amens errabat in antris.* ubi *Jam modo* in MSS. Tibullus Lib. I. El. 1. 47. *Jam modo non poſſum contentus vivere parvo.* ubi *Quippe ego jam poſſum* in vet. cod. *luctata* illuſtratur a Grutero Lib. XIII. Suſpic. cap. 2. in omnibus autem codd. MSS. & editionibus, olim evulgatis, ante hunc verſum legebatur diſtichon, quod mox ſequitur v. 11. *Quam multa adpoſita* &c. ſed margini ed. Rovillianae adſcripſerat Janus Douſa Pater: *hoc diſtichon puto collocandum poſt* noſtra morata tuis, *& praeponendum illis*, Non juvat in caeco Venerem &c. *ita nimirum exigente ſententia.* his ſimilia habentur inter nonnulla Douſae Patris, addita Jani Filii notis in ed. majore Pariſina an. 1604. quae deſumta ſunt ex Jani Douſae Patris Paralipomenis notarum ad Propertium, poſt Filii notas editis in ed. Plantiniana an. 1592. hunc ducem ſecutus Broukhuſius recte diſtichon tranſpoſuit, & ſuo loco reſtituit.

5. *Illa meos ſomno lapſos patefecit ocellos Ore ſuo*] *ſomno lapſo* Leid. ſec. unus Regius, & primae edd. *laſſos* in Borrich. primo Leid. tribus Voſſ. utroque meo, & D'orvill. ut editum in utraque Aldina, Junt. Colin. Gryph. Rovill. aliiſque. *laxos* in MS. Askew. ſed *lapſos* recte in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, altero Regio, & Palatino Gebhardi. quod ex ſuo libro etiam profert Paſſeratius, & placebat Heinſio in Notis p. 691. qui bis ad Ovidium confirmavit, ut indicat Broukhuſ. & hoc praeferendum, quia ſequitur *patefecit.* vide ad Lib. I. El. 3. 45. *patefecit ore ſuo*, dato nimirum oſculo, ut Cynthiae dormienti oculos ſe patefeciſſe innuit Lib. I. El. 3. 16. ubi vide. Broukhuſianae autem notae ad h. l. in ſecunda editione male adſuta occurrunt verba, quibus *Domitii Enarrationes in Propertium laudari a Beroaldo* legitur. ſed haec pertinent

Quam vario amplexu mutamus brachia? quantum
  Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis?
Quam multa adpoſita narramus verba lucerna?
  Quantaque ſublato lumine rixa fuit?
Non juvat in coeco Venerem corrumpere motu.

Si

rent ad collectanea, quae libro ſuo de viris doctis, qui in hunc poëtam ſcripſerunt, ut fieri ſolet, adnotaverat. pro *lente* vitioſe in nonnullis codd. *lecte.* in aliis *vaces* pro *jaces*, forte pro *vacas*, ut putat Broukhuſius, non inſubido, ut ait, ſenſu. *vacas*, nempe ab amore, iners veluti ſpecies, & truncus, ſolus jaces. quo referri poſſet ex Lib. I. El. 13. 2. *quod abrepto ſolus amore vacem.* ubi plura. ſupra El. 7. 57. *At tu non una potuiſti nocte vacare.* ab amore ſcilicet, hinc *vacui amantes*, *vacuus lectus*, & ſim. apud noſtrum obvia. *viduas noctes* vocat Catullus. ad quem vide J. Douſae F. notas cap. 1. in fin. & Menag. ad Taſſi Amintam pag. 114. & ſeqq.

7. *Quam vario amplexu mutamus brachia? quantum Oſcula* &c]

mutare brachia locutio ad variati amplexus ſenſum exprimendum aptiſſima eſt, ne quis *motamus* conjiciat. ita corrigendum ex conjectura N. Heinſii apud Lucretium Lib. IV. v. 790.

——— *& mollia membra movere,*
Mollia mobiliter cum alternis brachia mutant.

pro *mittunt.* ſic *motare* & *mutare* confuſa ſunt apud Ovidium Lib. XIII. Met. 937. ubi elegantiam hujus verbi optime idem illuſtravit Heinſius, adducto etiam hoc Propertii loco, in quo tamen aberrante calamo adfert *multo amplexu.* eumdem vide ad Valer. Fl. VII. 587. *mutantes* male Ayrmannus. pro *quantum* Guyetus *quam tum*, & *ſuis* in fine verſ. ſeq. *labiis* in primo Leid.

9. *Quam multa adpoſita narramus verba lucerna*] *Multa tecum oppoſita* male in Heinſiano & meo priore. neque placet Ayrmanni *dederamus*, aut ullam video cauſſam, cur *verba* inprobet Guyetus. intelligit dicteria jocoſa, ſermones laſcivos ac petulantes, quales inter ſe vel in conviviis non ſobriis, vel in lecto ſerere amantes ſolent. Lib. I. El. 10. 6.

Quum te conplexa morientem, Galle, puella
Vidimus in longam ducere verba moram.

de narrationibus inter pocula, rivali odioſis, h. L. El. 7. 60. *Forſitan & de me verba fuere mala.* eodem ſenſu capiendum infra El. XIX. 72.

Namque in amore ſuo ſemper ſua maxima cuique
Neſcio quo pacto verba nocere ſolent.

Lib. III. El. 8. 24.

Et ſint nequitiae libera verba tuae.

talia *verba* intelligit Ovidius Lib. III. Am. El. 14. 24.

Illic nec voces, nec verba juvantia ceſſent,
Spondaque laſciva mobilitate tremat.

& Lib. II. A. A. 705.

Conſcius ecce duos accepit lectus amantes;
Ad thalami clauſas, Muſa, reſiſte fores.
Sponte ſua, ſine te, celeberrima verba loquentur:
Nec manus in lecto laeva jacebit iners.

ubi vel *celeberrima*, ſaepe repetita, cum Patruo meo exponenda ſunt, vel *creberrima* legendum. quas voces apud Naſonem in codd. MSS. paſſim conmutari patet ex notis ad Lib. III. Am. 5. 3. Haec faciunt, cur vulgatam ſollicitare vix audeam, quamvis Cl. Schraderus Emend. cap. 6. pag. 126. caſtigandum juſſerit,

Quam nuda *appoſita* miramur membra *lucerna.*

ſed dubito, an *quam nuda* recte dicantur *membra. quam* enim elegantiae decorem auget, ſi *quam nivea*, *quam candida*, vel ſim. laudentur membra nudata, & aditum oculis dantia, ſi puris nivibus, vel lacte, vel cycno candidiora ſint, ut de Helena Paris apud Ovid. Ep. XVI. v. 248. ſeqq. non autem *quam nuda.* niſi *quam miramur*, pro *quantum miramur*, conjungi voluerit, quod vix puto, & praecedentibus *Quam vario*, *Quam multa* &c. non convenit. Receptae igitur lectioni adquieſcamus.

11. *Non juvat in coeco Venerem corrumpere motu*] *committere* ex ſuo codice Scaliger & Paſſeratius, quod & in notis ſuis p. 691. praefert Heinſius,

&

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.
Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacaena,
Quum Menelaëo ſurgeret è thalamo.
Nudus & Endymion Phoebi cepiſſe ſororem
Dicitur, & nudae concubuiſſe Deae.
Quod ſi pertendens animo veſtita cubaris,

Sciſſa

& ad Ovid. Rem. Am. 407. ut Lib. IV. El. 7. 19. *Saepe Venus trivio commiſſa.* plures tamen codices in alteram conſentiunt lectionem, ut Regii, Colbertini, Borrich. Groning. reliqui omnes, & quidquid primarum ac veterum editionum prodiit ante Scaligeranam. Recte igitur ſuam Propertio ſcripturam reſtituit Broukhuſius, praeſertim quia *corrumpere* hac in re longe efficacius, quam *committere.* Ovidius Lib. II. Amor. 19. 58. *Corrumpis vitio gaudia noſtra tuo.* vide Patrui Comment. ad Phaedrum Lib. IV. 24. 18. ubi hoc in loco id etiam praefert. ita *ſpem corrumpere* pro perdere, apud Ovid. Epiſt. XXI. 127.

More bonis ſolito ſpem non corrumpere fraude.

Ceterum *motus* ille *caecus* hoc in verſu oſtendit oportune Broukhuſium praecedens diſtichon huc tranſtuliſſe in ſuam ſedem, nam *caecum motum*, obſcurum, & in tenebris actum, opponit lucernae, nocturni gaudii conſciae, eoque corrumpi, ac deteriorem & inſuaviorem reddi voluptatem innuit, quia *oculi in amore duces* ſunt. & hanc Broukhuſii explicationem probavit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 115. hinc v. 23. dicit *oculos ſatiemus amore.* ubi male Guyetus *animos ſatiemus.* ut enim nocte oculos paſceret conſpectu nudae Cynthiae, in tenebris lucernam exigit. huc facit Epigramma Pompeji de Laïde Lib. III. Anth. Gr. Tit. XII. Ep. 8.

Κώμους, καὶ τὰ νέων ζηλώματα, καὶ τὰ ποθεύντων
Κνίσματα, καὶ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη.

quod ſic vertit Grotius,

Vos epulae, dixit, juvenum certamina, amoris
Jurgia, & arcanis fida lucerna, vale.

vide illic Brodaei notas p. 328. ed. Obſop. ubi ζηλώματα & κνίσματα exprimunt *luctam rixamque* Propertii v. 3. & 10. & hinc λύχνον σιγῶντα συνίστορα τῶν ἀλαλήτων, id eſt *Luſibus arcanis teſtem ſine voce lucernam,* vocat Philodemus Lib. VII. ejuſd. Anthol. Ep. 89. ibidem ſequitur elegantiſſimum Meleagri Epigramma, (nam huic in codd. MSS. tribuitur) quod meretur cum Gallieni verſibus & locis Martialis, a Broukhuſio productis, conponi, vel praeferri:

Νὺξ ἱερὴ, καὶ λύχνε, συνίστορας οὔτινας ἄλλους
Ὅρκους, ἀλλ' ὑμέας εἱλόμεθ' ἀμφότεροι.
Χὠ μὲν ἐμὲ στέρξειν, κεῖνον δ' ἐγὼ οὔποτε λείψειν
Ὠμόσαμεν. κοινὴν δ' εἴχετε μαρτυρίην.
Νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκια φησὶν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι.
Λύχνε σὺ δ' ἐν κόλποις αὐτὸν ὁρᾷς ἑτέρων.

idque ſic interpretabatur Muſa Grotiana,

Teſtibus eſt vobis, o nox ſacra, tuque lucerna,
Jurando inter nos jure ſacrata fides.
Ille mei fore ſemper amans, ego fallere numquam
Polliciti (teſtes eſtis uterque) ſumus.
Raptari ſed aquis nunc foedera dicit, & ipſum
In gremio alterius tute lucerna vides.

plura ad horum illuſtrationem contulit Gonſalius ad Petron. cap. XXX. p. 209 & vide quae notavi ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 684.

13. *Ipſe Paris nuda fertur periiſſe Lacaena*] *nudam Lacaenam* legiſſe Scaligerum notaverat Heinſius. ſic apud Livium Lib. IV. cap. 9. *Virginem plebeji generis maxime forma notam petiere juvenes.* ubi *periere* in aliis. ut eadem variatione in Epigr. veteri Tom. II. Anth. Lat. pag. 122.

Quam petiere homines, quam petiere Dei.

ubi *qua periere* corrigendum notavi, quia *perire aliqua*, vel *ardere*, *furere in aliqua* rectius, quam *perire puellam.* infra El. XIX. 27.

Credo ego non paucos iſta periiſſe figura.

vid. Broukh. ad Lib. I. El. 4. 12.

17. *Quod ſi pertendens animo*] ita in omnibus fere codd. niſi quod in Groning. *pretendes. pertendens* in Voſſ. tertio. *pertendens animos* in quinto Vaticano. *praetendens* male Vulpius in prima edit. quod ex libro Poſthiano, qui idem ac Groninganus, etiam producit, ſed ut ineptum damnat, Livinejus, & recte explicat, obſtinata, pertinax, διατεινομένη. ut *pertendere*, pro pertinacem eſſe, ſeu *obſtinata mente perdurare*, ut loquitur Catullus, prolato hoc Propertii loco, ὑπερδιατείνεσθαι exponunt

 Sca-

Sciſſa veſte meas experiere manus.
Quin etiam ſi me ulterius provexerit ira,
Oſtendes matri brachia laeſa tuae.
Necdum inclinatae prohibent te ludere mammae.
Viderit hoc, ſi quam jam peperiſſe pudet.
Dum nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore.

Nox

Scaliger & Dion. Gothofredus ad Varron. de L. L. init. & J. Rivius ad Terent. Eun. 1. 1. 6. qui adfert *pertendes animo veſtita cubare. cubares* in Regiis, Borrich. Neap. Groning. Mentel. Heinſiano, Leidenſ. duobus, primo & quarto Voſſ. utroque D'orvill. & meis. ut in primis edd. de *ſciſſa veſte* vide ſupra ad El. IV. 21.

20. *Oſtendes matri brachia laeſa tuae*] male in codd. Regiis & primis edd. *Oſtendens*. praecedens verſus turbato & vitioſo ordine ſic legitur in Groningano, *Quin etiam ſi provexerit me ulterius ira. produxerit* in pr. D'Orvill. ſimilis coloris ſunt illa Lib. IV. El. 5. 39.

Semper habe morſus circum tua colla recentes,
Litibus alternis quos putet eſſe datos.

21. *Necdum inclinatae prohibent* &c.] elegantiam vocis *inclinatae* pro flaccidis, pendentibus, & jacentibus, ſatis illuſtrarunt eruditi Interpretes, Livinejus, Gebhardus, & Broukhuſius, ac docuerunt oppoſitas iis eſſe *ſtantes duraſque papillas*. vide ad Antholog. Lat. Tom. I. pag. 516. & 648.

22. *Viderit hoc, ſi quam jam peperiſſe pudet*] *Viderit haec* in codd. Rgeiis, Leid. ſec. & Voſſ. tert. pro varia lect. & primis edd. *hoc* in ceteris codd. ut Perreji, Colot. Vaticano ſec. Colbertinis, Mentel. Excerpt. Modii, Heinſiano, Groning. in quo etiam *periiſſe. ſi quis jam peperiſſe putet* in ſecundo D'Orvill. ut ex ſuo codice Scaliger. ſed quem male hunc verſum mutaſſe dicit Heinſius in Notis p. 691. pro *Viderit* vir eruditus in ora codicis ſui conjecerat *Fugerit hoc.* ſed alterum tuentur omnes codices & edd. vetuſtae, pari conſenſu. Virgil. X. Aen. 743.

— Aſt de me Divum pater atque hominum rex
Viderit.

Ovidio praeſertim id frequens. ut patet ex notis Heinſii ad Lib. I. ex P. Ep. 2. 9. ubi hunc quoque Propertii locum non praeteriit. & vide hic Paſſeratium. Gronov. ad Senec. de provid. cap. 3. & Patrui mei notas ad Petron. cap. 61. & 87. ſic Graecis uſitatum *αὐτὸς ἂν εἰδείη, ipſe viderit,* notaverat Marklandus, indicato Luciani loco in Dial. Jovis & Ganym. p. 205. & Menippi & Amphilochi p. 267. vid. Pricaei notas ad Matth. cap. XXVII. 4. & 24. Cic. de Amic. cap. 3. *quam id recte faciam, viderint ſapientes.* Ceterum tangit hoc loco puellas, quae fieri matres averſabantur, ne formae jacturam facerent. quo etiam refer illud Ovidii Elegia de Nuce v. 23.

Nunc uterum vitiat, quae vult formoſa videri,
Raraque in hoc aevo eſt, quae velit eſſe parens.

Statius Lib. I. Sylv. 2. 269. Epithalamio Stellae & Violantillae:

Sed parcat Lucina, precor, tuque ipſe parenti
Parce, puer; ne mollem uterum, ne ſtantia laedas
Pectora.

ubi vide Domit. Calderinum.

23. *Dum nos fata ſinunt, oculos ſatiemus amore*] Mallem,

Nos, dum fata ſinunt, oculos ſatiemus amore.

ut ſimili in loco Tibulli Lib. I. El. 1. 83.

Interea, dum fata ſinunt, jungamus amores;
Jam veniet tenebris Mors adoperta caput.
Jam ſubrepet iners aetas, nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capite.

Virgil. IV. Aen. 651.

Dulces exuviae, dum fata Deuſque ſinebant.

dum licet, in eadem re, infra hac El. v. 49.

Tu modo, dum licet, hunc fructum ne deſere vitae.

ubi vide. *Nos* initio verſus ſic poſitum, ad oppoſitionem praecedentium, ex more Propertiano eſt. infra Eleg. XXIII. 82.

Iſta ſenes licet accuſent convivia duri,
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

Lib.

Nox tibi longa venit, nec reditura dies.
Atque utinam haerentes ſic nos vincire catena
Velles, ut numquam ſolveret ulla dies.

Exemplo

Lib. I. El. 7. 5.

Dum tibi Cadmeae & ſeqq.
Nos, ut conſuemus, noſtros agitamus amores.

hoc Libro El. I. 45.

Navita de ventis, &c.
Nos contra anguſto verſamus praelia lecto.

ſatiemur amore Heinſius. *ſacremus* male in Menteliano, & primo Leid. *animos* pro *oculos* fruſtra emendaſſe Guyetum, ſupra notatum eſt ad v. 11.

24. *Nox tibi longa venit, nec reditura dies*] notaverat Broukhuſius, *noctem* a poëtis dici mortem, notiſſimum eſſe. *nigrum* vero *diem* non item. ſed videtur hanc animadverſionem, quia in Notis editis eam omiſit, poſtea inprobaſſe. & recte. *dies* enim non *reditura*, *dies ultimus*, & ſim. de fato, apud poëtas obvia ſunt. *ſumma dies* Ovidio Lib. III. Amor. El. 9. 27.

Hunc quoque ſumma dies nigro ſubmerſit Averno.

de *nocte* pro *morte* vide etiam ſupra ad El. X. 17. ſed quia hic *dies* bis in fine pentametri, nimis vicina repetitione, non valde eleganter recurrit, & ſequens diſtichon deſideratur totum in ſecundo Leid. & utroque D'Orvill. hinc ſuſpicio nonnulla de mendo ſuboriri poſſe videtur, & hoc verſu *nec reditura quies* forſitan praeſtaret. ut *quies non reditura*, quam *quietem aeternam* alii vocant, *nocti longae* juncta hic dicatur, quomodo *nox perpetua una dormienda*, Catullo, ad quem vide J. Douſae Fil. notas cap. 1. ubi *longam noctem* pro *mortem* etiam Senecae Tragico reſtituit, & loca ſimilia adfert ex Opheo & Moſcho, qui αἰώνιον ὕπνον, & μαλὰ μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον vocant. ſic *quies aeterna* de morte apud Quinctilian. Decl. 299. & QVIETI AETERNAE, SOMNO AETERNALI, ſaepe in Inſcriptt. vetuſtis. hinc mox emendari poſſet, *ut numquam ſolveret illa dies*: hoc eſt, ut amor noſter eſſet perennis etiam poſt fata. eleganter *illa dies*, nigra nempe illa, & tenebris caput adoperta. infra Eleg. XIX. 20.

At me non aetas mutabit tota Sibyllae,
Non labor Alcidae, non niger ille dies.

hoc ſenſu forte etiam intelligi poſſet in loco obſcuro Valer. Fl. Lib. VI. 355.

Quem pelagi rabies, quem nubila, quemque ſequatur
Illa *dies.*

ubi *quies* pari variatione in MSS. & ut de hominis ultimo vitae termino, ita de ſupremo terrae die apud Auctorem Octaviae v. 393.

——— *nunc adeſt mundo dies*
Supremus ille.

25. *Atque utinam haerentes ſic nos vincire catena Velles*,] ita conſtanter in libris ſcriptis & editis. Guyetus tamen propter illud *Velles*, dubitans ad quam perſonam referendum eſſet, emendabat,

——— *ſic nos vincire, Cythere,*
Velles &c.

quod nonnihil defendi poſſet ex Epigrammate veteri Tom. I. Anthol. Lat. pag. 685. *Adliget amplexus (ſ. amplexos) tenerorum mater Amorum.* ſed praeceſſit *tibi*. & ſi ad Cynthiam & Propertium *nos vincire* referri non poſſe, niſi tertia requiratur perſona, quis contendat, corrigi poſſet *Vellent*, *fata* nempe, quae praeceſſerunt. certe *catena* ſollicitanda non eſt, praeſertim propter Tibulli locum, ab Heinſio indicatum, Lib. IV. 5. 15.

Sed potius valida teneamur uterque catena,
Nulla queat poſthac nos ſoluiſſe dies.

unde, ne quid diſſimulem, *ulla dies*, hic vindicari poſſet. *illa Dea* tentabat Cel. Ruhnkenius. Venus nempe. Marklandus autem *haerenti catena* malebat, quam *irruptam copulam* vocat Horatius, & *firmam catenam* Ovidius Epiſt. IV. 135. ſed *haerentes* non muto. Petronius Sat. 114. *ne ſic cohaerentes malignior fluctus diſtraheret, utrumque zona circum venienti praecinxit, &, ſi nihil aliud, certe diutius, inquit, juncta nos mors feret, vel arena componet. Patior ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus exſpecto mortem jam non moleſtam.* ſic de Marte & Venere deprenſis & catena Vulcani ligatis Ovidius

Exemplo junctae tibi ſint in amore columbae,
Maſculus & totum femina conjugium.
Errat, qui finem veſani quaerit amoris.
Verus amor nullum novit habere modum.
Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos;

Flumi-

IV. Met. 184.

In mediis ambo deprenſi amplexibus haerent.

catenam optime etiam Broukhuſius contra Guyetum hic adſeruit, aliiſque veterum locis illuſtravit Cel. D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 116. amantibus autem optime convenit *vincire catena*, de qua locutione, aliis in rebus etiam uſitata, vide Drakenb. ad Silium Ital. Lib. XVII. 143.

27. *Exemplo junctae tibi ſint in amore columbae*] *vinctae* in Neapol. Voſſiano, & D'orvill. quae voces licet paſſim in MSS. confundantur, hic tamen *junctae* praeſtat. *vincire* enim modo praeceſſit. *tibi ſunt* in Regiis, Mentel. Borrich. duobus Leidenſ. primo Voſſ. meo utroque, & primis edd. *ſic ſint* in Excerpt. Scalig. ut edidit, unde *ſibi ſint* conjecerat Heinſius. altero verſu *totum conjugium* tuentur omnes codices, & priſcae edd. quod licet ineptum Livinejo fuerit viſum, qui *tutum* praeferebat, quomodo etiam Guyetus, optime tamen a Broukhuſio adſeritur & exponitur. Vulpio olim quoque *tutum* vel *notum* placebat, ſed poſtea in Broukhuſii ſententiam ivit, *totum* nempe *conjugium*, quia unus columbus una columba contentus eſt, neque vaga venere utitur. unde Ovid. II. Am. El. 6. 56.

Oſcula dat cupido blanda columba mari.

30. *Verus amor nullum novit habere modum*] his egregie, praeter illa, quae ex noſtro adfert Paſſeratius, convenit ſimilis ſententia apud Xenoph. Epheſ. Lib. V de Amor. Anth. & Abroc. pag. 65. καὶ νῦν ἀληθῶς μεμάθηκα, ὅτι ἔρως ἀληθινὸς ὅρον ἡλικίας ἐκ ἔχει. ubi ἡλικίαν, duplici accuſativo, *nunc certe didici, verum amorem terminum non habere aetatem humanae vitae*, hoc eſt, ultra mortem perdurare, corrigit Cel. Hemſterhuſius, & cum hoc Propertii loco confert, in Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. II. pag. 339.

31. *Terra prius falſo partu deludet arantes,*
Et citius nigros Sol agitabit equos;] *falſo partu* conjecerat Jan. Douſa pater, ut ſignificet, terram prius ſquamoſum pecus & monſtra marina producturam eſſe. quod minime adridet. *falſos arantes* legebat Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 244. & in Notis p. 691. ut *falli* & *deludi* dicuntur agricolae a terra ſterili, quae credita ſibi ſemina non reddit cum fructu. vide illic Addenda pag. 767. & ſeq. ſed aeque *falſus partus* dicitur, qui arantes eludit, eorumque vota deſtituit. ita hoc Propertii loco codicum lectionem apud Ovidium Lib. V. Met. 482. adſtruit Patruus meus,

Fertilitas terrae, latum vulgata per orbem,
Falſa jacet, primis ſegetes moriuntur in herbis.

quamquam *Caſſa* illic praetulerit. & notum eſt terram ac ſegetes paſſim dici *fallere*, *decipere*, *eludere* arantes. Tibullus Lib. II. El. 1. 19.

Nec ſeges eludat meſſem fallacibus herbis.

ubi vide Broukhuſ. & Heinſ. ad Ovidii Lib. II. ex P. Ep. 9. v. 29. Verum quia hoc inter ἀδύνατα referri non poteſt, & ſaepe colonorum ſpes deſtituuntur, cum integer anni labor perit, malim *falſo partu* exponere, non ſuo, ſive de illis, quae naturae adverſa e terra provenire nequeunt, aut ut confuſis legibus, & inverſis anni vicibus terra intempeſtivos proferat fructus. ſimili fere exemplo, quo apud Nemeſian. Ecl. I. 75. & ſeqq.

Namque prius ſiccis phocae paſcentur in arvis,
Hirſutuſque freto vivet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi, confuſis legibus anni,
Meſſem triſtis hiems, aeſtas tractabit olivas,
Ante dabit flores autumnus, ver dabit uvas,
Quam taceat, Meliboee, tuas mea fiſtula laudes.

verſu ſeq. Heinſius *Stygios equos* legendum conjecit, vel *nigros* pro infernis interpretabatur, quod praefero. ut paſſim omnia dicuntur *nigra*, quae

Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit;
Quam poſſim noſtros alio transferre calores.
Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.
Quod mihi ſi ſecum tales concedere noctes
Illa velit, vitae longus & annus erit;

Si

quae inferno tribuuntur. *pigros*, forte propter *citius*, legebat Rob. Titius, quem merito exploſit Scaliger in Caſtigationibus ſub Ivonis Villiomari nomine in Locos ejus Controverſos editis pag. 148. cui in Aſſertionibus ſuis p. 170. fruſtra ſe oppoſuit Titius. Poſſis etiam *nigros equos* interpretari oppoſitos *albis* Solis & *niveis equis*, quales ſemper deſcribuntur. Ovid. II. Am. I. 23.

Et revocant niveos Solis euntis equos.

33. *Fluminaque ad caput incipient revocare liquores*] *agitare* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. quod ex verſ. praec. repetitum per librarii ſupinitatem. *revocare liquores ad caput* eſt, quod infra El. 25. 33. *rurſus fluere* dicit,

Non rurſus licet Aetoli referas Acheloi,
Fluxerit ut magno fractus amore liquor.

ubi perperam Scaliger *rurſus referas* conjungit. Lib. III. El. 17. 6.

Flamma per incenſas citius ſedarit ariſtas,
Fluminaque ad fontis ſunt reditura caput.

Lucianus Dial. Mort. VI. c. 2. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. ſic Lib. I. El. XV. 29. legendum conjeci ex veſtigiis codicum,

Alta prius retro labentur flumina ponto,
Annus & inverſas duxerit ante vices,
Quam tua ſub noſtro mutetur pectore cura.

ubi plura. *caput* autem Propertio de fontibus fluviorum dicitur. Lib. II. Am. El. I. 26.

Inque ſuos fontes verſa recurrit aqua.

Valerius Cato in Diris v. 67.

Flectite currentes lymphas vaga flumina retro,
Flectite, & adverſis ſurſum diffundite campis.

ubi vide quae de hoc ἀδυνάτῳ poëtis uſitatiſſimo notavi, & plura ad Lotichium pag. 172. alterum adhaeret Virg. Ecl. I. 61.

Et freta deſtituent nudos in litore piſces.

ſupra noſter El. 2. huj. Libr. v. 7.

Quaerebam ſicca ſi poſſet piſcis arena,
Nec ſolitus ponto vivere torvus aper.

incipient revocare, Graeco more, pro revocabunt, ut amat Propertius. infra El. XV. 19.

Incipiam captare feras.

& Lib. III. El. 3. 15.

Inque ſinu carae nixus ſpectare puellae
Incipiam.

ubi vide.

35. *alio transferre calores*] *dolores* conſtanti errore in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Heinſiano, Borrich. Neapol. Vatic. ſecundo, Groning. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'orvill. meis, & primis edd. *conferre dolores* in Askew. *calores* bene reſtitutum a viris doctis. v. Heinſii notas p. 691. ſic Lib. I. El. 12. 17.

Aut ſi deſpectus potuit mutare calores.

& El. XVIII. 17.

An quia parva damus mutato ſigna calore.

ut illic praefert Broukhuſius, pro amore in aliam tranſlato, & cum hoc loco conparat. ſed *colore* ibidem legendum notavi.

37. *Quod mihi ſi ſecum*] *tecum* legitur in cod. Borrich. Mentel. ceteriſque, & primis editionibus, utraque Aldi, Juntina, & aliis vetuſtioribus. *ſecum* margini adnotaverat Ant. Perrejus, idque ex ſuo MS. Heinſius, ex v. c. Paſſeratii Guyetus, & e Groningano Broukhuſius probarunt, ut requirunt *Illa velit.* altero verſu *longus ut annus eat* Heinſius.

39.

Si dabit haec multas, fiam inmortalis in illis.
Nocte una quivis vel Deus eſſe poteſt.
Qualem ſi cuncti vellent decurrere vitam,
Et preſſi multo membra jacere mero:
Non ferrum crudele, neque eſſet bellica navis.

Nec

39. —— *fiam inmortalis in illis,*
Nocte una quivis vel Deus eſſe poteſt]
pari modo exſultat Eleg. praeced. v. 9.

Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte!
Inmortalis ero, ſi altera talis erit.

Graecas veneres haec ſapiunt. nam cum his conparandum eſt optimum & elegantiſſimum Rufini Epigramma Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 137.

Ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
Τὰς μαζὰς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.
Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε. τρισόλβιος, ὅςις ἀκύει.
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν. ἀθάνατος δ' ὁ συνών.

quod Latinis Gratiis non minus feliciter litans ſic vertit eruditione & virtute inmortalis Hugo Grotius:

Lumina Junonis tibi ſunt, Venerisque papillae,
Pes Thetidis, Melite, Palladiaeque manus.
Felicem adſpectus tuus, adfatusque beatum,
Semideum faciunt oſcula, noxque Deum.

paſſim enim apud poëtas illi, qui in amoribus felices ſunt, ſe Diis aequare ſolent. quod eleganter illuſtravit Zinzerling. Promulſ. Critic. cap. 40. ubi etiam Rufini epigramma adfert. & huc refer illud Sapphus initio odes elegantiſſimae apud Longinum περὶ ὕψυς, Sect. IX. quam tot viri docti emendarunt & illuſtrarunt,

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν ὤνηρ, ὅςις ἐναντίον τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἆδυ φωνεύ-
σας ὑπακύει,
Καὶ γελώσας ἱμερόεν.

ſive, ut vertit Catullus Ep. LXII.

Ille mi par eſſe Deo videtur,
Ille, ſi fas eſt, ſuperare divos,
Qui ſedens adverſus identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem.

ad hunc autem verſum, quo, *nocte una quivis vel Deus fieri poſſe* dicitur Propertio, margini exemplaris ſui adſcripſiſſe Gul. Canterum, *vel diabolus etiam*, narrat J. Pontanus in Prodidagmatibus ad Ovidii Triſtia in Epilogo. & hoc quoque legitur ad marginem edit. Canteri, Antverpiae 1569. excuſae. Quis tale ſupercilium in Gul. Cantero ferat, cui Graecorum & Latinorum poëtarum elegantiae adeo perſpectae erant. Sed ludicram potius quam ſeriam adnotationem exiſtimare praeſtat, niſi ipſe id expertus una ac prima nocte malum daemonem toro exceperit.

41. *Qualem ſi cuncti vellent decurrere vitam*] *cuperent* in pleriſque codicibus, uno Colbertino, Neapolit. tribus Voſſianis, utroque D'Orvill., & meo ſecundo, licet in margine *vellent*. & hoc D'Orvillio placebat, ne languidior tot ſpondaeis verſus ſit. *cuperent decurrere* pro decurrerent, dictum notaverat Marklandus, addens, ſe phraſin hanc, minus, ut opinabatur, cognitam, amplius in notis explicaturum. quae cum in lucem non prodierint, earum vicem hic ſupplere poſſunt, quae notavi ad Lib. I. El. 7. 10. vulgata *vellent decurrere* eſt in primis edd. Aldinis, Juntina, ceteriſque vetuſtioribus. *cupient deducere vitam* in Excerptis Modii ſeu Groningano. *cuperent deducere* in quarto Voſſ. & ſecundo D'Orvill. ſed *decurrere* probum eſt. Phaedrus Lib. III. fab. 20.

Qui natus eſt infelix, non vitam modo
Triſtem decurrit &c.

Ovid. III. Triſt. 4. 33.

Nam pede inoffenſo ſpatium decurrere vitae
Dignus es.

ubi vide notas. & Paſſerat. ad h. l. pag. 306. & ſic *curſus* & *decurſus vitae*, apud Cic. pro Sextio cap. 21. *neſciebam vitae brevem eſſe curſum, gloriae ſempiternum.* ubi vide Abramii notas.

43. *Non ferrum crudele, neque eſſet bellica navis*] variant hic admodum codices. *Non ferrum crudele meum eſt neque* in Menteliano & primo Leidenſi. *Non ferrum crudele eſt nec* in Heinſiano, & meo primo. unde legendum,

Non ferrum crudele eſſet, neque bellica navis.

ut

Nec noſtra Actiacum verreret oſſa mare.
Nec toties propriis circum oppugnata triumphis
Laſſa foret crines ſolvere Roma ſuos.

Me

ut plures praeferunt codices. ſic enim in Regiis, Colbertinis, Neapol. Vaticano ſecundo, Excerptis Modii, altero Leid. Askew. meo ſecundo, & in primis aliiſque edd. licet Broukhuſio hic numerus non videatur ad gravitatem Propertianam, & praetulerit, *Non ferrum crudele, neque eſſet.* male Valens Guellius ad Virg. Ecl. IV. adfert,

Non bellum crudele eſſet, neque bellica navis.

ingrata *belli* & *bellica navis* eodem in verſu repetitione. neque etiam opus eſt conjectura P. Francii,

Non ferrum crudele foret, non bellica navis,
Non noſtra &c.

foret enim in nullo codice conparet. vitioſe *manus* pro *navis* in primo D'Orvill. ſimilis vel potius contrarii coloris in deſcriptione felicitatis amantium, quae aureo Saturni aevo obtinebat, ſunt illa Tibulli Lib. I. El. 3. 45. & ſeqq.

Ipſae mella dabant quercus, ultroque ferebant
Obvia ſecuris ubera lactis oves.
Non acies, non ira fuit, non bella: nec enſem
Inmiti ſaevus duxerat arte faber.
Nunc Jove ſub domino caedes; nunc vulnera ſemper,
Nunc mare, nunc leto multa reperta via.

cujus loci primum diſtichon, memoriae lapſu, ſub Propertii nomine adfert Fulv. Urſinus in Virg. cum Graecis collato ad Ecl. IV. 30. pag. 43. dein pro *Non acies, non ira fuit*, legendum *Non rabies*, quia addita *bella* minus neceſſariam faciunt *aciem*, & *rabies* atque *ira* ſic melius junguntur, ut mox *caedes* & *vulnera*, conjeci olim in notis ad Lotichium pag. 264. & vidi poſtea, eodem modo emendaſſe Patruum meum in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. II. p. 240. confer cum his locum inſignem apud Auctorem Octaviae v. 399. & ſeqq.

44. *Nec noſtra Actiacum verreret oſſa mare*] ita recte, Scaligero praeeunte, edidit Broukhuſius, quum in ſcriptis exemplaribus antea legeretur *verteret*, quod quidem exſtat in Regiis, Borrich. Groning. Askew. Harlejano Muſei Britannici, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. binis D'Orvillianis, meo utroque, & ceteris codd. primiſque edd. Aldinis, Juntina, aliiſque; & probaſſe videtur Guellius ad Virg. Ecl. IV. 38. ut & Paſſeratius ac Guyetus a Scaligero hic diſſentiunt. ſed alterum *verreret* probavit Heinſius in Varr. Lectt. ad illud Claudiani Lib. II. de R. P. p. 454. *quidquid ſalis aequora verrunt.* vide loca Virgilii apud Nonium Marc. p. 420. ed. Mercer. idque etiam hic praetulit Gebhardus in notis ad alium noſtri locum Lib. III. El. 3. 46. pag. 237. ubi legit, *Saucia maerenti corpora verrat aqua.* paſſim vero haec duo verba confunduntur & permiſcentur. vide Pierium ad Virg. VI. Aen. 320. & J. Fr. Gronov. ad Stat. IV. Theb. 722. ſic *verrere aequor retibus*, non *vertere*. de quo Heinſ. & Drakenb. ad Silium Ital. XIV. 262. & plura notavi huc facientia ad Tom. I. Anth. Lat. p. 563. & ad Diras Catonis v. 59. Tom. II. p. 661. porro *Acciacum* in noſtro ſecundo, & primis edd. *Adriacum* in Mentel. Borrich. & Groning. Ex hoc autem loco colligere licet, Elegiam hanc ſcriptam eſſe non diu poſt victoriam Actiacam, de Antonio & Cleopatra relatam.

45. *Nec toties propriis circum oppugnata triumphis*
Laſſa foret crines ſolvere Roma ſuos]

Nec propriis circum toties pugnata triumphis in ſecundo D'Orvilliano. reliqui codices nihil variant, niſi quod *Paſſa* in Heinſiano & meo priore. Cogitabam aliquando hic legendum, *patriis triumphis*, ut ſupra El. VI. v. 13.

Unde mihi patriis natos praebere triumphis.

ſed per *proprios triumphos* intelligi poſſunt bella civilia, *nullos habitura triumphos*, ut dicit Lucanus; & his oppoſiti ſunt *juſti triumphi*, de quibus vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 60. *circum*, id eſt undique oppugnata, hoc in verſu offendebat Guyetum, ideoque legebat,

Nec toties propriis (miſerum) oppugnata triumphis.

ut in illo Virgilii Aen. VI. 21.

——— *pendere poenas*
Cecropidae juſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum.

Me certe merito poterunt laudare minores.
Laeſerunt nullos pocula noſtra Deos.
Tu modo, dum licet, hunc fructum ne deſere vitae:

50. Om-

ſic *miſerum*, *miſerabile*, & ſimilia, parentheſi incluſa, eleganter ſaepe inſeruntur. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 196. & notatis adde illud Claudiani Bel. Gildon. v. 99.

Qui trabeas & ſceptra dabat, quem ſemper in armis
Horribilem gentes, placidum ſenſere ſubactae,
Nunc inhonorus, egens, perfert miſerabile pacis
Supplicium.

ubi Delrius ex veteri libro profert *mirabile.* ſed forte & illic pari modo ſcribendum,

—— perfert (miſerabile!) pacis
Supplicium.

crines ſolvere neſcio an ſatis bene Interpretes expoſuerint de communi lugentium habitu. Referrem potius ad Romam in propria viſcera ſaevientem, & bellis civilibus in triumpho veluti circumductam, quam triumphantem ipſam. hinc jungenda arbitror *crines ſuos ſolvere propriis triumphis*, non vero *oppugnata triumphis*, ut Beroaldus & alii. *ſolutis* enim vel *paſſis crinibus* gentes ſubactae pompam triumphalem comitabantur. Ovidius IV. Triſt. El. 2. 43.

Crinibus en etiam fertur Germania paſſis,
Et Ducis invicti ſub pede maeſta ſedet.

& ſic de Parthico Auguſti triumpho Lib. I. A. A. 224.

Hic eſt Euphrates, praecinctus arundine frontem,
Cui coma dependet caerula, Tigris erit.

aliiſque in locis.

47. *Me certe merito poterunt laudare minores*] ſic legitur in Colotiano, Menteliano, primo Leidenſi, Voſſ. tertio. *Te* in Heinſiano & meo priore. *Nec certe* unus Colbert. primus Voſſ. & tertius pro varia lect. & primus D'orvill. *Nec* in meo altero. e quibus praefero, *Me certe* cum Heinſio, & ſic edidi, quia ad hanc lectionem ducit omnium fere codicum conſenſus. non *Haec certe*, ut edidit Broukhuſius. *poſſunt laudare* in Voſſ. quarto.

48. *Laeſerunt nullos pocula noſtra Deos*] *lumina noſtra* in primo Voſſ. *pocula* de veneno poculis infuſo accipit Broukhuſius, cujus nota ad hunc locum conferenda eſt cum illis, quae dedit ad Tibullum Lib. III. El. 5. 9. ubi pleraque eadem leguntur. putatque tangi a poëta veneficium, cujus aliquando poſtulata fuit Cynthia, quando cum quodam praetore in Illyricum eſſet profecta; ad quod facinus etiam refert alium locum ex El. XXIII. huj. Libr. v. 67. Sed non valde decoram iſtam amicae ſuae objectionem eſſe recte animadvertit D'Orvillius in Miſcell. Vol. V. p. 117. qui cenſet hic potius tacite notari Antonii amores, ejuſque praecipue vinolentiam, quae bellorum civilium, quorum modo meminit, fomes fuit; ut *inmania Antonii pocula* civilibus tumultibus cauſſam dediſſe dicit Cicero, & ſaepe in Philippicis ebrietatem ejus exagitat; & illius ac Cleopatrae *mentem Mareotica lymphatam* perſtringit Horatius Lib. I. od. 37. 14. & eo reſpicit noſter Lib. III. El. 9. v. 56.

Et Ducis adſiduo lingua ſepulta mero.

ubi vide. ſua vero pocula innocua fuiſſe, & nullo maledicto Deos laeſiſſe innuat Propertius. Sed melior videtur Cel. Ruhnkenii ſententia, qui Auguſtum hic intelligendum exiſtimabat; & reſpici ad Gallum poëtam aequalem, cui exitio fuerunt convicia in Auguſtum inter pocula jacta. Ovidius II. Triſt. 445.

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo,
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

49. *Tu modo, dum licet, hunc fructum* &c.] *hunc* omittunt Regii & unus Colbert. Borrich. Leidenſis ſecundus, primus Voſſ. uterque D'Orvill. meus alter, & primae edd. *dum liceat*, *fructum* in Menteliano, Excerptis Scalig. & Modii, primo Leid. Voſſ. tertio & quarto, ſecundo D'Orvill. Groning. & Askew. & ſic Fruterius. *dum lucet* in v. c. Ant. Perreji, altero Colbert. Neapol. Vaticano ſecundo & quinto, quod ex ſuis etiam libris adfert & non inprobat Paſſeratius, exponitque, dum haec lux tibi cernitur, dum vita ſupereſt. quod recte dici merito dubitat Broukhuſius. ſed *dum licet* hic idem eſt, ac ſupra v. 23. *dum fata ſinunt.* & apud noſtrum Lib. I. El. 19. v. 25.

Quare, dum licet, inter nos laetemur amantes.

Lib.

Omnia, ſi dederis oſcula pauca, dabis.
Ac veluti folia arentes liquere corollas,
Quae paſſim calathis ſtrata natare vides;

Sic

Lib. II. El. 4. 14.

Dum licet, injuſto ſubtrahe colla jugo.

& Ovidium III. A. A. 61.

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Utere, eunt anni more fluentis aquae.

Lib. I. A. A. 41.

Dum licet, & loris paſſim potes ire ſolutis.

& in noto illo Petronii,

Ergo vivamus, dum licet, eſtque bene.

50. *Omnia ſi dederis oſcula, pauca dabis.*] ita editur vulgo. *parva* in ſecundo D'Orvill. utroque pollice laudo diſtinctionem Jani Douſae Fil. longe elegantiorem,

Omnia, ſi dederis oſcula pauca, dabis.

vulgata multivolo Catullo potius convenit. ſic igitur in contextu interpungendum judicavi.

51. *Ac veluti folia arentes liquere corollas,*
Quae paſſim calathis ſtrata natare vides]

At veluti in multis codd. & editionibus vetuſtis; quod etiam legitur in ſecundo Leid. primo & quarto Voſſ. meo altero, & D'Orvilliano. ſed *Ac veluti* in Excerpt. Modii, ſeu Groning. & in libris Gebhardi ac Paſſeratii. quod probat Heinſius. ut ſupra Eleg. II. v. 11.

Ac veluti primo taurus detractat aratro.

coronas in D'orvill. ſec. pro *calathis* in v. c. Ant. Perreji, Neapol. & ſecundo Vatic. *cyathis.* quod Scaligero etiam placuiſſe videtur, qui *calathos* hic non quaſillos, ut putat Beroaldus, aut *vimineos calathos*, quales occurrunt Lib. III. El. XI. 30. intelligit, ſed pocula, ut *calathos* pro calicibus exponit Servius ad Virg. Ecl. V. 71. & de foliis e capite, coronis ſolutis, in calices inter comiſſationes decidentibus interpretatur; cui valde favet additum verbum *natare.* ut ſupra El. 2. 22.

Utque roſae puro lacte natant folia.

certe ſaepe mentio occurrit de coronis, quas, poſtquam hilaritati indulſiſſent in conviviis, capiti demtas abjiciebant, vel quae flaccidae factae & ſolutae ſponte cadebant. ut in loco Ovidii, quem Gebhardus adfert, Lib. V. Faſt. 360.

—— motis flores cecidere capillis,
Decidere in menſas ut roſa miſſa ſolet.

ſic idem Naſo Lib. I. Am. El. 6. 37.

Ergo Amor, & modicum circum mea tempora vinum
Mecum eſt, & madidis lapſa corona comis.

hinc *arentes corollas* hic vocat. vide ad Lotich. p. 654. & *projectas coronas* Ovidio optime reſtituit Heinſius, Lib. II. Faſt. 537. cujus notas illic vide, & adde locum Quinctiliani ex deperdita Cic. Oratione pro Q. Gallio, Lib. VIII. 3. ubi *languidulas coronas* vocat, inter Ciceronis Fragm. pag. 989. ed. Graev. *Verſabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat inmunda, lutulenta, vino, coronis languidulis coöperta.* ſed paullo aliter ſenſum hujus loci exponit Patruus meus in notis ad Calpurn. Ecl. II. 77. qui interpretatur folia, ex arentibus coronis decidentia in calathis vimineis & perfluentibus natare, hoc eſt ſoluta & ſparſa fluctuare. ut *ſolutae violae* Ovidio II. Faſt. 539. convenit huic explicationi illud Auctoris Elegiae de Roſa v. 31.

—— ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.
At modo, quae toto rutilaverat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.

quocumque modo intelligas, comparationem a floribus & coronis brevi marceſcentibus cum vitae humanae fragilitate deſumſiſſe videtur Propertius ex noto Theocriti loco Idyll. XXIII. 28. & ſeqq. & confer Mimnermi verſus apud Stobaeum in Florilegio Grotiano pag. 398. Sed praecipue hic adſcribi meretur elegans Rufini epigramma, quo pulchritudinem formae cum *areſcente corolla* contulit, Lib. VII. Anthol. Graec Ep. 127.

Πέμπω σοι, Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἄνθεσι πλέξας,
Αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις δρεψάμενος παλάμαις.

 Ἔστι

Sic nobis, qui nunc magnum ſpiramus amantes,
Forſitan includet craſtina fata dies.

ELEG.

Ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερή τ' ἀνεμώνη,
Καὶ νάρκισσος ὑγρὸς, καὶ κυαναυγὲς ἴον.
Ταῦτα στεψαμένη, λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα.
Ἀνθεῖς, καὶ λήγεις, καὶ σὺ, καὶ ὁ στέφανος.

quod ſic vertebat Grotius:

Floribus e pulchris mitto tibi, pulchra, coronam,
Conpoſui manibus quam, Rhodoclea, meis.
Eſt narciſſus ibi, roſa nec minus: eſt anemone,
Albaque caeruleis lilia cum violis.
His redimita caput noli, precor, eſſe ſuperba.
Sic es ut hoc ſertum: floret, & inde perit.

vide & Jacobonii Append. ad Fontej. de priſca Caeſior. gente pag. 82. 83. & quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 700.

53. *Sic nobis, qui nunc magnum ſpiramus amantes*] *ſic magnum nobis qui nunc* in Neapolit. Optimo judicio Broukhuſius ſecutus fuit Scaligerum & Lipſium, qui hoc modo legendum monuerunt, valere juſſis Turnebo, Paſſeratio, & Gebhardo, *ſperamus* defendentibus, pro magnam ſpem concipimus ac fovemus: quod licet tam in pluribus antiquis codicibus, eoſque inter illis, quorum excerptis utor lectionibus, quam primis aliiſque edd. legatur, *ſpiramus* tamen veram Propertii manum eſſe non dubito. recte enim *magnum ſpiramus* dictum cenſent, ut Graecis μεγαλοφρονοῦμεν, μεγὰ πνέομεν. ut Luciano Dial. Mort. XXIV. init. ἐπὶ τινὶ μέγα φρονεῖς. & apud alios paſſim. vid. Caſaub. ad Perſ. Sat. IV. pag. 333. *ſuperba loqui* noſtro Lib. I. El. 10. v. 22. & ita Fruterius, & Gruterus Lib. XII. Suſpic. inedit. cap. 14. hoc in loco id praetulit, & Plauti Bacchidibus, Act. IV. Sc. 4. 62. *Si cui animus ſpirat*, non *ſperat*. itemque Valerio Maximo Lib. III. cap. 7. §. 1. ubi Scipio dicit, *Carthaginem magna ſpirantem leges noſtras accipere juſſi*, pro vulgato *ſperantem*, veriſſime reſtituit. vide illic notas. idque eodem Valerii Max. & illo Prudentii loco *Spirat enim majora animus*, contra Guyetum & Paſſeratium, *ſperamus* praeferentes, adſerit N. Heinſius in notis Propertianis pag. 692. Seneca Epiſt. 94. *magnos animos ſpiritus concipit, ac fiducia inpletur.* Valerius Flac. Lib. II. 184. *Magnum aliquid ſpirabit amor.* ubi male etiam *ſperabit* in aliis. idem eſt quod Virgilio Lib. IX. 186. *aliquid jam dudum invadere magnum Mens agitat mihi. magna ſtare* Quinctiliano Lib. XII. 6. vera igitur lectio eſt apud Senecam Lib. I. de Ira cap. 16. *Omnes, quos vecors animus ſupra cogitationes extollit humanas, altum quidem & ſublime ſpirare ſe credunt.* non *ſperare.* ut recte in majore ed. Gronoviana, nam *ſperare* in minore perperam excuſum eſt. ſed & forte illic legendum *altum quiddam & ſublime ſpirare.* & *altum ſpirare* illic firmatur ex Statio Lib. V. Silv. 3. 11. *Ibam altum ſpirans.* & Lib. I. Theb. 18. *quando Itala nondum Signa, nec Arctoos auſim ſpirare triumphos.* ut recte legit Heinſius, pro *ſperare.* cujus notae ad Ovid. V. Met. 348. & ad Claudian. Gigantom. v. 40. plura ſuppeditabunt. & adde quae dedi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 184. & 567. ult. verſu *includent* in D'orvil. ſec. *en cludet* conjecerat Heinſius. ſed nihil moveo, niſi forte *inducet* praeſtiterit. ut *craſtina dies* nobis *inducere fata* dicatur. & ſic Ayrmannum tentaſſe video.

ELEG. XIII.

Praetor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris,
Maxima praeda tibi, maxima cura mihi.
Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceraunо!
Ah, Neptune, tibi qualia dona darem!
Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa,
Nunc ſine me tota janua nocte patet.
Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes:
Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus.

Deinde

ELEG. XIII. v. 1. *Praetor ab Illyricis venit modo, Cynthia, terris*] *Illyriis* in Excerpt. Scalig. ut mox v. 10.

Dic alias iterum naviget Illyrias.

terras nempe. vide Heinſ. ad Claudian. II. in Eutrop. 215. & ad Ovid. I. Triſt. 4. 19. eumdem hic intelligi praetorem, de quo Lib I. El. 8. notavit Paſſeratius. & ſic Guyetus, qui anni ſpatium inter duas iſtas Elegias interceſſiſſe putat. vide Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 118. miſſus enim fuerat hic praetor in provinciam Illyriam, è qua poſt annum, ut moris erat, redux, & bene ditatus, Cynthiae amoribus in praedam ceſſit, quod hac Elegia indignatur Propertius.

3. *Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceraunо*] *Ceraunio* D'Orvill. ſec. male exponit Paſſeratius, tam durum fuiſſe praetorem, ut ne ſaxo quidem Ceraunio interierit. *Non potuit vitam poſuiſſe*, ſuo more Propertius dixit, pro, non poſuit vitam. ut ſaepe. & ſic infra v. 20.

Straminea poſſet Dux habitare caſa.

pro habitaret. vid. ad Lib. I. El. 1. 15. Ceraunia ſaxa navigantibus ſaepe fatalia. unde Cynthiae, abitum in Illyricum cum praetore hoc meditanti, metu hujus periculi iter deterret Lib. I. El. 8.

Ut te felici praevecta Ceraunia remo
Accipiat placidis Oricos aequoribus.

de his montibus ſeu ſcopulis Cerauniis, vel Acrocerauniis, vid. Potter. ad Lycophr. v. 1017.

4. *Ah, Neptune, tibi qualia dona darem*] *verba darem* male in Excerpt. Scalig. D'Orvill. ſec. a man. prima, & in aliis MSS. colore poëtico pro naufragio & interitu rivalis undarum potenti Deo ſe voto adſtringit ad dona ei offerenda. ut contra pro ſalute amicarum *dona* Veneri figunt. ſupra El. XI. 25.

Magna ego dona tuae figam, Cytherea, columnae.

elegantiſſime hunc locum imitatus eſt Janus Secundus Lib. I. El. 7. 20. ſimili in rivalem, ſua regna tenentem, invectiva:

Subque rota ponat odioſam in pulvere vitam,
Multaque projecti viſcera carpat avis.
Aut mergatur aquis, & monſtra natantia paſcat.
Quanta Deo pelagi tunc ego dona feram!

5. *Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa*] *fiunt tota convivia menſa* in Heinſiano & meo priore.

8. *Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus*] Senſum loci optime expoſuerunt Interpretes, quorum explicationes huc redeunt; Propertium adhortari Cynthiam, ut praetorem, qui ex Illyrica provincia gravem aere dextram domum retulerat, carpere & emungere, atque inſtar ovis non tondere tantum, ſed etiam ad cutem deglubere adnitatur, ut nudus pauperque Illyriam repetere cogeretur. qua in re proprium & elegans verbum eſt *carpere*. ut Ovid. I. A. A. 400.

——— invenit artem
Femina, qua cupidi carpat amantis opes.

hoc ſenſu etiam *emungere* in verſibus poëtae antiqui Comici ex Epiclero apud Cic. de Amic.

Deinde ubi conſumto reſtabit munere pauper,
Dic alias iterum naviget Illyrias.
Cynthia non ſequitur faſces, nec curat honores:
Semper amatorum ponderat illa ſinus.
At tu nunc noſtro, Venus, o ſuccurre dolori,
Rumpat ut adſiduis membra libidinibus.

15. Ergo

cap. 26.

Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes
Verſaris, atque emunxeris lautiſſime.

ut ex veſtigiis cod. Palatini, in quo *unxeris*, reſtituit Bentlejus ad Horat. A. P. 92. p. 670. pro vulgato *luſeris*. eſſe autem illos Caecilii verſus patet ex eodem libro cap. XI. ſic & *glubere* pro ſpoliare & nummis emungere, capi poſſet in illo Catulli Epigr. LV. de Lesbia:

Glubit magnanimos Remi nepotes.

licet non ignorem, longe obſcoeniorem illic ſenſum dari a pleriſque interpretibus. aliter Barthius Lib. VI. Adverſ. cap. 6. qui ex hoc Propertii loco interpretatur Varronis *pecuatim ire. pleno* quidem *vellere* pro uberiore, & magis pretioſo, poſſet accipi, ut apud Ovid. I. Am. El. 10. 15. ubi in puellas, munera captantes, invehitur,

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas,
Praebeat Alcinoi poma benignus ager.

& Lib. II. 14. 23.

Quid plenam fraudas vitem creſcentibus uvis.

& apud alios, cum agitur de arboribus, quae fructibus refertae ſunt. *pleno* igitur *vellere carpere*, notabit ita carpere, ut nihil vellens ſuperſit: totumque deripiatur. Sed vide an hic ad poëticam Propertii elegantiam propius accedat, ut reſpexerit ad vellus aureum ab Jaſone ablatum, adeo ut praetor hic *auratae vellere dives ovis* ex Illyria Romam rediiſſe dicatur, quomodo de Jaſone Hypſipyle apud Ovid. Epiſt. VI. 2. ea propter, & quia *plena menſa* modo praeceſſit, vel *fulvo vellere*, vel, quod *pleno* magis inhaereat, ſubſtitui hic poſſet,

Et ſtolidum Helleo *vellere carpe pecus.*

ut *Helles vellus* Valerio Flacco Lib. I. 167.

Tyndariuſque puer mihi vellere dignior Helles.

certe ad auratum hoc vellus Colchicum ſpectat dictum illud Diogenis apud Laërtium Lib. VI. Sect. qui inſulſum & ſtolidum divitem πρόβατον χρυσόμαλλον vocabat. & quod de ſene locuplete emungendo dicitur apud Plautum in Bacchid. Act. II. Sc. 3. 7.

Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem
Phryxi, itaque tondebo auro uſque ad vivam cutem.

loco adpoſite a Paſſeratio huc relato. *ſtolidum* vero hominem fuiſſe hunc praetorem, a Cynthia exſugendum, indicat poëta eleganter in eadem loquendi figura perſiſtens, quia *ſtolidum pecus* de ovibus proprium. Valer. Fl. VI. 537. *Et ſtolidum periiſſe pecus, non paſcua, nec ſeps Eſt tibi. pecoris* certe vox convicii plena eſt. & ad haec indicaverat Marklandus in ora libri ſui locum ex Luciani Herm. pag. 556. & Ariſtoph. Nub. v. 1215. vid. Lamb. Bos Exerc. Crit. pag. 75. de formula *Si ſapis*, vide Paſſerat. ad Cic. pro Quinctio cap. 4. pag. 20. & quae notata ſunt ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 526.

11. *nec curat honores*] hanc Propertio lectionem reſtitui, quam confirmant numero plures codices, nam ex ſolius Groningani libri auctoritate veterem ſcripturam mutavit Broukhuſius, & edidit *non quaerit honores*, quod quidem in Excerptis Modii & uno Livineji, qui codices iidem ac Groninganus, etiam exſtat, nec tamen ideo contextui inſerendum duxi, nam in ceteris omnibus MSS. quorum variantibus utor, & primis ſecutiſque editionibus, quotquot excuſae fuerunt, *curat* ſuum tuetur locum, & mox ſequitur *quaerere gemmas. curare* hoc ſenſu apud noſtrum eſt, aliquo numero ac pretio habere, ſupra El. 9. 21. *quis erit qui talia curet.* Lib. III. El. 7. 45.

Haec curent pueri, haec curent ſcripta puellae.

infra v. 33.

—— quum me nec cura theatri,
Nec tetigit campi.

Tibullus Lib. I. 1. 58.

Non ego laudari curo, mea Delia.

ubi male *cupio* in aliis. altero verſu *ponderat una* in v. c. Ant. Perreji, ſecundo Vatic. & Neap.

15. *Ergo*

Ergo muneribus quivis mercatur amorem?
  Jupiter, indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas,
  Et jubet ex ipſa tollere dona Tyro.
Atque utinam Romae nemo eſſet dives, & ipſe
  Straminea poſſet Dux habitare caſa!

Num-

15. *Ergo muneribus quivis mercatur amorem*] *mercatus* Leid. ſec. & primae edd. *amicam* in Menteliano, Askew. primo & ſec. Leidenſi, & in marg. mei codicis ſec. pro varia lect. ut in priſcis edd. *amores* in quinto Vatic. infra El. XXV. 71.

Felix qui viles pomis mercaris amores.

amorem cum vulgatis in Groning. v. c. Paſſeratii, primo Vatic. & Neap. idque probat Heinſius. mox *indignum* ex ſuo MS. Palmerius, pro amat, deperit indignum hominem. vel parentheſi includendum eſſet,

Jupiter! (indignum!) merce puella perit.

ſic apud Horat. Lib. II. Sat. 5. 79.

Venit enim (indignum!) donandi parca juventus.

ut reſtituit Bentlejus, & ſimilia adtulit ex aliis. in Epitaphio Ciceronis T. II. Anth. Lat. p. 344.

Occidit (indignum!) manibus laceratus iniquis.

ut legendum conjeci ex veſtigiis MSS. in quibus *indigne*. male in vulgatis *inſane*. vide & ſupra ad Eleg. praeced. v. 45. *indigna merce* tamen non damno, quod optime expoſuit Paſſeratius.

18. *Et jubet ex ipſa tollere dona Tyro*] *ex ipſo* male in Menteliano, Borrich. duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. primo D'Orvill. & priſcis edd. ſed *ipſa* in reliquis codd. Intelligit veſtes purpureas, Tyrio murice tinctas, quas dono ſibi dari continuo flagitabat Cynthia, una cum gemmis ex Oceano petitis. infra v. 43.

Sed quaſcumque tibi veſtes, quaſcumque zmaragdos,
  Quoſve dedit flavo lumine chryſolithos.

egregie haec illuſtrantur ex loco Tibulli Lib. II. El. 4. 27.

O pereat, quicumque legit virideſque zmaragdos,
  Et niveam Tyrio murice tinguit ovem.
Hic dat avaritiae ſtimulos: hinc Coa puellis
  Veſtis, & a rubro lucida concha mari.

ubi *gemmae* & *purpura*, gratiſſima avidis puellis dona, etiam junguntur; ut hoc loco, & infra Lib III. El. XI. init.

Quaeritis unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
  Et Venere exhauſtae damna querantur opes &c.
Inda cavis aurum mittit formica metallis,
  Et venit e rubro concha Erycina ſalo.
Et Tyros oſtrinos praebet Cadmea colores &c.
  Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs.
Haec etiam clauſas expugnant arma pudicas ſeqq.

apud eumdem Tibullum Lib. IV. El. 2. 15.

Sola puellarum digna eſt, cui mollia caris
  Vellera det fucis bis madefacta Tyros.
Poſſideatque, metit quidquid bene olentibus arvis
  Cultor odoratae dives Arabs ſegetis.
Et quaſcumque niger rubro de litore conchas
  Proximus Eois colligit Indus equis.

dibaphas illic intelligi, omnium pretiotiſſimas, recte monuit Broukhuſius. quem vide. *Sidoniam veſtem*, a praetore Cynthiae datam, vocat infra v. 55.

19. ——— *& ipſe*
Straminea poſſet Dux habitare caſa.]

& ipſa in Borrich. Heinſiano, & meo primo. *Graminea* in ſecundo D'Orvill. ut ex ſuo codice Scaliger, inprobante Heinſio. quod bene etiam refutavit Gebhardus pag. 190. *Straminea* agnoſcunt Regii, Colbertini, Groning. & reliqui omnes codices, cum primis aliiſque antiquioribus edd. adludere poëtam ad caſam Romuli adſcripſerat Ant. Perrejus. de qua vide J. Douſae P. Praecidan. ad Petron. Lib. III. cap. 3. & hunc locum in animo habuiſſe videtur Ovidius Lib. II. Am. El. 9. 18.

Roma, niſi inmenſum vires promoſſet in orbem
  Stramineis eſſet nunc quoque denſa caſis.

ut notavi ad Lotich. pag. 505. eumdemque cum hoc loco etiam contulit A. Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 7. adducto altero ex Faſtis, quem

etiam

Numquam venales eſſent ad munus amicae,
Atque una fieret cana puella domo.
Non quia ſeptenas noctes ſejuncta cubaris,
Candida tam foedo brachia fuſa viro

25. Non,

etiam dedit Broukhuſius, & Tibulli Lib. II. El. 5. 26. in deſcriptione antiquae ſimplicitatis Romanorum:

Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccae,
Et ſtabant humiles in Jovis arce caſae.

ubi de Romuli caſa vide Broukhuſ. *facta ſine arte caſa* eadem in re dicitur noſtro Lib. IV. El. 1. 6. Heinſius editioni Aldinae adſcripſerat, *de ſtraminea caſa emenda Cornel. Nepotem.* in animo, ni fallor, habuit locum ex vita Alcibiadis cap. x. ubi de ejus nece: *Illi, quum ferro eum aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa caſam ſtramineam, in qua quieſcebat, eamque ſuccenderunt.* ita enim videtur praetuliſſe pro *caſam eam.* alii *circa domum ſtramineam.* vide illic Magii & aliorum notas. deinde *noſſet habitare* emendabat Cl. Schraderus. ſed ex more Propertiano eſt *poſſet habitare* pro habitaret, ut ſaepe ſupra notatum eſt. vide ad Lib. I. El. 1. 15. & El. 8. 40. ſic eodem libro El. XII. 8. *ut ſimili poſſet amare fide.* pro *amaret.* & paullo ante hac Eleg. v. 3. per *Ducem* intelligi poteſt Auguſtus, ut codici ſuo adſcripſerat J. Douſa P. addito Horatii loco, *Incolumi Duce, & urbe Roma.* reſpicit ad Lib. III. od. 5. 12. ſed ubi legitur, *Incolumi Jove. ducem* quoque de Auguſto exponit Vulpius, adferens ex eodem Horatio Lib. IV. od. 5. 5. *Lucem redde tuae, Dux bone, patriae.* Ovidius Lib. III. A. A. 119.

Curia concilio quae nunc digniſſima tanto eſt,
De ſtipula, Tatio regna tenente, fuit.
Quae nunc ſub Phoebo Ducibuſque palatia fulgent,
Quid niſi araturis paſcua bubus erant?

ubi *Duces* ad Auguſtum & Tiberium nonnulli referunt. III. Faſt. 428.

Vivite inextincti, flammaque, Duxque, precor.

& Lib. IV. 408.

——— at vos optate, coloni
Perpetuam Pacem, perpetuumque Ducem.

& ita de Caeſare apud Lucanum, Lib. X. 107. *Pax ubi parta Duci.* ubi vide Patrui mei notas. & plura ad Ovid. Epiſt. XIII. 43. qui viros quoſcumque illuſtres & heroas a poëtis *duces* vocari animadvertit. ſequente verſu *Non tam venales,* quod ex ſuis codicibus profert Paſſeratius, reſpuendum non videtur.

23. *Atque una fieret cana puella domo*] *uno viro* in Borrichiano, Heinſiano, meo primo, & Colbertino, ſed in cujus margine *domo. una domo* non ſollicitandum, *viro* mox ſequitur. infra h. L. Eleg. XIX. 8.

In primis una diſcat amare domo.

praeſertim pro vulgata ſtat notum Claudiani Epigramma II.

Felix, qui patriis aevum tranſegit in arvis,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem.
Qui baculo nitens, in qua reptavit arena,
Unius numerat ſecula longa caſae.

quem locum etiam adfert Broukhuſius, cujus tamen emendatio *uno toro* valde etiam blanditur, quia in MSS. eſt *viro,* & hae voces paſſim a librariis permiſcentur; & quia *torus* pro marito frequens eſt noſtro. vide ad El. II. huj. Libr. v. 18. *cara puella* male in Groning. & Livineji codice.

23. *ſejuncta cubaris*] *cubares* in Regiis, Mentel. Borrich. duobus Leidenſ. & primis edd. *ſeuicta cubaret* in Askew. *ſevincta* in D'Orvill. *ſejuncta cubare* hic non eſt, ut alibi, *ſecubare.* ſed a me ſejuncta cubaris cum praetore. nam male Paſſeratius refert ad ſacra Iſidis, eorumque praetextu uſam eſſe Cynthiam, ut ſecubaret, quod ſaepius quidem puellas factitaſſe notum eſt ex Ovidio Lib. I. Am. 8. 74. & noſtro Lib. IV. El. 5. 54. ſed hic locum habere non poteſt, & recte a Paſſeratio diſſentit Vulpius. ſeq. verſu, *Brachia tam foedo candida fuſa viro* in D'orvill. ſecundo. *tum foedo* in Excerpt. Modii. *fixa* Mentel. & primus Leid. *fuſa toro* Heinſius, vel *feſſa.*

25. *Non,*

Non, quia peccaris, teſtor te: ſed quia vulgo
Formoſis levitas ſemper amica fuit.
Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis,
Et ſubito felix nunc mea regna tenet.

Adſpice

25. *Non, quia peccaris, teſtor te:*] perperam in multis codd. *peccarim.* ut in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Groning. Neap. duobus Leidenſ. primo Voſſ. Heinſiano, utroque D'orvill. meo ſecundo, & primis edd. *peccarem* Borrich. objicit enim Cynthiae perfidiam, qua peccaverat, tot noctes a ſe ſeparatam cubando cum praetore, cui ſe totam dederat. *teſtor te* pro deteſtor, exponit Lipſius Lib. III. Var. Lect. c. 7. & locum hunc obſcuriorem diligentius interpretatur. vide & Gulielmii Quaeſt. ad Plauti Pſeudol. cap. VI. Marklandus conjiciebat *ſector te*, pro inſector. ut ſupra El. VII. 81. *Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras.* pro inſectetur, ut ſaepe verbis ſimplicibus pro conpoſitis utitur Propertius. Miror eamdem conjecturam etiam Gulielmio non veniſſe in mentem, qui ibidem in alio noſtri loco ex El. XX. huj. Libr. v. 26. emendabat,

Solum te noſtros ſector adire Deos.

id eſt, *inſector*, pro vulgato *laetor.* Sed malim *teſtor te* accipere pro obteſtor. ut non raro apud Ciceronem, Tacitum, alioſque.

27. *Barbarus excuſſis agitat veſtigia lumbis,*
Et ſubito felix nunc mea regna tenet.]

in vera loci hujus lectione & explicatione fluctuarunt admodum Viri eruditi, & praeſertim N. Heinſius, ut videri poteſt in Vol. V. Miſcell. Obſerv. pag. 119. ubi Heinſiana quae protulit Cel. D'Orvillius, & quorum uſum a Patruo meo habuerat, eadem leguntur in Notis ejus ad Propertium pag. 692. 693. quas poſtea Viri Illuſtris Adverſariis ſubjunxi. *excluſis lumbis* eſt in Regiis, Colbertinis, Scaligeri Excerptis, Mentel. Borrich. quinto Vatic. Askew. Groning. primo Leid. tribus Voſſ. meo utroque, D'orvill. & primis edd. *excuſſus* in D'Orvill. primo. *lombis* Voſſ. tert. & prior Leidenſ. *nombis* D'Orvill. ſec. a man. ſec. forte pro *excuſſis nommis*, id eſt *nummis*, ſive *conſumto munere pauper*, ut ſupra v. 9. *excluſis nobis* Ayrmannus. Heinſius vero conjecerat *exhauſtis*, *exſuctis*, vel *exſuccis lumbis.* ut *latera effututa* in Carminibus Liberis. dein *agitat faſtidia* idem conjecerat, ſimili varietate, qua apud Juſtinum Lib. VIII. 4. 10. *tantarum urbium faſtidium agitat.* vide Gronov. Lib. IV. Obſerv. cap. 10. Sed *veſtigia* in omnibus MSS. & editionibus exſtantia non moveo, quae huic rei propria ſunt. ut ſupra El. VII. 95.

Non domina ulla meo ponet veſtigia lecto.

infra El. XXII. 35.

Adparent non ulla toro veſtigia preſſo.

Ovidius Lib. I. Am. 8. 97.

Ille viri toto videat veſtigia lecto.

Tibullus Lib. I. 10. 57.

Semper ſint externa tuo veſtigia lecto.

Petronius cap. 97. *lectulum veſtimentis inplevi, uniuſque hominis veſtigium ad corporis mei menſuram figuravi.* aliam viam in hoc loco perquam difficili conſtituendo ingrediebatur eruditiſſimus E. H. Eldikius, qui, ut cohaereat cum ſeqq. *donis amaris*, legendum conjiciebat,

Barbarus excuſſis agitat vix, inpia, bulgis &c.

hoc ſenſu: vix Propertii regna adfectaverat praetor, fide Cynthiae, oblatis ingentibus muneribus, ſollicitata, quin voti fieret compos, gaudiiſque poëtae excluſo debitis frueretur. *inpiam* vero Cynthiam vocat ob perfidiam & levitatem, ut v. 69.

Nunc jacere e duro corpus juvat, inpia, ſaxo.

& *agitare regna* eadem ratione capiebat, qua illud Flori Lib. II. cap. 2. *paribus uterque votis imperium orbis agitabat.* dein *bulgas* optime huic loco convenire cenſebat, quia praetor iſte e provincia Romam redux corraſis divitiis abundabat, producto Lucilii verſu apud Nonium Marcellum,

Bulgam, & quidquid habet numorum ſecum, habet ipſe.

ſed pro Lucilii vel ſimilis aetatis poëtae loco mallem exemplum ex poëta melioris aevi, & qui-

Adſpice quid donis Eriphyla invenit amaris,
Arſerit & quantis nupta Creuſa malis.
Nullane ſedabit noſtros injuria fletus?

An

quidem elegiaco, apud quem haec vox occurrat. *agitare* autem *veſtigia* quo ſenſu hic capiendum ſit, dubium reddunt diverſae virorum doctorum ſententiae. a venatione deſumtam metaphoram opinabatur Heinſius, ut paſſim eo ſenſu *agitare* occurrit, de quo agunt notae ad Ovid. V. Met. v. 606. ſed vide Paſſeratium. Broukhuſii expoſitionem, pro, Barbarus iſte, me excluſo, agitat & calcat mea veſtigia, inque iis ſe volutat, (ut *mea* ex ſeq. verſu retrahatur) dum lumbos excutit, & clunem movet, ad examen revocat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. d. l. pag. 120. & *agitare veſtigia* intelligit pro agere, ſeu inprimere & facere nova ſigna viri, qui in lecto cubaverat, indicia libidinis relinquens. Id illuſtrari poſſet e loco Ciceronis III. Verr. cap. 34. *cum in lectulo decumanae mulieris veſtigia viderent recentia, quibus illum inflammari intelligebant.* & talia *veſtigia duorum in lecto volutantium* dicuntur infra El. XXII. 35.

Adparent non ulla toro veſtigia preſſo,
Signa, volutantes nec jacuiſſe duos.

ut legendum pro *Signa voluptatis.* altero verſu *non ſua regna* conjecerat D'Orvillius. ſed *nunc mea regna tenet* praefero, ut queratur, praetorem illum intercipere, quod ſe capere oportebat. *regna tenere* in rebus amoris elegantiſſimi uſus de rivali praelato, & amatorem excludente. Tibullus Lib. I. El. 10. 80.

Tunc flebis, quum me vinctum puer alter habebit,
Et geret in gremio regna ſuperba tuo.

ubi male Broukhuſius, *Et geret in regno ſceptra* &c. Lib. II. El. 6. in fine:

Nota loquor: regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

vide Broukhuſium ad ejuſdem Lib. I. El. 7. v. 75. & plura e Tibullo ac Propertio notavit Gruterus Lib. XIV. Suſpic. inedit. cap. 8. quibus adde quae dedi ad Lotichium pag. 514. & ſupra ad Lib. I. El. 8. 31. & ſic *regna* puellae, quae in amatores exercet. vide Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. v. 299.

29. *Adſpice quid donis Eriphyla invenit amaris*] *Accipe quid donis Eriphyle invenit amoris* in Menteliano & primo Leid. *Accipe* etiam in uno Colbertino, & Palatinis Gebhardi. *amatis* conjecit Marklandus, eodemque modo *thalamos amatos* dixiſſe Ovidium IV. Met. 218. notaverat. ſed pro vulgata *donis amaris* adſcripſerat locum Euripidis in Hippolyto (v. 1411.)

Ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά.

avaris legebant Livinejus & Guyetus, pro avare cupitis. ſed recte *amaris* tuetur Broukhuſius. *invenit* autem corruptum eſſe Heinſio adſentior, qui Lib. II. Adverſ. cap. 5. p. 244. & in Notis p. 693. legebat, *Eriphyle flerit amatis.* indoluerit nempe, quod aureo monili ſe corrumpi a Polynice fuerit paſſa, & maritum Amphiaraum, hac eſca inlecta, Adraſto prodiderit. *flerit* autem ideo placet, quia ſequitur *Arſerit*, ut poſt *Adſpice* ſemper fere apud noſtrum, alioſque, obtinere notatum eſt ad Lib. I. El. 2. 9. & quia στυγερὴν Ἐριφύλην Homerus, ejuſque imitatione *maeſtam Eriphylen* dixit Virg. VI. Aen. 445. ubi vide Guellium. & ex illis Auſonius Cupid. Cruc. v. 26.

Harmoniae cultus Eriphyle maeſta recuſat.
Infelix nato, nec fortunata marito.

ubi Vinetus fabulam Eriphyles exponit, de qua vide Pauſaniam Lib. X. p. 870. & Hygin. fab. 73. infra apud noſtrum Lib. III. El. XI. 57.

Tu quoque, ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos,
Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.

ſcribe etiam *Eriphyla flerit* ultima producta. ſic enim in MSS. ut *Electra*, & ſim. ſupra vidimus ad Eleg. XI. 5. vulgatam tamen Cel. Ruhnkenius ſervandam cenſebat, *invenit* exponens, ut in illo Terentii Heaut. II. 1. 17. *Hoc ego mali non pridem inveni.* & Taciti I. Ann. 74. *perniciem aliis, ac poſtremum ſibi invenere.* alter verſus lucem egregiam accipit ex inſigni loco Euripidis in Medea v. 1159. & ſeqq. ubi deſcribuntur dona illa Creuſae a Medea miſſa, e quibus una cum marito Jaſone, & omni domo arſit. & apud Senecam in Medea Act. IV. & V. & adde Hygin.

An dolor hic vitiis neſcit abeſſe ſuis?
Tot jam abiere dies, quum me nec cura theatri,
Nec tetigit campi, nec mea Muſa juvat.
Ah pudeat certe, pudeat: niſi forte, quod ajunt,
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.

Cerne

gin. fab. XXV. recte igitur Paſſeratius *malis quantis arſerit* exponit, quibus doloribus, quanta ſua ſuorumque pernicie. ſic Tibullus Lib. II. El. 4. v. 36.

Heu quicumque dedit formam coeleſtis avarae,
Quale bonum multis addidit ille malis.

32. *An dolor hic vitiis neſcit abeſſe ſuis?*] *tuis* in Excerptis Modii, ſeu Groningano. *abire* in Commeliniano Gebhardi. *vitiis creſcet & uſque tuis* conjiciebat Heinſius in Notis p. 693. ſed *neſcit abeſſe* bene ſe habet, id eſt ſemper adeſt, cauſſam ſuam agere & tueri non deſinit. ut apud Florum Lib. IV. cap. 9. *nec ille defuit vitiis, quin periret.* loquendi modum illuſtrant Patrui mei notae ad Lucan. Lib. X 105. obſcurum hunc locum ſic explicabat eruditiſſimus L. Santenius: Nullane praetoris vel Cynthiae injuria diſſolvet amores eorum, atque adeo fletus meos ſedabit? An hic *dolor* (amor infelix) neſcit *abeſſe* (id eſt abire, in melius mutari) vitiis ſuis conſuetis, injuriis nempe & rixis amantium.

33. —— *quum me nec cura theatri,*
Nec tetigit campi, nec mea Muſa juvat]

Hoc loco Marklandus adſtruit conjecturam ſuam in Addendis ad Statium ex Lib. III. Sylv. 5. 16.

—— *nec aut rapidi mulcent te praelia Circi,*
Aut intrat ſenſus clamoſi cura theatri.

pro vulgato *turba theatri. nec mea menſa juvat* in Menteliano, Colbertinis, Neapolitano, quinto Vaticano, Borrich. Livineji codice, primo Leid. tribus Voſſ. uno D'Orvill. & meo utroque. ſed *Muſa* in reliquis codd. & primis edd. quod a Paſſeratio & Broukhuſio recte praefertur. *nec, mea Muſa, tui* conjecerat Francius. forte ei diſplicebat praeteriti & praeſentis *tetigit* & *juvat* variatio in uno eodemque verſu. ſed exempla plurima ſuppeditabunt notae eruditorum ad Virg. II. Aen. 12. Gratium Cyneg. v. 45. 416. 426. Calpurn. Ecl. III. 69. & Wopkenſius Lib. III. Lect. Tullian. cap. 7.

35. *Ah pudeat certe, pudeat: niſi forte, quod ajunt,*
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet]

At pudeat in Menteliano, Neapol. primo Leid. tertio Voſſ. utroque D'orvill. & meo priore. non male. vid. ad Tom. II. Anth. Lat. p. 555. mox illud *quod ajunt* non placebat Francio, qui vix poëtis id uſurpatum putabat. Neſcio an hunc indicet Broukhuſius, quum adnotat, *Vidi, quibus haec locutio plebejum ſaperet.* ſed recte Ciceronis & aliorum locis eam ſtabilivit. quibus adde Horat. Lib. I. Epiſt. 7. 49.

—— *conſpexit, ut ajunt,*
Adraſum quemdam vacua tonſoris in umbra.

illud vero noſtri ex El. XXI. huj. Libr. V.

Uxorem quondam magni Minois, ut ajunt,
Corrupit torvi candida forma bovis;

alio nonnihil ſenſu, quam hoc loco, intelligendum eſt. nam *ut ajunt* hic notat indicari locutionem proverbialem, ut in ultimo Ciceronis loco, quem adfert Broukhuſ. ex Orat. in Piſon. cap. 28. *iſte claudus, quomodo ajunt, pilam retinere quod acceperat* &c. eadem notione *ut dicitur* eſt in V. Verr. cap. 21. *& ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret.* III. Philip. cap. 8. *ſed tamen currentem, ut dicitur, incitavi.* & cap. XI. *o praeclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum.* de Amicit. cap. 5. *Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt.* & cap. 6. *itaque non aqua, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitia.* Domitius Marſus Epigrammate de Bavio Tom. I. Anthol. Lat. pag. 437.

Rura, domum, nummos, atque omnia: denique, ut ajunt,
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

ubi vide quae notavi. Ita hic Propertius eo dicto *Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet*, reſpicere videtur ad vetus proverbium. quod colligo

ex

Cerne ducem, modo qui fremitu conplevit inani
  Actia damnatis aequora militibus.
Hunc infamis amor verſis dare terga carinis
  Juſſit, & extremo quaerere in orbe fugam.

Caeſa-

ex Menandro in Stobaei Florilegio Grotiano pag. 265.

—— φύσει γὰρ ἐστ' Ἔρως
Τοῦ νουθετοῦντος κωφόν.

—— *ingenio ſuo Amor*
Ad conſilia ſurdis auribus eſt.

& eo forſan adludit Tibullus Lib. IV. Carm. 14.

Rumor ait, crebro noſtram peccare puellam,
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.

infra El. XVI. 13.

De te quodcumque, ad ſurdas mihi dicitur aures.

vide totam Ovidii Elegiam XIV. Lib. III. Amor. & Lib. II. El. 2. 51. & ſeqq. & illuſtrant haec quae notavit Janus Gulielmius Lib. II. Veriſim. cap. 16.

37. *Cerne ducem, modo qui fremitu conplevit inani Actia damnatis* &c.]

Heinſius in margine ed. Aldinae conjecerat,

—— *modo cui fremitus conplevit inanis*
Actia damnatis aequora militibus.

offendebant eum, ni fallor, duo ablativi conjuncti *fremitu inani conplevit aequora Actia damnatis militibus.* ſed innumera ejuſmodi exempla ſunt apud veteres. quale eſt illud Maronis Lib. II. Aen. 419.

—— *ſi quos obſcura nocte per umbram*
Fudimus inſidiis.

& Lib. VIII. 219.

Hic vero Alcidae furiis exarſerat atro
Corde dolor.

Horatii Lib. III. od. 16. 31.

Fulgentem imperio fertilis Africae
Fallit ſorte beatior.

Claudiani I. de Laud. Stilic. 382.

—— *ſi jure peremto*
Inſultaret atrox famula Carthagine Maurus.

& apud alios paſſim. qualia dederunt Cortius ad Salluſt. Catil. cap. 45. & Patruus meus ad Lucan. IX. 927. & ad Suet. Tib. cap. 62.

39. *Hunc infamis amor verſis dare terga carinis Juſſit*] *infans amor* in meo cod. ſecundo. forte pro *inſanus*, ut legitur in Menteliano, Borrich. primo Leid. Heinſiano, & meo priore. Virg. Ecl. X. 44.

Nunc inſanus amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atque adverſos detinet hoſtes.

Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 176.

Sit procul inſano victus amore timor.

ſupra El. XI. 18.

Scilicet inſano nemo in amore videt.

veſanum amorem vocat El. XII. 29.

Errat qui finem veſani quaerit amoris.

& ſaepe alibi. *infamis* tamen a Paſſeratio adſtruitur, & a Broukhuſio praefertur. quia Romae *infamis* amor erat mulieris peregrinae, adeoque Antonio infamiam conflavit Cleopatra, ut Tito Berenice. & huic lectioni adquieſco, licet conjecerim aliquando, *Hunc fatalis amor* &c. ut Horatio *fatale monſtrum* dicitur Cleopatra, Lib. I. od. 37. 20. ubi de victoria Actiaca,

—— *daret ut catenis*
Fatale monſtrum. quae generoſius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit enſem, nec latentes
Claſſe cita reparavit oras.

qui locus etiam hic tueri poteſt *extremo orbe* pro *externo*, ut in ſecundo Leidenſi, aliiſque codd. & primis ac vetuſtioribus edd. ſed *extremo* recte in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, Neapol. duobus Vaticanis, Colbertinis, Menteliano, Excerpt. Modii, ſeu Groning. & ceteris codd. melioris notae. Innuit enim Aegyptum, in quam Antonius confugerat. Auctor Elegiae in Obitum Maecen. v. 47. Tom. I. Anthol. Lat. p. 263. & 264.

Militis Eoi fugientia terga ſecutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput &c.

Hic

Caeſaris haec virtus, & gloria Caeſaris haec eſt:
Illa, qua vicit, condidit arma manu.
Sed quaſcumque tibi veſtes, quoſcumque zmaragdos,
Quoſve dedit flavo lumine chryſolithos.
Haec videam rapidas in vanum ferre procellas,
Qua

Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)
Miſit ad extremos ecce Orientis equos.

vide quae illic notavi. & infra ad Lib. III. El. 9. 51. *extremus Nilus* Claudiano Lib. I. in Eutrop. 316. *ab extremo referens oracula Nilo.* Silius Ital. Lib. I. 270. de Hannibale in Hiſpania bellum Romanum meditante;

——— *Romam comprendere bello*
Gaudet, & extremis pulſat Capitolia terris.

ubi vid. Cel. Drakenb. Ovidius IV. Triſt. El. 9. 9.

Sim licet extremum, ſicut ſum, miſſus in orbem.

extremi Garamantes Virgilio Ecl. VIII. 44. & ita *extremi Indi*, *extremi Sabaei*, & ſim. frequenter apud alios. vide Patrui mei notas ad Claudian. II. R. P. v. 83. perpetuam vero harum vocum eſſe confuſionem in veterum locis, dubiamque alterutrius electionem, patebit ex ejuſdem notis ad Lucan. Lib. I. 314. & Marklandi ad Statii Silvas pag. 24.

42. *Illa, qua vicit, condidit arma manu*] Legendum arbitror,

— *haec virtus, & gloria Caeſaris haec eſt,*
Illa, qua vincit, condit & *arma manu.*

ſic de Caeſare Ovidius Lib. I. Am. El. 2. in fine:

Adſpice cognati felicia Caeſaris arma,
Qua vincit, victos protegit ille, manu.

condit autem pro *condere ſolet.* quamquam pro vulgata adferri poſſit illud ejuſdem Ovidii Rem. Am. 612.

Et quae condiderat, tela reſumſit Amor.

ſed & illic *reſumit* in cod. Cantabr. ſic de Jove Auctor Panegyr. ad Piſon. v. 140.

Ignea quin etiam ſuperum pater arma recondit,
Et Ganymedeae repetens convivia menſae
Pocula ſumit ea, qua geſſit fulmina, dextra.

condere arma hic eo ſenſu. quo apud Calpurn. Ecl. I. v. 59. *inſanos clementia condidit enſes.* ubi male Barthius *contudit.* Ovidius II. Triſt. 179.

Parce, precor, fulmenque tuum, fera tela,
— *reconde.*

43. *Sed quaſcumque tibi veſtes, quoſcumque zmaragdos,*
Quoſve dedit flavo lumine chryſolithos] *quaſcumque ſmaragdos* in Voſſ. tertio. *ſmaragdos* in omnibus MSS. illis vero, quae de veteri ſcriptura *zmaragdos* monuit Broukhuſius, adde notata Gudio ad Phaedr. Lib. III. fab. 11. p. 73. Cel. Hemſterhuſio ad Lucian. Ind. Vocal. I. 94. & firmat eam Martian. Capella Lib. III. p. 57. qui monet *z* ante *m* ſolere poni, ut *Zmyrna.* & ita in monumentis antiquis. ut C FVFIO ZMARAGDO in Inſcript. apud Donium Claſ. XVII. 18. vide If. Voſſ. ad Catull. p. 321. Buherium ad Marm. Brettiana pag. 10. & 34. & quae notata ſunt ad Nummiſm. Sic. p. 391. Athenaeus tamen Lib. III. pag. 94. contendit *maragdum*, ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, *ſplendere*, ſcribendum eſſe, adducto Menandri loco. His ſimilia ſunt Tibulli Lib. II. El. 4. 27. de puella avara, & veſtium ac gemmarum cupida,

O pereat quicumque legit virideſque zmaragdos,
Et niveam Tyrio murice tinguit ovem. & ſeqq.

ubi de *zmaragdi* ſcriptura etiam vide Broukhuſ. altero verſu Propertium ad etymologiam *chryſolithi* reſpexiſſe notat Ciofanus ad Ovid. II. Met. 109. *flavos lumine* in quarto Voſſ. duobus D'Orvill. Heinſiano, & meo utroque. *Quos flavos dedit* in primo Voſſ.

45. *rapidas in vanum ferre procellas*] *in vanum* pro *in mare* dictum adſcripſerat Fruterius. *in ventum* Ayrmannus. quod jam occupaſſe Paſſeratium video, & ſpecie blandiri poſſet, propter illa Tibulli Lib. III. El. 6. 50.

——— *perjuria ridet amantum*
Jupiter, & ventos irrita ferre jubet.

& praeſertim defendi ex altero ejuſdem loco Lib. I. El. 4. 18.

——— *Veneris perjuria venti*
Irrita per terras & freta longa ferunt.

quibus locis mox ſequentia etiam illuſtrantur. ubi dicit *perjuria amantum* non ſemper in ventos ferri. ut plerumque ſibi perſuadebant. unde Grae-

Qua tibi terra, velim, qua tibi fiat aqua.
Non ſemper placidus perjuros ridet amantes
Jupiter, & ſurda negligit aure preces.
Vidiſtis moto ſonitus procurrere coelo?
Fulminaque aetheria diſſiluiſſe domo?

Non

corum proverbium Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. vide Suidam in Ἀφροδίσιον. & illic Kuſterum. ſed Jovem perjuros ſaepe punire & ulciſci dicit Auctor Ciris v. 156.

Et ſi quis nocuiſſe tibi perjuria credat,
Cauſſa pia eſt, timuit fratri te oſtendere Juno.

quod hoc ipſo Propertii loco illuſtrat Scaliger. Recte vero idem Paſſeratius *in vanum* exponit in nihilum, inane, nam haec neutra Propertio frequentis uſus ſunt, ut *in incertum*, *in plenum*, *in longum*, *ad ſanum*, & ſimilia, quae adfert. vide infra ad Lib. III. El. 22. 18.

46. *Qua tibi terra, velim, qua tibi fiat aqua*] Haec lectio a Scaligero eſt, quam probavit etiam N. Heinſius ad Valer. Fl. Lib. V. 85. adductis multis veterum locis, in quibus elegans illa repetitio *qua*, *qua*, a librariis corrupta fuit. in omnibus autem codd. MSS. primis & ceteris vetuſtis edd. *Quae tibi terra, velim, quae tibi fiet aqua.* quod, admiſſo *fiat aqua*, praefertur a D'Orvillio ad Chariton. pag. 684. ubi haec Propertiana cum loco Manethonis contulit. neque etiam ſcripti aut editi agnoſcunt *precor*, ut idem Scaliger mutaverat pro *velim. Qui tibi terra, velim, qui tibi* &c. placebat Guyeto. vid. Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. I. p. 122. ſimile huic Propertii voto, quo munera ab Illyrico praetore Cynthiae data devovet, eſt illud Tibulli Lib. I. El. 10. 11.

Muneribus meus eſt captus puer; At Deus illa
In cinerem & liquidas munera vertat aquas.

v. Fulv. Urſin. ad Virg. Ecl. I. 60. pag. 13. Ovidius III. Am. 8. in fine,

O, ſi neglecti quiſquam Deus ultor amantis
Tam male quaeſitas pulvere mutet opes!

neque dubitandum eſt poëtam reſpexiſſe ad Homeri locum a Mureto, & Paſſeratio adductum, Iliad. H. 99.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

49. *Vidiſtis moto ſonitus procurrere coelo?*
Fulminaque aetheria diſſiluiſſe domo?]

Vidiſtis edidi, quia ſic legitur in Regiis, Colbertinis, Neapol. Excerpt. Modii, Borrich. Groning. Livineji codice, binis Leidenſ. tribus Voſſ. Askew. utroque meo & D'Orvill. cum primis edd. quem tot codicum parem conſenſum non facile librariorum lapſum pronum cum Broukhuſio exiſtimo, qui *Vidiſtin'* edidit, ſed potius longe elegantiorem lectionem, ut, quantumvis Cynthiam adloquatur, & perfidae puellae praetorique Illyrico ſimul tonitru ac fulmine Jovis, ad perjuriam Cynthiae puniendam inmiſſo, terrorem incutiat. eodem modo, quo ſupra El. VII. 59. ex cod. MS. praeferendum cenſui,

Quin etiam multo duxiſtis pocula riſu.

non *duxiſti*, ut Cynthiam, alioſque convivas, quibuſcum hilariter egerat, conprehendat. ubi vide plura. *toto coelo* in iiſdem fere omnibus codd. & edd. non *moto.* ut apud Virg. VIII. Aen. 427.

Fulmen erat, toto genitor quae plurima coelo
Dejicit in terras.

Lucanum Lib. I. 656.

——— *toto fluerent incendia mundo,*
Succenſuſque tuis flagraſſet curribus aether.

& eadem varietate apud Silium Ital. Lib. III. 205.

——— *te toto turbida coelo*
Tempeſtas, caedeſque virum, magnaeque ruinae
Idaei generis, lacrimoſaque fata ſequuntur.

ubi *moto* praetulit Heinſius, ut huic loco etiam vindicavit in notis ad Ovid. III. Faſt. 347. idem *procurrere*, pro *percurrere*, quod in pleriſque codd. habetur, duobus nempe Leidenſ. Mentel. Borrich. Askew. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. in quibus etiam *Flumina*, & *deſiluiſſe*, pro quo correxit *Fulmina* & *diſſiluiſſe*, totumque locum ſic conſtituebat Lib. II.

Ad-

Non haec Pleïades faciunt, neque aquoſus Orion:
Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.
Perjuras tunc ille ſolet punire puellas,
Deceptus quoniam flevit & ipſe Deus.
Quare ne tibi ſit tanti Sidonia veſtis,
Ut timeas, quoties nubilus auſter erit.

Mentiri

Adverſ. cap. 5. pag. 145.

Audiſti (pro *Vidiſti*) *moto ſonitus procurrere coelo,*
Fulminaque aetheria diſſiluiſſe domo.

diſſiluiſſe etiam hic praeferre videtur Valens Guellius ad Virg. XII. Aen. 923.

— nec fulmine tanti Diſſultant crepitus.

ita certe in Menteliano, Groning. Heinſiano, & meo priore, ut conjecit Paſſeratius. *diſiluiſſe* in Askew. & huic lectioni favet illud Horatii Lib. I. od. 34. 6.

——— namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila dividens.

nempe colliſis & ruptis nubibus. Virgilius III. Aen. 199. *ingeminant abruptis nubibus ignes.* Statius Lib. V. Theb. 394.

Ut vero eliſit nubes Jove tortus ab alto
Ignis, & ingentes patuere in fulmine nautae:

& Lib. X. 929.

Fulguraque adtritis quotiès micuere procellis.

ubi Scholiaſtes Lutatius *adtritis procellis* exponit *colliſis nubibus.* vide illic Barthium pag. 1282. Sed has Heinſii emendationes, &, quibus eas adſtruit, Broukhuſii rationes, animadverſione prolixa repudiavit Cel. Hemſterhuſius. qui *toto coelò*, & *fulmina deſiluiſſe* propugnat. *tonitrus* autem pro *ſonitus* voluiſſe amicum doctum ac diſertum, addit Broukhuſius, intelligens P. Francium; qui ſic conjecerat in marg. ed. Scaligeranae, quod exemplar manu ejus conſcriptum adſervo.

52. *Nec ſic dè nihilo fulminis ira cadit*] *Nec ſi* in Menteliano. *Non ſic* Francius & verſ. praec. *nec aquoſus Orion. fulminis aura* conjecerat Heinſius ad oram ed. Ald. *ora* in Mentel. ſed *ira* optime ſe habet, *fulminis ira* eſt irati Jovis fulmen. notum illud Ovidii, fine Metamorph.

— quod nec Jovis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, &c.

Valer. Fl. VII. 568.

Ac velut ex una ſi quandò nube coruſci
Ira Jovis torſit geminos mortalibus ignes.

Juvenalis Sat. XIII. 223.

Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulmina (ſic MSS.) *pallent,*
Cum tonat: exanimes primo quoque murmure coeli;
Non quaſi fortuitus, nec ventorum rabie, ſed
Iratus cadat in terras, & judicet ignis.

fulmen vero *non de nihilo cadere* hic dicitur, quod *conſulto fulmina mitti* infra El. XXV. 54.

Nec ſi conſulto fulmina miſſa tonent.

dè nihilo pro temere, levem ob cauſſam, etiam ſupra El. 2. 26.

Non ſum de nihilo blandus amator ego.

Terent. Hecyr. V. 1. 1.

Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conventam eſſe expetit.

vid. Jani Gulielmii Quaeſt. Plautin. in Moſtellar. cap. 1.

53. *Perjuras tunc illè ſolet*] *Perjuras Dèus ille ſolet* Guyetus. forte elegantiam in repetitione vocis *Deus* quaerens, quam ego nullam agnoſco. *ipſe* in Menteliano, primo Leid. Heinſiano, & meo priore. mox *flevit & ille* in aliis. *flevit* hic praefero, ut pro indoluit capiamus. de quo vide ſupra ad El. IV. 8.

55. *Quare ne tibi ſit tanti Sidònia veſtis,*] intelligit veſtes Tyrias vel Sidonias a praetore

Cyn-

Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem,
Hoc erit infectas ſanguine habere manus.
Horum ego ſum vates; quoties deſertus amaras
Explevi noctes, fractus utroque toro.

Vel

Cynthiae donatas, de quibus ſupra v. 18. & 43. quas tanti non eſſe ait, ut Jovis irati fulmina ſibi inminere timeat, quotieſcumque coelum nubibus contractum procellas minatur. *Sidonia* hic ſecunda producta, quam corripit El. XXII. 15. ubi *Mygdoniae mitrae* legunt alii. vid. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 117. *nubibus* in Mentel. & primo Leid. Ceterum Elegiae finem hic faciunt omnes codices ſcripti, quotquot alii excuſſerunt, & ipſe contuli, vel quorum Excerpta mihi ad manum ſunt, & editiones antiquiſſimae, novamque ordiuntur ab illis, *Mentiri noctem* & ſeqq. quae cum his connecti primus juſſit Scaliger. Sed Livinejus cum illa jungendam exiſtimat Eleg. XIV. quae incipit *Adſiduae multis odium peperere querelae*, & ſeqq. & certe hac Elegia invectus fuit in praetorem illum, quocum perfida Cynthia ſuo indulſerat genio, in ceteris queritur ſe ab amica excluſum: unde novae ſequenti Elegiae *Mentiri noctem* &c. codices MSS. & editiones vetuſtae titulum praefigunt DE EXCLVSIONE: huic vero AD CYNTHIAM, vel, ut in meo altero codice, AD CYNTHIAM, DE AEMVLO. praeterea verſus hic, *Quare ne tibi ſit* &c. veluti formula Propertio communis eſt, qua ſaepiſſime Elegias abſolvit, tamquam monito, praecedentia terminante. vid. Lib. I. El. V. 31. El. IX. 33. El. XIX. 25. & Lib. II. El. XVIII. 89.

57. *Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem*] *Mentiris* male in Voſſiano & meo ſecundo. *fallere* in Voſſ. tertio, D'Orvill. primo, & meo altero, ſed in cujus margine *ducere*, quod rectum (cujus gloſſa eſt *fallere*) & fictis blanditiis congruum eſt verbum, pro ſpe inani lactare. ut conſtabit ex multis veterum exemplis, quae adferunt Patruus meus ad Ovid. VII. Met. 301. & Heinſ. ad Lib. VIII. 123. vide & ſupra ad El. VI. 21. *amantes* in Regio. altero verſu *Hoc erat* ex ſuo codice praetulit Scaliger, exponens, olim aliquem promiſſis decipere flagitium erat inſtar caedis & parricidii. ita etiam legendum monuit Livinejus. & ſic in D'Orvill. ſecundo. neque tamen *Hoc erit* rejicio, ceteris codicibus & edd. vetuſtis in hoc conſentientibus. *infeſtas* prave in ed. Volſci & Wecheliana. Auctor Epigrammatis optimi in Tiberium, Tom. I. Anthol. Lat. p. 227.

Nec non Antoni civilia bella moventis,
Nec ſemel infectas adſpice caede manus.

vide Gronovii notas ad Senecae Epiſt. XCIV. p. 445.

59. *Horum ego ſum vates, quoties deſertus amaras Explevi noctes, fractus utroque toro*] Paſſeratius *explevi* vel pro ſatiavi, vel pro totas noctes inſomnes tranſegi, interpretatur. alterum verius eſt, & ſignificat ſe totas noctes amaras ad finem perduxiſſe. ſic *inplere diem longum ſermonibus* Ovidio VII. Met. 661. & Floro Lib. II. c. 12. *cujus ſpectaculo triduum inplevit.* quod male ſollicitant. *noctes amarae*, ut Lib. I. El. I. 33.

In me noſtra Venus noctes exercet amaras.

ubi plura notavi. mox *fractus utroque dolo* conjecit Ayrmannus, quia nempe *mentiri noctem*, & *promiſſis ducere* duplex ei videbatur dolus. ſed per *utrumque torum* recte intelligunt alii utramque tori partem, ſeu ſpondam interiorem & exteriorem. ut in loco Ovidii III. Am. 14. 32.

Cur preſſus prior eſt interiorque torus.

neque placet Heinſii *jactus utroque toro.* pro *jactatus. fractus* eſt vigiliis, cura & ſollicitudine confectus, dum latus mutando in utramque tori partem me converto. infra El. 24. v. 25.

—— *mediae nequeunt te frangere noctes.*

id eſt, neque bibendo aut ludendo fatigare. initio hujus diſtichi *Horum ego ſum vates* Marklandus exponebat, haec ego vera eſſe docere poſſum, ut *vates* ſit doctor, interpres. quod Cel. Ruhnkenius confirmabat loco Plinii XI. H. N. 37. fin. *Herophilus medicinae vates.* & Valer. Max. VIII. 12. 1. *Scaevola legum vates.* Quod autem Marklandus *horum vates* eodem modo dictum opinabatur, quo *animi aruſpex* Lib. III. El. 6. 17.

His ego tormentis animi ſum verus aruſpex.

in

Vel tu Tantalea moveare ad flumina ſorte,
  Ut liquor arenti fallat ab ore ſitim.
Vel tu Siſyphios licet admirere labores,
  Difficile ut toto monte volutet onus.
Durius in terris nihil eſt, quod vivat, amante,
  Nec, modo ſi ſapias, quod minus eſſe velis.
Quem modo felicem, invidia admirante, ferebant,
  Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

Nunc

in eo fallitur, nam *tormentis animi* illic jungenda ſunt. recte vero haec confert cum illis Sophoclis in Electra v. 1530. ἐγώ σοι μάντις εἰμὶ τῶν δ' ἄκρος.

61. *Vel tu Tantalea moveare ad flumina ſorte*] *movearis flumina* Scaliger, qui in prima editione Graecum loquendi modum eſſe cenſebat, inprobante Guyeto & Heinſio. Gebhardo etiam durum & inſolens videtur. & recte Livinejus explicat, licet Tantali ad flumina poſiti ſortem miſerearis. Janus Gruterus Lib. XXII. Suſpicion. ineditar. cap. 13. ex lectione codicis Scaligerani *movearis*, ſuſpicabatur reponi poſſe,

Vel tu Tantalea movearis fluminis arte.

hoc ſenſu, licet ſtupeas artem fluminis, in quo Tantalus degit, tamen poena amantium gravior eſt, & *ars fluminis* in eo conſiſtat, qua ſequitur, ut liquorem ſuum neget inclinato Tantalo; & ideo *fallacem* dici Lib. IV. El. XI. 24.

Fallax Tantaleo corripiare liquor.

ſed huic explicationi viros eruditos haud opinor adjecto calculo ſuo conſenſuros eſſe.

62. *Ut liquor arenti fallat ab ore ſitim*] *Vel liquor* in Menteliano, Voſſ. primo, Leidenſi, Heinſiano, & meo ſecundo. male. *fallat in ore* Heinſius.

63. *Vel tu Siſyphios licet admirere labores*] torquent ſe Interpretes, quomodo explicent illam laboris Siſyphii admirationem. *cum admiratione & ſtupore ſpectes, ac miſeratione*, exponit Paſſeratius. Sed ſi ſenſum poëtae perſpicio, indicat, licet Tantali ſortem ſubeas ac Siſyphi labores ſuſcipias, experieris irrita quaevis eſſe ad mentem fallacis & perfidae puellae mutandam, ac fateberis, nihil inter mortales amante durius & infelicius eſſe. Quia igitur hoc in verſu *licet admirere labores*, & mox *invidia admirante*, admodum inconcinna repetitione, jure offendunt, exigua mutatione hic pro *admirere* reponere tentabam,

Vel tu Siſyphio licet adnitare *labore.*

& mox *volutat.* hoc ſenſu, licet omni ope adniteris ſaxum Siſyphi volvendo & revolvendo illius aerumnas exhaurire, nihil ages, fruſtra adlaborabis. *adniti*, *eniti*, & *conniti*, pro ſummo animi ſtudio & labore contendere ad ardua ſuperanda, Ciceroni, Livio, aliiſque uſitatiſſimum nemo neſcit. ſimili conparatione utitur noſter ſupra El. I. 67. & ſeqq.

Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus
  Tantaleae poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleverit urnis,
  Ne tenera adſidua colla graventur aqua.
Idem Caucaſea ſolvet de rupe Promethei
  Brachia, & a medio pectore pellet avem.

65. *in terris*] apud inferos, intelligebat Marklandus, idque ſe fuſius probaturum in Notis adſcripſerat. ſed de viventibus inter homines, mortalibus, malim exponere, id enim jubet additum *quod vivat.* vide ſupra ad h. L. El. 2. v. 42. *in terris* enim & *ſub terris* oppoſita ſunt. ut infra El. XIV. 31. *Illi ſub terris fiant mala multa puellae.* ubi *ſub terris* apud inferos exponit Broukhuſius, quem etiam vide ad Lib. IV. El. XI. 100. *ſub terras* id aliis dici, patebit ex notis ad Ovid. V. Met. 504.

67. *Quem modo felicem, invidia admirante, ferebant,*] *invidia admirante* depravatum notat Marklandus ad Statii Silvas pag. 62. &, ad ſenſum potiſſime reſpiciens, exiſtimat Propertium ſcribere debuiſſe *ringente* vel *fremente.* ultimum metro adverſaretur. *adfirmante*, vel *moerente*, conjecerat Heinſius in notis p. 694. quia modo praeceſſit *admirere*, & contrarium, ut ait, invidiae eſt *admirari.* ultimum *moerente* praeferrem. eruditiſſimus

 El·

Nunc jacere e duro corpus juvat, inpia, ſaxo,
Sumere & in noſtras tetra venena manus.

Nunc

Eldickius legebat *invidia haud mirante.* notum illud Virgilianum, *Non equidem invideo, miror magis.* poſſis etiam hariolari *adverſante* vel *indignante.* ſed vulgatam potius ſervemus, ſi paullo ante pro *Siſyphios licet admirere labores* commoda emendatione aliud verbum ſubſtituatur. neque enim *admirari* invidiae adeo contrarium eſt, ſi eo ſenſu capiamus, quo *admirari* dicitur etiam apud alios pro obſtupere cum quadam invidia ad alicujus felicitatem, ut Graecis *θαυμάζειν.* quod optime docuit Caſaub. ad Theophraſt. Charact. pag. 153. & hinc ad adulatores transfertur, qui blandiendo aliquid mirantur, licet animo id invideant. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 456. recte igitur Beroaldus expoſuit, *prius in amore felix dicebar, etiam ab invidis felicitatem meam admirantibus.* hinc ſupra Lib. I. El. 12. v. 7. & ſeqq. etiam gloriatur:

Olim gratus eram: non illo tempore cuiquam
Contigit, ut ſimili poſſet amare fide.
Invidiae fuimus. num me Deus obruit?

ubi vide.

69. *Nunc jacere e duro corpus juvat, inpia, ſaxo*] haec quidem ſcriptorum & editorum codicum lectio eſt. At valde blanditur J. Aurati conjectura, quem ſic legiſſe adnotaverat Fruterius,

Nunc jacere e duro corpus juvat in freta *ſaxo.*

& hoc ideo placet, quia imitatus videtur Theocritum Idyll. III. 25.

Τὰν βαίταν ἀποδὺς, εἰς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι.

& Idyll. V. 15.

Τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος. ἢ κατὰ τήνας
Τὰς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς ἐς Κρᾶθιν ἁλοίμαν.

forte enim reſpicit ad ſaltum e Leucade ſaxo, deſperatorum amantium aſylo, unde ei nomen *ſaltus amantium.* infra El. XX. 19.

Jamque ego conabar ſummo me mittere ſaxo.

Sappho, Deucalionis exemplo uſa, apud Ovidium Epiſt. XV. 171.

Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam
Leucada; nec ſaxo deſiluiſſe time. & ſeqq.

& verſu ult.

Ut mihi Leucadiae fata petantur aquae.

notum illud Auſonii in Cupid. Cruc. v. 24.

Et de nimboſo ſaltum Leucate minatur
Maſcula Lesbiacis Sappho peritura ſagittis.

ubi multa egregia notavit Scaliger. illic vero Heinſius conjecerat,

Et de nimboſa minitatur Leucade ſaltum.

ſed *Leucatem* genere maſculino etiam alii dicunt auctores. Seneca Hippol. 1014.

Et cana ſummum ſpuma Leucatem ferit.

& *nimboſum Leucatem* Auſonius vocat imitatione Virgilii III. Aen. 274.

Mox & Leucatae nimboſa cacumina montis.

ubi Servius notat: *Sane de hoc Leucate amatores ſe in mare, ad excludendum amorem, praecipitare dicebantur.* ubi forte emendandum *ad eluendum*, aut *extinguendum*, vel cum Cel. Ruhnkenio *ad exuendum amorem.* ſic enim de Deucalionis Leucadio ſaltu Sappho apud Ovid. v. 167. & ſeqq.

Hinc ſe Deucalion, Pyrrhae ſuccenſus amore,
Miſit, & illaeſo corpore preſſit aquas.
Nec mora: verſus amor tetigit lentiſſima Pyrrhae
Pectora; Deucalion igne levatus erat.

Statius Lib. V. Sylv. 3. 154.

——— *ſaltuſque ingreſſa viriles*
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

ubi vide Marklandi notas p. 306. ſimile illud Phyllidis apud Naſonem Epiſt. II. 131. & ſeqq.

Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus,
Ultima praerupta cornua mole rigent.
Hinc mihi ſuppoſitas inmittere corpus in undas
Mens fuit, & quoniam fallere pergis, erit.

70. *Sumere & in noſtras tetra venena manus*] *trita venena* eſt in pleriſque codicibus, quibus accedunt primus & tertius Voſſianus, D'Orvillianus uterque & mei. *tuta* in Palatino Gebhardi, qui *tetra venena* recte vindicat. ut & Paſſeratius. & certe latet hoc in primarum editionum ſcriptura

tetia

Nunc licet in triviis ſicca requieſcere Luna,
Aut per rimoſas mittere verba fores.
Quod quamvis ita ſit, dominam mutare cavebo.
Tum flebit, quum in me ſenſerit eſſe fidem.

ELEG.

tetia vena. in Aldinis, Juntina, ceteriſque vetuſtioribus *trita.* eadem variatione apud noſtrum infra El. 19. v. 11.

Tetra venena libens, & naufragus ebibat undas.

ubi miror *trita* Heinſio magis placuiſſe, quam hoc in loco. ſed *tetra* ibidem quoque tuentur illi codices MSS. in quibus *terra* vitio calami pro *tetra.* ſic in loco Tibulli Lib. III. El. 5. 10.

Non mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit.

in v. c. Scaligeri erat *trita.* Seneca Epigrammate in maligne jocantem Tom. I. Anthol. Lat. pag. 602.

Deque tuis manant tetra venena jocis.

ut cum Francio pro *atra* legendum praetuli. Ammianus Marcell. Lib. XV. cap. 3. *tetra venena ferens. varieque diſpergens.* ut bene reſtituit P. Caſtellus, probante Valeſio. *mira venena* J. Gronovio facile redonemus. alterum *diſpergens* pro *diſperdens* eſt ex emendatione Illuſtris Bynkershoekii Lib. III. Obſerv. c. 19. porro hoc in verſu pro *noſtras manus* Gruterus Lib. XXII. inedit. Suſpic. c. 13. legit *moeſtas.* ſed ſine codicum auctoritate. *ſumere* autem *venena*, pro bibere. de quo vide notas ad Ovid. VII. Met. 450. ſimile illud Phyllidis apud Naſonem Epiſt. II. 139.

Saepe venenorum ſitis eſt mihi: ſaepe cruenta
Trajectam gladio morte perire juvat.

71. *Nunc licet in triviis ſicca requieſcere Luna*] *Nec licet* in pleriſque codd. *Nunc libet* Guyetus, quod probat Cel. D'Orvillius in Obſerv. Miſcell. Vol. V. p. 123. *ſicca Luna* Scaligero exponitur die intermenſtruo, quando ſpirant Aquilones, adeoque ſe *ſaevis objectum Aquilonibus*, ut ait Horatius, ante fores dominae procumbentem queratur. *ſitiente Luna* in Plinii loco apud Heinſ. p. 694. ubi Pintiani emendationem *ſilente* recte rejicit. altero verſu *per rimoſas mittere verba fores* conferenda cum illis, quae notata ſunt ad Lib. I. El. 16. 27. & ſic Lib. IV. El. 1. 146. *perſuaſae fallere rima ſat eſt.*

73. *dominam mutare cavebo*] *vitare* ſecundus D'Orvill. in ceteris omnibus, & primis aliiſque vetuſtis edd. *mutare*, pari conſenſu. vide ad Lotich. pag. 414. Scaliger in curis prioribus *dominae mutire*, merito inprobantibus Paſſeratio, Broukhuſio, & N. Heinſio in Notis pag. 668. abſurdum vero Jo. Iſ. Pontani judicium quis non obſtupeſcat, qui Lib. II. Analect. cap. 2. Propertio invito infeliciter obtrudere tentabat *dominam futare*, verbo caſco & rancido, ex Titinnio & Gloſſis, in quibus, *futare*, ἐλέγχειν. jure ob id caſtigatus a Broukhuſio. Sed poſtea videtur reſipuiſſe, quia in notis MSS., quas ſuo operis illius exemplari, quod apud me exſtat, adleverit, duce Gebhardo Lib. III. Crepund. cap. 20. *mutare* retinendum eſſe. *caveto*, & mox *in te* legebat Guyetus. *quum mi*, pro *mihi*, Aldinae, aliaeque edd. antiquae. unde *mihi cum* placebat Francio. ſed *in me* in cod. Perreji, Menteliano, Borrich. Excerpt. Modii, ſeu Groning. duobus Livineji, ceteriſque, & primis editis. recte igitur id recepit, & adſtruxit Broukhuſius.

E L E G. XIV.

Adſiduae multis odium peperere querelae,
Frangitur in tacito femina ſaepe viro.
Si quid vidiſti, ſemper vidiſſe negato:
Aut ſi quid doluit forte, dolere nega.
Quin ego deminuo curam, quod ſaepe Cupido
Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.
Quid ſi jam canis aetas mea caneret annis?
Et faceret ſciſſas languida ruga genas?

At

Eleg. xiv. v. 5. *Quin ego deminuo curam* &c.] diſtichon hoc in multis codicibus MSS. ponitur inferius poſt v. 22. & in primis ceteriſque edd. ante Scaligeranam, in qua etiam tota haec Elegia praecedenti adnectitur. verſus minoris tranſpoſitionem, a Guyeto factam, *Huic bonus eſſe ſolet, cui malus ante fuit*, irridet D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 123. in Voſſiano primo *Nunc malus eſſe ſolet, qui bonus ante fuit.* & ita Ayrmannus.

7. *Quid ſi jam canis aetas mea caneret annis?*] ita repoſitum fuit a Scaligero, ut *caneret* media correpta dicatur, quomodo *fervĕret* & *fervĕret*, aliaque his ſimilia. ſed exemplum hujus verbi *canĕre* pro caneſcere, merito quis deſideret. *candeat* eſt in Regiis, Leidenſi ſecundo, & Voſſ. quarto, Mentel. Excerpt. Modii, ſeu Groning. Venetis, Aldinis, Juntina, aliiſque vetuſtis edd. *caneat* in Voſſ. tert. & Askew. *caneret* in Borrich. & Colbertinis, quod arripuiſſe Broukhuſium miror; ſed Scaligero adſenſus eſt. *vergeret* ad oram ed. Ald. conjecerat Heinſius. vel *aetas mea marceat.* Sed ex codice Neapolitano praeferendum videtur,

Quod mea ſi canis aetas caneſceret annis.

unde idem Heinſius *marceſceret*, vel, quod potius videtur, *candeſceret.* ſic enim apud Tibullum Lib. I. El. XI. 43.

Sic ego ſim, liceatque caput candeſcere canis.

idque probat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 124. qui ipſe tentabat *aetas mea canderet*, ut *candēre* pro *candĕre* eadem forma dicatur, qua *canēre* pro *canēre*, ut volebat Scaliger. ſed neutrius exemplum adduci poſſe arbitror. neque admittebat Bentleji *aetas mea curreret*, ut ille conjecerat ad Horatium Lib. II. od. 5. 13. & hoc quoque codici ſuo adſcripſerat Francius. quod licet vulgata lectione multo accommodatius videretur Cel. Hemſterhuſio, locum tamen hoc modo perſanatum eſſe non credidit: & illam Bentleji conjecturam inprobat quoque Cl. Schraderus Lib. I. Obſerv. cap. 5. pag. 66. adquieſcens emendationi Heinſianae *canis candeſceret.* quod & ceteris aliorum conjecturis praeferendum videtur. & favet locus e Ciri v. 320.

Edita candentes praetexat purpura canos.

initio verſus *Quid ſi etiam canis* in primo D'orvill.

8. *Et faceret ſciſſas languida ruga genas*] *faciant* in Excerpt. Modii, *peraret fiſſas* conjecerat Heinſ. ut rugae *arare* vultum ac corpus dicuntur Naſoni Lib. II. A. A. 118.

Et tibi jam venient cani, formoſe, capilli,
Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.

Medic. Fac. v. 46.

——— *formam populabitur aetas.*
Et placitus rugis vultus aratus erit.

vel *arandus* cum Heinſio. Lib. I. ex P. Ep. 4. init.

Jam mihi deterior canis adſpergitur aetas,
Jamque meos vultus ruga ſenilis arat.

ſed

At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam
Deſertum Eoa paſſa jacere domo eſt.
Illum ſaepe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.

Illum

ſed vulgatam lectionem tuentur, quae hic notavit Paſſeratius, & Patruus meus ad Ovid. I. Amor. 14. 18. eidem Heinſio *flaccida* vel *arida ruga* corrigendum videbatur. *emeritas rugas* eleganter vocat Prudentius Lib. II. contra Symmach. v. 1083. de Virginibus Veſtalibus, ſero nubentibus,

Transfert emeritas ad fulcra jugalia rugas.

9. *At non Tithoni* &c.] *An non* in Regiis & altero Colbert. Neapol. Voſſ. primo, meo ſecundo, & primo D'Orvill. quod ex membranis Palatinis & Commel. praefert Gebhardus. *Et non* in meo priore. *Tithoni ſenectam* dixit, pro, ſenem Tithonum, ut v. 17. vel legi poſſet,

At non Tithonum, ſpernens Aurora ſenectam,
Deſertum Eoa &c.

Eoam domum exponit v. 13.

Illum ad vicinos quum amplexa quieſceret Indos.

conferri cum hoc loco meretur Epigramma Antipatri Theſſalonicenſis in Anthol. Graec. Lib. VII. Epig. 163. quod ſic interpretatus eſt Hugo Grotius:

Luceſſit, Chryſilla: ſuis jam cantibus ales
Invidus Aurorae praevia ſigna dedit.
Ah pereas generis pennati peſſime, qui me
Pellis, & ad juvenum cogis abire choros.
Fis, Tithone, ſenex: nam cur ita lutea conjux
Matutina tuo pellitur e thalamo?

11. *Illum ſaepe ſuis decedens fovit in ulnis,*
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.]

deſertum fovit prave in Borrich. Heinſiano, & meo primo, quod irrepſit ex praeced. verſu. *diſcedens* ex Commelini libro adfert Gebhardus. *accedens* Ayrmannus. & ſic conjecerat Broukhuſius, pro rediens ab itinere quotidiano, adſcripſeratque hoc confirmari a codice Groningano, in quo *excedens*. ſed videtur id poſtea abjeciſſe, quia in notis editis omiſit, in quibus monet tranſlatam eſſe locutionem a provinciarum praeſidibus, qui poſt expletum muneris tempus proprie *decedere* dicuntur. ſed hoc in loco malim interpretari verbum *decedens* ut proprium de Sole, Luna, & aſtris. ut apud Virgil. Lib. I. Georg. 450. de Sole: *emenſus cum jam decedet Olympo.* ubi Servius, *percurſo & perluſtrato coelo: cum jam deſcendet ad occaſum. deſcendens* conjecerat Marklandus. *in undis* depravata lectione eſt in pleriſque codicibus & editionibus antiquis. dein *Quam primum adjunctos* in Excerptis Modii, ſeu Groning. Askew. & quarto Voſſ. quod forte admitti poſſet, vel *Quum prius*, licet viri eruditi *Quam prius* pro *priuſquam* poſitum notent. vid. Scalig. ad Copam v. 6. & Voſſium de Conſtruct. cap. LXIII. ſic ſane *quam prius* & *quam ante* ſaepe disjuncta occurrunt, pro *priuſquam*, *antequam*. infra El. XIX. 65.

Aut prius infecto depoſcit praemia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota.

Lib. III. El. 19. 7. *Foedera ſunt ponenda prius*, &c.
Quam multae ante meis cedant ſermonibus horae.

& apud Tibullum Lib. I. El. 3. 9.

—— *quae me quam mitteret urbe,*
Dicitur ante omnes conſuluiſſe Deos.

ubi vide Broukhuſ. *adjunctos* etiam eſt in Borrichiano, Menteliano, duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meiſque, & priſcis edd. Sed *abjunctos* pro abjugatos, jugo ſolutos, bene correxit Scaliger, probante Barthio ad Statium Lib. I. Sylv. 3. 76. & ſic *abjungere*, & *conjungere*, ut contraria opponit Lutatius ad Lib. V. Theb. 389. male igitur huic lectioni obloquitur Gebhardus, confuſam & inplexam interpretationem adnectens. *adjunctos ſedula adivit*, vel, *movit*, *equos* conjecerat Heinſius. *pavit equos* Ayrmannus. Sed *abjunctos ſedula lavit equos* vera & ſana lectio eſt, quae unice firmatur ex inſigni Callimachi loco, Lavacr. Pall. v. 5. & ſeqq.

Οὐ ποκ' Ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις,
Πρὶν κόνιν ἱππείαν ἐξελάσαι λαγόνων. &c.
Ἀλλὰ πολὺ πράτιστον ὑφ' ἅρματος αὐχένας ἵππων
Λυσαμένα, παγαῖς ἔκλυσεν Ὠκεανῶ

Illum ad vicinos quum amplexa quieſceret Indos,
Maturos iterum eſt queſta redire dies.
Illa Deos, currum conſcendens, dixit iniquos:
Invitum & terris praeſtitit officium.
Cui majora ſenis Tithoni gaudia vivi,
Quam gravis amiſſo Memnone luctus erat.
Cum ſene non puduit talem dormire puellam,
Et canae toties oſcula ferre comae.

At

Ἱδρῶ ϗ ῥαθάμιγγας. ἐφοίβασιν δὲ παγέντα
Πάντα χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ ϛομάτων.

& *lavit* optime adſtruunt poëtarum exempla a Paſſeratio producta. Ceterum totum hunc locum *At non Tithoni* & ſeqq. non cohaerere cum ſuperioribus, & alterius Elegiae ἀποσπασμάτιον eſſe cenſebat Scaliger. Cohaerere ſatis haec videntur cum praecedente diſticho, *Quid ſi jam canis* &c. ſed expendendum viris doctis propono, an hic non turbatum fuerit in codd. MSS. ut paſſim apud noſtrum, & nulla fere Elegia hoc praeſertim in libro membris integris conſtat. Forte igitur diſtichon hoc *Illum ſaepe ſuis* &c. trajiciendum eſt poſt v. 16. ut ſingula hoc tenore conjuncta decurrant:

At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam
Deſertum Eoa paſſa jacere domo eſt.
Illa Deos, currum conſcendens, dixit iniquos:
Invitum & terris praeſtitit officium.
Illum ſaepe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quum prius abjunctos ſedula lavit equos.
Illum ad vicinos &c.

ſic enim meliori ordine Aurora prius *currum conſcendens*, (*eſcendens* ed. Rapheleng.) poſtquam terris officium, licet invitum, *praeſtitit* (*Invitum terris praebuit officium* in nonnullis codd). ex eodem decedens, poſt jugo ſolutos & refrigeratos equos, in Tithoni complexus properare fingitur, quibus fruens queritur, citius iterum redire dies, quam vellet, ſeu *Maturum eſt iterum queſta redire diem*, ut legebat Guyetus. eleganter Ovidius Lib. I. Amor. El. 13. v. 35. ad Auroram:

Tithono vellem de te narrare liceret:
Fabula non coelo turpior ulla foret.
Illum dum refugis, longo quia frigidus aevo,
Surgis ad inviſas a ſene mane rotas.
At ſi, quem manibus Cephalum conplexa teneres,
Clamares: lente currite noctis equi.

de ſene autem Tithono ab Aurora amato cum his conferenda ſunt illa Auctoris Elegiae in Obit. Maecen. v. 119. & ſeqq.

Paſcitur Aurorae Tithonus nectare conjux.
Atque ita jam tremulo nulla ſenecta nocet.
Ut tibi vita foret ſemper medicamine ſacro,
Te vellem Aurorae conplacuiſſe virum.
Illius aptus eras roſeas adjungere bigas,
Tu dare purpurea lora regenda manu.
Tu mulcere jubam, cum jam torſiſſet habenas,
Procedente die, reſpicientis equi.

ubi *adjungere bigas* notat parare curſum itineris aetherii, ſed *abjunctos equos* hujus loci ſenſus poſtulat. *Invitum*, (vel *Inviſum*, ut legi etiam poſſet ex loco Ovidii,) *terris praeſtitit officium* dicitur hic de Aurora, ut de Sole idem Naſo II. Met. 385. *Officiumque negat mundo.*

17. *Cui majora ſenis Tithoni* &c.] ita in Perreji codice, Modii Excerptis, Colotiano, primo Vatic. Mentel. Borrich. & Groning. *Huic* Francius. *Quoi* v. c. Fruter. & D'Orvill. *Quae* in meo altero. *Qui* in priore. *que* in primo Voſſ. *Cum majora* in Regiis, & altero Colbert. *Tam majora* Livinejus. Forte legendum,

Tum majora ſenis Tithoni gaudia vivi,
Quam gravis amiſſo Memnone luctus, erant.

majora tunc erant Aurorae gaudia cum vivo Tithono, quam luctus ei gravis fuit, quum filium Memnona amiſſum lugeret. notum illud Ovidii Lib. III. Amor. El. 9. init.

Memnona ſi mater, ſi mater flevit Achillem.

20. *Et canae toties oſcula ferre comae*] genae in Excerptis Modii, ſeu Groning. ut ſupra v. 8. *Et faceret ſciſſas languida ruga genas.* & haec frequenter

At tu etiam juvenem odiſti me, perfida, quum ſis
Ipſa anus haud longa curva futura die:
Quum tibi nec frater, nec ſit tibi filius ullus,
Frater ego, & tibi ſim filius unus ego.
Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitore caput.

An,

quenter conmutari patet ex notis Patrui mei ad Ovid. Epiſt. XI. 92. *comae* praetulit Broukhuſius, laudante D'Orvill. ad Chariton. pag. 689. quem etiam vide in Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 125. & hoc tuetur Gebhardus. *canae* tamen *genae* admitti poſſet, ſi pro ſenis barbata facie exponatur, non pro capite cano. Statius VIII. Theb. 492.

Ille genas Phoebo, crinem hic paſcebat Jäccho.

ubi ſupplendum, genas inficit, tinguit. per *comam* hic caput intelligebat Marklandus, adſcripto Ovidii loco ex Lib. II. Faſt. 845. de Lucretia:

Illa jacens ad verba oculos ſine lumine movit,
Viſaque concuſſa dicta probare coma.

cui addere potuiſſet illud ex Epiſt. XX. Acontii v. 20.

Adfuit, & praeſens, ut erat, mea verba probavit,
Et viſa eſt mota dicta probare coma.

21. *quum ſis Ipſa anus haud longa* &c.] *aut longa* in Mentel. Neapol. duobus Leidenſ. primo Voſſ. utroque D'orvill. & meo ſecundo. *cana* pro *curva* in quarto Voſſ. peſſime in nonnullis edd. diſtinguitur,

——— quum ſis
Ipſa anus, haud longa curva futura die.

quaſi Cynthiae puellae a ſe amatae ſatis ruſtice exprobraret illam jam tum *anum* eſſe. neque locus a Broukhuſio adductus ex Eleg. XXIII. hujus Libr. v. 44. *Appia cur toties te via ducit anum*, ſanus eſt. ut illic videndum erit. difficultatem enim omnem, quam in notis Broukhuſius movet, tollemus, ſi ſine ulla diſtinctione, ut edidi, legamus,

——— quum ſis
Ipſa anus a longa curva futura die.

quum tu, quae nunc florida adhuc aetate es, ipſa aliquando *anus ſis futura a longa die.* ſic enim corrigendam puto codicum ſcripturam, in quibus *aut longa.* nam *a longa die* eſt poſt longam vitae diem. vel *haud longa die*, non diu poſt. ut praeferebat eruditiſſimus Santenius. non igitur Cynthiam quinque tantum annos a ſe amatam, jam *anum* vocat, ſed venturum olim ſenium, floremque detritum, ei praedicit, vel inprecatur, ut Lib. III. El. 23. v. 31.

At te celatis aetas gravis urgueat annis,
Et veniat formae ruga ſiniſtra tuae.
Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos,
Et ſpeculo rugas increpitante tibi.

& hoc frequens poëtis, ut puellas formae dote ſuperbas futurae ſenectutis admoneant, numquam vero, ut illas tamquam vetulas inſectentur. de quo ad illum locum plura. *juvenem me odiſti* Heinſius. ſed non reſpuo codicis mei prioris lectionem, *An tu etiam juvenem* &c. pro *At tu.*

24. *Frater ego, & tibi ſim filius unus ego*] Francius haec ita interpungebat,

Frater ego tibi ſim: filius unus ego.

ſed nuſquam fere Propertius, neque Ovidius, niſi locis corruptis, primam in *ego* producit. vide ad Lib. I. El. 8. 31. ſimile illud Lib. I. El. XI. v. 23.

Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes,
Omnia tu noſtrae tempore laetitiae.

totum vero hoc diſtichon in Menteliano. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtis edd. legitur poſt v. 28. ejuſque loco hic interſerunt, quod ſupra habetur v. 5. & 6.

25. *Nunc etiam infectos demens imitare Britannos*] *fractos* pro *infectos* in altero D'Orvill. ſuperſcripta gloſſa *laſcivos*. eo ſenſu *fractos* dici, conſtabit ex Caſaub. ad Perſium pag. 64. ſed id hujus loci non eſt. *infecti* hic ſpectat ad comas colore adſcititio & peregrino tinctas. *mutare* vitioſe in Voſſiano. Guyetus legebat *flavos Batavos*, (quae conjectura verſum rhythmo inſuavem reddit) addens *flavos* dici Batavos, quia, ut cuncti Germani, ſpuma quadam crines inficiebant, &

hinc

An, ſi caeruleo quaedam ſua tempora fuco
Tinxerit, idcirco caerula forma bona eſt?
Ut natura dedit, ſic omnis recta figura,
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi ſub terris fiant mala multa puellae,
Quae mentita ſuas vertit inepta comas.
De me, mi certe poteris formoſa videri,

Mi

hinc Martiali Lib. XIV. Ep. 176. *Et mutat Latias ſpuma Batava comas.* inde & Suevos Claudiano & Sidonio Apoll. *flavos* dici, a capillo flavo. ut *flavi Rutheni* Lucano Lib. I. 402. ubi vide Interpretes. *Britannos* hic pro Batavis accipit Broukhuſius, quia mox ſequitur, *Turpis Romano Belgicus ore color.* notatque Britannos, Belgas, & Gallos ſaepe promiſcue poni. ſed praeſtaret, ni fallor, *Sicambros* vel *Sygambros*, quam ſcripturam viri docti praeferunt. Ovidius Lib. I. Am. El. 14. 49.

Nunc tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphatae munere gentis eris.
O quam ſaepe, comas aliquo mirante, rubebis;
Et dices, emta nunc ego merce probor.
Neſcio quam pro me laudat nunc iſte Sygambram.

ubi notas conſule. Claudianus IV. Conſ. Honor. 446.

Ante ducem noſtrum flavam ſparſere Sygambri Caeſariem.

ad glaſtum reſpicere Propertium cenſet Broukhuſius. ſed vide D'Orvillium in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 125. 126. qui de ſapone, quo rutilabant capillos, intelligendum monet. illuſtrarunt hunc capillos tinguendi ritum Beroaldus & Livinejus ad h. l. Iſ. Voſſius ad Melam pag. 249. & 250. & ad Catullum p. 142. quibus adde Herm. Barbarum ad Plinium Lib. XXII. cap. 1. & Harduinum ad Lib. XXVIII. Sect. 51.

27. *An, ſi caeruleo quaedam ſua tempora fuco Tinxerit, idcirco caerula forma bona eſt?*] diſtichon hoc in variis MSS. & edd. vetuſtis collocatur poſt v. 34. *fuco* vel *ſucco Tinxerit* in Leid. ſec. Voſſiano primo & tertio, meo utroque, ſolita permutatione. ſic Lib. I. El. 2. 23.

Non illis ſtudium fuco *conquirere amantes.*

emendabat eruditiſſimus Eldickius, pro *vulgo.* & hoc loco firmabat. Quid ſi *Pinxerit* legamus, quod verbum fuco aptum eſt. nam *tincta* modo praeceſſit. paſſim *pingere* & *tingere* variantur in codd. vide ad Ovid. Epiſt. IV. 72. *Traxerit* in Palatinis, quod defendere adnititur Gebhardus. ſed meliora docebunt notae eruditorum ad illud Ovidii Lib. III. A. A. 269.

Pallida purpureis tinguat ſua corpora virgis.

mox *forma bona* Patruus meus adſtruit lectionem MSS. apud Ovidium X. Met. 563. *Laude pedum formane bona praeſtantior eſſet.* pro *formaene bono.* quod tamen ſuam elegantiam minime poſtponit, & defendi poteſt ex illis, quae notavi ad Lib. I. Eleg. 2. 6.

29. *ſic omnis recta figura*] *tecta figura* in Menteliano, Leid. primo, Voſſ. D'Orvill. & primis edd. ſed *recta* optime vindicavit Paſſeratius. vid. infra ad Eleg. XXV. 46.

Deſpicit & magnos recta puella Deos.

ubi etiam *tecta* in MSS.

32. *Quae mentita ſuas vertit inepta comas*] *venit* conjiciebat Struchtmeyerus Animadv. Crit. pag. 95. ſed ſequitur mox *venis.* melius eſſet *fingit.* conponit comas externas, ſuas ſeu nativas mentita. ut Ovidio Lib. I. A. A. 306.

Quid toties poſitas fingis inepta comas.

& Tibullo Lib. I. El. 5. 50.

Et manibus canas fingere velle comas.

ſed nihil inmutari praeſtiterit. *fient* praeced. verſ. male in Askew. ſimile illud noſtri Lib. III. El. 19. 17.

Illi ſint quicumque ſolent in amore dolores.

33. *De me, mi certe poteris formoſa videri*] *Deme* juncta voce in v. c. Ant. Perreji, qui adſcripſerat, *id eſt, tolle iſtas cincturas comarum.* *mihi* nimirum pro *mi* in plurimis codd. ut Menteliano,

Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.
Ipſe tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus,
Nec nimis ornata fronte ſedere velis.

Credam

telliano, Neapol. Vatic. ſecundo, Borrich. primo Leid. & priſcis edd. in meo cod. priore .... *mihi*, relicta lacuna. Heinſius in ora ed. Ald. conjecerat *Denique me certe* &c. ſed nulla opus eſt emendatione, & illud *Deme mihi*, jam inprobavit Paſſeratius, & *De me* optime expoſuit, ad me quod adtinet, locutione Propertio amata. infra El. XVI. 13. *De te quodcumque*. El. XXIII. 71. *Sed de me, minus eſt: famae jactura pudicae* &c. ita enim diſtinguendum, non *Sed de me minus eſt*. elegantiam locutionis illuſtrat nota Gul. Canteri ad Cic. I. ad Fam. Ep. 2. pag. 11. & 12. & ſic fere Gebhardus intelligebat, neque enim opus eſt ejus diſtinctione, *De me nil, certe poteris* &c. quia in Palat. cod. *De me nil certe*.

34. *Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis*] ita recte emendatum fuit a N. Heinſio, quum antea in omnibus edd. male legeretur, *Mi formoſa ſatis*, quod etiam in duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, ceteriſque codd. ſed Propertio frequentius alterum eſt. Lib. I. El. 2. v. 26.

Uni ſi qua placet, culta puella ſat eſt.

ſupra h. L. El. 5. in fine.

Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

El. 22. 33. *Sat erit mihi cognitus unus*. ubi vide, & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 284. neque etiam amant veteres illud *ſatis* tam nudum ſine verbo *eſt* adjuncto ponere. ut notavit Bentlej. ad Horat. Lib. II. Sat. 4. 48. mox *venis* ita explicabat Scaliger, ut *formoſa venis* more Propertiano dictum ſit, pro *formoſa es*. ſed quam interpretationem recte reprehendit N. Heinſius ad Ovid. Lib. II. A. A. v. 11. ubi multis exemplis docuit *venire* & *convenire*, honeſto in rebus amoris vocabulo, dici, ut Graecis ἔρχεσθαι & συνέρχεσθαι, de puellis, quae dicto die & loco copiam ſui praebent. de quo vide etiam Mauſſacum ad Plutarch. de Flumin. pag. 320. & Patrui mei notas ad Naſonis Lib. I. A. A. v. 79. Propertio praeſertim iſta notione uſitatiſſimum hoc verbum eſt. ſupra El. XI. 20.

Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri.

infra El. XVIII. 43.

Aut ſi es dura, nega; ſin es non dura, venito.

& v. 46.

Speranti ſubito ſi qua venire negat.

Lib. III. El. 20. 8.

Vix tamen aut ſemel admittit, quum ſaepe negavit:
Seu venit, extremo dormit amicta toro.

& El. XXII. 15.

Aut dixit. venias hodie, ceſſabimus una:
Hoſpitium tota nocte paravit Amor.

in Epigrammate ad Nealcen Lib. III. Anthol. Lat. Ep. 203. p. 640.

Sit torus, & lecti genius, ſecretaque ſponda,
Queis tenera in noſtrum veneris arbitrium.

ubi vide quae notavi.

35. *Ipſe tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus*] *Iſte* in v. c. Perrej. Colot. Mentel. Borrich. Excerpt. Scalig. ſecundo Vatic. utroque D'Orvill. noſtro primo. & ſic in Voſſiano tertio, hoc verborum ordine,

Iſte tuus tibi ſit ſemper cuſtodia lectus.

cuſtodia hic ſimili ſenſu, quo in fine Eleg. V. huj. Libri:

Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

altero verſu prave *Nec minus* in Leid. ſec. Voſſ. tertio. aliiſque. *ſidere* etiam vitioſe in Askewiano, primo Leid. & Mentel. *ſedere* veriſſime contra Paſſeratium, qui pro lenta eſſe, in theatro conſpici, aut deducto a meretricibus vocabulo capiebat, expoſuit Broukhuſius, pro in thalamo ſedere, ex more mulierum. praeſertim *ſedere* huic admonitioni, Cynthiae a Propertio factae, convenit, quia id verbum caſtis & pudicis matronis tribuitur. vide Patrui mei notas ad Ovid. Epiſt XVII. v. 16. male igitur Scioppius Lib. III. Veriſ. cap. 14. *ſedere* hic pro *eſſe ornata fronte*, interpretabatur.

37. *Cre-*

Credam ego narranti; noli committere Famae.
Et terram rumor tranſilit, & maria.

ELEG.

37. *Credam ego narranti, noli committere famae.*
Et terram rumor tranſilit, & maria.]

non inepta eſt interpunctio Paſſeratii, quae a cod. Groningano confirmatur,

Credam ego, narranti noli committere famae.

pro famae garrulae, quae omnia a te, veluti auribus fidelibus commiſſa, evulgabit, & aliis arcana tua non tacebit. idque probaſſe videtur Gebhardus. favet certe huic explicationi verbum *committere*, eodem ſenſu, quo Lib. I. El. 10. 12.

Sed, quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commiſſae munera laetitiae.

ubi vide. ultimo verſu *At terram* in meo codice primo. *terras* recte Guyetus. *terras & maria tranſilire* conferebat Cel. Ruhnkenius cum illis Ovidii Lib. I. ex P. Ep. 5. 76.

Per tantum terrae, tot aquas vix credere poſſim
Indicium ſtudii tranſiluiſſe mei.

Sed quia hic de Fama agitur, non rejicienda videtur Petri Francii conjectura,

Et terras rumor transvolat *& maria.*

& ſic hoc in loco legiſſe Flaminium ſuſpicari quis poſſet ex ejus imitatione Lib. II. Carm. 6. pag. 68. ed. Mancurti, ubi de Mercurio:

Cum celeres patris defert mandata per auras,
Et pennis terras transvolat, & maria.

Famae enim alas tribui, quarum ope citiſſime rumores quoſcumque transferat, notum eſt vel ex illo Virgilii IV. Aen. v. 180. ubi famam *pedibus celerem, & pernicibus alis* vocat. & mox v. 184.

Nocte volat *coeli medio, terraeque per umbram* &c.

ubi vide Lud. Cerdam. & IX. Aen. 474.

—— volitans *pennata per urbem*
Nuntia fama ruit.

Valerius Flaccus, elegantiſſima *vagae Famae* deſcriptione, Lib. II. 124.

Talem Diva ſibi ſceleriſque dolique miniſtram
Quaerit avens: videt illa prior, jamque advolat *ultro*
Inpatiens; jamque ora parat; jam ſuſcitat aures.

Petronius Carmine de Bel. Civ. cap. 123. Satyr.

Interea volucer, motis conterrita pennis,
Fama volat, *ſummique petit juga celſa palati.*

ubi vide Patrui mei notas. & illuſtrabunt haec quae de Fama alata notavit Merula ad Ennium pag. 462. ſic *volucres pennas* fortunae, fato, & ſim. tribuunt. vid. Cuningh. ad Horat. cap. XV. p. 272. Admonet igitur his Cynthiam, ut Famae, ne nomen ejus in ore ſit, habeat reverentiam, eodem colore, quo Helena apud Ovidium Epiſt. XVII. v. 207.

Non ita contemno volucris praeconia Famae,
Ut probris terras inpleat illa meis.

ELEG. XV.

Etſi me invito diſcedis, Cynthia, Roma,
Laetor, quod ſine me devia rura colis.
Nullus erit caſtis juvenis corruptor in agris,
Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam.
Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras,
Nec tibi clamatae ſomnus amarus erit.

Sola

Eleg. XV. v. 1. *Etſi me invito diſcedis, Cynthia, Roma*] *Et ſine me invito* in Borrich. Voſſ. primo, meo utroque, quod placet, modo cum interrogationis indicio legatur,

Et ſine me *invito diſcedis, Cynthia, Roma?*
Laetor, quod ſine me devia rura colis.

& tu ſine me, qui itineris comes eſſe malueram, Roma diſcedere potes? Laetor tamen, quod juvenibus corruptoribus non comitata agros incoles, ſed ſola eris. Virgilius Ecl. X. 47.

Alpinas ah, dura, nives & frigora Rheni
Me ſine *ſola vides.*

& venuſta hoc in diſticho eſt repetitio, qualis Lib. III. El. 22. v. 5. & 6.

Illae jam ſine me *norant placare puellas,*
Et quaedam ſine me *verba diſerta loqui.*

ſine me diſcedis, doloris augendi cauſſa. ut apud Tibullum Lib. I. El. 3. init.

Ibitis Aegeas ſine me, *Meſſala, per undas.*

noſter ſupra Lib. I. El. 8. 4.

Ut ſine me *vento quolibet ire velis.*

neque otioſum hic eſt *Et*, quod, initio praeſertim orationis, ſingularem habet vim, & increpationi inſervit, nec ſemper copulativa eſt particula. vide Muret. ad Cic. III. Catil. cap. 1. Virgil. VI. Aen. 807.

Et *dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

noſter Lib. II. El. 7. 2.

Eripitur nobis jam pridem cara puella:
Et tu me lacrimas fundere, amice, vetas?

vide Paſſerat. ad Lib. I. 15. 37. pag. 215. & de eleganti ejus emphaſi, qua plus quam *etiam* notat, quod ſaepe pro altero male repoſuerunt, Heinſ. ad Vellej. Paterc. Lib. II. c. 116. & Broukh. ſupra ad Lib. II. El. 19. 32. *diſcendis* perperam in D'Orvill. ſecundo. mox *coles* in Mentel. probante Heinſio. neque aliter in duobus Leidenſ. & tertio Voſſ. a man. pr. ut in curis ſecundis conjecerat Broukhuſius. idque ſequentia exigunt.

4. *Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam*] *eſſe meam* in quinto Vatic. primo tertioque Voſſiano, & meo ſecundo, ſed in cujus margine *probam.* & recte. *probas* enim paſſim puellas ſuas vocant poëtae amatores, ſi caſtae & ſibi fideles ſint. vide notas ad Ovid. I. Triſt. 6. 19. & V. El. 14. 22. illud *ſinit*, quod hic ἀρχαϊκῶς, nempe a *ſinim*, ut *edim*, & ſim. volebant Scaliger, Paſſeratius, & Gebhardus, etiam Grutero, non minori ejuſmodi antiquatorum verborum captatori, ſe probavit, Lib. X. Suſpicion. cap. 1. in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. III. pag. 483. ſed recte Broukhuſius ex codd. MSS. & primis edd. *ſinat* retinuit, quod etiam Regii, Colbertini, & reliqui omnes mei codices firmant, (praeter primum Voſſ. meumque alterum, in quibus *ſinet*) & Francio probabatur. ſic apud Martial. Lib. XI. Ep. 61.

Quodque ſenem Pylium non ſinat eſſe ſenem.

ex cujus imitatione patet ſic quoque ſcribendum apud Ovid. I. Faſt. 414.

Nequitia eſt, quae te non ſinat eſſe ſenem.

5. *Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras,*
Nec tibi clamatae ſomnus amarus erit.]

Gebhardus ex Commelini libro adſert *Ulla neque*, quod & Guyeto placebat, reclamantibus ceteris omni-

Sola eris, & ſolos ſpectabis, Cynthia, montes,
Et pecus, & fines pauperis agricolae.
Illic te nulli poterunt corrumpere ludi:
Fanaque peccatis plurima cauſſa tuis.
Illic adſidue tauros ſpectabis arantes,
Et vitem docta ponere falce comas.

Atque

omnibus codd. & edd. vetuſtis, in quibus conſtanter *Nulla neque*, vel *Nulla nec*, duplici negatione. vide Scalig. Paſſerat. & Broukhuſ. & recte huic loco id etiam vindicat Heinſius ad Virgil. Ecl. V. 25. *nulla neque amnem Libavit quadrupes.* ubi ſimiliter *ulla neque* in aliis MSS. ſimile illud Ovidii Lib. III. A. A. 71.

Nec tua nocturna frangetur janua rixa.
Sparſa nec invenies limina mane roſa.

& Rem. Am. 31.

Effice nocturna frangatur janua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.

altero verſu *damnatae* in nonnullis MSS. mendo ex frequenti confuſione literarum *cl* & *d* exorto. quod autem vir maximus J. Fr. Gronovius in notis ad Statii Silvas Lib. II. 6. v. 82. pag. 370. *clamatae* pro *conclamatae*, conploratae, intellexerit, invitus diſſentio. vita defunctam Cynthiam hic cogitare vetat *ſomnus amarus*, qui non de ſomno aeternali, ſed interrupto & turbato capiendus. ſenſus igitur loci eſt, ſomnum tibi non excutient vel turbabunt juvenes, nomen tuum ante januam clamando & ſaepius iterando, ut admittantur. commentarii vicem praebent illa Horatii Lib. I. od. 25. init.

Parcius junctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris juvenes protervi,
Nec tibi ſomnos adimunt; amatque
Janua limen,
Quae prius multum facilis movebat
Cardines. audis minus & minus jam
Me tuo longam pereunte noctem,
Lydia, dormis.

ubi malim legere,

Quae prius multis faciles movebat
Cardines.

multis nempe juvenibus, ut eleganter janua dicatur prius multis amatoribus faciles cardines aperuiſſe, non *multum movebat*, ut alii interpretantur, vel *multum facilis*, janua, quod Bentlejo adridebat. Cynthiae igitur, rure agenti & ſoli, ſomnum non ademturos procos dicit, ut contra ſomnum ipſi amarum reddituram eſſe tibiam tranſeuntis ſuae pompae funebris, dicit ſupra Eleg. VI. v. 11. vitioſe *ſomnus avarus* in Heinſiano & meo priore, *amatus* in Voſſiano.

10. *Fanaque peccatis plurima cauſſa tuis*] *Famaque* in Mentel. duobus Leid. tertio Voſſ. & ſecundo D'Orvill. *Vanaque* in Borrich. & meo priore. *Phanaque* in primo & quarto Voſſ. meo ſecundo, & antiquiſſ. edd. *fana* forte Iſidis vel Serapidis intelligit; quia in illarum templis vel fanis frequentes verſabantur lenae & meretrices ad inliciendas puellas. vide Beroaldum ad h. l. & doctorum notas ad Ovid. Lib. I. A. A. 77. unde ſub praetextu ſacrorum Iſidis ſaepe ſe excuſabant, & amatoribus conſuetis ſui copiam negabant, tamquam ſecubiturae. notum illud Ovidii Lib. I. Am. 8. 74.

Et modo quae cauſſas praebeat, Iſis erit.

vide Broukhuſ. ad Tibull. I. 3. 29. hinc & in Iſidis ſacra invehitur Propertius infra El. XXIV. poſſunt etiam Bonae Deae templa intelligi, quae ſaepe etiam Veneris ſacraria erant, unde Iſidis & Bonae Deae fana hac in re jungit Ovidius Lib. III. A. A. v. 633. & ſeqq.

Quid faciat cuſtos, cum ſint tot in urbe theatra,
Cum ſpectet junctos illa libenter equos.
Cum ſedeat Phariae ſiſtris operata juvencae,
Quoque ſui comites ire vetentur, eat.
Cum fuget è templis oculos Bona Diva virorum,
Praeterquam ſi quos illa venire jubet.

12. *Et vitem docta ponere falce comas*] *vitem doctam ponere* caſtigabat Scaliger, id eſt ſolitam ponere. ſed contra omnes libros ſcriptos editoſque. & recte hanc Scaligeri emendationem rejecit Cuperus in praef. ad Apotheoſ. Homer.

pag.

Atque ibi rara feres inculto thura ſacello,
Haedus ubi agreſtes corruet ante focos,
Protinus & nuda choreas imitabere ſura,
Omnia ab externo ſint modo tuta viro.
Ipſe ego venabor. jam nunc me ſacra Dianae
Suſcipere, & Veneri ponere vota juvat.

Inci-

pag. 6. & 7. Heinſius ad oram ed. Ald. tentabat, *inducta falce*, ut apud Virg. I. Georg. 316. *meſſorem induceret arvis.* idem in notis Propertianis pag. 695. conjecit *ſectas ponere falce comas.* vel *admota falce.* Sed haec poſtea rejecit. & merito. vulgata minime ſollicitanda, & recte a Broukhuſio probata eſt, qui *doctam falcem* exponit docti ſeu periti putatoris falcem. ſic *doctam bipennem* Valerio Flacco Lib. I. v. 122. adferuit Patruus meus; & pluribus illum loquendi modum, loci hujus Propertiani non inmemor, illuſtravit. *ponere falce comas*, ut apud Virgil. XII. Aen. 209. de arbore reciſa:

—— *poſuitque comas & brachia ferro.*

13. *Atque ibi rara feres inculto thura ſacello*] *Illic rara feres* Francius & Guyetus. ut paullo ante *Illic te nulli*, & *Illic adſidue.* *Atque iterata feres* conjecerat Heinſius. ſed *rara* vocat *thura*, quia *incultum* erat ſacellum, & minus frequentabatur. *ſeres* vitioſe in Borrich. *rara fides* in codicibus Regiis & primis edd. *tura ferre* locutio eſt pluribus exemplis adſerta ab Heraldo ad Arnobium pag. 268. de ſacellis, quae in fundis ſuis habebant lautiores, vide hic Broukhuſ. & Colvium in notis ad Apulej. pag. 257.

14. *Haedus ubi agreſtes corruet ante focos*] *agreſtis* Neapol. Groning. Leid. ſec. uterque D'Orvill. *Haedus ibi agreſtis* in primo & tertio Voſſ. meoque ſecundo. erudita ſunt quae hic notavit Broukhuſius contra Paſſeratium, Faunalia interpretantem, ut oſtenderet locum hunc ad Fontinalia reſpicere, quae menſe Octobri, inmolato haedo, inſtituebantur. ſed quid vetat Dionyſia agreſtia intelligere, *quae antiquiſſimi ruſtici, confecta vindemia, faciebant*, quando caper Libero inmolabatur, ut dicit Servius ad illud Virgilii II. G. 381.

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caeditur, & veteres ineunt proſcenia ludi.
Praemiaque ingeniis pagos & compita circum
Theſidae poſuere: atque inter pocula laeti
Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.

ubi ſaltationes ruſticae etiam adduntur, ut mox *choreas imitabere*, & *ludi* memorantur, quorum etiam meminit noſter paullo ante v. 9. & hos *choros* agreſtium Bacchanalium, tempore vindemiarum ductos, deſcribit Tibullus Lib. II. El. 1. v. 51. & ſeqq. haec autem incidebant in illam aeſtatis partem, qua Cynthiae volupe erat ruſticari, ſed quibus agricolarum oblectationibus corrumpi eam non poſſe ſibi perſuadet poëta, quippe voluptatibus & ludis magis urbanis adſuetam, modo a viro externo, ſeu rivali Romano, illuc etiam ſe conferente, nihil metuendum eſſet.

15. *Protinus & nuda choreas imitabere ſura*] *meditabere* reponebat Guyetus, bene Broukhuſio refutatus. & vulgatam e ſuis etiam libris adfert Neſtor in Vocabular. pag. 37. b. in *chorea.* liberiore conjectura tentaverat Heinſius,

Et Dryadum nuda choreas imitabere ſura.

ſed puellarum agreſtium choreae intelligi poſſunt, quas viſas protinus imitaturam eſſe Cynthiam innuit. ut in loco Virgilii, quem Paſſeratius & Broukhuſius adferunt, Ecl. V. 73.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſiboeus.

nuda ſura hic non eſt pede nudo, ſed cothurno ad ſummam ſuram inducto, ex habitu Nympharum, ut recte Paſſeratius, quem etiam vide ad Catull. Epithal. Pelei & Thetid. v. 129. pag. 46.

18. *& Veneri ponere vota juvat*] *nota* conjecerat Guyetus, inprobante Heinſio. & merito. v. Sciopp. ad Apulej. p. 109. *ponere vota* pro dedicare expoſuit Paſſeratius, ut ſupra El. VIII. 26.

Ponitur hic imos ante corona pedes.

ſic Lib. II. El. XI. 27.

Has pono ante tuam tibi, diva, Propertius aedem
Exuvias.

Incipiam captare feras, & reddere pinu

20. Cor-

Marklandus adſcripſerat *ponere* hic eſſe *deponere vota*, olim Veneri facta, ut alibi, *poſita pace* pro *depoſita*. ſed Paſſeratio praeferenda videtur, hoc ſenſu, poſthabita Venere, cui votivas ſuſpendam tabulas, totum me Dianae, dabo ex amatore venator factus. ut reſpexerit ad ritum, quo ſolebant arma ſuſpendere & tabulas votivas illis numinibus, quibus ſatis ex voto operati erant. quod bene hic illuſtravit Vulpius.

19. *Incipiam captare feras, & reddere pinu Cornua*] *tractare feras* in D'Orvill. altero, a manu ſec. reliqua hoc in verſu mendoſa eſſe non dubito. quid enim eſt *reddere pinu cornua?* de ritu, quo cervorum & ſimilium ferarum cornua, arboribus ſacris ſuſpenſa, Diis, & in primis Dianae, dedicabantur. explicat Colvius ad Apulej. pag. 162. & ſic fere Paſſeratius tam in notis ad h. l. p. 323. quam ad Catullum pag. 44. & Schottus Lib. I. Obſerv. c. 12. hoc etiam Heinſio in mentem veniſſe videtur, quia conjecerat *ſuſpendere pinu Cornua*. ſed vota & ſacra Dianae ſuſcepta jam memoraverat. hic autem ſpecies venationis indicari videtur, quae mendo obſita eſt. infeliciter Ayrmannus tentabat, *flectere pinu*. videamus codicum veterum ſcripturas. *primum* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *pinum* in Voſſ. tertio. *pũm* in ejuſdem primo. *pinu* in meo ſecundo. *pinnu* in primis edd. Dudum eſt, quod divinaverim,

Incipiam captare feras, & nectere (vel *prendere*) pinnis
Cornua.

ut intelligamus de pinnis in venatione adhibitis ad formidinem avium & ferarum, quas in inſidias agebant & claudebant. & huic conjecturae opitulantur codices MSS. in quibus *pinni*, ut in primo Vaticano, Voſſ. tertio a manu ſecunda, & D'Orvilliano. Nemeſianus Cyneg. v. 303.

Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quae poſſit, volucreſque metu concludere praedas,
Digerat innexas non una ex alite pinnas.

Seneca Hippolyto v. 45.

——— *alius raras*
Cervice gravi portare plagas,
Alius teretes properet laqueos: ...

Picta rubenti linea pinna
Vano cludat terrore feras.

ubi in Leid. cod. *prima*. eadem confuſione, & in eodem ac Trajectino *claudat*. unde *ludat* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 6. ſed *cludat*, vel *claudat*, illic non eſt mutandum, quia lineis & pinnis clauduntur, ſive cinguntur ferae, non eluduntur. idem Seneca Lib. II. de Ira cap. 12. *Non eſt mirum, cum maximos ferarum greges linea* pinnis *diſtincta contineat, & in inſidias agat.* & Lib. I. de Clem. cap. 12. *Sic feras lineis &* pinna *cluſas contineas, eaſdem a tergo eques telis inceſſat.* ubi in cod. Amſtelaed. *lineas & primae cluſas contineas.* ad quem locum plura de hoc venandi modo dabit Lipſius. & adde Rittershuſ. ad Oppian. Cyneg. Lib. IV, 387. Colvium ad Apulej. p. 258. & Titii ac Barthii notas ad Gratii Cyneg. v. 75. apud Manilium Lib. V. 184. *ducuntur & ipſi Retibus, & claudunt campos formidine pinnae.* ut legit Marklandus ad Statii Silvas pag. 43. quod Virgilii & Lucani locis optime firmat. Auſonius Epiſt. IV. 28.

An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
Circumdas maculis, & multa indagine pinnae.

vel *multae indagine pinnae*, ut Heinſius. ſic in Epigrammate veteri Tom. I. Anth. Lat. p. 499. loco mendoſo,

Si vero alitibus fraudem contexere pinna,
Seu magis inbelles libuit circumdare cervos.

ut legendum. huc referrent etiam nonnulli locum Valerii Fl. Lib. VI. 421.

Quam cervos ubi non Umbro venator edaci,
Non penna *petit.*

ubi *pinna* in antiquis edd. ſed illic *pennam* de ſagitta intelligendam Patruus meus cenſet. Cel. Ruhnkenius tamen ſuſpicabatur aliud hic latere venandi genus, quod forte reperietur comparatione Ovidii Epiſt. IV. 41.

In nemus ire libet, preſſiſque in retia cervis,
Hortari celeres per juga ſumma canes.

qui locus nonnihil favere poſſet *pinnis*, quibus terrebant, & in inſidias, ut Seneca dicit, agebant, atque *in retia premebant* cervos, aliaſque feras.

20. &

Cornua, & audaces ipſe monere canes.
Non tamen ut vaſtos auſim tentare leones,
Aut

20. *& audaces ipſe monere canes*] *movere* eſt in Menteliano, ſecundo & quinto Vatic. Borrich. duobus Leid. primo & tert. Voſſ. Heinſiano, utroque meo, & D'Orvill. neque aliter in primis edd. ſed *monere* pro eo, quod Ovidio d. l. & aliis eſt *hortari*, adſtruit Gebhardus p. 199. probante Broukhuſio. de quo vid. infra ad Lib. III. El. 12. 14. *movere* tamen, quia tot numero codices in hanc lectionem conſpirant, hic capi poſſet pro irritare, ceſſantes laceſſere, exſtimulare. vid. ad Lib. I. El. 15. 26. certe jam Volſcus *movere canes* expoſuit incitare ad feras prehendendas, alioſque mendoſe *monere* legere notavit.

21. *Non tamen ut vaſtos auſim tentare leones*] ſuam Propertio reddidi ſcripturam *tentare leones*, quam unius Groningani codicis auctoritate, ac praeeunte, quod miror, Palmerio in Spicileg. p. 797. inmutavit, & *temerare* edidit Broukhuſius, productis exemplis parum ad rem facientibus: nam ſingula veterum loca, quae adfert, ad ſacra, & res non ſine piaculo violandas, ſpectant, quae optime *temerari* dicuntur. vide quae notavi ad Anthol. Lat. Tom. II. pag. 23. & praeſertim pag. 674. ubi ſimili varietate in Catonis Diris v. 157. legebatur,

Sacratamque meae vittam tentare puellae.

pro quo illic recte Broukhuſ. *temerare* emendabat, idque pluribus ibidem confirmavi, ſed hic valde alienum eſſe monui, licet *tentare* ibidem quoque retineri poſſet, ea ſignificatione, qua *tentare pudicitiam* recte dicitur. ut Tibullo Lib. I. El. 3. 73. *Illic Junonem tentare* &c. ubi vide Broukhuſ. & Patrui mei notas ad Ovid. Lib. I. A. A. 273. *temerare* igitur minime convenit huic loco, in quo *tentare* omnes fere codices, quorum variantibus utor, & priſcae editiones, tuentur, praeter Excerpta Modii, hoc eſt Groninganum codicem, & ſecundum D'Orvill. *attentare* in Voſſ. tertio. *captare* in altero Leidenſi. ſed *tentare* confirmatur imitatione Gratii in Cyneg. v. 515.

Non tamen Hiſpano Martem tentare *minacem Auſim.*

Marklando etiam diſplicuiſſe *temerare*, patet, quia codici ſuo, Broukhuſium innuens, adleverat, *male Vir Cl. edidit temerare.* & jam N. Heinſius in Notis Propertianis p. 695. illud *temerare*, a Palmerio excogitatum, rejecit; cujus emendationes, plerumque abſurdas, ceteroquin raro probare aut ſequi ſolet Broukhuſius, a quo diſſentit etiam, & alterum vindicat Patruus meus ad Valer. Fl. 1. 529. quia *tentare* proprium de arduo & perículoſo molimine. illum vero, dum veterem ſcripturam contra Broukhuſium propugnat, *hic quidem recto judicio uſum* agnoſcit Cel. Hemſterhuſius in Animadverſ. ineditis, & *tentare* pluribus vindicat. Heynius quoque in notis ad Tibull. Lib. IV. El. 3. pag. 391. repudiavit illam lectionem, contextui male a Broukhuſio ingeſtam, & *tentare leones* pro laceſſere, adgredi, poſitum docuit. tota vero illa Tibulli Elegia, cum his Propertianis conferri meretur. *tentari* autem proprie dici periculoſa, & ideo *audere* adjungi, patet ex Nemeſ. Cyneg. v. 62.

Nunc primum dat vela Notis, portuſque fideles
Linquit, & Hadriacas audet tentare *procellas.*

quod recte pro *tranare* vindicant viri docti. notum illud Virgilii Ecl. IV. 32. *Quae* tentare *Tethyn ratibus.* ſupra apud noſtrum El. IX. 19.

Intactos iſto ſatius tentare veneno.

vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. I. v. 197. praeſertim vero *auſim* confirmat ſinceritatem lectionis *tentare*, ut in Gratii & Nemeſiani locis, modo productis, & apud noſtrum Lib. I. El. 6. 3.

Cum quo Riphaeos auſim *conſcendere montes,*
Ulteriuſque domos vadere Memnonias.

ut illic legendum probavi, pro *poſſim.* & hinc nihil mutandum apud Ovid. V. Faſt. 176.

——— *in apros*
Audet, & hirſutas cominus ire leas.

ubi *Gaudet* malebat Heinſius. Idem quoque ad oram ed. Aldinae hic conjecerat,

Non tamen inpaſtos *auſim* ut *tentare leones.*

forte quia *inpaſtos* ſeu eſurientes leones adgredi periculum auget & audaciam. ſed *vaſtus* proprium epitheton de feris majoribus & ſupra modum ingentibus. neque etiam opus eſt emendatione Ayrmanni, *Non tamen aut vaſtos*, quia ſequitur
Aut

Aut celer agreſtes cominus ire ſues.
Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere, & ſtructo figere avem calamo:

25. Qua

Aut celer agreſtes &c. eſt enim hic eadem ellipſis, quae apud Ovid. Epiſt. V. 83.

Non tamen ut *Priamus Nymphae ſocer eſſe recuſet,*
Aut *Hecubae fuerim diſſimulanda nurus.*

ubi aliis etiam placebat *aut Priamus.* ſed vide illic Heinſii notas. Denique difficultatem illam, quam in fine notae ſuae movet Broukhuſius de *leonibus* in Italia non exſtantibus, tollit D'Orvillius nodumque ſolvit in Obſerv. Miſc. Vol. V. Tom. I. pag. 126. ſuum quoque calculum adjiciens illis, qui *tentare* hic prae Broukhuſii lectione *temerare* longe praeferunt.

22. *Aut celer agreſtes cominus ire ſues*] Marklandus in ora libri ſui corrigendum notaverat, *agreſti cominus ire ſui.* addens locum ex Lib. III. El. 1. 26.

Fluminaque Haemonio cominus iſſe viro.

ſed dubitans tamen, an non illic *Haemonium virum* legendum ſit. praeſertim quia non ſine praepoſitione hac phraſi utitur Ovid. V. Faſt. 175.

——— in apros
Audet, & hirſutas cominus ire leas.

ſed eodem modo, quo Propertius, etiam loquitur Statius Lib. III. Theb. 100.

—— qui cominus auſus
Valere contemtum Regis, quaque ampla veniret
Libertas, ſancire viam.

& hanc lectionem huic loco, & alteri Martialis, vindicavit Rhodius ad Scribon. Larg. p. 45. neque etiam repudiavit Naugerius hac locutione ſic uti in Elegia ad puellam ruſticantem;

Cingeret obſeſſos ſeu curva indagine colles,
Seu cuperet ſaevas cominus ire feras.

non *ſaevis feris.*

23. *—— lepores audacia molles*
Excipere, & ſtructo figere avem calamo]

nihil variant codices. Heinſius tamen in margine ed. Ald. conjecerat *Exigere.* ſed *Excipere* proprium in venatu verbum eſſe patebit ex notis ad Valer. Fl. Lib. VI. 422. pro *ſtructo calamo* non tantum in vetuſtiſſimis editionibus, ſed & in codd. MSS. legebatur *ſtricto*, quibus accedunt Mentel. bini Leidenſes, tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei. & hoc contra Broukhuſium tuetur Cel. Hemſterhuſius in Animadverſionibus ad h. l. *ſtructo* firmatur a primo Vaticano, & Paſſeratii codice, & hoc intelligunt viri docti de aucupio viſcato, quod ſtructa vel creſcente arundine fiebat, & deſcribitur a Martiale Lib. IX. Ep. 54.

Et creſcente levis traheretur arundine praeda,
Pinguis & implicitas virga teneret aves.

tale innuit noſter Lib. III. El. XI. 46.

Sive petas calamo praemia, ſive cane.

& Lib. IV. El. 2. 33.

Caſſibus inpoſitis venor: ſed arundine ſumta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.

ubi *arundine ſtructa* etiam reponi poſſet. de hoc aucupio intelligendum illud Bionis Idyll. II. 5.

— ἄνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ,
Τὰς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ᾽ ἀλλάλοισι συνάπτων.

& Virgilii, Lib. I. Georg. 139.

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inventum.

Prudentius Hamartig. v. 806.

—— laqueos ubi callidus auceps
Praetendit, lentoque inlevit vimina viſco.

vid. Gronov. ad Senecae Octav. v. 412. *ſtructa avena* ſimiliter Valerio Fl. III. 523. ut pro *ſtricta habena* legit Heinſ. ad Silium Ital. VII. 675. quo loco deſcribitur his verſibus:

Ut qui viſcata populatur arundine lucos,
Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim
Subſtructa certat tacitus contingere meta;
Sublimem calamo ſequitur creſcente volucrem.

ubi plura Heinſius, *ſtructum calamum* huic Propertii loco etiam cum Salmaſio ad Solin T. II. p. 1088. vindicans, & de hoc viſcati aucupii genere

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit, & niveos abluit unda boves.
Tu quoties aliquid conabere, vita, memento
Venturum paucis me tibi luciferis.
Sic me nec ſolae poterunt avertere ſilvae,
Nec vaga muſcoſis flumina fuſa jugis:
Quin ego in adſidua mutem tua nomina lingua,
Abſenti nemo ne nocuiſſe velit.

ELEG.

nere vid. Gronov. III. Obſerv. cap. 18. p. 566. G. Voſſium ad Valer. Fl. Lib. VI. 262. & plura de eo notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 178. *ſtricto* tamen *calamo* hic retinendum notat Schurzfleiſch. ad Thadd. Donnolam de patria Propertii pag. 104.

26. *& niveos abluit unda boves*] *pedes* prave in Voſſ. pr. meo ſecundo, aliiſque MSS. *abluit amne boves* conjecerat Marklandus, nimirum Clitumnus. conferendus, ut alios de Clitumni aqua albos boves reddente omittam, Statii locus Lib. I. Sylv. 4. 128.

—— non ſi vacuet Mevania valles,
Aut praeſtent niveos Clitumna novalia tauros.

quae *niveos boves* huic loco adferunt. ſed male illic *omnes tauros* Marklandus, cum *niveos* hic Propertii verſus tueatur. notum illud Virgilii Lib. II. Georg. 146.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro.

ubi Servius: *Clitumnus fluvius eſt in Mevania, de quo, ut dicit Plinius in Hiſt. Nat. animalia, quae potaverint, albos foetus creant.* vide Th. Donnolam de patria Propert. §. CXI. pag. 119. & de Clitumno Miſſon. Itinerar. Ital. Tom. I. p. 236. ſed plura in Diſſert. Italica Abbatis Ridolfini Venuti, de Clitumno, ejuſque templo antiquiſſimo, edita Romae 1753. ſic & alia flumina, quae vellera animalium hoc vel illo colore tinguerent, recenſet Georg. Fabricius ad Horat. Lib. II. od. 6. 10.

27. *Tu quoties aliquid conabere*] *Tum quoties* Douſa P. *aliquid conari* pro male precari exponit Broukhuſius, neque tamen videtur Paſſeratii interpretatio pro peſſima habenda eſſe, qui *aliquid conabere* ita ſimpliciter poſitum, pro aliquid in me peccare meditaberis, explicabat. ut *conari* etiam abſolute aliis de rebus utuntur. vide Barth. ad Stat. VI. Theb. 804. de locutione *paucis luciferis*, pro intra paucos dies, praeter ea, quae ad hunc locum idem notat Paſſeratius, adde etiam illius notas ad Cic. pro Arch. cap. 4. p. 296. & Guyeti ad Terent. Andr. 1. 1. p. 8. & ad Hecyr. 1. 2. pag. 178.

29. *Sic me nec ſolae poterunt avertere ſilvae,*
Nec vaga muſcoſis &c.]

Si me in primo Leid. *Hic me* Paſſerat. *non ullae poterunt* in aliis. *ſolit.* in Groning. forte pro *ſolitae. muſcoſis jugis*, ut infra El. XXIII. 28.

—— libeat tibi, Cynthia, mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

31. *Quin ego in adſidua mutem tua nomina lingua*] obſcuri loci ſenſum vix me adſequi fateor, neque haec ſe intelligere, codici ſuo adſcripſerat Marklandus. vellem ei lucem aliquam adfudiſſet Broukhuſius. Sed nec alii Interpretes quidquam laude dignum contulerunt. abſonum enim eſt *muſſem tua nomina*, quod Palmerius fabricaverat. neque capio Livineji conjecturam *in occidua*. docte hunc locum a Paſſeratio expeditum laudat Gebhardus. valde ſane aeſtuat Paſſeratius, & ſe torquet, ut aliquem his verſibus adcommodet ſenſum: vel enim credit locutione illa *mutem tua nomina*, quia *vita* praecedit, indicare Propertium, ſe blanditias illas vocum, quibus nunc *vitam*, nunc *voluptatem*, nunc *corculum*, nunc *mel meum*, nunc *meos lepores*, ſuas puellas vocare ſolent poëtae, non in ore habiturum, cum Cynthiam nominaret, ne quis abſenti nocere vellet: vel *mutem nomina* explicandum ſuſpicatur, alternis jurgiis blanditias illas permutaturum, nunc *delicias* ſuas, *lepores*, & *vitam* appellando, nunc vero ut *perfidam*, *ingratam*, *improbam* inſectando. Sed his interpretationibus ſuaviter potius nugari videtur Paſſeratius,

ELEG. XVI.

Quid fles abducta gravius Briſeide? quid fles
Anxia captiva triſtius Andromacha?
Quidve mea de fraude Deos, inſana, fatigas?

Quid

ratius, quam obſcura docte expedire. Ayrmannus tentabat,

Quin ego conſueta cantem tua nomina lingua,
Abſenti nemo ſic nocuiſſe velit.

audacter ſane, & contra poëtae mentem, ut puto. His miſſis videamus an forſitan hoc modo ſcripſerit poëta,

Quin ego inadſueta vitem *tua nomina lingua*,
Abſenti nemo ne nocuiſſe velit.

illo ſenſu, dum ruſticaris, contra ſolitum morem, quo nomen tuum mihi ſemper fere in ore eſt, vitabo de te loqui apud alios, ne abſenti quis mala dicta ingerat, aut corruptor aliquis juvenis te quaerat in agris, & a me avertat. ſic enim v. 3. hujus Elegiae,

Nullus erit caſtis juvenis corruptor in agris,
Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam.

hinc Helena Paridi praecipit, ut vitaret laudes ſuas evulgare, ne ſibi noceret Menelaus, apud Ovid. Epiſt. XVII. 167.

Fama quoque eſt oneri, nam, quo conſtantius ore
Laudamur veſtro, juſtius ille timet.

& eodem ſenſu Lib. III. Amor. El. 12. 9.

Et merito. quid enim formae praeconia feci?
Vendibilis culpâ facta puella meâ eſt.
Me lenone placet, (f. *patet*) *duce me perductus amator.*
Janua per noſtras eſt adaperta manus. &c.

vel vitato de te ſermone occaſionem praecidere adnitar, ne quis male de te loquatur, aut ſi levitatis te criminetur, ſurdas ei opponam aures. ut infra El. XVI. 13.

De te quodcumque; ad ſurdas mihi dicitur aures,
Tu modo ne dubita de gravitate mea.

ſi quis nodum felicius ſolverit, lubens ei adſurgam. *nemo non nocuiſſe* in quinto Vatic. Borrich. ſecundo Leid. primo & tertio Voſſ. utroque D'orvill. & meis. edd. Aldinis, aliiſque. *me nocuiſſe* in Mentel. & primo Leid. ſed *ne* in Regiis & Colbertinis, Modii Excerpt. ſeu Groning. & primis edd.

Eleg. XVI.] Huic Elegiae occaſionem dediſſe pugillares a Cynthia ad Propertium miſſos, in quibus de ejus perfidia querebatur, colligit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 128. quod admodum veroſimile videtur, idemque conjecerat Beroaldus ad v. 33. Guyeto autem notha videbatur haec Elegia. rationes vellem addidiſſet. tota enim genium Propertianum ſpirat. in uno codice Colbertino nulla hic erat a praecedenti Elegia ſeparatio, ſed ei adnectebatur.

3. *Deos, inſana, fatigas*] *veſana* in cod. Scalig. ut ipſe edidit, licet invitis ceteris MSS. & editionibus. utrumque in vehementiori dolore, aliove adfectu uſitatum, & *veſana* noſtro frequens eſt. ſupra El. VII. 48.

Candida veſana verberat ora manu.

ubi vide Paſſerat. Lib. III. 10. 7.

Tu tamen injecta tectus, veſane, lacerna.

praeſertim de amoris aeſtu. ut h. L. El. 12. v. 29.

Errat qui finem veſani quaerit amoris.

vide Markland. ad Statii Silvas p. 120. *Deos fatigas* recte expoſuit Broukhuſius. exemplis ab eo productis adde quae dedit Cl. Drakenb. ad Silium Ital. VI. v. 573. ſic Fama rumoribus vagis & malignis terras *fatigare* eleganter dicitur Valerio Fl. Lib. II. v. 121.

—— terraſque fatigat,
Quas datur: audentem primi ſpernuntque foventque:
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.

ubi legendum opinor,

—— terraſque fatigat,
Quas adit: *audentem primi ſpernuntve foventve.*

vel ex antiquis edd. cum Cel. Ruhnkenio, revocan-

Quid quereris noſtram ſic cecidiſſe fidem?
Non tam nocturna volucris funeſta querela
Attica Cecropiis obſtrepit in foliis.
Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrimas depluit è Sipylo.

Me

candum, *Qua datur*, pro qua licet. *territat urbes* Virgilio, cujus locum illic imitatur Valerius, Lib. IV. Aen. 187. paſſim quoque *fatigare* aliquem *precibus*, *legationibus*, & ſim. vide J. Vorſtii notas ad Sulpic. Sever. Dial. I. cap. 4. p. 382.

4. *noſtram ſic cecidiſſe fidem*] novi qui conjiceret *noſtram ſuccubuiſſe fidem.* ut in illo Didonis apud Virg. IV. Aen. 19.

Huic uni forſan potui ſuccumbere culpae.

ejuſque imitatione Ovid. VII. Met. 749.

Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpae
Me quoque muneribus.

ſed nil muto. Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 96.

Quam cadat externo noſter amore fides.

& Lib. II. ex P. Ep. 3. 10.

Et cum Fortuna ſtatque caditque fides.

7. *Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba*
Sollicito lacrimas depluit è Sipylo.]

Non tantum in uno Voſſ. *ſuperbae* in Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. binis Leidenſ. primo & tertio Voſſ. ſecundo D'Orvill. *ſuperbe* in Neapolit. primo D'Orv. meo utroque, & Voſſ. tertio pro varia lect. *ſuperba* a manu pr. *Niobae ſuperbae* in primis edd. deinde *lacrimans* in uno Colbertino, Askew. & meo ſecundo, in quibus etiam *defluit a Siphilo* vel *Sipilo*, ut in utroque Leidenſ. tribus Voſſ. binis D'Orvill. meoque ſecundo. *a Syphilo* Neapol. *in Sipylo* quintus Vatic. *lacrimas* tamen in primo & ſec. Vatic. Neapol. Groning. & Regiis, in quibus etiam *defluit*, ut in reliquis omnibus unanimi conſenſu, & in vetuſtiſſ. edd. Heinſius notis Ovidianis legit, *Niobe ſuperba Sollicito lacrimae depluit*, probante Broukhuſio, vel *ſuperbae Sollicito lacrimae depluit* in notis Propertianis p. 695. Patruus meus ad Virg. III. Aen. 348. conjecit,

Nec tantum Niobae bis ſex ad buſta ſuperbae
Sollicito lacrimae depluit e Sipylo.

hoc verborum ordine, *Nec tantum lacrimae depluit ſuperbae Niobae*, ut *depluit* non tantum augeat, ſed & de lacrima decidente, & in terram manante capiatur, quo ſenſu *defluit* etiam ſtare poſſet. ſed vulgatam defendit eruditiſſimus Henr. Canneg. ad Aviſeni Fab. IV. pag. 37. & operoſe de hoc loco contra Broukhuſium egit Hagenbuchius in Epiſt. Epigraph. pag. 142. & ſeqq. qui *lacrimas defluit* tuetur. cui ſubſcribit Buherius p. 235. nonnullis placebat, *Niobe a Sipylo*, pro *Niobe Sipyleïa*, ut *Magneſia a Sipylo*, & ſimilia apud alios. de quo Spanhem. Tom. I. de praeſt. Numiſm. pag. 656. quod omnium minime placet, & recte ut nimis longe quaeſitum rejicitur a D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. I. p. 127. 128. de Niobes ſtatua in Sipylo vide Pauſaniam in Atticis cap. XXI. Sophocl. in Antig. 835. & ſeqq. & illic Scholiaſt. Loco autem huic perquam ſimile eſt illud Leonidae Lib. III. Anthol. Gr. Tit. VII. Ep. 5. p. 316. ed. Obſop.

Πέτρος ἔτ' ἐν Σιπύλῳ Νιόβη, θρηνοῖσιν ἀμάζει
Ἑπτὰ δὶς ὠδίνων μυρομένη θάνατον.
Λήξει δ' οὐδ' αἰῶνι γόου. τί δ' ἀλαζόνα μῦθον
Φθέγξατο, τὸν ζωῆς ἅρπαγα, καὶ τεκέων.

quod ſic vertebat Hugo Grotius:

Jam lapis in Sipylo Niobe non ceſſat, & illic
Flere, bis heu ſeptem partubus orba parens.
Nulla dies luctum claudet. cur? verba ſuperba
Protulit, & vita quae luit & ſobole.

Mihi recepta lectio, quam è Broukhuſio dedi, commode ſervari, vel *Niobe ſuperba lacrimas defluit*, aut *depluit*, quod parum refert, legi poſſe videtur, quia *Niobe lacrimas defluit* locutio mere Propertiana eſt. ut autem hoc loco *ſuperba Niobe lacrimas defluere* dicitur, ſic apud Naſonem Epiſt. XX. 105.

Quaeque ſuperba parens, ſaxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis exſtat humo.

Seneca Herc. Fur. 390.

Riget ſuperba Tantalis luctu parens,
Moeſtuſque Phrygio manat in Sipylo lapis.

Me licet aeratis adſtringant brachia nodis,
Sint mea vel Danaës condita membra domo;

In

& Agam. 375.

——— tu Tantalidos
Funera matris victrix numeras,
Stat nunc Sipyli vertice ſummo
Flebile ſaxum.
Et adhuc lacrimas marmora fundunt
Antiqua novas.

ubi quae de codd. MSS. verba illa inſerentibus *Et adhuc lacrimas maeſta aeternum Marmora manant*, notat Gronovius, a codice Ultrajectino firmantur, nam *Antiqua novas* interpolata ſunt: & recte *lacrimas manant*, pro *mittunt*, ut in aliis, tuetur, quae conferenda ſunt cum notis Heinſii ad Ovid. VI. Met. 311. ubi de eadem Niobe, *& lacrimas etiamnum marmora manant.* idque *lacrimas depluere* hic dicitur Propertio. huc facit etiam Theodoridae Epigramma Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. IX. Ep. 4.

Στᾶθι πέλας, δάκρυτον ἰδὼν, ξένε, μύρια πένθη
Τᾶς ἀθυρογλώσσου Ταντολίδος Νιόβας.
Ἃς, ἐπὶ γᾶς ἔτρωσε δυωδεκάπαιδα λοχείην
Ἄρτι, τὰ μὲν Φοίβου τόξα, τὰ δ' Ἀρτέμιδος.
Ἃ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα,
Πετροῦται. στενάχει δ' ὑψιπαγὴς Σίπυλος.

id eſt, ex ejuſdem Grotii interpretatione,

Hoſpes ſiſte gradum, nimiiſque ſuperba locutae
Tantalidos Niobes illachrymare malis.
Biſſex ediderat partus, quos tempore eodem
Hinc arcu Phoebus ſtravit, & inde ſoror.
Sic miſera in mediam ſilicis carniſque figuram
Concrevit: Sipylus triſtia fata gemit.

Quod vero Beroaldus in quibuſdam exemplaribus *bis ſeptem ad buſta* legi teſtetur, ne unum quidem ex tot codicibus, quos vel alii adhibuerunt, vel quorum Excerptis utor, habet adſtipulantem, neque ullam editionem antiquam; licet in numero liberorum Niobes varient admodum veteres, quorum diverſas ſententias jam Volſcus & Livinejus hic memorarunt. ſed prae ceteris erudita ad hunc locum eſt Broukhuſii nota. paullo ante per *avem Cecropiam* neque noctuam cum Paſſeratio, neque hirundinem cum Beroaldo, ſed luſciniam intelligendam eſſe evincit Sophoclis locus, a Vulpio oportune hic productus, in Electra v. 147. & ſeqq. ubi ſimiliter lugubris luſciniae & Niobes fletus conjunguntur. paſſim enim philomela *avis Attica*, & *Pandionia* poëtis vocatur, & ideo hic *funeſta* dicitur quia nefas inceſti Tereos ſemper flere, & Ityn nocte dieque deplorare fingitur.

9. *Me licet aeratis adſtringant brachia nodis*] *Mi licet* in Voſſ. tertio. *adſtringat* in ſecundo Leid. primo Voſſ. & meo altero. *deſtringant* Heinſius, qui Guyetum legiſſe teſtatur,

Mi licet aerati conſtringant brachia nodi.

vincula ſine ulla MSS. auctoritate reponebat Clercquius Specim. ſecundo ad Lucanum pag. 23. *brachia* vindicat locus ex El. I. hujus Libri v. 71.

Idem Caucaſia ſolvat de rupe Promethei
Brachia, & a medio pectore pellat avem.

niſi & illic *ſolvat vincula* quis praeferat. ad Promethea forte Caucaſo adligatum hic verſus referri poſſet, licet Andromeden intelligat Livinejus. de Antiope cogitaverat Volſcus, quae a Dirce, quam maritus Lycus, ea repudiata, duxerat uxorem, in carcerem conjecta, ruptis vinculis in Cithaeronem aufugit. vid. Lib. III. El. 13. v. 11. & ſeqq. certe ad exemplum ſimile ex hiſtoria fabulari hic reſpicere poëta videtur. neque enim debebat Paſſeratius de lictoribus, brachia captorum catenis & loro adſtringentibus, vel de lictorum brachiis ſomniare. infeliciter etiam Interpres Delphinicus, *quamvis me catenis aeneis hominum brachia conſtringant.* *brachia* igitur ad Propertium ſpectant, ut ſeq. verſu *mea membra.* quapropter vel Guyeti probanda eſt conjectura, vel quia *adſtringat* in MSS. propius vulgatae inſiſteret, ſi legamus,

Mi licet aeratis adſtringar brachia nodis.

licet mihi adſtringar brachia vinculis aereis, locutione genium Propertii referente. nuperus interpres Propertii Gallicus de Longchamps diſtichi hujus verba interpretatione ſua invertit hoc modo, *quand je ſerois enfermé dans la tour de Danaé, quand j'y ſerois retenu par cent chaines d'airain.* ſed duo diverſa ſignificari, ſequens ſatis oſtendit diſtichon. altero verſu *Sunt mea nec* in Mentel. & Leid. primo. *damnes* vitioſe in plurimis MSS. pro *Danaes.* in meo ſecundo *nec damnes condita membra domo.* & in marg. *vel damnes condita membra domo.* *modo* etiam in cod. Livineji, Regiis, primo quartoque Voſſ. Excerptis Modii ſeu Groning. & utroque D'Orvill. trajecta

In te ego & aeratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferratam Danaës tranſiliamque domum.

De

jecta litera ex ſcribendi vitio. *Daphnes c. m. modo* in Excerptis Scalig. ſed *domo* requirunt ſequentia, quae repetuntur, & antecedentibus reſpondeant neceſſe eſt.

11. *In te ego & aeratas rumpam, mea vita, catenas*] *Ante ego* in Excerpt. Scalig. *In te ergo aeratas* D'Orvill. prim. *In te ego ferratas* quintus Vaticanus, primus Voſſ. v. c. Paſſerat. & noſter ſecundus. *A te* in ſecundo Leid. & D'orvill. *Tunc ego* ibidem conjicit Clercquius. ſed *In te* minime movendum, pro, propter te. ut ſupra El. VII. 24.

Tantus in erepto ſaevit amore dolor.

ubi *in erepto amore*, pro, propter ereptam Briſeïda, exponit Guyetus ad Terent. Prolog. Andr. v. 15. ut Ovidio III. A. A. 283 *in qua male vulneror una.* quod *propter quam* explicat Douſa, & cum hoc loco confert. & ſic in aliis locutionibus *in* ſaepe pro propter. vid. Vorſt. ad Valer. Max. Lib. V. cap. 9. §. 3. deinde pro *mea vita* in Excerptis Scaligeri & Palatino Gebhardi *mea jura.*

12. *Ferratam Danaës tranſiliamque domum*] *Aeratam* conjecerat Francius. *Eratam* certe in Askewiano. infra El. XXIII. 115.

Nec minus aerato Danaë circumdata muro,
Non potuit magno caſta negare Jovi.

Claudianus I. in Eutrop. 82.

Ille vel aerata Danaën in turre latentem
Eliceret.

Sed miror Interpretes Broukhuſiumque ſicco pede locum hunc ſatis difficilem tranſiluiſſe, & concoquere potuiſſe *Danaës tranſiliamque domum.* neque enim *tranſilire maria*, quod ex El. 14. in fine, cum his confert Paſſeratius, aliquid cum hac locutione habet commune, & multo minus hic verſus adjuvare poteſt lectionem Epigrammatis antiqui in Sirenas, quod edidi Tom. I. Anthol. pag. 115. ubi legitur vulgo:

Tranſiluit ſcopulos & inhoſpita litora claſſis.

illic enim *Tranſiit ut ſcopulos* cum Heinſio legendum nemo negabit, cui conſtat mens ſana. *trajiciamque* eodem ad Lucanum Specimine conjecerat Clercquius, pro perrumpam clauſus in Danaës turri. ſed aliud hic mendum latere, ſuſpicari licet ex veterum codicum ſcriptura, in quibus *Staſiliamque*, ut in Neapolitano, primo Leid. Voſſ. D'Orvill. & meo. vel ſeparata voce *Stas iliamque*, ut in meo ſecundo. *Stat iliamque* in altero D'Orvill. *traſiliamque* in Menteliano. ſimiles olim lectiones in aliorum MSS. fuiſſe patet ex Ant. Volſci ad hunc locum adnotatione; qui tradit nonnullos ſuo tempore *Strophiliamque domum* legiſſe, ut intelligatur Strophilus, cui Oreſtes cuſtodiendus fuit datus ab Electra, ut Aegiſthi crudelitatem effugeret, qui poſt occiſum Agamemnonem Oreſtae quoque inſidiabatur. Sed repudiata illa lectione, inclinat magis Volſcus in *Staſiliamque domum.* verba ejus adſcribi merentur: *ſi* Staſiliam *legi maluerimus*, *Staſilius erit intelligendus*, *Geginis filius*, *qui filiam Alicen*, *ut pudicitiam ſervaret*, *munitiſſimis penetralibus clauſiſſe dicitur. quem cum ſuperaſſet Coty Maſuis ex Callirroe filius*, *Alice potitus eſt*, *& ex ea Atyn filium ſuſcepit.* de hoc autem Staſilio ejuſque filia Alice, munitiſſima domo, virginitatis cuſtodiendae cauſſa, a patre incluſa, ſi quid certius conſtaret, (nam valde vitiata & ignota in illis verbis nomina propria videntur) optime Danaae adjungeretur, & *rumpam*, pro perrumpam, aperiam domum Danaës & Staſilii, ex verſu praeced. repetendum eſſet. dubium autem videtur, an innuat Propertius, ſe propter ſiniſtros de Cynthia rumores amori tamen ſuo non valedicturum, licet ipſe vinculis & carceri addictus eſſet, ut aliis eruditis amicis intelligendum videtur, qui *domum*, vel turrim, muro circumdatam exponebant, ut Lib. II. El. 23, 115. *aerato Danaë circumdata muro.* an vero Cynthiae adfirmet, licet propter proterviam & malos mores catenis, inſtar Andromedes, adligata, vel, ut Danaë, turri incluſa eſſet, ad illam tamen liberandam ſe omnia experturum eſſe: quem ſenſum hic praeferendum, & ideo emendatione non nimis libera locum hunc indigere opinor. nam quia *domo* ac *domum* hic inconconnius repetuntur, *Danaës condita membra domo*, & *Danaës tranſiliamque domum*, nata mihi fuit conjectura, praeſertim quia *domum* & *torum* alibi etiam haud raro confuderunt librarii, an forte hoc modo reſtitui poſſet,

Ferratum *Danaës* inſiliamque torum.

vel *Aeratum.* ut reſpiciat ad thalamum Danaës ferreum, vel aereum, quo eam turri incluſam in-

De te quodcumque, ad ſurdas mihi dicitur aures,
Tu modo ne dubita de gravitate mea.
15. Oſſa tibi juro per matris, & oſſa parentis:
(Si fallo, cinis heu ſit mihi uterque gravis!)

Me

incubare juſſit Acriſius. hinc Paulus Silentiarius Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 29.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
Ζεὺς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν τόδε μῦθον ἐγὼ τάδε, χάλκεα νικᾷ
Δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ. & ſeqq.

quod ſic vertit Grotius:

Ingreſſus Danaës aerata cubilia, *clauſae*
Jupiter effregit vincla pudicitiae.
Fabula non dubium eſt, ſibi quid velit: aerea tecta
Omnipotens aurum vinclaque cuncta domat.

ad quem locum Scholiaſtes e Pauſania adfert (Lib. II. cap. 23.) Παυσανίας ἐν Ἀργείων διηγήσει. ἀλλὰ δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια, καὶ κατάγαιον οἰκοδόμημα. ἐπ' αὐτῷ δ' ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε φρουρὰν τῆς θυγατρὸς ἐποίησεν. Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν. Lucianus in Timone Tom. I. Oper. pag. 122 ed. noviſſ. ἐν χαλκῷ ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην παρθενεύεσθαι. Ovidius Lib. III. Amor. El. 4. 21.

In thalamum Danaë ſaxo ferroque perennem
Quae fuerat virgo tradita, mater erat.

hac autem emendatione admiſſa, etiam paullo ante verſ. 10. cum cultiſſimo Santenio, cujus judicio in his perquam ſubacto ea mirifice placebat, legendum eſt, *Sint tua vel Danaës condita membra domo*, non *mea*. & ſic ſingula optime cohaerebunt. ſed & hoc amplius addam, legendum etiam videri, *Te licet aeratis*, non *Me*, & mox *In te* ex MSS. tuas nempe catenas frangam. adeo ut totus locus ſic conſtituendus videatur:

Te *licet aeratis adſtringant brachia nodis,*
Sint tua *vel Danaës condita membra domo:*
In te *ego & aeratas rumpam, mea vita, catenas,*
Ferratum *Danaës* *inſiliamque* torum.

ut primo & tertio verſu ab Andromede ducatur comparatio. infra Lib. III. El. 21. 29.

Non hic Andromedae reſonant pro matre catenae.

& ita aptius eodem in diſticho *Andromede* & *Danaë* conjunguntur, quam ut illud ad poëtam ipſum referatur; ultimus autem reſpondeat ſecundo verſui, *Sint tua vel Danaës* &c.

13. *De te quodcumque; ad ſurdas mihi dicitur aures:*
Tu modo ne dubita de gravitate mea]

recte Scaliger *de te* exponit, pro, ad te quod adtinet. ut ſupra El. XIV. 33.

De me; mi certe poteris formoſa videri.

ubi vide. eodem ſenſu Guyetus intelligebat illud Terentii Hecyr. II. 1. 36. *ita me Di ament, gnati cauſſa nam de te quidem ſatis ſcio.* ſupplendum enim eſt, quodcumque ad me defertur de te, rumoribus illis, quamlibet veris, ingratis tamen, ſurdas oppono aures. ut in illis Tibulli Lib. IV. El. 14.

Rumor ait, crebro noſtram peccare puellam.
Nunc ego me ſurdis auribus eſſe velim.
Crimina non haec ſunt noſtro ſine jacta dolore.
Quid ſurdum torques, rumor acerbe? tace.

vide quae notavi ad Eleg. XIII. h. L. v. 36. lectionem, quam ex ſuo codice produxit Livinejus & inſulſam merito vocat, quaeque verſum ſeptem pedibus incedentem reddit, *De te quodcumque abſurdas miſeri dicatur in aures*, etiam librarius in codicem Groninganum invexit. altero verſu forſan ſcripſerit auctor,

Tu modo ne dubita de probitate *mea.*

hoc eſt, conſtantia ac fide. quae paſſim *probitas* in rebus amoris dicitur. v. ad Ovid. Ep. XVII. 175. & Patrui notas ad Lib. V. Triſt. 14. 22. & quae dedi ad Lotichium p. 357. & ſupra ad El. XV. 4. *Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam.* niſi forte *gravitatem*, *levitati* oppoſitam, eadem ſignificatione dixerit, pro caſtitate, & conſtantia. idque placuiſſe videtur Marklando, qui adſcripſerat loca Juvenalis ex Stat. X. 325.

Sed caſto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto grave propoſitum?

& Sat. VI. 178.

Quae tanti gravitas, quae forma, ut ſe tibi ſemper
Inputet.

15. *Oſſa tibi juro per matris, & oſſa parentis:*
(Si fallo, cinis heu ſit mihi uterque gravis!)]

per patris male in Heinſiano, & meo priore. *heu* deeſt Groningano. *cinis hic* legebat Francius. con-

Me tibi ad extremas manſurum, vita, tenebras.
  Ambos una fides auferet, una dies.
Quod ſi nec nomen, nec me tua forma teneret,
  Poſſet ſervitium mite tenere tuum.
Septima jam plenae deducitur orbita Lunae:

Quum

confer cum hoc loco illud Statii Lib. V. Theb. 464.

—— cinerem, furiaſque meorum
Teſtor, ut externas non ſponte aut crimine taedas
Adtigerim, ſcit cura Deum.

& paullo ante v. 329. *cineres jurare ſepultos.* per majorum enim ac parentum cineres & oſſa jurare ſolitos fuiſſe veteres, patet vel ex uno Ovidii loco Epiſt. VIII. 119.

Per genus infelix juro, generiſque parentem, &c.
Per patris oſſa tui, patrui mihi: quae tibi debent,
Quod ſic ſub tumulo fortiter ulta jacent.

ita enim legendum, pro *Quod ſe.* non enim Agamemnon ipſe caedem ſuam, ſed filius ejus Oreſtes ultus eſt. apud noſtrum Lib. IV. El. XI. 37.

Teſtor Majorum cineres tibi, Roma, colendos,
Sub quorum titulis Africa tonſa jaces.

quod feliciter imitatus eſt Lotichius Lib. II. Eleg. 4. 61.

Majorum tumulos, ſacraſque Tuiſtonis umbras
Teſtor, & haec tacito ſidera fixa polo:
Me ſervaſſe fidem. Si mentior. &c.

ubi *ſi mentior*, quod hoc loco ex communi formula *Si fallo.* & Lib. IV. El. 7. 53.

Juro ego fatorum nulli revolubile ſtamen, &c.
Me ſervaſſe fidem: Si fallo &c.

plura de ritu jurandi per parentum & propinquorum cineres vide apud Lambin. & Torrent. ad Horat. Lib II. od. 8. 9. & A. Schottum Lib. III. Obſerv. cap. 39.

17. *Me tibi ad extremas manſurum, vita, tenebras,*
Ambos una fides auferet, una dies]

tibi pro *tuum* exponit Paſſeratius. ſed loca quae adfert ad Lib. I. El. 17. 3. magis referenda ſunt inter illa exempla, in quibus frequenter *mihi* vel *tibi* abundat. offendebat nempe *manſurum* ſimpliciter ita poſitum, pro conſtantem, fidelem tibi manſurum, ut plene dixit Ovidius Lib. V. Triſt. El. 4. v. 35.

Te ſibi cum paucis meminit manſiſſe fidelem.

Similis igitur hoc in loco ex uſu Propertii modus eſt loquendi, ut *fidelem* ſubintelligamus, quia ſequitur *fides*, quemadmodum ſupra El. X. 37.

Nec minus hinc noſtri noteſcet fama ſepulcri,
Quam fuerant Phthii buſta cruenta viri.

ubi *Quam nota fuerant buſta* ſupplendum, quia *noteſcet* praecedit. vide illic notas. tales ellipſes, quando ex ſuperiori vel poſteriori periodo aliquid repetendum, vel ſubintelligendum eſt, notavit J. Fr. Gronovius ad Livium Lib. XXX. cap. 7. hinc etiam patet *una fides* ſequenti verſu cum Guyeto non eſſe mutandum hoc modo,

Ambos unanimes *auferet una dies.*

& ſatis defenditur vulgata ex v. 34. huj. Eleg.

Ultima talis erit, quae mea prima fides.

in primo autem D'Orvilliano verba hoc ordine leguntur,

Ambos una dies auferet, una fides.

auferat in Askewiano.

19. *Quod ſi nec nomen*] *Quid ſi* in Leid. primo, aliiſque MSS. ſolita variatione. *nomen* hic pro fama & nobilitate accipiendum, ut infra El. XVIII. 88.

Urerer & quamvis nomine, verba darem.

vide Vulpii notas ad h. l. & quae ſupra dedi ad El. I. huj. Libr. v. 42.

21. *Septima jam plenae deducitur orbita Lunae*] *diducitur* male in Askew. locutionis elegantiam, qua *Septima Lunae orbita*, pro ſeptimo ejus curſu hic dicitur, bene illuſtravit Paſſeratius ad h. l. & Marklandus ad Statii Silvas pag. 283.

22. *Quum*

Quum de me & de te compita nulla tacent.
Interea nobis non numquam janua mollis,
Non numquam lecti copia facta tui.
Nec mihi muneribus nox ulla eſt emta beatis.
Quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.
Quum te tam multi peterent, tu me una petiſti.
Poſſum ego naturae non meminiſſe tuae?
Tunc me vel tragicae vexetis Erinnyes, & me
Inferno damnes, Aeace, judicio.

Atque

22. *Quum de me & de te compita nulla tacent*] *Quum de te & de me* ex uno codice adfert Livinejus, quomodo tranſponendum cenſebat Guyetus, ſine dubio civilius, & ex uſu hodierno politius exiſtimans, ut amicae nomen ſuo praeponat poëta. ſic & alii viri docti ſaepe in veterum auctorum locis hunc ordinem, ſed contra eorum uſum, inmutarunt. ut multis oſtendit Patruus meus ad Lucanum Lib. IX. 985.

26. *Quidquid eram, hoc animi gratia magna tui*] *haec animi gratia* Heinſius correxerat. alterum Propertio placuiſſe opinor, propter praecedens *quidquid*. & innumera produci poſſent ſimilis locutionis exempla, niſi notiſſima eſſent. *non fuit hoc ira* apud Senecam Lib. II. de Ira cap. 5. *hoc quoque culpa tua eſt* Ovidio Epiſt. III. 8. *Et quod nunc ratio eſt* Remed. Am. 10. *hoc meriti ſumma* Epiſt. II. 56. ubi vide notas, Gronov. ad Senec. Conſ. ad Marc. cap. 19. Patruum meum ad Claudian. Eidyll. V. 17. & ad Lucan. IX. 249.

28. *Poſſum ego naturae non meminiſſe tuae*] *Poſſim* Guyetus, & Heinſius ad Ovidii Lib. XIV. Met. 172. vid. ſupra ad El. X. 16. *naturae* etiam diſplicebat Heinſio, & ad oram ed. Ald. conjecerat, *Poſſim egone ah curae.* ſed dura emendatione. Si quid mutandum, mallem cum Patruo meo in notis ad Quinctil. Decl. IX. 16. legere,

Poſſim ego fortunae *non meminiſſe* meae?

naturae tamen hic tuetur Broukhuſius, & pro indole atque ingenio poſitum aliis exemplis, Ciceronis praeſertim, probat. quibus adde illud ex Lib. XIII. ad Fam. Ep. 78. *Cognitum, per te ipſum, quae tua natura eſt, dignum tua amicitia atque hoſpitio judicabis. fortunae* tamen *meae* confirmare poſſent praecedentia, *non numquam janua mollis, nonnumquam lecti copia facta tui.* ſimili ſenſu *fortuna* El. ſeq. v. 18.

Unicuique dedit vitium natura creato:
Mi fortuna aliquid ſemper amare dedit.

ubi utroque verſu *fortuna* in MSS. ſed aliis *natura* placet, eadem variatione. contra *fortuna occurrere* ſeu obſtare *amanti* dicitur Lib. I. El. 20. 3. & hinc *fortuna & felicitas*, de amoris ſucceſſibus, & *felices* ac *fortunati*, quibus favet Venus. ut noſter Lib. II. El. 12. init.

O me felicem! o nox mihi candida! &c.

vid. Guyet. ad Terent. Eun. II. 3. pag. 73.

29. *Tunc me vel tragicae vexetis Erinnyes*] *Tum me* in v. c. Perreji, Heinſiano, meo primo, & ſec. Vatic. *verſetis* Leid. ſec. & Voſſ. tertius. ſimili varietate apud Tibullum Lib. I. El. 3. v. 74. de Ixione:

Verſantur celeri noxia membra rota.

ubi *Vexantur* in Colbertino, quod recte illic inprobat Broukhuſ. *Erinnides* Groning. Vatic. ſec. Mentel. primus Leid. Voſſ. prim. & quartus. *Erinnyles* Askew. *Erinides* Borrich. *kerinides* in meo priore. *herynides* in altero. *Erinnydes* in Venet. prima, Volſci, Beroaldi, & aliis vetuſtioribus edd. ſed ſcribendum *Erinnyes.* talis ſcripturae variatio eſt in codd. MSS. apud Ovid. Epiſt. XI. v. 103.

Ferte faces in me, quas fertis, Erinnyes atrae.

tragicas Erinnyes hic recte Paſſeratius exponit, quales in Tragoediis inducuntur. ut *Thyeſtes tragicus* Apulejo in Apologia, ubi male Pricaeus in notis pag. 40. *Theſpin* reponit. τραγικαὶ ποιναὶ Graecis. vide Caſaub. ad Strabon. III. p. 265. & 'Ερινὺς pro ποινή. de quo Henr. Valeſius ad Euſeb. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 6. & hinc *Poenis agitatus Oreſtes*, id eſt Furiis, pro *ſcenis*, apud Virg. IV. Aen. v. 471. legit Marklandus, aliis licet inprobantibus.

31. *At-*

Atque inter Tityi volucres mea poena vagetur:
Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.
Nec tu ſupplicibus me ſis venerata tabellis.
Ultima talis erit, quae mea prima fides.
Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator
Nec cito deſiſto, nec temere incipio.

ELEG.

31. *Atque inter Tityi volucres mea poena vagetur, Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.*] *mea pectora vagent*, notabili varietate, in Voſſ. quarto. veteres enim *vagare* aeque ac *vagari* dixiſſe, multis probat Heinſius ad Ovid. VIII. Met. 13. & ſic in MSS. apud Claudian. II. in Rufin. 436. & Lucan. VII. 567. ubi vide notas, *mea poena* in omnibus MSS. & ed. Volſci, Beroaldina, ac Rovilliana. ſed in Veneta 1475. Aldina utraque, Juntina, Colinaei, & Gryphiana, *mea penna*. quod ex ſuo veteri cod. etiam adfert Paſſeratius, & exponit, mea avis, meus vultur, mihi infeſtus. non credo. *mea poena* recte alii ediderunt, nam Tityi poenam ſuam optat, ſi pejeret. ſic *Argyni poena* Lib. III. El. 5. 52.

Quae notat Argyni poena natantis aqua.

volucres ex Homeri imitatione dixiſſe Propertium volunt, quia ille binos vultures Tityo praebet. de quo vide Gebhardum pag. 202. & Broukhuſ. ad Tibull. I. 3 76. *me poena* male in codd. Regiis. Francius vero hic legebat, *Tunc inter Tityi volucres* &c. *Atque ego*, vel *Jamque ego*, *Siſyphio* &c. dein pro *ſaxa geram*, Heinſio placebat *regam* vel *teram*. ut *terere viam*. de quo vid. Paſſeratium pag. 339. Marklandus codici ſuo adſcripſerat, licentia poëtica tertiam in *Siſyphio* corripi a noſtro, aliiſque poëtis, quam productam eſſe oportebat, quia Graecis eſt Σισύφειος, non Σισύφιος. ſed quantum in his nominibus Graecis ſibi indulſerint poëtae Latini, nunc brevia producendo, nunc longa corripiendo, ipſe multis exemplis probat in notis ad Statium Lib. IV. Sylv. 3. v. 59. pag. 205. & innumera talia notarunt paſſim viri docti. vide Scalig. Lib. II. Lect. Auſon. cap. 21. Schottum Lib. II. Obſerv. cap. 39. Rualdum vita Plutarchi cap. ult. pag. 64. & Duportum ad Theophraſti Charact. pag. 226. idem dicendum de *Pagaſeo* Lib. II. El. 23. v. 55. quod in penultima diphthongum apud Graecos habet aeque ac *Siſyphio*.

33. *Nec tu ſupplicibus me ſis venerata tabellis*] *labellis* ad marginem ed. Ald. conjecerat Heinſius. male, ſi quid video. *tabellae* hic ſunt literae, epiſtolae, quibus Cynthia Propertium obteſtata fuerat de fide ſervanda; quales erant inter amantes mutuae & frequentes. ſic Lib. III. El. 22. init.

Ergo tam doctae nobis periere tabellae,
Scripta quibus pariter tot periere bona &c.
Illae jam ſine me norant placare puellas,
Et quaedam ſine me verba diſerta loqui.

Ovidius Lib. II. Am. El. 15. 15.

Idem ego, ut arcanas poſſim ſignare tabellas.

El. XIX. 41.

Quo ferat & referat ſollers ancilla tabellas.

& Lib. III. A. A. 485.

Ancillae puerive manus ferat apta tabellas.

Tibullus Lib. II. El. 7. 27.

——— *furtimque tabellas*
Occulto portans itque reditque ſinu.

tales autem pugillares Propertio occaſionem dediſſe hanc Elegiam conſcribendi, cenſuiſſe Paſſeratium & D'Orvillium, ſupra notavi. altero verſu, *ceu mea prima fides* corrigebat Heinſius.

35. *Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator* &c.] abſunt hi duo verſus ab Excerptis Modii, ſeu codice Groningano. *Nec mihi* in D'Orvill. ſecundo. *perpetuum jus eſt* Lipſius, quod contra Paſſeratium tuetur Broukhuſius. *Hoc mihi perpet. fas eſt, quod factus amator* placebat Ayrmanno.

ELEG. XVII.

At quantum de me Panthi tibi pagina finxit,
Tantum illi Pantho ne ſit amica Venus.
Sed tibi jam videor Dodona verior augur?
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes periere. nihil pudet? adſpice, cantat
Liber:

Eleg. XVII. v. 1. *At quantum de me Panthi tibi pagina finxit*] *Ah quantum* in primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. quod etiam in primis, aliiſque antiquis edd. & contra Scaligerum a Paſſeratio probatur. recte tamen cum Viro illuſtri *At* praetulit Heinſius ad Ovid. Epiſt. XII. init. *An* in cod. Groning. *O quantum* in ſecundo Leid. Hanc vero Elegiam ſuperiori connectendam cenſebat Scaliger, adverſantibus omnibus MSS. & editionibus primis, in quibus praefigitur, AD CYNTHIAM DE PANTHO. Panthum illum, rivalem malignum, in invidiam apud Cynthiam ex merito adducit hac Elegia, quia carmine quodam Propertii fidem apud eam reddiderat ſuſpectam, quod verſu primo indicatur, ubi *pagina* de carmine intelligenda. ut Lib. III. El. 23. 37.

Has tibi fatales cecinit mea pagina diras,

& ſaepe aliis apud noſtrum locis, ut recte monet Paſſeratius. Ovidius Lib. I. Faſt. v. 19.

Pagina judicium docti ſubitura movetur
Principis, ut Clario miſſa legenda Deo.

3. *Sed tibi jam videor Dodona verior augur*] *videar* Livinejus. *Sed tibi num videor* conjectanti Heinſio adſentior, quia hac interrogatione erigitur ſententia, & major eſt irriſionis acrimonia. ut in illo Neſtoris apud Ovidium XII. Met. 573.

Num videor debere tui praeconia rebus
Herculis, o Rhodiae ductor pulcherrime claſſis.

ubi male *Non* vel *Nunc* in aliis codd. & ſaepe hanc voculam ejecerunt librarii. infra El. XVIII. 29. & ſeqq.

Quid? quum e conplexu Briſeïdos iret Achilles,
Num fugere minus Theſſala tela Phryges?
Quid? ferus Andromachae lecto quum ſurgeret Hector,
Bella Myceneae num timuere rates?

illic enim *non* in multis codd. ſed *num* praeferendum. & v. ult. ejuſd. Eleg.

Parcius infamant. num tibi cauſſa levis?

male *nunc* in MSS. El. XXIII. 65. non diſſimili ironia;

Num jam dura paras Phrygias nunc ire per undas.

ubi etiam *Nunc* vel *Nunc tu dura* in codd. & ſic corrigendum El. XXIII. 90.

Ipſa Venus quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus in coelo ſemper honeſta fuit?

pro *Nunc minus*, ut ſphalmate typorum editur. Lib. IV. El. I. 38. legendum conjeci,

Sanguinis altricem num pudet eſſe Lupam?

pro *nunc pudet*. recte etiam Broukhuſius id vindicavit Lib. III. El. 4. 3.

Num me laetitia tumefactum fallis inani?

pro *Dum me*. neque illic placet cum Heinſio. *Cur me. Dodona verior augur* adjuvant emendationem, qua Lib. I. El. 9. v. 5. & ſeqq. reſtituendum conjeci,

Non me Chaoniae vincant in amore columbae
Dicere, quos juvenes quaeque puella domet.
Me dolor & lacrimae veri *fecere peritum.*

ubi vide quae notavi.

5. *Tot noctes periere. nihil pudet.*] *Ter noctes periere* in Menteliano. *periere mihi. pudet* in D'Orvill. ſecundo. *perire* in Regiis. *Tot noctes periiſſe nihil pudet?* Heinſius & Marklandus. quod ſir-

Liber: tu nimium credula ſola jaces.
Et nunc inter eos tu ſermo es: te ille ſuperbus
Dicit ſe invito ſaepe fuiſſe domi.
Diſpeream, ſi quidquam aliud, quam gloria de te
Quaeritur: has laudes ille maritus habet.
Colchida ſic hoſpes quondam decepit Jäſon,
Ejecta eſt: tenuit namque Creuſa domum.

Sic

firmari poſſet ex El. XIX. 2.

Tam te formoſam non pudet eſſe levem?

Lib. IV. El. 1. 38.

Sanguinis altricem num pudet eſſe lupam?

ut forte legend. pro *non pudet*, ut in MSS. vel *nunc pudet.* ut in editis. alterum verſum imitatum eſſe Ovidium Epiſt. V. 106.

Nunc jacet in viduo credulus ille toro.

notatur in Miſcell. Obſerv. Vol. V. T. I. pag. 129. haec autem, *cantat Liber: Tu nimium credula ſola jaces*, eſſe initium cantilenae alicujus, tunc bene notae, & ſimile quid apud Ovidium exſtare, ſed locum ſibi non ſuccurrere, notaverat Marklandus. id valde placet, ſed quem Naſonis locum cogitaverit, neque mihi nunc memoria ſuggerit, niſi forte ad talem cantum amatoribus conſuetum reſpexerit, quum Helenae accinentem fingit Paridem Epiſt. XVI. 315.

Sola jaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo jaceo ſolus & ipſe toro.

tale canticum amatorium innuit Horatius ad Lydiam Lib. I. od. 25. 7.

—— *audis minus & minus jam,*
Me *tuo longas pereunte noctes,*
Lydia, dormis.

ubi vide Torrentium.

7. *Et nunc inter eos tu ſermo es: te ille ſuperbus*] forte de nihilo non eſt codicis primi D'orvilliani ſcriptura, *ſum ſermo es. te ille ſuperbus* &c. ut aberraverit librarii manus, alium deſcribens codicem, in quo legebatur,

Et nunc inter eos ſum ſermo: & te ille ſuperbus &c.

nam in Voſſiano quarto *& ille uperbus.* adeoque innuat, ſe ſimul cum Cynthia Pantho, ceteriſque ei notis rivalibus, luſum jocumque fuiſſe, unam hanc gloriam de Cynthia a ſe victa, poſtquam copiam ſui praebuiſſet Pantho, quaerentibus, ut poſt voluptatis fructum eam infament, & per ora hominum traducant, quod ſequentia ſignificant. ſic ſupra El. VII. 59.

Quin etiam multo duxiſtis pocula riſu:
Forſitan & de me verba fuere mala.

ſic enim illic e cod. MS. legendum, non *duxiſti.* licet ſermo ſit ad ſolam Cynthiam, quam ſimul & convivas de ſe male locutos ſuſpicatur. ubi vide quae notata ſunt. *Dicet* in Voſſ. primo & tertio, Heinſiano, & meo ſecundo.

12. *Ejecta eſt: tenuit namque Creuſa domum.*] Haec veterum editionum, quae Beroaldinam ſecutae, lectio. ſed mendoſus eſt locus, variiſque conjecturis ſollicitatus. *Electa* plurimorum MSS. codicum auctoritate nititur. *Ejecta eſt tenuis namque Creuſa domo* in Menteliano, Regiis, Colbertinis, Excerptis Modii, ſecundo Leidenſi, Borrich. Neap. Vatic. ſec. meo ſecundo, & primis editionibus. ſed in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque, *Ejecta eſt:* (*Medea* nempe) *tenuit namque Creuſa domum*, ut voluerat Beroaldus, & in cod. Groningano legitur. *Ejecta* eſt etiam in primo Leid. tribus Voſſ. Askew. D'Orvill. priore, & meo. *Excepta* in ſecundo Vatic. quod etiam ex ſuo libro probat Paſſeratius. ſed Creuſa ab Jäſone domum non eſt ducta; ipſo enim nuptiarum die *exarſit Colchis nova nupta venenis*, ut dicit Ovidius VII. Met. v. 394. ubi vide Interpretum notas. *Evecta eſt tenui* &c. in altero Leid. & ſec. D'Orvill. quomodo Gebhardus e Palatino. *Evecta eſt tenuis n. c. domo* in Excerpt. Scalig. Heinſius Lib. II. Adverſ. c. 17. p. 347. variis conjecturis locum corruptum reſtituere conatus eſt; vel enim tentabat, *Excepta Aeſonia eſt namque*

Creuſa

Sic a Dulichio juvene eſt eluſa Calypſo.

Vidit

Creuſa domo, aut *Aeſoniam tenuit namque Cr. domum.* vide ejuſdem notas Propertianas p. 696. *Aeſonia domo* licet a vulgatae veſtigiis nimium recedat, conferri tamen poteſt cum loco Ovidii Epiſt. Medeae XVII. 230.

Omnia Medeae fallax promiſit Jäſon:
Pulſa eſt Aeſonia num minus illa domo?

& III. A. A. 34.

Phaſida, jam matrem, fallax dimiſit Jäſon,
Venit in Aeſonios altera nupta ſinus.

ad quem locum Heinſius hic legendum notat,

Lecta Creontea eſt namque Creuſa domo.

additque, ſe hanc emendationem pluribus adſtructurum in ſuis ad Propertium notis. His veſtigiis inſiſtens, & ſcripturae veteri *tenui* vel *tenuis* adhaerens, reſtituendum exiſtimavit, & edidit Broukhuſius,

Electa eſt tenui namque Creuſa domo.

& ſic Bynaeus, cujus nonnullae notae habentur additae in editione, quae Graevii nomen venditat, pag. 448. hoc nimirum ſenſu, Creuſa tenui domo orta, & quidem Siſyphii ſanguinis, placuit Jaſoni, Medea poſthabita, quae filia erat regis Aeetae, & a Sole originem trahebat. Sed an *tenuis* Creuſae *domus* poteſt dici, quae quidem infamia, ſed non paupertate aut obſcuritate laboravit. Siſyphus enim Aeoli filius, ad Jovem genus referebat, ut omnes Aeolidae erant nobiliſſimi. hinc Creuſam *magni Creontis filiam* vocat Horatius Epod. V. v. 64. & Medea apud Ovidium Epiſt. XII. v. 54.

Quam tibi nunc longe regnum dotale Creuſae,
Et ſocer, & magni nata Creontis erant?

& *nuptam ſocerumque potentem* habere, Jaſoni exprobrat in eadem Epiſt. v. 205. unde apud Euripid. in Medea v. 740. de Creonte & hac ſua pellice invidioſe dicit,

Τοῖς δ' ὄλβος ἐςὶ καὶ δόμος τυραννικός.

Cui vero *Electa* cum Broukhuſio adridet, pro *tenui domo*, quae hic Creuſae minus honorifica eſt, reponere poſſet,

Electa eſt Ephyres *namque Creuſa domo.*

quod ſibi etiam in mentem veniſſe ſignificavit amiciſſimus L. Santenius. ut ex Corintho Creuſam elegiſſe dicatur Jaſon. ſic Ovidio Lib. I. A. A. v. 335.

Cui non defleta eſt Ephyreae flamma Creuſae.

& ſic forte legendum in Epiſtola Medeae v. 103.

Dotis opes ubi nunc? ubi nunc Ephyreïa *conjux?*

pro *ubi nunc tibi regia conjux.* ut editur in vulgatis, quam emendationem virorum doctorum puncta laturam confido. Marklandus denique ad codicis ſui marginem conjecerat,

Aeolia venit *namque Creuſa* domo.

Aeoliam nempe *Creuſam* vocat Statius Lib. II. Sylv. I. 142.

Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras,
Editus Aeolia nec ſi foret iſte Creuſa.

& quia *venit* verbum nuptiale eſt. ut apud Virgil. VII. Aen. 98. *Externi veniunt generi.* Sed pace virorum doctiſſimorum, liceat mihi, his tentaminibus, quorum pleraque a veteri ſcriptura liberius aberrant, praeferre Patrui mei conjecturam, quam dedit in notis ad Virg. II. G. 407. ubi locum adfectum faciliori medicina ita ſanandum propoſuit:

Colchida ſic hoſpes quondam decepit Jäſon,
Ejecta tenuit namque Creuſa domum.

Ejecta, Colchide Medea, Creuſa domum Jaſonis tenuit. & hoc firmatur querela ipſius Medeae apud Ovidium Epiſt. XII. 132.

Auſus es o, (juſto deſunt ſua verba dolori)
Auſus es, Aeſonia, dicere, cede domo.
Juſſa domo ceſſi, natis comitata duobus:
Et qui me ſequitur ſemper, amore tui.

ſupra apud noſtrum Eleg. VII. 34.

Hoc ipſo ejecto carior alter erit.

domo extrudere apud Cicer. V. Verr. 15. *non domo tua Chelidonem extrudere potuiſti*: vide etiam quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 154. Poſſis etiam cum Cel. Rhunckenio, *Ejectae tenuit namque Creuſa locum. locum* & *domum* ſaepe commutari patet ex Ovidio XII. Met. 43. ubi vide notas.

13. *Sic a Dulichio juvene eſt eluſa Calypſo*] *excluſa* in Mentel. Leid. pr. *exclauſa* D'Orvill. primus. *deluſa* in Modii Excerpt. ſeu Groning. Voſſ. primo, meo ſecundo & D'Orvill. Lege cum N. Heinſio ſine ulla diſtinctione,

Sic a Dulichio juvene & deluſa Calypſo
Vidit amatorem &c.

huc

Vidit amatorem pandere vela ſuum.
Ah nimium faciles aurem praebere puellae,
Diſcite deſertae non temere eſſe bonae.
Nunc quoque, qui reſtet, jam pridem quaeritur alter.
Experta in primo, ſtulta, cavere potes.

Nos

huc ſpectat noſtri locus Lib. III. El. 10. 31. de Ulyxe:

Et thalamum Aeaeae flentis fugiſſe puellae,
Totque hiemis noctes, totque nataſſe dies.

17. *Nunc quoque, qui reſtet, jam pridem quaeritur alter*] *Huic quoque* in binis Leidenſ. tribus Voſſ. uno D'Orvill. & meo utroque. *reſtat* in iisdem Leidenſ. primo & tertio Voſſ. utroque D'orvill. & meis. *praeſtat* in Excerpt. Scalig. *Nunc quoque, qui reſtet*, ex ſua emendatione edidit Broukhuſius, & *reſtare* exponit, in veſtigio manere, nec quoquam progredi, adductis duobus Terentii locis, ſed in quibus *reſtiterim* & *reſtitiſſe* malim deducere a *reſiſto*. ut in Phorm. Act. V. Sc. 6. 11. *id quidem jam tibi fiet, niſi reſiſtis, verbero.* & apud noſtrum infra El. 19. v. 58.

Reſtat & inmerita ſuſtinet aure minas.

ubi *Reſtitit* in MSS. Lib III. El. 6. 31.

Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector.

Ovidius II. Faſt. 749.

Poſtmodo victa cades; melioribus, Ardea, reſtas.

Nepos in Catone cap. 3. *quamdiu adfuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit.* Sed hoc forte loco legendum videtur,

Nunc quoque quid reſtat? *jam pridem quaeritur alter.*

quid reſtat, quid reliquum eſt. ſimile illud Didonis apud Naſonem Epiſt. VII. 17.

Alter habendus amor tibi reſtat, & altera conjux.

vel quaſi ex formula dicatur, *quid reſtat*, ad ultimum calamitatis & malorum cumulum indicandum. Virgilius II. Aen. 70.

— *aut quid miſero mihi denique reſtat?*

Ovidius IV. ex P. Ep. 2. 45.

Quid, niſi Pierides, ſolatia frigida, reſtat.

II. Met. 471.

Scilicet hoc unum reſtabat, adultera, dixit.

VI. 539. *ne quod facinus tibi, perfide, reſtet.* ad quae loca vide doctorum notas, & ad Lib. XIV. 396. alio ſenſu *reſtare* pro ſupereſſe, in orbitatis querelis, frequens eſt in Epitaphiis vetuſtis. quod reſtitui Epigrammati antiquo Tom. II. Anthol. Lat. pag. 180. ubi vide. deinde *jam pridem quaeritur ille* in Voſſiano quarto. *jam quaeritur altera pridem* Guyetus & Heinſius. ſed recte videtur Broukhuſius explicuiſſe de novo amatore poſt hunc deſultorem a Cynthia quaerendo. Ovid. Epiſt. VII. 13.

——— *quaerenda per orbem*
Altera, quaeſita eſt altera terra tibi.

alio ſenſu, ſed ſimili ſignificatione, *quaerere virum.* de quo vid. Rutgerſ. Venuſ. Lect. cap. XXIX. & Interpretes ad Petron. cap. 119.

18. *Experta in primo, ſtulta, cavere potes*] placet lectio Heinſiani codicis, Borrichiani, meique prioris, *tuta cavere potes.* qualis varietas etiam eſt apud Ovidium VII. Met 47.

——— *cogamque in foedera teſtes*
Eſſe Deos. quid tuta times?

ubi in MSS. *quid, ſtulta, times.* Heinſius tamen hic legendum conjecerat,

Experta in primo, vita, cavere potes.

ut praetulit etiam apud eumdem Ovid. III. Am. El. 8. 11. & 12.

Hunc potes amplecti formoſis, vita, lacertis?
Hujus in amplexus, vita, venire potes?

ſtulta utroque verſu illic antea legebatur, ſed in pentametro malim *ſtulta*, in primo verſu *vita.* ſaepe haec vox, inter amatorum blanditias uſitata, inſeritur noſtro, ſed paſſim vitiata. vide notas ad Lib. I. El. 2. init. El. XVII. 12. & h. L. El. 2. 33. El. praec. XVI. v. 11. & 17. aliiſque in locis. *poteſt* male in primis ceteriſque edd. antiquioribus.

20. *Sive*

Nos quocumque loco, nos omni tempore tecum
Sive aegra pariter, ſive valente ſumus.

E L E G. XVIII.

Scis here mi multas pariter placuiſſe puellas,
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.
Nulla

20. *Sive aegra pariter, ſive valente ſumus*] Livineji obſervationem, qua *pariter* hic pro *ſimul*, ut *his ſimul*, pro *cum his*, *ſimul nobis*, pro *nobiſcum*, & ſim. exponebat, non inmerito inprobat Guyetus.

Eleg. XVIII. *Scis here mi multas pariter placuiſſe puellas*] in multis codd. MSS. abſurda librariorum oſcitantia *heremi* junctim exaratum fuit, tamquam proprium nomen vocandi caſu eſſet, unde titulum fabricarunt Elegiae huic inſcriptum, AD HEREMVM DEMOPHONTEM. vel EREMVM, aut HEREMIVM, in aliis AD HERENNIVM DEMOPHONTEM. ut etiam inſcribitur in cod. Harlejano Muſei Britannici. in ed. Veneta 1475. & Reg. Lep. 1481. AD HEREMVM DEMOPHONTIS. & v. 1. *Scis heremi*. quod ex ſuis codicibus etiam adfert Livinejus. & ita in Regiis, unoque Colbert. in altero *Hereni*. hinc ſimilibus codd. vel edd. priſcis uſus Octavianus Mirandula in Viridario Illuſtrium poëtarum an. 1515. edito. fol. 182. verſus ex hac Elegia adfert ſub titulo, *ad Heremum Demophontis*. turpiter etiam ſe dedit Volſcus, ridicula inſcriptione, quam in MSS. invenerat, deceptus, quum in argumento & explicatione *Heremium Demophoontem nomen cognomenque eſſe aemuli* Propertiani adnotat. eamdem in ſuo codice inſcriptionem eſſe teſtatur D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. pag. 297. vide quae notavi in praefat. ante Auctorem Rhetoricor. ad Herennium pag. 22. Beroaldus alios recte quidem inepⁿtire notat, qui *Heremium Demophoonta* inde fecerint, ſed ipſe nihilo melius *herum* exponit dominum, ut Propertius reverentiae cauſſa Demophoontem *herum* ſuum adpellet. Livinejus ſibi ipſe contradicit, nam in notis ad h. l. recte ait, *Heremi falſo in MSS. legi, verumque eſſe, here mi, id eſt heri mihi*. ſed ad Eleg. XXIV. pag. 99. *Tu loqueris* &c. dicit illic *ſignificari Demophoontem, quem ſupra & herum & invidum vocat, qui forte Propertio rivalis erat in amore Cynthiae*. Nihil certius quam *here* hic idem notare quod nuper, vel heri. ut patet ex imitatione Ovidiana Lib. I. Am. El. 8. 23.

Scis here te, mea lux, juveni placuiſſe beato.

ubi in antiquis edd. *hera* etiam legebatur. ſed vide illic Marii & aliorum notas. & N. Heinſium Lib. II. Adverſ. cap. 4. p. 234. Horatius Lib. II. Sat. 8. 2. *dictus here illic De medio potare die*. Cicero Lib. X. ad Attic. Ep. 13. *hoc here effecit. hodie autem in Aenariam tranſire conſtituit*. ubi vide Malaſpinae notas p. 183. Juvenalis Sat. III. 23.

Res hodie minor eſt, here quam fuit atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid.

apud noſtrum Lib. III. El. 22. 12. *lente moratus here* eſt in cod. Scaligeri, pro *heri*. Martialis Lib. IV. Epigr. 7.

Cur, here quod dederas, hodie, puer Hylle, negaſti.

vide illic Raderum pag. 252. & ita corrigendum apud Proſperum Aquitan. de Provid. Dei v. 703.

Una dies cui ſemper adeſt, cras, atque here noſtrum.

male enim *heri* editur.

2. *Scis mihi, Demophoon, multa venire mala*] *Scis miſer o Demophoen* in Borrich. & meo priore. forte voluerit librarius, *Scis miſero, Demophon*. quamquam *Demophoon*, non *Demophon*, quod metro obſtaret, dictus fuerit, cui Elegiam hanc

Nulla meis fruſtra luſtrantur compita plantis.
Omnia in exitium nata theatra meum.
Sive aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia, ſeu varios incinit ore modos.
Interea noſtri quaerunt ſibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore ſi qua ſedet.

Sive

hanc inſcripſit Propertius. ut patet ex v. 13. *Scis mi o Demophon* in libro Commelini, quod elegans admodum & venuſtum videbatur Gebhardo. *multa ventre bona* in Voſſ. primo. ſeq. verſu, *Nulla mihi fruſtra* in codd. Regiis, altero verſu Colbert. & primis edd.

4. *Omnia in exitium nata theatra meum*] *O nimis exitio nata theatra meo* in pleriſque codicibus, quibus adſtipulantur bini Leidenſes, primus & tertius Voſſ. Askew. meus uterque, & prior D'Orvill. & primae aliaeque vetuſtae editiones. *exitio nata* defendi poteſt ex noſtro infra El. 19. v. 37.

Unica nata meo pulcherrima cura dolori.

& ſimilia vide in notis Heinſii ad Ovid. Remed. v. 220. *Omnia in exitio* v. c. Perreji, Colotianus, & ſecundus Vatic. in aliis tamen codd. *Omnia in exitium nata theatra meum.* ut in Voſſ. quarto, ſecundo D'orvill. & cod. Paſſeratii, quam meliorem eſſe lectionem notat Broukhuſius. Ovidius Lib. I. Am. El. 1. v. 22.

Legit in exitium ſpicula miſſa meum.

ubi id hoc in loco etiam Patruus meus praetulit. *O nimis exitio nota theatra meo* conjecerat Francius.

5. *Sive aliquis molli deducit candida geſtu*
Brachia, ſeu varios incinit ore modos]

deducit in omnibus codd. & editionibus vetuſtis. quod tuetur & pro leniter movere exponit Heinſius ad Ovid. Rem. Am. 334. probante Broukhuſio, & D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. pag. 297. & ſic Ciofanus ad Lib. II. Amor. 4. 29. ex loco Statii, quo Propertium imitatur,

Candida ſeu molli deducit brachia motu.

deducat condita in Colbertino. *diducit* tamen legendum exiſtimat Paſſeratius, pro pandit, extendit, in diverſas partes movet. quod *jactare brachia* noſtro eſt Lib. IV. El. 5. 45.

—— *ſi brachia jactat,*
I comes, & voces ebria junge tuas.

& hoc praefert Patruus meus ad Naſonis Lib. III. A. A. 350. & Marklandus ad Statii Silvas pag. 182. ubi in ſui poëtae loco etiam *diducit* vindicat. quorum ſententiae accedo. intelligit autem mimos, qui ſaltant amores. idem Marklandus codici ſuo adſcripſerat, legendum eſſe, *Sive aliqua in molli* &c. quia de puellis per totam Elegiam ab initio agit. altero verſu pro *incinit* in Menteliano, primo Leid. Voſſ. & D'orvill. meoque ſecundo *inicit*, quod ex more ſcripturae librariorum eſt *injicit*, ut in altero Leid. Voſſ. Borrich. & libro Commelini. *invenit* in Palatino Gebhardi. *concinit* in v. c. Perreji, & D'Orvill. ſec. ſed recte Broukhuſio, poſt loca aliorum prolata, quae lectioni *injicit* favere poſſent, praeplacet *incinit*. quod in primis edd. Aldinis, Juntina, Colinaei, ceteriſque vetuſtioribus exſtat, & minime ſollicitandum eſt, atque a Paſſeratio bene adſeritur. Petronius in Fragmentis pag. 680.

—— *calamique loquaces*
Incinuere Midam.

ut legunt Salmaſius & Palmerius. vulgo *Invenere.* vide illic notas Interpretum, quos inter Munckerus hoc etiam in loco *incinit* probat. Ceterum poſt hoc diſtichon collocandos verſus 9. & 10. & ſequenti praefigendos eſſe cenſet Lennepius in Animadverſ. ad Coluthum pag. 52. hoc nimirum ordine:

Sive aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia, ſeu varios incinit ore modos:
Sive vagi crines puris in fontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet:
Interea noſtri quaerunt ſibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore ſi qua ſedet;
Quae ſi forte aliquid & ſeqq.

quod probo & amplector.

8. *non tecto pectore ſi qua ſedet*] *corpore* male in Voſſ. tertio. infra El. 19. 36. *pectore nuda.* quod Lib. IV. El. 4. 70. *fertur aperta ſinu.* Ovidius Epiſt. XV. 122. *eram lacero pectus aperta ſinu.*

Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.
Quae ſi forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.
Quaeris, Demophoon, cur ſim tam mollis in omnes?
Quod quaeris, quare non habet ullus amor?
Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris?
Et Phrygis inſanos caeditur ad numeros?

Uni-

ſinu. eadem varietas Lib. II. Met. 339.

—— *nomenque in marmore lectum*
Perfudit lacrimis, & aperto pectore fovit.

ubi *aperto corpore* in Gronoviano, & duobus aliis MSS., quorum apud me excerpta ſunt. in notis enim Patrui errore calami ex Gronov. cod. male excuſum *pectore*, ſed *corpore* in ſuo exemplari correxit. & paſſim aliis in locis hae voces confunduntur.

9. *Sive vagi crines puris in frontibus errant*] totum hoc diſtichon deſideratur in Excerptis Modii ſeu Groningano. *mihi frontibus errent* in quarto Voſſiano. *puris frontibus*, ut apud Ovid. III. A. A. 137.

Longa probat facies capitis diſcrimina puri.

ubi quid *capitis puri diſcrimina*, & hoc in loco *purae frontes*, ſeu pectine purgatae, ſignificent, explicat Patruus meus ad Lib. II. A. A. v. 303. ſeq. verſu *teget* male in Borrich. Heinſiano, & primo meo codice.

11. *Quae ſi forte aliquid vultu mihi dura negarat*] *Qua ſi* D'Orvill. prim. *Quod ſi forte aliquid v. m. d. negarat* codices Paſſeratii. *negaret* in Regiis, Askew. Voſſ. quarto, & edd. priſcis. *negarat* in Colbert. Mentel. primo Voſſ. Heinſiano, & ſic Guyetus. *negarit* Aldus, & ed. Colin. *negavit* in primo Vatic. *aliquid negarat*, ut apud Ovid. III. Amor. El. 2. 84.

Riſit & argutis quiddam *promiſit ocellis.*

ubi *aliquid promiſit* in duobus Palat. & aliis MSS. illis autem vocibus *aliquid* vel *quiddam* poëtae in rebus amoris plus intelligunt quam exprimunt. & ita capiunt nonnulli ſupra El. XV. 27.

Tu quoties aliquid conabere.

ubi vide Paſſerat. & ad Eleg. XXIV. 42.

Eſt quiddam, quod vos quaerere cogit amor.

Dido apud Virgil. IV. Aen. 317.

Per connubia noſtra, per inceptos hymenaeos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam
Dulce meum.

vide Daviſ. ad Cic. III. Tuſcul. Diſp. cap. 18. in fin. ad ſequentis verſus illuſtrationem praeter ea, quae contulit Broukhuſius, addantur D'Orvillio animadverſa in Vol. II. Obſerv. Miſcell. T. III. pag. 366. 367. Vol. V. T. II. p. 299. & ad Chariton. p. 380. ex quo patet Propertium hic imitatum eſſe illud Simaethae apud Theocritum in Pharmaceutr. v. 107.

—— *ἐκ δὲ μετώπω*
Ἱδρώς μευ κοχύεσκεν ἶσον νοτίαισιν ἐέρσαις.

vide etiam quae de hoc amoris adfectu ad Valerii Aeditui Epigramma notavi Tom. I. Anth. Lat. p. 672. ſeq. verſu *Frigida de tota fronte manabat aqua* vitioſe adfert Caelius Rhodiginus Lib. VI. Lect. Antiq. cap. 4.

13. *cur ſim tam mollis in omnes*] non ſpernenda videtur lectio codicum, in quibus legitur, *tam mollis & amens.* ita enim in Excerptis Modii, ſeu Groningano, & D'Orvill. ſecundo. idque ex ſuo codice adfert Livinejus. ſeq. verſ. *Quid quaeris* in Voſſ. tert. & Askew. *non dabit ullus amor* conjecerat Heinſius. verſus mihi obſcurior videtur. *unus amor* Marklandus legebat, ut v. 36. Poſſis etiam, *quare* nos *habet ullus amor.* vel forte, *quare non* cavet *ullus amor*?

15. *laniat ſua brachia*] *ſibi brachia* in Menteliano, primo Leid. & uno Colbert. *queritur ad numeros* Mentel. vel *quaeritur*, ut in Exc. Scalig. & primo Leid. *creditur* in Heinſiano, ſed in marg. *ceditur.*

Unicuique dedit vitium natura creato.
Mi natura aliquid ſemper amare dedit.
Me licet & Thamyrae cantoris fata ſequantur,
Numquam ad formoſas, invide, caecus ero.
Sed, tibi ſi exiles videor tenuatus in artus,
Falleris. haud umquam eſt culta labore Venus.

Per-

17. *Unicuique dedit vitium natura creato*
Mi natura aliquid ſemper amare dedit] *fortuna creato* in quinto Vaticano, primo Leid. Voſſ. tert. D'Orvill. primo. ſed *natura* in meo ſecundo, aliiſque MSS. pro *creato* forte legendum *natura creatrix*. quod epitheton *Naturae* paſſim tribuit Lucretius. licet *unumquemque creatum* pro quemcumque hominem, Graeca forma dictum cenſeant viri eruditi. deinde *Me* pro *Mi* in Mentel. Heinſiano, Leid. pr. & ed. Ald. & Gryph. *fortuna* hoc in verſu eſt in duobus Leidenſ. Askew. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meis, aliiſque codd. & primis edd. quod praefero, licet *natura* utroque verſu ediderit Broukhuſius. *natura* primo, *fortuna* altero verſu adfert Octavianus Mirandula in Viridario Illuſtr. Poëtar. Fol. 183. & ſic in ed. Junt. Heinſius tentaverat, *Mi formarum aliquid*, vel *Mi furtivi aliquid*. eruditiſſimus vero Eldickius legebat,

Mi forte uni aliquid ſemper amare dedit.

ſive *natura* ſeu *fortuna* hic legatur, eo ſpectat, quod in fatis eſſe, ut ſemper amet, profiteatur. Lib. I. El. 6. v. 30.

Hanc me militiam fata ſubire volunt.

Sed forte legendum,

Mi fortuna aliud *ſemper amare dedit.*

deſultorem enim ſe profitetur hac Elegia. infra v. 36.

Sic etiam nobis una puella parum eſt.

& v. 40.

Ut ſciat eſſe aliam, quae velit eſſe mea.

ubi *aliquam* in primo D'Orvill. vide ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 733. ad quem locum plura de MSS. confuſione in vocibus *natura* & *fortuna*. de qua etiam paullo ante ad El. XVI. 28.

19. *Me licet & Thamyrae cantoris fata ſequantur*] *Thamyris* Exc. Scalig. quod olim placebat Broukhuſio, quia *Thamyris* vocatur, credebatque inflexionem hanc mutatam fuiſſe propter ſonum concinniorem, ne duae voces *Thamyris cantoris* eodem modo deſinentes conjungerentur. ſed recte hoc in notis editis praeteriit, nam licet Homerus, Euripides in Rheſo v. 925. aliique Θάμυριν vocent, utrumque tamen *Thamyrin* & *Thamyran* dici apud veteres, patebit ex Heinſii notis ad Ovid. III. Amor. El. 7. 62. illo verſu,

Quid miſerum Thamyran picta tabella juvet.

ubi etiam *Thamyrin* in aliis. & ſic variant codices in ſcriptura, qua *Tomyrin* vel *Tamyrin*, quae Cyro caput praecidit, vocant. vide Hemſterh. ad Lucian. Contempl. Tom. I. pag. 508. de Thamyrae, a Muſis, quas cantu provocaverat, excaecati, fato nota eſt fabula. praeter illos, quos laudat Broukhuſius, vide etiam Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 274.

21. *Sed tibi ſi exiles videor tenuatus in artus,*
Falleris. haud umquam eſt culta labore Venus.] *Et tibi* Guyetus, citra neceſſitatem. eſt enim objectio Demophoontis, formam exilem quaſi exprobrantis Propertio, cui reſpondet, majorem ſibi in exiguo corpore regnare virtutem, jactans ſe numquam voluptatis opere fatigatum. ſive ut Ovidius Lib. II. Am. 10. 26.

Decepta eſt opera nulla puella mea.

& majori cum gloriatione Lib. III. El. 7. 23. & ſeqq. noto loco. hinc tertii Voſſiani codicis lectio admittenda videtur, *haud umquam eſt feſſa labore Venus.* quod & in Colotiano & primo Vaticano legitur. vel cum Cel. Ruhnkenio legendum, *rupta labore Venus.* ut Lib. II. 13. 14.

Rumpat ut adſiduis membra libidinibus.

& *rumpere latus* in hac nequitiae palaeſtra frequens. certe *culta* hic non placet. *exiles tenuatus in artus*, ut de ſe Ovidius Lib. I. Am. 6. 5.

Longus amor tales corpus tenuavit in uſus,
Aptaque ſubducto pondere membra dedit.

 con-

Percontere licet. ſaepe eſt experta puella
Officium tota nocte valere meum.
Jupiter Alcmenae geminas requieverat arctos,
Et coelum noctu bis ſine rege fuit.
Nec tamen idcirco languens ad fulmina venit.
Nullus amor vires eripit ipſe ſuas.
Quid? quum e conplexu Briſeïdos iret Achilles?
Num fugere minus Theſſala tela Phryges?

Quid?

concretus in artus apud noſtrum de nano Lib. IV. El. 8. 41.

Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus.

vel *contractus*, ut in aliis.

25. *Jupiter Alcmenae geminas requieverat arctos*] vitioſe in Menteliano *geminos artus*, quod ex praecedenti diſticho male repetitum. *requieverit* in Borrich. *requievit* in Voſſ. primo. *requieverat arctos geminas*, pro *requieſcere fecerat* dictum eſſe adſcripſerat Fruterius. in Alcmenae nempe gratiam duas, ſive tres noctes, requievit Jupiter, ut Herculem procrearet. vide Meurſium ad Lycophr. v. 33. Livinej. ad h. l. & de fabula ipſa prae ceteris Cel. Hemſterh. ad Lucian. Somn. pag. 21. hinc Ovidius Lib. I. Am. El. 13. 45. ad Auroram,

Ipſe Deum genitor, ne te tam ſaepe videret,
Commiſit noctes in ſua vota duas.

Seneca Agam. 826. de Hercule,

—— violentus ille
Nocte non una poterat creari.

quo loco imitatur, ut paſſim, Ovidium Epiſt. IX. 9.

At non ille velit, cui nox (ſic creditur) una
Non tanti, ut tantus conciperere, fuit.

ita enim legendum cum Waddelio Anim. Critic. pag. 91. non *ſi creditur*. Seneca de brevit. vitae cap. 16. *inde etiam poëtarum furor, fabulis humanos errores alentium, quibus viſus eſt Jupiter, voluptate concubitus delinitus, duplicaſſe noctem.* de locutione *geminas requieverat arctos* vide Scaligerum infra ad El. ult. huj. Lib. v. 75. ubi recte emendavit,

Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam.

Virgilius Ecl. VIII. 4.

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

ubi Servius ex Calvi Jo adfert,

Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus.

ita ſimplici *quieſco* utitur Seneca Herc. Oet. v. 1586.

Quam tuas laudes populi quieſcant.

ubi vide J. Iſ. Pontani notas.

28. *Nullus amor vires eripit ipſe ſuas*] *praecipit* vel *eligit* conjiciebat Gebhardus. ſed malim cum Heinſio *vires deſerit* aut *deterit*. *ſubtrahere vires* Ovidio Rem. Am. 444.

Alterius vires ſubtrahit alter amor.

30. *Num fugere minus Theſſala tela Phryges*] *Non fugere* in duobus Voſſ. & D'Orvill. *Cum* in meo priore. Legendum conjicio,

Num ſenſere minus Theſſala tela Phryges?

Lib. II. El. 1. 66.

Myſus & Haemonia juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

Lib. IV. El. 9. 39.

Quis facta Herculeae non ſenſit fortia clavae.

ut illic ex MSS. emendandum, pro *audit*. ubi plura. Ovidius I. Amor. El. 9. 39.

Mars quoque deprenſus fabrilia vincula ſenſit.

paullo poſt etiam corrigendum,

Bella Mycenaeae num timuere rates?

nempe *num minus*, repetitione ex verſu praecedente, *Num fugere minus?* & ſic conjecerat

Mark-

Quid? ferus Andromachae lecto quum ſurgeret Hector,
Bella Mycenaeae non timuere rates?
Ille vel hic claſſes poterat, vel perdere muros.
Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.
Adſpice uti coelo modo Sol, modo Luna miniſtret:
Sic etiam nobis una puella parum eſt.
Altera me cupidis teneat, foveatque lacertis,
Altera, ſi quando non ſinit eſſe locum.

Marklandus. vid. ad Eleg. praeced. v. 3. & de elegantia interrogationis *Num minus*, ſed ſemper fere a librariis corrupta, plura notabimus ad Lib. IV. El. XI. v. 13. pro *timuere* in Menteliano *tenuere.*

33. *Ille vel hic claſſes poterat, vel perdere muros.*
Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego]

poterant in Neapolitano. *claſſem* Heinſius. optimo judicio hic Achillem & Hectora a Propertio memorari, quia in muris evertendis praecipue valebat Achilles, in navibus cremandis Hector, notat Barthius ad Stat. I. Achill. v. 89. altero verſu *Sic ego* male in Borrich. *Hoc ego Pelides, hoc ferus Hector ego* emendaverat Marklandus, quod ſi admitteretur, ex verſu praeced. *poſſum* ſuppleri deberet. Mihi ex codice Modii, ſeu Groningano, & D'Orvill. ſecundo praeferendum videtur,

Hic ego Pelides, hic ferus Hector ero.

in hac palaeſtra amoris me Achillem & Hectorem praeſtabo. Senſus loci manifeſtus erit, ſi conparemus ſimilis elegantiae iſta Tibulli Lib. I. El. I. 89.

Nunc levis eſt tractanda Venus: dum frangere poſtes
Non pudet, & rixas inſeruiſſe ſerae.
Hic ego dux mileſque bonus, vos ſigna tubaeque
Ite procul. cupidis vulnera ferte viris.

& utramque militiam, partumque in altera a ſe triumphum, pari colore deſcribit Ovidius Lib. II. Am. 5. & ſeqq.

Haec eſt praecipuo victoria digna triumpho:
In qua quaecumque eſt, ſanguine praeda caret.
Non humiles muri, *non parvis oppida foſſis*
Cincta, ſed eſt ductu copta puella meo.
Pergama cum caderent bello ſuperata biluſtri,
Ex tot, in Atrida pars quota laudis erat?
At mea ſepoſita eſt, & ab omni milite diſſors
Gloria, nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hanc voti finem, me milite veni:
Ipſe eques, ipſe pedes, ſignifer ipſe fui.

& hinc Helena Paridem a campo Martis ad Veneris arma perducere tentat Epiſt. XVII. v. 255.

Apta magis Veneri, quam ſunt tua corpora Marti,
Bella gerant fortes, tu, Pari, ſemper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare jubeto.
Militia eſt operis altera digna tuis.

35. *Adſpice uti coelo modo Sol, modo Luna miniſtret*] *Adſpice ut coelo m. S. m. L. miniſtrat* in Heinſiano, & meo primo. hinc Heinſius *Adſpice ut e coelo.* vel *Adſpicis ut coelo*, aut *Adſpicito ut*, ſed, *Adſpice uti miniſtret* rectum, & ex uſu Propertii eſt, unde male etiam *miniſtrat* in Borrichiano. vide ad Lib. I. El. 3. 9. & El. XVII. 6. *miniſtret* Sol & Luna, alternis lucem praebeant, ut Lib. III. El. 14. 15. *Luna miniſtrat equis, demonſtrant aſtra ſalebras.* quod autem noſtro *miniſtrare* de Sole & Luna dicitur, id δουλεύειν Euripidi in Phoeniſſis v. 549.

Καὶ γὰρ μέτρ᾽ ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε κἀριθμὸν διώρισε.
Νυκτός τ᾽ ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς,
Ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον. &c.
Εἶθ᾽ ἥλιος μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς.

quem locum ideo lubentius adſcripſi, quia illum in animo habuiſſe poëtam noſtrum credebat juvenis optimus, Muſarum aeque ac Themidos eruditae amor, & venerum Propertianarum callentiſſimus, Laurentius Santenius.

38. *Altera, ſi quando non ſinit eſſe locum*] ſic edidit Broukhuſius. ſed aliter in codd. MSS. & editionibus vetuſtis. in Regiis, *Altera, ſi quando eſt, non ſinat eſſa locum.* ut in Veneta, Reg.

Aut ſi forte irata meo ſit facta miniſtro,
  Ut ſciat eſſe aliam, quae velit eſſe mea.
Nam melius duo defendunt retinacula navem,
  Tutius & geminos anxia mater alit.
Aut ſi es dura, nega: ſin es non dura, venito.

Quid

Lep. Aldinis, Junt. Colin. Gryphii, aliiſque edd. in Menteliano, Scaligeri & Modii Excerptis, Groningano, Borrich. & Neapol. *ſi quando non ſinat*, vel *ſinit*, *eſſe locum*. *ſinat* etiam in ſecundo Leidenſi, primo & tertio Voſſ. quod autem inſertum fuerit *eſt*, & nonnullis ſcriptis editiſque libris intruſum *ſi quando eſt*, ſenſum fecit obſcuriſſimum, & hinc, ni fallor, Paſſeratius conjectura inauſpicata tentaverat, *Altera ſi qua deeſt*, vitium Propertio ingerens, a quo optimi ſemper ſibi caverunt poëtae, qui numquam *deëſt* prima brevi adhibent, ſed voce in monoſyllabon contracta utuntur. vide Barth. ad Stat. X. Theb. v. 230. Felicius N. Heinſius legebat,

Altera, ſi quando haec non ſinit eſſe locum.

Altera, me teneat nempe & amplexu foveat, ſi prima aditum neget. ſenſu plano & perſpicuo. & ſic legiſſe amicum, quem *Andream* vocat, teſtatur Livinejus, & valde probat, per quem *Andream Schottum* intelligendum opinor, quia ab illo ſe poſtumas Livineji notas in Amorum triumviros accepiſſe teſtatur in praefatione ſua Gebhardus.

40. *Ut ſciat eſſe aliam, quae velit eſſe mea*] *Et ſciat* in Borrich. & meo priore. *Vel ſciat* in Groning. Heinſius conjecerat, *At* vel *Ut ſciet*. Marklando placebat, *Tum ſciat eſſe aliam*. *aliquam* D'Orvill. ſec.

41. *Nam melius duo defendunt retinacula navem*] *Jam* in meo priore. *Nam duo defendunt melius retinacula navem* numero molliore in Heinſiano, & Gebhardi Commeliniano. ſed *defendunt* deeſt in meo codice primo, relicto hiatu. Paſſeratius ſubintelligit, *defendunt*, a ventorum & fluctuum inpetu, dura ſatis ellipſi, & neſcio an hoc verbum ita ſimpliciter poſitum alibi occurrat, quum ſemper addatur aliquid rei, de qua agitur, congruum, ut *defendere a frigore*, *aeſtu*, *ſolſtitio*, & ſim. pro arcere. Cogitabam igitur, an ſervato verborum ordine, quem praeeunt codices, forſitan ſcripſerit auctor,

Namque duo melius fundant *retinacula navem*.

verbo hac in re proprio, & cujus veſtigia ſatis clara in *defendunt*, deleta prima ſyllaba, forte ex *duo* enata. *fundare* autem pro ſtabilire, de duabns anchoris fundo maris injectis, (quas per *retinacula* intelligo) naveſque hoc vinculo firmatas retinentibus. notum illud Virgilii VI. Aen. 4.

Anchora fundabat naves, ſtant litore puppes.

Claudianus Conſ. Mallii v. 113.

Jam tibi conpoſitam fundaverat anchora puppim.

ſic puppis *carina ſolida fundata* Ovidio IV. ex P. Ep. 3. v. 5.

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

ubi *firmata* in MS. quae gloſſa eſt. eidem Epiſt. XVI. 109.

Fundatura citas flectuntur robora naves,
  Texitur & coſtis panda carina ſuis.

ſententiam hanc e Graeco fonte deductam, ex Socratis apud Stobaeum dicto, optime notavit J. Douſa Fil. & ex Pindaro atque Ariſtide ſimilia dedit Paſſeratius. eleganter etiam imitatus eſt Ovidius Rem. Amor. v. 446.

Non ſatis una tenet ceratas anchora naves,
  Non ſatis eſt liquidis unicus hamus aquis.

& e recentioribus Dan. Heinſius Lib. II. El. 7. pag. 188.

Certius ex alta bis mittitur anchora puppi,
  Et tenet inſtabiles uncus uterque rates.
Certius hoc, fateor, ſed nos crudelis in una
  Et nimium conſtans, ſed pia, cura tenet.
Non perit in cunctis, ſi quis non haeret in una.
  Ludit, & e quavis gaudia certa petit.

43. *Aut ſi es dura, nega: ſin es non dura, venito*] ſic Borrich. Groning. aliique codd. & vetuſtae edd. *Si non es dura* in Mentel. *Nunc ſi es dura* Guyetus. Francius correxerat,

Quod ſi es dura, nega: ſi non es dura, venito.

diſtichon hoc non cohaerere praecedentibus notaverat Marklandus, & ad hunc locum vix pertinere

Quid juvat in nullo pondere verba loqui?
45. Hic unus dolor eſt ex omnibus acer amanti,
Speranti ſubito ſi qua venire negat.
Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto,
Quum recipi, quem non noverit, illa vetat.

Et

tinere videbatur D'Orvillio. *venito*, & mox *venire* repetitum, eo ſenſu dicitur, quo ſupra El. XIV. 34. ubi vide notas. in quem locum forte diſtichon hoc poſſet transferri, quia ſe a Cynthia faſtiditum illic queritur, unde ſatis commode ibidem cohaerebunt,

De me; mi certe poteris formoſa videri;
Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.
Aut ſi es dura, nega: ſin es non dura, venito.
Quid juvat in nullo pondere verba loqui?
Ipſe tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus &c.

ubi certe *venis* & *venito* aptius repeti videtur quam hoc in loco. Sed de hac tranſpoſitione liberum virorum doctorum ſit judicium.

44. *Quid juvat in nullo pondere verba loqui?*] *Quod juvat* prior Palatinus Gebhardi, forte pro *Quo juvat.* & *nullo* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. Mentel. Scalig. Excerptis, Voſſ. primo Askew. Leidenſib. duobus, utroque D'Orvill. ac meis. *è nullo* Voſſ. tert. *Quid juvat en nullo* Heinſius. ſed quod rejecit, & *in* abundare notavit. de quo vid. Giſanii Ind. Lucret. p. 360. *in nullo ponere verba loco* in v. c. Ant. Perreji, qui id e Pontano quoque notaverat & ſic in Mentel. Excerpt. Modii, Borrich. Groning. Neap. Vatic. ſec. Regiis, Colbertinis, Askew. Livineji & Gebhardi codicibus, binis Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, vetuſtiſſ. edd. & apud Volſcum. ſed tot codicum in illam lectionem, quam merito ineptam dicit Livinejus, conſpirantium pertinacia non tamen evincit, ut alterum repudietur, quod ex Beroaldina in Scaligeranam aliaſque edd. recte tranſlatum eſt. & firmari poteſt ex Ovidio Epiſt. III. v. 98.

At mea pro nullo pondere verba cadunt.

& Lib. II. El. 14. 42.

Et ſint ominibus pondera nulla meis.

45. *acer amanti*] *aſper* in uno cod. Regio. altero verſu *Spectanti* in Groningano, pro *exſpectanti*, ut ſaepe.

47. *toto verſant ſuſpiria lecto*] *Quanti illum toto vertant* in D'Orvill. primo. *verſent* Voſſ. quart. *verſant* fatigant, agitant, verbo eleganti & apud noſtrum obvio. ſic El. I. huj. Libr. 45. *anguſto verſamus praelia lecto.* vide ad Lib. III. El. 9. 1.

48. *Quum recipi, quem non noverit, illa vetat*] locus interpolando vexatus & nonnihil obſcurus, ſi hanc lectionem ſequamur. in codicibus non una varietas eſt. in Regiis & primo Colbertino,

Cui recipi quae non noverit ille vetat.

niſi quod *ipſe* ſuperſcriptum. in altero Colbert.

Cur recipi quae non noverit ille vetat.

Cui recipi etiam eſt in Heinſiano, meo priore, & edd. primis, *quae non noverit* in iiſdem edd. & primo D'orvill. *ceu non noverit* Heinſius. pro *vetat* in aliis *negat*. *Cum recipi quem non noverit illa putat* ex v. c. Puccii adſcripſerat Perrejus. ſic etiam in Colotiano, primo & ſecundo Vatic. *Cum recipi, q. n. n. i. vetat* in quinto Vatic. *Quo recipi* —— *negat* in Borrich. ſed in marg. *putat*. *Cur recipi quem non noverit ille putat* Groning. in Menteliano, *Cum recipi quem non noverit ille vetat.* alias lectionum differentias ex Palatinis, Commeliniano, & antiquis edd. adnotavit Gebhardus, Paſſeratio accedens legenti,

Cum recipi, quem non noverit, illa vetat.

Cl. Heynio in notis ad Tibullum p. 295. placebat,

Quum recipi, quem non noverit illa, necat.

vel,

Quam recipi, quem non noverit ille, necat.

& *necat* interpretatur, urit, dolet recipi a puella, quae venire negavit, alium non notum ſibi. Marklandus ſe verſum hunc non intelligere adſcripſerat, & ex veſtigiis codicis D'Orvilliani, in quo legebatur,

Quoi recipi, quae non noverit, ille vetat.

emen-

Et rurſum puerum quaerendo audita fatigat,
Quem, quae ſcire timet, dicere plura jubet.
Cui fuit indocto fugienda haec ſemita vulgi,
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.
Ingenuus quiſquam alterius dat munera ſervo,
Ut promiſſa ſuae verba ferat dominae?

Et

emendandum cenſebat,

Quum recipi, quaſi non noverit, illa vetat.

quum famulo jubet excludere & non recipere eum, quaſi ſibi ignotum, & veluti numquam antea illum viderat. & hanc ceteris aliorum lectionibus praeferrem. *quaſi non noverit* jam eſt in editione, quae ſub Graevii nomine prodiit. & hoc ſenſu Scaliger conjecerat,

Quum recipi, quem non noverit illa, vetat.

puella nempe. Vide tamen an pro *vetat*, ſi ſubſtituamus *videt*, ſic refingi hic verſus poſſet,

Quum recipi, quem non noverit illa, videt.

ut referatur ad excluſum amatorem, quem ſuſpiria toto lecto verſant, quum videt alium ignotum procum, ſe non admiſſo, quem noverat, praeferri ſibi ac recipi.

49. *Et rurſum puerum quaerendo audita fatigat;*
Quem quae ſcire timet, dicere plura jubet]

rurſus propter ſonum correxerat Marklandus, quod in Borrich. Groning. ſecundo Leid. tribus Voſſ. meo utroque, & D'Orvillianis. *rurſus quaerendo* jungenda ſunt, ut de Calypſo & Ulyxe Ovid. II. A. A. 127.

Haec Trojae caſus iterumque iterumque rogabat,
Ille referre aliter ſaepe ſolebat idem.

altero verſu *Quem quoque* in Voſſ. pr. *Cum quae* in Mentel. *Quae quoque ſcire* in meo ſecundo. *Quem ſcire pudet* Borrich. *Quem qua ſcire* in Excerptis Scalig. *Quae cum ſcire timet* in cod. Modii. dein *quaerere* in duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. Borrich. Groning. utroque D'Orvill. meiſque, & vetuſtioribus edd. Heinſius ad oram ed. Ald. conjecerat,

Quoque haec ſcire timet, quaerere plura libet.

Legendum videtur,

Quam quae ſcire timet, dicere plura jubet.

vel *jubens.* famulum jubet plura, quam ſcire eum timet, dicere. deletus erat hic verſus in Neapolitano. Conferenda haec ſunt cum Ovidii Lib. I. Am. El. XI. de Nape tabellas ad Conrinnam deferente.

51. *Cui fuit indocto fugienda haec ſemita vulgi*] Novam Elegiam hic ordiuntur Regii, Colbertini, Leidenſes, Voſſiani, D'Orvilliani, mei, & ceteri omnes MSS. cum primis & aliis vetuſtis edd. praeſcripto titulo de SERVITVTE AMORIS. ſed praecedentibus continuavit Scaliger. Heinſio etiam videbatur ſuperiori Elegiae connectenda, ſed primum verſum mendoſum cenſebat. *Cui fuit indocti* in pleriſque codd. & Leidenſ. Voſſianis, D'Orvillii, ac meis. quod probabat Marklandus. vel *Qui fuit indocti*, ut in primis & antiquioribus edd. tum *fugienda & ſemita*, vel *eſt ſemita.* In Borrichiano *eſt* utroque verſu omittitur. *indocto* correxit Scaliger. Legendum puto,

Cui fuerat docto *fugienda haec ſemita vulgi,*
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.

eo ſenſu, quo *lacum* exponunt Interpretes de vulgivago amore, ut dicat, jam placet aqua non de fonte, ſed lacu petita, quae ſemita vulgi mihi amorum minime rudi aut ignaro, ſi ſaperem, fugienda erat. Heinſius conjecerat, *Ipſo epota lacu.* ut apud Ovidium, *Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquae.* Seneca Epiſt. 119. *Utrum haec aqua ſit ex lacu proximo excepta, ad naturam nihil pertinet.* quod hoc Propertii loco illuſtrat Lipſius. *lacum* de re vili & contemta dici notant viri docti ad El. XI. huj. Libr. v. 8. & forte hoc in verſu latet proverbii cujuſdam ſpecies.

53. *Ingenuus quiſquam alterius dat munera ſervo,*
Ut promiſſa ſuae verba ferat dominae.]

Ingenuus quamquam in Voſſ. primo, meoque altero. *det munera* Guyetus. *quiſnam alterius det munera ſervo* Heinſius. *Ingenuus quiſque* praeſtaret,

55. Et quaerit toties, Quaenam nunc Porticus illam
Integit? &, Campo quo movet illa pedes?

Deinde

ſtaret, quia muneribus demereri ſervos etiam alienos moris erat. Ovid. II. A. A. 255.

Sed tamen & ſervo (levis eſt impenſa) roganti
Porrige fortunae munera parva tuae.
Porrige & ancillae.

dein *promiſſa* firmatur a Neapol. Regiis, Colbertinis, Menteliano, Scaligeri & Modii Excerpt. Voſſian. Heinſiano, aliiſque codd. & primis edd. *permiſſa* conjecerat Heinſ. ad oram ed. Aldinae, in qua *commiſſa*, quod etiam in Colinaei, Gryphii, Rovill. aliiſque edd. habetur, neque adeo adſpernenda lectio eſt, ut *illiberale Beroaldi flagitium* dici meruerit a Broukhuſio, quin potius praeferenda videtur. *verba* enim famulo *commiſſa* notant pugillares, ejus fidei creditos, ut ad dominam perferantur. Lib. I. El. 10. 12.

Accipe commiſſae munera laetitiae.

ſupra El. XIV. 37.

Credam ego narranti, noli committere famae.

Seneca Epiſt. 3. *Epiſtolas ad me perferendas tradidiſti, ut ſcribis, amico tuo. deinde admones, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem.* & ſeqq. *Tu quidem ita vive, ut nihil* (amico) *committas, niſi quod committere etiam inimico poſſis.* ubi vide Gronov. *credere* eadem notione apud Naſonem III. A. A. 485.

Ancillae puerive manus ferat apta tabellas:
Pignora nec juveni credite veſtra novo.

ſic & arcana tabellis *committi* dicuntur Ovidio Lib. I. Amor. El. 12. 21. de ſimilibus pugillaribus,

His ego commiſi noſtros inſanus amores,
Molliaque ad dominam verba ferenda dedi.

IX. Met. 586.

Tam cito commiſi properatis verba tabellis.

55. *Et quaerit toties, Quaenam nunc Porticus illam Integit*] *Dic tegit* conjecerat Heinſius. ſed nihil muto. ſupra El. XV. 25.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit.

ideo autem hic *Porticus* & *Campus* memorantur, quia in illis locis convenire ſolebant amantes. Ovidius Lib. II. Am. El. 2. 4.

Heſterna vidi ſpatiantem luce puellam,
Illa, quae Danai porticus agmen habet.

Lib. I. A. A. 491.

Seu pedibus vacuis illi ſpatioſa teretur
Porticus, hic ſocias tu quoque junge moras.

Rem. Am. v. 627.

Nec quae ferre ſolet ſpatiantem porticus illam,
Te ferat: officium neve colatur idem.

vide Elegiam XXIII. hujus Libri, qua Phoebi porticum Juliam deſcribit, in quam venire Cynthiam rogat v. 37.

Hoc utinam ſpatiere loco, quodcumque vacabis,
Cynthia. ſed tibi me credere turba vetat.

ubi & Pompejae porticus meminit v. 45. ut Ovidius I. Artis v. 67.

Tu modo Pompeja lentus ſpatiare ſub umbra,
Cum Sol Herculei terga Leonis adit.

de Campo, qui varii Romae erant, non minus quam porticus, Ovidius III. A. A. 385.

Nec vos Campus habet, nec vos gelidiſſima Virgo,
Nec Thuſcus placida devehit amnis aqua.
At licet & prodeſt Pompejas ire per umbras,
Virginis aetheriis cum caput ardet equis.

Ceterum in codice D'Orvilliano *illum Integit. porticus idem* in Neapolit. & ſeq. verſu, *Campo quo movet ille pedes* in Voſſiano quarto. quod vel ideo noto, quia praecedentes quatuor verſus ſede ſua motos ſuſpicor, & hi connectendi videntur cum illis, *Et rurſum puerum quaerendo audita fatigat* &c. turbatus nempe in hac Elegia adparet nonnullorum verſuum ordo. praeterquam enim quod novam Elegiam a v. 51. male ordiantur plurimi codices, tria etiam diſticha, a v. 59. uſque ad v. 64. illo loco non occurrunt in variis MSS., ſed in finem Elegiae rejiciuntur. Singula igitur forte in integrum ſic reſtituenda & legenda ſunt:

Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto,
Quum recipi, quem non noverit illa, videt.
Ingenuus quiſque alterius dat munera ſervo,
Ut commiſſa ſuae verba ferat dominae,

Quae

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores
Herculis, ut ſcribat, Muneris ecquid habes?
Et modo pavonis caudae flabella ſuperbi,
Et manibus dura frigus habere pila:

Et

Quae toties puerum quaerendo audita fatigat,
Quem, quia ſcire timet, dicere plura jubet.
Et quaerit toties, Quaenam nunc Porticus illum
Integit? & Campo quo movet ille pedes?
Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores
Herculis, ut ſcribat, Muneris ecquid habes?
Et modo pavonis caudae flabella ſuperbi,
Et manibus dura frigus habere pila,
Et cupit iratum talos me poſcere eburnos,
Quaeque nitent ſacra vilia dona Via.
Cui fuerat docto fugienda haec ſemita vulgi,
Ipſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.
Ah pereams, ſi me iſta movent diſpendia, ſed me
Fallaci dominae jam pudet eſſe jocum & ſeqq.

ſic ſaltem omnia meliori ſenſu, qui in vulgatis obſcuriſſimus eſt, cohaerebunt, ni fallor: ut famuli cum tabellis ad puellam miſſi praecedat mentio, quem multa iterum iterumque quaerendo fatigat, & ad pugillares miſſos reſcribat, munera varia petendo. locutio autem proverbialis eſt *fugienda haec ſemita vulgi*, quam e Callimacho expreſſam Fragm. 293. admonuit Cel. Ruhnkenius, cujus & Bentleji notas illic vide.

57. *Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores*
Herculis, ut ſcribat, Muneris ecquid habes?]

quod dixit fama Heinſius. *quos dicit poena* in Commeliniano Gebhardi. elegantiſſime aerumnas amatorum, perfidia puellae ſuae eluſorum, comparat laboribus, quos exantlare debuit Hercules. quae egregie illuſtrantur ex Eleg. ſeq. v. 9. & ſeqq. ubi rivalem ſuum coram Cynthia ſic provocat:

Si libitum tibi erit; Lernaeas pugnet ad hydras,
Et tibi ab Heſperio mala dracone ferat.
Tetra venena libens, & naufragus ebibat undas,
Et numquam pro te deneget eſſe miſer.
Quos utinam in nobis, vita, experiare labores,
Jam tibi de timidis iſte ſuperbus erit.

pro *ut ſcribat* ſequente verſu Guyetus inepte *ut ſtridat*, id eſt ſtridula voce dicat. *Herculis, & ſcribat* in Regiis, primo & quinto Vatic & vetuſtis edd. *ut ſubdat*, Heinſius, vel *huic quod des muneris* conjecit in notis ad Ovid. Epiſt. VIII. 104. ſed *ut ſcribat* non videtur ſollicitandum; innuit enim, miſero amanti, poſt perpeſſos puellae faſtus & ſuperbiam, id tantum reſtare ſolatii, ut ad literas, per ſervum miſſas, nihil aliud ſcribat, quam *muneris ecquid habes.* unde toties poëtae, & praecipue Tibullus, Ovidius, & ipſe noſter Propertius in puellarum, munera tantum captantium, aviditatem invehuntur. oportune Janus Douſa P. adſcripſerat illud Anthol. Graec. Lib. VII. (Ep. 183.)

Ἐλπίζειν ἔξεστι; ζητεῖς δὲ τὶ; νύκτα. φέρεις τί;
Χρύσιον. εὐθύμει. καὶ πόσον; οὐ δύναμαι.

id eſt, vertente Grotio,

Spes ne aliqua eſt? quid vis? noctem volo. quid geris? aurum.
Sume animum. tantum num dabis? hoc nimium eſt.

ubi J. Douſa Fil. corrigebat,

Ἐλπίζειν ἔξεσ' αἰτεῖς δὲ τὶ;

59. *Et modo pavonis caudae flabella ſuperbi*] *ſuperbae* ſecundus Leid. primus & tertius Voſſ. uterque D'Orvill. cum meis. & ſic in primis, Aldinis, Junt. Colin. Gryph. aliiſque edd. neque aliter adfert Neſtor in Vocabular. p. 154. recte quidem Broukhuſius *ſuperbi* adſeruit, & exemplis de pavone pennis caudae laudatis ſuperbo illuſtravit, quibus adde quae notavit Bochartus P. II. Hieroz. Lib. II. cap. 16. p. 240. ſed quod rationem addat, quia pavo maſculus non femina caudam habet oculatam & gemmatam, miror, nam qui *ſuperbae* ediderunt, *caudae* adjunxerunt. *pavonis caudam flabella ſuperbam* Heinſius per adpoſitionem. ſed probo lectionem receptam. intelligit flabellum, quo ad refrigerandum & ventilandum aeſtatis calore utebantur puellae, quae & *tabella* dicitur, quam ῥιπίδα vel ῥιπίδιον Graeci vocant, cujus hic aptiſſima poſt Herculem fit mentio. nam hoc ſervili miniſterio, ut Omphalae

Et cupit iratum talos me poſcere eburnos,
Quaeque nitent Sacra vilia dona Via.
Ah peream, ſi me iſta movent diſpendia: verum
Fallaci dominae jam pudet eſſe jocum.

65. Cer-

phalae ventilaret, functum fuiſſe indicat Lib. IV. El. 9. 50.

Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus.
Et manibus duris apta tabella fuit.

quamquam illic *apta puella fui* male ediderit Broukhuſius, & forte locus ille aliter legendus ſit. Ovidius Lib. III. Am. El. 2. 37.

Vis tamen interea faciles arceſſere ventos,
Quos faciat noſtra mota tabella manu.

& Lib. I. Artis Am. 161.

Profuit & tenui ventos moviſſe tabella.

ut recte a viris doctis emendatum, pro *flabello*, cujus vocis primam produci vel hic locus oſtendit. haec vero flabella ex pavonis caudis habebant elegantiores & lautiores. Claudianus Lib. I. in Eutrop. 109.

Et quum ſe rabido feſſam projecerat aeſtu,
Patricius roſeas pavonum ventilat alas.

plura de his vide apud Broukhuſ. ad h. l. Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 82. & quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 370. 371. mox *durae frigus habere pilae* Heinſius, de *pila luſoria* male intellexit Paſſeratius, reprehendens Beroaldum, qui recte expoſuerat de pila ex cryſtallo, quam feminae manibus tenebant ad calorem frigore ejus mitigandum. & ſic Volſcus ac Livinejus. quod e Plinio optime firmavit Broukhuſius. ſed dubito valde an cum Vulpio huc referendum ſit illud noſtri ex Lib. IV. El. 3. v. 52.

Cryſtalluſque tuas ornet aquoſa manus.

quia illic de gemma annuli, ornamento digiti, agitur, non vero de pila cryſtallina ad manus refrigerandas.

61. *Et cupit iratum talos me poſcere eburnos*] *iratam* conjicit Paſſeratius, & interpretatur, cupit ut iratam placem luſu talorum. ſed hunc ſenſum an verba admittant, viderint alii. ſic enim *irata cupit me ad talos poſcere* dicendum fuiſſet. *ſubit iratam* ad oram ed. Aldinae adſcripſerat Heinſius. Mihi videtur locus ita intelligendus, & cupit me iratum, (iratum ideo, quia excluſo nihil aliud ad literas reſponderat, quam munuſcula rogando) poſcere talos eburnos ſibi mittam, quibus ludat cum novo amatore admiſſo, & nonnullas alias munerum petit quiſquilias, in Sacra Via coëmtas, & ſic amanti inſultet. hunc ſenſum exigunt ſequentia *Fallaci dominae jam pudet eſſe jocum. cupit poſcere* more Propertii pro *cupide poſcit.* altero verſu *Quaeque nitent Sacra Julia dona Via* legebat Beroaldus, & Caeſarea, ideoque pretioſa, interpretatur. ita in meo codice primo, ed. Venet. 1475. & Reg. Lepid. ſed *vilia dona* recte ſe habent, de levioribus munuſculis, qualia unicuique in Sacra Via proſtabant venalia. vide Naſonis Eleg. VIII. Lib. I. Amor. a v. 87 — 106. qui locus haec optime illuſtrat. quia & poma, & agrorum hortorumque fructus illic emere & ad amicas mittere ſolebant. hinc talia *parva munera* vocat Lib. II. A. A. 261. & ſeqq.

Nec dominam jubeo pretioſo munere dones,
Parva, ſed e parvis callidus apta dato.
Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant,
Adferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa,
Illa vel in Sacra ſint licet emta Via.

unde *Julia* illa *dona* ſatis refutantur, & *vilia* hic confirmantur. adde quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 497. Abram. ad Cic. pro Milon. cap. 24. p. 896. & Gorium ad Donii Inſcriptt. Antiq. Cl. VIII. pag. 319. qui propter *talos eburnos* hic memoratos exiſtimat in Via Sacra praeter negotiatores unguentarios etiam fuiſſe eborarios. *vilia* & *Julia* ſimiliter confuſa in loco Martialis Lib. V. Ep. 10.

Et laudant fatui vilia templa ſenes.

ubi in aliis MSS. *Julia.*

63. *Ah peream, ſi me iſta movent diſpendia: verum*
Fallaci dominae &c.]

Ac peream in Excerpt. Modii, & Borrichiano. Malim hic *Diſpeream, ſi me* &c. quia mox ſequitur v. 68.

Ah pereant, ſi quos janua clauſa juvat.

ſupra

Cernere uti poſſis vultum cuſtodis avari,
Captus & inmunda ſaepe latere caſa,

Quam

ſupra El. XVII. 9.

Diſpeream, ſi quidquam aliud, quam gloria de te
Quaeritur.

in verſibus apud Suet, Tib. cap. 59.

Diſpeream, ſi te mater amare poteſt.

& paſſim alibi. in fine verſus *ni me* Excerpt. Scalig. *ſi me* Neapol. Borrich. Mentel. ſecund. Leid. Voſſ. prim. & tert. ſecundus D'Orv. meus uterque, & primae edd. rectius *ſed me* in Regiis, & Colbertinis, ut Aldus in utraque editione, Junta, Colinaeus, Gryphius, aliique. & ſic adfert Barthius ad Calpurn. Ecl. III. v. 50. dein *non pudet* ſuperſcriptum in Voſſ. tertio. *eſſe locum* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. utrumque vitioſe.

65. *vultum cuſtodis avari*] *amari*, praeter codices aliis memoratos, & primas editiones, etiam eſt in Regiis, Colbertinis, Mentel. Modii & Scalig. Excerpt. Neapol. Groning. duobus Leidenſ. primo tertioque Voſſ. binis D'Orvill. & meo ſecundo. in priore & Heinſiano *avari*. quod optime vindicat Broukhuſius de oſtiario, data mercede, fores facilius reſerante. hinc noſter Lib. IV. El. 5. 47.

Janitor ad dantes vigilet, ſi pulſet inanis,
Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram.

Ovidius III. A. A. 657.

Sed ſemel eſt cuſtos longum redimendus in annum:
Saepe dabit, dederis quum ſemel, ille manus.

ita legendum pro *dederit quas.*

66. *Captus & inmunda ſaepe latere caſa*] Locus non adeo apertus, ac prima fronte videtur. *in inmunda* D'Orvill. ſec. *in munda* Borrich. cum primis edd. *inmundo cavo* conjecerat Heinſius in Notis p. 698. ut *inmunda caverna* idem legit Lib. III. El. 13. 17.

Saepe illam inmundis paſſa eſt habitare cavernis.

ſed quia *inmundo* mox ſequitur v. 71. etiam hoc modo locum corrigendum cogitaverat,

Spretus & in nudo ſaepe jacere ſolo.

ſic apud Ovidium III. Am. El. XI. 10.

Ergo ego ſuſtinui, foribus tam ſaepe repulſus,
Ingenuum dura ponere corpus humo.

& II. A. A. 524.

Clauſa tibi fuerit promiſſa janua nocte,
Perfer & inmunda ponere corpus humo.

ubi in aliis *dura. in nuda* cod. Huydecop. eadem varietate apud Tibull. I. El. 1. 62.

Mollis in inculta ſit mihi ſomnus humo.

ubi *in dura*, vel *in nuda* in aliis. vid. Broukhuſ. & Oudend. ad Lucan. VI. 550. & huic quidem emendationi ſuffragari poſſet codex meus ſecundus, in quo *in nuda* pro *inmunda* legitur. Ejuſdem Heinſii ſagacitas critica loco huic, qui procul dubio corruptus eſt, mederi tentaverat ad oram ed. Ald.

Captus & inmundae ſepe latere caſae.

in ſepto caſae ſordidae. certe *ſaepe* hic valde languet, quae vulgarior vox videtur a librariis pro *ſepe*, minus illis nota, ſuppoſita eſſe. Nondum tamen a praecipuo ulcere perſanatum locum arbitror, quod latere puto in voce *Captus.* novi quid ſit *captus amator, capta puella*, & ſim. unde Paſſeratio *deprehenſus*, & *paene captus*, exponitur. Sed ab hoc loco id alienum, & Heinſium quoque offendiſſe videtur, ut patet ex ſecunda ejus conjectura, qua *Spretus* divinaverat, quod tamen a vulgata ſcriptura, ut & *ſolo* a *caſa* nimium recedit. ſed *jacere* pro *latere*, & *inmundae ſepe caſae*, valde placet, ideoque hunc verſum ſic reſtituendum opinor,

Et canis inmundae ſepe jacere caſae.

ut *caſam inmundam canis* diverſam ſtatuamus a janitoris cella vel gurguſtio, nam quod Broukhuſius notat, *canem ſimul cum oſtiario clavigero in eadem cella aetatem degiſſe*, probandum erat. vel, ſi *ſepes* ex conjectura Heinſiana diſpliceat, de canis caſula, legi poſſet,

Et canis inmunda ſaepe latere caſa.

inmunda haec *caſa* dicitur, ut *inmunda hara* Ovidio Epiſt. I. 104. de porcili. auget igitur hoc injuriam excluſo amatori factam, ut non tantum obſervare ſupercilium avidamque manum janitoris avari, ſed & in ſepto caſae caninae jacere de nocte cogatur. ſic *cuſtodem oſtiarium & canem* conjungit Tibullus loco, quem produxit Broukhuſius, Lib I. El. 4. 31. & ſeqq.

—— hinc clavim janua ſenſit,
Et coepit cuſtos liminis eſſe canis.
Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt:
Nec prohibent claves, & canis ipſe tacet.

Ovi

Quam care ſemel in toto nox vertitur anno?
Ah pereant, ſi quos janua clauſa juvat.
Contra, rejecto quae libera vadit amictu,
Cuſtodum & nullo ſepta timore, placet.

Cui

Ovidius II. Am. 19. 40.

Incipe, quis toties furtim tua limina pulſet,
Quaerere: quid latrent nocte ſilente canes.

ubi vide notas. ſed Heinſium illic corrigentem *cui latrent* rejicit Jac. Gronovius ad Gellium Lib. VII. cap. 1. de canibus ad limina puellarum ſimul cum janitore cuſtodibus vide Caſaub. ad Theophraſti Charact. pag. 142. 143. & quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 293.

67. *Quam care ſemel in toto nox vertitur anno*] *verterit* in D'Orvill. ſecundo, Modii Excerptis, ſeu Groning. & codice Livineji. *ſtertitur* conjicit Heinſius. *vertitur nox toto anno* forte placere nonnullis poſſet, ut El. XXI. 34.

Et Deus, & durus vertitur ipſe dies.

perditur hic correxerat Marklandus, quod Broukhuſio etiam in mentem venerat. ſed veriſſima eſt Cel. Hemſterhuſii emendatio,

Quam care ſemel in toto nox venditur *anno.*

vide ejus Animadverſiones. & hoc confirmavit Cl. Schraderus Lib. I. Obſerv. cap. 3. pag. 28. & Emend. cap. VI. p. 127. favet praeſertim huic lectioni addita vox *care.* ut in illo Senecae de Brev. vitae cap. 16. *poſſunt iſtis non breviſſimae videri noctes, quas tam care mercantur?* mox *ſi quas janua clauſa juvat* non male in ſecundo Leid. ut inprecatio ſit in puellas amatorem excludentes.

69. *Contra, rejecto quae libera vadit amictu*] *neglecto* tentaverat Broukhuſius, forte quia rejicere veſtem in tergum dicitur de illis, qui opus aliquod adgrediuntur. ſed *rejicere amictum* ex humeris, etiam proprium de illis, qui ſe nudant. Ovidius Lib. II. Met 582.

Rejicere ex humeris veſtem molibar.

& ſequuntur illic *nuda pectora.* ita enim recte pro *dejicere* reſtituit Patruus meus, cujus notae plura ſuppeditabunt. huc forte ſpectat illud Petronii cap. 7. *rejecit anus urbana centonem.* quod de nudata intelligendum, quia velamine obductae in publico incedebant inpudicae, ſed quod rejiciebant, cellas aut domos voluptarias intrantes. vide illic Interpretum notas.

70. *Cuſtodum & nullo ſepta timore, placet*] ſic edidi, codicum omnium & primarum editionum conſenſum ſecutus. ita enim in Regiis, Colbertinis, Neapol. Vaticano primo, Mentel. Modii Excerptis, ſeu Groningano, Leidenſibus, Voſſianis, D'Orvill. meiſque, in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovilliana, Scaligeri, aliiſque edd. *tumore*, quod valide tuetur Gebhardus, probabatque Guyetus, & praetulit Broukhuſius. ſed jure rejicitur ab Hemſterhuſio. *timore* placuit etiam Marklando. & Pricaeo in notis ad Apulej. IX. Met. p. 516. neque aliter idem Heinſius in notis antea ineditis, nuper vero, me ſuppeditante, publicatis a Cel. Erneſtio, ad Tacit. de morib. Germ. cap. 19. init. ubi legendum, *Ergo ſeptae pudicitia agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae.* non *ſepta pudicitia*, multo minus *certa* cum Acidalio. *ſeptae pudicitia* illic praeſtat ex cod. Arundelliano, ut hoc loco *cuſtodum ſepta timore.* neque cum Heinſio tentandum *operta* vel *ſepoſita.* dein *timore* hic firmatur ex Ovidio III. Amor. El. 4. 30.

Non proba ſit, quam vir ſervat, ſed adultera cara eſt,
Ipſe timor *pretium corpore majus habet.*

& Eleg. 8. 63.

Me prohibet cuſtos, *in me* timet *illa maritum.*

ſic in alio Propertii ipſius loco Lib. III. El. 10. 17.

Quid faciet nullo munita puella timore.

ubi perperam Heinſius *marito.* licet *timore* probaverit in notis ad Ovid. III. Am. El. 4. 30. El. XII. v. 23.

Nec timor, *aut ulla eſt clauſae tutela puellae.*
Nec gravis auſteri poena cavenda viri.

neque diſſimili ſenſu ſupra Eleg. V. huj. Lib. in fine:

Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt.
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

ubi ſecundo verſu idem dicitur, quod *ſeptam pu-*

Cui ſaepe inmundo Sacra conteritur Via ſocco,
Nec ſinit eſſe moram, ſi quis adire velit.
Differet haec numquam, nec poſcet garrula, quae te
Adſtrictus ploret ſaepe dediſſe pater.
Nec dicet, Timeo, propera jam ſurgere, quaeſo:
Infelix, hodie vir mihi rure venit.

Et

dicitia vocat Tacitus d. l. qualis Penelope deſcribitur Naſoni Lib. III. Am. El. 4. 23.

Penelope manſit, quamvis cuſtode careret,
Inter tot juvenes intemerata procos.

talem *cuſtodem* innuit noſter Lib. I. El. XI. 15.

Ut ſolet amoto labi cuſtode puella.

quod recte vindicat, & de ſervo cuſtode puellis adpoſito exponit Broukhuſius, atque a codd. MSS. firmatur. nam *amota* perperam in aliis. ſupra El. V. 29.

Quos igitur tibi cuſtodes ad limina ponam.

Tibullus Lib. II. El. I. 75.

Hoc duce cuſtodes furtim transgreſſa jacentes
Ad juvenem in tenebris ſola puella venit.

quae conferenda cum loco Ovidii Lib. I. Am. El. 9. 27.

Cuſtodum tranſire manus (*oculos* in MSS.) *vigilumque catervas,*
Militis, & miſeri ſemper amantis opus.

El. 3. 45.

Nullus erat cuſtos, nulla excluſura volentes
Janua.

& Lib. IV. El. 6. 11.

Nec poſſit cupidos vigilax deprendere cuſtos,
Fallendique vias mille miniſtret Amor.

Ovidius Epiſt. IV. 142.

Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Janua, non cuſtos decipiendus erit.

ubi male editur *dabitur reſeranda. durum maritum* vocat, quem *auſterum virum* noſter Lib. III. El. 12. 24. ſic Lib. III. Artis Am. 602.

Incitet & ficti triſtis cuſtodia ſervi,
Et nimium duri cura moleſta viri.

Remed. 554.

Et ſi qua eſt duro capta puella viro.

vide Naſonis totam Elegiam IV. Lib. III. Amor.

73. *Differet haec numquam, nec poſcet garrula, quae te*
Adſtrictus ploret &c.]

Differt in Regiis, Colbertinis, Excerptis Modii, & primis edd. *poſcit* in Voſſ. tertio. *poſſit* in Borrich. & Heinſiano. *poſſet* in meo ſec. ſed in marg. *poſcet. poſſe gerula* in primo D'Orv. *garrulam* Paſſeratius exponit *nimium tinnientem.* ſed melius Cl. Schraderus Emend. cap. VI. p. 127. conjicit *poſcet grandia*, & Martialis imitatione firmat. *quod te* in Mentel. Modii Excerpt. uno Colbert. binis Leid. primo tertioque Voſſ. Neapol. utroque meo, & D'Orvill. deinde *Adſtructus* in Menteliano. *Ah ſtrictus* male Scaligerum legiſſe notaverat Heinſius. *Adſtrictus* eſt parcus & tenax. ut apud Juſtin. XLIV. 2. 1. *dura omnibus & adſtricta parcimonia.* Seneca de brevit. vitae cap. 3. *Adſtricti ſunt in continendo patrimonio, ſimul ad temporis jacturam ventum eſt, profuſiſſimi.* Livius Lib. XXXIX. cap. 1. §. 6. *inops regio, quae parcimonia adſtringeret milites.* ubi vide Drakenb. ſic *adſtricta frons* apud Martialem Lib. XI. Ep. 40.

Et numeras noſtros adſtricta fronte trientes,
Tamquam de cella ſit cadus iſte tua.

ubi innuitur, avari hominis eſſe, convivarum pocula numerare, ſeu ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος πέπωκε, ut dicitur Theophraſto, capite περὶ μικρολογίας. ubi vide Caſaub. pag. 226. licet *adſtricta fronte* illic etiam de *ſubducto* & *contracto ſupercilio* poſſet intelligi.

75. *Nec dicet, Timeo, propera jam ſurgere, quaeſo:*] Non dubito ad hunc locum reſpexiſſe Ovidium Lib. III. Amor. El. 4. 32.

Indignere licet, juvat inconceſſa voluptas.
Sola placet; Timeo, dicere ſi qua poteſt.
Et tamen ingenuam vis eſt ſervare puellam.
Hic metus externae corpora gentis agat.

ita enim illic legendum exigit totius Elegiae argumen-

Et quas Euphrates, & quas mihi miſit Orontes,
Me capiant: nolim furta pudica tori.
Libertas quoniam nulli jam reſtat amanti,
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.
Tu loqueris, quum ſis jam noto fabula libro:
Et tua ſit toto CYNTHIA lecta foro?
Cui non his verbis adſpergat tempora ſurdo,
Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor?
Quod ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis,
Non ego nequitiae dicerer eſſe caput.

Nec

gumentum, non, ut vulgo editur,

Nec tamen ingenuam jus eſt ſervare puellam.

altero verſui ſimile eſt illud Horatianum Lib. I. Sat. 2. 119. ſeqq.

— namque parabilem amo Venerem, facilemque. &c.
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat.

& huc referebat Douſa P. illud noſtri Lib. IV. El. 5. 29.

Et ſimulare virum, pretium facit, utere cauſſis:
Major dilata nocte recurret amor.

ut adſcripſerat ed. Rovillianae, & pluribus ad illum locum notavit in Schediaſin. Succid. pag. 72.

78. *Me capiant*] *Me juverint* in Neapol. unde Heinſius *jurint*, pro *juverint*. ut in illo Ennii, *O Tite, ſi quid ego adjuro*, pro *adjuvero*. Sed quis Enniana facile Propertio obtrudet?

81. *Tu loqueris, quum ſis jam noto fabula libro*] novam Elegiam hic inchoant plerique codices & editiones vetuſtae. *cum ſit* in Borrich. Regiis, Colbertinis, Askew. Leidenſibus, duobus Voſſianis, D'Orvill. meiſque, & antiquis edd. In quibus etiam *toto fabula libro*, quod probat Gebhardus. *noto* verſ. ſeq. in uno Voſſ. Heinſiano, primo & ſecundo Vaticano, Neapol. forte hunc etiam locum in animo habebat Ovidius Lib. III. Am. El. 1. 21.

Fabula, nec ſentis, tota jactaris in urbe.

pro *foro* in Voſſ. tertio *thoro*,

83. *Cui non his verbis adſpergat tempora ſurdo*
Aut pudor ingenuus &c.]

adſpergat tempora ſudor, addita diſtinctione, in pleriſque codicibus ſcriptis, primis ac vetuſtioribus edd. quod probabat Heinſius. & ſic Cl. Henr. Joh. Arntzenius in Specim. Obſerv. cap. XIII. p. 104. ſed ingratae auribus ſunt tres voces uno in diſticho ſimiliter deſinentes *ſudor*, *pudor*, *amor*. neque cum Cantero, Paſſeratio, & Guyeto facile admiſerim,

—— adſpergat tempora ſudore
Aut pudor ingenuus.

unicum enim hoc in toto Propertio, ſi recte memini, exemplum eſſet ſyllabae in fine verſus ſuperfluae, quae cum ſequenti coaleſcat. Sequor igitur hic Scaligerum & Broukhuſium, *ſurdo* edentes, illo ſenſu, quo Lib. IV. El. 8. 47. *Cantabant ſurdo.* & in noto Virgilii verſu, *Nos canimus ſurdis.* & hanc Scaligeri lectionem praetulit D'Orvillius ad Charit. pag. 381. *Quoi nos his verbis* in meo cod. ſecundo. *Quoi non aſpergat verbis his* Groning.

85. *Quod ſi tam facilis*] *jam facilis* in quinto Vaticano.

86. *Non ego nequitiae dicerer eſſe caput*] *nequitiae caput* hic dici pro nequam, notaverat Marklandus, ut Lib. IV. El. 1. 52.

Longaevum ad Priami vera fuere caput.

idque a Graecis deſumtum eſſe, adſcripto Sophoclis loco ex Electra, Οἰδίπου κάρα. & τοῦ μὸν κάρα, pro ἐμὲ. Oedip. Tyr. v. 40. Οἰδίπου κάρα. & v. 1258. Ἰοκάστης κάρα. & Euripid. in Phoeniſſ. 615. οὐ θεμιτόν σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα. & paſſim apud alios.

87. *Nec*

Nec ſic per totam infamis traducerer urbem:
Urerer & quamvis nomine, verba darem.
Quare ne tibi ſit mirum me quaerere viles.
Parcius infamant, num tibi cauſſa levis?

ELEG. XIX.

Hoc erat in primis quod me gaudere jubebas?
Tam te formoſam non pudet eſſe levem?
Una aut altera nox nondum eſt in amore peracta,
Et dicor lecto jam gravis eſſe tuo.
Me modo laudabas, & carmina noſtra legebas,
Ille tuus pennas tam cito vertit amor?

Conten-

87. *Nec ſi per totam infamis traducerer urbem: Urerer & quamvis nomine, verba darem*]

Nec ſi in Excerpt. Modii, primo Leid. meo, & Palatino Gebhardi. *traduceret* in Leid. Voſſ. & primis edd. *Ureret* in primo Leid. uno D'Orv. meo utroque, edd. primis, Aldinis, aliiſque. ſed *Urerer* in Borrich. & Groning. diſtinguunt alii,

Ureret & quamvis, nomine verba darem.

id eſt ſimulato alterius, pro vero Cynthiae nomine, populo inponerem, ut Douſa P. aliique intelligunt. vel potius *Urerer & quamvis nomine*, exponi poſſet, licet te amarem ob nobilitatem generis. ut ſupra El. XVI. 19.

Quod ſi nec nomen, nec me tua fama teneret.

vide ad El. I. huj. Libr. v. 42.

Eleg. XIX.] Haec quoque Elegia in multis MSS. & antiquis edd. connectitur cum ſuperiori poſt v. 65. plurima enim in his & antecedentibus longe alio illic exhibentur ordine, antequam Scaliger, eo modo, quo nunc leguntur, ea tranſpoſuerat. ſed nimium tamen ſibi in his digerendis indulſiſſe virum maximum notat Cel. Hemſterhuſius ad h. Eleg. v. 57.

v. 1. *Hoc erat in primis quod me gaudere jubebas*] *Hoc erit* male in Neapol. imitatio eſt Virgilii Lib. II. Aen. 664.

Hoc erat alma parens, quod me per tela per ignes Eripis.

quod cum hoc Propertii loco illic contulit Valens Guellius. & Lib. IV. Aen. v. 675.

Hoc illud, germana, fuit.

vide Gronov. Obſerv. ad Script. Eccleſ. pag. 187. pro *jubebas* in Regiis, ſecundo Leid. tertio Voſſ. primo D'Orvill. meo altero & primis edd. *videbas*.

2. *Tam te formoſam non pudet eſſe levem*] *Jam te* in meo priore. *num pudet* Mentel. & primus Leid. *tam* conjungendum eſſe cum *levem*, quia aliter ſcripſiſſet auctor, *Te tam formoſam*, non *Tam te formoſam*, notaverat Marklandus.

3. *Una aut altera nox nondum eſt in amore peracta*] *nundum* in meo ſecundo. *vixdum* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vaticano. pro *peracta* in Palatino *parata*. unde Gebhardus pro ſuo judicio *patrata* legendum conjecerat. quid opus erat hic intrudere verbum obſcoenum? & *quo pure qui loquuntur Latine, non temere utuntur*, ut ait Caſaub. in nota ad Cic. I. ad Att. Ep. 14. pag. 93. ubi *patrare* non niſi de re flagitioſa atque obſcoena dici obſervat. eumdem vide ad Perſium Sat. I. v. 18. & Schottum Lib. II. Obſerv. cap. 58.

8. *una*

Contendat mecum ingenio, contendat & arte,
  In primis una diſcat amare domo.
Si libitum tibi erit, Lernaeas pugnet ad hydras,
  Et tibi ab Heſperio mala dracone ferat.
Tetra venena libens, & naufragus ebibat undas,
  Et numquam pro te deneget eſſe miſer.
Quos utinam in nobis, vita, experiare labores,
  Jam tibi de timidis iſte ſuperbus erit;
Qui nunc ſe in tumidum jactando venit honorem,
  Diſſidium vobis proximus annus erit.
Dura eſt, quae multis ſimulatum fingit amorem,
  Et ſe plus uni ſi qua parare poteſt.

At

8. *una diſcat amare domo*] una puella contentum eſſe. vide ſupra ad El. XIII. 22.

Atque una fieret cana puella domo.

9. —— *Lernaeas pugnet ad hydras,*
Et tibi ab Heſperio mala dracone ferat.]

& hydras in Voſſ. tert. & primo D'Orv. *ad aras* D'Orvill. ſec. a manu pr. *Leneas ad aras* vitioſe in Excerpt. Scalig. *ad hydras pugnet* pro contra, adverſus hydras. vide hic Paſſeratium p. 342. Muncker. ad Hygin. fab. XCI. p. 147. & Guyetum ad Terent. Hecyr. IV. 1. p. 198. *Ut tibi ab Heſperio* in meo priore. expreſſa haec eſſe ex Theocriti Παιδικοῖς, Idyll. XXIX. v. 37.

Νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πεδὰ κέρβερον.

notavit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. pag. 299.

11. *Tetra venena libens* &c.] corrupte *Terra* in Mentel. & meo priore. ſed quod favet lectioni *tetra. trita* enim hic quoque, ut alibi, conjecerat Heinſius. vide ſupra ad h. L. El. XIII. 70. *libans* male in Heinſiano, & primo meo cod. *bibens* vitioſe apud Neſtorem in Vocabulario pag. 92. ſeq. verſu *Et nuſquam* malebat Marklandus.

13. *Quos utinam in nobis, vita, experiare labores*] *Quos autem* Groning. *victa* in cod. Askew. *vitam* Leid. ſec. *experiere* D'Orvill. ſec. *labores* recte vocat, quia Herculis modo praeceſſit mentio. ut ſupra El. XVIII. 57. *Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores Herculis.*

15. *Qui nunc ſe in tumidum jactando venit honorem*] *ſe* abeſt ab Excerpt. Modii, & veteri codice Fruterii, quod etiam de Groningano & uno Colbertino teſtatur Broukhuſius, ſed qui locutionem *ſe jactare* contra Gebhardum optime e Cicerone aliiſque vindicavit. adde ex noſtro Lib. III. El. 7. 10.

Exactis Calamis ſe mihi jactet equis.

notum illud Virgilii I. Aen. 130. *illa ſe jactet in aula Aeolus.* ubi *ſe jactet*, glorietur, exponit Servius. Horatius Lib. I. od. 2. 18.

Iliae dum ſe nimium querenti Jactat ultorem.

vid. Caſaub. ad Perſ. Sat. IV. pag. 330. Ovid. Epiſt. XII. 175.

—— *ſtultae dum te jactare maritae Quaeris.*

& Epiſt. XXI. 62.

Quid mihi te jactas? gratia nulla tua eſt.

Cic. II. Philip. cap. XI. *citius dixerim jactaſſe ſe aliquos, ut fuiſſe in ea ſocietate viderentur.* Juſtinus Lib. XVIII. cap. 7. *nuſquamne te aliis jactare potuiſti.* pro *in tumidum* Livinejus & Guyetus *in tantum.* ut Lib. III. El. 9. 17.

Omphale & in tantum formae proceſſit honorem.

Heinſius *in nimium jactando effertur*, vel *ſe evexit honorem.*

17. *Dura eſt, quae multis ſimulatum fingit amorem* &c.] hoc diſtichon recte huc revocatum in aliis codd. & edd. ponitur inferius poſt v. 32.

Cura

At me non aetas mutabit tota Sibyllae,
Non labor Alcidae, non niger ille dies.
Tu mea conpones, & dices, oſſa, Properti,
Haec tua ſunt: heu heu, tu mihi certus eras.
Certus eras heu heu. quamvis nec ſanguine avito
Nobilis, & quamvis non ita dives eras.
Nil ego non patiar. numquam me injuria mutat.
Ferre ego formoſam nullum onus eſſe puto.
Credo ego, non paucos iſta periiſſe figura.
Credo ego, ſed multos non habuiſſe fidem.
Parvo dilexit ſpatio Minoïda Theſeus,
Phyllida Demophoon: hoſpes uterque malus.

Jam

Cura eſt in meo priore & Borrich. pro *fingit* in aliis *ducit*, ut in Scalig. Exc. & D'Orvill. ſec. *figit* in Neapolit. ſed *fingit* a Regiis, Colbertinis, & reliquis MSS. firmatur, & priſcis edd. Vulpius teſtatur ſibi adoleſcenti concinnius fuiſſe viſum,

Dura eſt, quae multos ſimulato ducit amore.

ut *promiſſis ducere amantem* ſupra El. XIII. 57. ſed deinde receptae lectioni *ſimulatum fingit amorem* acquievit. notum illud Ovidii Lib. I. Am. El. 8. 71.

Nec nocuit ſimulatus amor, ſine credat amari:
Sed cave, ne gratis hic tibi conſtet amor.

altero verſu per ellipſin *plus uni* pro pluſquam uni, poſitum monuit Scaliger, & Valens Guellius ad Virg. IV. Georg. 207.

23. *Certus eras heu heu, quamvis nec ſanguine avito*
Nobilis, & quamvis non ita dives eras]

heu heu, pro *eheu*, & hoc & praecedente verſu repoſui omnium codd. MSS. & primarum edd. auctoritate, quod jam toties monitum hic pluribus firmare opus non eſt. deinde *non ita dives eram* corrigit Gallus eruditus Beaumontius in Hiſtor. Crit. Reip. Liter. Tom. XII. pag. 119. ſed illum refutat initium hujus diſtichi *Certus eras heu heu.* continuantur enim Cynthiae mortem Propertii doliturae verba. *haud ita* Heinſius. *navita dives* in omnibus fere codicibus praeter Borrichianum: ex qua loci hujus corrupta lectione in plurimis MSS. Propertio, ſupinitate librariorum, cognomen NAVTAE adhaeſiſſe notum eſt. ſed *non ita* jam repoſuiſſe Jo. Jov. Pontanum, notaverat Ant. Perrejus, & Beroaldum ſic emendantem laudavit Scaliger. qua de re vide Broukhuſ. ad h. l. Alex. ab Alexandro Lib. I. Genial. Dier. cap. 1. circa fin. & Voſſium Lib. II. de Hiſt. Lat. cap. 14.

25. *Nil ego non patiar. numquam me injuria mutat*] *patior* in Leid. & Voſſ. pr. *non quae me injuria mutet* in Heinſiano, Borrich. & meo priore. *num quae* in Voſſ. ſeq. verſu *non onus* in Heinſ. & meo primo. *formoſam ferre* pro ferre malos mores & injurias formoſae feminae, exponebat Marklandus.

28. *ſed multos non habuiſſe fidem*] idem Marklandus adſcripſerat, *non fuiſſe fideles*, vel *non creditos fuiſſe.* ut apud Ovidium I. Triſt. 8. 8.

Et nihil eſt, de quo non ſit habenda fides.

Lib. III. 10. 36. *ratam teſtis debet habere fidem.* IV. Faſt. 58. *& emeruit vocis habere fidem.* & apud Juſtin. XIII. cap. 1. *Sed nec devictae gentes fidem nuntio habuerunt.*

29. *Parvo dilexit ſpatio Minoïda Theſeus*] hunc verſum eo ordine collocandum cenſebat D'Orvillius,

Dilexit ſpatio Theſeus Monïda parvo.

quam tamen verborum tranſpoſitionem Propertium ipſum admiſſurum dubito. ſeq. verſu *hoſtis* pro *hoſpes* male in Borrichiano, Heinſiano, & meo priore.

31. *Jam*

Jam tibi Jäſonia nota eſt Medea carina,
  Et modo ſervato ſola relicta viro.
Noli nobilibus, noli conferre beatis.
  Vix venit, extremo qui legat oſſa die.
Ji tibi nos erimus; ſed tu potius, precor, ut me
  Demiſſis plangas pectore nuda comis.
Unica nata meo pulcherrima cura dolori,
  Excludi quoniam ſors mea, ſaepe venis.

Iſta

31. *Jam tibi Jäſonia nota eſt Medea carina*] *victa eſt* in Borrich. Heinſiano, meoque primo. unde *vecta* vel *lecta eſt* conjiciebat Heinſius, & haec ad Varronis Atacini Argonautica forte referenda putabat. de quibus infra El. XXV. 85.

Haec quoque perfecto ludebat Jäſone Varro,
Varro Leucadiae maxima flamma ſuae.

ubi vide. neque ab hac ſententia alienus erat D'Orvillius in Miſc. Obſ. Vol. V. Tom. II. pag. 299. & 300. ſed *nota* retinebat, quia Poëtarum ſcripta in lucem edita, paſſim *nota* dicuntur, ut ex prolatis ab eo exemplis patet. *nota Medea*, omiſſo *eſt*, in Menteliano. altero verſu *Et modo ab infido* in meo ſecundo, ſed in margine *fallaci* pro varia lectione, vel gloſſa, ut in uno Colbertino, primo Voſſ. & Leid. ſupra El. XVII. 2.

Colchida ſic hoſpes quondam decepit Jäſon.

receptam tamen lectionem tuentur quae notavit Patruus meus ad Valer. Fl. VII. 387. *A modo ſervato* conjecerat Francius. ſed vulgatam defendit Broukhuſius, & ſingularem emphaſin τȣ̃ *&*, plus quam *etiam* ſignificantem, multis exemplis illuſtrat. quibus adde Scholiaſt. Statii X. Theb. 246. notas Heinſii ad Vellej. Paterc. II. 116. & Jac. Gronovii ad Minuc. Fel. cap. 34. & ſic apud Senecam Troad. v. 176.

Nec ſola tellus tremuit, & pontus ſuum
Adeſſe Achillem ſenſit.

33. *Noli nobilibus, noli conferre beatis*] *nobilius* in prima Veneta & Reg. Lepid. *te offerre* Heinſio placebat in notis ad Ovid. I. Am. El. ult. v. 34. & ad Propert. p. 699. & ita ſe olim conjeciſſe, ſed poſtea repudiaſſe notaverat Marklandus. *te inferre* conjecerat Oudendorpius. Heinſianam conjecturam ut argutam laudavit Broukhuſius, & interpretabatur, noli fidem meam cum divitibus ac nobilibus conparare. ſed vulgata non videtur ſollicitanda, hoc ſenſu, noli me conponere divitibus, quorum nemo oſſilegii officium mihi mortuo faciet; quod ſequente verſu *Ji tibi nos erimus: ſed tu potius* &c., vovet ſe vel Cynthiae praeſtiturum, vel illam potius ſe defunctum deploraturam eſſe. ut ſupra v. 21.

Tu mea conpones, & dices, oſſa, Properti,
Haec tua ſunt.

neque haeſitare debebat Paſſeratius, an *conferre* hic prodeſſe notaret, an tuum ad illos amorem dirigere. utrumque enim a mente poëtae alienum eſt. *gaudere beatis* aliquem correxiſſe notat Cl. Schraderus Lib. II. Obſerv. cap. 7. *noli confidere lautis* ſuis ad me literis eruditiſſ. Eldickius. *beati* pro locupletibus, ut εὐδαίμονες Graecis. ſupra El. V. 6.

Phryne tam multis facta beata viris.

& Eleg. ſeq. v. 25.

Nam mea quum recitat, dicit ſe odiſſe beatos.

altero verſu *legit* Heinſius, quod & in aliis codd. & priſcis edd. ſed *legat* a Menteliano, Groningano, primo & quinto Vaticano, Palatino Gebhardi, ceteriſque MSS. firmatur, idque Livinejus probabat. vide Muret. ad Catull. Ep. XXII. & Cuperum Lib. III. Obſerv. cap. 1.

35. *Ji tibi nos erimus* &c.] *Hi* in Mentel. primo Leid. tertio & quarto Voſſ. & ſic correxerat Francius. *Hic* Leid. ſec. *Si tibi* in Heinſiano, meoque primo. mox *dimiſſis* in ſec. Leid. & tertio Voſſ. *pectora* bini Leidenſes, tres Voſſ. uterque meus, & D'Orvill. cum vetuſtis edd. ut *nudam pectora* per Graeciſmum dicat. ſed alterum hic praefero cum Broukhuſio.

37. *Unica nata meo pulcherrima cura dolori*] novam Elegiam hic incipiunt omnes fere codices, Regii, Colbertini, Leidenſes, Voſſiani, Borrich. Groning. Askew. D'Orvilliani, mei, cum editionibus priſcis, praeſcripto titulo, AD AMICAM IRATAM. in Regiis AD CYNTHIAM;

Iſta meis fiet notiſſima forma libellis:
 Calve, tua venia, pace, Catulle, tua.
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis,
 Grandaevique negant ducere aratra boves.
Putris & in vacua requieſcit navis arena,
 Et vetus in templo bellica parma vacat.

At

QVOD PERPETVO EAM AMABIT. *dolore* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. imitatus eſt hunc verſum Janus Secundus Lib. III. El. XVI. init. ad Hier. Suritam:

Unica natu meis requies, Hieronyme, curis.

altero verſu *Excludit* in Groning. Borrich. duobus Leid. tribus Voſſ. D'Orvill. utroque, meis codd. & primis edd. pro *quoniam* in v. c. Ant. Perreji, primo Vatic. aliiſque *quae me. quaenam* in Colotiano, & ſecundo Vatic. In Menteliano *Excludit quoniam ſors mea, ſaepe veni.* unde mutandi avidus eliceret, *Me quoniam excludit ſors mea, ſaepe veni.* certe *veni* in plurimis codicibus, quibus conſentiunt tres Voſſiani, uterque D'Orvill. & mei. & hoc praeferebat Marklandus. in vulgatis *venis*, ut *cura venis* conjungantur. Heinſius praeterea ad oram ed. Ald. conjecerat *Excludit quoniam me fore ſaepe*, pro domo excludit. quod minus adridet.

39. *Iſta meis fiet notiſſima forma libellis*] *labellis* vitioſe in Mentel. & primo Leid. pro *forma* forte legendum *fama*, ut paſſim hae voces variantur. *famam* ſibi ex carminibus, quibus Cynthiam *notam* ac celebrem reddidit, ſaepe ſpondet. Lib. I. El. 7. 10.

Hic mihi conteritur vitae modus, haec mea fama *eſt.*
Hinc cupio nomen carminis ire mei.

ſupra El. 10. v. 37.

Nec minus hinc (ita leg. non *haec*) *noſtri noteſcet fama ſepulcri.*

Cynthiae igitur glorioſum erat vatis ſui carminibus *famam* eſſe *notiſſimam*. unde ei inconſtanti ac perfidae minatur El. IV. huj. Lib. v. 6.

Inveniam tamen e multis fallacibus unam,
Quae fieri noſtro carmine nota *velit.*

Ovidius II. Am. El. 17. 28.

Sint tibi pro magno felicia carmina cenſu:
Et multae per me nomen habere volunt.

41. *Miles depoſitis annoſus ſecubat armis,* &c.] *ſepoſitis* in ſec. Leid. & Voſſ. quarto, & Commeliniano Gebhardi. *depoſitis annoſus decubat armis* a Scaligero eſt, inprobante Paſſeratio, ſed adnuente Guyeto. Heinſius conjecerat,

Miles depoſitis grandaevus an excubat armis?

vel, *Miles nec poſitis annoſior excubat armis.* quod praefero, quia & reliqua ſine interrogatione ſunt, & *grandaevus*, niſi calami lapſus ſit, admitti nequit, propter ſeq. verſum *Grandaevique negant.* *nec poſitis excubat armis* magis placet, pro excubias propter ſenectutem non agit. *recubat* tentabat Cl. Henr. Cannegieterus ad Avieni Fab. I. pag. 10. quod non rejiciendum videtur, quamquam *ſecubat* pro otiatur, ſecedit, explicet D'Orvill. in Miſc. Obſerv. Vol. V. Tom. II. p. 301. qui recte *ſepoſitis* inprobat. neque male Broukhuſius *ſecubat* interpretatur, ſolus, non in aliorum militum contubernio, tendit. qui praeterea obſervat *grandaevos boves* raro exemplo dici, quia vix de animalibus *grandaevus* occurrat haec propria hominibus vox. de apibus etiam dixit Virgilius IV. G. 178.

—— grandaevis oppida curae,
Et munire favos & daedala figere tecta.

44. *Et vetus in templo bellica parma vacat*] *palma* in Borrich. primo Voſſ. Leid. meo ſecundo in marg. pro varia lect. primiſque edd. ut ſaepe pro *parma* praetulerunt viri eruditi. Tibullus Lib. I. El. 10. 82. *Fixa notet caſus aurea palma meos.* ubi *palmam* pro *parma* poni notat Broukhuſius. & exemplis firmat, probante Patruo meo. *parma vacat*, ut apud Martialem Lib. VII. Ep. 1. de parma Domitiani,

Dum vacat haec, Caeſar, poterit lorica vocari,
Pectore quum ſacro ſederit, aegis erit.

ubi *parma vacat* de pacis tempore intelligendum, hic vero de parma, quae exactis militiae ſtipendiis, in templo Diis conſecrabatur. de quo ritu vide Meurſ. ad Lycophr. v. 711. & notas ad Valer. Fl. Lib. I. 398. Ceterum hos & praecedentes verſus concinniorem in ordinem ſic tranſponebat idem J. Meurſius in Exerc. Crit. P. II. Lib. III. cap. 3. p. 112.

Miles depoſitis annoſus ſecubat armis,
Et vetus in templo bellica parma vacat.

Putris

45. At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus,
Sive ego Tithonus, ſive ego Neſtor ero.
Et ſi ſecla forent antiquis grata puellis,
Eſſem

Putris & in vacua requieſcit navis arena,
Grandaevique negant ducere aratra boves.

quod egregie adjuvari poteſt Ovidiana hujus loci imitatione, ubi eadem omnia eodem modo occurrunt Lib. II. Amor. El. 9. 19. & ſeqq.

Feſſus in acceptos miles deducitur agros,
Tutaque depoſito poſcitur enſe rudis.
Longaque ſubductam celant navalia pinum,
Mittitur in ſaltus carcere liber equus.

ut illos quoque ordinaſſe Scaligerum notat D. Heinſius. nam quartus verſus illic ſecundi locum etiam in vulgatis edd. obtinet: & ex *depoſito enſe* hic quoque vindicatur *depoſitis armis*. male enim *ſepoſito enſe* apud Ovidium legebat B. Pius ad Valer. Fl. Lib. I. 632. Confer ſimilem ejuſdem Naſonis locum IV. Triſt. El. 8. 17, & ſeqq.

In cava ducuntur quaſſae navalia puppes,
Ne temere in mediis diſſolüantur aquis.
Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis annis,
Ponit ad antiquos, quae tulit, arma Lares.

ubi recte viros doctos offendunt iſta Ovidio indigniſſima *multas palmas adeptas*. Nondum me poenitet conjecturae, qua verſum turpi mendo foedatum hoc modo emaculare tentavi in notis ad Lotichium pag. 345.

Ne cadat, & nutans *palmas inhoneſtet adeptas.*

ut a librario ſcriptum fuerit *nutãs*, pro quo *mutas*, & dein *multas* alii ſuppoſuerint. *nutans* autem optime τῷ *cadat* convenit, id eſt vacillans, & *ſenio confectus* (ut Ennio) equus Olympicus, qui *labi* dicitur Virgilio III. G. 498.

Labitur infelix ſtudiorum atque immemor herbae
Victor equus.

& *jacere* Tibullo Lib. I. El. 4. 27.

Quam jacet, infirmae venere ubi fata ſenectae,
Qui prius Eleo eſt carcere miſſus equus.

45. *At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus*] recte Heinſius & Marklandus *diducet*. quod a ſecundo Leidenſi, & tertio Voſſ. firmatur. ut recte etiam praeferunt viri docti apud Ovidium Lib. IV. Met. 370.

——— *ita Di jubeatis, & illum*
Nulla dies a me, nec me diducat ab iſto.

male Cioſanus in illo & hoc Propertii loco *deducat*, alii *ſeducat* legunt. Broukhuſius tamen *deducet* tuetur, & verbum a re militari deſumtum notat.

47. *Et ſi ſecla forent antiquis grata puellis*] hoc & ſequens diſtichon in multis codd. MSS. & edd. antiquis tranſpoſitum legitur infra poſt v. 74. *Invidiam quod habet* &c. *At ſi ſecla* in v. c. Perreji, Colotiano, Groning. Colbertino, Leidenſi ſecundo, tertio & quarto Voſſ. meo ſecundo, idque ex Palatino & Commeliniano praefert Gebhardus, pro *Etſi*, ut in vulgatis, ac primis edd. legebatur. *At ſi* probat Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 7. p. 130. ſed praecedit *At me ab amore tuo* &c. Sed reliqua hoc in verſu & dubiae valde lectionis & obſcuriora ſunt, in quibus conſtituendis & explicandis ſudat valde Paſſeratius, ad cujus aeſtum conponendum, non ſine verborum contumelia, Gebhardus ſua confert, ſenſum hunc formans, ut innuat, ſi ſecla grata forent antiquis, id eſt, antiqui moris puellis exiſtentibus, & minime perfidis, facile ſe apud Cynthiam eo loco futurum, quo nunc rivalis erat. Haeſit etiam in hujus verſus interpretatione Scaliger, qui ad Cynthiam aetate provectiorem referebat. Livinejus exponit, ſi caſtae & conſtantes nunc eſſent puellae, ut priſcis ſeculis, & altero verſu, ſuae aetati corruptos puellarum mores adſcribat: ſenſu quidem optimo, ſed ſtructurae verborum, ita ut vulgo leguntur, vix conveniente. Ant. Perrejus adſcripſerat hypallagen eſſe, pro, ſi ſecula antiqua puellis noſtris eſſent grata, ut paſſim ad hanc veluti ſacram anchoram, etiam alibi apud noſtrum confugiunt viri eruditi in locis negotium ſibi faceſſentibus. in codd. nonnullis, teſte Paſſeratio *gratis antiqua puellis*. in aliis *gnata*, unde *gnara* vel *nota* conjecerat. Forte omnis verborum obſcuritas tolli poſſet, ſi legeretur,

Et ſi ſecla forent antiquis aequa *puellis.*

ſi noſtra ſecula ſimilia ſeu aequalia eſſent aevo

puel-

Eſſem ego, quod nunc tu, tempore vincor ego.
Non tamen iſta meos mutabunt ſecula mores.
Unuſquiſque ſua noverit ire via.

Nonne

puellarum antiquo. ut apud Ovidium V. Triſt. El. 5. 43.

Edidit haec mores illis Heroiſin aequos.

ubi N. Heinſius in vexato Statii loco ex Lib. III. Sylv. 5. v. 45. emendabat,

Qua veteris Latii, Grajiſque Heroiſin aequa es.

hinc *aequare* & *conferre* conjungit Cic. I. in Verr. c. 8. *Omnium ante damnatorum ſcelera, furta, & flagitia cum hujus parva parte aequari conferrique poſſe.* noſter Lib. III. El. 7. 31.

Crede mihi, magnos aequabunt iſta Camillos
Judicia. &c.

vel leviori medicina ſubſtitui poſſet cum Jano Douſa Filio, *antiqua his grata puellis.* Alia ope locum hunc curandum exiſtimabat ſagaciſſimus Eldickius:

Etſi ſecla forent annique ingrata puellae,
Eſſem ego, quod nunc, haud tempore vincor ego.
Non commiſſa meos mutabunt ſecula mores.

hac nimirum ſententia: Etſi propter aetatem tam grandaevam, qualis aut Tithoni aut Neſtoris fuit, ego ſenex tibi amator ingratus forem, ab amore tuo tamen non deſiſterem. *ſecla annique*, pro annoſis ſeculis. dein *commiſſa ſecula* conjuncta, continuata, exponebat. confer ſupra v. 19. *At me non aetas mutabit tota Sibyllae.* Nimis liberam forte hanc conjecturam dicent nonnulli. neque ego facile *antiquis puellis* controverſiam moverim, quia plane ad genium Propertii eſt. ſupra El. II. v. 31.

Et ſua cum antiquae committit ſcripta Corinnae.

infra El. XXIII. v. 81.

Iſta ſenes licet accuſent convivia duri,
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.
Illorum antiquis onerentur legibus aures.

ibid. v. 18.

Et canere antiqui dulcia furta Jovis.

El. XXV. v. 56.

—— *cui parva domi fortuna relicta eſt,*
Nullus & antiquo Marte triumphus avi.

ubi perperam Heinſius *Nullius & priſco.* Lib. IV. El. 4. 2.

Tarpejae turpe ſepulcrum
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.

48. *Eſſem ego, quod nunc tu, tempore vincor ego*] *Eſſem ego quo nunc*, omiſſo *tu*, in Borrich. Heinſiano, & meo primo. in expoſitione hujus loci non ſatisfacit Broukhuſius. ut nec ceteri Interpretes. ad rivalem, ſe excluſo, admiſſum convertit ſermonem, eadem locutione, qua ſupra El. VII. 33.

Iſte quod eſt, ego ſaepe fui. ſed fors & in hora
Hoc ipſo ejecto carior alter erit.

victor ego in Palatino, unde Gebhardus abſurdo commento putat *victari*, a *victum* poſſe dici, ut a *vectum* eſt *vectari.* ſeq. verſu in eodem Palatino, Commeliniano, Menteliano, duobus Leidenſ. tertio & quarto Voſſ. *amores.*

50. *Unuſquiſque ſua noverit ire via*] *ſuam noverit ire viam* legebat Broukhuſius. quod probari poteſt ex Lib. I. El. 1. 18.

Nec memini notas, ut prius, ire vias.

ubi vide. & ſic apud Bionem in Epigrammatibus poſt Idyllia:

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν.

ut recte edidit Urſinus. in aliis

Αὐτὰρ ἐγὼν βὰς εὖ καὶ ἐμὰν ὁδόν.

ſed alterum defendi poteſt ex Theocrito Idyll. II. 8.

Βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν.

ire vias etiam dixit Lib. I. El. 8. 30.

Deſtitit ire novas Cynthia noſtra vias.

Virg. III. G. 77.

Primus & ire viam & fluvios tentare minaces.

& IV. Aen. 467.

—— *longam incomitata videtur Ire viam.*

Ovidius III. A. A. 37.

Quaere novem cur iſſe vias dicatur.

Caſſius

Nonne fuit ſatius duro ſervire tyranno,
Et gemere in tauro, ſaeve Perille, tuo?
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu?
Caucaſias etiam ſi pateremur aves?

55. Sed

Caſſius Parmenſis in Orpheo Tom. I. Anth. Lat. pag. 91.

Auſus & ire viam viventibus inconceſſam.

& ita *ambulare vias* Ovidio Lib. I. Faſt. 122. reſtituit Heinſius. & *ire iter* Hirtio de Bel. Afric. cap. 75. vindicavit Oudendorpius. Sed haec ſufficiant ad confirmandam Broukhuſii emendationem.

51. *Nonne fuit ſatius duro ſervire tyranno,*
Et gemere in tauro, ſaeve Perille, tuo?
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu]

Heinſius ſuſpicabatur ſub *duro* (malim *diro*) latere patriam alicujus tyranni, ut *Siculo tyranno* vel quid ſimile. id forte placere poſſet, & firmari ex Ovidio III. Triſt. XI. 41.

Quique bovem Siculo fertur donaſſe tyranno.

& illo Perſii Sat. III. 39.

Anne magis Siculi gemuerunt aera juvenci.

ubi Phalaris & Perilli taurus etiam intelliguntur. & haec forte imitatus eſt Claudianus Bel. Gildon. v. 187.

—— Phalarin tormentaque flammae
Profuit, & Siculi mugitus ferre juvenci,
Quam tales audire choros.

huc refer locum ex Callimachi Αἰτίοις inter Fragm. a Bentlejo collect. pag. 487. & *Perilli*, ſeu *Perilai*, ut alii vocant, nomen Lactantio Lib. III. cap. 25. *illis verbis jam cruces & ignes, & Perilai taurum contemnet*, reſtituit Marklandus in Explic. vet. Script. poſt ejus notas ad Eurip. Supplic. pag. 261. idem Heinſius mox quoque ſub τῷ *ſatius* in illis, *Gorgonis & ſatius* &c. latere epitheton Gorgonis putabat, ingratamque repetitionem vocis *ſatius* cenſebat, ideoque in ora ed. Aldinae conjecerat,

Gorgonis & ſaevo fuit obdureſcere vultu.

Sed huic quidem conjecturae calculum adjicere nequeo, propter repetitionem longe ingratiorem *ſaeve Perille*, & *ſaevo vultu*, & quia *fuit* (quod male omittitur in Menteliano) neceſſario additum requirit *ſatius*. Eſt autem digna Propertio in his repetitio,

Nonne fuit ſatius duro ſervire tyranno,
Et gemere in tauro &c.
Gorgonis & ſatius fuit & ſeqq.

non diſſimili iteratione, qua apud Tibullum Lib. I. El. XI. 61. *ſatius* repetitur:

Sit ſatis e membris tenuem reſcindere veſtem,
Sit ſatis ornatas diſſolüiſſe comas.
Sit lacrimas moviſſe ſatis.

ſatius igitur non mutandum. quae amata Propertio vox eſt. ſupra Lib. I. El. 17. 15.

Nonne fuit ſatius dominae pervincere mores.

& h. l. El. IX. v. 19.

Intactos iſto ſatius tentare veneno.

ubi male *potius* in MSS. infra El. XXV. 31.

Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam.

notum illud Virgilii Ecl. II. 14.

Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia.

Seneca Epiſt. 82. non diſſimili vocis repetitione: *Quid ergo? viro non vel obrigeſcere ſatius eſt?* &c. *non ſatius eſt vel ſic jacere, quam iſtis officiorum vorticibus volutari? Nonne fuit melius* Lib. I. El. 17. 15. ubi vide. Francius in marg. ed. Scalig. conjecerat *Gorgonis an ſatius*, vel *Gorgoneo ſatius.* reſpicit ad Graecorum proverbium Γοργόνα βλέπειν, pro omnem ſenſum ſtupore amittere. de quo vide Markland. ad Eurip. Supplic. v. 321. p. 135. deinde *gemere in tauro ſaepe, Perille, tuo* male in Neapolitano, Menteliano, Palatino & Commeliniano Gebhardi, duobus Leidenſ. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. quae continua fere harum vocum permutatio eſt. vide notata ad Antholog. Lat. Tom. I. pag. 148. iiſque adde locum Virgilii Lib. I. Aen. 148. ubi forte legendum,

Ac veluti magno in populo quum ſaeva coörta eſt
Seditio, fervetque animis ignobile vulgus.

pro *ſaepe coorta eſt*. alterum *fervetque* pro *ſaevitque* eſt ex Scholiaſte Horatii Crucquiano. *indureſcere vultu* in Excerptis Modii, ſeu Groningano, & D'Orvill. ſecundo. *Caucaſeas* in multis MSS.

Sed tamen & ſcabra teritur robigine mucro
Ferreus, & parvo ſaepe liquore ſilex.

At

55. *Sed tamen & ſcabra teritur robigine mucro Ferreus, & parvo ſaepe liquore ſilex.*]

ita ex N. Heinſii emendatione, quam dedit ad Claudian. II. de Laud. Stilic. 194. & in notis Propertianis p. 700. in ipſo contextu edidit Broukhuſius, eamque adeo veram cenſet, ut miretur ipſum Heinſium illam deſeruiſſe. Deſeruit procul dubio, quia nonnihil audacior eſt. quamquam adjuvari poſſet ex Sulpitii Luperci carmine de vetuſtate, in Tom. I. Anthol. Lat. Lib. III. Ep. XCVII. p. 552.

Decidens ſcabrum cavat unda tofum,
Ferreus vomis tenuatus agris
Splendet, ac trito digitos honorans
Annulus auro.

quae adumbrata ſunt ex Lucretio Lib. I. v. 312.

Quin etiam multis olim (ſic lege ex cod. Gottorph. non *ſolis*) *redeuntibus annis*
Annulus in digito ſubtertenuatur habendo:
Stillicidi caſus lapidem cavat: uncus aratri
Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis.

ubi *occulto in aevo* legit Bentlejus ad Horat. I. od 12. 45. & ex hoc fonte derivatum illud Ovidii Lib. I. A. A. 473.

Ferreus adſiduo conſumitur annulus uſu:
Interit adſidua vomer aduncus humo.
Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius unda?
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua.

ſic in Epigrammate veteri Lib. III. Anthol. Gr. Tit. 14. Ep. 1.

Ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
Φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάνθ' ὀλέκει δρεπάνῃ.

id eſt, H. Grotio interprete,

Adterit & lapidem, nec ferro parcere novit,
Una falce metens omnia, longa dies.

nondum tamen medicina illa Heinſiana perſanatum hunc locum opinor. Videamus codicum veterum ſcriptorum & editorum, qui hic admodum variant, lectiones. in uno Regio, unoque Colbertino, primo & quarto Voſſiano, Heinſiano, D'Orvill. ſecundo, Askew. meiſque duobus, *Sed tamen obſiſtam.* quod ex Palatinis & Commeliniano etiam adfert Gebhardus. nec aliter legitur apud Octavianum Mirandulam in Viridario Illuſtr. Poët. pag. 206. b. ed. Venet. 1507. & hanc lectionem veriſſimam cenſet Cel. Hemſterhuſius. *obſitam* in altero Regio, primo Leid. Mentel. & primis edd. *obſita* in ſecundo Colbert. & D'Orvill. primo. *Sed non obſita tegitur* in Excerpt. Modii ſeu Groningano. *tegitur* quoque in uno Colbert. & meo priore. *obſitam tegitur* in Borrichiano. *obſiſtam* etiam eſt in Beroaldina & Juntina. *obſitam* in ed. Volſci, quod typi vitium eſſe patet, quia in notis *obſiſtam* explicat, in amore perdurabo. quo & inclinabat Gebhardus. id certe melius quam quod Paſſeratius, poſtquam mirifice ſe torſiſſet in explicanda lectione *obſiſtam*, haeſiſſetque an *obſcura* praeferret, excogitabat *obſtita*, quia *obſtitum*, producta ſecunda, obliquum notat, aut violatum & de coelo tactum, ut exponitur a Feſto. Cel. D'Orvillius *obducta* vel *occulta robigine* conjecerat: quod ultimum nonnihil firmari poſſet ex Lucretii d. l. *uncus aratri Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis.* Sed vera forte lectio latet in vulgato, ut vocat Broukhuſius, *obſcura*, quod ab Hier. Avantio, qui Aldinae praefuit officinae, proveniſſe ſuſpicatur, quia in Aldi editione ita legitur, quod verum eſt de Aldina ſecunda anni 1515. nam in prima an. 1502. excuſum *Sed tamen obſiſtam.* non tamen in ſola Aldi illa editione altera exſtat *obſcura*, ſed etiam in codice Voſſiano tertio a manu prima, & Leidenſi ſecundo, in cujus margine *obſcura trahitur.* & ſic in Aldina cum Scholiis Mureti an 1558. Rovilliana, Gryphii, tribus Scaligeri edd. Pariſina, Antverpienſi, & Commeliniana, ut & Canteri. Hinc igitur eliciendum conjicio,

Sed tamen obdura: *teritur robigine mucro*
Ferreus, &c.

ut orationem ad animum convertat, ſeque ipſe exhortetur ad conſtantiam in amore, & dominae faſtus patienter ferendos, quam tempore placatam atque emollitam ſibi pollicetur, ut ferrum & duri ſilices teruntur ac molleſcunt. neque invenuſta repetitio eſt,

Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere vultu,
Caucaſias etiam ſi pateremur aves?
Sed tamen obdura &c.

notum

At nullo dominae teritur ſub limine amor, qui
Reſtat,

notum illud Ovidii III. Amor. XI. 7.

Perfer & obdura: dolor hic tibi proderit olim.

& V. Triſt. XI. 7.

Perfer & obdura: multo graviora tuliſti.

ſed praeſertim loco his valde ſimili Lib. II. A. A. 177.

Si nec blanda ſatis, nec erit tibi comis amanti,
Perfer & obdura: poſtmodo mitis erit.

Gallio apud Quinctilian. Lib. IX. cap. 2. *Dura, anime, hodie dura, heri fortior fuiſti.* Valerius Fl. I. 237. *Ingentes durate animae. durare* enim hoc ſenſu eſt, quod Graecis καρτερεῖν, ὑπομένειν. vide quae notavi ad illud Auctoris Elegiae de Spe, Tom. I. Anth. Lat. pag. 537.

Spes eſt, quae claſſes diverſo ex hoſte coactas
Ducit. Spes cupidos trudit in arma viros.
Et dicit, Dura. nec te praeſentia frangant.

ut legendum. adde Douſae Fil. notas ad Catull. cap. 2. pag. 22. ceterum utramque comparationem de ferro, quod ſitu obteritur, & duro lapide guttis aquae mollito ac pertuſo, ſaepe apud veteres jungi, patet ex locis Lucretii & Ovidii ſupra productis. ultimam proverbii ſpeciem obtinuiſſe indicat fragmentum Bionis poſt Idyllia:

Ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰοίσας
Χὼ λίθος ἐς ῥωγμὸν κοιλαίνεται.

ubi vide Jo. Heskini notas pag. 46. & adde Paſſerat. ad h. l. p. 347. & Lambin. ad Lucret. Lib. IV. in fine.

57. *At nullo dominae teritur ſublimine amor, qui Reſtat,*]

& hic quoque turbant admodum codices & editiones veteres. pro *dominae* in multis legitur *de me.* ut in Groning. primo Voſſ. D'Orvill. & meo utroque, ſed in marg. *dominae.* in Borrichiano, *Et nullo de me teritur ſub lumine amorque. ſub lumine* etiam eſt in Voſſ. primo & tertio, Heinſiano, & meis. Scaliger in Caſtigationibus ad h. l. & in Conject. ad Varron. Lib. III. p. 235. legebat,

At nullo de me teritur ſublimine amor, qui Reſtat.

& *ſublimen* connexa voce interpretatur inferius limen, ut ſuperius eſt ὑπέρθυρον. cui adſentitur Colvius ad Apulej. pag. 280. Antonius Perrejus in marg. ed. Ald. *ſublimine, id eſt, ſuperbia.* ut Volſcus & Beroaldus. *ſublimine* etiam probat Voſſius de Analog. cap. 36. p. 547. & pro ſublimento capit. ſed inprobante Heinſio in notis ad Propert. p. 700. qui ipſe conjicit *dominae teritur ſub limine amator*, vel *ſub limine amor, quin Reſtat.* Guyetus *ſub limine* ſeparata voce exponebat ὑπέρθυρον, vel etiam πρόθυρον, veſtibulum, ut Horatio *ſuperba civium Potentiorum limina.* Daviſius in notis ad Cic. II. de Nat. D. cap. 2. *dominae molimine* excogitavit, hoc ſenſu, licet omni conatu Cynthia adnitatur amorem meum amovere, nil agit tamen. quod probatum fuit Marklando in Epiſt. Critic. pag. 30. & valde laudatum a Cel. Hemſterhuſio. neque hoc rejicit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. pag. 302 & 303. ubi hanc vocem quoque Auſonii Moſellae v. 32. reſtituit; ſed tamen prae omnibus aliorum conjecturis cum Langermanno praefert,

At nullo Dominae teritur ſub crimine amor, qui Reſtat.

id eſt, quantumvis in me invehatur domina, eam tamen deſerere nequeo. ut *crimen* pro criminatione capiatur. Sed, ut unicuique in re literaria libera debet eſſe judicandi facultas, nondum a me inpetrare poſſum, ut hic diſcedam a Broukhuſio, qui in notis, primas editiones ſecutus, legit *dominae ſub limine*, disjuncta voce, (quod a Veneta 1475. Reg. Lep. Aldinis, Juntina, aliiſque edd. priſcis firmatur) & ſenſu perſpicuo exponit, nullum dominae limen, (in quo nempe excluſus jaceam) tam durum erit, ut deterere poſſit amorem meum, qui reſiſtit, neque minis aut contumeliae cedit. *reſtare* enim hic, ut ſaepe alibi, pro reſiſtere ponitur. (*Reſtitit* eſt in v. c. Fruterii & Excerptis Modii) neque ab hac explicatione abeunt, quae Turnebus in Adverſariis, & Paſſeratius contra Scaligerum hic notavit. & valde huic interpretationi favet quod ſequitur v. 60. *& invitis ipſe redit pedibus.* ubi *invictis* male in cod. Regio, & primis edd. Tibullus Lib. II. El. 6. 12.

Juravi quoties rediturum ad limina numquam,
Quum bene juravi, pes tamen ipſe redit.

Ovidius Rem. Am. 218.

Perfer, & invitos currere coge pedes.

58. &

Reſtat, & inmerita ſuſtinet aure minas.
Ultro contemtus rogat, & peccaſſe fatetur
Laeſus, & invitis ipſe redit pedibus.
Tu quoque, qui pleno faſtus adſumis amore,
Credule, nulla diu femina pondus habet.
An quiſquam in mediis perſolvit vota procellis,
Quum ſaepe in portu fracta carina natet?

Aut

58. *& inmerita ſuſtinet aure minas*] *inmeritas* in quarto Voſſiano, ultima litera *s* ex prima praecedentis vocis repetita. *in merita* in Neapolitano. *emerita* olim conjecerat Broukhuſius, id eſt, adſueta jam pridem & vetere ad tuas querelas & jurgia, eo ſenſu, quo apud Ovid. III. A. A. 565.

Ille vetus miles ſenſim & ſapienter amabit:
Multaque tironi non patienda feret.

ſed quia in notas editas non retulit, poſtea rejeciſſe videtur. quid ſi legamus *intrepida ſuſtinet aure minas?*

59. *Ultro contemtus rogat*] *contentus* in Groningano. colorem deductum eſſe e Terentio Andr. I. 5. 13. *Quot modis contemtus, ſpretus, hem! repudiatus repetor.* cenſebat Cl. Ruhnkenius.

60. *invitis ipſe redit pedibus*] recte Broukhuſius explodit correctionem Th. Marcilii ad Horat. pag. 78. qui legebat, *invitus ipſe redit pedibus*, addita interpretatione non minus abſurda, vel unus eum redarguit modo prolatus Ovidii locus Rem. Am. 218.

Sed quanto minus ire voles, magis ire memento,
Perfer, & invitos currere coge pedes.

ubi imitari videtur Naſo verſ. 73. hujus Eleg.

Quamvis te perſaepe vocet, ſemel ire memento.

61. *Tu quoque, qui pleno faſtus adſumis amore*] Heinſius in notis ad Propert. pag. 700. legebat *qui pleno faſtus hos ſumis amore*, vel *quid pleno faſtus adſumis.* ut Douſa. idem Heinſius ad oram ed. Ald. conjecerat *laeto amore.* quid cornua tollis, & te effers, propitio tibi amore? ſed *pleno* eſt in omnibus MSS. niſi quod *plenos faſtus* in Neapolitano. quem hic *plenum amorem* vocat noſter, *pinguem*, *nimiumque patentem* dicit Ovidius Lib II. Am. El. 19. 25. pro ſecundo amore capit Broukhuſius infra ad v. 67. altero verſu *Credula nulla diu* in Menteliano, Leidenſi primo, & codd. Regiis.

63. *An quiſquam in mediis perſolvit vota procellis*] *Aut quiſquam* in MSS. & ex ſuo codice Heinſius. ut mox ſequitur *Aut prius infecto.* ubi *An* in ſecundo Leid. Voſſ. tertio & quarto, Excerpt. Modii, ſeu Groning. Borrich. meoque primo. *At* in Mentel. & priore Leid. defendit hic locus *An quiſquam perſolvit* modum verbi aeque uſitatum, ac *perſolvat.* ut infra El. 23. v. 97.

An quiſquam in tanto ſtupro rum examine quaerit.

apud Ovid. III. Am. El. 8. 1.

Et quiſquam ingenuas etiamnum ſuſpicit artes,
Aut tenerum dotes carmen habere putat.

ubi *An quiſquam* in Juniano, Palat. aliiſque codd. & apud Virg. I. Aen. 48.

— & quiſquam numen Junonis adorat
Praeterea, aut ſupplex aris inponit honorem?

ubi in aliis *adoret* & *inponat*. vide ad utrumque locum Heinſii & aliorum notas. *perſolvit dona* in quarto Voſſiano. ſed *ſolvere* & *perſolvere vota* noſtro aliiſque uſitatiſſimum eſſe oſtendunt loca a Paſſeratio producta.

64. *Quum ſaepe in portu fracta carina natet*] vitioſe *facta carina nator* in primo D'Orvill. recte viri docti conferunt cum Lib. III. El. 5. 50.

Ventorum eſt, quodcumque paras: haud ulla carina
Conſenuit: fallit portus & ipſe fidem.

& quia Propertium cum Graecorum elegantiis conparare, bene de eo mereri eſt, egregie hoc dictum illuſtrat Epigramma Aemiliani Nicaeenſis Lib. I. Anthol. Graec. Tit. 55. Ep. 8. quo inducitur

Aut prius infecto depoſcit praemia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota?
Mendaces ludunt flatus in amore ſecundo.

Si

ducitur navis ſervata, vectoribus in portu ſubmerſis:

Ἀβάλε χειμερίῳ με κατέκλυσε κύματα πόντῳ
Δειλαίην, νεκύων φόρτον ἀμειψαμένην.
Αἰδέομαι σωθεῖσα. τί μοι πλέον ὅρμον ἱκέσθαι,
Δευομένῃ φωτῶν πείσματα δησομένων.
Κωκύτῳ με λέγοιτε βαρὺ σκάφος. ὤλεσα φῶτας,
Ὤλεσα. ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος.

id eſt, Grotio interprete:

Me quoque debueras, Nereu, ſubmergere ponto,
Qua rate tot merſi triſte feruntur onus.
Eſſe pudet ſalvam: quid enim mihi tangere portus?
Cum deſint, religent qui mea vincla, viri.
Cocyti trux cymba vocer. periere virorum
Robora. naviſragos, hei mihi, portus habet.

& illud Antipatri de Ariſtagora in portu naufragium paſſo Lib. III. Tit. XXII. Ep. 44.

Πᾶσα θάλαττα, θάλαττα. τί Κυκλάδας, ἢ στενὸν Ἕλλης
Κῦμα, καὶ ὀξείας ἠλεὰ μεμφόμεθα;
Ἄλλως τ' οὔνομ' ἔχουσιν. ἐπεὶ τί με τὸν προφυγόντα
Κεῖνα, Σκαρφαιεὺς ἀμφεκάλυψε λιμήν.

quod ſic idem vertebat Grotius:

Crede, mare omne mare eſt. quid Cycladas ergo, quid Helles
Accuſare fretum, quid vada caeca juvat?
Voce mera diſtant. an non ego ſoſpes ab illis
Scarphaeum portum naufragus ore bibi.

66. *Septima quam metam triverit ante rota*] *ante* legitur quidem in Menteliano, Excerptis Modii, v. c. Fruterii, Neapol. Borrich. primo Vatic. Groning. Livineji codd. Palatinis & Commel. Gebhardi, aliiſque. & ſic emendaverat Douſa P. in margine ed. Rovill. ut verborum ſtructura ſit, Aut prius depoſcit praemia curſu infecto, antequam ſeptem ſpatia abſolverit. Heinſius tamen in notis ad Propert. p. 700. *arte* in vetuſtis codd. exſtare teſtatur, idque non mutandum dicit, quia *ante* abundat, & *prius quam* cum praec. verſu jungenda. ut ſupra El. XIV. 12. *Quam prius adjunctos ſedula lavit equos.* pro *priuſquam.* ubi vide. Volſcum igitur & Scioppium ſic emendantes nimis ſevere caſtigat Broukhuſius. *arte* etiam hic legitur in utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Rovilliana, Gryphii, Canteri, Wechel. aliiſque. an forte ſcripſerit poëta,

Septima quam metam triverit axe *rota.*

ſic de auriga Circenſi, ut hoc loco, apud Ovid. III. Am. El. 2. 70.

Me miſerum! metam ſpatioſo circuit orbe.
Quid facis? admoto proximus axe *ſubit.*

eadem varietate apud Naſonem Lib. I. Am. El. 2. v. 26. conjecerat olim Heinſius, *adjunctas axe movebis aves.* pro *arte.* quod tamen poſtea bene rejecit. quia *arte* illic convenientius eſt. *triverit metam*, ut apud Ovid. I. A. A. 40.

Haec erit admiſſa meta terenda rota.

& Lib. II. 426.

Interior curru meta terenda meo eſt.

utrobique fluctuat Heinſius, an *premenda*, an *tenenda* praeferat. primo in loco *premenda* eſt in cod. MS. Ampliſſimi Balth. Huydecoperi, in altero *tenenda*, *triverit ante* etiam adfert L. Vives ad Auguſtin. de Civ. D. Lib. II. cap. 6. p. 152. ubi de ſeptenis Circi ſpatiis. de quibus vide Schottum Lib. II. Obſerv. cap. 27. & quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 468. 469.

67. *Mendaces ludunt flatus in amore ſecundo*] *ludunt ſaltus* in meo ſecundo. *flatus* de jactantia & vaniloquentia dicuntur. vid Barth. ad Claudian. II. in Rufin. 234. & Heinſium ad Ovid. I. A. A. 715. ubi reſtituit *tumidos accedere flatus.* quum antea ederetur *faſtus.* & ſic etiam conjecerat apud Virg. III. Aen. 326. *Stirpis Achilleae flatus*, ſed Patruo meo illic inprobante. Idem Heinſius d. l. ad Ovid. hic reſtituit *in amore ſecundo*, quum in pleriſque codicibus, & vetuſtis antea editionibus legeretur, *flatus in amore ſecundi.* Tibullus Lib. I. El. 1. 63.

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
Prodeſt, quum fletu nox vigilanda venit?

Si qua venit ſero, magna ruina venit.
Tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Namque in amore ſuo ſemper ſua maxima cuique
Neſcio quo pacto verba nocere ſolent.
Quamvis te perſaepe vocet, ſemel ire memento.
Invidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.
At vos, qui officia in multos revocatis amores,
Quantum ſic cruciat lumina veſtra dolor?
Vidiſtis pleno teneram candore puellam,
Vidiſtis fuſco. ducit uterque color.

Vi-

68. *Si qua venit ſero, magna ruina venit*] in ſuos uſus convertit perpetuus Propertii imitator Janus Secundus Lib. II. El. VII. init.

Si qua venit ſummo poſitis in culmine rerum,
Illa ruina ſuo pondere magna venit.

70. *In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu*] vid. ad Lib. I. El. 5. 30. & ſic Paſſeratius exponit illud ex Lib. III. El. 21. 32.

Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

ubi tamen *ſitu* alii praeferunt. ſeq. verſu *maxima verba* Marklandus conparabat cum illis Ariſtophanis in Ranis v. 859. μὴ μεγάλα λίαν λέγε. & Sophoclis Antig. (v. 129.) Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους Ὑπερεχθαίρει.

73. *Quamvis te perſaepe vocet*] *nocet* perperam in primo Voſſ. & meo ſecundo. poſt hoc diſtichon in meis aliiſque codd. ſequuntur quatuor verſus, qui ſupra occurrunt v. 47. *Et ſi ſecla forent* & ſeqq.

75. *A vos, qui officia in multos revocatis amores*] *Ah vos* ex Palatino Gebhardus. vitioſiſſime in primis edd. *At vos qui offam in multos.* pro *amores* in primo meo cod. *amicos. revocatis* hic malim exponere, divIditis, renovatis. aliter ac fecit Paſſeratius. praecedentem verſum *Invidiam quod habet* &c. memoriae vitio ſub Naſonis nomine adfert Barthius ad Claudian. p. 1055. cogitans forte illius locum ex Lib. II. Am. 6. 39.

Optima prima fere manibus rapiuntur avaris.
Inplentur numeris deteriora ſuis.

76. *Quantum ſic cruciat lumina veſtra dolor*] *ſic cruciat* procul dubio corruptum. *Si cruciat* in Scaligeri Excerptis, Menteliano, Regiis, Borrich. Neapol. duobus Leid. tribus Voſſ. uno D'Orv. Askew. & meo utroque. ut in primis aliiſque vetuſtioribus edd. *diſcruciat* conjecerat Heinſius. vel *Quantus io cruciat*, aut *Quantum hic diſcruciat. lumina noſtra* in Neapolit. & Colbertinis.

77. *vidiſtis pleno teneram candore*] *plenam tenero* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. altero verſu, *Vidiſtis fuſcas* conjecerat Marklandus, quia *fuſco candore* ei diſplicebat. ſed vel ſubintelligitur *colore*, vel *fuſcus candor* opponitur perfecto & pleno candori. ut in illo Ovidii II. Am. 4. 40.

Candida me capiet, capiet me flava puella,
Eſt etiam fuſco grata colore Venus.

78. *ducit uterque color*] hanc lectionem revocavi, licet *dulcis uterque color* ediderit Broukhuſius, poſthabito Lipſio Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. & Scaligero, qui ex ſuo codice recte ediderat, *ducit uterque color.* probante Heinſio, quod firmatur a Modii Excerptis, Livineji codd. Palatino & Commeliniano Gebhardi, Borrich. ſecundo & quinto Vaticano, Groning. Leidenſi ſecundo, Voſſ. tertio & quarto, D'Orvill. utroque, & meo ſecundo in marg. *decet* in meo primo & Heinſiano. *dulcis* eſt in primis edd. Beroaldina, Volſci, utraque Aldina, Juntae, Colinaei, Gryphii, aliiſque. quarum auctoritatem cur tot veterum codicum ſuffragiis praeferamus, cauſſam equidem video nullam, quamvis pro utraque lectione nonnulla adferat Paſſeratius. *gratus* in altero cod. Regio, in primo & Colbertinis *dulcis. ducit* enim eſt ad ſe adlicit, vel, ut mox,

utra-

Vidiſtis quamdam Argiva prodire figura:
Vidiſtis noſtras. utraque forma rapit.
Illaque plebejo, vel ſit ſandicis amictu:
Haec atque illa mali vulneris una via eſt.
Quum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis,
Una ſit & cuivis femina multa mala.

ELEG.

utraque forma rapit. ducit igitur hic ea notione intelligo, qua pro delectari & capi aliqua re dicitur. de quo vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XXI. 182. & ad Lib. VIII. Met. 123.

79. *Argiva prodire figura*] *prodente* in Mentel. primo Leid. Voſſ. & meo ſecundo. *figuram* in eod. Leid. & Mentel. *puella* in Heinſiano & meo priore. *prodire & procedere* proprium eſſe de puellis cum pompa quadam & ornatu oculos feriente in publicum prodeuntibus, patet ex notis Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 309. & Broukhuſii ad Tibull. Lib. I. El. 10. 70. vide etiam ad Lib. I. El. 2. 1.

80. *Vidiſtis noſtras. utraque forma rapit*] infeliciter Jo. Iſ. Pontanus Lib. II. Analect. cap. 2. emendabat,

Vidiſtis noſtrati? utraque forma rapit.

noſtrati nempe, ſeu Romana, prodire figura, ut hypermetron ſimile ſit ac Lib. III. 21. 10.

Herculis, Antaeique, Heſperidumque choros.

& Lib. I. El. 5. 52.

Quaerere, non inpune illa rogata venit.

Paſſeratius jam conjecerat *noſtrate*, vel *noſtra*, cum hiatu, quod ultimum etiam placuit Lipſio Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. Sed *Vidiſtis noſtras* reſpondet praecedenti, *Vidiſtis quamdam Argiva* &c. & ſubintelligitur, Romano more ſeu figura cultas. pro *utraque forma rapit* Heinſius ad oram ed. Ald. *capit*. ſed alterum praefero. *rapere* enim & *ſurripere* dicitur forma, quae vel invitum ad ſe trahit. vide notas ad T. II. Anth. Lat. pag. 493.

81. *vel ſit ſandicis amictu*] *ſic* in Voſſ. pr. Leid. & meo altero. ſecundam in *ſandice* corripere Gratium notavit Heinſius, Cyneg. v. 86.

Interdum Libyco fuſcantur ſandice pinnae.

ubi vide notas Patrui mei, & ad Marcell. de Medic. v. 30. adde locum ex poëtae veteris Epigrammate, quod edidi Tom. I. Anthol. Lat. p. 690.

Illa caput roſeum florenti ſandice cincta.

& vide Borrichii Adpendicem ſecundam ad Cogitationes de L. L. pag. 30. bene ſenſum hujus verſus expoſuit Broukhuſius de pullo ſeu plebejo & purpureo amictu oppoſito; cui adde Rubenium Lib. I. de Re Veſt. cap. 16. pag. 98. & Ferrar. Lib. III. cap. 23. confer cum his Tibulli locum Lib. II. 2. 9 & ſeqq.

Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis:
Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.
Urit, ſeu Tyria voluit procedere palla:
Urit, ſeu nivea candida veſte venit.

84. *Una ſit & cuivis femina multa mala*] locus procul dubio corruptus. duriſſima enim locutione *femina una* dicitur *cuivis multa mala eſſe*. *Una ſit eſt* in ſecundo Vatic. & v. c. Ant. Perreji. *Una ſat eſt* in Colotiano. ut & in aliis libris legi teſtatur Paſſeratius. & ſic Scaliger. *Una ſat o cuivis* in aliis. *cujus* in meo priore, id eſt *cuivis*. forte legendum,

Una dat & cuivis femina multa mala.

ſupra El. XVIII. init.

Scis here mi multas pariter placuiſſe puellas,
Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.

notum illud Ovidii II. Am. El. 5. v. 4.

Hei mihi perpetuum nata puella malum.

& El. 9. 26. *uſque adeo dulce puella malum eſt.* Graecorum loca cum hoc dicto contulerunt Livinejus & Gebhardus. verſu praeced. *meis inſomnia portet ocellis*, pro *tuis*, Marklandus.

ELEG. XX.

Vidi ego te in ſomnis fracta, mea vita, carina
Jönio laſſas ducere rore manus;
Et quaecumque in me fueras mentita, fateri:
Nec jam humore graves tollere poſſe comas.

5. Qua-

Eleg. XX.] in codd. Regiis inſcribitur ad cynthiam de somnio navfragii. ut in primis edd. & Aldinis, aliiſque. in meo utroque cod. & Borrichiano, somnivm de amica.

v. 1. *Vidi ego*] ſic edidi ex Vaticano quinto, ſecundo Leidenſ, tertio Voſſiano, meoque primo, Aldina 1515. Rovilliana, Canteri, Douſae, aliiſque edd. quamquam *ego* omittant Mentelianus, Groning. Borrich. ed. Ven. Reg. Lep. Ald. 1502. & Juntina. quod praetulit Broukhuſius, propter numerum, ut ait, minus mollem ac venuſtum, quem ego magis incitatum arbitror, inſerto pronomine. ita enim ipſe Propertius. Lib. I. El. 13. 14.

Vidi ego me, quaeſo, teſte, negare potes?
Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo.

Lib. IV. El. 2. 53.

Vidi ego labentes acies, & tela caduca.

& El. V. v. 59.

Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti:

& v. 65.

Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo.

ipſe etiam Broukhuſius Tibullo Lib. I. El. 4. 29. ex MSS. reſtituit,

Vidi ego jam juvenem, premeret quum ſerior aetas,
Maerentem ſtultos praeteriiſſe dies.

& multis poëtarum, ipſiuſque Propertii, exemplis id confirmavit, atque energiam jucundam eſſe in pronomine addito notavit. apud Ovidium quoque Epiſt. III. 47. 49.

Vidi ego conſortes pariter generiſque neciſque
Tres cecidiſſe: tribus, quae mihi, mater erat.
Vidi ego, quantus erat, fuſum tellure cruenta &c.

ut & illic e codicibus edidit Patruus meus, & in hoc Propertii loco contra Broukhuſium probavit. exemplis ex Naſone ab eo productis adde e Lib. I. Am. El. 2. 11.

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas.

II. Am. 2. 47.

Vidi ego compedibus liventia crura gerentem.

& El. 12. 25.

Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros.

& apud Virgil. I. G. 197. *Vidi ego lecta diu*, Cerda aliique praeferunt.

2. *Jönio laſſas ducere rore manus*] *lapſas* in primo D'Orv. Commel. & ſecundo Palatino Gebhardi, in priore *laxas*. ſolita confuſione. *ducere manus* de natantibus Ovidio quoque vindicavit Heinſius, Lib. IV. Met. 353.

Deſilit in latices, alternaque brachia ducens
In liquidis tranſlucet aquis.

ubi *jactans* antea edebatur. *rorem Jönium* recte Broukhuſius cum Paſſeratio de ſumma maris aqua exponit. quod poëtis praeſertim uſitatum, & pro quovis etiam humore poni, notat Giſan. Collect. ad Lucret. in *Ros.* & vide Potteri notas ad Lycophr. v. 322. mox *fueris mentita* Voſſ. prim. & ſeq. verſ. *Nec jam jam* male in Groning.

5. *Qua-*

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ovis.
Quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens navita fleret aqua.

Quae

5. *Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,*
Aurea quam molli tergore vexit ovis.
Quam timui, ne forte tuum &c.]

ſic edidit Broukhuſius, damnavitque inſulſam, ut ait, lectionem *agitavit.* quae exſtat in codd. Regiis, & Voſſ. tertio a manu ſec. nam *agitabam* a man. pr. & recipi poſſet illud *agitavit*, ſi hoc modo diſtingueretur,

Qualem purpureis agitavit fluctibus Hellen
Aurea, quam molli tergore vexit, ovis.

agitatam tamen agnoſcunt plures numero codices, ut Ant. Perreji, Colotianus, Neapol. primus, ſecundus, & quintus Vatic. Mentel. & Excerpta Scaligeri ac Modii cum ceteris. idque ex ſuo praetulit Livinejus, & e Palat. primo ac Commeliniano Gebhardus. ea lectione recepta cum Heinſio emendandum,

—— *agitatam fluctibus Hellen*
Aurea cum molli tergore vexit ovis.

pro *quam molli*, quod verborum ſtructuram turbat. epitheton *purpureos* marinis fluctibus tribui notaverat Marklandus, collato Luciani loco Dial. Mar. Neptun. & Enip. (pag. 321.) περιςήσας πορφύρεόν τι κῦμα. quod e fonte Homeri deductum illic notavit Cel. Hemſterhuſius. *Qualem* exponit Livinejus pro *Talem*, quia nihil ſequitur, quod poſt *Qualem* deſiderari poſſet. ſed quocumque modo legatur, mihi ſequens diſtichon huic praeponendum videtur, ut hoc modo cohaereat utrumque,

Quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
Atque tua labens navita fleret aqua;
Qualem purpureis & ſeqq.

eleganter enim vereri ſe fingit, ſi mari Jönio ſubmergeretur Cynthia, nomen ei daturam, ut Helle dedit Helleſponto. vel ſi vulgatum ordinem ſequamur, haec ad praecedentia ſic erunt referenda. vidi te natare in Jönio, qualem Hellen vexit ovis & ſubmerſit. ſimilis comparatio eſt in Epigrammate Antipatri Macedonis Lib. I. Anthol. Gr. Tit. 55. Ep. 7.

Ἀεὶ θηλυτέρῃσιν ὕδωρ κακὸν Ἑλλήσποντος,
Ξεῖνε, Κλεωνίκης πεύθεο Δυρραχίδος.
Πλῶε γὰρ ἐς Σηστὸν μετὰ νύμφιον. ἐν δὲ μελαίνῃ
Φορτίδι τὴν Ἕλλης μοῖραν ἀπεπλήσατο.

quod ſic interpretabatur H. Grotius:

Femineo ſemper generi gravis Helleſpontus,
Dyrrachis hoc, hoſpes, te Cleonica docet.
Ducitur inſigni dum per freta ſaeva marito,
Mergitis hanc, Hellen quae rapuiſtis aquae.

& conferenda haec cum illis Ovidii Epiſt. XVIII. 142.

Et ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle eſt,
Utque mihi parcat, crimine nomen habet.
Invideo Phryxo, quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

qui locus favere poſſet lectioni codicis Colbertini, in quo hic etiam legitur *molli vellere.* idque Francio adridebat. ſed in alio Ovidii loco, quem profert Broukhuſius, ex Lib. II. Am. El. XI. init. de Argo,

Quae concurrentes inter temeraria cautes
Conſpicuam fulvo vellere vexit ovem.

non *vellere vexit*, ſed *conſpicuam vellere* conjungenda ſunt. *tergo revexit* corrupte in Borrichiano, & meo priore, pro *tergore vexit.* quod mutandum non eſt. *tergore* enim pro *tergo* veteribus in uſu eſt. Manilius Lib. IV. 515. hac eadem in re:

—— *teſtis tibi laniger ipſe,*
Quum vitreum findens aurato vellere pontum,
Orbatumque ſua Phryxum per fata ſorore
Phaſidos ad ripas, & Colchida tergore vexit.

ubi vide Scaligerum, qui optime reſtituit *tergore vexit*, pro *Colchida regna*, vel *terga revexit.* ut in MSS. ſimili librariorum errore, ac in hoc Propertii loco. craſſo metri errore in ed. Delphinica illic legitur *Phryxum per freta ſorore.* ſic *tergus* & *tergum* etiam apud alios promiſcue occurrere notat Paſſerat. pag. 352. *dorſo vehi* infra Lib. II. El. 23. 55.

Non ſi Pegaſeo vecteris in aëre dorſo.

pro *Atque tua* Heinſius conjecerat *Teque ſua* vel *Neve tua.* deinde, *moerens navita* in cod. Livineji, Mentel. Excerptis Modii, ſeu Groning. &

Quae tum ego Neptuno, quae tum cum Caſtore fratri,
Quaeque tibi excepi tum Dea Leucothëe?
At tu vix primas extollens gurgite palmas
Saepe meum nomen jam peritura vocas?
Quod ſi forte tuos vidiſſet Glaucus ocellos,
Eſſes Jönii facta puella maris.

Et

& ſecundo D'Orvill. in quo *labens* ſuperſcriptum; quod recte tuetur Broukhuſius. infra Lib. IV. El. 6. 48. *invito labitur illa mari.* Ovidius Epiſt. X. 65.

Ut rate felici pacata per aequora labar.

& XIV. Met. 8. ex MSS. reſtituerunt viri docti, *Tyrrhena per aequora lapſus.* pro *vectus.* ſic *relabi* in eadem Ariadnes Epiſtola v. 149.

Flecte ratem, Theſeu, verſoque relabere vento.

& Epiſtola Sapphus XV. 95.

Huc ades, inque ſinus, formoſe, relabere noſtros.

ferret aqua pro *fleret* in Borrich. & Heinſiano.

9. *Quae tum ego Neptuno, quae tum cum Caſtore fratri,*
Quaeque tibi excepi tum Dea Leucothëe?]

Quem ego in primo Voſſ. Borrich. meo ſecundo. & in ſeqq. *quem* & *quemque. feci* male in marg. tertii Voſſ. pro *fratri.* altero verſu pro *excepi* in Menteliano *excepti. Quaeque tibi exegi*, vel *Quae tibi ſuſcepi*, nempe vota, Heinſius. Ovid. VI. Faſt. 246. *cum Marti vota Senatus Suſcipit.* Marklandus adſcripſerat *excepi* poni pro *ſuſcepi*; vel hunc Propertii ſenſum eſſe, *qualia vota feci vobis, o Dii maris, cum hac tamen exceptione, ſi Cynthia evaderet.* ſed vide Patrui mei notas ad Sueton. Caeſ. 73. pro *tum Dea* in Regiis, Colbertinis, Borrich. altero Vatic. Mentel. Modii Excerptis, ſeu Groning. Askew. ſecundo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo priore *jam Dea.* ut in primis edd. unde Heinſius olim conjecerat *candida Leucotheë.* ſed ſequitur *candida Neſeë. Leucothoë* hic ſcribitur in plerisque codd. MSS. ut & infra El. XXI. 22.

Hanc miſer inplorat navita Leucothoën.

ſed male. Λευκοθέα Graecis dicitur. Cicero Lib. I. Tuſcul. Quaeſt. c. 12. *Quid? Ino Cadmi filia, nonne* Λευκοθέα *nominata a Graecis, Matuta habetur a noſtris?* ubi vide Daviſii notas, & Patrui mei ad Ovid. IV. Met. 196. recte itaque *Leucothëe* in Virgilii Ciri v. 396. nuper etiam pro *Leucothöe* reſcribendum monuit Heynius, Vir Clariſſimus. fabulam ipſam, quomodo Ino in deam marinam verſa ſit, quam Λευκόθεαν Graeci, *Matutam* Latini vocant, exponunt Interpretes Luciani ad Dial. Marin. Tom. I. pag. 311. & vide Scholiaſt. Statii ad Lib. I. Theb. 13. ubi etiam *Leucothoë* in vulgatis. *Leucothea* apud eumdem ad Lib. III. 186. & ad Lib. VII. 421. ut eſt in MSS. Lib. VI. Th. 12. ubi editur *Leucothoë.* quia tamen in aliis ejuſmodi nominibus Κυμοθόη, Ἱπποθόη, & ſim. eadem eſt analogia, utrumque probum haberi poteſt, modo Codd. MSS. auctoritatem ſequamur.

12. *Saepe meum nomen jam peritura vocas*] vide ad Lib. III. El. 5. 22. *primas palmas* verſu praeced. a Valerio Flacco dici *extremas manus* Lib. I. 293. notaverat Marklandus. ubi vide Patrui mei notas. & Valerium illic ſua ex hoc Propertii loco expreſſiſſe putat Vulpius.

13. *tuos vidiſſet Glaucus ocellos*] Graeco more dictum pro *te vidiſſet*, adſcripſerat Marklandus, ut apud Eurip. Med. 1043. ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων. & Sophoclem Oed. Tyr. (v. 1018.)

Τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδιστον βλέπειν.

addito Virgilii loco Lib. V. Aen. 577.

—— *oculoſque ſuorum*
Luſtravere in equis.

ſed *ocellos* Cynthiae pulcherrimos hic praecipue memorat poëta, per quos ſe primum amore ejus captum profitetur Lib. I. El. 1. init. ubi vide.

14. *Eſſes Jonii facta puella maris*] *Jonii maris puella* Paſſeratio exponitur, ut *ruris puellae* in Pervigilio Veneris. adeoque *puella maris* pro nympha marina dicatur. Sed forſan ſcripſerit auctor,

Eſſes Jönii praeda *puella maris.*

vel

Et tibi prae invidia Nereïdes increpitarent,
  Candida Neſaee, caerula Cymothoë.
Sed tibi ſubſidium delphinum currere vidi,
  Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram.
Jamque ego conabar ſummo me mittere ſaxo,
  Quum mihi diſcuſſit talia viſa metus.

Nunc

vel potius Iſſes *Jönii facta* rapina *maris*. ut de Hyla Lib. I. El. 20. 11.

Nympharum cupidas ſemper defende rapinas.

15. *Et tibi prae invidia*] *ob invidiam* in v. c. Perreji, & Fruterii Excerpt. Scalig. & Modii, Borrichiano, Groning., Neap. Vaticano ſecundo & quinto, uno Colbertino, Leid. ſec. Voſſiano tertio & quarto, utroque D'Orv. meo priore. *ob invidias* in primo Vatic. *Sed tibi invidiam* & Askew. *ab invidia* Marklandus. ut in loco Horatii Lib. I. Sat. 4. 26.

Aut ab avaritia, aut miſera ambitione laborat.

ut a Jano Douſa aliiſque emendatum, pro, *ob avaritiam*, quod recte probavit Bentlejus. *increpitarunt* in Borrich. Heinſiano, & primo meo codice.

16. *Candida Neſaee, caerula Cymothoë*] *Niſeis* in Excerptis Modii, ſeu Groningano. *Niſee* in primo Leid. Voſſ. primo & quarto, Borrich. D'Orvill. utroque, & vetuſtis edd. *Nyſee* in meo primo. *Niſeae* in ſecundo, & Neapolitano, proxime verum. nam *Neſaee*, non *Neſeë*, ut in editione Broukhuſii, ſcribendum, ut correxerat Fruterius, & monuit D'Orvillius in Miſc. Obſerv. Vol. V. T. II. pag. 303. quia Graecis Νησαίη. Lycophr. v. 399. Νησαίας κάσις, ſeu *Neſaeae ſoror* Thetis. ubi v. Scholiaſt. neque aliter Paſſeratius ex Homero & Virgilio. vide notas ad Maronis IV. Georg. 338. & ſic clare in primo Vaticano. *Niſeë* & *Cymotheë* in Askewiano. Francius vero legebat,

Caerula Neſaee, caerula Cymothoë.

17. *Sed tibi ſubſidium delphinum currere vidi*] *ſubſidio* in omnibus fere codicibus & editionibus antiquis, licet ex ſolo Borrichiano & Commeliniano Gebhardi *ſubſidium* praetulerit Broukhuſius, quod miror, propter ſonum ingratiorem *ſubſidium delphinum*, qui etiam Francium offendebat, ideoque *delphinem* correxerat. utraque locutio *ſubſidio* & *ſubſidium eſſe*, *ſubſidio* & *auxilio* vel *ſubſidium* & *auxilium venire*, & ſim. proba & uſitata eſt, etiam apud poëtas, nam extra verſum *ſubſidio venire* ex uno Ciceronis loco notat Broukhuſius. cui addere potuiſſet ex Lib. VIII. ad Att. Ep. 7. *at nemo dubitat quin ſubſidio venturus ſit.* Ovidius in Ibin v. 283. *Nec tibi ſubſidio ſit praeſens numen.* vide Heinſii notas ad Ovid. Rem. Am. 528. & ad XII. Met. 90. Gronovii ad Liv. XXXVIII. 52. & Patrui mei ad Phaedr. III. 10. 42. *delphinum accurrere* correxerat Heinſius.

18. *Qui, puto, Arioniam vexerat ante lyram*] minime adſentior Broukhuſio, qui illud *puto* hic a Propertio additum exiſtimat, ut indicet ſe quoque fabulam de delphino Arionem vehente veram cenſuiſſe hiſtoriam. Simpliciter malim exponere, quem eumdem illum puto delphinum fuiſſe, qui olim Ariona vexit. neque enim *puto* ſemper veritati adfirmandae inſervit: quin ironiae paſſim apud poëtas inſeritur. vid. Heinſ. ad Ovid. III. Am. 7. 2. *lyram* vero *Arioniam* recte Marklandus dici notaverat pro Arione lyriſta, cytharoedo. ut Lib. IV. El. 6. 36. *inbelles quem timuere lyrae*, id eſt Apollo λυριστής. *Quam puto* in Neapol.

19. *ſummo me mittere ſaxo*] *ponto* in aliis, & in margine cod. Groning. ſed male. Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 172.

——— *pete protinus altam*
Leucada, nec ſaxo deſiluiſſe time.

& v. 192.

Quam poterant ſaxis praecipitanda dari.

ſeq. verſu *diſcuſſit talia viſa metus*, ut in illo Ariadnae apud Ovidium Epiſt. X. 13.

Excuſſere metus ſomnum, conterrita ſurgo:
Membraque ſunt viduo praecipitata toro.

infra Lib. III. El. 8. 13.

Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha.

21. Nunc

Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
  Serviat, & tota dicar in urbe potens.
Non ſi Cambyſae redeant, & flumina Croeſi,
  Dicat: De noſtro ſurge poëta toro.

25. Nam

21. *Nunc admirentur* &c.] novam Elegiam hic inchoandam nemo facile negabit, quia ſequentia nihil commune habent cum praecedentibus de ſomnio Propertii, quod optime illo verſu abſolvitur, *Quum mihi diſcuſſit talia viſa metus.* nonnulla excidiſſe videbantur Broukhuſio, quia haec cum reliquis non cohaerent, ideoque lacunam hic eſſe ſtatuebat; inprobante erudito Britanno in Miſcell. Obſerv. Vol II. Tom. I. pag. 103. ubi notavit D'Orvillius, Guyeto videri Elegiam hanc inſititiam eſſe, ſed cujus judicium merito exploſit. Sine dubio in duas Elegias ſeparanda eſt, & ab hoc verſu initium alterius ducendum eſt. & ſic cenſebat Lennepius in Animadv. ad Coluthum Lib. II. cap. ult.

ib. *quod tam mihi pulchra puella Serviat, & tota dicar in urbe potens*] *Serviat* cur ſuſpectum Guyeto fuerit viſum, cauſſam video nullam. *Servire* & *ſervitium* in amoribus noſtro frequens. Lib. III. 23. 23.

Quinque tibi potui ſervire fideliter annos.

Lib. I. El. IV. 4.

Hac magis adſueto vivere ſervitio.

El. V. 19.

Tum grave ſervitium noſtrae cogere puellae
  Diſcere.

& El. XII. 18.

Aut ſi deſpectus potuit mutare calores,
  Sunt quoque tranſlato gaudia ſervitio.

aliiſque in locis.

23. *Non ſi Cambyſae redeant, & flumina Croeſi*] *Cambyſe* in Neapol. *redeat* in Voſſ. pr. *redeant* autem hic Graecorum more pro περιέρχωνται, *in reditu ſint*, poſitum notat Marklandus Conject. ad Lyſiam p. 600. ſenſumque loci ſic explicat, pro toto fluviorum auriferorum reditu Cynthia me a toro ſuo non rejiceret. *Cambyſae* mentione Propertium loqui de Pactolo notat Broukhuſius. Sed quid Cambyſae cum Pactolo? corrupta procul dubio eſt lectio. *Candaulae* legebat Guyetus. Conjeceram aliquando *Non ſi jam Cyri redeant, & flumina Croeſi.* ut *Cyrum* & *Croeſum* jungit Claudian. I. in Rufin. 199.

— — laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Jungantur ſolium Croeſi, Cyrique tiara,
  Numquam dives eris.

Sed jam ante aliquot annos ſubſtituendum exiſtimavi,

Non ſi jam Gygae *redeant & flumina Croeſi.*

quae lectio propius *Cambyſae* veſtigia premit. Gyges enim Lydiae Rex ditiſſimus, cui & Croeſo Pactolus melius convenit, unde apud noſtrum Lib. I. El. 6. 32.

Lydia Pactoli tinguit arata liquor.

Lib. III. El. 3. 39.

Lydus Dulichio non diſtat Croeſus ab Iro.

& El. 16. 28.

Croeſum, aut, Pactoli quas parit humor, opes.

vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 53. & haec cum Theocriti loco, quem bene emendat, comparavit Pierſonus, juvenis, dum ſupereſſet, eruditiſſimus, Lib. I. Veriſim. cap. 4. pag. 47. *Gygae* quoque nomen hic reſtituendum probabat Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 6. pag. 130. adducto Strabonis loco adpoſito, ubi *Gyges* & *Croeſus* etiam junguntur, & rejecta D'Orvillii ſententia, qui in Miſc. Obſerv. Vol. V. pag. 304. emendandum opinabatur, *Non, ſi Cambyſes redeant*, vel *Cambyſae*, numero plurali. Firmat *Gygae* lectionem hic recipiendam Anacreon Od. XV.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο,
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος,
Οὔθ' αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

ubi recte viri docti putant reſpici ad notum Archilochi trimetrum de Gyge,

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

quo verſu Bentlejus confirmat emendationem ſuam

Nam mea quum recitat, dicit ſe odiſſe beatos.
    Carmina tam ſancte nulla puella colit.
Multum in amore fides, multum conſtantia prodeſt.
    Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt.
Seu mare per longum mea cogitet ire puella,

Hanc

ſuam in loco Anacreontis, Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω in notis ad Horat. Lib. II. od. 17. 14. & hunc Archilochi verſum innui etiam volunt ab Herodoto Lib. I. cap. 12. in fine: ubi de Gyge, τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. quae tamen Cel. Weſſelingius delenda & librariis adſcribenda ſuſpicabatur, quamquam iſta Herodoto vel vindicare, vel ſatis vetuſtum gloſſema probare poſſet Rufini locus de metris Comicis pag. 2712. ed. Putſch. ubi verba illa ex Herodoto ſic profert, αὐτοῦ καὶ Ἀρχίλοχος Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς, ὑπέμνητεν ἰάμβῳ τριμέτρῳ. Ceterum hoc diſticho forte indicat poëta aliquem divitem ex provincia Aſia reducem, vel qui miſſus erat ad bellum Parthicum, quod meditabatur Auguſtus.

25. *Nam mea quum recitat, dicit ſe odiſſe beatos*] *Jam mea* in noſtro priore. pro *odiſſe* in codd. Regiis, Palatinis Gebhardi, & primis edd. *dicit ſe audiſſe.* vulgatam non muto, licet Clercquius Spec. II. Obſerv. ad Lucan. pag. 11. ejecto diſticho ſequenti, hic emendandum cenſuerit, *dicit ſordere beatos.*

28. *Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt*] verſum hunc ut ſpurium & nothum damnavit Broukhuſius, fabricatumque a librariis opinabatur ex Ovidio Lib. III. Am. El. 8. 62.

Imperat ut captae, qui dare multa poteſt.

ſed dubito, an proſcribi mereatur propter rhythmum auribus ingratum, quales verſus & alibi apud noſtrum occurrentes ſupra notavi ad Lib. I. El. 8. 11. & vide ad Lotich. p. 355. & 493. Heinſio placebat, *multum & amare poteſt.* & ſic Francius in libri ſui margine. Patruo meo olim corrigendum videbatur, *multum in amore poteſt.* ut Lib. I. El. IX. 11.

Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.

& hinc *potens amator*, qui primas obtinet, & in amore ceteris potior eſt. de quo vide Heinſium ad Ovid. II. Am. 2. 30. Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 6. 33. & huc faciunt quae notavit Gruterus Lib. XIV. Suſpic. inedit. cap. 8. *Multa negare poteſt* conjecerat Marklandus. Santenio meo legendum inciderat,

Qui dare multa poteſt, non *& amare poteſt*,

ut *multa* ex prima verſus parte repetatur. Sed aliud latere puto, & quia hic verſus praecedenti plane obſtat, ubi *fidem* & *conſtantiam* multum in amore prodeſſe dicit, abſonum eſſet, plus danti primas hic partes deferre, praeſertim quum paſſim poëtae in illos, qui auro & muneribus mercantur amorem, invehi ſoleant. Reſtituendum itaque hariolabar,

Qui dare multa poteſt, ſtulte *& amare poteſt.*

id eſt, nullo conſilio, & amenti inpetu amare, & ſe ridendum atque abſurdum amatorem praebere poteſt, qui ſolis divitiis & auro puellas, non autem *fide & conſtantia*, adlicere ſe poſſe confidit, quum tener adfectus poëtis in amore dux ſit. illud *ſtulte amare* ad poëtarum genium eſt. Ovid. III. A. A. 253.

Aut Helene, quam non ſtulte, Menelaë, repoſcis,
    Tu quoque non ſtulte, Troïe raptor, habes.

Epiſt. I. 75.

Haec ego dum ſtulte meditor, (quae veſtra libido eſt)
    Eſſe peregrino captus amore potes.

Ep. XVI. 167.

Nec piget, aut umquam ſtulte legiſſe videbor.

Tibullus Lib. I. El. 10. 45.

Tum miſer interii ſtulte confiſus amari.

ſic *ſtultus maritus*, *ſtultus amator*, *ſtulta puella*, ſaepe. Ovidius II. Am. El. 19. 46.

Ille poteſt vacuo furari litore arenas,
    Uxorem ſtulti ſi quis amare poteſt.

alio nonnihil colore amatorem *multa dantem*, & promiſſis etiam poſt fata divitem, & tamen ineptum ac ſtultum, tangit Juvenalis Sat. II. 59.

— cur ſolo tabulas inpleverit Hiſter
Liberto, dederit vivus cur multa puellae.
Dives erit, magno quae dormit tertia lecto.

29. *Seu mare per longum mea cogitet ire puella*] *Heu mare per long. mea cogitat ire puella* Guyetus,

Hanc ſequar, & fidos una aget aura duos.
Unum litus erit ſopitis, unaque tecto
Arbor, & ex una ſaepe bibemus aqua.
Et tabula una duos poterit conponere amantes,
Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.
Omnia perpetiar, ſaevus licet urgueat Eurus,
Velaque in incertum frigidus Auſter agat.
Quicumque & venti miſerum vexaſtis Ulixen,
Et Danaum Euboico litore mille rates.
Et qui moviſtis duo litora, quum rudis Argus
Dux erat ignoto miſſa columba mari.

Illa

tus, qui hinc initium novae Elegiae facit. unus quidem codex Neapolitanus novam quoque hic orditur Elegiam, ſed reliqui omnes & priſcae editiones ſuperioribus adnectunt.

31 *Unum litus erit ſopitis, unaque tecto Arbor,*] *unaque tectum* Heinſio corrigendum videbatur. & ſic Francius. id eſt, unum litus & una arbor pro lecto vel tecto erunt. *tectum* enim de omni, qua tegimur, ſtructura. vide Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. III. p. 362. firmat optimam emendationem locus Ovidii Epiſt. V. 13.

Saepe greges inter requievimus arbore tecti,
Mixtaque cum foliis praebuit herba torum.

& Lib. II. A. A. 622.

Tunc quoque, cum ſolem nondum prohibebat & imbrem
Tegula, ſed quercus tecta cibumque dabat.

33. *duos poterit conponere amantes*] *poteris* in Menteliano, & primo Leidenſi.

35. *ſaevus licet urgueat Eurus*] *ſcaevus* in Heinſiano, & meo priore. forte *ingruat Eurus*.

36 *frigidus Auſter agat*] *turbidus* v. c. Ant. Perreji, liber Paſſeratii, & codex Heinſii, cui id placebat. ut in illo Horatii Lib. III. od. 3. 5.

——— neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriae.

37. *Quicumque & venti miſerum vexaſtis Ulixen*] *Quotcumque* in Excerptis Modii, ſeu Groning. *vexatis* in Askewiano. forte ante oculos habuit illud Virgilii Ecl. VI. 76. *Dulichias vexaſſe rates. lacerare* dicitur Ovidio Lib. III. ex P. Ep. 6. 39.

Nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulyxis,
Leucothëe nanti ferre negavit opem.

vexare eadem in re dicit in Epiſt. XIX. 126.

An mare ab inviſo privignae nomine dictum
Vexat in aequoream verſa noverca Deam.

vexatam per multa pericula vitam noſter infra El. XXI. 17.

39. *Et qui moviſtis duo litora, quum rudis Argus Dux erat ignoto miſſa columba mari*] ſic bene reſtituiſſe Volſcum pro *ratis Argo*, ut illius tempore legebatur, merito laudat Broukhuſius. certe *quum ratis Argo* in codd. Colbertinis, Menteliano, Excerptis Scaligeri & Modii, Borrich. Groning. quinto Vatic. Neapol. duobus Leid. Voſſ. primo & tertio, utroque D'Orvill. & meis. *ratis Argus* in quarto Voſſ. *cum ſatis Argo* in Regiis codd. & primis edd. corrupte pro *ratis*. ſed optime ſe habet recepta ſcriptura, ut Beroaldus etiam emendandum monuit. *rudis* enim *Argo*, quae mare nondum ſatis erat experta. Claudianus in praefat. Lib. I. de R. P. init.

Inventa primus ſecuit qui nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitavit aquas.

ubi vide Barthium, & ad Nemeſian. Cyneg. v. 14. Lucanus Lib. III. 193.

——— cum rudis Argo
Miſcuit ignotas, temerato litore, gentes.

adde noſtri & Catulli loca apud Broukhuſ. ita certe hic intelligendum, quia columbae navi Argo, curſus ignarae, praevio ductu quaſi per mare, & concurrentes Symplegadum cautes, viam monſtrarent

certe

Illa meis tantum non uſquam deſit ocellis,
  Incendat navem Jupiter ipſe licet.
Certe iiſdem nudi pariter jactabimur oris,
  Me licet unda ferat, te modo terra tegat.
Sed non Neptunus tanto crudelis amori,
  Neptunus fratri par in amore Jovi.
Teſtis Amymone, latices quum ferret in Argis,
  Conpreſſa, & Lernae pulſa tridente palus.

Jam

ſtrarunt. infra Lib. III. El. 21. 13.

Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem prorae pinus adacta novae.

hinc ſaepe etiam columbae aliaeve aves coloniarum conditoribus, vel nova regna quaerentibus, finguntur viam & iter pandiſſe. vide Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 267. Rupertum ad Vellej. Paterc. pag. 26. & ſeqq. Broukhuſ. tam ad h. l. quam infra ad Lib. IV. El. I. 40. & ad Sannazar. Lib. II. El. 9. v. 22. & ſimilia notavi, columbaeque typum in Naxiorum & Segeſtanorum numo huc referendum conjeci in Comment. ad Numiſm. Sic. Tab. XII. N. 6. pag. 411. & ſeq. male vero in codd. Regiis, Askewiano, & primis edd. *Et qui noviſtis duo litora.* pro *moviſtis.* Symplegades intelliguntur concurſu ſuo litora moventes. Ovidius Lib. II. Am. El. XI. init.

Prima malas docuit, mirantibus aequoris undis,
Peliaco pinus vertice caeſa vias.
Quae concurrentes inter temeraria cautes
Conſpicuam fulvo vellere vexit ovem.

& XV. Met. 537.

——— timuit concurſibus Argo
Undarum ſparſas Symplegadas eliſarum.

41. *non uſquam deſit ocellis*] *ſpectat ocellis* in uno Colbert.

42. *Incendat navem Jupiter ipſe licet*] *Incendit* Mentelian. & primus Leid. *Inſcendat* vel *Incendat navem Jupiter igne licet* conjecerat Heinſius, vel *Jupiter ille*, quod ultimum etiam in ed. Douſae, & aliis. vid. Heinſ. ad Virg. VII. Aen. 110. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 4. 19. *ipſe* tuetur Paſſeratius, ut ex oppoſitione Palladis, quae Ajacis navem fulmine petierat, dictum ſit. vide Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. p. 305. poſſis etiam *Infeſtet.* ut apud Ovid. II. Am. XI. 18.

Quas Scylla infeſtet, quaſve Charybdis aquas,

& XIII. Met. 731.

Scylla latus dextrum, laevum inrequieta Charybdis
Infeſtant.

43. *Certe iiſdem nudi pariter jactabimur oris*] *Ferte* in Voſſ. quarto. quod pro *forte* ſcripſerat librarius *Crete* in Menteliano. & primo Leidenſi. forte pro *Crede.* deinde pro *nudi* Marklandus conjecerat *nulli*, id eſt mortui. ut Ariadna apud Ovid. III. Faſt. 478.

Jamque ego praeſenti tempore nulla forem.

ſed retineamus vulgatam lectionem. ſic enim noſter Lib. III. El. 3. 36.

Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate.

ubi vide. Virgilius V. Aen. in fine:

Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

pro *jactabimur* in uno Colbertino *luctabimur. horis* in Neapol. ſeq. verſu *unda tegat* male in Voſſ. quarto. dein *te quoque terra tegat* in Mentel. primo Leid. & Voſſ.

45 *tanto crudelis amori*] *ſancto* conjeceram, cum poſtea id Livinejo quoque in mentem veniſſe vidi. infra El. 22. v. 41.

Sic ego tam ſancti cuſtos excludor amoris.

ſanctus pudor Tibullo Lib. I. El. 3. 83.

——— ſanctique pudoris
Adſideat cuſtos ſedula ſemper anus.

47. *Teſtis Amymone, latices quum ferret in Argis, Conpreſſa, &c.*] hoc praetuli, licet alias editiones ſecutus *arvis* ediderit Broukhuſius, ut paſſim librarios in *Argis arvis*, & *agris* ceſpitaſſe ſaepe notarunt viri docti. quod firmant loca Statii Lib. I. Th. 225. Lucani VII. 452. & Claudiani praef. Lib. II. de R. P. 9. ubi ſimilis in codd. MSS. confuſio eſt. Conjeceram aliquando

pro

Jam Deus amplexu votum perſolvit: at illi
Aurea divinas urna profudit aquas.
Crudelem & Boream rapta Orithyîa negabit.
Hic Deus & terras & maria alta domat.

Crede

pro *arvis* reſcribendum *latices quum ferret in urnis*, ut in loco Ovidii mox producendo. vide ad Elegiam de raptu Hylae Lib. I. 20. 23. Francius diſtinguebat, *latices quum ferret, in arvis Conpreſſa.* ſed malui Guyetum, Paſſeratium, & Heinſium ſequi, qui *Argis* pro *arvis* legendum cenſuerunt. Amymonen enim, dum Argi ſiccitate premerentur, & illa aquatum iviſſet, Neptunus conpreſſit, & in pretium conplexus monſtravit ei paludem Lernaeam, unde aquam peteret. vide Lucian. in Dialog. Marin. VI. pag. 302. & 303. ex quo lectio haec egregie firmatur. Ovidius Lib. I. Am. 10. 5.

Qualis Amymone ſiccis errabat in Argis,
Cum premeret ſummi verticis urna comam.

ubi olim quoque *in arvis* edebatur. ſed *Argis* tam illo, quam hoc Propertii loco etiam Patruus meus praetulit. erudita hanc in rem obſervavit Triſtanus Tom. II. Comment. pag. 44. & 45. quae ad ſtabiliendam hanc ſcripturam legiſſe operae pretium erit. & vide nonnulla apud Barth. ad Stat. VI. Theb. 287. *Argis* etiam ex v. c. notaverat Ant. Perrejus. neque aliter in Colotiano, & primo ac ſecundo Vaticano. reſtituendam igitur hanc lectionem cenſui, & forte etiam diſtinctio Francii, licet *arvis* probaret, ſic quoque admittenda, *latices quum ferret, in Argis Conpreſſa,* &c. Gebhardus ex vitioſa codicis Palatini lectione in *armis*, exponebat armos, ſeu humeros, & multa argutatur de more, quo aquam humeris, vel in capite virgines ferre ſolebant, quae nihil ad rem faciunt. deinde Cel. D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. p. 305. notat virum doctiſſimum, quem nomine non exprimit, hic emendandum conjeciſſe, *latices quum quaereret Argis.* quia aquam inveſtigatura nondum latices ferebat. ſed vulgatam defendit, & exponit, tamquam dixiſſet auctor, dum officium ſubibat ferentis aquam, ὑδροφόρου, *dum latura eſſet aquam.* quia in hac Argi ſiccitate quaeſitum ibat aquam, ſed non ferebat, quum a Neptuno conprimeretur, & recte *Lernae*, vel *Lernes*, corrigit pro *Lerne*, ut edidit Broukhuſius. *Lernae* certe in illius primo, meo ſecundo, & quarto Voſſ. *pulſa palus* tridente | Neptuni, ut *remis pulſata palus*, quod Horatio contra Bentlejum vindicat Cuningham. in Animadv. cap. XII. p. 210. mox *Jam Deus amplexus* legebat Paſſeratius ex conjectura, qua tamen non opus eſſe videtur.

50. *Aurea divinas urna profudit aquas*] *unde* male in Heinſiano, Borrich. & meo priore. ibidem in Miſc. Obſ. D'Orvillius ex merito inprobat Heinſii conjecturam *virgineas aquas. divinas aquas*, divino beneficio indicatas & profluentes bene interpretatur Paſſeratius, ſed contra quem, *Aerea urna* reponentem, erudite *auream urnam* vindicat. miror vero eumdem Paſſeratium ſub *urna* & *aquis* obſcoeni aliquid latere ſuſpicatum fuiſſe. *refudit* in Regiis, Colbertinis, Askewiano, & priſcis edd. infra El. XXIII. v. 50. *Quum ſubito Triton ore recondit aquam.* quod per *refundit*, *revomit* exponit Broukhuſius. & hanc lectionem ſua imitatione probaſſe videtur Lotichius Lib. IV. El. 4. 84.

Humida qua liquidas urna refundit aquas.

ubi vide quae notavi. *profudit* tamen etiam praeferebat Marklandus.

51. *Crudelem & Boream rapta Orithyîa negabit*] *negavit* in duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, ac priſcis edd. in quibus *Orithia* pro *Orithya*, vel *Orithyîa*, ut ſcribendum: *Orithyïa* quinque ſyllabis vitioſe in ed. Broukhuſ. ut male etiam editum apud Silium Ital. VIII. 516.

—— Boreae quem rapta per auras
Orithyïa vago Geticis nutrivit in antris.

de quo vide ad Lib. I. El. 20. 31. ſed merentur adferri, quae ad hunc verſum adnotaverat Marklandus: *Mire poni videtur haec vox* crudelem *pro* amoris expertem. *Senſus omnino poſtulat hanc ſignificationem: niſi intelligas* crudelem tanto amori *repetendum ex ſuperioribus*, Sed non Neptunus tanto crudelis amori. *cum quo verſu hic connecti debet. & hoc verum eſt. Neptunus non crudelis erit duobus, qui tam ardenter ſe mutuo amant. Ille enim amavit Amymonen. Sed nec Boreas, & hoc Orithyia probabat ab illo rapta.* quibus ſenſum recte adſecutus videtur. utrumque etiam conjungit

Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec umquam
Alternas revomet vaſta Charybdis aquas.
Ipſaque ſidera erunt nullis obſcura tenebris.
Purus & Orion, purus & Haedus erit.
Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita,
Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

At

git noſter Lib. III. El. 5. 29. & ſeqq.

Infelix Aquilo, raptae timor Orithylae,
Quae ſpolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina &c.

ſimili colore Boreae, ne ſibi adverſus eſſet, illius quoque amores in mentem revocat Leander apud Ovid. Epiſt. XVIII. 39.

In me, ſi neſcis, Borea, non aequora, ſaevis.
Quid faceres, eſſet ni tibi notus amor.
Tam gelidus cum ſis, non te tamen, inprobe, quondam
Ignibus Actaeis incaluiſſe negas.

53. *Crede mihi, nobis miteſcet Scylla,*] minime rejicienda videtur nonnullorum codicum veterum lectio, in quibus *muteſcet Scylla.* ſic enim in primo Voſſiano, meo ſecundo, Askewiano, & Harlejano Muſei Britannici; ut ad canes Scyllae adludat, & ſenſus ſit, nobis navigantibus nullos latratus edet Scylla, nec Charybdis nobis erit infeſta, ut *latrare* de Scylla, canibus undique cincta, obvium apud poëtas. & ita legebat vir doctus apud D'Orvillium in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 2. qui elegantiſſimam vocat conjecturam, & exemplis confirmat, licet pro vulgata etiam faciant loca ibidem producta. Si quis tamen hoc acumen ad auream aevi Auguſtei ſimplicitatem nimis longe quaeſitum judicet, alterum *miteſcet* ſervetur. copulam inſertam ex Palatino adfert Gebhardus, *mihi, & nobis.*

54. *Alternas revomet vaſta Charybdis aquas*] in codicibus MSS. & primis aliiſque vetuſtioribus edd. olim legebatur,

Alternante vomens vaſta Charybdis aqua.

ſic certe in Leidenſibus, Voſſianis, Askewiano, utroque D'Orvill. & meis. *vorax* ſuperſcriptum in Voſſ. quarto. *Alternante voret* in quinto Vaticano. ſed Paſſeratius alteram lectionem praetulit *Alternas revomet vaſta Charybdis aquas.* quae firmatur a ſecundo Vaticano. *Alternas revomens* in Colotiano. Fr. Oudendorpio placebat *Alternam revom. v. Ch. aquam.* vel *Alternans revomat v. C. aquam.* Marklandus tentaverat, *Alterna revomens hauſta Char. aqua.* poſſes etiam *torta Charybdis.* ut apud Sabinum Epiſt. I. 34.

Illum non avidis canibus Niſeïa virgo
Fregit, non tumidis torta Charybdis aquis.

Sed adquieſcamus lectioni nunc receptae. Ovidius XIII. Met. 730.

Infeſtant. vorat haec raptas revomitque carinas,
Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum.

& IV. ex P. Ep. 10. 25.

Scylla feris trunco quod latrat ab inguine monſtris,
Heniochae nautis plus nocuere rates.
Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achaeis,
Ter licet epotum ter vomat illa fretum.

56. *Purus & Orion, purus & Haedus erit.*] non dubito Propertium in animo habuiſſe illa Theocriti Idyll. VII. 52.

Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μιτυλάναν,
Χὤταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ,
Κύματα, κ' Ὠρίων ὅτ' ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχῃ.

alteram verſus hujus partem illuſtrant notata ab Huetio ad Manil. v. 306. pag. 68.

57. *Quod mihi ſi ponenda tuo ſit corpore vita*] *Quid mihi ſi* in Mentel. Heinſiano, primo Leid. Voſſ. & meo ſecundo, *tuo corpore*, pro te, more Graecorum intelligit Livinejus. bene hunc locum de communi naufragii interitu explicuit Cel. D'Orvillius in Miſcell. Obſ. Vol. V. Tom. III. pag. 3. Broukhuſio non adſentiens, qui de morte in medio amplexu expoſuerat; vel legendum

At vos incertam, mortales, funeris horam
  Quaeritis, & qua ſit mors aditura via:
Quaeritis & coelo Phoenicum inventa ſereno,
  Quae ſit ſtella homini commoda, quaeque mala.
Seu pedibus Parthos ſequimur, ſeu claſſe Britannos:
  Et maris & terrae caeca pericla viae.

Rurſus

dum cum viro erudito notavit,

Quod mihi ſi ponenda tuo ſit pondere vita.

ſic certe Patruo meo legendum videbatur; eo ſenſu, ſi naufragio te ſervare volens, & corpus tuum ferens moriar, ex conſueto amantium voto, ut cum iiſdem amatis corporibus ſimul exſpirent. *ponere vitam*, ut ſupra El. X. 43. *animam ponere.* & in Epigrammate antiquo, *Conjugis in manibus licuit quod ponere vitam.* ubi alii *reddere vitam* citra neceſſitatem. & forte Propertius, qui ſaepe Ciceronem imitatur, ut non uno in loco notavit Broukhuſius, hic in ſuam rem vertit illa Tullii Lib. IX. ad Fam. Ep. 24. *Si in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda eſt, praeclare actum mecum putem.* vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 125. ultima hujus Elegiae ſimilia ſunt illis, quae occurrunt Lib. III. El. 20. in fine:

Seu moriar fato, ſeu turpi fractus amore,
Aeque erit illa mihi mortis honeſta dies.

59. *At vos incertam, mortales, funeris horam Quaeritis, & qua ſit mors aditura via*]

Novam Elegiam hic incipiunt plerique codices, ut dividitur in Regiis, Colbertinis, Menteliano, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. Borrich. Groning. Askew. utroque D'Orvill. meis, aliiſque. neque aliter in edd. primis & vetuſtioribus, praeſcripto titulo DE INCERTA MORTIS HORA. & hanc Elegiae hujus partem Graecis numeris reddidit Joſephus Scaliger inter Carmina Selecta ex Poëtis Lat. Graece verſa pag. 98. ejus Poëm. ed. Scriver. in ſolo Perreji codice, Scaligerano, MSS. Paſſeratii, ac Lipſii Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. praecedentibus haec connectuntur. *Et vos* in altero D'Orvill. ſeq. verſu *mors adeunda* in margine quarti Voſſ. *obeunda* Heinſius. ſed infra Lib. III. El. 5. v. 2.

Per te inmaturum mortis adimus iter.

62. *Quae ſit ſtella homini commoda, quaeque mala*] haec forte imitatur Ovidius in Ibin, v. 212.

—— nec ulla
Commoda naſcenti ſtella leviſve fuit.

ubi vide Salvagn. & Graevii Lect. Heſiod. cap. XVII. pro *quaeque* hic malim *quaeve.*

63. *Seu pedibus Parthos ſequimur*] *ſequitur* malebat Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 6. pag. 131. *homo* nempe, ex verſu praeced. quod in ſolo Groningano, ſeu Modii Excerptis legitur, & ex cod. Poſthiano, (qui Modiano & Groningano idem eſt) adfert Livinejus, ſed lectionem hanc ut ineptam rejiciens, quia loquitur ex perſona Romanorum Auguſto adulantium, expeditionem in Parthos meditanti. & ſic exponebat J. Douſa Pater in notis ad Propert. p. 133. prolato Horatii loco ex Lib. III. od. 5.

—— praeſens divus habebitur
Auguſtus, adjectis Britannis
Imperio, gravibuſque Parthis.

hinc codici ſuo adſcripſerat Broukhuſius, hanc Elegiam ſibi ſcriptam videri circa illud tempus, quo expeditionem in Parthos parabat Auguſtus. de quo vide ejus notas ad El. 8. huj. Libr. v. 6. ubi utrumque hoc bellum etiam memoratur v. 17. & ſeqq.

Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho,
Et domus intactae te tremit Arabiae.

64. *Et maris & terrae caeca pericla viae*] non inmerito viris doctis haec de mendo ſuſpecta ſunt. & latere aliquid, forte indicio eſſe poſſet codicis Palatini prioris lectio, ex quo *caeca pericla die* adfert Gebhardus. ſane illud *terrae* petitum videtur ex Lib. IV. El. 1. 72.

Et maris & terrae longa pericla canam.

terrae

Rurſus & objectum fletis capiti eſſe tumultum,
  Quum Mavors dubias miſcet utrimque manus.
Praeterea domibus flammam, domibuſque ruinam:
  Neu ſubeant labris pocula nigra ſuis.
Solus amans novit, quando periturus, & a qua
  Morte: neque hic Boreae flabra, neque arma timet.
Jam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex,

Cernat

terrae via pro itinere terreſtri quidem eſt apud Tibull. Lib. II. El. 6. 3.

Et, ſeu longa virum terrae via, ſeu vaga ducent Aequora.

ſed id diverſum & ab hoc loco alienum videtur. Marklandus tentabat *terrae ſuae*. ut Lib. III. El. 5. 46.

Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt.

& ſic Heinſius, qui etiam *durae viae* conjecerat. vide Pricaeum ad Apulej. II. Met. pag. 94. *teirae* forte propius *terrae* inſiſteret. vel *vaſtae viae* ſubſtitui poſſet ex Virg. X. Aen. 57.

Totque maris vaſtaeque exhauſta pericula terrae.

ſed quocumque modo legatur, intelligit terreſtris & navalis militiae pericula. unde mox v. 70. *Boreae flabra* & *arma* jungit.

65. *Rurſus & objectum fletis*] *flemus* in Regiis, uno Colbertino, Menteliano, Scaligeri Excerptis, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. Askew. meo ſecundo, aliiſque legitur, & in primis edd. quod propter praecedens *ſequimur* videtur praeferendum. aliter enim ad remotius *Quaeritis* v. 60. 61. referendum eſt. *fletus* in duobus D'Orvill. Heinſiano, & meo priore.

66. *Quum Mavors dubias miſcet utrimque manus*] *uterque* in meo ſecundo. *Quum dubius Mavors miſcet utraque manus* in Palatino Gebhardi.

67. *Praeterea domibus flammam, domibuſque ruinam*] *famam* male in D'Orv. primo. *ruinas* in Neapol. Leidenſi ſec. Voſſ. pr. meo altero & D'Orvill. *flammas* & *ruinas* in Excerpt. Modii ſeu Groning.

68. *Neu ſubeant labris pocula nigra ſuis*] ſic edidit Broukhuſius, licet *tuis* in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. per *pocula nigra* venenata intelligit. *Ne ſubeant* in ſec. Leid. Voſſ. quarto, Heinſiano, & meo primo, Borrich. Commelin. & quinto Vatic. *Heu ſubeant* in Regiis, D'Orv. pr. & Groning.

69. *Solus amans novit*] *Solus amor* in Commeliniano Gebhardi. qui ex Palatino profert ſeq. verſu, *neque arma tenet*, & exponit, in recenti memoria habet. ſed neutrum a codicibus meis firmatur. hunc verſum imitatus eſt Lotichius Lib. V. El. 19. 50.

Frigida quid Boreae flabra, quid uda Noti.

& Janus Secundus Lib. I. Elegiar. pag. 21. Eleg. Soll. I. v. 20.

Et dominae ſervare fores, pluviaſque moleſtas,
Et ſaevas Boreae non timuiſſe minas.

71. *Jam licet & Stygia ſedeat ſub arundine remex*] *e Stygia* in Vaticano Livineji. *ab arundine* in Menteliano & primo Leidenſi. *Stygiam arundinem* pro cymba Charontis arundinea vel cannea explicant Interpretes, ut Beroaldus. Volſco videbatur *remex* referendus eſſe ad amatorem trajiciendum, quia ſedebant remiges in tranſtris. & ſic fere Paſſeratius. J. Douſa Pater vel de pertica hortatoria, vel de arundine ad ripas Stygis creſcente, vel de tugurio ac receptaculo navali, arundine tecto, in quod cymbae ſubducebantur, exponi poſſe notavit. ſed filius Douſa vel cum Beroaldo de cymba arundinea intelligebat, vel Patris ſecundam ſententiam probabat de arundinetis, quibus ripa Stygis obſita fingatur, ſub quibus latitabat Charon, ut animas transvehendas exſpectaret. & hoc ultimum amplectitur, & inſigni eruditionis copia illuſtrat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 4. & ſeqq. ſic enim *limum* & *deformem arundinem* Cocyti memorat Virg. IV. G. 478. egregie huc facit Pauſaniae locus Lib. X. cap. 28. ubi de pictura Ulixen ad inferos deſcendentem referente:

Cernat & infernae triſtia vela ratis:
Si modo clamantis revocaverit aura puellae,

Con-

ferente: Ὕδωρ εἶναι ποταμὸς ἔοικε δῆλα ὡς ὁ Ἀχέρων, καὶ καλαμοί τε ἐν αὐτῷ πεφυκότες &c. καὶ ναῦς ἐστιν ἐν τῷ ποταμῷ καὶ ὁ πορθμεὺς ἐπὶ ταῖς κώπαις. ſubjungitque ex Minyade verſus de Theſei & Pirithoi ad inferos deſcenſu:

Ἔνθ' ἤτοι νέα μὲν νεκυάμβατον ἣν ὁ γεραιὸς
Πορθμεὺς ἦκε Χάρων, οὐκ ἔλαβον ἔνδοθεν Ἑρμοῦ.

altero verſu pro *Cernat* in meo ſecundo *Servat*, ſed in margine *Cernat*. an forte *Servet*, pro obſervet, hinc legi poſſet, & referri ad Charontem, animas defunctorum exſpectantem, quas inferna rate transferat? *Solvat* Broukhuſius conjecerat in curis ſecundis. cui quidem nonnihil favere poſſet illud ex Lib. IV. El. XI. 96. *mihi cymba volenti Solvitur.* ſed videtur id poſtea rejeciſſe, nam codici ſuo deinde adſcripſerat: *immo* Cernat, *id eſt, exſpectans in ripa amator.* certe ad amantem ipſum, non ad Charontem, referendum videtur. *cernere* autem & *videre* Charontis navem, vel Stygem, de morti vicinis eleganter dicitur, vel de illis, qui inferos adierunt. Virgil. VI. Aen. 134.

Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara.

& v. 373.

Tu Stygias inhumatus aquas amnemque ſeverum
Eumenidum adſpicies.

Horatius Lib. II. od. 14. 17.

Viſendus ater flumine languido
Cocytos errans.

Lucianus Dial. Mort. XX. prope init. καὶ τὴν λίμνην, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑώρακας ἐστιών.

73. *Si modo clamantis revocaverit aura puellae*] *Si modo damnatus* in Modii Excerptis, & D'Orvill. ſec. hoc eſt, *damnatum*, ut in Groningano. id eſt, morti jam addictum, ut ſupra El. XVI. 30.

Inferno damnes Aeace judicio.

id forte quis tueri poſſet ex Statio I. Theb. 48.

Merſerat aeterna damnatum morte pudorem.

quamquam illic diverſo dicatur ſenſu. N. Heinſio, & Marklando in notis ad Statii Silvas pag. 288. emendandum videbatur,

Si modo clamantis revocarint ora puellae.

ſed quod refutavit Cl. Schraderus ad Muſaeum pag. 303. neque ſollicitanda videtur recepta lectio *revocaverit aura puellae*, licet de verborum ſententia & ſignificatione *aurae* differant Interpretes. pro ſono capiebat Fruterius. quod & placebat Cel. Ruhnkenio, qui *auram* hic exponebat pro ſono vel voce, quia ſonus aura propagatur, ut apud Virg. VII. Aen. 646.

Ad nos vix famae tenuis perlabitur aura.

& ſic *aura* ſaepe pro odore, quod odor aura propagetur. Paſſeratius *auram puellae* vel pro ejus voce benigna ac nitore, vel *auram* de vento voculam ejus ad aures ferente interpretabatur. Broukhuſius *favorem* exponit, metaphoram a venti aura ſecunda deducens, quod probabat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 7. & 8. altera Broukhuſii explicatio eſt de halitu Cynthiae, ſeu aura ac ſpiritu, ore legentis poëtae ſui animam, & fugientem revocantis in vitam. ut de morientis Adonidis aura ſive ſpiritu per oſculum in Veneris jecur tranſeunte, colore non diſſimili apud Bionem Epitaphio Adonidis, ſeu Idyll. I. v. 46.

Τοσσοῦτόν με φίλασον, ὅσον ζώει τὸ φίλαμα.
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν σόμα κεἰς ἐμὸν ἧπαρ
Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ. & ſeqq.

ita de praecone, qui cantu mellifluo animas mortuorum in corpora revocaſſe fingitur in Epitaphio apud Gruter. pag. 328. 2.

Κῆρυξ καὶ τάφος εἶμι βροτοῦ πάρος ἀρχεχόροιο
Εὐτύχου, αἰάζων κῆρα μινυνθάδιον,
Ὡς θνητοῖς ψυχὴν πείσασ' ἐπὶ σώμασιν ἐλθεῖν,
Τὴνδ' αὐτοῦ μέλεος οὐκ ἂν ἔπεισε μένειν.

quod ſic vertebat Hugo Grotius,

Eutychis hic ego ſum tumulus praecoque choragi:
Non levis eſt de te, Parca, querela mihi.
Auctor namque animae cum ſis, in corpus ut intret,
Crudelis, cur non auctor es ut maneat.

in

Conceſſum nulla lege redibit iter.

ELEG.

In Inſcriptione autem Aeſculapio ſacrata, quam ex Reineſio hic adſert Broukhuſius, quaeque ex eodem habetur in Marmorib. Felſin. pag. 80. ubi HERMIPPVS VIXIT ANN. CXV. PVELLARVM ANHELITV, rectius & integrius apud Dalecamp. ad Plin. VII. 48. legitur PVERORVM HALITV REFOCILLATVS AC REDVCTVS. ut emendandum forte pro EDVCATVS. ſed nullam fere curam meretur iſta Inſcriptio, quia commentitia eſt. tali aura vel ſpiritu oſculorum, quod χείλεα χείλεσι μίξειν vocat Bion d. l. ſiſti & retineri, quin & in vitam revocari poſſe moribundorum amantium animas, ſaepe fingunt poëtae. & *revocare* elegans hac in re verbum eſt. ut ſupra El. X. v. 57.

Sed fruſtra mutos revocabis, Cynthia, manes.

Lib. IV. El. 7. 26.

Unum inpetraſſem te revocante diem.

ſed pluribus hunc Propertii locum illuſtravi in notis ad Lotich. pag. 341. ad Antholog. Lat. Tom. I. pag. 653. & ad Tom. II. pag. 258. & ſeq.

74. *Conceſſum nulla lege redibit iter*] *nullis* in Perreji & Paſſeratii codice. quod & legitur in primo & ſecundo Vaticano. an forte voluerunt librarii *Conceſſa nullis lege?* ut *Fatorum nulli revolubile ſtamen* Lib. IV. El. 7. 51. ſed praeſtat vulgata. ut neque Heinſii conjectura *iterabit iter* ullius codicis auctoritate fulcitur. & vel uno Catulli loco *redibit* vindicatur, Carm. III. v. 10.

Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc, unde negant redire quemquam.

quod egregie e Graecis poëtis illuſtrat illic J. Douſa Fil. & inter alia hoc Philetae verſu de Orco,

Τὴν ὔπω τὶς ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.

illud fragmentum ex Philetae Mercurio legitur apud Stobaeum pag. 599. & ex eo in Grotii Excerptis pag. 487.

——— ἀτραπὸν εἰς ἀΐδεω
Ἤνυσα. τὴν ὔπω τὶς ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.

ita enim cum Scaligero vir maximus reſtituit in notis pag. 560. pro ἀτρατὸν εἰς ἅδεω, vertitque,

——— *qua remeare via*
Non licuit cuiquam, penetravi limen ad Orci.

quem Philetae locum forſitan in animo habuerit Propertius. par illud Agathiae Lib. I. Anth. Gr. Tit. 37. Ep. 1. de morte:

Μοῦνος ἅπαξ θνητοῖς παραγίγνεται, οὐδέ ποτ' αὐτὸν
Εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.

& Antipatri Lib III. Tit. 31. Ep. 9.

Ὤλετ' ἀπευθὴς μοι τέρψις σέθεν. ἐς γὰρ ἄκαμπτον
Ἐς τὸν ἀνόστητον χῶρον ἔβης ἐνέρων.

ELEG. XXI.

Jupiter, adfectae tandem miſerere puellae:
Tam formoſa tuum mortua crimen erit.
Hoc tibi vel poterit conjux ignoſcere Juno.
Frangitur & Juno, ſi qua puella perit.
Venit enim tempus, quo torridus aeſtuat aër,
Incipit & ſicco fervere terra Cane.
Sed non tam ardoris culpa eſt, neque crimina coeli:
Quam toties ſanctos non habuiſſe Deos.

Hoc

ELEG. XXI.] AD JOVEM PRO vel DE AMICA AEGROTANTE inſcribitur in Regiis, Borrich. meo primo, Mentel. Groning. aliiſque codd. & primis edd. Veneta, Reg. Lep. Ald. ceteris. vel ſimpliciter DE AMICA AEGROTANTE, ut in Colbertinis, meo ſecundo. primam inſcriptionem praefero. Jovem enim invocat, quia perjuria punit, de quibus v. 10.

Quidquid jurarunt, ventus & unda rapit.

Auctor Ciris v. 156.

Et ſi quis nocuiſſe tibi perjuria credat,
Cauſſa pia eſt, timuit fratri te oſtendere Juno.

& quia morbi ex Jove. vid. Homerum Odyſſ. I. v. 411.

v. 1. *adfectae tandem miſerere puellae*] ſic recte, non *adflictae*, ut aliter ſupponere amant librarii. de quo vide Gebhard. ad Cic. XIV. ad Fam. Ep. 4. p. 356.

2. *tuum mortua crimen erit*] eriges ſententiam, ſi interrogationis notam adponas, *tuum mortua crimen erit?* elegantiam locutionis bene illuſtrarunt Paſſeratius & Gebhardus. quibus accedant Heinſius ad Ovid. II. A. A. 110. & Drakenb. ad Silium Ital. VI. 84. eo ſenſu Lib. I. El. XI. 30.

Ah pereant Bajae crimen amoris aquae.

& Lib. III. El. 16. 7.

At nunc inviſae magno cum crimine Bajae.

quia illic obiit Marcellus. & El. 17. 15.

Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta,
Arboris in frondes condita Myrrha novae.

3. *Hoc tibi vel poterit* &c.] huc revocavit Broukhuſius hoc diſtichon, quod in codd. MSS. & omnibus edd. vetuſtioribus legebatur infra poſt v. 34. illius autem verba ſingula tranſcripſiſſe & ſua feciſſe Pariſinum editorem, notavit D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. II. pag. 8. innuens illum, qui poëtae noſtri editionem, Duci Aurelianenſi inſcriptam, & nulla alia dote, niſi chartae & literarum nitore, ſe commendantem, produxit Lutet. Pariſ. 1723. *Hic tibi* in quinto Vatic. *poterat* in primo Voſſ. & meo ſecundo. Paſſeratio, qui jam monuerat verſus hos duos hac ſede collocandos eſſe, perperam obloquitur Vulpius. verſum minorem de Junone Γαμηλίῳ, quae nuptiis praeſidet, recte intelligebat Marklandus, quae proinde jure frangitur animo ſeu adfligitur, ſi qua moriatur puella, & nuptiarum expers.

5. *Venit enim tempus, quo torridus aeſtuat aër*] ita recte editum eſt, quod in aliis editionibus, *tempus, quum.* ut etiam in ed Graevianae margine correxerat Marklandus. ſic *dies, quo hoc geſtum* in aliis veterum locis praeferunt viri docti, pro *quum.* vide quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 536.

6. *Incipit & ſicco fervere terra Cane*] *Incipiunt ſ. f. rura Cane* in Modii Excerptis, ſeu Groning. & ſecundo D'Orvill.

7. *Sed non tam ardoris culpa eſt*] *Sed nec tam* in Colbertinis, ſecundo Leid. Voſſ. tertio & quarto, primo D'Orvill. & meo. *ſed neque* in Modii Excerptis.

9. Hoc

Hoc perdit miſeras, hoc perdidit ante puellas:
Quidquid jurarunt, ventus & unda rapit.
Num ſibi collatam doluit Venus? illa peraeque
Prae ſe formoſis invidioſa Dea eſt.

An

9. *Hoc perdit miſeras*] *perdet* malim cum Heinſio, propter ſequentia, *hoc perdidit ante.* pro vulgata facit imitatio Lotichii Lib. I. El. I. 59.

Hoc perdit noſtras, hoc olim perdidit urbes,
Funditus infanda ſeditione ruunt.

10. *Quidquid jurarunt, ventus & unda rapit*] *jurantur* ex libro Poſthiano adprobantem Palmerium recte rejecit Broukhuſius. *juratur* in uno Colbertino, Scaligeri Excerptis, Borrich. ſecundo Leid. tertio & quarto Voſſ. Heinſiano, utroque D'Orv. meo priore, & in aliis MSS. quod non rejeciſſe videtur D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. d. l. pag. 8. *jurarem* in Neapol. deinde *ventus & aura* in ſecundo Leid. & tertio Voſſ. quae ſaepe junguntur. Ovidius Lib. II. Am. 16. 46.

Verba puellarum, foliis leviora caducis,
Irrita, quo viſum eſt, ventus & unda ferunt.

ubi Berſmannus & alii *ventus & aura* ediderunt, quod á XIV Codicibus illic firmatur. vide Patrui mei notas. *aura* quoque hic praeferebat Cl. Schraderus, probabatque ex Ovid. Lib. I. Am. 8. 106.

Nec tulerint voces ventus & aura meas.

& in Ibin v. 106.

Deneget adflatus ventus & aura ſuos.

alterum tuetur Broukhuſius, ſed quod in loco Catulli Carm. LXXI.

— mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

repudiet Giſanium *In vino* emendantem, fruſtra eſt. differunt valde *ventus & unda* (vel *aura*) *rapiunt* perjuria, & *ſcribere perjuria in vento & unda.* magis enim proprium eſt in *vino* & *aqua ſcribere* quam *in vento*, praeſertim cum imitatio ſit ex Xenarchi Πεντάθλῳ apud Athenaeum Lib. X. pag. 441.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

ut notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 541. alterum *in aqua ſcribere* illuſtratur ex Epigrammate Meleagri (huic enim in cod. MS. tribuitur, non Philodemo) Lib. VII. Ep. 90. p. 668.

Νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκια φησὶν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι.

ubi Scholiaſtes, παρὰ τὸ ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφειν. Catulli vero Epigramma conferendum eſt cum alio Callimachi, quod legitur Lib. VII. Anth. Graec. Ep. 166. p. 624. & inter Ejus Epigrammata N. XXVI.

11. *Num ſibi collatam doluit Venus? illa peraeque*
Prae ſe formoſis invidioſa Dea eſt.]
Nunc ſibi in Voſſ. primo & D'Orvill. ſec. *Non ſibi* in ejuſdem primo, & Neapol. *praelatam* in Menteliano, & primo Leid. male omnino. majus enim eſt, ut fingat, Venerem ſibi mortalem formam ne collatam quidem, multo minus praelatam, pati poſſe. Ovidius Rem. Am. v. 712.

Sed ſibi collatam vicit utramque Venus.

& huic lectioni confirmandae faciunt quae notavi ad Lib. I. El. 4. 9. *ſi levibus fuerit collata figuris.* deinde *ipſa peraeque* in ſec. D'Orv. *pereque* in Neap. *pareque* in meo ſecundo. *peraegre* in Scalig. Excerpt. *ipſa paremque* in Modiano, ſeu Groning. uno Colbertino, Askew. & in margine tertii Voſſiani. ridicula vero lectio eſt, quam ex Palatino adfert Gebhardus *illa per aequor.* hae enim vitioſae librariorum manus ſunt, illud *peraeque* minus intelligentium. mox *Semper formoſis* conjecerat Marklandus, & ſic virum doctum maluiſſe notat D'Orvill. ad Charit. pag. 616. ſed qui recte vulgatam praefert. ſequitur enim *Semper formoſae non noſtis parcere verbis.* pro *invidioſa* Behotius Lib. II. Apophor. cap. 19. malebat *inſidioſa.* & ſic Heinſius in notis ad Tacit. VI. Annal. cap. 5. ubi agit de vocula *peraeque* Catullo, Ciceroni, Tacito, Suetonio, aliiſque uſitata. apud Ovid. Epiſt. XVII. 126.

Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi.

ut in codd. MSS. legitur pro *invidioſa.* Lib. I. A. A. 134.

Scilicet ex illo ſollemnia more theatra
Nunc quoque formoſis inſidioſa manent.

Fff 2

ubi

An contemta tibi Junonis templa Pelasgae?
Palladis aut oculos auſa negare bonos?
Semper, formoſae, non noſtis parcere verbis.
Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
Sed tibi vexatae per multa pericula vitae,
Extremo veniet mollior hora die.

Jö

ubi *invidioſa* in cod. Juniano & Palatino. Sed vulgatam retineo. vid. ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 6c6. & quae ſupra notavi ad Lib. I. El. 19. 16. ſequens diſtichon huic praeponendum cenſebat Vulpius.

84. *Palladis aut oculos auſa negare bonos?*] id ideo, quia caeſios Palladis oculos ſaepe inprobatos & irriſos fuiſſe tradunt veteres. vide hic Paſſeratium. N. Heinſ. ad Ovid. II. Art. Am. 659. & Fr. Junium Lib. III. de Pict. Vet. p. 239. 240.

15. *non noſtis parcere verbis*] ſic omnes codices & edd. recte igitur Broukhuſius, & ante eum J. Fr. Gronovius, Gebhardum ſibi habere ſuum *poſtis* juſſerunt, dummodo ſuum Propertio *noſtis* relinquat. ut infra El. XXII. 8.

Arripite hunc, inquit: nam bene noſtis eum.

hoc certe verbo & alibi noſter capitur. ſupra El. XII. 30.

Verus amor nullum novit habere modum.

El. 19. 50.

Unuſquiſque ſua noverit ire via.

16. *Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit*] imitatus eſt Ovidius Epiſt. XV. v. 68.

Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

17. *Sed tibi vexatae per multa pericula vitae*] *mihi* in Heinſiano & meo priore. *Sed ubi* unus Regius. *vexata vita* in primo & ſecundo Vatic. & Ant. Perreji codice. an forte *verſatae per multa pericula vitae*, vel *verſata vita*? pro agitata, ut *vexata* alterius vocis interpretatio ſit. Amat noſter hoc verbum efficaciae non vulgaris. Lib. III. El. 9. init.

Quid mirare, meam ſi verſat femina vitam.

El. XV. 12.

Speſque timorque animum verſat utroque meum.

Medea apud Ovid. Epiſt. XII. in fine:

Viderit iſta Deus, qui nunc mea pectora verſat.

Lib. I. Am. 2. 8.

Et poſſeſſa ferus pectora verſat amor.

ſupra El. XVIII. 47.

Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto.

Lib. I. El. 14. 22.

Et miſerum toto juvenem verſare cubili.

Lib. III. 6. 19.

Non eſt certa fides, quam non injuria verſat.

vide illic Broukhuſ. & notas Patrui mei ad Ovid. II. Am. 2. 29. ubi varia, quae adfert, exempla frequentem horum verborum permutationem docent. qui eodem Lib. II. Am. El. 19. v. 15. etiam praeferebat, *Sic ubi verſarat.* pro *vexarat.* Dido apud Virg. IV. Aen. 595.

Quid loquor? aut ubi ſum? quae mentem inſania verſat.

ut in MSS. pro *mutat.* vide illic notas. & adde Graevium ad Cic. de Amic. cap. 26. in fine. ubi in verſu Caecilii, quem perperam Pacuvio tribuit,

Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes
Verſaris, atque luſeris lautiſſime.

18. *Extremo veniet mollior hora die*] *venit* in Regiis & Colbertinis, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. primo D'Orvill. meo ſecundo. & pleriſque edd. vetuſtis. *veniat* in Askewiano. ſed *veniet* in cod. Perreji, Colotiano, tribus Vaticanis, Scaligeri & Modii Excerptis, Groning. & ſecundo D'Orvill. pro *mollior hora* in aliis libris *aura* haberi teſtatur Paſſeratius, & oportunis Ovidii exemplis firmat. & ſic emendat Pricaeus ad Apulej. XI. Met. p. 666. ubi hoc in loco adfert *poſt multa pericula*, pro *per*, ut conjecerat etiam Marklandus. paſſim vero *aura* & *hora* permutantur. vide notas ad Ovid. Epiſt. III. v. 44. ubi Heinſius, hunc verſum producens, *aura* in nonnullis codicibus legi notat, quem etiam vide Lib. I. Adverſ. cap. 6. pag. 73.

19. *Il*

Jö verſa caput primos mugiverat annos:
Nunc Dea, quae Nili flumina vacca bibit.
Ino etiam prima terras aetate vagata eſt:
Hanc miſer inplorat navita Leucotheën.

Andro-

19. *Jö verſa caput*] inepte dictum notabat Heinſius, cum tota ſit mutata. ſed *caput* ex parte pro toto ponit corpore, vel praecipue ad ejus cornua caputque bovinum reſpicit, ut Lib. II. El. 24. 9. & ſeqq.

Quum te juſſit habere puellam cornua Juno,
Et pecoris duro perdere verba ſono.
Ah quoties quernis laeſiſti frondibus ora:
Manſiſti & ſtabulis abdita paſta tuis.
An quoniam agreſtem detraxit ab ore *figuram*
Jupiter, idcirco facta ſuperba Dea es?

confer Ovidium Epiſt. XIV. v. 85 — 108. ubi paſſim *ora*, *vultus*, & *cornua* Jûs memorantur. & vide Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 8. & Struchtmeyer. Lib. II. Animadv. Critic. cap. 2. pag. 96. & 97. eruditiſſimus Eldickius conjecerat,

Jo verſa vaga ut primos mugiverat annos.

ut pro poſtquam, ut ſaepe. *vaga* autem proprio Jus epitheto. Horat. A. P. 123.

Sit Medea ferox, invictaque flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Jo vaga.

ſed *vaga* & mox *vagata* hic minus concinna ſunt. ſed locum hunc fruſtra conjecturis vexari cenſebat Cel. Ruhnkenius, qui hunc ejus ſenſum ſimpliciſſimum ſic exponebat: Jo, cujus caput, ut vaccae, in terram inclinatum erat, quod ante in forma humana erectum geſſerat. pro *mugiverat* vitioſe in uno Colbertino *arguerat*. an forte in hac ſcriptura latet *mare fugerat*? pro *per mare*, ut mox *terras vagata* pro *per terras*. ſed *mugiverat* vindicat Ovid. ead. Epiſt. v. 87.

An ſatis eſt poenae teneram mugiſſe puellam,
Nec modo formoſam poſſe placere Jovi &c.
Conatoque queri mugitus edidit ore,
Territaque eſt forma, territa voce ſua.

ſic aptius ſequentia his reſpondent; nam Ino *etiam prima* aetate terras vagatam mox addit. conjecturam adjuvant illa Ovidii Epiſt. XIV. 101. de Jö,

Per mare, per terras, cognataque flumina curris,
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quae tibi cauſſa fugae? quid Jö freta longa pererras?

neque inelegans erit oppoſitio, ut Jö, quae prius per mare fugerat, deinde in vaccam mutata flumen Nili bibat, ut Leucothêe, per terras vagata, poſtea precibus Veneris a Neptuno inter Deas marinas relata eſt. vide Ovid. IV. Met. 530 — 541. vulgatam tamen non damno. nam & apud Ovid. I. Met. 745. de Jö ex vacca in formam humanam reſtituta,

—— *metuitque loqui, ne more juvencae*
Mugiat, & timide verba intermiſſa retentat.
Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba.

20. *Nunc Dea, quae Nili flumina vacca bibit*] *flumine* in Excerptis Scaligeri, Heinſiano, & meo priore. ut de eadem Jö Ovid. Epiſt. XIV. 97.

Fonte bibis, ſpectaſque tuam ſtupefacta figuram.

& hoc praeferri poſſet propter ſonum auribus gratiorem *flumine vacca bibit*, quam *flumina vacca*. ſed alterum tuetur Broukhuſius, licet parum interſit.

21. *Ino etiam prima terras aetate vagata eſt:*
Hanc miſer inplorat navita Leucotheën.]
terris in omnibus fere codicibus, Ant. Perreji, Colotii, Neap. Vaticano quinto, Borrich. Menteliano, Modii Excerptis, ſeu Groningano, Askewiano, Leidenſibus, Voſſianis, utroque D'Orvill. meiſque. *terras* ex editionibus primis edidit Broukhuſ. prolatis ſimilibus locutionibus. quibus addantur illa quae dedit Cl. Schraderus Animadv. ad Muſaeum cap. XVII. p. 300. & hoc probaſſe, *per* ſubintelligendo, videtur Voſſius de Conſtruct. cap. 66. pag. 591. & Jan. Gulielmius in Plauti Pſeudolum cap. 6. quamquam haereat Paſſeratius, an *terris* praeferat, an *terras vagata*, pro *pervagata*, quum nempe conjugis Athamantis furorem fugeret. *vagavit* in ſecundo Leidenſi, & altero D'Orvill. vid. infra ad Eleg. XXIII. 37. *Leucothoën*, vel *Leucothoëm*, in Mentel. Borrich. duobus Leidenſ. tribus Voſſian. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtioribus edd. *Leucothêe* ſcribendum, vel *Leucothoë*, non, ut apud alios vitioſe, *Leucothoa*. vide Muncker. ad Hygin. fab. 2. & quae ſupra notavi ad El. praeced. v. 10. Ino autem hic dicitur a nautis invocari,

 nempe

Andromede monſtris fuerat devota marinis:
Haec eadem Perſei nobilis uxor erat.
Calliſto Arcadios erraverit urſa per agros:
Haec nocturna ſuo ſidere vela regit.
Quod ſi forte tibi properarint fata quietem,
Illa ſepulturae fata beata tuae;

Narra-

nempe cum jam Dea eſſet facta, & Leucotheē dicta. unde hoc loco Muratorius illuſtrare tentavit veterem Inſcriptionem, in qua minime obvia adpellatione occurrit NAVISALVIA: quam putat Deam fuiſſe, cui nautae pro itinere navibus propitio vota nuncupabant, MATRI DEVM ET NAVISALVIAE &c. & per illam, unam ex Deabus marinis, eaſque inter Leucotheēn, intelligi hariolatur. Eum vide Tom. I. Theſ. Inſcript. vet. pag. 98. N. 3. Sed referenda eſt iſta Inſcriptio ad Claudiam, *caram Deae turritae miniſtram*, *Naviſalviam* ideo dictam, quia navem cum Matris Deûm ſacris ſalvam traxit in urbem. de qua noſter Lib. IV. El. XI. 51.

Vel tu, quae tardam moviſti fune Cybeben,
Claudia, turritae cara miniſtra Deae.

id certiſſimum eſſe patebit ex alia Inſcriptione apud Maffejum in Muſeo Veronenſ. pag. CCLII. 4. ubi in marmore conſpicitur Cybebe, navi inſidens, quam fune adtrahit Claudia, addita hac epigraphe,

MATRI. DEVM. ET. NAVISALVIAE.
SALVIAE. VOTO. SVSCEPTO.
CLAVDIA. SYNTYCHE.
D. D.

ſed illic primo vel ſecundo verſu delendum eſſe SALVIAE, ſuadet alia in eodem Muſeo exhibita Inſcriptio pag. XC. ex illa conflata, in qua legitur,

NAVISALVIAE. ET.
MATRI. DEV. D. D.
CLAVDIA. SINTI.

vel. cum Cel. Ruhnkenio corrigendum, MATRI DEVM ET NAVISALVIAE SALVA VOTO SVSCEPTO CLAVDIA SYNTYCHE. ex utraque vero conſtat, male etiam Muratorium in ſua, quam adfert, Inſcriptione opinari, legendum eſſe MATRI DEVM NAVISALVIAE, deleto ET, ut ipſa Dea *Naviſalvia* dicatur. quum Cybele Dea, & Claudia, quae navem Deae ſalvam adtraxit, intelligendae ſint.

23. *monſtris fuerat devota marinis*] *monſtrata* in primo Voſſ. & meo ſecundo.

25. *Calliſto Arcadios erraverit urſa per agros*] Mirari hic ſatis nequeo Gebhardi judicium, qui cum in membranis aliquid eraſum in voce *erraverit* inveniſſet, felici ſuo acumine hariolatur Propertium ſcripſiſſe *circaverit*, verbo ex Gloſſariis deducto, & ultimum *vae* inprecatur *illis, qui gemmam hanc genuinam ſuis obſcoenis unguilis poëtae abſtulerant.* Sed an ei regerere non liceret illa, quibus Paſſeratium reprehendit ad El. XXV. v. 35. p. 212. *Dolendum eſt ſane, Criticorum audaciam eo provectam eſſe, ut ſtatim contra libros MSS. quae non capiunt correctionibus peſtilentiſſimis* (ſic loquitur) *pervertere properent.* Magis miror magnum Scaligerum, Tibullo & noſtro poëtae alibi idem verbum *circare* ingerere voluiſſe, eique adſenſum praebuiſſe elegantiſſimum Broukhuſium. de quo vide ad Lib. IV. El. 9. 35.

27. *Quod ſi forte tibi properarint fata quietem,*
Illa ſepulturae fata beata tuae;]

Diſtichi hujus ſenſus perobſcurus videbatur Cel. D'Orvillio, quem ſibi dilucidius expoſitum volebat. Certe neque Beroaldus neque Paſſeratius in illius explicatione ſatisfaciunt. ſecundo verſu Marklandus conjecerat *ſepultura facta beata tua*, ut ſupra El. XII. 2. *deliciis facte beate meis.* Lucem forte aliquam accipere haec poterunt ex Agathiae Epigrammate Lib. I. Anth. Gr. Tit. 37. Ep. I.

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθε, τὸν ἡσυχίης γενετῆρα,
Τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας;

ubi *ἡσυχίης γενετῆρα*, ſeu *quietis matrem* vocat mortem, quae morbos & miſerias tollit ac finit. ſic in Epigrammate veteri, quod corruptum & mutilum edidit Muratorius, ſed a D'Orvillio feliciter ſuppletum notavi in Tom. II. Anthol.

Lat.

Narrabis Semelae, quo ſis formoſa periclo,
Credet & illa ſuo docta puella malo.
Et tibi Maeonias inter Heroïdas omnes
Primus erit, nulla non tribuente, locus.
Nunc, utcumque potes, fato gere ſaucia morem.
Et Deus, & durus vertitur ipſe dies.
Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi,

Et

Lat. pag. 55.

Sperabam Lethen, defunctorumque quietem.

hinc forte pendet ſenſus pentametri, ideoque *fata* ejus *beata* vocat, quia mortis beneficio ab aerumnis ac morbis ſoluta ad Semelen & antiquas Heroïdas iret. Seneca Agamemn. v. 589. & ſeqq.

Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitae dirus amor: cum pateat malis
Effugium, & miſeros libera mors vocet
Portus aeterna placidus quiete!

29. *quo ſis formoſa periclo*] ita ex ſuo codice ſecundo edidit Broukhuſius. ut conjecerant etiam Fruterius, Guyetus, & N. Heinſius. & recte emendaverat Behotius Lib. II. Apoph. cap. 19. qui ſenſum loci bene expoſuit; ubi in Elyſium & formoſarum ſedem admiſſa fueris, Semelae narrabis, formam tuam magno tibi conſtitiſſe, quae tibi narranti eo magis credet, ſuo exemplo ſortem eamdem experta. male igitur *quo ſit* in omnibus fere codd. MSS. & editionibus vetuſtis. ut adfert etiam Neſtor in Vocabular. p. 170. ubi & *Semele.* ut in meo ſecundo. ſequenti verſu etiam forte *tuo malo* reſcribendum pro *ſuo.* vel cum L. Santenio *credet & ipſa ſuo. credat* male in ed. Graev. & *manu* vitioſe in cod. Regio, pro *malo.* Ovid. Epiſt. XIII. 43. *damno formoſe tuorum.*

31. *Et tibi Maeonias inter Heroïdas omnes*
Primus erit, nulla n. tr. locus.]

Maeonidas in Voſſ. quarto, D'Orvill. ſecundo. & vetuſtiſſ. edd. *Maeonias* in tertio Voſſ. & *Maeonidas* a man. ſec. *Maeonias interque Heroidas* in Regiis, Borrich. Neapol. primo & ſec. *inter & heroïdes* in Menteliano, primo Leid. *omnis Heroidas inter* in ſecund. Leid. primo & tertio Voſſ. quod adſtipulatur conjecturae Heinſii, *Maeonias omnes Heroïdas inter.* in Excerptis Scalig. & D'Orv. ſec. vitioſe *Nereidas.* ſed *Maeonias inter Heroidas omnes* in notis ſuis correxit Scaliger, & adſpirationem poſitionis loco poſitam probavit. cui tamen non omnino adſentire videtur Voſſius Lib. II. Art. Gram. cap. XV. p. 215. vide quae notavi ad T. II. Anth. Lat. pag. 605. & 606. Micyllus vero ad Ovid. Lib. V. Met. 268. hic legiſſe videtur,

Et tibi Maeonides interque Heroïdas omnes &c.

ut *Maeonides* pro Muſis dicantur. aperte haec aemulatus eſt idem Naſo Lib. I. Triſt. El. 6. 33.

Prima locum ſanctas Heroïdas inter haberes,
Prima bonis animi conſpicerere tui.

noſter Lib. I. El. 4. 5. & ſeqq.

Tu licet Antiopae formam Nycteïdos, & tu
Spartanam referas laudibus Hermionen,
Et quaſcumque tulit formoſi temporis aetas,
Cynthia non illas nomen habere ſinet.

ex quo loco apud Albinovan. Epiced. Druſi v. 343. legi poſſet,

Femina digna illis, quos aurea protulit aetas.

vel *digna viris.* licet *prodidit* illic placeret Cel. Ruhnkenio ad Vellej. Paterc. Lib. I. 3. 2. non diſſimile illud Statii Lib. V. Sylv. 1. 255.

— — jubet ire faces Proſerpina laetas,
Egreſſaſque ſacris veteres Heroïdas antris,
Lumine purpureo triſtes aperire tenebras.

ex hoc autem Propertii loco colorem deduxit, & *Maeonidas* probaſſe videtur Janus Secundus Baſio II. v. 27. & ſeqq.

Turba beatorum nobis adſurgeret omnis:
Inque herbi lis ſedilibus
Inter Maeonidas prima nos ſede locarent.

35. *Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi*] *ſub cardine* in Excerpt. Scalig. *crimine* in Voſſ. tertio a manu pr. *ſub imagine* in Colbertino, & primo Voſſ. a prima manu. *turbine* conjecerat Hein-

Et tacet extinćto laurus aduſta foco.
Et jam Luna negat toties deſcendere coelo;
Nigra-

Heinſius. in animo forte habens illud Horatii Epod. XVII. v. 7.

Canidia, parce vocibus tandem ſacris,
Citumque retro ſolve, ſolve turbinem.

deinde *nimbi* in primo Leid. & Voſſ. quarto. *nymbi* in Askew. ut in Regiis & uno Colbert. in cujus tamen margine *rombi*. *rumbi* in meo utroque & Borrichiano. *bombi* Neapolitanus, in quo nova hic incipit Elegia. in meis codd. & primis aliiſque editionibus hic legitur diſtichon ſecundum hujus Elegiae. receptam vero lectionem tuentur illa quae ad loci hujus illuſtrationem contulerunt Triſtanus Tom. I. Comm. pag. 196. Cerda & Urſinus ad Virg. Ecl. VIII. 37. & Paſſeratius ad h. l. Ovidius Lib. I. Am. El. 8. 7.

Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equae.

infra Lib. III. El. 4. 26.

Non me moribus illa, ſed herbis inproba vicit.
Staminea rhombi ducitur ille rota.

ubi alios, qui de rhombo veneficarum, liciis circumdato, & inter magica carmina intorto, egerunt, laudat Broukhuſius. Lucanus Lib. VI. 460.

Traxerunt torti magica vertigine fili.

vide illic notas, & ad Ovid. II. Faſt. 575. quamquam *torti fili* in iſto Lucani loco ridiculum videatur Bentlejo, & corrigat *torti rhombi*, quod Ovidii ac Propertii locis firmat. deinde *magico ſub carmine*, pro *ad carmen magicum*, Graecorum more dictum eſſe patebit ex notis Cl. Hemſterhuſii ad Lucian. Dial. Mort. Tom. I. p. 355.

36. *Et tacet extinćto laurus aduſta foco*] *jacet* in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis legitur. quas enim priſcas editiones innuat Broukhuſius, e quibus *tacet* ſe revocaſſe ait, comminiſci non poſſum. in utraque enim Veneta, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, utraque Aldina, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovilliana, Scaligeri, & Douſae editione pertinaci conſenſu *jacet* excuſum inveni. quibus libri manu exarati adſtipulantur cum binis Voſſianis, ſecundo Leidenſi, Borrichiano, utroque D'Orvill. & meis. recte tamen *tacet* vindicavit poſt Paſſeratium. & hoc probat Caelius Rhodiginus Lib. V. Lect. Antiq. cap. 7. in ſola Canteri ed. Antverp. an. 1569. exſtat, *Et tacet extinćto* &c. & in margine exponitur, *non crepat*. peſſimi enim ominis erat, ſi laurus in arae flammam conjecta crepitum non ederet, ſed velut muta taceret. vide Potterum ad Lycophr. v. 6. ubi tamen male hoc in verſu *jacet* adfert. contra optimum ſignum dabat, ſi crepitu ſonaret. Ovidius IV. Faſt. 728.

Ure maris rores, taedamque, herbaſque Sabinas,
Et crepet in mediis laurus aduſta focis.

Tibullus Lib. II. El. 5. 81.

Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo felix, & ſacer annus erit.
Laurus io bona ſigna dedit.

ubi vid. Ach. Statium. ſic & *muta laurus*, *mutus Parnaſus*, *muti Delphi*, & ſim. de oraculis ceſſantibus. Statius Lib. VIII. Theb. 202.

Quin & cornigeri vatis nemus, atque Moloſſi
Quercus anhela Jovis, Trojanaque Thymbra tacebit,
Ipſi amnes ipſaeque volent areſcere laurus.

vide ad Antholog. Lat. T. II. pag. 651. & *mutae* dicuntur Muſae, nimio dolore oppreſſae. ut apud Stat. VIII. Theb. 552. recte vindicavit Gronovius, *Amiſſum mutae flevere ſorores.* pro *Muſae*. vid. ad Lib. I. El. 7. 17. & ad Ovid. Ep. XV. 198. pari colore fibrae *tacere* dicuntur, quae non litant. Silius Ital. Lib. I. 138.

——— *venientia fata*
Scire ultra vetuit Juno. fibraeque repente
Conticuere.

ubi vid. Heinſ. contra *loqui* dicuntur noſtro Lib. IV. El. 1. 100.

Aut ſibi commiſſos fibra locuta Deos.

ubi vide Broukhuſ.

37. *Et jam Luna negat toties deſcendere coelo*] *diſcedere* ex Palatino probat Gebhardus. quae verba frequenter quidem conmutantur, ſed hic nihil variant ceteri codices. male Ciofanus ad Ovid. VII. Met. 207. hunc verſum inter alia veterum loca

Nigraque funeſtum concinit omen avis.
Una ratis fati noſtros portabit amores
Caerula ad infernos velificata lacus.

Si

loca adfert, in quibus de Luna per artes magicas coelo deducta agitur. de quo vide ad Lib. I. El. 1. 19. vehementer etiam fallitur Paſſeratius, quum fingit Lunam hic deduci, ut morbi genus ab ea cognoſcatur. reſpuunt hanc explicationem praecedentia v. 35.

Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi.

quibus aptiſſime ſubjungit, Lunam quoque opem ſuam negare, qua ſagas aliter adjuvare ſolebat; nam ad magica deſcendere fingebatur. hinc Simaetha apud Theocritum Idyll. II. v. 10.

Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι. ἀλλὰ Σελάνα
Φαῖνε καλὸν. τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα δαῖμον.

Horatius Lib. I. Sat. 8. 21.

——— *ſimul ac vaga Luna decorum*
Protulit os, quin oſſa legant, herbaſque nocentes.

& ad Lunae obſervationem magica ſacra facit Dido apud Virg. IV. Aen. 513. ubi vide Servium.

38. *Nigraque funeſtum concinit omen avis*] *condidit omen anus* in codd. Regiis, & Voſſiani tertii marg. ut in ed. Veneta 1475. Reg. Lepid. utraque Aldina, Juntina, Colinaei, & Gryphii. & hoc ex libris Ach. Statii probat Barthius ad Claudian. pag. 1277. quod recte rejecit Broukhuſius. & ſic in ed. Volſci, licet in notis de infauſtis avibus exponat. *avis* eſt in Colotiano, Neapolitano, primo & ſecundo Vaticano, & Modii Excerptis, *concitat omen avis* cod. Ant. Perreji. eadem varietas apud noſtrum Lib. IV. El. 5. 6.

Concordique toro peſſima ſemper avis.

ubi *anus* in variis MSS. quod illic nonnullis placuit. *condidit* etiam eſt in duobus Leidenſ. Voſſ. pr. & ſec. primo D'Orv. & meo ſecundo. veram lectionem *concinit omen avis* ex Borrichiano & Groningano recte adſtruxit Broukhuſius; quae firmatur a Colotiano, primo & ſecundo Vaticano, Excerptis Modii, Livineji codicibus, & Askewiano. & vindicatur unice ex loco Ovidii, quem non praeteriit Broukhuſius, Lib. III. Am. El. 12. 2.

Quis fuit ille dies, quo triſtia ſemper amanti
Omina non albae concinuiſtis aves.

Phyllis Epiſt. II. 118.

Et cecinit maeſtum devia carmen avis.

contieet in marg. ed. Ald. conjecerat Heinſius, forte quia v. 35.

Et tacet extincto laurus aduſta foco.

ſed *concinit* loco movendum non eſt. quomodo etiam correxerat Marklandus in margine ed. Graev. in qua *condidit.* poſſis etiam *praecinit* ut in illo Tibulli Lib. I. El. 9. 4.

Praecinit eventus nec mihi cantus avis.

39. *Una ratis fati noſtros portabit amores*
Caerula ad infernos velificata lacus]

Uda ratis conjecerat Heinſius, reclamantibus codicibus MSS. & editis, & invito ſenſu. *una ratis*, eadem Charontis cymba, *noſtros amores*, ſeu *nos duos amantes*, portabit. in qua expoſitione omnis loci elegantia conſiſtit. ſic ſupra El. XX. 31.

Unum litus erit ſopitis, unaque tecto
Arbor, & ex una ſaepe bibemus aqua.
Et tabula una duos poterit componere amantes.

& v. 43.

Certe iiſdem nudi pariter jactabimur oris,
Me licet unda ferat, te tua terra tegat.

ratem fati optime Marklandus explicabat *ratem fatalem*, ut *fati litora* pro fatalibus Lib. I. El. 19. 12. & *caerulam* Charontis *ratem*, quam *ferrugineam cymbam* vocat Virgil. VI. Aen. 303. pro *Caerula* in uno Colbertino *Garrula*, in altero *Gerula*. quod ex Palat. cod. & aliis membranis etiam profert Gebhardus, & pro ſuo ingenii acumine inde legendum conjicit *Gerrea*, quaſi ex gerris & cratibus conſuta. id vero *omnem ſtultitiam ſuperare* codici ſuo adſcripſerat Broukhuſius. minus ineptum eſſet *Lurida.* ut omnia inferni *lurida* dicuntur. vide Broukh. ad Lib. IV. El. 7. 2. ſed *Caerula* Charontis *ratis* optime ſe habet. ſic enim *caeruleam* hanc *cari-*

nam

Si non unius, quaeſo, miſerere duorum:
　Vivam, ſi vivet: ſi cadet illa, cadam.
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno:
　Scribam ego, *Per magnum ſalva puella Jovem.*
Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit,
　Narrabitque ſedens longa pericla ſua.

Haec

nam dixit auctor epitaphii, quod edidi Tom. II. Anth. Lat. pag. 11.

Non ego caeruleam remo ſulcabo carinam,
Nec te terribilem fronte timebo, Charon.

41. *Si non unius, quaeſo, miſerere duorum:*
Vivam, ſi vivet: ſi cadet illa, cadam.]

Sed non unius male in Neapolitano. par illud Canaces apud Ovid. Epiſt. XI. 60.

Vive, nec unius corpore perde duos.

Hero Epiſt. XIX. 149.

Da veniam, ſervaque duos. natat ille, ſed iſdem
Corpus Leandri, ſpes mea, pendet aquis.

& Acontius Epiſt. XX. 233.

Juncta ſalus noſtra eſt: miſerere meique tuique.
Quid dubitas unam ferre duobus opem.

& Lib. II. Am. El. 13. 15. ad Iſidem de Corinna periclitante,

Huc adhibe vultus, & in una parce duobus.
Nam vitam dominae tu dabis, illa mihi.

Tibullus Lib. IV. 4. 21.

Phoebe fave, laus magna tibi tribuetur, in uno
Corpore ſervato reſtituiſſe duos.

ubi vide Heynium. cum altero verſu conferendum illud Heliodori Lib. I. pag. 5. ed. Commel. in oratione Theagenis ad Charicleam: Ἐν σοὶ, ἔφη, τὰ ἐμὰ, ὦ κόρη, (ſic lege, non ἡ κόρη,) σώζεσθαί τε καὶ μή.

44. *Per magnum ſalva puella Jovem*] *per magnum eſt* in primo Leid. Voſſ. Askew. meo ſecundo, aliiſque codd. & edd. priſcis. ſed omittunt illud *eſt* Borrich. Groning. Heinſian. D'Orvill. & meus primus, ceterique. quod recte comprobavit Broukhuſius. qui praeced. verſu olim conjecerat *ſacro me munere*, ut codici ſuo adſcripſerat, ſed poſtea id rejeciſſe videtur. *carmine* enim in votis ſimilibus ſaepe utuntur pro inſcriptione ac titulo. ſupra El. XI. 25.

Magna ego dona tua figam, Cytherea, columna,
Taleque ſub noſtro munere carmen erit:
Has pono ante tuam tibi, Diva, Propertius aedem
Exuvias, &c.

vide Drakenb. ad Silium Lib. IX. 266.

45. *Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit*] *operta* in Menteliano, uno Colbert. primo Leidenſi, Voſſiano, & meo ſecundo. *adoperata* in Heinſiano & meo priore. idque favet codici Neapolitano, in quo *operata*, quod probaſſe videtur Heinſius ad Ovid. Lib. II. Am. El. 13. 17. ubi egregie agit de ritu, quo ſedentes Diis operabantur, & hoc habitu illis etiam adverſa ſua & pericula narrabant, ut ex hoc loco patet. vide hic Paſſeratium. & calamitatum ſuarum teſtes coelum & terram invocabant. unde nutrix apud Euripidem in Medea v. 56. dicit,

Ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος,
Ὥς θ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

quem locum adſcripſerat Marklandus. *operata* autem & *operta* etiam variantur in codd. MSS. apud Ovid. III. Faſt. 261. infra El. XXI. v. 2. de ſacris Iſidis:

Triſtia jam redeunt iterum ſollemnia nobis:
Cynthia jam noctes eſt operata decem.

idem Heinſius in margine editionis Aldinae hunc locum ſic legendum conjecerat,

Ante tuoſque pedes illa, Iſi, operata ſedebit.

vel,

Ante tuos haec, Iſi, pedes operata ſedebit.

vel denique,

Ante tuoſque pedes lino, Iſi, adoperta ſedebit.

Ante

Haec tua, Perſephone, maneat clementia, nec tu,
  Perſephones conjux, ſaevior eſſe velis.
Sunt apud infernos tot millia formoſarum:
  Pulchra ſit in ſuperis, ſi licet, una locis,
Vobiſcum eſt Jöle, vobiſcum candida Tyro,
  Vobiſcum Europe, nec proba Paſiphaë.

Et

Ante pedes Propertio & aliis frequens. vide Bentlej. ad Lucan. Lib. II. 32. ultimae Heinſii conjecturae favet Tibulli locus Lib. I. El. 3. 30. ad Iſidem,

Ut mea votivas perſolvens Delia noctes,
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.

lino enim velati ſacra peragebant, ut recte etiam eidem Tibullo reſtituerunt viri eruditi, El. V. 15.

Ipſe ego velatus lino, tunicisque ſolutis,
Vota novem Triviae nocte ſilente dedi.

pro *filo*, ut olim legebatur. quod corrigendum, & ex MS. Caroli Sacrati reponendum *lino* jam monuit Corradus in Quaeſt. Cicer. pag. 325. adde Ruperti Obſerv. ad Florum Lib. I. cap. 14. p. 234.

47. *Haec tua, Perſephone, maneat clementia*] *Nec* in primo Voſſ. altero D'Orvill. & meo ſecundo. in quo etiam *moveat*. *moneat* in primo D'Orv. *movet* in Voſſ. pr. *tu* in Mentel. *Huic* correxerat. Heinſius. Si quis nulla forſan emendatione locum indigere contendat, ſenſus erit poëtae, ut voveat, Cynthiam manere Proſerpinae clementiam, id eſt, cui parcat clementer, & avidas ab ea manus abſtineat. adeoque dictum ſit, ut ſupra v. 2. huj. Eleg.

Tam formoſa tuum mortua crimen erit.

ſed quia durior haec ellipſis videtur, probata illa explicatione malim cum Paſſeratio, Guyeto, Marklando,

Hanc *tua*, *Perſephone*, *maneat clementia.*

pro *nec tu* in Askewiano *nec ter*, totum hunc verſum, ita ut in vulgatis legitur, etiam adfert Neſtor in Vocabular. p. 189. b. deinde *Perſephone* in primo Leid. Voſſ. Askew. D'Orv. utroque, & primis edd. hoc eſt, *Perſephones*. *Perſephonae* in Mentel. & Borrich. *ſcevior* in Voſſ. pr. & meo.

49. *Sunt apud infernos tot millia formoſarum:*
Pulchra ſit in ſuperis, ſi licet, una locis]

in ſuperis ſcilicet in duobus Leidenſibus, Voſſiano tertio, Groning. D'Orvill. & meo utroque, ut in primis, aliiſque vetuſtioribus edd. & apud Octav. Mirandulam in Viridario Illuſtr. Poët. fol. 206. b. quod ex codd. Palatinis pro ſuo judicio tuetur Gebhardus. ſed *ſi licet* in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, ſecundo Vatic. ceteriſque, quomodo etiam Heinſius, vel, *ſit licet una*. nam *una* in Regiis, Colbertinis, & pleriſque aliis codd. atque edd. priſcis. *illa* Excerpt. Scalig. *ſupera loca* hic opponuntur *infernis*, ut *apud ſuperos*, τοῖς ἄνω, *vivere*, eſt inter homines verſari, reſpectu ſedis infernae, ſive apud τοῖς κάτω. ut monuit Cel. Hemſterhuſius in notis ad Lucian. Dial. pag. 12. & 13. ed. primae, (nam in curis ſecundis iſta non occurrunt) & haec Propertiana contulit cum loco ex Dialogo Menippi & Mercurii, ubi formoſorum & formoſarum apud inferos recenſum Menippo agit Mercurius. *humana loca* vocat Ovid. I. Faſt. v. 247.

—— *patiens cum terra Deorum*
Eſſet, & humanis numina mixta locis.

ſic *ſupera* opponuntur *infernis* El. I. huj. Lib. v. 37.

Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

ubi vide notata. Virg. VI. Aen. 128. *ſuperas evadere ad auras.* & v. 680. *Incluſas animas, ſuperumque ad limen ituras.* adde Cl. Ruhnkenii notas ad Vellej. II. 47.

51. *Vobiſcum eſt Jöle, vobiſcum candida Tyro*] *Vobiſcum Antiope* in vetuſtis libris haberi teſtatur Iſ. Voſſius ad Catull. p. 237. & probare videtur, quia Antiope & Tyro ab Homero quoque inter Orci incolas junguntur. ut Tyro Helenae & Ledae apud inferos comes datur in loco Luciani. *Antiope* etiam placebat Heinſio. & ſic in v. c. Ant. Perreji & Colotiano. hujus quoque in-

ter

Et quot Jöna tulit, vetus & quot Achaïa formas,
Et Thebae, & Priami diruta regna ſenis.

55. Et

ter formas laudatas meminit noſter Lib. I. El. 4. v. 5.

Tu licet Antiopae formam Nycteïdos, & tu
Spartanam referas laudibus Hermionen.

quae imitatus eſt ex Hermeſianactis Elegia apud Athenaeum Lib. XIII. cap. 8. & hujus Antiopes Nycteïdos mentio infra Lib. III. El. 13. 12. & ſeqq. *Jöle* tamen ne hic ſede ſua moveatur, ſuadent alii codd. MSS. in quibus *Hyope*, ut in binis Leidenſibus & tertio Voſſ. *Jope* in meo utroque, ut in primis & antiquioribus edd. & ſic adfert Octav. Mirandula in Viridar. Illuſtr. Poëtar. fol. 206. b. quod favet illis qui *Antiope* legunt. *Jople* in Askewiano. *Vobiſcum eſt Jo* in ſecundo Vaticano. *Niobe* in altero D'Orvill. quae vitiatae lectiones ſunt ex *Jöle*, ut clare in Modiano ſeu Groningano, cujus ultima forte ſyllaba in *Jöpe* a librariis mutata & petita fuit ex ſequenti *Europe.* & hoc praetulerunt Paſſeratius & Guyetus, ut intelligatur Euryti Regis filia Jöle, ab Hercule amata, propter quam invidia exarſit Deïanira. ut notum ex Ovidii Epiſt. IX. *Jöle* etiam hic probat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. II. p. 103 & 104. reprehenditque Broukhuſium, qui ideo *Andromeden* contra Beroaldum hic admitti non poſſe notaverat, quia illa in aſtrum mutata fuit; cum tamen in campis Elyſiis eam collocet Propertius Lib. IV. El. 7. 63. in eodem codice Groningano male *Pyrrho* pro *Tyro* legitur, quae inter formas antiquas laudatiſſima etiam recenſetur ab Herone apud Ovidium Epiſt. XIX. ad Leandrum, v. 131.

Si neque Amymone, nec laudatiſſima forma
Criminis eſt Tyro fabula vana tui.
Lucidaque Alcyone, Circeque, & Alymone natâ,
Et nondum nexis angue Meduſa comis.

de hac Tyrone, Salmonei filia, unde *Salmonida* vocat noſter Lib. I. El. 13. 21. & Lib. III. El. 17. 13. praeter ea, quae Muretus & Paſſeratius ad hunc locum notarunt, vide Carrionem ad Valer. Fl. Lib. I. 83. & ad Lib. V. 479. deinde *vobiſcum eſt* in tertio & quarto Voſſ. & meo ſecundo, in quo *nobiſcum* & *Europae. Europa*, ultima producta, ut in aliis nominibus propriis ſaepe, apud Octavian. Mirandulam. *Paſiphone* in primo Leid. Voſſ. D'Orv. & meo utroque. *Paſiphea* in Neapolitano. *Paſiphie* in Askewiano. *Paſyphiae* vitioſe in ed. Veneta 1475. *Paſypha* in Reg. Lep. ſed *Paſiphäe* in reliquis.

52. *Et quot Jöna tulit, vetus & quot Achaïa formas*] Hanc Scaligeri emendationem ex codicum veterum veſtigiis, in quibus *Hioa*, vel *Hiona*, deductam, & probatam Scriverio ad Martialem pag. 26. in contextum admiſit Broukhuſius. ſed metaplaſmi illius *Jöna*, pro *Jönia*, exemplo deſtituimur. in vetuſtis codd. & edd. *Et quot Troja tulit.* quibus conſentiunt Regii, Colbertini, Groning. Borrich duo Leid. tres Voſſ. Askew. uterque D'Orvill. & mei, cum primis aliiſque edd. ut adfert etiam Neſtor in Vocabulario pag. 3. b. in *Achaïa.* & p. 152. b. & Octavian. Mirandula in Viridario Illuſtr. Poëtar. d. l. ubi diſtinguitur, *Et quot Troja tulit vetus, & quot* &c. *Sparta* conjecerat Heinſius, firmabatque ex Lib. I. El. 4. 6. *Spartanam referas laudibus Hermionem.* & ejuſd. Libr. El. XIII. v. 30. & 31.

Illa ſit Inachiis & blandior Heroinis;
Illa ſuis verbis cogat amare Jovem.

Spartam vero paſſim a poëtis καλλιγύναικα dici docet Caſaubon. ad Athenaeum Lib. XIII. cap. 2. quod magis adrideret, ſi pro *Vobiſcum eſt Jöle* praeceſſiſſet *Vobiſcum Hermione.* Jölae enim melius conveniret, *Quotque Euboea tulit:* vel latet alterius regionis vel gentis formoſarum feminarum fecundae nomen. altero verſu *Thebae* etiam ex Scaligeri emendatione fuit reſtitutum, pro *Phoebi*, quod codices modo memoratos & editiones obſidebat, & apud Octav. Mirandulam legitur: unde libris inemendatis uſus Neſtor in Vocabulario pag. 112. *b.* in *Ruo* adfert,

Et Phoebi & Priami diruta membra ſenis.

Priami diruta templa male in Voſſ. quarto. *diruta Priami regna* forte reſpiciunt illlud Homeri Iliad. A. 19. Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν. & hinc Ovid. Epiſt. I. 51:

Diruta ſunt aliis, uni mihi Pergama reſtant.

& quae *Priami regna* hic dicuntur, *Priami regia celſa ſenis* eadem Epiſt. v. 34. illa vero *Priami regna* hic memorata ſatis refutant lectionem codd. & edd. veterum praecedenti in verſu; *Et*

quot

Et quaecumque erat in numero Romana puella,
Occidit. has omnes ignis avarus habet.
Nec forma aeternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis.
Longius, aut propius, mors ſua quemque manet.
Tu quoniam es, mea lux, magno demiſſa periclo,
Munera Dianae debita redde choros.

Redde

quot Troja tulit. quae tautologia non inmerito quidem offendebat Gruterum, ſed infelici conjectura ei ſuccurrere tentabat, in Lib. XXII. Suſpic. ineditar. cap. 13. ubi haec notavit: „ *nemo mihi perſuadebit tautologiam hanc cultiſſimi poëtae. quid enim* Trojam *memorat, cum ejus ſtatim mentionem faciat pentametro ſequenti*, „ & Priami diruta regna ſenis. *Quid ergo eſt?* „ *Suſpicor fuiſſe*, Et quot Eos retulit, vetus &c. „ *ut ſignet regionem orientalem. Malim quidem*, „ Et quot Eoa tulit, *ſed non ſuccurrit ſimile* „ *exemplum, nec libri, qui me id doceant, praeſto* „ *ſunt.*" Haec Gruterus. ſed adquieſcamus potius emendationi Scaligeranae.

55. *Et quaecumque erat in numero Romana puella*] *Et quaecumque aliquo in numero* Heinſius in notis ad Propert. pag. 704. poſt Adverſaria. idem in ora ed. Aldinae conjecerat, *Et quaecumque harum in numero*, vel, *Et quaecumque erat in numero hoc Romana puella.* Sed nihil invitis omnibus MSS. & editionibus antiquis innovandum videtur. *quaecumque in numero erat*, aliquo cenſenda pretio, in hanc claſſem referri digna. vide Patrui mei Comment. ad Phaedr. Lib. IV. Fab. 24. 16. *numero* & *in numero eſſe* dicitur, ut apud Cic. IV. in Catil. cap. 7. *neque enim in inproborum civium ſed in acerbiſſimorum hoſtium numero habendos puto.* ubi *in* deëſt in codd. MSS. teſte Grutero. & hinc in Graecorum proverbio, quod adſcripſerat Guyetus, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. &, ὧν οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός. vide hic Paſſeratium. eadem notione *numerari* pro aeſtimari; cenſeri. Cicero Parad. I. cap. 2. *neque non ſaepe laudabo ſapientem illum Biantem, ut opinor, qui numeratur in ſeptem.* ut ex Pithoeano codice edidit Graevius, cujus notas illic vide pag. 546.

56. *has omnes ignis avarus habet*] *a ſomnis* in Borrichiano, Heinſiano, & meo priore. pro *ignis avarus* Francius olim conjecerat *ignis Avernus*, & ſic in ora libri ſui Marklandus. unde etiam aliquando conjeceram *ignis & Orcus.* & favet illud infra El. XVI. 19. & ſeqq.

Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis
Gemmea ſint ludis: ignibus iſta dabis.
Tendimus huc omnes. huc primus & ultimus ordo.
Eſt mala ſed cunctis iſta terenda via.

ut legebat Heinſius, pro *Sed tamen huc omnes.* ſed *avarus ignis* eſt rogus omnia depaſcens & conſumens, & recte exponitur a Paſſeratio de flamma rogi avida & inſatiabili, ac confertur cum illo Virgilii Lib. II. G. 492. *ſtrepitumque Acherontis avari.* quod Servius interpretatur *omnes in mortem trahentis.*

57. *Nec forma aeternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis*] *nec cuiquam* in Heinſiano & meo priore. *nec cuique* in Askew. *aut cuique* in ed. Ven. Reg. Lep. Ald. & Gryph. *haud cuique* in Juntina, & Colin. ſed *aut cuiquam* in Groning. primo Leid. Gebhardi codicibus, & aliis. *perenne* Heinſius, propter praecedens *aeternum*, probante D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 9. altero verſu *ſors ſua* Marklandus.

59. *Tu quoniam es, mea lux, magno demiſſa periclo*] *Nunc quoniam* Heinſius. *ex* pro *es* in primo Leid. *magno dimiſſa periclo* Leid. *magno dimiſſa periclo* Leid. ſec. & Askew. quod placebat Marklando. ſed *demiſſa* in reliquis omnibus & priſcis edd. ut Eleg. ſeq. v. 29. *ſomno demiſſa recenti.* ubi in aliis etiam *dimiſſa.* vide hic Paſſeratium.

60. *Munera Dianae debita redde choros*] ita ex ſuffragio Scaligeri & Lipſii edidit Broukhuſius. quod etiam in antiquiſſimis legitur edd. & Excerptis Scalig. Modiique, Menteliano, Groning. Voſſ. Heinſiano, & meo utroque. *choro* in ed. Volſci, Aldi, & Juntae, *redde tuae* in ſecundo D'Orvill. ſed recte Heinſius in notis ad Propert. pag. 704. emendabat *redde tholo.* quod Statii locis adſtruit. vide Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III.

Redde etiam excubias divae nunc, ante juvencae,
Votivas noctes & mihi ſolve decem.

ELEG.

III. pag. 9. & 10. & eo inclinaſſe videtur Paſſeratius, hanc lectionem etiam memorans, quae a codice Colotiano firmatur. ſic apud Tibullum Lib. II. El. 4. 23. idem Heinſius Lib. IV. Adverſ. cap. 1. legebat,

Aut rapiam ſuſpenſa tholis inſignia ſacris.

pro *focis inſignia ſacris.* vel, ut in aliis, *ſacris inſignia fanis.*

61. *Redde etiam excubias divae nunc, ante juvencae*] vix Latinum eſſe dicit Heinſius in notis pag. 704. ideoque emendabat, *Redde etiam exuvias*, veſtes intelligens, in quibus decubuerant aegri, quaſque Diis ſalutiferis dedicabant. ſed ad alteram lectionem vindicandam faciunt, quae notavit Valens Guellius ad illud Virgilii Lib. IV. Aen. 201. *Excubias Divûm aeternas* &c. quod aeque ac in hoc Propertii loco de excubiis ſacrorum, quas Diis ſuis vigilabant, exponit. innuit igitur excubias, quas Iſidi pro valetudine ſua per decem noctes egerat Cynthia, ſibique reddi poſtulat.

62. *Votivas noctes & mihi ſolve decem*] *tedde*, ter repetita voce, edidit Broukhuſius, quia ſic ex ſuo codice legi juſſerat Scaliger. ſed alterum praetuli auctoritate membranarum veterum. *ſolve* enim eſt in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. primo D'Orvill. meo utroque, primis & ceteris editionibus antiquis. *redde* eſt in ſolo D'Orv. ſecundo. male Gebhardus ex ſuis codicibus diſtinguebat,

Redde etiam excubias divae nunc, ante juvencae,
Votivas, noctes & mihi ſolve decem.

ſed *votivas noctes ſolve* veram eſſe lectionem ne dubitemus, facit Tibulli locus Lib. I. El. 3. 29. ad Iſidem:

Nunc Dea nunc ſuccurre mihi, nam poſſe mederi
Picta docet templis multa tabella tuis:
Ut mea votivas perſolvens Delia noctes
Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.

ubi vide Broukhuſium.

ELEG. XXII.

Heſterna, mea lux, quum potus nocte vagarer,
Nec me ſervorum duceret ulla manus,
Obvia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat: hos vetuit me numerare timor.
Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas,
Pars etiam viſa eſt vincla parare mihi.
Sed nudi fuerant. quorum laſcivior unus,
Abripite hunc, inquit: nam bene noſtis eum.

Sed

ELEG. XXII.] AD CYNTHIAM DE SVA VISIONE inſcribitur in Regiis & Colbertinis. qui titulus Elegiae XX. aptius convenit. praecedenti male connectitur in primo Voſſ. & meo ſecundo codice. Cupidines hic Propertium obvium de nocte, & bene potum corripiunt, ut poenam de ejus temeritate ſumant, quemadmodum non diſſimili colore poëtico Cupidini dormienti ex inferis ſupervenire, & de eo poenas meditari finguntur Phaedra, Scylla, Medea, Progne, & aliae, quas facibus ſuis vivas cruciarat, in Epigrammate, licet aevi non optimi, quod ſub Modeſtini nomine ex codd. MSS. edidi Tom. I. Anthol. Lat. Lib. I. Ep. XXXI.

v. 1. *Heſterna, mea lux, quum potus nocte vagarer*] *Extrema* Heinſ. *modo lux* in primo Voſſ. & meo altero. *vagarem* in Excerpt. Modii, & Groningano. ut ſupra El. XXI. v. 21. in MSS. legitur,

Ino etiam prima terras aetate vagavit.

ſed recte notat Broukhuſius, antiquata verba non facile aucupari Propertium. ſic & infra El. XXIII. v. 37.

Hoc utinam ſpatiere loco, quodcumque vacabis.

ubi *vagaris* in aliis. ſed ex codice Farneſiano *quocumque vagabis*, placebat Lipſio Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. in fine. quia *vacabis* in ſuis etiam codicibus invenit. ſic quoque legi juſſit Gebhardus pag. 223. ſed alterum merito idem Broukhuſius adſeruit. ſequentem verſum illuſtrant notata Gonſalio ad Petron. cap. LXXIX. p. 127. ubi de ritu, quo temulenti noctivagi ope ſervorum domum reducebantur, agit.

3. *Obvia neſcio quot pueri mihi turba minuta Venerat.*]

minuti Venere legebat Heinſius. *puerorum turba minuta* Francius. ſed *pueri, turba minuta*, diſtinguendum, & per adpoſitionem dictum eſt. *hoc vetuit* in Neapolitano, & uno D'Orvill. *metuit* Borrich. *nos numerare* in quarto Voſſ.

5. *Quorum alii faculas, alii retinere ſagittas*] Melius forſan hic legeretur *Horum alii faculas*, quam ſequenti diſticho *horum* pro *quorum*, ut Broukhuſio videbatur. dein *petiere ſagittas* in cod. Colbertino. *retinere* pro *tenere* exponit Paſſeratius. ſed melius *tenuere* Heinſius, ut aliquando etiam conjecerat Broukhuſius, ſed poſtea repudiavit. An igitur praeſtiterit?

Quorum alii faculas, alii intentare *ſagittas.*

ut cum ſequenti verſu *vincla parare* exprimat habitum Cupidinum, qui Propertium ſuis armis ſinguli adgrediebantur. ita verbum hoc forte reſtituendum Lib. IV. El. XI. 22.

Eumenidum intentet *turba ſevera faces.*

ut illic videndum erit. *intentare manus in oculos* apud Petron. Satyr. c. 108. ut autem hic Cupidines, ſera nocte ſibi obvios, faculis & ſagittis inſtruit, dum potus vagaretur, ſic Lib. I. El. 3. 9. de pueris, ſeu famulis, faces ſibi praeferentibus:

Ebria quum multo traherem veſtigia Baccho,
Et quaterent ſera nocte facem pueri.

7. *Sed nudi fuerant. quorum laſcivior unus, Abripite hunc, inquit:*]

fuerunt Heinſ. pro *laſcivior* in Voſſiano quarto *luxurior*. quod ad palatum Gebhardi forte ſaperet,

ſi

Hic erat: hunc mulier nobis irata locavit.
Dixit. & in collo jam mihi nodus erat.
Hic alter jubet in medium propellere: & alter,
Intereat, qui nos non putat eſſe Deos.
Haec te non meritum totas exſpectat in horas:
At tu neſcio quas quaeris, inepte, foris.

15. Quae

ſi vocem in Gloſſario quodam aut caſco ſcriptore reperiſſet. deinde *Accipite* in primo Voſſiano, & Groningano. *Abripite* conjecerat Heinſius. ut apud Senecam in Troade v. 813.

Abripite propere claſſis Argolicae moram.

ubi *Arripite* in cod. Ultraj. aliiſque. quod & hic praefero, pro conprehendite. idem Heinſius emendandum praeterea putabat *Abripite hinc*, quia *hunc* & *eum* eodem in verſu inprobabat. hoc admiſſo diſtinguendum eſſet,

Abripite hinc pueri, nam bene noſtis, eum.

ſed ipſe apud Ovidium III. Met. 694. ubi olim ſcribendum judicavit, *Praecipitem famuli rapite hinc*, poſtea vetuſtorum codicum fidem ſecutus, praetulit *rapite hunc*. plura illic in ejus notis vide. *jam bene* in Neapol. & quarto Voſſ. *Arripite hunc ipſum, nam bene noſtis, ait.* conjecerat Francius.

9. *Hic erat: hunc mulier nobis irata locavit*] *Sic erat* conjecerat Heinſius. *reliquit* in codd. Regiis, Borrich. & aliis codd. ac primis & vetuſtioribus edd. ſed *locavit* in Perreji & Colotii codice, primo & ſecundo Vatic. Mentel. Groningan. ceteriſque.

10. *Dixit. & in collo jam mihi nodus erat*] Legendum ex Voſſiano primo, & meo ſecundo codice,

Dixerat. in *collo jam mihi nodus erat.*

quod emphaſin adjuvat. deſumta autem haec ſunt ex arte gymnaſtica, in qua *nodum*, Graecis *ἅμμα*, injiciebant collo adverſarii, eumque brachiis inplicitis adtractum dejiciebant, quod *τραχηλίζειν* vocabant. vide Cuperum Lib. I. Obſerv. cap. 12. pag. 90. & ſeq.

11. *Hic alter jubet in medium propellere: & alter,*] *Hinc alter* Heinſius. deinde *at alter* in Neapol. ſed *& alter* in Regiis, Groningano, ceteriſque. minorem verſum illuſtrat illud Rufini ex Antholog. Gr. Lib. VII. pag. 618. ed. Obſop. a D'Orvillio prolatum Tom. V. Obſerv. Miſcell. Vol. III. pag. 11.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρως ἴσα τόξα τιταίνεις,
Εἶ θεός. εἰ δὲ ῥέπεις πρὸς μέρος, οὐ θεὸς εἶ.

quod ſic vertit H. Grotius:

Si jactu duo corda pari petis, es Deus: hac ſi
Vergunt tela, Deus jam mihi non es Amor.

13. *Haec te non meritum totas exſpectat in horas*] *Hoc te* in primo Voſſ. Heinſiano, meoque, Borrichiano, & Groningano. *notas* vel *ſolitas in horas* conjecerat Heinſius. ſed vulgatam non muto. & *totas horas* pro omnibus horis capio. ſic enim ſolet noſter. ſupra El. XI. 28. *tota nocte receptus amans*, El. XIII. 6.

Nunc ſine me tota janua nocte patet.

El. XVIII. 24.

Officium tota nocte valere meum.

XIX. 19.

At te non aetas mutabit tota Sibyllae.

Lib. III. 22. 16.

Hoſpitium tota nocte paravit Amor.

& El. 14. v. 9. *totum ſum pulſus in annum.* & multis aliis in locis, aliis etiam in rebus, apud Propertium. Nemeſian. Ecl. II. 58.

Concubitus hominum totis connectere ſeclis.

totis erubuiſſe genis Ovid. Epiſt. XXI. 112. & II. Am. 8. 16. vid. Cel. Hemſterhuſii Animadverſ. ad hujus Libr. El. XIII. v. 49. altero verſu *fores* in omnibus fere codd. MSS. & editionibus priſcis. ſed Douſae emendationem *foris* in contextum recepit Broukhuſius. *fores* probum videbatur Marklando. aliarum nempe amicarum limina de nocte vagando quaeris, Cynthia te dudum exſpectante. *Ut tu neſcio quas* in tertio Voſſ.

15. *Quae*

Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae
Solverit, atque oculos moverit illa graves:
Adflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipſe ſuis fecit Amor manibus.

Parcite

15. *Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae Solverit*] *Quae tum* in Regiis. *nunc* in uno Colbert. *Mygdoniae* Paſſeratius, Guyetus, & N. Heinſius, pro Lydia, Maeonia, ex Virgilio IV. Aen. 216.

Maeonia mentem mitra, crinemque madentem
Subnixus.

vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IX. 101. ad Lib. II. A. A. 219. & in notis ad Propert. p. 705. ſed neque hic *Sidoniam mitram*, neque in Ovidii loco *Sidonium amictum* ſollicitandum opinor, nam & ita *Sidonia palla* de eodem Hercule apud noſtrum Lib. IV. El. 9. 47.

Idem ego Sidonia feci ſervilia palla Officia.

& apud Senecam Herc. Fur. 467.

Fulſitque pictum veſte Sidonia latus.

recte igitur Broukhuſius *Sidoniam mitram* pro Tyria vel purpurea exponit. ut purpuram ipſam *Sidonium oſtrum* vocat Ovidius IV. Triſt. 2. 27. *Sidonio fulget ſublimis in oſtro.* & de palla purpurea Omphales, qua indutus Hercules lanificio operam dabat, Statius X. Theb. 643.

——— ſic Lydia conjux
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus.

altero verſu *ac loculos moverit illa graves* in prima notarum editione conjecerat Scaliger, capſulas aromatum intelligens, ſed poſtea id delevit, & merito rejectum fuit a Paſſeratio, qui bene exponit, oculos ſomno gravatos extulerit. aliter ſi *loculos* codices MSS. firmarent, cum Heinſio *aere graves* legi poſſet, pro te emunxerit, ſeu *pleno vellere carpſerit*, ut de praetore Illyrico ſupra El. XIII. 8. notum illud Virgilii, Ecl. 1. 36. *gravis aere domum mihi dextra redibat.*

17 *Adflabunt tibi non Arabum de gramine odores,*
Sed quos ipſe ſuis fecit Amor manibus]

germine conjecerat Heinſius. ſed *gramine*, quod in omnibus codd. & edd. vetuſtis, recte tuetur D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. p. 11. & vide Markland. ad Statium Lib. II. Silv. 4. 35. ubi legit,

Et tenues Arabum reſpirant gramina plumae,
Sicanioſque crocos.

& per *Arabum gramina* caſiam intelligit, idque hoc ipſo Propertii loco adſtruit. certe *gramine* illic in cod. Voſſiano. addere potuerat locum ex eodem libro Silv. 6. 87.

——— odoriferos exhauſit flamma Sabaeos,
Et Cilicum meſſes, Phariaeque exemta volucri
Cinnama, & Aſſyrio manantes gramine ſuccos.

ubi *germine* in eodem Voſſiano. adde quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 490. & Tom. II. pag. 734. *Arabo de gramine* Excerpt. Scalig. quod placet. altero verſu *fecit* non inmerito offendebat eruditum Britannum in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. I. p. 104. qui conjiciebat *preſſit.* certe *fecit* an *odoribus*, & verbo *Adflabunt*, conveniat, valde dubito. nam quod objici poſſet, imitationem eſſe Virgilii XI. Aen. 74.

Ipſa ſuis quondam manibus pulcherrima Dido
Fecerat.

idque cum hoc loco illic conferre Val. Guellium, aliter ſe habet, pretioſas enim veſtes a Didone textas memorat, & in imitatione varianda ſunt verba pro ratione rei, de qua agitur. An igitur legendum *odores jecit*, pro ventilavit, ſparſit, ſuffiit? idque propter additum *Adflabunt.* ſi vero pro unguento, vel ſertis odoratis, capiendum, conferri poteſt cum illo Catulli Carm. XIII.

Unguentum dabo, quod meae puellae
Donarunt Veneres Cupidineſque.

ſed praefero conjecturam Hieronymi Boſchii, Muſarum & amicitiae nomine mihi cariſſimi, legentis, *Sed quos ipſe ſuis legit Amor manibus.* ſupra Lib. III. 2. 35. *Haec hederas legit in thyrſos.* nihil enim apud poëtas frequentius, quam ut Dii, Nymphae, vel Divae *legere flores* dicantur, pro ratione rei, de qua agitur. vide Ovid. IV. M. 315. Lib. V. 554. & XIV. 350. & de

locu-

Parcite jam, fratres, jam certos ſpondet amores,
Et jam ad mandatam venimus ecce domum.
Atque ita mi injecto dixerunt rurſus amictu,
I nunc, & noctes diſce manere domi.

Mane

locutione ipſa notas Heinſii ad Lib. III. A. A. 703. ipſe igitur Cupido, recepta hac emendatione, eleganter dicatur manibus ſuis legiſſe *odores*, ſeu flores odoriferos, e quibus fiunt aromata. eo ſenſu apud Auctorem Eleg. de Phoenice v. 79.

Colligit hinc ſuccos & odores, divite ſilva
Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs,

paſſim vero *odores* dicuntur pro aromatibus. vid. quae illic notavi, & ad T. II. Anth. Lat. pag. 442. vulgatam tamen *fecit* tuebatur Cel. Ruhnkenius ex loco Plinii Lib. XIII. Hiſt. Nat. cap. 1. ubi de unguentis diſputat: *juvitque luxuriâ omnia ea miſcere, & è cunctis unum odorem facere.*

19. *ſpondet amores*] *ſpondeo* in v. c. Perreji, & Vaticano ſecundo.

21. *Atque ita mi injecto dixerunt rurſus amictu,*
I nunc, & noctu &c.]

ita ex ingenioſiſſima N. Heinſii emendatione edidit Broukhuſius. neque aliter Guyetus, & Canterus in ed. Plantin. nam in codd. MSS. & vetuſtis edd. legebatur *me — duxerunt*, ut edidit Scaliger. quibus accedunt duo Leidenſ. tres Voſſiani, primus D'Orvill. & meus ſecundus. in aliis etiam pro *injecto* legitur *in lecto*, ut in Borrich. utroque D'Orv. & meo altero. *inlaecto* Voſſ. tert. *dixerunt* exigit verſus ſequens. & *mi dixerunt* plane ad genium Propertianum eſt, apud quem illud *mi* pro *mihi* frequens, ſed & ſaepe a librariis corruptum eſt. Lib. I. El. 12. 29. *Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt.* Lib. II. El. 4. 3. *dabis mi perfida poenas* legitur in nonnullis MSS. pro *mihi*. ſupra El. 14. v. 33. *mi certe poteris formoſa videri, Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.* Lib. III. El. 3. 22. *Mi ſat erit, Sacra plaudere poſſe Via.* ubi *me* perperam in MSS. ſed alterum recte vindicavit Broukhuſ. vide notas Ciofani ad Ovid. IX. Met. v. 191. & Patrui mei ad illud Virg. VI. Aen. 104.

—— nova mi facies inopinaque ſurgit.

unde illis accedendum opinor, qui apud Quinctilianum Lib. VIII. cap. 3. 25. ubi antiquata Virgilii verba enumerat, *mi* non *mis* legendum exiſtimant. quamquam alterum Virgilio Lib. XI. 405. *contra mis jurgia fingit.* pro *mea jurgia* reſtituendum contendat N. Heinſius. apud Tibullum vero Lib. I. El. 7. 69. *Vive diu mi dulcis anus*, non per archaïſmum cum Scaligero & Broukhuſio *mi anus* conjungerem, ſed pro *mihi dulcis* exponi malim. vide notas Cl. Heynii ad Tibull. pag. 210. in reliquis *injecto rurſus amictu* vitium ſubeſſe ſuſpicabatur Marklandus, quia ex praecedentibus non adparet Propertium veſtibus exutum fuiſſe. ſed id fingere licet factum fuiſſe, quum Cupidines eum vinclis injectis adriperent & in medium propellerent, ut ſupra v. 8. & 11. Sed recte hic rem egiſſe videtur Vulpius, qui *injecto rurſus amictu* exponit de tegumento, quo caput velabant, qui noctu ad luſtra & popinas ibant, quo ademto Propertium agnoverunt, ſed deinde iterum inpoſito hoc velamine eum dimiſerunt. ſic enim *amictus* ſupra El. XVIII. 69.

Contra rejecto quae libera vadit amictu.

ubi vide. Quod autem altero verſu Heinſium *noctu* emendantem, pro *noctes*, ſecutus ſit Broukhuſius, blandiri quidem poteſt propter exempla quae adfert Heinſ. in notis Propertianis pag. 705. ſed veterem revocavi lectionem, quia omnes codices, quorum excerptis utor, & vetuſtae editiones, *noctes* conſtanter ſervant, & ex conſuetudine Graecorum loquitur Propertius, qui νύκτας de una nocte frequenter dicunt. Lib. I. El. 16. 23.

Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem &c.

infra El. XXIV. 25.

Lenta bibis, mediae nequeunt te frangere noctes.

Lib. III. El. 10. 32.

Totque hiemis noctes totque nataſſe dies.

ubi *Totque hiemes noctu & die* Heinſius. vide ad Lib. I. El. 12. 13. Suet. Calig. cap. XI. *ganeas veſte longa noctibus obiret.* ſic apud Apulejum Lib. IV. Met. pag. 75. *excubare noctes* pro *noctu* exponit Pricaeus in notis p. 208.

23. *Mane*

Mane erat, & volui, ſi ſola quieſceret illa,
Viſere: at in lecto Cynthia ſola fuit.
Obſtupui. non illa mihi formoſior umquam
Viſa, neque oſtrina quum fluit in tunica.
Ibat & hinc caſtae narratum ſomnia Veſtae,
Neu ſibi, neve mihi quae nocitura forent.
Talis viſa mihi ſomno demiſſa recenti.
Heu quantum per ſe candida forma valet!
Quo tu matutinus, ait, ſpeculator amicae?
Me ſimilem veſtris moribus eſſe putas?

Non

23. *Mane erat, & volui* &c.] novam Elegiam hic inchoandam cenſebat Guyetus, contradicentibus codicibus ſcriptis, & primis aliiſque antiquis editionibus. altero verſu *& in lecto* malim ex Modii Excerptis, ſeu Groningano, Heinſiano, Voſſ. quarto, & meo priore. mox *Obſtupuit* in primo Leid.

26. *neque oſtrina quum fluit in tunica*] *fuit* prave in pleriſque codd. quibus conſentiunt duo Leid. quatuor Voſſ. Askew. uterque D'Orvill. & mei. *tum fuit* in Regiis, & edd. primis. ſed *fluit* optime a Fruterio correctum, & a Broukhuſio contra Gebhardum adſertum eſt. in loco Phaedri Lib. V. Fab. I. 12. de Menandro, *veſtitu fluens* legunt alii, vel *effluens*, ut Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. 7. *adfluens* in vulgatis. ut apud Valer. Max. IX. 11. init. *delicato cultu adfluens*. vide Giſanium Ind. Lucret. in *fluitari*. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 269.

27. *Ibat & hinc caſtae narratum ſomnia Veſtae*] locus varietate lectionis & conjecturarum molimine non parum agitatus. *Ibat, & hinc caſtae narrabant ſomnia Veſtae* in nonnullis codd. & edd. priſcis. in aliis, *Ibat & in caſta narratum ſomnia veſte*, ut legit etiam Guellius ad Virg. IV. Aen. 518. quod a Paſſeratio multis defenditur. & ſic adfert Patruus meus ad Claudian. Bel. Get. v. 228. lectionem receptam confirmant vet. cod. Perreji, Vaticanus primus, Groninganus, Leidenſes, Voſſiani, D'Orvilliani, mei, aliique. *inſomnia* in primo Leidenſi. aliter N. Heinſius, qui in notis ad Propert. p. 705. 706. & ad Ovid. III. Faſt. 417. emendandum cenſebat,

Ibat & hinc carae (vel *canae*) *narrare inſomnia matri*.

vel *canae Veſtae*. ut *canae penetralia Veſtae* illic Ovidio & Virgilio dicuntur. Sed aliter hos verſus collocandos eſſe cenſebat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 12. quia illud *talis viſa mihi* non cohaeret cum praecedentibus, unde Broukhuſio videbatur legendum, *Qualis viſa mihi*, cum ſequatur, *Heu quantum* &c. verſum itaque 27. & 28. vel parentheſi includendos, & *talis viſa* referendum ad v. 25. & 26. ut *ibat* poſitum ſit pro *ire parabat*. vel verſus 29. & 30. praecedenti diſticho praeponendos eſſe cenſebat D'Orvillius, quem etiam offendebant *viſere*, & bis *viſa*, nimis vicino intervallo repetita. altero verſu *Heu ſibi* in Mentel. primo Leid. D'Orv. & primis edd. *Non ſibi* Voſſ. pr. *Seu ſibi, neuve* in meo priore. *Non ſibi, neve mihi* in altero. *Ne ſibi, neve mihi* Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 7. p. 132. ſed dubitanter. pro *forent* forte corrigendum *vovet*, Cynthia nempe.

29. *ſomno demiſſa recenti*] *dimiſſa* in ſecundo Leid. & Voſſ. quarto. & ſic Guyetus. ut ſupra El. XXI. 59. *magno dimiſſa periclo*. ubi *demiſſa* etiam in aliis. quod utroque loco ibidem probat Cl. Schraderus. qui ſeq. verſu, *O quantum* legebat, rejecto Paſſeratio & Broukhuſio: & hoc a ſecundo Vaticano firmatur. *dimiſſa* etiam praeferebat Marklandus.

31. *Quo tu matutinus, ait*] *Quid tu* in primo Leid. Voſſ. primo & tert. meo ſecundo, & in primis, ceteriſque antiqq. edd. *Quid? tu* Guyetus. *Quae tu* in Regiis. ſed *Quo tu* agnoſcunt caſtigatiores codices, quod recte recepit Broukhuſ. *ſpectator* in Borrichiano. *amice* male in meo ſecundo, ut & verſ. ſeq. *Te* in primo.

33. Non

Non ego tam facilis: ſat erit mihi cognitus unus,
Vel tu, vel ſi quis verior eſſe poteſt.
Adparent non ulla toro veſtigia preſſo,
Signa

33. *Non ego tam facilis: ſat erit mihi cognitus unus*] ita recte editum, non *ſatis eſt.* quod tamen placere etiam poſſet ex huj. Libri El. XXIV. 15.

An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis.

Sed alterum eſt in omnibus MSS. & edd. vetuſtis. ut apud Cicer. III. de Nat. Deor. cap. 4. *mihi enim unum ſat erit, ita majores noſtros tradidiſſe.* ut in MSS. non *ſatis.* ſupra Lib. I. El. 2. 26.

Uni ſi qua placet, culta puella ſat eſt.

& Lib. II. El. 14. 34.

Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.

ut illic vindicavi, pro *ſatis*, quod erat in MSS. *ſat erit* pro ſufficiet. vid. Broukhuſ. de τῷ *facilis* vide Barth. ad Claudian. pag. 1330. *cognitus* hic capi poteſt, ut Lib. I. El. XI. 17.

Non quia perſpecta non es mihi cognita fama.

vel potius hic ſenſus eſt: mihi ſatis erit cum uno rem habuiſſe, ut contextum ipſum docere exiſtimabat Cel. Ruhnkenius.

34. *Vel tu, vel ſi quis verior eſſe poteſt*] *certior* conjecerat Heinſius, pro conſtantior, fidelior. ut ſupra El. XIX. 22. *heu heu tu mihi certus eras.* infra El. XXV. 11.

Quid ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet.

ſed miror id poſtea ab eo repudiatum fuiſſe.

35. *Adparent non ulla toro veſtigia preſſo*] *nonnulla* in Heinſiano & Askew. *veſtigia preſſa* in prima Veneta, Reg. Lep. & Volſci editione. quod nonnulli forte probarent, & *veſtigia toro inpreſſa* exponerent. ſed praeterquam quod alterum auribus ſit gratius, *torus dicitur preſſus* a jacentis corpore, qui relinquit *veſtigia*, ſeu indicia incubantis. ut apud Ovidium Epiſt. X. 55.

Incumbo, lacrimiſque toro manante profuſis,
Preſſimus, exclamo, te duo, redde duos.

Epiſt. XII. 30.

Et premitis pictos corpora Graja toros.

I. Am. 4. 15. *Cum premit ille torum.* Lib. II. A. A. 712.

Cum premeret mollem laſſus ab hoſte torum.

apud eumdem vero Epiſt. XI. v. 78. in nonnullis etiam codicibus habetur,

Sic mea vibrari pallentia membra videres,
Preſſus ab inpoſito corpore lectus erat.

pro vulgata *Quaſſus. pectore* in Scriveriano. ſententiae igitur iſtius loci aptius foret, ſi legeretur,

Quaſſus ab adtonito pectore lectus erat.

nam ab *inpoſito corpore* lectus *premitur*; ſed *adtonito pectore* etiam corpus & cum illo lectus *quatitur*, quod Canacae contingebat ad terrorem inruentis Aeoli, quaevis fatalia ei minantis. ſic *preſſae herbae, preſſum gramen*, & ſim. eidem Naſoni. vide Heinſii & Patrui mei notas ad Lib. III. A. A. 721.

Vidit ut inpreſſa veſtigia corporis herba.

ut illic legendum cenſent, pro *oppreſſam herbam.* Albinov. ad Liv. 316.

Quemque premat ſine te, ſternitur ecce torus.

II. Faſt. 795. *Utque torum preſſit.* vid. notas ad Petron. c. 18. *veſtigia* eadem notione in loco Ciceronis III. Verr. c. 34. *praeſertim cum in lectulo decumanae mulieris veſtigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perſeverandum intelligebant.* Ariadne apud Ovidium Epiſt. X. 53.

Et tua, qua poſſum, pro te, veſtigia tango,
Strataque, quae membris intepuere tuis.

Lib. I. Am. 8. 97.

Ille viri toto videat veſtigia lecto,
Factaque laſcivis livida colla notis.

ſupra El. VII. 95.

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto.

ubi vide Broukhuſ. & notas ad Petron. cap. 97. p. 462. ſic & aliis indiciis, ut unguento non delibutum eſſe, apud maritos & amatores ſe a ſuſpicione externorum amplexuum purgabant. ut ex Catulli & Ariſtophanis locis docet P. Victorius Lib. XXXV. Var. Lect. cap. 20.

36. Signa

Signa voluptatis nec jacuiſſe duos.
Adſpice, ut in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus, admiſſo notus adulterio.

Dixit,

36. *Signa voluptatis nec jacuiſſe duos*] *voluptatis non jacuiſſe* in Regiis, meo ſecundo, & aliis codd. ac vetuſtis edd. *nec* in Colotiano, Mentel. Modii Excerpt. Vatic. ſec. Borrich. & Groning. in quibus etiam *voluptatis.* cui lectioni favet illud Ovidii Rem. Am. 431.

Ille, quod a Veneris rebus ſurgente puella
Vidit in inmundo ſigna pudenda toro.

quae ſatis aperte exponunt *ſigna voluptatis* hoc in loco dicta. *voluptati jacuiſſc* Paſſeratius. *voluntatis* in Neapolitano, hoc eſt *volutantis*, tranſpoſita litera *n*, idque quarto caſu pro *volutantes*: ut ex libro Farneſiano Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 10. quae unice vera lectio eſt, probata Cupero in Addendis ad Lib. IV. Obſerv. & multis locis vindicata ab Heinſio notis Propertianis pag. 706. Legamus itaque,

Adparent non ulla toro veſtigia preſſo,
Signa, volutantes non jacuiſſe duos.

Origo mendi orta eſt, quia *voluptari* & *volutari* paſſim confunduntur in MSS. ſic apud Senecam Epiſt. 79. *Tunc animus noſter habebit, quod gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui viſu clara proſpexit.* & Epiſt. 82. *non ſatius eſt vel ſic jacere, quam iſtis officiorum vorticibus volutari.* quo utroque loco *voluptatur* & *voluptari*, in MS. cod. Amſtelod. quod etiam in Apuleji, Ciceronis, Senecae Rhetoris, Petronii, & hoc ipſo Propertii loco, praefert Gruterus Lib. XIII. Suſpic. ineditar. cap. 2. & hoc quoque aliis placet. ſed illos errare, docent notae Patrui mei ad Petron. cap. 79. pag. 393. ubi *volutari* pro *voluptari* contra Graevium defendit. Eſt autem proprium nequitiae verbum. ut κυλινδεῖσθαι Graecis. Athenaeus Lib. XII. cap. xi. de Dionyſio, Siciliae tyranno, καὶ γυμνὸς μετὰ γυμνῶν οὐδὲν αἰσχύνης παρέλιπεν ἐπὶ τοῦ στρώματος κυλινδούμενος. vide Bergleri notas ad Alciphron. Lib. I. Epiſt. 23.

37. *Adſpice, ut in toto nullus mihi corpore ſurgat Spiritus, admiſſo notus adulterio.*]

ut inmoto Marklandus ad Statii Silvas pag. 299. qui etiam in margine codicis ſui *pectore* conjecerat pro *corpore. ſurgit* male in primo meo codice. nam poſt *Adſpice ut* requiritur ſubjunctivus. vide ad Lib. I. El. 2. 9. *Spiritus* hic pro anhelitu, ut *ſpiritum trahere* pro aegre ſuſpirare. & *ſurgere ſpiritus* eodem modo Lib. I. El. 16. 32.

Surget & invitis ſpiritus in lacrimis.

quod notavit Gruterus Lib. XII. Suſpic. inedit. cap. 6. cum vero in iiſdem Suſpicionum libris, qui, praeter editos, nondum integri in lucem prodierunt, de hoc loco egerit Lib. XVI. cap. 9. lectori non ingratum fore opinor, ſi ea his inſeram: ita enim ille: „ Suboffendebar quidem „ voce *notus adulterio.* neque mihi placet forte „ mutari eam vel in *motus.* vel in *natus.* vult „ enim ſe non gravem iterare anhelitum, ut ſo„ lent, qui recentes ab opere. Nec aliam ad„ mittit interpretationem illud Suetonii in Calig. „ cap. 36. in fin. ubi de ejus libidine: *Quoties* „ *deinde libuiſſet egreſſus triclinio, cum maxi*„ *me placitam ſevocaſſet, paullo poſt recentibus* „ *adhuc laſciviae notis reverſus, vel laudabat pa*„ *lam, vel vituperabat.* ubi *laſciviae notas* intel„ ligo vexatam comam, vultus ardentes oculoſ„ que, & crebriorem anhelitus reciprocationem, „ ſecretum prodentes. de eo accipi poſſet quod „ Nonius citat ex Afranii Privigno, *Et propter* „ *patruelem tuam conſtituit hilare anhelans deje*„ *cta coma.* Alias notas ſic exprimit idem Sue„ tonius vita Auguſti cap. 69. *Antonius ſuper* „ *feſtinatas Liviae nuptias objecit ei feminam con*„ *ſularem è triclinio viri coram in cubiculum ab*„ *ductam rurſus in convivium rubentibus auriculis* „ *incomptiore capillo reductam.* Sed & aliquan„ tum huc facit Tibullus Lib. I. El. 9. 57.

„ *Nota Venus furtiva, mihi eſt; ut lenis agatur*
„ *Spiritus, ut nec dent oſcula rapta ſonum.*

„ magiſque Juvenalis Sat. V. 185.

„ — *nec prima ſi luce egreſſa, reverti*
„ *Nocte ſolet, tacito bilem tibi contrahat uxor,*
„ *Humida ſuſpectis referens multicia rugis,*
„ *Vexataſque comas, & vultum auremque ca*„ *lentem.*"

haec Gruterus. in ſecundo tamen verſu *admiſſo motus adulterio* legebat Marcilius ad Catullum pag.

Dixit, & oppoſita propellens ſuavia dextra,
Proſilit in laxa nixa pedem ſolea.
Sic ego tam ſancti cuſtos excludor amoris.
Ex illo felix nox mihi nulla fuit.

ELEG.

pag. 10. & ſic Heinſius, Relandus, & Marklandus, cui etiam *admiſſi notus adulterii* placebat in notis ad Statium, ut Broukhuſio quoque in mentem venerat. vel *admiſſo natus adulterio.* quod & Patruus meus conjecerat. proprie autem *admiſſum adulterium* de violata pudicitia. ut ſaepius apud Ovidium, Epiſt. VII. 104. XI. 106. 110. Ep. XVII. 45. & II. Art. Am. v. 381. vide Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 62. & Patrui notas ad Suet. Calig. 21.

39. *Dixit, & oppoſita propellens ſuavia dextra*] *ſuavia noſtra* in Regiis & Colbertinis, Scaligeri Excerpt Mentel. Borrich. Neapol. Heinſiano, Leid. & Voſſ. pr. D'Orvill. priore, meo utroque, ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. *ſomnia* pro varia lect. in cod Scalig. *oppoſita veſte* in Leid. ſec. tertio Voſſ. ed. Venet. 1487. & Beroald. quod nonnihil defendi poſſet ex iis, quae notata ſunt ad Lib. I. El. 6. 17. ubi *Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento*, de veſte tenuiſſima a nonnullis, quamquam male, exponitur. ſed *oppoſita dextra* hic tuentur ceteri codices, & ſic in ed. utraque Aldina, Juntina, Colin. Gryph. Rovill. & aliis.

40. *Proſilit in laxa nixa pedem ſolea*] *ſaxa* corrupte in Neapol. Mentel. Borrich. primo Leid Voſſ. D'Orvill. meo utroque. *in ſacra* Modianus ſeu Groninganus. Paſſeratium *inlaxa* junctim legentem recte refutavit Gebhardus. *laxa* tuentur ceteri codices, & pro ſoluta, non adſtricta, recte explicatur a Livinejo. deinde *nixa pedem in laxa ſolea*, pro *laxa ſolea pedem innixa.* ut apud Ovid. III. Am. 1. 31. *pictis innixa cothurnis.* ubi vide N. Heinſium.

41. *Sic ego tam ſancti cuſtos excludor amoris*] hanc lectionem è diverſa veterum membranarum ſcriptura, aliiſque virorum doctorum conjecturis praetulit Broukhuſius. *Hic ego* in Heinſiano & meo priore. *cuſtos rejector* in vet. cod. Ant. Perreji, id eſt, rejicior. *cuſtos recluder* in Colotiano, primo, tert. & quinto Vatic. Scalig. Excerpt. Heinſiano, tribus Voſſianis, meo utroque, ſec. Leid. & ed. Venet. 1487. *cuſtode recludor* primus Leid. & uterque D'Orvill. ut in Aldina utraque, Junt. Colin. Rovill. Gryph. idque placuiſſe videtur Scioppio in notis ad Priapej. Carm. V. hunc adfingens ſenſum, excludor a Cynthia, quae amorem tam ſancte colit. *cuſtodis rector* in marg. tertii Voſſ. ed. Venet. 1475. & Reg. Lep. *amoris rector* in ora cod. Askew. Guyeto hoc diſtichon erat ſuſpectum, quod & Heinſio videbatur, vel legendum conjiciebat, *cuſtodis cultor*, vel *cuſtodi excludor* in notis ad Propert. p. 706. quod ultimum Marklando etiam inciderat. ſed in marg. ed. Ald. *cuſtode excludor*, pro, a cuſtode, adſcripſerat idem Heinſius. an forte, *tam ſancti cuſtos eludor amoris?* ultimo verſu *Ex illa* D'Orv. ſec. *non mihi nulla* in Mentel. Neapol. Borrich. binis Leidenſ. primo & tertio Voſſ. meoque ſecundo. & ed. Venet. 1475. ſed *nox mihi nulla* in ceteris membranis, & vetuſtis edd.

ELEG. XXIII.

Quaeris, cur veniam tibi tardior? aurea Phoebi
Porticus a magno Caeſare aperta fuit.
Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis:

Inter

ELEG. XXIII.] Secutus eſt Broukhuſius editiones Scaligeri, qui ex tribus Elegiis, ut in pleriſque codd. MSS. & editionibus antiquis legebantur, unam confecit, &, ut Vulpius notat, *hic, ſi umquam alias, plura ſibi licere voluit, & omnia miſcuit ac pervertit.* Olim nempe in vetuſtiſſimus editionibus, Venetis, Reg. Lep. Volſci, & Beroaldi duae poſt praecedentem ſequebantur Elegiae, quarum prior inciepiebat a v. 53. *Quo fugis ah demens*, &c. deſinens in v. 36. *Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.* dein ſeparata ſuccedit Elegia, cujus ab hac initium eſt, *Quaeris? cur veniam tibi tardior* &c. & finit v. 118. *Semper vive meo libera judicio.* ſed in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovilliana, aliiſque, in tres digeruntur Elegias, quarum prima inchoat a. v. 53. *Quo fugis ah demens* uſque ad v. 36. altera ab hac orditur, *Quaeris cur veniam* &c., uſque ad v. 16. *Pythius in longa* &c. quam, omiſſis duobus diſtichis a v. 17. uſque ad v. 20. *Illic adſpicias* &c. uſque ad *Denique ut ad Trojae tecta*, excipit tertia prolixior, cujus principium a v. 21. *Qui videt, is peccat: qui non & viderit* &c., & abſolvitur v. 118. *Semper vive meo libera judicio.* ſed plurimis diſtichis aliter collocatis. In meo codice ſecundo haec Elegia ſuperiori adnectitur & continua ſerie ſequitur v. 53. *Quo fugis ah demens* &c. Omnia vero in his adeo confuſa & perturbata ſunt, ut ſine ope meliorum ac vetuſtiorum codicum ea in ordinem reſtitui poſſe vix ſperandum ſit.

v. 3. *Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis*] *Tanta* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. Heinſiano, primo Leid. tribus Voſſ. D'Orvill. utroque meis, & priſcis edd. niſi quod *tota* in altero D'Orv. a man. ſec. ut in Colotiano, primo Vatic. Groningano, & Scaligeri libro. *erit* Voſſ. tert. & D'Orvill. ſec. *in ſpeciem* Regii, Colbertini, Leidenſis uterque, tres Voſſ. bini D'Orvill. & mei, cum edd. priſcis, id eſt ad ornatum & ſplendorem, ut *elaboratus ad ſpeciem* Macrobio Lib. II. Sat. cap. 9. ubi vide Pontanum; & notas Interpretum ad Claudian. Bel. Gild. v. 507. *Tantam erat in ſpeciem* in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovill. aliiſque. *Tota erat in ſpecies* Scaliger, & exponit εἰς ἰδέας, ut picturae, quibus ornata erat porticus, *ſpecies* dicantur. ſed veriſſime N. Heinſius ad Ovid. I. A. A. 73. ad Lib. III. Faſt. 529. & in notis Propertianis pag. 708. emendavit,

Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis.

vel *in ſeriem.* quod Statii & Lucani locis firmat. ſed prius probat Auctor Elector. minor. Etonenſ. pag. 113. ubi hanc Elegiam uſque ad v. 16. edidit. *in ſpatium* quoque defendit, & in contextum admiſit Broukhuſius. ſed *tota in ſpatium* male explicat, in totum ſpatium, ſeu per omne ſpatium. nam *in ſpatium* ponitur pro in rectum, in longitudinem, ut copioſe animadvertit D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 14. & ſeqq. ſic apud Plinium Lib. XXXV. cap. 1. ex MSS. legebat Oudendorpius: *nam placent jam abaci in ſpatia* (vel *abacina ſpatia*) *montes in cubiculo dilatantia. Coepimus & lapide pingere.* & *montes* exponebat lapides montanos, jungendo dilatatos. vide ad illum locum Comment. & Patrui mei notas ad illud Ovid. Lib. II. Met. 197.

Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.

ſecundo verſu *operta* perperam in Regiis codd. & primis edd. Ceterum initio hujus Elegiae ad marginem ed. Rovillianae adſcripſerat Janus Douſa Pater: *Videndum an porticus & Bibliotheca Apollinis Palatini ab Auguſto dedicata ſit, ut de aetate Propertiana major planiorque certitudo naſcatur nobis.* intelligi Porticum, quam Auguſtum *addidiſſe templo Apollinis in parte domus Palatinae*, ſcribit Sueton. cap. 29. notavit Livinejus.

4. In-

Inter quas Danai femina turba ſenis.
Hic equidem Phoebo viſus mihi pulchrior ipſo

Mar-

4. *Inter quas Danai femina turba ſenis*] *Inter aquas* in nonnullis codicibus, quod Palmerio in Spicileg. p. 303. adridebat. ſed *Inter quas*, columnas nempe, poſitae erant Belidum imagines, ut ex locis Ovidii optime illuſtrarunt Livinejus & Broukhuſius. *nurus* etiam perperam pro *ſenis* in Voſſ. tertio, & libro Scalig. utrumque merito inprobavit Auctor Elect. Etonenſ. Minor. Cogitabam aliquando, an hic legi poſſet,

Inter quas Danai femina turba feri.

idque propter locum Ovidii II. A. A. de eadem hac porticu,

Quaque parare necem miſeris patruelibus auſae
Belides, & ſtricto ſtat ferus enſe pater.

& Lib. III. Triſt. 1. 61.

Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis
Belides, & ſtricto barbarus enſe pater.

ubi forte legendum *ubi ſtant alterna*, & ſic Danaum *violentum parentem* vocat Hypermneſtra apud Ovid. Epiſt. XIV. 43. & *ſaevum patrem* v. 53. *ſenem* tamen etiam adpellat v. 114.

Cum ſene nos inopi turba vagamur inops.

Ceterum ex hoc loco patet, tales porticus diſtinctis ſpatiis ornatas fuiſſe ſignis vel ſtatuis antiqui operis, quales in porticu, Dianae templo addita, memorat Cydippe apud Ovid. Ep. XXI. 97.

Et modo porticibus ſpatior, modo munera Regum
Miror: & in cunctis ſtantia ſigna locis.

5. *Hic equidem Phoebo viſus mihi pulchrior ipſo*] hoc & ſequens diſtichon Vulpius cenſet collocandum eſſe poſt v. 16. *Pythius in longa* &c. ſed quod jam praeceperat J. Douſa Filius. *Hic eadem* in meo ſecundo. *Hic quidam* legebat Marklandus. quod valde probat D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. T. III. pag. 16. *quidam* enim aeque de viris claris & illuſtribus ac ignotis & obſcuris dici notat, & Auguſtum intelligit ſub Apollinis imagine illic cultum. ut illius Dei effigie in coena duodecim Deorum ornatus ipſe diſcubuit Auguſtus apud Suet. cap. 70. Sed operae pretium arbitror lectori hic exhibere quae ad hunc locum mecum communicavit amiciſſimus L. Santenius, eruditae juventutis exemplum: „ In his verſibus Apollinem ipſum
„ Palatinum, Scopae opus, intelligendum eſſe
„ putavit Scaliger, & Scaligero adhaerens Brouk-
„ huſius. Douza ordinem verſuum mutandum
„ cenſuit. Lapſi ſunt hic viri maximi. Apollo
„ Palatinus, ſtetit in medio ipſius templi, ut
„ ſolent ſimulacra Deorum, non in veſtibulo
„ ſive porticu. ad hunc, non ad ſtatuam Auguſti,
„ referendi verſus, qui ſequuntur:

„ *Deinde inter matrem Deus ipſe, interque ſo-*
„ *rorem*
„ *Pythius in longa carmina veſte ſonat.*

„ hunc Dalecampius ad Plin. Lib. XXXVI. c. 5.
„ confudit cum Capitolino Apolline, de quo
„ idem Plin. Lib. IV. c. 13. & XXXIV. c. 7.
„ verſus autem: *Hic quidam Phoebo* &c. tangunt
„ *Auguſtum, cui ſimulacrum factum eſt cum*
„ *Apollinis cunctis inſignibus.* quae verba Servii
„ ſunt ad Eclog. IV. v. 10. & fruſtra in ſuſpi-
„ cionem vocata a Caſaubono ad Sueton. Aug.
„ c. 70. Auguſti quoque ſtatuam reſpicere exi-
„ ſtimo Virgilium Lib. VIII. Aen. v. 720.

„ Ipſe *ſedens niveo candentis* limine *Phoebi*
„ *Dona recognoſcit populorum, aptatque ſuperbis*
„ *Poſtibus.*

„ Hanc ſtatuam in Bibliotheca ſtetiſſe monet
„ Acro ad Horat. Lib. I. Epiſt. III. v. 17.
„ a Broukhuſio laudatus: *a monte Palatino, ubi*
„ *Caeſar in Bibliotheca ſibi ſtatuam poſuerat,*
„ *habitu ac ſtatu* (ſic corrige ex Schol. Crucq.
„ ut apud Ovid. XI. Met. 169. de Apolline:
„ *Artificis* ſtatus *ipſe fuit.*) *Apollinis.* Res ipſa
„ jam ſuboluit D'Orvillio in Miſcellaneis. Iſta
„ autem Bibliotheca porticui vicina fuit, vel
„ forte in ea. Ovid. III. Triſt. 1. 59. & ſeqq.

„ *Inde tenore pari gradibus ſublimia celſis*
„ *Ducor ad intonſi candida templa Dei:*
„ *Signa peregrinis ubi ſtant alterna columnis*
„ *Belides, & ſtricto barbarus enſe pater:*
„ *Quaeque viri docto veteres cepere novique*
„ *Pectore, lecturis inſpicienda patent.*

„ Sueton. Aug. c. 29. *Templum Apollinis in ea*
„ *parte*

Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum ſteterant armenta Myronis
Quatuor artifices vivida ſigna boves.
Tum medium Clario ſurgebat marmore templum,
Et patria Phoebo carius Ortygia.

Auro

„ *parte Palatinae domus excitavit* (*extruxit* legit „ Pompon. Sabinus ad Virg VIII. Aen. v. 721.) „ *quam fulmine ictam deſiderari a Deo haruſpices* „ *pronuntiarant.* Addidit *porticus cum Bibliotheca* „ Latina Graecaque. verſus igitur omnes ordine „ a Propertio collocati ſunt. Ruaeus hic nos non „ morabitur, quaerens, quare Virgilius Ecl. IV. „ v. 10. Auguſtum nominaverit Apollinem; nec „ cum ipſo eam rationem reddemus, quae Au- „ guſto fuiſſet probroſa, nec prudenter a Vir- „ gilio ei objecta. non minus imprudenter „ Pompon. Sabinus ad Ecl. Virg. IV. v. 10. „ hanc Apollinis Palatini Bibliothecam confu- „ dit cum Atrio Libertatis."

6. *Marmoreus tacita carmen hiare lyra*] pro *carmen hiare lyra* inepte in primo Leid. utroque D'Orv. & meo ſecundo legitur *carmen habere.* vitioſe in Veneta 1475. & Reg. Lep. *crimen hiare*, quod & in codd. Regiis. ex hoc Propertii loco deceptum fuiſſe Sannazarium, qui *carmen hiare* de Altilio & Pontano, celebribus inter Italos poëtis, dixerit Lib. I. El. XI. v. 18. & Lib. II. El. 2. 12. notavit illic Broukhuſius, quia hic ſermo eſt de ſignis & ſtatuis in porticu Apollinis Palatini. adde Cl. Schraderum Emend. cap. VIII. aptius certe hoc imitatus eſt Janus Secundus Lib. III. El. 17. 44. ubi de ſtatuis in templo S. Dionyſii,

Quique diu artificem Romam decoravit, & altis
Aurea porticibus carmina Phoebus hiat.

decepit itaque hic locus etiam Scaligerum in Sylva Carmin. pag. 31.

—— dulci gutture carmen hians.

ipſumque Broukhuſium in Carm. Juvenil. pag. 427.

Audebis poſita carmen hiare lyra.

forſan etiam inducti fuerunt illo Catulli Carm. XCVI.

Millia cum interea quingenta Hortenſius uno
In pede ſtans fixo carmina ructat hians.

qui tamen verſus in multis Catulli editionibus deſideratur. *hiare* activo ſenſu etiam apud Perſium Sat. V. init. *Fabula ſeu moeſto ponatur hianda tragoedo.* ubi vid. Marcil. p. 120. & ſic Valer. Fl. Lib. VI. 706. *ſubitos ex ore cruores Saucia tigris hiat.* pro *tacita lyra* Koppierſius in Obſerv. Crit. pag. 141. legendum exiſtimabat *tacta.* quem vide. ſed *tacita lyra* de ſtatua recte dici videtur.

8. *Quatuor artifices vivida ſigna boves*] *artificis invida* in Regiis, Palatino Gebhardi, Groningano, primo Leid. Voſſ. tertio, utroque D'Orv. G. Vlamingii, meo ſecundo, & priſcis edd. ſed *vivida*, ἔμπνοα, *ſpirantia ſigna* ſunt, ut Virgilio III. G. 34. *Stabunt & Parii lapidis ſpirantia ſigna.* ne quis *invida* pro invidioſis, vel invidia dignis, exponat. nam paſſim *vivere* de ſignis, marmoribus, & picturis artificioſe factis. vid. ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 225. *artifices* recte edidit & defendit Broukhuſius, ad cujus emendationem ſtabiliendam alia loca producuntur in Miſcell. Obſerv. Vol. V. T. III. p. 17. de Myronis bucula vide hic Livinejum, & adde aliquot Epigrammata in Anthologia Graeca Lib. IV. Tit. VII. & apud Auſonium, quae exhibet Heinſius in notis ad Prudent. Apoth. 722. Cic. IV. Verr. c. 60. *quid Athenienſes, ut ex marmore Jacchum, aut Paralum pictum, ut ex aere Myronis buculam.* unde patet ex aere factam. de quo vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 42. verſu praec. *ſteterantque* in Neapolitano.

9. *Tum medium Clario ſurgebat marmore templum*] ita reſtituit Scaliger, & ex Commelini libro probat Gebhardus, quum antea *claro* legeretur in vetuſtioribus editionibus, quod & in Regiis, Colbertinis, Groning. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, ceteriſque membranis. Guyetus legebat, *At medium Pario.* ut medium templi dicatur fultum fuiſſe columnis e marmore Pario. *Pario* etiam conjecerat Paſſeratius, probante Heinſio in notis p. 708. & ad Ovid. I. A. A. 73. cui praeterea *elato* vel *Grajo* in mentem venerat. ſed *Clario* interpretatur Scaliger, templum hoc Palatini Apollinis cario-

Auro Solis erat ſupra faſtigia currus,
Et valvae, Libyci nobile dentis opus.
Altera dejectos Parnaſi vertice Gallos,
Altera moerebat funera Tantalidos.
Deinde inter matrem Deus ipſe, interque ſororem,
Pythius in longa carmina veſte ſonat.

Illic

rem Phoebo fuiſſe aedem, quam quae in Claro aut in Delo erat. nam *Ortygia* Delos eſt. vide Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 59. *Pario* tamen etiam blanditur. *ſurgebat*, pro verticem extollebat. ut Lib. III. El. 9. 26.

Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput.

ut quidem in vulgatis legitur. ſic apud Ovid. Epiſt. VII. 11. *nec te ſurgentia tangunt Moenia*, pro *creſcentia* Patruus meus praefert. vide ad Tom. II. Anth. Lat. p. 589. hoc autem diſtichon praecedenti anteponendum cenſet Janus Douſa F. ad Lib. IV. El. 1. 3.

11. *Auro Solis erat ſupra faſtigia currus*] *In quo Solis erat* v. c. Perreji, & tres Vaticani. *Et quo* in Regiis, Colbertinis, Palatino Gebhardi, Mentel. Borrich. Groning. primo Leid. quarto Voſſ. & tertio in marg. D'Orvill. priore, meis duobus, & primis edd. *Et auro* in ſec. Leid. & primo Voſſ. *a quo* in altero Voſſ. *E quo* D'Orv. ſec. *erant* in ſec. Leid. tribus Voſſ. & meo priore. ſed optime ſe habet, *Auro Solis erat currus* pro ex auro, aureus. quod in Voſſ. tertio a manu pr. ut Lib. III. 15. 37.

Ante fores templi crater antiſtitis auro.

ſic *argento* apud Virg. VIII. Aen. 673.

Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant.

vide & Claver. in Miſcell. ad Claudian. cap. XV. ſub finem. male igitur alii,

Aurea Solis erat ſupra faſtigia currus.

ut in libro Scaligeri, quod placebat Heinſio. ſed merito id rejecit Patruus meus in notis ad Ovid. II. Met. 107.

12. *Et valvae Libyci nobile dentis opus*] ita ſine ulla interpunctione olim editum, & a Broukhuſio. unde *valvae* caſu ſecundo, numero ſingulari, capiebat Patruus meus ad Ovid. III. Am. 1. 40. idque rarius eſſe obſervat. ejus nota exhibetur in Miſc. Obſerv. Vol. V. T. III. p. 17. ſed primum numeri pluralis caſum hic eſſe arbitror, ideoque, ne duo genitivi concurrant, *opus valvae dentis Libyci*, diſtinxi,

Et valvae, Libyci nobile dentis opus.

per adpoſitionem, ut paullo ante,

Quatuor artifices vivida ſigna boves.

idque firmant ſequentia, quae cum his cohaerent, *Altera*, valvarum nempe, referebat Gallos, duce Brenno Delphos invadentes, ſed ab Apolline dejectos e montis ſui vertice, *Altera moerebat*, id eſt moeſtis figuris exhibebat interemtam Apollinis & Dianae ſagittis Niobes ſobolem. vide hic Beroaldum. hunc Propertii verſum imitatum eſſe Martialem Lib. XIV. Ep. 2.

Eſſemus Libyci nobile dentis onus.

notavit Cl. Schraderus Emend. cap. VI. in fine. ubi *opus* in cod. Leid. a man. pr. *gentis opus* in Borrich.

14. *funera*] *funere* male in Voſſ. & meo priore.

15. *inter matrem Deus ipſe, interque ſororem*] *Deus* deſideratur in Heinſiano, & meo priore. geminationem illam praepoſitionis *inter*, Bentlejo valde inprobatam in loco Horatii, Lib. I. Sat. 7. 11. multis aliorum exemplis, & hoc quoque Propertii loco vindicavit Cuningham. in Animadv. cap. XIII. pag. 247.

16. *Pythius in longa carmina veſte ſonat*] Non tantum Spanhemius in Obſervationibus ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 32. ut obſervat Broukhuſius, hunc verſum ita produxit,

Actius in longa carmina veſte canit.

ſed & ante eum Triſtanus Tom. I. Comment. Hiſt. pag. 77. ubi egregie illuſtrat numum Auguſti,

Illic adſpicias ſcopulis haerere ſorores,
Et canere antiqui dulcia furta Jovis;
Ut Semela eſt conbuſtus, ut eſt deperditus Jo:
Denique ut ad Trojae tecta volarit avis.

guſti, quales duos & ipſe poſſideo, in quibus Apollo Actius ſtans in longa citharoedi veſte, dextra plectrum, ſiniſtra citharam tenens, conſpicitur, ſubſcripto ACT. & in area IMP. X. in altero IMP. XII. ACT. in quo Apollo itidem Actius, eadem palla talari indutus, utraque manu citharam tenens. Triſtani verba retulit Haverk. ad Morell. Theſaur. Numiſm. Imp. Rom. Tom. I. p. 277. ubi uterque ille numus occurrit. eodem habitu etiam eſt Apollo in meo Gordiani numo Graeco ΠΑΤΑΡΕΩΝ, de quo vide Patinum pag. 375. & Vaillant in Num. Graec. Imp. p. 154. idemque Apollo Actius eſt in numo Auguſti apud Harduin. de Num. Pop. & Urb. pag. 6. & in meo argenteo Antonini Pii, & aureo apud Vaillant. Num. Praeſt. Lat. Imp. Rom. Tom. II. pag. 159. ed. Rom. quem vide. & ſic in meis Commodi & Septimii Severi argenteis atque aereis Numiſmatibus. de Actio Apolline legi merentur quae notavit Valens Guellius ad Virg. VIII. Aen. 703. & Berkelius ad Steph. Byz. in Ἄκτη. *Pythius* quidem unanimi conſenſu hic tuentur omnes codices & editiones veteres. eodemque ornatu, in longa veſte ſtans, ſe videndum praebet Apollo in numo Smyrnenſium, de quo vide Mead. de Numis Smyrnenſ. in honor. Medic. percuſſis pag. 43. & 44. *Actius* tamen hic praeferendum ſuadet noſter Lib. IV. El. 6. ubi quum v. 11. praeceſſiſſet,

Muſa Palatini referamus Apollinis aedem.

deinde poſt pugnae Actiacae deſcriptionem addit v. 67.

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, &c.

Ceterum hoc verſu Elegiam hanc abſolvunt pleraeque editiones vetuſtae, novamque ordiuntur a v. 21. *Qui videt, is peccat* &c. Ant. Perrejus editioni Aldinae adſcripſerat, *finem hujus & principium illius ſequentis Elegiae haud dubie deſiderari.* ſed Scaliger eum in ordinem digeſſit, quo edidit Broukhuſius, quem ſecutus ſum.

17. *Illic adſpicias*] *Illis* conjecerat Heinſius. *adſpicies* in Regiis, Colbertinis, Borrich. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. aliiſque, & vetuſtis edd.

18. *Et canere antiqui dulcia furta Jovis*] confer ejuſmodi picturam apud Terent. in Eunuch. Act. III. Sc. 5. v. 36. & ſeqq. *antiqui Jovis*, ut Lib. IV. El. 4. 2. *& antiqui limina capta Jovis.* Statius Lib. I. Sylv. 6. 40.

I nunc, ſecula conpara, vetuſtas,
Antiqui Jovis, aureumque tempus.

19. *Ut Semela eſt combuſtus*] *Et Semele* in Borrich. vitioſe *Ut ſemel* in primo Leid. Voſſ. quarto, D'Orv. ſecundo, & meo utroque. *Semele* in priſcis editionibus. ſed *Semela* in v. c. Fruterii, Neapolit. aliiſque, quod rectum, ut *Circa*, *Penelopa Andromeda*, & ſim. vide Heinſ. ad Virg. III. Aen. 386. & quae ſupra notavi ad El. XI. v. 5. *combuſtus* praeterea hic quoque non mutandum in *ambuſtus*, ut male doctus Britannus in loco Statii de Semele, quae a Jove icta fulmine, & *ambuſta* non *conbuſta* fuit. vide Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag. 262. *utrum eſt deperditus Jos* in ſecundo D'Orvill.

20. *Denique ut ad Trojae tecta volarit avis*] *a Trojae* in primo D'Orvill. Heinſius in notis pag. 607. emendandum conjecerat,

Devia ut ad Trojae teſqua volarit avis.

ut ad Idam montem, non ad Trojam ipſam, raptum Ganymedem innuat. *Trojae tecta* Paſſeratius ipſam Trojam exponit. ut Horatio Lib. III. Od. 3. *tecta reparare Trojae.* ſed cum Patruo meo in Miſcell. Obſerv. Vol. II. pag. 105. malim legere,

Denique ut ad Trojam tecta volarit avis.

ut *tecta avis* jungantur, ſub forma nempe & imagine aquilae, qua adſumta Ganymedem in venatione rapuit Jupiter ex agro Trojano, licet plerique id Idae monti adtribuant, nam de loco raptus differunt veteres. vel *tecta avis*, ſit furtim & ex inproviſo ſuperveniens, ut *tectus hoſtis*, & ſim. ibidemque Britannum eruditum, qui *Trojae teſqua*, ut Heinſius, etiam conjecerat, refutat, quia *teſqua* loca inculta & horrida ſunt, hic non convenientia. *tecta* igitur *avis*, ut

Qui videt, is peccat: qui non & viderit, ergo
Non cupiet: facti crimina lumen habet.
Quod ſi nemo exſtat, qui vicerit Alitis arma,
Communis culpae cur reus unus agor?
Una contentum pudeat me vivere amica?
Hoc ſi crimen erit, crimen amoris erit.
Mi nemo objiciat, libeat tibi, Cynthia, mecum
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.

Nec

de Jove Ledam amante ſub forma cycni Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 46.

Matris in admiſſo, falſa ſub imagine luſae,
Error ineſt, pluma tectus adulter erat.

& hinc *falſam avem* vocat ibid. v. 56.

Dat mihi Leda Jovem, cycno decepta, parentem,
Quae falſam gremio credula fovit avem.

eademque in re *plumis abditus albis*, & *falſa avis* dicitur Jupiter Lib. I. Am. El. 10. 3.

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
Callidus in falſa luſit adulter ave.

vide Luciani Dial. Deor. XX. 6. ubi Ganymedem in Ida rapuiſſe dicitur Jupiter, ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν, *quum jam mutatus in aquila lateret*, quem ſenſum illorum verborum eſſe docet Cel. Hemſterhuſius, ut εἶναι ἐν τῷ ἀετῷ dicatur pro *latere*, *celari in forma aquilae*, quod *tectam avem* hoc in loco optime firmat. *volavit* in Borrichiano, Heinſiano, meoque primo. *volaret* in ſecundo, ed. Ven. 1475. & Reg. Lep. ſed *volarit* in reliquis. quod non tantum euphonia poſtulat, ut dicit Broukhuſ. ſed & conſtructionis ratio. dependet enim ab *adſpicias*, quod v. 17. praeceſſit. vim ac notionem verbi *adſpicere*, pro oculos in rem obviam conjicere, ſubjecto ſaepe alio verbo *videre*, *cernere*, vel ſim. quo adcuratior intuitus notetur, ut mox ſequitur, *Qui videt, is peccat*, cum cura expoſuit Patruus meus ad Nemeſian. Ecl. I. v. 34. Haec ſcripſeram, & typis dederam, quum aliam mecum hoc in loco conjecturam communicavit Cel. Ruhnkenius, cui legendum videbatur,

Denique ut ad Trois *tecta volarit avis.*

praeclara certe emendatione. Tros enim pater Ganymedis, qui propterea *puer regius* dicitur Virgilio V. Aen. 252. & a Servio exponitur *Trois regis Phrygiae filius.*

21. *Qui videt, is peccat: qui non & viderit, ergo*
Non cupiet. facti crimina lumen habet.]

Qui volet prim. Voſſ. *qui te non viderit* in Excerpt. Scalig. Mentel. Borrich. Groning. Leidenſib. Voſſianis, utroque D'Orvill. & meis. nec aliter in Regiis & Colbertinis, vel, *qui non te viderit.* ut in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. deinde *aegre concupiet* divinaverat Heinſius, qui recte emendaſſe videtur *facti lumina crimen habent.* vide ejus notas p. 708. & ſic Marklandus. eleganter enim lumina dicuntur *facti crimen habere*, ſeu notam criminis ſuſtinere, Graecis αἰτίαν ἔχειν. quod dictum illuſtrant quae notavit Pricaeus ad Matth. cap. V. 28. Cic. pro Milon. cap. 35. *ſibi facinoris ſuſpicionem, non facti crimen obſtare.* Juvenal. Sat. XIII. 210. *Facti crimen habet.* Lucanus VIII. 118. *Haec jam crimen habent.* Tibullus Lib. I. El. 7. 47.

Quiſquis & occurret, ne poſſit crimen habere.

vide Patrui mei notas ad Ovid. III. A. A. 454. & ad Phaedr. Lib. I. fab. 3. v. 11. & hinc forte paullo poſt v. 26. legendum,

Hoc ſi crimen habet, crimen amoris erit.

erit enim minus venuſte illic eodem in verſu repetitur.

25. *Una contentum pudeat me vivere amica*] ad hunc locum forte reſpicit Ovidius Lib. II. A. A. 399.

Dum fuit Atrides una contentus, & illa
Caſta fuit, vitio eſt inproba facta viri.

27. *Mi nemo objiciat, libeat tibi, Cynthia, mecum*
Roſcida muſcoſis antra tenere jugis.]

locus obſcurus & procul dubio corruptus. *Si nemo* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. ſed quem

Nec tu Virginibus reverentia moveris ora:
Hic quoque non neſcit, quid ſit amare, chorus.
Si tamen Oeagri quaedam conpreſſa figura
Biſtoniis olim rupibus accubuit.

Hic

quem ſenſum hic conſtituant illa *Mi nemo objiciat*, edoceri velim, & gravius mendum latere opinor. *memo* vitioſe in Neapolitano. quod nonnihil favere poſſet conjecturae N. Heinſii, qui in notis Propertianis pag. 707. divinabat, *Mnemonidum atque utinam*, vel *Dummodo*, aut *Si modo*, *Mnemonidum*, vel denique, *Mnemonidum o utinam.* deinde *liceat modo*, *Cynthia*, *tecum* in Menteliano, Borrich. Voſſ. meo priore, & in MSS. Broukhuſii. ut legebat Marklandus ad Statii Silvas pag. 289. *liceat* etiam in primo Leid. Voſſ. tertio, aliiſque. ſed, ne quid dicam de ſono auribus ingratiſſimo *objiciat*, *liceat*, veram lectionem eſſe *libeat tibi*, *Cynthia*, *mecum*, docet locus Virgilii, a Broukhuſio etiam prolatus, quem aperte imitatur, Ecl. II. 28.

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humiles habitare caſas.

vide ad Lotich. pag. 570. & Patrui mei notas ad Virg. III. G. 436. *objiciet*, *liceat modo*, *Cynthia*, *tecum* Livinejus. altero verſu *Rorida* in Mentel. Borrich. Colbertinis, binis Leidenſ. utroque D'Orvill. & meo ſecundo. *Florida* in quinto Vaticano. *Horida* in meo priore, id eſt *Horrida*, ut in Heinſiano. *Torrida* in Excerptis Scalig. Heinſius conjecerat *Theſpia*, & de Helicone agi putabat. ſed verſus in hac Elegia tranſpoſiti & luxati omnes fere conjecturas faciunt incertas. pro *tenere* in priore Leidenſi *ſubire*. *muſcoſa juga*, ut ſupra El. XV. 30.

Nec vaga muſcoſis flumina fuſa jugis.

mox *noveris ora* Borrich. & Heinſian. *Nec te virginei reverentia moverit oris* in v. c. Ant. Perreji, primo & ſecundo Vaticano. & ſic Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. c. 10. quod non inprobaſſe videtur Paſſeratius, & Guyeto ac Heinſio placebat. ſed a Gebhardo rejicitur. melius certe eſt, quam quod Canterus in ed. ſuae margine *reverentia* legebat vocandi caſu, hoc modo,

Nec tu Virginibus, *reverentia*, *moveris ora.*

Expenſis his veterum codicum ſcripturis, forte ad difficilis & mendoſi loci ſanationem accedere fas erit. *nemo* repetitum ſuſpicor ex v. 23. *Quod ſi nemo exſtat.* & quia in tribus MSS. *Si nemo*, *antra ſubire* in Leidenſi, & in aliis *virginei reverentia moverit oris* legitur, inde reſtituendum auguror,

Si nemora adliciant, *libeat tibi*, *Cynthia*, *mecum*
Roſcida (vel *Theſpia* cum Heinſio) *muſcoſis antra* ſubire *jugis.*
Nec te Virginei *reverentia moverit* oris:
Hic quoque non neſcit, *quid ſit amare*, *chorus.*

ut invitet Cynthiam, doctam & Muſarum amantem puellam, ſecum potius in *nemora* jugi Heliconii ſecedere, quam in *nemus Dianae* ſub religionis ſpecie currere, ut ſequitur v. 40. cui conjecturae egregie favet quod ſubjungit v. 37. *Hoc utinam ſpatiere loco.* illo nempe loco, in quo ſe chori ducem futurum dixerat, ſeu *ἀρχιχόρον*. de quo vid. ſupra ad Lib. II. El. 2. 28. *nemora* autem *adliciant* eleganti locutione, ut ſaepe loca dicuntur homines *adlicere*, pro invitare, & ſuis deliciis ad ſe trahere. de quo vide Cuperum Lib. II. Obſerv. cap. 14. altero verſu male *non noſcit* in Mentel. Borrich. duobus Leid. Voſſ. primo & tertio a man. pr. utroque D'Orvill. & meo priore. *num neſcit* in Aldina utraque, Juntina, Gryph. & Wechel.

31. *Si tamen Oeagri quaedam conpreſſa figura* &c.] Calliopen ſub figura fluvii Oeagri ab Apolline conpreſſam, unde Orpheus genitus fuit, intelligit Broukhuſius, adeoque Muſis pudorem injicere non debere ſuum cum Cynthia amorem; eodem modo, ut ſub forma fluminis Enipei Tyronem a Neptuno vitiatam memorat Lib. I. El. 13. 21. & Lib. III. El. 17. 13. vide etiam hic Paſſeratium. poſſet tamen legi,

Si tamen Oeagro quaedam conpreſſa figura.

ut *quaedam figura*, primo caſu, ab Oeagro, quem virum alii faciunt, conpreſſa dicatur, & *quaedam figura* ſit una ex Muſis, Calliope nimirum. ut *leves figuras* de puellis dicit Lib. I. El. 4. 9. *quondam* in D'Orvill. ſec. & meo primo. deinde ſeq. verſu pro *accubuit* in D'Orvill. priore *occubuit*. in tertio Voſſ. *ingemuit*, ut in meo ſecuncundo, ſed *accubuit* in marg. ut ſupra Lib. I.

Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreae,
  Et medius tecta cuſpide Bacchus erit.
Tum capiti ſacros patiar pendere corymbos:
  Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.
Hoc utinam ſpatiere loco, quodcumque vacabis,

Cynthia,

El. 3. 3.

Qualis & accubuit primo Cephela ſomno.

Lib. III. El. 13. 12.

Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco.

infra v. 92.

Quamvis Ida Parim paſtorem dicat amaſſe,
Atque inter pecudes accubuiſſe Deam.

ubi vide Livineji notas pag. 110.

33. *Hic ubi me prima ſtatuent in parte choreae*] *te prima ſtatuant* Guyetus. *te* certe in quinto Vaticano. Exprimit Graecorum ἀρχέχορον, qui χορῦ ἡγεμὼν, vel primus χορευτὴς, *chori dux* dicitur. ut ex Euripide aliiſque notat Spanhem. ad Callimach. Lavacr. Pall. v. 67. ita ἀρχέχορος in Epigrammate Graeco, quod poſt Gruterum pag. CCCXXIII. ex Ligorii & aliis ſchedis vitioſis produxit Muratorius Tom. I. Theſaur. Inſcr. pag. DCI. 2. ſed emendatius exhibuit Cel. D'Orvillius ad Charit. pag. 150. & 151. addita Grotii verſione. χορόποιος ἄναξ Sophocli in Ajac. 712. & talis deſcribitur Sappho, venuſtiſſimo Epigrammate, Lib. I. Anthol. Gr. Tit. LXVII. Ep. 12. pag. 135. ed. Obſop. (p. 92. ed. Steph.) quod totum hic adſcribi meretur:

Ἔλθετε ϖϱὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν Ἥρης
  Λέσβιδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἐρεισάμεναι.
Ἔνθα καλὸν στήσασθε θεῇ χορόν. ὔμμι δ' ἐπάρξει
  Σαπφὼ, χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην.
Ὀλβίαι ὀρχηθμοῦ πολυγηθέος, ἦ γλυκὺν ὕμνον
  Εἰσαΐειν αὐτῆς δόξετε Καλλιόπης.

idque ſic interpretatus eſt Hugo Grotius:

Lesbides ite ſimul dominae Junonis ad aram,
  Suſpenſo tenerae molliter ite gradu:
Docta chorum vobis ſacrata per atria Sappho
  Inchoet aurata conſpicienda lyra:
Hac duce gaudentes ſaltate: videbitur ipſa
  Edere mellitos Calliopea choros.

idem denuo in eadem Antholog. recurrit Lib. IV. pag. 508. (p. 369. ed. Steph.) ſed ubi verſu tertio male editur, Ἔνθα χορὸν καλὸν στήσασθ' ὔμμιν δ' ἀπάρξει. quod metro adverſatur. ſed alterum firmatur a prima editione Jani Laſcaris Florentina 1497. literis capitalibus excuſa, in qua verſ. ſecundo ΑΥΡΟΠΟΔΩΝ ΒΗΜΑ. talis *regina chori* dicitur Statio III. Theb. 185. ubi Lutatius, *ut choros ducebat ſacerdos una Baccharum.* ſupra El. 2. huj. Libr. v. 28.

Egit ut evantes dux Ariadna choros.

pater chori de Baccho infra El. XXIII. 94.

Sileníque ſenes, & pater ipſe chori.

chori magiſtrum, id eſt, qui choro modum adhibere poſſit, vocat Philargyrius ad Virg. Ecl. VI. 14. vide etiam ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 201.

34. *Et medius tecta cuſpide Bacchus erit*] *docta cuſpide* in Regiis, Colbertinis, Groning. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meiſque & ceteris MSS. ac vetuſtis editionibus. quod tuetur Paſſeratius. *tecta* primus correxit Scaliger, cujus certiſſimam, ut vocat, emendationem egregie firmat Broukhuſius. cuſpis enim thyrſi pampino vel hedera erat obvoluta. vide la Cerdam ad Virg. Ecl. V. 31. *Qua medius poſita cuſpide* conjecerat Heinſius. *Bacchus ero* Guyetus, qui remittebat ad Cic. II. Phil. ubi Marcus Antonius exagitatur, quod temulentus in convivio Bacchum egiſſet. ſed nihil tale in tota illa Ciceronis Oratione reperies. Cogitaſſe Guyetum Velleji Paterculi locum ſuſpicabatur Cel. Ruhnkenius, ex Lib. II. cap. 82. ubi ſcribit, Antonium novum ſe Liberum Patrem adpellari juſſiſſe, & redimitum hederis, coronaque velatum aurea, & thyrſum tenentem, cothurniſque ſuccinctum, curru, velut Liberum Patrem, Alexandriae vectum eſſe.

37. *Hoc utinam ſpatiere loco, quodcumque vacabis*] *ſpatiare* in Colbertino, Borrich. Heinſiano, ſecundo Leid. tertio Voſſ. & meo utroque. *quicumque* ſec. Leid. *quocumque* in primo, & edd. vetuſtioribus. *quodcumque vocabis* Borrich.

quod.

Cynthia, ſed tibi me credere turba vetat.
Quum videt accenſis devotam currere taedis
In nemus, & Triviae lumina ferre Deae.
Nam quid Praeneſtis dubias, o Cynthia, ſortes?
Quid petis Aeaei moenia Telegoni?

Curve

quodcumque vacabis in primo Vatic. Neapol. Mentel. Groning. quod probat etiam Marklandus, adſcripto Ovidii loco Lib. II. Faſt. 18. *pacando ſi quid ab hoſte vacas.* ubi vide Interpretes, & ad illa Calpurnii Ecl. III. 13.

Altius iſta querar: ſi forte vacabis, Jola.

ubi etiam *vocabis* vel *vacabit* in aliis. *vocaris* in quarto Voſſ. *quicumque vocabit* vel *vacavit* Heinſius in notis ad Prop. p. 709. idem in margine ed. Ald. conjecerat,

O utinam ſpatiere loci (vel *loco*) *quocumque vacabit.*

ſic *vocare* & *vacare* confunduntur in MSS. apud Statium VIII. Theb. 186. & Lucan. II. 476. ubi vide Patrui mei notas. *quocumque vagabis* in aliis, quod placuit Lipſio, Douſae, & praeſertim Gebhardo, quem vide p. 223. de quo ſupra ad Eleg. XXII. 1. ſic apud Columellam Lib. X. v 435.

Lenaeumque patrem canimus ſub tecta vocantes.

ubi *vacantes* in cod. S. Germani, unde *vagantes* legebat Heinſius. mox, *nam tibi me* in Groningano. probante Cl. Schradero Lib. II. Emend. c. 7. p. 133. pro *vetat* male in Neap. *vocat.*

39. *Quum videt accenſis devotam currere taedas* &c.] ad hunc verſum ſequentia notaverat Fr. Guyetus: „ de curſu τῶν λαμπαδοφόρων ab ara „ Promethei, quae in Academia erat, uſque ad „ ἄστυ, vide Pauſaniam Lib. I. pag. 58. hic au„ tem lampadum curſus in honorem Promethei „ ob ignem Jovi ſurreptum cepiſſe fieri videtur: „ hinc ad aliorum Deorum cultum traductus. „ vide Gyraldum, & alios. huc refer Epigram„ ma ἀνέκδοτον,

„ *Λάμπαδα τὴν κύροις ἱερὴν ἔχεν* &c.

„ Naſo in Faſtis,

„ *Saepe potens voti frontem redimita coronis*
„ *Femina lucentes portat ab urbe faces.*

Epigramma illud ineditum, a Guyeto indicatum, eſt Crinagorae, & integrum, addito altero Alcaei, producitur a D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Vol. V. T. III. pag. 18. recte Beroaldus ſenſum loci expoſuit, quo Cynthiae objectat Propertius, eam in nemus Dianae Aricinae cum taedis accenſis currere, non religionis cauſſa, ſed ut extra urbem amoribus indulgeret. loco Ovidii, qui eſt ex Lib. III. Faſt. 269. addatur illud Gratii in Cyneg. 483.

Idcirco aëriis molimur compita lucis,
Spicataſque faces: ſacrum ad nemora alta Dianae
Siſtimus.

ubi vide J. Vlitii notas, qui haec Propertiana illuc quoque contulit. & de hoc λαμπαδοδρομίας ritu, quo mulieres cum facibus ardentibus in illud Dianae nemus ibant, ut in ſacris Proſerpinae, Cereris, aliiſque apud Athenienſes, erudita ſunt, quae notavit Muretus ad Platonis Lib. I. de Repub. pag. 628—630. hinc ipſa paſſim Diana cum accenſis taedis currens in variis Numis antiquis conſpicitur, quorum unus omnium inſtar ſit, quem ex Regis Gallorum gaza profert Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 11. p. 169.

41. *Nam quid Praeneſtis dubias, o Cynthia, ſortes?*
Quid petis Aeaei moenia Telegoni?]

Praeneſti in v. c. Ant. Perreji, Mentel. duobus Vatic. Borrich. Groning. Regiis, Colbertinis, primo Leid. quarto Voſſ. primo D'Orvill. Askew. meo utroque. ut ex Vaticano & Farneſiano cod. etiam adfert Lipſius Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. *pernoſti* Vatic. quintus, in margine Voſſ. tertii, D'Orvill. ſecundo, ed. Ven. 1475. & Reg. Lep. Barthius ad Stat. I. Sylv. 3. v. 79. hoc in loco Herculis Tiburtini ſortes intelligebat, & ideo Cynthiam quaſi Tibur ad eas capiendas petiiſſe. ſed a Praeneſte hic clare ſeparat Tibur Herculeum, quo ſeceſſerat Cynthia voluptatis cauſſa, & interſerit Tuſculum, ſeu moenia Telegoni, quae ſingula loca deliciis ſuis & amoenitatibus amantes adliciebant. de ſortibus Praeneſtinis vide quae notavit Moriſotus Cent. II. Epiſt. 86. Broukhuſ. ad Tibull. I. 3. 11. & Gorius ad Tom. I. Inſcript. Florent. pag. 265. ubi male *Alaei* in minore verſu adfertur. *dubitas*

etiam

Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur?
Appia cur toties te via ducit anum?
Sci-

etiam corrupte in Colbertino. ibidem Barthius etiam de Fortuna Praeneſtina, quae illic ſimul cum Hercule colebatur, intelligi poſſe notavit. de qua vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 58. pro *Aaei Telegoni* vitioſe in codd. MSS. *Eaci* vel *Eaei Lethogoni*, vel *Thelegoni*. a Telegono enim Aeaeo, id eſt Circaeo, ſeu Circes filio, conditum Tuſculum. ut notum eſt. huc refer locum Statii in villa Tiburtina Manlii Vopiſci Lib. I. Sylv. 3. 76. & ſeqq.

Quod ni templa darent alias Tirynthia ſortes,
Et Praeneſtinae poterant migrare ſorores, &c.
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Jugera, Lucrinaeque domus, & ſeqq.

43. *Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur*] *Cur vatem H. deportant*, miro conſenſu in variis codd. MSS. ut in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Borrich. Vatic. ſec. & tert. duobus Leidenſibus, Voſſ. prim. & tert. Askew. utroque D'Orvill. & meis, & ſuperſcr. in quarto Voſſ. neque aliter in primis edd. *Cur autem* in quinto Vatic. *Curva tenus* in primo. Beroaldus emendandum conjecerat, *Curva ten' Herculeum deportant eſſeda Tibur?* per interrogationem. ſed quod inprobabat Ant. Perrejus, qui editioni Aldinae haec adnotaverat: *Sed cum quid interrogatione proferatur, equidem interrogationum particulis per anadiploſin geminatis non ita elegantia carminis ſervaretur. Ego nihil muto, hoc ſenſu, ut ſub ſpecie relligionum & divinationis peregrinaretur Cynthia. lego praeterea*, Cur eſſeda portant te Herculeum ad vatem, *ad divinam aliquam ariolam. itidem*, cur Appia via ducit te totiens ad anum, *id eſt, ſagam. utrobique enim praepoſitio ad poëtico more omiſſa ſuppletur.* ſed quae de vate Herculeo, ſeu ariolo, & anu ſaga ad viam Appiam ſomniat, delirat ipſe Perrejus. Lege cum N. Heinſio,

Cur tua in Herculeum te portant eſſeda Tibur?

& intellige de Tibure, Herculi ſacro. vide ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 549. Tibur autem frequentem puellis ſeceſſum fuiſſe patet ex Martiale Lib. I. Ep. 13.

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces.

Lib. IV. Ep. 62.

Tibur in Herculeum migravit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

& Lib. VII. Ep. 12.

Dum Tiburtinis albeſcere collibus audit,
Antiqui dentis fuſca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
Aura valet? parvo tempore nigra redit.

Hercules ipſe apud Statium III. Silv. 1. 183.

Nec mihi plus Nemee, priſcumque habitabitur Argos,
Nec Tiburina domus, Soliſque cubilia Gades.

apud Gruter. pag. XLIX. 6. HERCVLI TIBVRTINO VICTORI. vid. Fr. Martii Hiſt. Tiburt. Lib. II. pag. 19.

44. *Appia cur toties te via ducit anum?*] Offendit non inmerito viros doctos haec lectio, qua, ut ait Broukhuſius, *dominae ſuae tam ruſtice inſultaverit* Propertius, Cynthiam *anum* vocando. alia enim res eſt ſupra El. XIV. 22. ubi venturam ei ſenectutem denuntiat:

At tu etiam juvenem odiſti me, perfida, quum ſis
Ipſa anus *haud longa curva futura die.*

hic vero Cynthiam ad Praeneſtinas, Tuſculanas, & Tiburtinas delicias tendentem, viamque Appiam ſaepius pervagantem, ut amoribus indulgeret, *anum* dici, procul dubio abſonum eſt. & tamen in hanc lectionem conſpirant plerique codices & editiones vetuſtae, niſi quod *te tua dicit anum* in Regiis & Colbertinis. ut *dicit* etiam male in Venetis edd. & Reg. Lep. Ovidius Lib. I. ex P. Ep. 8. 67. ex emendatione Heinſii,

Umbria nunc revocat: nunc rura Albana petentem
Appia ferventi ducit ab urbe rota.

Volſcus *anum* interpretabatur *aniculam praeſtigiatricem*. Beroaldus ſomniabat poëtam dicere velle, Cynthiam conſenuiſſe, dum jugiter ſpatiaretur per viam Appiam. *anus* eſt in Mentel. Borrich. Heinſiano, primo Leid. Voſſ. & meo. quomodo legendum contendit Markland. ad Stat. Lib. IV. Silv. 4. 163. ut *Appia anus* dicatur, quae

45. Scilicet umbroſis ſordet Pompeja columnis
Por-

quae *Appia anneſa* Statio. Heinſius vero ex veſtigiis illorum codicum, in quibus *anus* ſcribitur, *onus* corrigendum conjecerat, quod probat & exemplis adſtruit Broukhuſius, certus tamen, *locum in menda cubare*. Sed Vulpio frigida & coacta videtur haec conjectura Heinſiana, notatque Propertium vel ex ira vel nimia familiaritate *anum* vocare Cynthiam, quia veteribus non eadem fuit urbanitas, quae nobis, additque ſic hodie Venetis *mia vecchia* blanditiarum nomen eſſe, quo conpellentur puellae; quod tam frigidum & coactum eſt, ut nihil magis. eruditiſſimus Eldickius excogitaverat *Appia cur toties te via Tarracinam.* vide Antonini Itiner. p. 106. 107. & Pinedo ad Stephan. Byz. in h. v. Alia via loci hujus medicinam ſuſcepit eruditus Anglus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. I. pag. 106. qui non vulgari molimine refingere tentabat,

Appia cur toties te via Lanuvium?

deportat nempe, ex verſ. praeced. ut *ducit* ex interpretatione inrepſerit. neque haec emendatio nimium abit ab edita ſcriptura, nam in illis *via anum* latent fere veſtigia vocis *Lanuvium*, & egregie confirmari poteſt ex Lib. IV. El. 8. v. 14. & ſeqq.

Huc (Lanuvium) *mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis,*
Cauſſa fuit Juno, ſed mage cauſſa Venus.
Appia, dic, quaeſo, quoties te teſte triumphum
Egerit, effuſis per tua ſaxa rotis.
Turpis in arcana ſonuit quum rixa taberna:
Si ſine me; famae non ſine labe tuae.

ut legendum pro *famae non ſine labe meae.* ubi Lanuvium & Appia via etiam junguntur, & ex illa Elegia adparet cauſſa, cur iter hoc puellis cavendum ſuſciperent & Lanuvium peterent formae Romanae. Sed haec a vulgata lectione nimium recedere, &, quod Cynthiam ſuam *anum* hic adpellet poëta, aliis quidem exemplis Graecorum poëtarum, ex Anthologia Graeca deſumtis, hanc inurbanitatem excuſat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 18 & 19. qui tamen eo tandem inclinat, ut ſibi valde blandiri profiteatur Hadr. Relandi conjecturam, qua ille emendandum divinaverat,

Appia cur toties te via ducit? Amas.

vel *Amas?* cum interrogatione. neque diffiteri poſſum elegantem & ingenioſam eſſe hanc conjecturam, ut Cynthiae vagos amores exprobret, quibus plena erat Appia. hinc Appius Caecus, viae hujus munitor, de Q. Claudia apud Cic. pro M. Caelio cap. 14. *ideo ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie foedera ferires? ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte abuterere? ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares?* Saepius autem illud *Amas*, vel *Amo*, in fine pentametri quaſi ex formula ſimili acuminis elegantia poſt alia additur. ſupra El. VII. 35.

Illa tamen numquam ferrea dixit, Amo.

& frequenter apud Ovidium. Epiſt. V. 130.

Unde hoc compereris tam bene, quaeris? Amo.

Epiſt. XI. 34.

Prima mihi nutrix, Aeoli, dixit, Amas.

Epiſt. XVII. 88.

Orbe quoque in menſae legi ſub nomine noſtro,
Quod deducta mero litera fecit, Amo.

Lib. I. A. A. 738.

Ut qui te videat, dicere poſſit, Amas.

Rem. Am. v. 8.

Et ſi, quid faciam, nunc quoque quaeris? Amo.

nutrix Myrrhae Lib. X. Met. 408.

Atque ita conplectens infirmis colla lacertis,
Senſimus, inquit, Amas.

Ne quid tamen diſſimulem, illa eruditi Britanni emendatio magis mihi genium Propertianum, Relandiana vero Naſonianum potius referre videtur, praeſertim propter illam noſtri Eleg. octavam Libri IV. ex qua patet per viam Appiam puellas Romanas ſaepe Lanuvium petiiſſe, amorum cauſſa, qui locus optime antecedentibus adnectitur, & quo minus cum Relando illud *Amas* hoc in verſu nunc placeat, cauſſa eſt, quia hanc ſuſpicionem mox Cynthia indicat v. 51.

Falleris. iſta tui furtum via monſtrat amoris.
Non urbem, demens: lumina noſtra fugis.

adeoque bis idem diceret.

46. Por-

Porticus aulaeis nobilis Attalicis:
Et creber platanis pariter ſurgentibus ordo,
Flumina ſopito quaeque Marone cadunt.

46. *Porticus aulaeis nobilis Attalicis*] *Actaicis* in Borrich. primo D'Orvill. *Attaicis* Neapol. de hac Pompejana porticu ad deambulationes exſtructa praeter alios vide Hier. Mercurialem Lib. III. de Art. Gymnaſt. cap. 2. pag. 182.

47. *Et creber platanis pariter ſurgentibus ordo*] pro *creber* N. Heinſio placebat *celeber*. dein *pariter platanis* in duobus Leidd. tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. male. nam *creber pariter* ingratum ſonant, & *pariter ſurgentibus* jungenda ſunt. ut bene tranſpoſuit Douſa Fil. *urgentibus* in Regiis, Mentel. Groning, Neapol. primo Leid. Voſſ. quarto, uno D'Orvill. meo utroque, & priſcis edd. *planis urgentibus* in Excerpt. Scalig. Gebhardus ex priore Palatino adfert *platanis urgentibus*, & ex altero *platanis pariter urgentibus.* Quod autem Marklandus ad Statii Silvas pag. 242. hic *crebri horti* emendandum cenſeat, forte, quia *orti* in codd. MSS. pro *horti* ſolet ſcribi, unde *ordo* poſtea ſubſtitutum fuerit, id non inmerito refutat, & vulgatam optime vindicat D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 19—21. docuitque *ordinem* ſaepe dici de ſerie platanorum ordine ſatarum & diſpoſitarum, probavitque Patrui mei emendationem apud noſtrum Lib. III. El. 15. 15.

Ipſe ſeram vites, pangamque ex ordine caules.

48. *Flumina ſopito quaeque Marone cadunt*] Volſcus & Beroaldus hic argutantur reſpici ad Virgilium, qui in Eclogis ſub perſona Tityri ſe dormientem delectatum dicit aquarum ſuſurro, illo nimirum verſu Ecl. I. 56.

Saepe levi ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

neque minus nugabatur Ant. Perrejus, quum margini ed. Ald. adſcriberet, *Maronem dici pro quovis poëta meridiante ſub umbra arboris, ſunt enim propria poëtarum haec otia.* Turnebi expoſitionem, qui intelligebat ſtatuam Maronis vinitoris comitis expeditionum Oſiridis, poſitam in aquaeductu, qua ſaliebat aqua, probavit Paſſeratius, ſed rejecit Broukhuſius, laudato Scaligero, qui de Marone Peloponneſi flumine non longe ab Alpheo cogitaverat, praeſertim cum fluvii dormientium & conſopitorum habitu exhiberi ſoleant. quo referri poſſet Epigramma vetus editum Tom. I. Anthol. Lat. pag. 62.

Hujus Nympha loci, ſacri cuſtodia fontis,
Dormio, dum blandae ſentio murmur aquae.
Parce meum, quiſquis tangis cava marmora, ſomnum
Rumpere, ſive bibas, ſive lavere, tace.

Sed Maron ille Peloponneſi fluvius, ejuſque dormientis ſimulacrum huic loco parum convenire videbatur Marklando, qui editionis Graevianae margini adſcripſerat, legendum eſſe,

Flumina ſuſpenſo *quaeque* Anione *cadunt.*

Anio enim aeque ac *Anien* noſtro dicitur. ut Lib. III. 21. 23. *Hic Anio Tiburte fluis.* & Lib. IV. 7. 81. *Pomoſis Anio qua ſpumifer incubat arvis.* Horatius Lib. I. od. 7. 13.

Et praeceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis.

ſic ſaepe apud Frontinum de Aquaeductibus, alioſque, & hic praecedentibus locis aptius adjungitur. *ſuſpenſum* vero *Anionem*, ad aquaeductum nempe, interpretabatur ex loco Manilii Lib. IV. 265.

Et varios fabricare lacus, & flumina ficta,
Et peregrinantes domibus ſuſpendere rivos.

addideratque ſe fuſius hanc emendationem in notis adſtructurum. ingenioſa certe & palmaris videtur haec emendatio, quaeque firmari poſſet ex Lib. III. El. 4. 4. Tiburis etiam mentione praecedente,

Candida qua geminas oſtendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

ubi ſimiliter innuit Anienis aquam in lacus ſeu receptacula cum grato murmure ac ſuſurro cadentem. *ſuſpenſo* etiam adjuvari poſſet illo Rutilii Lib. I. Itin. v. 97.

Quid loquar aërio pendentes fornice rivos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?

vide illic Caſtalionis & Sitzmanni notas. ſic *ſuſ-*

cepta

Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe,
Quum ſubito Triton ore recondit aquam.
Falleris. iſta tui furtum via monſtrat amoris,
Non urbem, demens: lumina noſtra fugis.
Quo fugis, ah demens? nulla eſt fuga. tu licet uſque
Ad Tanaïn fugias, uſque ſequetur Amor.

Non

cepta crepidine balnea Statio Lib. I. Silv. 3. 43. ubi *ſuſpenſa* etiam legi poſſet. ad quem locum de ſuſpenſuris balneorum plura Gevartius Lib. I. Lect. Papin. cap. 26. *pendere* autem & *ſuſpendere* proprium de opere fornicato, vel ſaxis eroſis. Seneca Epiſt. XLI. *ſi quis ſpecus ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit.* cui ſimile illud Avieni Deſcript. Orb. V. 731.

—— ubi ſaxa dehiſcunt
Molibus exeſis, & curvo fornice pendent.

vid. Broukhuſ. ad Lib. III. El. 2. 28.

49. *Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe,*
Quum ſubito Triton ore recondit aquam.]

Ita recte pro *lymphis*, quod in plurimis eſt codd. edidit Broukhuſius. & paſſim hoc viri docti praeferunt. vide Bentlej. ad Horat. III. od. 13. 15. & Markland. ad Statii Silvas pag. 48. & ſeq. Heinſius autem legebat,

Et pariter Nymphis toto (vel *moto*) *crepitantibus orbe.*

vel *moto crepitantibus urna.* ut cinctus fingatur Triton a nymphis in orbem crepitantibus. apud Auctorem Copae v. 12.

Et crepitans rauco murmure rivus aquae.

ut in duobus Voſſianis. *ſtrepitans* in vulgatis, ubi tamen *trepidans* praeferendum videri, notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 713. Ovidius XI. Met. 604.

— per quem cum murmure labens
Invitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.

leviter crepitantibus nymphis, ut apud Horat. Epod. XVI. 48. *Leve crepante lympha deſilit pede* legit Cuningham. Anim. in Horat. Bentlej. cap. XIX. p 360. & hoc loco confirmat. altero verſu *recondit*, quod in pleriſque codd. & edd. vetuſtis, emittit, aperit, jaculatur, exponit Perrejus ad marg. ed. Ald. Scaliger capit pro contrario *τῷ condit*, probante Broukhuſio. & ſic Sciopp. ad Priapej. Carm. V. ſed *recludit* legitur in quinto Vaticano. *retundit* in Voſſ. tertio quod favet Heinſio *refundit* conjicienti, qui refert ad concham ori admotam, unde aqua proſilierit. vel legit *ſubito rore*, id eſt, cum Triton inflaret concham, etiam Nymphae inflabant. vide ejus notas Propertianas pag. 709. *refundit* etiam praefert Patruus meus ad Suet. Aug. c. 78. *Qui ſubito* Marklandus.

53. *Quo fugis, ah demens? nulla eſt fuga. tu licet uſque*
Ad Tanaïn fugias &c.]

novam Elegiam, antecedenti praepoſitam, hic faciunt multi codices, & editiones vetuſtae. *Quo fugis, o demens* in ſec. Vatic. *Quos fugis* Mentel. imitatur Virgil. Ecl. II. 60. *Quem fugis ah demens.* Lib. V. Aen. 741.

—— quo deinde ruis? quo proripis, inquit,
Quem fugis? aut quis te noſtris complexibus arcet?

ſic apud Valer. Fl. III. 270. *Quos fugitis?* ut illic pro *Quo* praetulerunt Interpretes, quia ſciebant *quo fugerent*, ſed quos amicos & hoſpites, ignorabant. & apud Silium Ital. XI. 177.

Quos fugitis? ſocios quoſve additis?

ubi vide notas. ſed hoc in loco *Quo fugis*, ut recte in ceteris MSS. praecedentia loca, in quae Cynthia ſeceſſerat, requirunt. imitatus eſt Janus Secundus, Lib. III. El. 14. 5. *Quo fugis, ah demens, mediis Aquilonibus anni* de interjectione vocis *demens* ad exprobrationem vide ad Lib. I. El. 8. init. & adde illud Quinctii Criſpini ad ingratum Campanum apud Valer. Max. V. 1. 3. *Quid agis, demens? aut quo te prava cupiditas tranſverſum rapit.* pro, *nulla eſt fuga*, in Excerptis Scaligeri, *nuſquam locus eſt; licet uſque.* & altero verſu pro *ſequetur* in Borrich. *redibit.*

Non, ſi Pegaſeo vectèris in aëra dorſo,
Nec, tibi ſi Perſei moverit ala pedes.
Vel, ſi te ſectae rapiant talaribus aurae:
Nil tibi Mercurii proderit alta via.

Inſtat

dibit. hanc vero ſententiam de Amore, veſtigia ſemper premente, quocumque inſtituatur fuga, non diſſimili elegantia expreſſit Paulus Silentiarius Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 47. pag. 597.

Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις,
Πτηνὸς Ἔρως πτηνῷ κεῖσε τάχει με φέρει.
Εἰ καὶ ἐς ἀντολίην πρὸς ὁμόχροον ἵξεαι Ἠῶ,
Πεζὸς ἀμετρήτοις ἕψομαι ἐν σταδίοις.

quod ſic interpretatus eſt Hugo Grotius:

Tu licet ulterius Meroën veſtigia ponas,
Illuc ales Amor me feret, ales Amor.
Seu loca viſis, ubi ſurgit tibi concolor Eos;
Inmenſis ſpatiis vel pedes ipſe ſequar.

& alio colore de Auguſto, licet extremas terras petente, gloriam tamen uſque eum ſecuturam, utitur Crinagoras Epigr. Graeco apud D'Orvillium in Siculis cap. IV. pag. 34. in hunc ſenſum Horatius Lib. I. od. 22. 21.

Pone ſub curru nimium propinqui
Solis in terra domibus negata;
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Seneca Epiſt. LXXXII. *Quid denique prodeſt ſeceſſiſſe, tamquam non trans maria nos ſollicitudinum cauſſae perſequantur. Quae latebra eſt, in quam non intret metus mortis? quae tam munita & in altum ſubducta vitae quies, quam non dolor territet?* & his veterum veſtigiis inſiſtens Janus Secundus Lib. II. El. XI. 13. & ſeqq.

Tu licet extremos properes bellator ad Indos,
Ad latus uſque tuum callidus ibit Amor.
Induet & galeam, ſuraſque includet in aere,
Et ſparget tenera tela cruenta manu.
Difficile eſt pugnare Deo: quo longius ibis,
Erronem tanto durius uret Amor.

ſimilia e Graecis, Italiſque, nec praeterito hoc Propertii loco, dedit Menagius ad Taſſi Amintam Act. II. Sc. 2. v. 151. p. 287. & ſeqq.

55. *Non ſi Pegaſeo vectèris in aera dorſo*] verteris in aliis codd. & edd. vetuſtis. *verteris in aere* apud Octavian. Mirandulam in Viridario Illuſtr. Poëtar. pag. 206. b. ſed *vecteris* in v. c. Perreji, Mentel. primo Neap. reliquis. idque probaſſe videtur Paſſeratius. *in aëre* perperam quoque in nonnullis MSS., & primis edd. quod male praetuliſſe & in contextu exhibuiſſe Broukhuſium, patebit ex Patrui mei notis ad Lucan. I. 587. *aëra* eſt in Colotiano, primo Vaticano, aliiſque. *vectere per aëra* Heinſius in notis p. 706. ſed *vecteris in aëra* recte ſe habet. conferendus hic locus cum illis Catulli Carm. LIII. v. 25.

Non ſi Pegaſeo ferar volatu,
Non Ladas ſi ego, pennipeſve Perſeus,
Non Rheſi niveae citaeque bigae. &c.

& Naſonis Lib. III. Triſt. El. 8. init.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus,
Nunc ego Medeae vellem frenare dracones.
Nunc ego jactandas optarem ſumere pennas,
Sive tuas, Perſeu, Daedale, ſive tuas.

57. *Vel, ſi te ſectae rapiant talaribus aurae*] *ſeptae* in Modii Excerptis, ſeu Groning. *ſeptem* in Mentel. & primo Leid. *ſectae talaribus aurae* ſunt fiſſae, ut Ovid. IV. Met. 666.

Et liquidum motis talaribus aëra findit.

Lib. II. Met. 159.

— — pedibuſque per aëra motis
Obſtantes findunt nebulas.

ut pro *ſcindunt* & illic, & Lib. IV. 717. *Sic celeri fiſſum praeceps per inane volatu Terga ferae preſſit*, recte emendarunt viri docti. *ſectae* autem *aurae*, ut Virg. IV. Aen. 257. de Mercurio:

Haud aliter terras inter coelumque volabat,
Litus arenoſum Libyae, ventoſque ſecabat.

ſic *ſectum puppibus aequor* Ovidio VII. Met. init.

Jamque fretum Minyae Pagaſea puppe ſecabant.

Claudianus praef. Lib. I. in Rufin. init.

Inventa primus ſecuit qui nave profundum.

rapiant

Inſtat ſemper Amor ſupra caput, inſtat amanti,
Et gravis ipſe ſuper libera colla ſedet.
Excubat ille acer cuſtos, & tollere nuſquam
Te patietur humo lumina capta ſemel.
Et jam ſi pecces, Deus exorabilis ille eſt,
Si modo praeſentes viderit eſſe preces.
Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas,
Et petere Hyrcani litora nota maris?
Spargere & alterna communes caede penates,

Et

rapiant pro *moveant* bene ex Regiis, Colbertinis, & primis editionibus praetulit Broukhuſius, quod a ceteris membranis firmatur. praeceſſit enim *moverit*.

59. *Inſtat ſemper Amor ſupra caput*, & ſeqq.] Forte melius interpungeretur,

Inſtat ſemper Amor, ſupra caput inſtat amanti.

ut in repetitione emphaſis major ſit. confer cum his duo Paulli Silentiarii Epigrammata, quae ex Anthologia Graeca produxi ad Lib. I. El. I. v. 4. pag. 7. ubi pluribus haec illuſtravi, & ad Lib. II. El. 9. 24. ſeq. verſu *At gravis* in cod. Heinſ.

61. *Excubat ille acer cuſtos, & tollere nuſquam* &c.] *numquam* in binis Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meo priore, & reliquis apud me codicum Excerptis, ac primis aliiſque vetuſtis edd. *nuſquam* edidit Broukhuſius ex Groningano, hac, ni fallor, ratione inductus, quia in praecedentibus locorum mutatio memoratur. *alter cuſtos* male in Palatino priore Gebhardi. *acer cuſtos*, ut apud Juſtin. Lib. XXXVIII. 9. *acrioribus cuſtodiis obſervari jubet*. ut in MS. pro *arctioribus*. Cic. X. ad Att. Ep. 16. *acerrime obſervabimur*. ut legendum, pro *obſervabimus*. apud Tacitum III. Annal. cap. 28. *acriora ex eo vincla, inditi cuſtodes*. ubi Pichena & Lipſius *artiora*. ſed praefero Heinſii emendationem, *artiora ex eo vincla indi, cuſtodes* &c. *induci*. ut XI. Ann. 1. in fin. *vincliſque inditis in urbem raptus*. Virgil. II. Aen. 146.

—— *manicas atque arta levari*
Vincla jubet.

63. *Et jam ſi pecces, Deus exorabilis ille eſt*] forte, *Sed jam ſi pecces. exorabilis ille* in meo primo. altero verſu *viderit ille* in Borrich. Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. meoque ſecundo. ſed recte *eſſe* in marg. ut in Neap. ceteriſque, nam *ille* in praeced. verſ. *praeſentis* in Mentel. uno D'Orv. & meo altero.

65. *Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas*] *Nunc jam* in Groning. ceteriſque codd. ſecundo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meo priore. & edd. antiqq. *Nunc tu* in ſecundo. *Nun* Mentel. *Num jam* Scalig. *Tunc ah dura* Heinſius *At dure* v. c. Paſſeratii. *At tu dura* in Colotiano, primo & quinto Vatic. *Non tamen inmerito* Neapolit. *Non jam, dure, paras* Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 7. pag. 134. ut ad illum, qui in militiam abire cogitabat, non vero ad Cynthiam haec referantur, ut ſupra v. 53. *Quo fugis ah demens?* dein *Phrygia* Mentel. & primus Leid. *Phryxeas ire per undas* conjecerat Marklandus in ora codicis ſui, ut apud Ovid. IV. Faſt. 278. de Cybebe Dea,

Illa ſui per aquas fertur tutiſſima nati,
Longaque Phryxeae ſtagna ſororis adit.

ſed nihil inmutari praeſtat. *ire per umbras* in primo D'Orvill. altero verſu pro *Hyrcani maris*, Janus Helvetius, inter eruditos ſodales olim mecum conjunctiſſimus, legendum arbitrabatur, *arcani maris*, Euxinum intelligens, quod *arcanum* vocari putabat, quia in ſinu Oceani remotiſſimo eſt. unde *vetitum mare* Senecae in Medea v. 758. *litora nota* Heinſio hic ſuſpecta videbantur, & *lata* conjecerat.

67. *Spargere & alterna communes caede penates*] ſic edidit Broukhuſius, quia inſuavis admodum ipſi videbatur eliſio *Spargereque alterna* &c. ut in MSS. codicibus & editionibus vetuſtioribus

Et ferre ad patrios praemia dira lares?
Nil agis: inſidias in me conponis inanes:
Tendis iners docto retia nota mihi.

Sed

bus habebatur. ita certe in primo Leidenſ., meo ſecundo, Askewiano, aliiſque codd. edd. Venetis, Reg. Lep. utraque Aldina, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovill. & pluribus. neque effugit hanc eliſionem Tibullus Lib. I. El. 3. 34.

Reddereque antiquo menſtrua tura lari.

quod tamen illic Broukhuſium non offendit. & ſua imitatione hoc in loco probavit P. Lotichius Secundus Lib. IV El. 5. 86.

Spargereque hoſtili pingue cruore ſolum.

ubi plura hujus generis notavi, & ad Lib. III. El. 20. 13. reſpicere hic videtur Propertius ad illud Virgilii IV. Aen. 21.

—— miſeri poſt fata Sichaei
Conjugis, & ſparſos fraterna caede penates.

quem imitatur Valer. Fl. II. 596. licet alio ſenſu,

—— iterum Aeolios Fortuna penates
Spargit, & infelix Scythicum gens quaeritis amnem.

ſed ubi recte notat Heinſius, aliud eſſe exſilio ſparſos penates, aliud ſanguine reſperſos. Marklandus ad oram ed. Graev. legendum adſcripſerat *Spargere fraterna communes caede penates.* indicato Euripidis loco in Medea v. 166. ubi illa de fratre ſuo Abſyrto occiſo, membris in via ſparſis,

Ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην
Αἰσχρῶς, τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν.

quae imitatus eſt Ovidius Ep. XII. 109. — 113. Hypſipyle apud eumdem Epiſt. VI. 129.

Spargere quae fratris potuit laniata per agros
Corpora.

Sed huc reſpici a Propertio non arbitror. pro *caede* N. Heinſius conjecerat *ſede*, ut *ſpargere penates* ſit dividere. Lib. III. El. 2. 11. *Hannibalemque lares Romana ſede fugantes.* pro *alterna* Guyetus *externa.* ſed forſan hi duo verſus alio ſpectant. *praemia magna* pro *dira* in Borrichiano, Heinſiano, meoque priore. *digna* in primo & tertio Voſſ. & Groning. Quae Broukhuſius de praetore Illyrico, & Cynthia veneficii accuſata, ſed non convicta, adnotavit rejecit Vulpius, locumque ex Scaligerana verſuum trajectione obſcuriſſimum longe aliter interpretatur, & haec verba refert ad tibiam v. 84. in praeliis adhiberi ſolitam, ubi *alterna* hujus & illius partis *caede* polluuntur penates: quae apud illum legi malim, quam hic operoſe diſcuti. Aquam enim mihi haerere, & tenebris denſis haec obſita eſſe profiteor, cum omnia in hac Elegia miſere turbata ſint. utriuſque vero tam Broukhuſii quam Vulpii adnotationes rejecit Cl. Schraderus Emend. pag. 134. & ſeq.

69. *Nil agis: — Tendis iners docto retia nota mihi*] *Nil agis* locutionem eſſe proverbialem de irrito conatu, ex Ciceronis loco notavit Broukhuſius. Terent. Adelph. 5. 8. 14. *nihil agis, fieri aliter non poteſt.* Ovidius III. Am. El. 4. 2.

Nil agis; ingenio quaeque tuenda ſuo.

Lib. II. Faſt. 807. de Tarquinio Lucretiae nequidquam obluctanti inſtante:

Nil agis: eripiam, dixit, pro crimine vitam.

& de Jano Nympham Granen obſervante Lib. VI. Faſt. 124.

Nil agis en. latebras reſpicit ille tuas.
Nil agis en, dixi.

Seneca Epiſt. XXIV. de Catone: *Nihil, inquit, egiſti, Fortuna, omnibus conatibus meis obſtando.* vel *obſiſtendo.* ut eſt in cod. Bibl. Amſtelaed. in Epigrammate Euphorbi de Cicerone Tom. I. Anthol. Lat. pag. 342.

Nil agis, Antoni: ſcripta diſerta manent.

ubi plura notavi. & hanc formulam illuſtravit Cel. Ruhnkenius ad Rutil. Lup. II. p. 120. mox pro *docto* Heinſius conjecerat *cauto.* ſed *docto* eſt rerum harum perito & prudenti. ſupra El. XXI. 30.

Credet & illa ſuo docta puella malo.

Ovidius III. Triſt. El. 4. 3.

Uſibus edocto ſi quidquam credis amico.

retia magna irrepſit in ed. Graevianam, quum tamen nihil varient membranae aut editiones veteres,

Sed de me minus eſt: famae jactura pudicae
Tanta tibi miſerae, quanta mereris, erit.
Nuper enim de te noſtras me laedit ad aures
Rumor, & in tota non bonus urbe fuit.
Sed te non debes inimicae credere linguae.
Semper formoſis fabula poena fuit.
Non tua deprenſo damnata eſt ſama veneno.

Teſtis

teres, ſed ſic Douſa Filius conjecerat, quod recte repudiavit Gebhardus. *vana* Heinſius.

71. *Sed de me minus eſt:*] *eſt* non comparet in Voſſ. quarto a man. pr. *minor eſt famae jactura* ex v. c. Scaliger edidit. *minus eſt* in Regiis, Colbert. & reliquis. ſed forte diſtinguendum,

Sed de me, minus eſt: famae &c.

de me, quod ad me adtinet, ut ſupra El. XIV. 33.

De me, mi certe poteris formoſa videri.

& El. XVI. 13.

De te quodcumque; ad ſurdas mihi dicitur aures.

cujus locutionis elegantiam illuſtrant, quae habentur in nota Gul. Canteri ad Cic. I. ad Fam. Ep. 2. pag. 11. & 12. Seneca Ep. LVII. *Non de me nunc loquor, qui multum ab homine perfecto abſum. minus eſt* eodem ſenſu apud Florum Lib. III. cap. 21. 4. *Minus eſt, quod apud Saeriportum & Collinam portam, ſeptuaginta amplius millia Sylla concidit.* Lib. IV. c. 1. §. 3. *totam denique rempublicam funditus tollere — aggreſſus eſt. Ipſe patricius. ſed hoc minus eſt.* deinde *famae & jactura* in Voſſ. quarto, & utroque D'Orvill. altero verſu *meretur* in Neapol. *mineris* Groning.

73. *Nuper enim de te noſtras me laedit ad aures Rumor,*] *laeſit* in Colotiano. *laeſerat* in D'Orvill. ſec. *noſtra me laedet* in meo ſecundo. notum illud Catulli,

Laedit te quaedam mala fabula.

ſupra El. V. 9. & ſeqq.

Me juvenum facies pictae, me numina laedunt &c.
Me laedit, ſi multa tibi dedit oſcula mater.
Me ſoror &c.
Omnia me laedunt.

Ovidius IV. Faſt. 307. *rumor iniquus Laeſerat. me venit ad aures* in quarto Voſſiano, & *mi* ſuperſcriptum a manu recentiori. ut conjecit Heinſius, vel *noſtras mi laeſerat*; qui etiam tentaverat, *noſtras qui laederet*: vel *noſtras ſe didit.* Guyetus *noſtras illudit*, & ſeq. verſ. *urbe fluit.* vulgatam lectionem agnoſcunt priſcae editiones. quamvis viros doctos offendiſſe videatur locutio, *rumor me laedit ad noſtras aures.* quam tamen ad Graecorum morem formatam notaverat Marklandus, adſcripto Sophoclis loco ex Philoct. circa fin. (v. 1445)

Πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἑρμαῖον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ,
Στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ.

vera ſine dubio & Propertio reddenda eſt codicis Groningani ſcriptura, *noſtras pervenit ad aures.* cui adſtipulatur illud *me venit* in Voſſiano. neque aliter hic legendum cenſuit elegantis eruditionis juvenis Jac. Ph. Wakkerus in Amoen. Liter. pag. 88. & hoc probavit Cl. Schraderus Lib. II. Emend. cap. 7. p. 136. atque Ovidii locis corroboravit: quibus adde illud ex Auctore Octaviae v. 273.

Quae fama modo venit ad aures,
Utinam falſo credita, perdat
Fruſtra toties jactata fidem.

ubi pro *credita* Patruus meus legebat *prodita.* altero verſu interpolatam lectionem *Rumpor enim* e Palatino producit Gebhardus. *Et rumor de te non bonus urbe fuit* male adfert Abramus ad Cic. pro Milon. cap. 16. p. 858.

75. *Sed te non debes inimicae credere linguae*] *tu* in omnibus fere MSS. & duobus Leidd. tribus Voſſianis, utroque D'Orv. & meis. neque aliter in antiquis edd. *te* a Scaligero eſt. quod probaſſe videtur Heinſius ad Silium Ital. XVII. 34. qui altero verſu conjecerat *fabula poena ſubit*, vel *poena ſua eſt.*

77. *Non tua deprenſo damnata eſt fama veneno*] Haec quoque ad Cynthiam veneficii poſtulatam, quum ex provincia cum praetore rediret,

Brouk-

Teſtis eris puras, Phoebe, videre manus.
Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumta eſt, non me crimina parva movent.
Iſta ſenes licet accuſent convivia duri,
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.
Illorum antiquis onerentur legibus aures:
Hic locus eſt, in quo tibia docta ſones;

Quae

Broukhuſius retulit, ſed rectius alii exponunt, indicari tantum Cynthiam a quocumque infamiae gravioris crimine inmunem fuiſſe, & puras habuiſſe manus. ut ſupra El. 12. 48.

Laeſerunt nullos pocula noſtra Deos.

Tibullus Lib. III. El. 5. 9.

Nec mea mortiferis infecit pocula ſuccis
Dextera, nec cuiquam tetra venena dedit.

ubi vide Broukhuſ. ſed longe alia interpretatione hunc locum illuſtravit Abramus ad Cic. pro Coelio cap. 29. qui putat Propertium hic reſpicere ad famoſam pyxidem Clodiae, ut philtris amatores ſibi devinciret, unde in tota urbe rumor etiam malus fuit; & hoc veroſimile facit, quia infra v. 101. ſequitur,

Haec eadem ante illam inpune & Lesbia fecit.

Lesbia autem a Catullo amata, fuit ipſa Clodia, quae poſt mariti Metelli mortem vitae diſſolutiſſimae ſe totam dedit, &, ut Catullus dicit, in quadriviis & angiportis magnanimos Remi nepotes glubere ſolebat.

78. *Teſtis eris puras, Phoebe, videre manus*] *teſtis erit* in Regiis, primo Leid. Voſſ. pr. D'Orvill. & meo. *vincere Phoebe manus* in v. c. Ant. Perreji, primo Vatic. *vivere Phoebe* in Colot. & Vatic. ſecundo. Guyetus conjecerat *Te ſcit enim puras Phoebus habere manus.* de ritu, quo Solem, omnia pervidentem, innocentiae teſtem vel vindicem, invocabant ſcelerum inſimulati. vide quae notata ſunt ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 241. & 692. ſeq.

79. —— *longo nox una aut altera luſu Conſumta eſt*]

luxu in libris melioribus eſſe notat Broukhuſius, cui id inpenſe placebat. ſic certe in Borrich. Groning. ſecundo Leid. primo & tertio Voſſ. altero D'Orv. & meo utroque. ut paſſim hae voces inter ſe confunduntur. Lib. IV. El. 4. 73.

Annua paſtorum convivia, luſus in urbe.

ubi *luxus* in D'Orvill. ſec. vide Drakenb. ad Livium I. 5. §. 2. ſupra Lib. I. 10. 9.

Non tamen a veſtro potui ſecedere luſu.

ubi *luxu* in MSS. hoc libro El. 7. 59.

Quin etiam multo duxiſti pocula luſu.

ut pro *riſu* alii legunt. vide illic notata. ſed *luſu* hic tuentur reliquae membranae cum Regiis & Colbertinis, ac vetuſtis edd. quod & praeferendum videtur.

82. *Nos modo propoſitum, vita, teramus iter*] *vite* in Heinſiano. an forte voluit librarius *rite.* ſed *vita* bene ſe habet. *iter* hic capiunt ut infra El. XXIV. 22.

Noctibus his vacui perficiamus iter.

ut emendandum illic notabo. Ex hoc loco recte viri docti apud Rutilium Lib. II. 62. legunt,

Carmine propoſitum jam repetamus iter.

83. *Illorum antiquis onerentur legibus aures*] *onerantur* in Neapolitano & meo ſecundo. *ornentur* in Modii Excerptis, ſeu Groningano, ſecundo Leid. & tertio Voſſ. ſed *onerentur* recte in reliquis, & edd. antiquis, in quibus hoc & ſequens diſtichon collocantur poſt v. 64.

84. *Hic locus eſt, in quo tibia docta ſones*] *ſonet* in Regiis, Menteliano, primo Leid. Voſſ. D'Orvill. ſecundo, meo utroque, & edd. priſcis. ſed *ſones* omnino legendum propter ſequens *nataſti.* confer illa Ovidii Lib. III. A. A. 505. de hac eadem fabula;

I procul hinc, dixit, non es mihi tibia tanti,
Ut vidit vultus Pallas in amne ſuos.

ut

Quae non jure vado Maeandri jacta nataſti,
Turpia quum faceret Palladis ora tumor.
Tyndaris externo patriam mutavit amore,
Et ſine decreto viva reducta domum.

Ipſa

ut bene correxit Heinſius, pro *non eſt*, & hoc Propertiano aliiſque locis firmavit. idem hic legebat, *in quem tibia docta ſones* in Notis ad Propert. p. 706. ex hoc verſu male *docta* mox repetitur in ſecundo D'Orvill. & Excerptis Scaligeri. *jacta* enim eſt projecta, ſeu *jactata*, ut Claudiano II. in Eutrop. 255.

Hic cecidit Libycis jactata paludibus olim
Tibia, foedatam quum reddidit umbra Minervam.

ubi male *cecinit* legendum putabat Livinejus in notis ad h. l. quod *jacta* ſatis refutat. vide illic notata Interpretum. & confer Ariſtotelis verba apud Guellium ad Virg. IX. Aen. 618. ubi, *φασὶ γὰρ, τὴν Ἀθηνᾶν εὑροῦσαν ἀποβαλεῖν τοὺς αὐλούς.* unde *jacta* etiam firmatur. ad illuſtrationem hujus loci praeter illos, quos laudavit Broukhuſius, non protrita contulerunt hic Livinejus, Chytraeus in notis ad Caſae Galat. p. 200. & 201. Markland. ad Statii Silvas pag. 292. & errorem Scholiaſtae Lucani in hac fabula notavit Oudend. ad Lib. IX. 353. cujus locum cum hoc Propertiano confer. dein mendoſae ſunt codicum & edd. veterum lectiones, in quibus *Menandri*, & *pallidus ora timor* exhibetur. *tumor*, aeque ac praec. verſu *jacta*, probatur ex verbis Hygini Fab. CLXV. hac eadem in re: *Juno & Venus cum eam* (Minervam) *irriderent, quod & caeſia erat, & buccas inflaret, foeda viſa* (forte *viſu*) *& in cantu irriſa, in Idam ſilvam ad fontem venit, ibique cantans in aqua ſe adſpexit, & vidit ſe merito irriſam, unde tibias ibi abjecit.*

88. *Et ſine decreto viva reducta domum*] *domum eſt* in Borrich. Neap. ſec. Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. ut in ed. Scalig. Paſſerat. Plantiniana, aliiſque. *Et ſine decreto eſt viva reducta domum* in Regiis, Askew. & Groning. ut in primis edd. & Beroaldi, Aldina utraque, Juntina, Colin. & Gryphii. adeoque Broukhuſius. ſolius Borrichiani & ſui codicis auctoritate *eſt* ejecit. *ſine decreto* Interpretes exponere videntur, Helenam ſine Ducum Graecorum ſuffragiis, quibus nihil inclementius in eam propter patriam maritumque relictum fuit ſtatutum, intercedente ſolo marito, incolumem in Menelai domum] reductam eſſe. ſed quia *decreti* vox pro judicum ſententia huic loco minus idonea videtur, licet apud Ovidium eo ſenſu dicatur Lib. II. Triſt. 131.

Nec mea decreto damnaſti facta Senatus,
Nec mea ſelecto judice juſſa fuga eſt.

ad mentem Propertii tamen hic longe adcommodatior eſt ingenioſiſſima Laur. Santenii conjectura, qua ex veſtigiis codicum, in quibus *ſine decreto eſt* legitur, ſubſtituendum exiſtimabat,

Et ſine dedecore eſt *viva reducta domum.*

quod vel unice confirmatur ex ſequentibus, ubi de Venere,

Ipſa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus *in coelo ſemper* honeſta *fuit?*

Menelaum enim, poſtquam nuptam ademtam receperat, cum ea reconciliatum fuiſſe, probabat ex eleganti deſcriptione illius reditus a Troja apud Sabinum Epiſt. I. 107. & ſeqq.

Felix Pliſthenide, quacumque in ſorte fuiſti
Conjuge cum cara; non gravis illa fuit.
Seu venti fecere moras, ſive aequora vobis,
Ad nulla eſt veſter damna retentus amor.
Oſcula nec venti certe tenuere nec undae:
Promtaque in amplexus brachia ſemper erant.

non moverat igitur Menelaum, quod ſuas noctes Helena cum Paride conſumſerat, ut Cynthiae non minus commodum ſe fore hac Elegia promittit Propertius. male autem Vulpius praeced. verſ. *patrium* legebat, hac ſententia *patrium amorem externo mutavit.* auget enim rei invidiam, & patriam & lectum conjugalem externo amori poſtponere.

Ipſa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus in coelo ſemper honeſta fuit?
Quamvis Ida Parim paſtorem dicat amaſſe,
Atque inter pecudes adcubuiſſe Deam.
Hoc & Hamadryadum ſpectavit turba ſororum,

Sile-

89. *Ipſa Venus, quamvis corrupta libidine Martis, Num minus in coelo* &c.]

fertur corrupta in Neapol. altero verſu revocavi veram lectionem *Num minus*, ut recte in prima editione dederat Broukhuſius, pro quo male *Nunc minus* in altera, licet ſic in ſec. Leid. primo & tertio Voſſ. uno D'Orv. & meo utroque. *Non minus* in primo, ſecundo, & quinto Vatic. & Ant. Perreji cod. *Nec minus* in vetuſtioribus edd. ſed ubique fere elegans haec locutio *Num minus* fuit vitiata, ſuppoſitis ſimilibus ſcripturis. de quo plura ad h. L. El. XVIII. 29. & ad Lib. IV. El. XI. 13. locum hunc cum Euripideis contulit Cel. Valckenarius ad Hippol. v. 451. pag. 216.

91. *Quamvis Ida Parim paſtorem dicat amaſſe, Atque inter pecudes adcubuiſſe Deam*]

Quamvis te Ida Pari v. c. Ant. Perreji, Colotianus, & ſecund. Vatic. unde mendum latere ſuſpicabatur Heinſius. nam quod ad Oenonen referant Interpretes, ei diſplicebat, quae *Dea* minus recte adpelletur, cum Nympha fuerit, Cebrenis fluvii filia. vide Heinſ. ad Sabin. Epiſt. III. 89. Itaque ad Venerem, quae in Ida Anchiſen amaverit, reſpici putabat, conjectabatque *Quamvis Dardanium*, vel *Idaeum*, *paſtorem*. eum vide in notis ad Propert. pag. 709. Sed quid fiet τῷ *dicat*, quo enim illud referri ſic poterit? ſi *Dardanium*, vel *Idaeum paſtorem* admittamus, ſubſtituendum eſſet,

Quamvis Ida novum paſtorem dicat amaſſe.

ut *novum paſtorem* vocet Anchiſen, oppoſitione Paridis, qui in Ida monte arbiter Dearum ſedit, & *Parim* librariis ſuggeſſerit Idae mentio, ideoque *novum paſtorem* ex gloſſa marginali explicuerint *Parim*. hinc *Phrygen* conjecerat Cl. Schraderus, ut Paris apud Ovidium Epiſt. XVI. 201.

Phryx erat Anchiſes, volucrum cui mater Amorum
Gaudet in Idaeis concubuiſſe jugis.

de illo Veneris & Anchiſae coitu in monte Ida, ex quo Aeneas progenitus, ſic Apollodorus Lib. III. Bibl. cap. 12. §. 2. in fine. ᾧ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Ἀφροδίτη συνελθοῦσα, Αἰνείαν ἐγέννησε. & forſan Propertius in animo habebat illud Homeri Iliad. B. 820.

Αἰνείας, τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη
Ἴδης ἐν κνημοῖσι, θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Ida autem Venerem *dicat* amaſſe paſtorem, *proteſtetur*, non male exponunt Volſcus & Paſſeratius, eo ſenſu, quo Lib. I. El. 20. 4.

Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.

ubi vide. Certe ad Venerem *Deam*, non ad Oenonen, haec referenda, & forſan reſpexerit illa Theocriti Idyll. I. 105.

Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν.

& Idyll. XX. 34.

Οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ,
Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν.

Haec Heinſianae conjecturae ſuffragari poſſent. ſed falſam eſſe ejus opinionem, *Nymphas* non poſſe *Deas* dici, cenſebat Cel. Ruhnkenius, idque plurimis veterum locis refelli, & monumentis antiquis, in quibus ſaepe DEAE NYMPHAE occurrunt. ut apud Reineſ. pag. 193. & 221. in lapide apud Muratorium pag. LXXXVII. 1. DEABVS NYMPHIS. & Servium ad Virgil. I. Aen. 72. qui Nympham Deïopeam *Deam* vocat. adeoque Parin hic intelligendum & a conjecturis abſtinendum arbitrabatur. ſeq. verſu *Huicque inter pecudes* conjecerat Heinſius, dura eliſione. *adcubuiſſe* ſimpliciter dictum forte ei diſplicebat, quod tamen apud noſtrum non ſine exemplo eſt. vid. ad Lib. I. El. 3. 3. & ſupra ad El. XXIII. 31.

93. *Hoc & Hamadryadum ſpectavit turba ſororum*] *Hoc etiam* in primo D'Orvill. & Askew. *Amadriadum* in Borrich. & meo utroque. *ſpectarit* correxerat Marklandus. *dearum* pro *ſororum* in

Silenique ſenes, & pater ipſe chori.
Cum quibus Idaeo legiſti poma ſub antro,
Subpoſita excipiens, Nai, caduca manu.
An quiſquam in tanto ſtuprorum examine quaerit,
Cur haec tam dives? quis dedit? unde dedit?

O

in Borrichiano, Heinſii, & meo priore. in primis vero editionibus totum hoc diſtichon ſic olim edebatur,

Hoc & hamadriadum ſpectabit turba ſororum,
Sillenique ſenis: & pater ipſe tori.

& ſic etiam in codd. Regiis. *eſſe chori* in Borrich. *Sollenuſque — tori* in Askew. *pater chori* eſt Bacchus ἀρχίχορος. vide ſupra ad El. XXIII. v. 33.

95. *Cum quibus Idaeo legiſti poma ſub antro,*
Subpoſita excipiens, Nai, caduca manu]

Num minus Idaeo legiſti conjecerat Marklandus, eamque certiſſimam eſſe reſtitutionem adſcripſerat. mihi certe ea valde etiam blanditur, propter venuſtiſſimam repetitionem e praecedentibus,

Ipſa Venus, quamvis corrupta libidine Martis,
Num minus in coelo ſemper honeſta fuit?
Quamvis Ida Parim &c.
Hoc & Hamadryadum ſpectarit, non *ſpectavit*, & ſeqq.
Num minus Idaeo legiſti poma ſub antro,
Subpoſita excipiens, Nai, caduca manu.

amant enim poëtae elegantem illam rogationis formulam *Num minus* iterare. unde ſupra El. XVIII. 30. ex MSS. praetuli,

Num fugere minus Theſſala tela Phryges?
Quid? ferus! Andromachae lecto quum ſurgeret Hector,
Bella Mycenaeae num timuere rates?

hoc eſt, *num minus timuere*. vide ad Lotich. pag. 390. mox *referes* pro *excipiens* in Excerptis Scalig. *Naica dona* in Regiis, Voſſianis tribus, utroque D'Orv. meis, & ceteris fere omnibus membranis ac vetuſtis edd. *accipies Naica dona* in Askew. *exceperas* monſtroſo vitio in ed. Graevii nomen venditante. *Naica dona* Volſcus & Beroaldus exponunt poma & flores, quae legere amant Naïdes, & a Paride acceperat Oenone. *ſub antro*, pro, in antro, vel ad radices montis Idae. quem loquendi modum abunde illuſtrant Patrui mei notae ad Ovid. I. Met. 689. *ſubpoſita manu*, ut Lib. I. El. 15. 36.

Ut tibi ſuppoſitis exciderent manibus.

quod autem Lipſius Lib. III. Antiq. Lect. pag. 162. *legere poma* hic ſenſu obſcoeniore exponat, ut μηλοβολεῖν Graecis, acumen a poëtae mente alienum arbitror. Sed Scaliger, probante Livinejo, emendavit *Nai, caduca*, & per *Naida* etiam Oenonen intelligit, ut & Paſſeratius. in nonnullis MSS. *Naïca diva*, unde *Nai, cadiva* conjecerat Heinſius. ut *poma cadiva* apud Plinium Lib. XV. 16. & 17. ſed *caduca* pro cadentia poſuit, vel *caduca* exponi poſſunt matura, ut legantur. ut in Epigrammate veteri,

Poma ut in arboribus pendant, ſic corpora noſtra
Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

poma hic ſub antro Idaeo lecta memorantur, quia Ida mons arboribus variis conſitus erat. Ceterum quod per *Naida* plerique Interpretes intelligant Oenonen, inde factum, quia v. 91. de ea intellexerunt, quem locum ad Venerem, quae cum Anchiſe in jugis Idaeis concubuit, ab aliis referri, ſupra notavi, ideoque, quia hoc in verſu *Naica* adjectivum forte ſine exemplo eſt, & *diva* in nonnullis codd. legitur, forſan deleta voce *Nai*, emendari poſſet,

Subpoſita excipiens, diva, *caduca manu.*

ut dicatur Venus cum Anchiſe in Ida monte poma ab arboribus cadentia legiſſe, ab Anchiſe ipſi donata. Venerem enim hic *Naida* dici abſonum eſſet. ſed ſervari poteſt, ſi de Oenone capiatur, quae *magno de flumine edita nympha* fuit, & ad quam ſpectant *Hamadryades ſorores*, ſeq. verſu memoratae. Scaligeri igitur conjecturam *Nai, caduca* probandam exiſtimabat etiam amiciſſimus L. Santenius.

98. *quis dedit*] *quid dedit* in primo D'Orvill. an *qui dedit*? praecedenti verſu *ſuperorum* in marg. Voſſ. quarti. *ex agmine* in meo uno, aliiſque MSS. & primis edd. unde P. Francius, *An quiſquam tanto ſtuprorum ex agmine.*

99. O

O nimium noſtro felicem tempore Romam,
Si contra mores una puella facit.
Haec eadem ante illam inpune & Lesbia fecit.
Quae ſequitur, certe eſt invidioſa minus.
Qui quaerit Tatios veteres, duraſque Sabinas,
Hic poſuit noſtra nuper in urbe pedem.
Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos,
Altaque mortali deligere aſtra manu:

Quam

99. *O nimium noſtro felicem tempore Romam, Si contra mores una puella facit*] *nimium felicem* pro *feliciſſima* recte exponit J. Arntzen. ad Aurel. Vict. Epit. cap. 48. 11. & vid. Bentlej. ad Lucan. III. 215. ubi corrigit,

Et felix, ſic fama, nimis, prunoſa Damaſcus.

an hunc forte locum in animo habuit Rutilius, initio Itinerarii, de Roma:

O quantum, & quoties, poſſim numerare beatos,
Naſci felici qui meruere ſolo. & ſeqq.
Felices etiam, qui proxima munera primis
Sortiti, Latias obtinuere domos.

contra mores facere illuſtrat Pricaeus ad Apulej. VII. Met. pag. 391.

101. *Haec eadem ante illam impune & Lesbia fecit*] *ante illam jam impune* inſeritur in ſecundo Leid. primo & tertio Voſſ. forſan non male. licet hiatum hic praetulerit Broukhuſius. ſed inprobante, & alterum praeferente Cl. Schradero Emend. p. 136. & ſeqq. in Excerptis Scaligeri, *Haec impune ante illam, impune & Lesbia fecit.* ad Claudiae, ſub Lesbiae nomine a Catullo amatae, libidines haec referre Abramum, ſupra notavi ad h. El. v. 77.

103. *Qui quaerit Tatios veteres, duraſque Sabinas, Hic poſuit* &c.] *queritur* perperam in ſecundo Leid. & altero D'Orvill. *Tacios* in MSS. unde vitioſe *tacitos* in Neap. & Askew. deinde *duroſque Sabinos* in ſecund. Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, primis aliiſque vetuſtioribus edd. quod defendi poſſet ex Virg. II. G. 532.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus & Frater.

Druſoſque Sabinos in marg. tertii Voſſiani. ſed *duras Sabinas* emendavit N. Heinſius ad illud Ovidii II. Am. 4. 15.

Aſpera ſi viſa eſt, rigidaſque imitata Sabinas.

& in notis Propertianis p. 710. ſic infra v. 117.

Quod ſi tu Grajas, ſeu ſis imitata Sabinas.

ut in nonnullis edd. pro *Latinas*. Ovid. III. Am. 8. 61.

At nunc exaequet tetricas licet illa Sabinas.

paſſim vero a morum ſeveritate *Sabini* laudantur. vid. Abram. ad Cic. in Vatin. cap. 15. circa fin. pro *Tatios veteres* Cl. Schradero Lib. I. Obſerv. cap. 7. reponendum placebat *Latias veteres*, ut in fine huj. Eleg. *Grajas* & *Latinas* conjungit: cujus ſententiae confirmandae nonnulla contuli ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 479. Statius Lib. III. Sylv. 5. v. 45.

Qui veteris Latii, Grajiſque Heroïſin aequa es.

ut legit Heinſ. ad Ovid. V. Triſt. 5. 43. pro vulgato,

Qui veteres Latias, Grajaſque heroïdas aequas.

Latias tamen ſimpliciter poni pro *Latinas*, non addito ſubſtantivo *matronas*, *heroidas*, vel ſim. ut in loco Statii, vellem exemplis veterum firmari. mox in Regiis & Colbertinis etiam *pedem* non *locum*, licet pro varia lect. in iiſdem *ſedem*, metro reluctante. ſed *pedem* in ceteris omnibus codd. & primis aliiſque vetuſt. edd. quod recte tuetur Broukhuſ. *Qui poſuit* in uno Colbert. *Hac poſuit* in primo & tertio Voſſ.

106. *Altaque mortali deligere aſtra manu*] Conjeceram *deripere.* ut apud Tibull. Lib. I. El. XI. 60. *e coelo deripit ille Deos.* & Horat. Epod. V. 46. *Lunamque coelo deripit.* ſed *deligere*

Quam facere ut noſtrae nolint peccare puellae.
  Hic mos Saturno regna tenente fuit:
Et quum Deucalionis aquae fluxere per orbem,
  Et poſt antiquas Deucalionis aquas.
Dic mihi, quis potuit lectum ſervare pudicum?
  Quae Dea cum ſolo vivere ſola Deo?
Uxorem quondam magni Minois, ut ajunt,
  Corrupit torvi candida forma bovis.
Nec minus aerato Danaë circumdata muro,
  Non potuit magno caſta negare Jovi.
Quod ſi tu Grajas, ſeu ſis imitata Latinas:

Sem-

gere ſuum ſervet locum, ut *deligere roſam* Ovidio Epiſt. IV. 30.

Et tenui primam deligere ungue roſam.

Horat. Lib. II. Sat. 8. 32.

Poſt hoc me docuit melimela rubere minorem
Ad Lunam delecta.

vide Graev. ad Cic. in Vatin. cap. 14. & Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. 189.

108. *Hic mos Saturno regna tenente fuit*] *Is mos* in meo ſecundo aliiſque codd. & prioribus edd. ſed *Hic mos* in uno Colbert. Borrich. Colot. primo & ſec. Vatic. Neap. Groning. ceteriſque. *His* in D'Orv. altero. imitatus videtur Ovidius Epiſt. IV. 131.

Iſta vetus pietas, aevo moritura futuro,
Ruſtica Saturno regna tenente fuit.

110. *Et poſt antiquas Deucalionis aquas*] *At poſt* in meo priore. optime Marklandus correxerat,

Et poſt antiqui Deucalionis aquas.

ut ſupra h. El. v. 18.

Et canere antiqui dulcia furta Jovis.

& IV. El. 4. 2. *antiqui limina capta Jovis.* illum vide ad Statii Silvas, & quae ſupra notavi ad El. XIX. 47. Janus Douſa P. in notis pag. 135. interpungendum judicabat,

Et poſt antiquas Deucalionis aquas
Dic mihi, quis potuit &c.

ſenſu in ſequens diſtichon continuato, quod tamen hic neceſſarium non videtur. neque opus eſt cum Vulpio corrigere, *At quum Deucalionis aquae.* ſeq. verſ. *quis potuit*, Deus nempe. locum hunc cum Euripideis confert Valckenarius ad Hippol. v. 451.

114. *Corrupit torvi candida forma bovis*] *Corripuit* Perreji, Colotii, & Scaligeri codex, primus & ſecund. Vatic. quartus Voſſ. alter Leid. in marg. & Askew. *Corrumpit* in primo Voſſ. & ſecundo D'Orv. ſed *Corrupit* in reliquis, & meo priore. idque recte praefert Heinſius. ſupra h. Eleg. v. 89.

Ipſa Venus quamvis corrupta libidine Martis.

infra El. XXV. 69.

Utque decem poſſint corrumpere mala puellam.

Lib. I. El. 8. 21.

Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae.

ubi vide quae notavi.

116. *Non potuit magno caſta negare Jovi*] *clauſa* Francius, ut in ſuo libro conjecerat etiam Broukhuſius, ſed quod in notas non retulit. *manere* Livinejus. perperam. *negare* enim hac in re proprium. vid. ad Lib. I. El. 9. v. 22.

117. *Quod ſi tu Grajas, ſeu ſis imitata Latinas*] hanc lectionem Propertio reddidi, licet eam inficetis correctoribus deberi notet Broukhuſius. Fatendum quidem in Excerptis Scalig. Borrich. Neap. Groning. Leidenſi ſecundo, tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. & meo

Lll 3 priore,

Semper vive meo libera judicio.

ELEG.

priore, ut & in primis edd. Venetis, & Reg. Lep. legi, *tuque es imitata.* quod ex Palatinis & Commeliniano etiam profert Gebhardus. ſed jam correctum fuit hoc vitium in Volſci, Beroaldi, utraque Aldina, Juntina, Colinaei, Gryphii, Rovillana, aliiſque edd. in quibus excuſum inveni *ſeu ſis imitata.* & mallem cum Heinſio,

Quod ſeu tu Grajas, ſeu ſis imitata Latinas.

mitata in ſecundo Leid. & duobus Voſſianis. an forte voluit deſcriptor *mirata*? certe *es mirata* hic praefert Cl. Schraderus Emend. VII. p. 140. Francius conjecerat, *Seu tu ſis Grajas, ſeu ſis imitata Latinas.* vel, *Tu, ſeu ſis Grajas* &c. Merito autem lectionem illam *ſive es imitata*, vel *ſeu es*, genuinam eſſe dubitavit magnus Voſſius Lib. II. de Art. Gram. cap. 31. pag. 290. & nollem Broukhuſius, callentiſſimus rei poëticae arbiter, eam defendiſſet, Scaligeri editionem ſecutus, ut *es* ſequente vocali producatur. Defendit autem uno loco Albinovani Eleg. ad Liviam v. 379.

Nata quod es alte, quod foetibus aucta duorum.

& exemplo Petri Bembi e recentioribus, additque, *magnos ſaepe poëtas ſic migrare canones Grammaticorum.* ſed Albinovani locus controverſae lectionis eſt. & melius illic in aliis edd. *Nata quod en alte es*, &c. quod recepit Patruus meus, & Broukhuſio adſenſum negavit. nam in eodem Epicedio corripitur v. 99. *Raptus es abſenti* &c. neque exemplum Bembi, poëtae quamlibet eximii, ſed recentioris, & corruptas editiones veterum poëtarum ſecuti, magnum huic licentiae addit auctoritatis pondus. Liceat igitur mihi huic unico, ſed vitiato, Albinovani loco, ne res in exemplum eat, opponere loca veterum, qui conſtanter corripiunt ante vocalem. Ovidius Epiſt. I. 41.

Auſus es o nimium, nimiumque oblite tuorum.

Epiſt. VII. 7. & 9.

Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Dido,
Atque idem venti &c.
Certus es, Aenea, cum foedere ſolvere naves.

Epiſt. IX. 114.

Sed tua, tuque feri victor es, illa tui.

Epiſt. XVIII. 171.

Hic es, & exiguum miſero contingis amanti.

& ſaepius alibi. nam correctores inficeti corruperunt locum ex Lib. II. Triſt. 175. ubi in nonnullis MSS. legitur, *Dimidioque tui praeſens es & adſpicis urbem, Dimidio procul es.* pro *praeſens hanc adſpiciis urbem.* & Lib. XIII. Met. 340. perperam quoque in uno Heinſii codice, *Fortis ubi es Ajax.* pro *eſt.* Tibullus Lib. I. El. 10. v. 53.

At te, qui puerum donis corrumpere es auſus.

& v. 78.

Blanditiaſne meas aliis tu vendere es auſus.

apud Statium Lib. I. Sylv. 1.

——— quem tradere es auſus
Pellaeo, Lyſippe, duci.

in Priapejis Ep. 70.

Haec es ad arrectos verba locuta procos.

& apud Martialem Lib. II. Ep. 4. aliisque in locis. Recte igitur Carrio ad Valer. Fl. VII. 291. inprobat nonnullorum emendationem apud noſtrum Lib. II. 9. 18.

Si puer es, alio trajice tela tua.

pro, *Si pudor eſt.* ubi vide. pro *Latinas* in Douſarum aliiſque editionibus *Sabinas.* quod derivatum ex v. 103. hujus Eleg. *Latinas* tuentur membranae veteres cum primis & vetuſtioribus edd. & ſic codices Palatini apud Gebhardum.

ELEG. XXIV.

Triſtia jam redeunt iterum ſollemnia nobis:
Cynthia jam noctes eſt operata decem.
Atque utinam Nilo pereat quae ſacra tepente
Miſit matronis Inachis Auſoniis.
Quae Dea tam cupidos toties diviſit amantes,
Quaecumque illa fuit, ſemper amara fuit.
Tu certe Jovis occultis in amoribus, Jö,
Senſiſti, multas quid ſit inire vias.
Quum te juſſit habere puellam cornua Juno,

IO. Et

ELEG. XXIV.] DE ISIDE AEGYPTIORVM DEA inſcribitur in Borrichiano, & meo priore. primo verſu male *redeant* Guyetus.

v. 3. *Atque utinam Nilo pereat quae ſacra tepente* &c.] *Atque utinam pereat Nilo*, praeter codices a Broukhuſio memoratos, etiam eſt in quinto Vaticano, ſecundo Leid. tertio & quarto Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. & meis. *pereant* in Neapol. *Atque utinam pereat, Nilo quae* &c. Heinſius. ſed ita ut edidit Broukhuſ. praefert D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 22. quia haec trajectio verborum, ut ait, verſum adtollere videtur. *repente* male in Palat. & Commelin. apud Gebhard. *tepenti* quint. Vatic. *tepens Nilus* propter ferventiſſimum Solis ardorem in Africa. vid. Drakenb. ad Silium VI. 289. *Auſit* in uno D'Orv. *Inachus* in Borrich. & meo utroque. *ſacra Iſidis*, quibus operata erat Cynthia, hic intelliguntur, quae *Iſiacae ſacraria lenae* vocat Juvenalis Sat. VI. 488. illa vero ſaepe in praetextum adripuiſſe puellas, quo minus amatoribus ſui copiam facerent, patet ex Lib. IV. El. 5. 34.

Denique ubi amplexu Venerem promiſeris emto,
Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies.

vide ad huj. Lib. El. XV. 10. & ſic eadem haec Iſidis ſacra innuit ſupra El. XXI. in fine:

Redde etiam excubias divae nunc, ante juvencae,
Votivas noctes & mihi redde decem.

ex quo loco patet, praeced. verſu male in Vaticano quinto, & ſecundo D'Orvill. legi, *noctes eſt operata novem.* de ſacris vero Iſiacis Romae receptis, ejectis, ac poſtea reſtitutis vide Matth. Aegyptium ad S. C. de Bacchanalib. pag. 83. & ſeqq.

5. *Quae Dea tam cupidos toties diviſit amantes*] *jam* Paſſeratius. mox *ſemper iniqua fuit* in margine Voſſ. tertii.

8. *multas quid ſit inire vias*] *obire* Francius. nec inprobo. ſic de eadem Jo Ovidius Epiſt. XIV. 101.

Per mare, per terras, cognataque flumina curris,
Dant mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quae tibi cauſſa fugae? quid Jö freta longa pererras?

hinc *vaga Jo* Horatio in A. P. v. 124. ſupra de Ino El. XXI. v. 21.

Ino etiam prima terras aetate vagata eſt.

Jüs autem fabula omnibus nota, & ab Ovidio copioſe deſcripta eſt in illa Hypermneſtrae Epiſtola. ſed in vaſto poëtarum veterum naufragio interiit Calvi Jö, ex qua verſum hunc, *Ah virgo infelix, herbis paſceris amaris*, adfert Servius ad Virg. Ecl. VI. 47.

9. *Quum te juſſit habere puellam cornua Juno*] ita conſtanter in codd. & edd. vetuſtis. Numerus tamen hujus verſus offendiſſe videtur N. Heinſium, qui verba ſic tranſponebat,

Cornua quum Juno te juſſit habere puellam.

ſed

Et pecoris duro perdere verba ſono.
Ah quoties quernis laeſiſti frondibus ora:
  Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis.
An quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram
  Jupiter, idcirco facta ſuperba Dea es?
An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis?

Cur

ſed alterum Propertii auribus magis placuiſſe alia docent exempla. ſupra El. I. huj. Lib. v. 53.

Si mihi ſint tangenda novercae pocula Phaedrae.

quod ſuo judicio praetulit, non autem,

Pocula ſi Phaedrae mihi ſint tangenda novercae.

Lib. III. El. 4. 25.

Non me moribus illa, ſed herbis inproba vicit.

quod longe magis artificioſo numero ſingultantis puellae adfectum exprimit, quam ſi ſcripſiſſet, ut alii, verſum ſine caeſura elumbem exiſtimantes, tranſpoſuerunt, ſed inprobante Broukhuſio,

Inproba non vicit me moribus illa, ſed herbis.

quod tamen eidem Heinſio etiam placuit in notis Propertianis p. 719. id enim aptius conveniret puellae vehementi ira concitatae. Lib. IV. El. 7. 5.

Quum mihi ſomnus ab exſequiis penderet amaris.

ut recte Broukhuſius, quum antea ederetur,

Quum mihi ab exſequiis ſomnus penderet amaris.

& El. 8. 63.

Cynthia gaudet in exuviis, victrixque recurrit.

quem numerum Propertio idem Broukhuſius bene reddidit, ſic a librariis mutatum,

Cynthia in exuviis gaudet, victrixque recurrit.

haec & alia loca, in quibus numeros Propertio probatos tranſpoſitionibus vel emendationibus intempeſtivis ei eripuerunt nonnulli, produxi olim in notis ad Lotichium p. 266. 267. & vide quae notavi ad Val. Catonis Diras v. 31. Tom. II. Anth. Lat. p. 656. Miror igitur Broukhuſium, qui loca modo indicata recte vindicavit, alium verſum ex hoc Libro El. 2. v. 3.

Vix unum potes infelix requieſcere menſem.

vocibus tranſpoſitis molliorem reddere voluiſſe,

Vix potes infelix unum requieſcere menſem.

vid. ſupra ad Lib. I. El. 7. 4. ubi Douſa quoque pentametrum vere Propertianum, *Sint modo fata tuis mollia carminibus*, ſuaviorem fore judicaverat, ſi legeretur,

Sint modo carminibus mollia fata tuis.

eodem modo Scaliger corrupit verſum Tibulli Lib. II. El. 6. 22.

Bellica quum dubiis roſtra dedit ratibus.

quem concinniorem fore judicabat ex ſuis Excerptis reponendo,

Quum tribuit dubiae bellica roſtra rati.

nimia certe mutatione, qua *tribuit* pro *dedit*, & *dubiae rati*, pro *dubiis ratibus*, ſubſtituit. minori molimine potuiſſet, iiſdem Tibulli verbis retentis, tranſpoſuiſſe,

Quum ratibus dubiis bellica roſtra dedit.

ſed ejuſmodi emendationibus, vel potius corruptelis, ipſorum poëtarum genio vim fieri patebit ex egregia ad illum locum Broukhuſii obſervatione, lectu digniſſima illis, qui numerorum poëticorum artificium capiunt.

12. *Manſiſti ſtabulis abdita paſta tuis*] *Manſiſti & ſtabulis* Heinſius. ſed repetendum ex verſu praeced. *Ah quoties* multis adſtruit Broukhuſius. dein *abdita vacca* conjecerat Marklandus. quod amplector. Hunc forte locum in animo habebat Statius Lib. III. Sylv. 2. 101.

Iſi, Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris,
Nunc Regina Phari, numenque Orientis anheli.

15. *An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis*] *fuſis* vitioſe in codd. Regiis, primis edd. & Volſci, qui *nigris* tamen in notis exhibet, & expo-

Cur tibi tam longa Roma petita via?
Quidve tibi prodeſt viduas dormire puellas?
Sed tibi, crede mihi, cornua rurſus erunt.
Aut nos e noſtra te, ſaeva, fugabimus urbe.
Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.
At tu, quae noſtro nimium placata dolori es,

Nocti-

exponit, *Aegyptii ſolis ardore fuſci.* infra Lib. IV. El. 6. 78.

Cepheam hic Meroën fuſcaque regna canat.

& hinc *Andromede*, natione Aethiopia, *patriae fuſca colore ſuae* dicitur Ovidio Epiſt. XV. 36. Tibullus Lib. II. 6. 37.

Illi ſint comites fuſci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

quae ex Graecis Theodectae verſibus deſumta notat Caſaubonus, ſed ſub Propertii nomine, memoriae vitio, Tibulliana adferens, vel hunc locum in animo habens, ad Strabon. Lib. XV. pag. 247. per *comites* autem *fuſcos* Tibullum illic intelligere ſervulos ex Aethiopia, paret ex eodem Caſaub. ad Theophraſti Charact. p. 318. non autem amatores, ut olim notabam ad Lotichium pag. 154.

17. *Quidve tibi prodeſt*] ita in Regiis, Colbertinis, Askew. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, & ceteris omnibus codd. atque edd. vetuſtis. alterum *Quid tibi quid prodeſt* ex ſuo codice Scaliger in contextum recepit, eumque ſecutus Broukhuſius, ſed omnium ſcriptorum & excuſorum librorum auctoritatem uni codici praetuli. ſeq. verſu forte corrigendum, *Sic tibi, crede mihi* &c.

19. *Aut nos e noſtra te, ſaeva, fugabimus urbe*] *At nos* in primo D'Orvill. *ſcaeva* in Voſſ. tertio, Heinſiano, meo primo, & Commeliniano Gebhardi. quod hic Iſidi potius convenit, quam *ſaeva.* ut in pleriſque veterum locis librarii vocem *ſcaeva* ejecerunt. quod ſaepius viri docti notarunt. vid. Juretum ad Symmach. pag. 26. Colvium ad Apulej. pag. 48. & ſeq. & ad Sidon. Apoll. pag. 23. *fugavimus* in meo ſecundo. reſpicere Propertium ad ſacra Iſiaca ex urbe Roma ejecta recte notavit Broukhuſ. ſic enim ſaepe peregrinae religiones urbe expulſae. vide Paſſerat. p. 389. & 552. & Muret. ad Tacitum pag. 431.

20. *Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit*] ita reſtitui ex omnibus codd. MSS. & edd. vetuſtis. ſolus Scaliger *fuat* legendum juſſit, quod in ſuam editionem recepit Broukhuſius, & in notis probaſſe videtur. ſed vellem non mutaſſet ſententiam. aliter quippe antea cenſuit, & in prima Commentarii ſui ἰχνογραφίᾳ, quae mihi ad manum eſt, ſequentia notaverat: „ *fuit* noſter MS. „ & Gebhard. ſemper mihi diſplicuit illud *fuat.* „ non ita ſolet loqui politiſſimi ſermonis poëta. „ neque ſatis adſentiri poſſum magno Scaligero, „ qui ex hoc ipſo loco *fuat* legi jubet apud „ Tibullum Lib. I. El. 1. 67. *Ferreus ille fuat.* „ praeſertim cum MSS. noſtri ibi legant *fuit.* „ quod & agnoſcunt omnes vulgatae, & in no- „ tis ſuis Guyetus. *fuit* Groning. & noſter ſecundus MS. antiquatum illud *fuat* etiam eſt in codice Egmondano & Coleri apud Prudentium Lib. I. conrra Symm. v. 505. *Ornamenta fuant patriae.* ſed bene Heinſius in notis pag. 121. *cluant* vindicavit. & hic nobis res eſt cum poëta aevi melioris, & quidem elegiaco, ne quis id defendat ex noto illo Virgilii, *Tros Rutuluſve fuat.* quod alterius naturae eſt. recte igitur *fuat* edentem Broukhuſium etiam inprobavit eruditus Anglus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. I. pag. 107. qui tamen male reſpici putat ad praelium Actiacum, quum Tiberis & Nilus veluti de orbis imperio certarent, & eo refert illud ex Lib. III. El. 9. 42. de Cleopatra,

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.

in notis enim ibidem ſubjectis Patruus meus *Nilum* ſimplicius exponit per Aegyptios, & *Tiberim* per Romanos, ut paſſim flumina & montes pro populis ponuntur. N. Heinſius in notis Propertianis pag. 710. forte ut Scaligeranum *fuat* ejiceret, conjecerat,

Cum Tiberi Nilo gratia nulla tuo eſt.

ſed veterum codicum & editionum conſenſui adquieſcamus.

21. *At tu, quae noſtro nimium placata dolori es*] ſic Scaliger, licet *dolore* in omnibus fere codd. legatur, ut & Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, cum vetuſtis edd. ſed praefero conjecturam Nic. Heinſii, *nimium inplacata dolori es.* vel *inpacata. pacata* Marklandus. *Aut tu* in codd. Regiis, & priſcis edd.

Noctibus his vacui ter faciamus iter.
Non audis, & verba ſinis mea ludere: quum jam
Flectant

22. *Noctibus his vacui ter faciamus iter*] Hic quoque Scaligeri unius auctoritatem ſecutus eſt Broukhuſius, qui edidit *refaciamus iter.* quum tamen in omnibus codicibus, Regiis, Colbertinis, Leidenſibus, Voſſianis, Askewiano, meo utroque, D'Orvillianis, & vetuſtis editionibus legatur *ter faciamus iter.* ut edidi. idque praetulit Gebhardus, meritoque irridet abſurdiſſimam Palmerii conjecturam, *rem faciamus item.* Adſcribamus, quae ad hunc locum notavit Janus Gruterus Lib. XVII. Suſpic. inedit. cap. 10. „ *vacui* „ hic, qui nullis inpediuntur ſacris, atque adeo „ prius vacabant rebus ſeriis. ſic Ovidius de „ Junone Lib. III. Met. (318.)

„ *Forte Jovem memorant diffuſum nectare curas*
„ *Depoſuiſſe graves, vacuaque agitaſſe remiſſos*
„ *Cum Junone jocos.*

„ *facere iter* Venereum eſt. Ovidius II. A. A. „ (726.)

„ *Sed non tu dominam velis majoribus uſus*
„ *Deſere, nec curſus anteat illa tuos.*
„ *Ad metam properate ſimul.*

„ Auſonius Cent. Nupt. *Itque reditque viam to-* „ *ties.* Novi tamen amicum meum, qui malebat, „ ſed pudenter admodum, *vacui Perſicae eamus* „ *iter.* Arnobius Lib. IV. (p. 131.) *Etiamne Per-* „ *ſica eſt una e populo numinum quae obſcoenas* „ *illas & luteas voluptates ad exitum perficit.* „ Alluſit forte Martialis, (Lib. III. Ep. 79.)

„ *Res peragit nullas Sertorius, inchoat omnes.*
„ *Hunc ego, cum futuit, non puto perficere.*

„ Verum haec quiſquiam merito aeſtimaret acu- „ tius dici quam verius." Haec Gruterus. Sane illud *Perſicae eamus iter*, tam erudite ineptit, ut hoc ipſe faſtidiret Propertius. Senſum loci recte quidem expoſuit Broukhuſius, ut innuat poëta, *noctibus his vacui*, de peracto Iſidis caſto, cui *decem noctes* operatam fuiſſe Cynthiam initio Elegiae dixerat, ad priſtinum vivendi morem revertamur. quod firmare potuiſſet ſimili loco ex El. praeced. v. 82.

Iſta ſenes licet accuſent convivia duri,
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

ſed quod *refaciamus* tueatur, miror, cum verbi hujus ſic poſiti exemplum ſimile apud ullum poëtam dari poſſe dubitem; licet ita etiam in margine libri ſui correxerit Marklandus. quae vero pro prima in *refacere* producta adfert Scaliger, & pro ſecunda *refacere* pro *reficere* Broukhuſius, hic aliena ſunt, & indicta vellem, quia veterum auctoritate deſtituta ſunt, non minus quam *recadere* pro *recidere*, de cujus prima longa agit Broukh. ad El. VIII. hujus Libri, v. 44. *rite teramus* conjecerat Withoſius, vel *rite iteremus iter.* ſed prius praeferebat, ut Lib. I. El. 7. 9.

Hic mihi conteritur vitae modus.

& Lib. IV. El. 5. 20.

Saxoſamque terat ſedula culpa viam.

idem antea cogitaverat ſcripſiſſe auctorem *calfaciamus iter.* id eſt, ſaepe teramus. ut apud Suet. Aug. 71. *forum aleatorium calfecimus.* ſed poëta, ni fallor, invito. *ter faciamus iter* praefert etiam Modius in Novantiq. Lect. Epiſt. XVIII. pag. 82. & hoc defendunt Paſſeratius & Gebhardus contra Scaligeri & Palmerii conjecturas, eo nimirum ſenſu, quo Ovidius, *ter candida Pitho, Ter Libas officio continuata meo.* & ſic fere Beroaldus, & Volſcus, addita hac expoſitione, *colamus Veneris ſtudia, atque ſapius jungamur. iter* hic poſſet capi, ut *ſpatium amoris* dixit Lucret. Lib. IV. 1190. *ſpatium decerpere amoris.* Sed veram & ſimpliciſſimam lectionem arbitror,

Noctibus his vacui perficiamus *iter.*

ut Lib. III. El. 8. 32.

Nataliſque tui ſic peragamus iter.

ubi *ter* in MS. Sambuci eſſe teſtatur Modius, qui in eodem codice etiam *amoris vias* pro *moras* legi Lib. I. El. 3. 44. adnotat. illud *iter* Propertio valde amatum etiam aliis in rebus. Lib. III. El. 5. 2. *Per te inmaturum mortis adimus iter.* El. XI. 54. *Et trahere occultum membra ſoporis iter.* El. XII. 32. *caecum verſat amator iter.* XIII. 4. *Et data libertas noſcere amoris iter.* Lib. IV. 6. 10. *Pura novum vati laurea mollit iter.* & aliis in locis. ſic *carminis iter* Manilio reſtituit Barthius Lib. III. Adverſ. cap. XI. & vid. Broukh. ad d. l. ex Lib. III. El. 8. 32.

23. *& verba ſinis mea ludere*] *ſinis me ludere* Heinſius. pro fruſtra perdere. quod minime diſplicet.

Flectant Icarii ſidera tarda boves.
Lenta bibis, mediae nequeunt te frangere noctes.
An nondum eſt talos mittere laſſa manus?
Ah pereat, quicumque meracas reperit uvas,
Corrupitque bonas nectare primus aquas.
Icare, Cecropiis merito jugulate colonis,
Pampineus, noſti, quam ſit amarus odor.
Tu quoque, o Eurytion, vino, Centaure, periſti:
Nec non Iſmario tu, Polypheme, mero.

Vino

plicet. & ſic adfert B. Pius ad Lucret. IV. 25. quamvis *verba ludere* poſſint dici, ut ſupra El. 19. 67.

Mendaces ludunt flatus in amore ſecundo.

24. *Flectant Icarii ſidera tarda boves*] *Flectant* hic forte pro *flectantur*, vel *ſe flectant*, & *ſidera tarda* per adpoſitionem dicuntur. innuitur diluculum matutinum, ante quod adparere deſinit Bootes. vide Parrhaſ. Quaeſit. per Epiſt. pag. 4. ſic in loco Valerii Fl. VII. 457.

——— *non jam matura ruebant*
Sidera, & extremo ſe flexerat axe Bootes.

ut emendat N. Heinſius, qui illic pluribus haec illuſtravit. & ad Ovid. II. A. A. v. 55. ſic apud Manilium Lib. II. v. 495. ex cod. Gemblacenſi reſtituit Scaliger,

Cancer & adverſo Capricornus conditus aſtro
In ſemet vertunt, oculoſque in mutua tendunt.

pro in ſe invicem convertuntur. *Icarios boves* hic vocari Septemtriones idem notat Scaliger ad Manil. pag. 46.

25. *mediae nequeunt te frangere noctes*] notaverat Marklandus, forte in animo habuiſſe Propertium iſta Anacreontis, od. III. init.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
Μερόπων δὲ φῦλα πάντα
Κέαται κόπῳ δαμέντα. &c.

& *medias noctes* hic Graecorum more pro media nocte dici, ut apud Lucian. Hermot. (cap. XI. p. 750. ed. noviſſ.) *καὶ ἱδρῶται μάλα πολλὰ ἐς μέσας νύκτας ἀποταθείσης, ὥς φασὶ, τῆς συνουσίας.* vide quae notavi ad Lib. I. El. 16. 23.

26. *An nondum*] *At nondum* in Mentel. Groning. primo Leid. & Voſſ. quarto. *lenta* pro *laſſa* in Excerpt. Scalig.

28. *Corrupitque bonas nectare primus aquas*] *novas* D'Orvill. ſec. *corrumpere aquas nectare* dixit, pro vino aquas miſcere, quod illuſtrat Cerda ad Virg. II. G. 466. p. 334. & Marcilius ad Perſ. Sat. II. v. 64. pag. 69. *nectar* pro vino apud eumdem Lib. IV. G. 384. *Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam.*

31. *Tu quoque, o Eurytion, vino, Centaure, periſti*] *Tuque o* in Mentellano, Borrich. Neap. duobus Leidd. primo Voſſ. uno D'Orvill. & meo altero, ut & in cod. Fruter. *Tu quoque Eurytion* in Voſſ. quarto, & ſec. D'Orv. *Eurytio* prim. Leid. *Tu quoque Oerytio* in Venet. 1475. & Reg. Lep. deſumta haec ſunt ex Homero Odyſſ. Φ. 295.

Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα
Ὤλεσ' ἐνὶ μεγάρῳ μεγαθύμου Πειριθόοιο
Ἐς Λαπίθας ἐλθόνθ' &c.

ubi vide Scholiaſt. ſic enim locum profert Athenaeus Lib. XIV. init. & lectionem Ὤλεσε firmat illud Alcaei Lib. I. Anthol. Graec. cap. LIX. N. 6. ex Homero deſumtum, ut notat Brodaeus:

Οἶνος καὶ Κένταυρον, Ἐπίκρατες, οὐχί σε μοῦνον
Ὤλεσεν, ἠδ' ἐρατὴν Καλλίου ἡλικίην.
Occidit & vino Centaurus, Epicrates, haud tu
Solus es, & dulci Callia flore puer.

ut vertit H. Grotius. quod Epigramma Alcaei multa luce adfudit D'Orvill. ad Chariton. pag. 621. meminit Eurytionis etiam Ovidius XII. Met. 220. ubi *Eurytum* vocat, qui alia inflexione

Vino forma perit, vino corrumpitur aetas,
Vino ſaepe ſuum neſcit amica virum.
Me miſerum, ut multo nihil eſt mutata Lyaeo!
Jam bibe: formoſa es: nil tibi vina nocent.
Quum tua praependent demiſſae in pocula ſertae,
Et mea deducta carmina voce legis;

Largius

flexione *Eurytion* dicitur. vide Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 207. & hunc locum reſpiciebat Lib. I. A. A. 593.

Occidit Eurytion ſtulte data vina bibendo.

vide & Orphei Argon. v. 416. & quae ad illum notavit Weſſelingius Lib. II. Obſerv. c. 14. Virgilius II. G. 456.

Bacchus & ad culpam cauſſas dedit. ille furentes
Centauros leto domuit, Rhoetumque, Pholumque,
Et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

ubi bene haec illuſtrarunt Cerda & Valens Guellius, quem non praeteriit hic Propertii locus, in quo adfert, *Tu quoque o Euryteu. Iſmarium merum* dicit, quia Ulixes Polyphemum vino ad Iſmarum nato, quod a Marone, Apollinis ſacerdote, acceperat, conſopivit & occoecavit. Ἰσμαρικὸν οἶνον vocat Suidas. vide Homer. Od. I. 196. ſeqq. hinc *Maroneum merum* Tibullo IV. 1. 57. ubi vide Broukhuſ. Icari autem, cujus meminit diſticho praecedente, ob Bacchi munera caeſi fabulam optime illuſtrat fragmentum Orphei, prolatum & correctum a Grotio ad Germanici Phaenom. pag. 5. ubi in loco Germanici veriſſime emendavit,

—— *ſeu Bacchi ob munera caeſus*
Icarus ereptam penſavit ſidere vitam.

de ipſa Icari, vel Icarii, fabula vid. Muncker. ad Hygin. fab. 130. & Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 613.

35. *Me miſerum, ut multo nihil eſt mutata Lyaeo,*
Jam bibe, formoſa es:]

ut poto non es mutata falerno in aliis legi teſtatur Latinus Latinius P. II. Biblioth. pag. 61. quod ex v. 39. interpolatum adparet. *nihil eſt mutata* bene adſtruxit Broukhuſius, multiſque veterum locis hunc abruptum admirabundi ſermonem, licet ſequatur *formoſa es, nil tibi vina nocent*, illuſtravit. ſimilia exempla orationis obliquae in tertia perſona, & deinde directae in ſecunda, dedit Raphelius Adnot. ad N. T. ex Xenoph. Actor. I. 4. & Torrenius ad Valer. Max. II. 1. 2. in aliis enim codd. & pleriſque edd. vetuſtis *nihil es mutata* legitur. ſed *eſt* etiam in Mentel. Heinſiano, utroque D'Orvill. Leidenſ. Voſſ. meiſque. illud, *Jam bibe, formoſa es* convenit cum eo, quod de Phyllide dicit Lib. IV. 8. 30.

Sobria, grata parum: quum bibit, omne decet.

pro *vina* inepte in ed. Graev. *vitra.*

37. *Quum tua praependent demiſſae in pocula ſertae*] *Quin tua* Guyetus. *praependent* in Groning. ſec. Leid. tribus Voſſ. & meo ſecundo. *propendent* in Heinſiano. ſed *praependent* in reliquis, & priſcis edd. deinde *demiſſa in pocula ſerta* in duobus Leidd. primo, tertio, & quarto Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. & meis. nec aliter in primis ceteriſque edd. vetuſtis, praeter Douſarum Raphelengianam, in qua *demiſſae ſertae*, ut clare in Neapolitano. *ſertae* enim feminino genere a Propertio efferri teſtatur Soſipater Chariſius, (ut in margine ed. Canteri notatur) cujus verba hic exhibuit Broukhuſius. & hanc ſcripturam, Chariſii etiam auctoritate, tuetur Lipſius Lib. III. Antiq. Lect. pag. 157. probante Gebhardo. poſſent tamen *coronae* ſubintelligi. ut *ſertae coronae* dicantur, quomodo apud Lucanum Lib. X. 164.

Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

quo tamen loco utitur Servius ad Virg. I. Aen. 417. ut indicet *ſertas* abſolute non dici, niſi addatur *coronas*. & ſic *flores ſerti, lilia ſerta*, & ſim. de quibus vid. ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 658. *ſua* etiam conjecerat Heinſius pro *tua.*

38. *Et mea deducta carmina voce legis*] *delicta* in codd. Regiis, & primis edd. vitioſe. & ſic olim edidit Volſcus, qui craſſo ſatis errore in notis pro *deducta* emendandum monet *delicta*, a *deliquo*, & *vocem delictam* exponit, multo potu madidam. ſed *deducta* eſt molli, & tenui. ut in verſu Cornificii apud Macrob. Lib. VI. Saturn. cap. 4.

Deducta mihi voce garrienti.

quod

Largius effuſo madeat tibi menſa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice.
Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter.
Eſt quiddam, quod vos quaerere cogat Amor.
Semper in abſentes felicior aeſtus amantes.
Elevat adſiduos copia longa viros.

ELEG.

quod cum hoc Propertii loco confert Pontanus. & ſic in verſu Afranii apud eumdem Macrob. quem Paſſeratius hic adfert & emendat, *Verbis pauculis reſpondit triſtis, voce deducta.* vide & Gebhardum ad h. l. *demiſſam vocem* dicit Virg. III. Aen. 320.

Dejecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt.

ſubmiſſam & *tenuem vocem* auctor Epigrammatis ad Deliam Tom. I. Anth. Lat. pag. 639. & Valerius Cato in Diris v. 109. Tom. II. p. 668.

Et mea ſubmiſſa modulatur carmina voce.

ubi vide. *ſubmiſſo ſono* Tibullus Lib. III. El. I. 22.

Atque haec ſubmiſſo dicite verba ſono.

ubi vid. Cl. Heynium p. 298.

39. *Largius effuſo madeat tibi menſa Falerno*] Adſentior Broukhuſio, ab Heinſio hic diſcedenti, qui *infuſo* vel *& fuſo* legebat, & de potatione potius quam de libatione in menſa agi exiſtimabat, quam tamen intelligi ſuadent *madeat tibi menſa*, (*maneat* perperam in Menteliano, & Leidenſi ſecundo) & praeſertim *effuſo.* ut apud Petron. Sat. cap. 38. *Plus vini ſub menſa effundebatur, quam aliquis in cella habet.* cap. 73. *Trimalchio vinum ſub menſa juſſit effundi.* & cap. 135. *partem ſuper menſam effudit, juſſitque me diligenter purgare.* & ad hanc libationem vini in menſa referendum illud Didonis apud Virg. I. Aen. 736.

Dixit, & in menſam laticum libavit honorem,
Primaque libato ſummo tenus adtigit ore.

eleganter *Bacchi liquorem irrorare menſis* vocat Silius Ital. XI. 304. Horatius Lib. I. od. 31. *de patera novum fundens liquorem.* ubi vide Lambin.

41. *Nulla tamen lecto recipit ſe ſola libenter*] *pota* conjecerat Heinſius. ſed *ſola* ſe tuetur ex Eleg. praeced. v. 12.

Dic mihi, quis potuit lectum ſervare pudicum,
Quae Dea cum ſolo vivere ſola Deo?

nihil igitur muto propter verſ. ſeq. *Eſt quiddam, quod vos quaerere cogat Amor.* ubi *nos* in Mentel. primo Leid. ac D'Orvill. & meo ſecundo. unde forſan legi poſſet,

Eſt quiddam, quod nos *querere cogat, amor.*

eſt quiddam, quod feminas cogat, ut nos viros quaerant. ſupra Lib. I. El. 10. 14.

Eſt quiddam in nobis majus, amice, fide.

eſt quiddam dictum eſt, quomodo apud Ovid. Lib. III. Art. Am. 755. *eſt quiddam geſtus edendi.* ut recte Heinſius reſtituit, & aliis exemplis firmavit Patruus meus, quibus adde illud Cicer. VI. ad Att. Ep. 3. *Eſt quiddam, advenientem non eſſe peregrinum atque hoſpitem.* & XII. Ep. 1. *Eſt profecto quiddam λέσχη, quae habet etiam, ſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuavitatem.* ubi in aliis *quaedam.* ſed vide illic Maleſpinam. eodem ſenſu etiam *Eſt aliquid* frequenter apud Ovidium. *lecto ſe recipit*, ut apud Phaedr. Lib. I. fab. 18. 4. *corpus lecto reciperet.* ubi vide notas. ſequenti verſu *abſentis* in Excerpt. Scalig. & vetuſtis edd. praeſtiterit forſan,

Semper in abſentes felicior aeſtus amantis.

vel *ferventior.* quod eleganter exprimit Ovidius II. A. A. 349.

Cum tibi major erit fiducia, poſſe requiri,
Tum procul, abſenti cura futurus, abi.
Phyllida Demophoon praeſens moderatius uſſit:
Exarſit velis acrior illa datis.
Penelopen abſens ſollers torquebat Ulixes:
Phyllacides aberat, Laodamia, tuus.

quod poſtremum diſtichon nimis forſan rigide damnabat Heinſius. ad ultimi verſus illuſtrationem adpoſitum Suetonii locum ſuggeſſit Cel. Ruhnkenius, Tib. cap. 10. *Statuit ſecedere, ut vitato adſiduitatis faſtidio, auctoritatem abſentia tueretur.*

E L E G. XXV.

Cur quiſquam faciem dominae jam credat Amori?
Sic erepta mihi paene puella mea eſt.
Expertus dico. nemo eſt in amore fidelis.
Formoſam raro non ſibi quiſque petit.
Polluit ille Deus cognatos, ſolvit amicos,
Et bene concordes triſtia ad arma vocat.
Hoſpes in hoſpitium Menelao venit adulter.

Colchis

Eleg. XXV.] Superioribus continuant varii libri MSS., Mentelianus, Excerpta Modii, Askewianus, meus uterque, & alii codices cum primis edd. in ceteris novum inchoatur carmen cum inſcriptione ad Lyncevm poetam. Elegiam cum Petronii cap. 79. conferendam eſſe notavit illic Gonſalius.

v. 1. *Cur quiſquam faciem dominae jam credat Amori*] *Cum quiſquam* in Menteliano, Heinſiano, primo Leidenſi, & meo priore, in quo *faciem* omiſit deſcriptor, ut & in Heinſiano. *in faciem* meus alter. & *non credit.* in aliis etiam codicibus *credit*, ut in Regiis, Mentel. primo Leid. & quarto Voſſ. ſed *quiſquam credat* rectius, quam *credit*, & *quiſquam* cum contemtu ac ſtomacho dicitur. ut notat Patruus meus ad Virg. I. Aen. 48. pro *Amori*, quod agnoſcunt Neapolitanus, Fruterii codex, Mentel. Palatini & Commelinianus apud Gebhardum, Heinſian. Voſſiani, & reliquae membranae cum priſcis edd. in aliis *amico* legitur. ut in Borrichiano, Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. unde Heinſius in notis Propertianis pag. 711. conjiciebat,

Cui quiſquam faciem dominae jam credat amico?

amari vitioſe in Groning. ſed *Amori* rectum eſſe patet ex v. 5. *Polluit ille Deus.* &c. & hoc contra Beroaldum tuentur Scaliger & Gebhardus.

2. *Sic erepta mihi paene puella mea eſt*] *puella fuit* in quarto Voſſ. *erepta puella*, ut ſupra El. VII. init.

Eripitur nobis jam pridem cara puella.

vide eruditiſſ. Heynii Obſerv. ad Tibull. Lib. III. El. 2. 4.

Vivere & erepta conjuge qui potuit.

& quae ſupra notata ſunt ad Lib. I. 13. 2.

4. *Formoſam raro non ſibi quiſque petit*] *Formoſas* in Excerpt. Scalig. *Et formam raro* in meo ſecundo, & Commeliniano Gebhardi.

5. *Polluit ille Deus cognatos, ſolvit amicos*] ita legitur & diſtinguitur in codicibus & vetuſtiſſimis edd. ſed diſplicet valde, ut Cupido dicatur *polluere cognatos*, & *ſolvere amicos.* pro quo *amores* in primo Palatino Gebhardi. pro *cognatos* in Heinſiano & meo priore *conjunctos*, quod in ſuo etiam codice legi teſtatur Broukhuſius. unde legendum videtur,

Polluit ille Deos, conjunctos ſolvit amicos.

ut dicatur Cupido Deos inter & homines diſſidii & diſcordiarum fomes eſſe, & amoribus infames reddere. certe *Deos* poſtea confirmatum inveni ab altero codice Regio, & *conjunctos* quodammodo exigere videntur ſequentia, *Et bene concordes* &c. paſſim vero Cupidinis in *Deos* & *homines* imperium ac tyrannidem conjungunt poëtae. unde Cupidinem *ſuperare hominesque Deosque* dicit Ovid. Lib. I. Am. 2. 37. Statius Lib. I. Sylv. 2. 56. de Cupidine:

—— *quae pectora figi*
Imperet, an terris ſaevire, an malit in undis,
An miſcere Deos, an adhuc vexare Tonantem.

alia veterum loca contuli ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 15.

8. Col-

Colchis & ignotum nonne ſecuta virum eſt?
Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam?
Perfide, nonne tuae tunc cecidere manus?
Quid ſi non conſtans illa & tam certa fuiſſet?
Poſſes in tanto vivere flagitio?

Tu

8. *Colchis & ignotum nonne ſecuta virum eſt?*] quamquam nihil varient ſcripti vel editi libri, illud tamen *nonne* hic ſuſpectum & languidum videtur, praeſertim cum mox ſequatur, *nonne tuae tunc cecidere manus.* Forte igitur ſcripſerit poëta,

Colchis & ignotum ſponte *ſecuta virum eſt.*

deleta interrogationis nota. id enim invidiam auget Medeae *ignotum* virum *ſponte* ſequenti. qua de re ipſa queritur in Epiſtola ad Jaſonem apud Ovid. Ep. XII. 109.

Proditus eſt genitor, regnum patriamque reliqui:
Munus in exſilio quolibet eſſe tuli.

hinc *ſequacem Medeam* vocat noſter Lib. IV. El. 5. 41.

Nec te Medeae delectent probra ſequacis:
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.

& haec imitatus eſt Sabinus Epiſt. I. 80.

Tyndaris has illi laeſo pro foedere poenas
Struxerat, externos ipſa ſecuta viros.

quod Douſa aliique cum hoc loco conferunt. tales *ſecutulejas* vocat Petronius cap. 81. ubi vide Interpretum notas. *Ignotum Colchis*, deleta copula, transponebat Francius. *virum ignotum* dicit pro externo. ut *terra ignota*, peregrina, Virgilio Lib. V. Aen. 795. & IX. 485. praeced. verſ. *Menelai* in Groning. & altero Regio.

9. *Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam?*
Perfide, nonne tuae tunc cecidere manus?]

nonne meam in Mentel. & primo Leid. *potuiſti, perfide, curam Tangere* mutato verborum ordine, ſecundus Leid. tres Voſſiani, Groning. & uterque D'Orvill. ut in aliis legi notat Latin. Latinius. *meam curam* hic pro amica mea poni, ut Graecis τ' ἐμὸν μέλημα, notat Scaliger ad Cirin v. 75. *numne tuae* in ſecundo D'Orvill. & meo priore. *tum cecidere manus* ex cod. Regio Guyetus, quod firmatur a Mentel. Neap. Borrich. Heinſiano duobus Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orv. meo utroque, & primis edd. *cecidere manus* conparabat Marklandus cum Virg. VI. Aen. 33. *Bis patriae cecidere manus.* & Ovid. Ep. XIV. 46. *Ter male ſublato recidit enſe manus.* ſed minus apte, ni fallor. illic enim dicitur de manu, quae ab incepto revocatur & deſiſtit ex conmotiore adfectu. Hic vero miratur, Lynceo manus & brachia a corpore non cecidiſſe velut in poenam perfidiae, qua Cynthiam adtractare fuerat auſus, vel aliquid amplius cum ea agere, ut explicat Gebhardus. ſic propter verberatam Corinnam ſibi inprecatur Ovidius Lib. I. Am. El. 7. 23.

Ante meos humeris vellem cecidiſſe lacertos,
Utilius potui parte carere mei.

ſimilem perfidiae ac perjurii poenam, ut oculi exciderent, memorat Lib. I. El. 15. 35.

Hos tu jurabas, ſi quid mentita fuiſſes,
Ut tibi ſuppoſitis exciderent manibus.

ubi vide Paſſeratium, & ad h. locum. ſenſus tamen, qui Marklando placuit, huic loco adcommodatior videbatur Cel. Ruhnkenio, qui putat, poëtam, ſi alterum exprimere voluiſſet, haud dubie addidiſſe *ab humeris*, *a corpore*, vel ſim. ut in exemplis, quae modo produxi, ne in ambiguum incurreret.

11. —— *non conſtans illa & tam certa fuiſſet?*
Poſſes in tanto vivere flagitio?]

Nihil variant codd. MSS. niſi quod in Regio *tum certa*, probante Guyeto. *tam* deeſt in meo priore. Livinejus autem legebat,

Si non tam conſtans illa, & jam recta fuiſſet.

ut infra v. 46.

Deſpicit & magnos recta puella Deos.

ſed *certa puella* Propertio etiam uſitatum. Lib. I. El. 19. 24.

Flectitur adſiduis certa puella minis.

ubi vide quae notavi, & ad ejuſdem Libri El. 8. 45. & ſaepe apud Propertium *certam puellam* de Cynthia rigidiore, & in ira pertinace occurrere, notat Acidalius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap.

Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno:
A domina tantum te modo tolle mea.
Te ſocium vitae, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus, amice, meis.
Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno.
Rivalem poſſum non ego ferre Jovem.
Ipſe meas ſolus, quod nil eſt, aemulor umbras,
Stultus, quod ſtulto ſaepe timore tremo.

Una

cap. 38. §. 2. altero verſu *Poſſis in tanto* v. c. Fruterii. *poſſiſne* in cod. Perreji, & in aliis. *Poſſes & Mentel.* Excerpt. Scalig. Groning. & meus uterque, hoc eſt, *Poſſet &*, ut in Voſſ. quarto, & a man. pr. in tertio. Askew. & priſcis edd. *poſſis ne* conjecerat Perrejus. Heinſius *Poſſes tun' tanto*, vel, *Poſſeſne in tanto. poſſes in tanto* tuentur Neapol. & Borrich. idque ex cod. Palat. & aliis edd. probat Gebhardus, ſed ineptum notat Livinej. qui praefert *Poſſet &*. ut legitur etiam in Regiis & Colbertinis. *Poſſes tu tanto* Marklandus. Francius conjecerat *Poſſet ut*, vel *In tanto poſſes.*

13. *Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno*] notandus locus, ut addatur exemplis ejuſmodi locutionum, in quarum priore membro deſideratur verbum, ex ſenſu ſupplendum. hic enim *ferro pectus trajice, vel me perde veneno*, ſubintelligendum eſt, quales e Graecis & Latinis ſcriptoribus larga manu dedit Cel. D'Orvillius ad Chariton. pag. 395—397. quibus adde quae ſupra notavi ad Lib. I. El. 1. 21. pag. 18.

14. *A domina tantum te modo tolle mea*] conferenda cum his illa Petronii cap. 79. circa finem: *Aſcylton truci intuens vultu, quoniam, inquam, fidem ſcelere violaſti & communem amicitiam, res tuas ocyus tolle, & alium locum, quem polluas, quaere.* mox *ſocium vitae & corporis* Pafferatius exponebat animae meae & corporis participem, ut dicat, omnia animi & corporis bona mihi tecum erunt communia. Novi virum eruditum, qui conjecerat *ſocium carminis.* ſed *corporis ſocium* interpretor pro eo, qui continuus comes lateri adhaeret.

17. *Lecto te ſolum, lecto te deprecor uno*] *De lecto ſolum* Heinſius. *Te ſolum lecto* Francius. quod admitterem, ſi cum ſecundo D'Orvill. tranſponamus, *te lecto deprecor.* ſed parum refert. innuit ſe Lynceum omnium amicitiae ſacrorum participem velle quidem admittere, ſed excepto ſolo lecto & amore Cynthiae, a qua eum abſtinere vult. recte Beroaldus & Paſſeratius *deprecor* exponunt pro amoveo, abigo, amolior. de qua verbi notione vide Graevii notas ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. I. cap. XI.

18. *Rivalem poſſum* &c.] *poſſem* in Heinſiano, Gebhardi Palatino, & meo primo. *poſſim* in Voſſ. tertio, quod praeferebat Francius. qualis varietas paullo ante v. 12. *Poſſes in tanto vivere flagitio.* ubi *Poſſis* in v. c. Fruterii. ſupra El. X. 16.

Poſſum inimicitias tunc ego ferre Jovis.

& El. XVI. 28.

Poſſum naturae non meminiſſe tuae.

ubi *Poſſim* in aliis, utroque loco. vide quae illic notata ſunt. & ſic Lib. IV. El. 4. 57. *Commiſſas acies ego poſſim ſolvere* in MSS. legitur, pro *poſſum.* verſus Jani Secundi, quibus eum haec imitatum eſſe notat Broukhuſius, ſunt ex illius Baſio VII. 31. & ſeqq.

20. *Stultus, quod ſtulto ſaepe timore tremo*] *& ſtulto* in Borrich. *quid ſtulto* D'Orvill. ſec. *qui ſtulto* in aliis apud Latin. Latinium. non valde elegans videtur haec repetitio, *Stultus, quod ſtulto* &c. ideoque admitterem facile conjecturam Heinſianam, in notis ad Propert. p. 711. *Stultus & in nullo ſaepe timore tremo.* hoc eſt, ubi nulla timendi cauſſa eſt, omnia tuta tremo. idem quoque ad oram ed. Ald. tentaverat liberius,

Atque inconſulto ſaepe timore tremo.

Gebhardum ex Palatinis *tremore tremo* probantem, praeter Broukhuſium etiam rejecit Patruus meus ad illud Ovidii II. Met. v. 180. *ſubito genua intremuere timore.* ubi *tremore* etiam in MSS.

21. *Una*

Una tamen cauſſa eſt, qua crimina tanta remitto;
 Errabant multo quod tua verba mero.
Sed numquam vitae fallet me ruga ſeverae.
 Omnes jam norunt, quam ſit amare bonum.
Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores.
 Solum te noſtros laetor adire Deos.
Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris
 Proderit? aut rerum dicere poſſe vias?
Aut quid Lucreti tibi proſunt carmina lecta?

Nil

21. *Una tamen cauſſa eſt, qua crimina tanta remitto*] *cui crimina* Heinſius. in Neapolitano, *Una tamen tanta remitto crimina cauſſa.* mox *Errabat multo quod tua dextra* idem conjecerat Heinſius, forte quia v. 9. *Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam.*

23. *Sed numquam vitae fallet me ruga ſeverae*] *me fallet* in Heinſiano, primo Leid. & meo ſecundo. ſed *fallet me* in ceteris, & vetuſtis edd. optime huic loco convenit illud Ovidii Lib. I. Am. 8. 45.

Has quoque, quae frontis rugas in vertice portant,
 Excute, de rugis crimina multa cadent.

ita enim correxit Patruus meus, pro abſurda lectione *quas portas.* praeſertim haec Lynceo conveniunt, quia eum in ſequentibus ut Philoſophum auſterum depingit, quales ſaepe introrſum turpes, fronte rugis contracta, & ſupercilio adducto gravitatem ſeveritatemque morum adfectantes deſcribuntur a veteribus. vid. Cel. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 956. Cicero Orat. poſt redit. in Senat. cap. 7. *vos non conſilio* &c. *ſed rugis ſuperciliоque decepit.* ſic apud Statium Lib. II. Sylv. 2. 148.

Non frontem vertere minae, ſed candida ſemper
 Gaudia, & in vultu rugarum ignara voluptas.

ut in codice ſuo ed. Gevart. pro *curarum* legebat Heinſius, adſcripto hoc Propertii loco, & in notis ad Ovid. Epiſt. XXI. 165. inprobante licet Marklando. ſequentem verſum ſibi ſuſpectum eſſe ed. Aldinae idem Heinſius adnotaverat.

25. *Lynceus ipſe meus ſeros inſanit amores*] *ſacros* male in primo Leid. Colbertino, Mentel. & meo altero. probo conjecturam Broukhuſii legentis,

Lynceus ipſe meos inſanit ſerus amores.

certe *ſerus* in meo codice primo. & *meos* in Excerptis Modii. *meos ſerus* in Heinſiano. *ſerus jam inſanit* Francius. vulgata eſt apud Neſtorem in Vocabul. p. 75. *noſtros Deos* hic accipe de amica ſua Cynthia. vide ad Lib. I. El. 7. v. 16. niſi Cupidinem & Venerem intelligat. *inſanit amores*, ut Graecis ἐπιμαίνεσθαι. vide Spanhem. ad Callim. Hym. in Cerer. v. 30. p. 771. pro *ſolum* Heinſius *Inſolitum noſtros.* pro *laetor* Janus Gulielmius in Quaeſt. Plautin. ad Pſeud. cap. VI. pag. 238. emendandum cenſuit *ſector*, pro *inſector.* quod non inmerito rejecit Gebhardus. *Olim te noſtros* conjiciebat Broukhuſius. ſed *ſolum* hic eſt, te ex omnibus hominibus aut ceteris amatoribus.

28. *aut rerum dicere poſſe vias*] *ducere* in primo D'Orvill. *diſcere* in Borrich. Heinſiano, & meo primo. ſic Lib. III. El. 3. 47.

Tum mihi Naturae libeat perdiſcere mores,
 Quis Deus hanc mundi temperet arte domum.

Lib. IV. El. 3. 35.

Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos,
 Qualis & haec docti ſit poſitura Dei.
Et diſco qua parte fluat vincendus Araxes.

Auctor Dialogi de claris Orat. cap. 30. *ille rerum motus cauſſaſque cognovit.* ut legit Schurzfleiſch. in Actis Liter. pag. 174. quem vide, & quae notavi in Addend. ad Lotich. pag. 696. recte etiam *rerum vias* non *vices.* ut apud Claudian. praef. in Lib. I. de R. P. 4.

Quas Natura negat, praebuit arte vias.

vid. N. Heinſ. ad Valer. Fl. Lib. III. 17. praeced. verſu, *Socraticis chartis* legebat Francius.

29. *Aut quid Lucreti tibi proſunt carmina lecta*] haec eſt Scaligeri reſtitutio, quam Turnebus, Paſſeratius, Guyetus, & Broukhuſius probarunt, idque

Nil juvat in magno veſter amore ſenex.

Tu

idque prorſus admirabile ac veriſſimum eſſe in Animadverſionibus ſuis dicit Cl. Hemſterhuſius; forte quia praecedit, *rerum dicere poſſe vias.* *Erecthei* in primo Leid. *Erethei* in Excerpt. Modii. *Erehthei* in Menteliano, altero Leid. primo & tertio Voſſ. *Crethei* Voſſ. quartus, Groning. primus D'Orv. & meus ſecundus. *Eretei* in D'Orvill. altero. in meo primo erat lacuna *Aut quid . . . . proſunt. Cretaei*, quod in priſcis, aliiſque edd. legitur, non diſplicebat Cl. Oudendorpio, ut forte *Rhianus*, Cres, intelligatur, qui Heraclea conpoſuit. de Rhiano hoc vide illius & aliorum Interpretum notas ad Suet. Tib. cap. 70. Epimenidem indicari putabat Canterus. & ed. Aldinae adſcripſerat Ant. Perrejus, intelligi Epimenidem, poëtam Cretenſem, qui ſcripſit Argonautica. Scaligeranum *Lucreti*, ut ante eum Turnebus legebat, forte non ſine ratione quis in dubium vocare poſſet, quia Graecum poëtam hic requiri docent ſequentia, & quae infra v. 41. & ſeqq. occurrunt. hinc Heinſius variis conjecturis locum reſtituere conatus eſt, *Aut quid Erechthei*, vel *Tyrtaei*, vel *Aut quid Smyrnaei*, vel denique *Cretaei tibi proſunt carmina tecti*, id eſt Labyrinthi, ut innuat poëtam aliquem, qui Cretenſia ſcripſerit. ſed omnes lubricae & incertae conjecturae ſunt. certe *Smyrnaei* & *Erechthei* eadem de cauſſa rejiciendum, qua *Cretaei* repudiavit Scaliger, & Barthianum *Cittaei*, id eſt Zenonis, exploſit Broukhuſius, quia ſic patria tantum poëtae, non vero ejus nomen exprimitur. quam ob rem Oudendorpianum *Cretaei*, ſeu Rhiani, etiam inprobandum eſt. itaque *Tyrtaei* prae ceteris conjecturis Heinſianis magis adrideret, quod ex veteri codice ad marginem ed. Ald. adſcripſerat etiam Perrejus, & a Colotiano, ac duobus Vaticanis confirmatur. & ſic legendum conjecerat Beroaldus, ſed poſtea *Critaei*, hoc eſt *Cretaei*, praetulit, Epimenidem intelligens. *Critei* in alio Vatic. *Cretheis proſunt tibi* in Borrichiano. *Aut quid Erecthei tibi proſunt carmina lecti* in aliis haberi notavit Latin. Latinius. *proſunt tibi* etiam in ſecundo Leidenſi, tribus Voſſianis, & meo priore. *poſſunt* male in D'Orvill. ſecundo. infra v. 39. *Amphiaräeae nil proſunt fata quadrigae,* ubi etiam *poſſunt* in primo Leidenſi. altero verſu *noſter ſenex* in Palatino Gebhardi, & meo ſecundo. forte aliquid latet in alterutra voce. per *ſenem* intelligunt vel Socratem *ſenem Hymetto tritum* Juvenali dictum, vel Homerum, cujus verſus *nil in amore valere* dicit Lib. I. El. 9. 11. vel denique Epicurum, qui *ſenior Gargettius* vocatur Statio Lib. I. Sylv. 3. 94. eumdemque innuit Lib. II. Sylv. 2. 113.

Seu volvit monitus, quos dat Gargettius auctor.

vid. Corrad. ad Cic. XV. ad Fam. Ep. 15. *Tyrtaeum* igitur ſi admittamus, duos diverſos ſignificabit, dicetque, neque bellica Tyrtaei carmina, neque Epicuri Philoſophica te in amore aliquid juvabunt, licet etiam de Epicuri carminibus, quae de Amore ſcripſit, intelligi poſſit, qui *ſenex* non ſine cauſſa dicitur, quoniam longaevus vixit, quemadmodum Epimenides, quem praec. verſu per *Cretaeum*, ſeu Cretenſem, poëtam indicari volunt, ſpatium vitae humanae longiſſimum extendit. vide hic Beroaldum & Paſſeratium. ſi vero Epicurum intelligamus, favebit correctioni Scaligeranae *Lucreti*, ut Latinum Poëtam Graecis inſeruerit. & huc inclinaſſe videtur Douſa Pater, qui ſequentia editionis Rovillianae margini adſcripſerat, in Schediaſmate ejus Succidaneo non occurrentia: *Beroaldus hic Cretaeum pro Epimenide Cretenſi dictum putat. Conſtat autem eum ſcriptorem carminum fuiſſe. Aut* Lucreti *legendum eſt, cujus elegantiſſima carmina de Rerum Natura hodieque exſtant. Fortaſſe enim ea perſtudioſe Lynceus legebat, cum & ipſe poëtas amaret, & verſus ſcriberet, & ex illius aetatis poëta ſe ad Epicuri ſententiam propenſiorem & dociliorem praeberet, ea enim tum Philoſophia in amoribus & deliciis erat. probabilior tamen Beroaldi ſententia videtur.* ſed haec ipſa Turnebi verba ſunt Lib. VII. Adverſ. cap. 26. in fine. Ex his eligat lector, quae ad Propertii mentem magis adcommodata videbuntur.

31. *Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam*] Et hic locus non leviter viros eruditos habuit exercitos. pro *ſatius* Cl. Schradero Emend. pag. 141. placebat *potius*, nullis MSS. adſentibus, & alterum Propertio uſitatiſſimum eſt. vid. ad Lib. II. El. 19. 51. ſed reliqua majoris momenti ſunt. Videamus codicum ſcripturas, vel potius corruptelas. *meliorem Muſis* in Leid. primo, & D'Orv. ſec. *memorem Muſis* in Regiis Colbertinis, Excerpt. Scalig. Heinſiano, Askew. Groning. & priſcis edd. *Muſis memorem* Borrich. duo Leidd. tres Voſſ. & meus uterque.

pro

Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam,

Et

pro *imitere* vitioſe in tertio Voſſ. *inmitte. mirere* in ſec. Leid. & primo Voſſ. *Muſis memere imitere Phileten* codicem ſuum habere teſtatur D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 22. additque ſe *Muſis meliorem* non intelligere. neque ſe adſequi notat Gebhardus, quid acuminis ſit in hac lectione, vulgatam *memorem Muſis* longe venuſtiorem cenſens. *meliorem* vero legi voluit Scaliger, quem ſecutus eſt Broukhuſius. neque aliter Dalecampius in notis marginalibus ad Athenaeum Lib. IX. pag. 401. Adſcribenda ſunt, quae codici ſuo ed. Graev. adleverat Marklandus: *Scaliger edidit*, Muſis meliorem, *& poſt eum fere omnes, male. quomodo enim dici poſſit Philetas* melior Muſis? *hoc omnem arrogantiam ſuperat. Conſentiunt MSS. exhibentes* memorem Muſis. *Lege*, Tu ſatius memorem Muſes imitere Philetem. Muſes, *τῆς μουσῆς*, *Graeca terminatione. phraſin* memorem Muſes *explicavi ad Stat. IV. Sylv.* 6. 56. Sed in his Marklandi acumen Criticum valde deſidero, ne dicam meram hanc eſſe cavillationem, quia Scaliger *meliorem Callimacho*, non *meliorem Muſis*, jungenda cogitavit. quamvis tertio caſu *Muſis* accipi poſſet, ut Philetas *Muſis melior* pro acceptior dicatur, ut apud Ovid. Rem. Am. 761.

Me certe Sappho meliorem *fecit amicae.*

Philetas igitur *Muſis melior*, quam praecedens ille *ſenex* poëta philoſophus. *Muſis memorem imitare Philetam* Gulielmius ad Plaut. Perſ. Act. II. Sc. 1. 1. aliis etiam conjecturis locum hunc adfectum ſanare conati ſunt viri docti. *Tu ſatius Muſae numeros imitere Philetae*, tentabat Struchtmeyerus in Anim. Critic. pag. 98. Cogitabam aliquando, an ex veſtigiis codd. MSS. in quibus *meliorem Muſis* legitur, reſtitui poſſet,

Tu ſatius mollem *Muſis imitere Philetam.*

hoc eſt, Muſis tuis ſeu carminibus exprime lenem & tenerum Philetam. ut de Mimnermo Lib. I. El. 9. 12.

Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero,
Carmina manſuetus lenia quaerit Amor.

infra v. 42.

—— ad molles membra reſolve choros.

Lib. I. El. 7. 19.

Et fruſtra cupies mollem conponere verſum.

Lib. III. El. 1. 19.

Mollia, Pegaſides, veſtro date ſerta poëtae.

ita conjeceram ipſe, cum poſtea vidi id quoque in mentem veniſſe Andreae Schotto notis ad Procli Chreſtom. pag. 29. aliter eruditiſſ. Eldikius, qui in ſuis ad me literis tentabat,

Tu ſatius teneri luſus imitere Philetae.

nam *teneri* epitheton aeque Philetae aptum eſt quam Propertio, cui ab Ovidio datur Lib. III. A. A. 333.

Et teneri poſſis carmen legiſſe Properti.

luſus autem, ut Naſoni II. Triſt. 223.

Luſibus ut poſſis advertere lumen ineptis.

& Martiali Lib. I. Ep. 4.

Innocuos cenſura poteſt permittere luſus.

idque Philetae non male convenit, qui *παίγνια*, ſeu *luſus*, carmine Elegiaco ſcripſerit. & *ſomnia* ac *luſus* ſine offendiculo hic copulantur. Poſſis etiam cum cultiſſimo Santenio,

Tu ſatius Muſam leviorem *imitare Philetae.*

quod epitheton poëtae elegiaco & erotico non minus convenit, quam *mollem*. ita enim de ſe noſter Lib. II. El. 9. 22.

Haec mea Muſa levis *gloria magna tua eſt.*

Ovidius Lib. I. Am El. 1. 19.

Nec mihi materia eſt numeris levioribus *apta.*

His tamen virorum doctorum conjecturis, ut ingenue fatear, ſua licet laude non fraudandis, praeferenda ſemper, licet liberior, ſed Propertio digna, mihi viſa eſt N. Heinſii emendatio, caſtigantis,

Tu ſatius Mimnermum, aut Coum imitere Philetam.

ut ſocius Philetae & Callimacho commode adjungatur Mimnermus, de quo vide ad Lib. I. El. 9. 11. Iſta veſtigia Heinſiana premens juvenis eruditiſ-

ſimus

Et non inflati ſomnia Callimachi.
Non rurſus licet Aetoli referas Acheloi
Luxerit ut magno fractus amore liquor.

35. At-

ſimus P. H. Koppierſius in Obſerv. Philolog. cap. XI. pag. 148. & ſeqq. propius vulgatae lectioni adhaerens ſubſtituebat,

Tu ſatius Mimnermi, aut Muſam imitere Philetae,
Et non inflati carmina Callimachi.

vel, *Tu ſatius Mimnermum aut Muſam imitere Philetae.* certe *Mimnermi* nomen hic reſtitutum debetur Heinſio, neque diſſimulare poſſum, *Coum Philetam* valde mihi blandiri, ut Lib. III. El. 1. init.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetae.

& El. VII. 44. ut plurimi legendum cenſent,

Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos,
Et cecinisse modis, Coë poëta, tuis.

ubi *Dore poëta* nunc editur ex emendatione Scriverii, qui erudita adnotatione ad Martialem pag. 26. & 27. loca ſimilia adfert vel corrigit, ubi Philetas cum Callimacho jungitur. Sed *Coë poëta* illic vindicare poteſt illud Ovidii Lib. III. A. A. 329.

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poëtae,
Sit quoque vinoſi Teïa Muſa ſenis.

& Rem. Am. 760.

Callimachum fugito, non eſt inimicus Amori,
Et cum Callimacho tu, quoque, Coë, noces.

& ſic paſſim Φιλήτας ὁ Κῷος ποιητὴς apud Athaenaeum, Photium, Stobaeum, Scholiaſtem Theocriti, alioſque auctores Graecos.

32. *Et non inflati ſomnia Callimachi*] *inflantis* in Borrich. Heinſiano, Voſſ. primo, & meo *inflantis nomine* in ſec. Leid. & Voſſ tertio. *inflantis omnia* Neap. & Groning. *inflatis omnia* in meo ſecundo. Marklandus notaverat, conſtructionem eſſe, *Et ſomnia Callimachi non inflati*, id eſt tenuis & ſimplicis. unde Lib. II. El. 1. v. 40. *Callimachum anguſto pectore* vocat. cui expoſitioni favet illud Ovidii Rem. Am. 381.

Callimachi numeris non eſt dicendus Achilles.

& quod ipſe de ſe dicit Callimachus Fragm. CLXV. p. 504. ed. noviſſ.

Μηδ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

ubi vide doctorum Interpr. notas. peſſime vero Scaligerum haec expoſuiſſe cenſebat; qui *inflatum Callimachum* pro turgido interpretatur, ut Lynceum adhortetur potius ad imitationem mollis ac teneri Philetae, quam ad *ſomnia inflati* Callimachi, per quae intelligit Callimachi αἴτια, moroſum atque obſcurum, ut ait, opus, & in quo ſomniaverit ſe Muſarum coetui interveniſſe, & ab illis carmina ſua accepiſſe. certe Callimacho Ovidium praeferebant puellae Romanae, ut ipſe jactat Lib. II. El. 4. 19.

Eſt, quae Callimachi prae noſtris ruſtica dicat
Carmina, cui placeo, protinus ipſa placet.

a Scaligero hic quoque in ſuis Animadverſionibus diſcedit Cel. Hemſterhuſius, neque veroſimile exiſtimabat, de Callimacho hic tam inique judicaſſe Propertium, qui illum & Philetam ſibi praecipue imitandos propoſuit. ideoque adſentior illis viris doctis, qui haec Αἴτια ex Elegis non vero hexametris conſtitiſſe cenſent. illud vero Callimachi opus hic indicari conſentit Hemſterhuſius, ſed non tamen adeo obſcurum fuiſſe opinatur, quia in illis veterum fabularum morumque rationes exponebantur. ad haec quoque αἴτια hoc in verſu reſpici cenſent Brodaeus & Obſopaeus ad Anthol. Graec. Lib. I. p. 140. & Lib. III. p. 402. ſeq. de iis vide Parrhaſ. in Quaeſ. per Epiſt. p. 217. & Meurſium ad Helladii Chreſtomath. pag. 46. & adde Epigramma Graecum a Bentlejo laudatum ad Callimach. Fragm. p. 416. & 417. ed. noviſſ. ubi plura notarunt eruditi Interpretes. *ſomnia* autem hic ejicienda, & pro iis *carmina* ſubſtituenda putabat d. l. Koppierſius. ſed forſan Callimachus in Αἰτίοις, vel Elegis amatoriis, ſomnia poëticis coloribus deducta ſcripſerat, ad quae reſpiciat Propertius.

33. *Non rurſus licet Aetoli referas Acheloi*
Luxerit ut magno fractus amore liquor]

Nam rurſus in duobus Leidd. tribus Voſſ. & utroque D'Orv. *Jam* in Heinſiano, & meo priore. *Nunc* Guyetus *Num* in Excerpt. Scaligeri, qui legendum juſſit *Non rurſus*, & exponit Ponticum non iterum tractaturum, quae Callimachus antea in Αἰτίοις tractaverat, in quibus Acheloi fabulam, & fluvium Maeandrum, & Nemea ad Archemori exſequias deſcripta, adfirmat. Sed haec minus feliciter a viro Maximo expoſita in fine

Ani-

Atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo
Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.
Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion,
Triſtia ad Archemori funera victor equus.
Amphiaraëae nil proſunt fata quadrigae,
Aut Capanei magno grata ruina Jovi.

Deſine

Animadverſ. ſuarum monet Cel. Hemſterhuſius. Douſa quoque adſcripſerat, erraſſe Scaligerum, nam *rurſus* hoc loco *retrorſum* ſignificare, & cum *Fluxerit*, non autem cum *referas*, conjungendum eſſe. *caſus* conjecerat Marklandus. in Modiano ſeu Groningano codice *curſus*. ut in aliis legi notavit Lat. Latinius, & ex Commeliniano adfert Gebhardus. unde Heinſius *curſus Flexerit*. ut Lib. III. 1. 46. *Ad tua rorantes carmina flexit equos. Fluxerit* in plerisque codicibus & edd. vetuſtis. idque defendit Pontanus ad Macrob. p. 641. idem Heinſius in notis Propertianis pag. 712. locum ſic conſtituebat,

Nam luctam licet Aetoli referas Acheloi,
Luxerit ut magno fractus amore liquor.

vel *tactus amore*. ſed *fractus* praefero. quod Cantero & Paſſeratio placebat. *factus* peſſime Barthius ad Gratii Cyneg. v. 337. quam vitioſam ſcripturam hauſit ex antiquis edd. eaque plurimos etiam codices obſidet. vera igitur lectio eſt, *Luxerit ut magno fractus amore liquor*. quae firmatur ex Ovidio Epiſt. IX. 139.

Cornua flens *legit ripis Achelous in udis*,
Truncaque *limoſa corpora merſit aqua*.

vide quae notavi ad Lotichium Lib. I. El. XI. 18. pag. 79. & in Comment. ad Numiſm. Sic. pag. 388.

37. *Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion* &c.] hoc diſtichon ſequenti poſtponendum, atque ad Antimachum quatuor hos verſus referendos cenſebat Heinſius, & *Adraſtum tulerit vocalis Arion Triſtia ad Archemori funera* legebat, non *Triſtis* ut in codd. & edd. vetuſtis. haec autem forte in Ponticum dici, qui Thebaida ſcripſit, conjiciebat. Illius emendationem *Adraſtum tulerit*, Broukhuſio probatam, firmare poteſt verſus Antimachi apud Apollodor. Lib III. Biblioth. cap. 6. in fin. ut eum ex MS. Palatino reſtituit Barthius ad Stat. II. Theb. 197.

Ἀδρηςὸν μόνον ἵππος ἔσωσεν δῖος Ἀρίων.

male in vulgatis, Ἀδρηςὸν δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρίων. ſolum enim Adraſtum è Ducibus, qui apud Thebas perierunt, equus hic Arion exitio eripuit. alios ejuſdem Antimachi verſus ex Graeco Thebaïdos poëmate apud Pauſaniam exſtantes de hoc Adraſti equo adfert idem Barthius ad Lib. IV. Theb. 43. p. 897. & ſeq. eumdem vide ad Lib. VI. 302. & 512. ideo autem *Arion vocalis* dicitur, quia vates & praeſagus erat. vide Behot. II. Apoph. 19. qui tamen illic humani aliquid paſſus eſt, quum in argumento Lib. VI. Theb. Statii, ex cod. MS. emendat, *Exſtitit hic Arion victor, Polynice cadente.* pro *Dorion*, ut in vulgatis. ſecunda enim in *Arion* nuſquam corripitur. praeſtat igitur ex MS. Barthii illic legere, *Exſtitit hic caſu Polynicis victor Arion*. ſed & *vocalis Arion* dici poteſt, quia clara voce humana praeditus fingitur, ut citharoedus *vocalis Arion* Ovidio II. Faſt. 91. vide Patrui mei notas ad Nemeſian. Ecl. III. 51. *Orion* vitioſe in Mentel. Groning. primo Leid. & meo. *Triſtis & Archemori funere* in Leid. Voſſ. Groning. D'Orv. & meo utroque.

39. *Amphiaraëae nil proſunt fata quadrigae*] metro vim inferunt codices vetuſti, in quibus *Non Amphiareae*, aut *Amphiariae*, vel *Nil Amphiareae proſunt*. ut in Vaticanis, Regiis, Colbertinis, Leidd. Voſſianis, D'Orvillianis, Groning. Borrich. Askew. meo utroque, & priſcis edd. *Haud Amphiareae* in v. c. Perreji. *Non Amphiarae proſint* Palatinus Gebhardi, & prim. D'Orv. *proſint tibi* etiam eſt in Leid. ſec. primo & tertio Voſſ. D'Orvill. priore, & meo ſec. *Amphiarerae nil proſunt* in Neap. *poſſunt tibi* Mentel. & Leid. pr. *poſſunt tibi* in Voſſ. pr. & tertio, Leid. priore, D'Orv. ac meo ſecundo. *proſunt tibi* in Voſſ. quart. & meo primo. *tibi proſunt* in altero D'Orvill. Nil mirum igitur vetuſtis editionibus deceptum ſic quoque advocaſſe Barthium, ut indicat Broukhuſius. veriſſime Heinſius *Amphiaraëae*. ſecundam enim & tertiam in *Amphiaraus* corripi patet ex Lib. III.

Deſine & Aeſchyleo conponere verba cothurno,
Deſine, & ad molles membra reſolve choros.
Incipe

El. XI. 58.

Dilapſus nuſquam eſt Amphiaraus equis.

vide hic Muretum. nimis licenter Marklandus tentaverat, *Non non Amphiaraëae tibi fata quadrigae.* deleto *proſunt.* vel adhaeſit forte Scaligero, qui veterem lectionem interpolatam cenſens in ſua editione exhibuit,

Non non Amphiaraëae tibi fata quadrigae
Proſint, aut Capanei grata ruina Jovi.

nimirum altero verſu *magno* omittitur in multis MSS. & priſcis edd. in quibus legitur,

Aut Capanei grata ruina Jovi.

ut in Excerpt. Scal. Heinſiano, Borrich. Groning. D'Orvillianis, & meis. & in utraque Veneta, Volſci, Aldinis, Junt. Colin. Gryph. aliiſque. ſed *magno* ex vet. cod. repoſuit Muretus, quod firmatur a Mentel. Voſſ. ceteriſque. *irato* conjecit Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 287. & in notis Propertianis p. 712. vel potius, *Aut Capaneus ſpreto.* ſed prius praefero. *fata* autem *quadrigae Amphiaraëae* dicit, quia terrae hiatu ſimul cum curru abſorptus periit Amphiaraus. quo ſpectant verſus oraculi apud Athenaeum Lib. VI. p. 232.

Ἀμφιαρέων ἔκρυψ᾽ ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.

Pindarus Od. IX. Nemeor. v. 57.

— — ὁ δ᾽ Ἀμφιάρηϊ
Σχίσεν κεραυνῷ παμβίᾳ
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
Κρύψεν δ᾽ ἅμ᾽ ἵπποις.

ubi vid. Scholiaſt. & ad VI. Olymp. 21. adde Eurip. in Phoeniſſ. v. 1188. & in Supplicib. 926. ubi fabulam hanc exponit Marklandus p. 187. de Amphiarao multa collegit Barth. ad Stat. I. Th. 399. haec autem, & reliqua hic memorata in Thebaicis ſuis deſcripſiſſe Ponticum, veroſimile eſt.

41. *Deſine & Aeſchyleo conponere verba cothurno*] Hanc lectionem textui reddendam cenſui, pro *Deſine Achilleo*, ut edidit Broukhuſius, ſecutus emendationem Scaligeri, qui Tragoediam *Achillem* intelligi putabat, ut Ennii *Achilles* a veteribus laudatur. ſed de poëtâ aliquo Latino aevi remotioris, qui ſub *Achillis* titulo drama conpoſuerit, ne cogitaſſe quidem Propertium, certus ſum. ad Homeri Iliada reſpici putabat idem Broukhuſius, cui favere poſſet Ovidii locus Lib. II. Am. El. 18. 1.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem.

Achilleo etiam placebat Marklando. ſed obnituntur omnes fere libri ſcripti & editi vetuſtiores, in quibus conſtanter,

Deſine & Aeſchyleo *conponere verba cothurno.*

ita certe in Regiis, Colbertinis, Leidd. Voſſianis, D'Orvillianis, meo utroque, Groningano, ceteriſque, quibus proxime accedit Neap. in quo *Aechileo.* & pr. D'Orv. in quo *echileo.* in ſecundo Leid. & *eſculeo.* ſic & *Aeſchyleo* excuſum fuit in primis & reliquis edd. antiquis ante Scaligeranam. & hanc lectionem omnium veriſſimam exiſtimo propter additam *cothurni* vocem. Horatius in Art. Poët. 280.

Poſt hunc perſonae pallaeque repertor honeſtae
Aeſchylos, & *modicis luſtravit pulpita tignis,*
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

idque praetuliſſe videtur Livinejus ad h. l. & Fulv. Urſinus in Virgilio cum Graecis collato ad Ecl. VIII. 10. hunc enim Propertii verſum confert cum Virgiliano,

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

& ſic Pindaro *cothurnum* tribuit Lib. III. El. 15. 39.

Haec ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.

recte igitur *Aeſchyleo* repoſui, ut reſpiciat ad Aeſchyli Tragoediam ſeptem Ducum contra Thebas, quia Ponticus Thebaïca ſcripſerat. ſeq. verſu *membra referre* in ſecundo D'Orvill. quam lectionis varietatem ex aliis etiam notavit Latin. Latinius. Heinſius *ſolvere membra*, ut cum *Deſine*, ablata diſtinctione, jungatur. quomodo *frangi artubus* Horatio III. od. 6. 22. & *fractos enervi corpore greſſus* dixit Petron. c. 119. ubi Gonſalii & aliorum notas conſule. ſed nihil muto. adhortatur enim Ponticum, ut a graviori carmine epico deflecteret ad Elegos. *toros* vel *thoros* male in nonnullis MSS. & edd. antiquis, *deos* Leid. ſec. & alter D'Orvill.

43. *In*

Incipe jam anguſto verſus includere torno,
Inque tuos ignes, dure poëta, veni.
Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

Deſpicit

43. *Incipe jam anguſto verſus includere torno,
Inque tuos ignes, dure poëta, veni,*]

Incipe & D'Orv. ſec. *auguſto* in meo altero. *arguto* conjecerat Heinſius. pro *includere* in Menteliano, primo Leid. ſecundo D'Orvill. & meo *conponere.* ſed *includere* in Regiis, Colbertinis, Groning. ceteriſque, & primis edd. ut in Venetis, Volſci, Aldina utraque, Juntina, Colinaei, aliiſque. quod verum eſt, nam *conponere* modo praeceſſit. ita ex aliis etiam *Incipe & anguſto verſus conponere torno* adfert Lat. Latinius. pro *torno* in meo ſecundo *turno.* unde *anguſto gyro* hariolari quis poſſet. de quo vide infra ad Lib. III. El. 2. v. 21. recte vero Broukhuſius recepit *verſus includere torno*, pro torno polire. vide Juret. ad Symmach. pag. 313. & de verbo *tornare* N. Heinſ. ad Prudent. pag. 125. quod autem Broukhuſius haec conferat cum noto, ſed vexatiſſimo, Horatii loco in A. P. v. 441. *Et male tornatos incudi reddere verſus*, id repugnante Bentlejo fit, qui operoſa digreſſione contendit illic legendum, *Et male ter natos incudi reddere verſus*, tam in ſuo ad Horat. Commentario, quam in notis ad Callimachi Fragm. XL. pag. 429. quam tamen emendationem, multa licet eruditione corroboratam, non omnibus perſuaſit veram. ferula ludi magiſtri eam caſtigavit Rich. Johnſon Ariſtarch. Anti-Bentl. P. II p. 113. moderatius vero refutavit Cuningh. Animadv. in Horat. Bentlej. cap. XII. pag. 211. & ſeqq. qui Guyeti *formatos* in textum admiſit. tota etiam velitatione Bentlejo ſe oppoſuit Fr. Oudinus Miſcell. Obſerv. Novis Tom. II. pag. 416—422. & de utroque Horatii & hoc Propertii loco vide Roſelium Baumonium in Hiſt. Gall. Critic. Reip. Liter. Tom. IX. pag. 116. & ſeqq. altero verſu *dure poëta* non ſollicitandum videtur, neque cum aliis *pure*, aut cum Heinſio *crude*, quod recentem in amore exponebat, ut *primo juvenes in amore feroces* ſupra El. 2. v. 18. multo minus cum Scriverio *Dore poëta* ſubſtituendum eſt. ut legebat idem infra Lib. III. El. 7. 44. *Et cecinіſſe modis, Dore poëta, tuis.* quod illic recepit Broukhuſius. ſed hic *durum poëtam*, epicum & gravi cothurno innitentem, opponit *mollibus choris.* & recte Gebhardus notat *durum* contrarium eſſe poëtae, qui ſcribit amatoria. ſic Lib. II. El. 1. 41. *Non mea conveniunt duro praecordia verſu.* & contra Lib. I. El. 7. 19. *Et fruſtra cupies mollem conponere verſum. lenia carmina* vocat eodem Libro El. 9. 12. vide Patrui mei notas ad Sulpic. Sat. v. 7. alio ſenſu Marium *ad ſtudia poëtica duriorem*, hoc eſt, qui venuſtatem eorum non ſentiat, vocat Cicero pro Archia cap. 9. ubi vide Paſſeratium. deinde, *Inque meos ignes* Heinſius, ut *in meos ignes* dicat, pro ad meos amores veni, carminibus cantatos. ut apud Ovidium II. Am. 18. v. 40. *& a veſtris in mea caſtra redis.* & ſic Marklandus, cui etiam in mentem venerat, *Inque tuos gyros.* ut apud Ovid. Rem. Am. 398. *adtrahe lora Fortius, & gyro curre, poëta, tuo.* Ridiculum vero Dacierii ſtuporem, qui locum hunc ita interpretabatur, *remitte tuos verſus in fornacem, ut inde molliores exeant*, merito caſtigavit Bentlejus ad d. l. Horatii ex A. P. v. 441. & vide de eo D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 23.

45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero*] recte ſenſum loci, exploſa Paſſeratii interpretatione, expoſuit Broukhuſius, ut Ponticum admoneat, eum non tutiorem fore ab Amoris telis, quam Antimachus fuit aut Homerus. ſed quod memoret luculentum fragmentum *Hegeſianactis* apud Athenaeum (Lib. XIII. cap. 8.) unde hic Propertii locus poſſit explicari, in quo de amoribus Antimachi & Homeri mentio fiat, vel calami vel memoriae error eſt pro *Hermeſianactis.* Lyde vero Antimachi amor fuit. de qua vide Interpretes ad Ovid. Lib. I. Triſt. El. 5. init. Lennep. ad Coluth. pag. 168. & quae notavi ad Catonis Diras non procul ab initio. Neque ſine ratione hos duos conjungit Propertius, quia Antimachum nonnulli e veteribus conparabant & aequabant Homero. qua de re exſtat inſigne Antipatri Theſſalonicenſis Epigramma in Mantiſſa IV. Anthologiae Graecae Grotianae, quod hic adponi meretur:

Ὄβριμον καμάτου στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο
Ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων,
Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ' ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὖας
Ἔλλαχες, εἰ ζαλοῖς τὴν ἀγέλαστον ὄπα,
Εἰ τὰν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
Μαίεαι, εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,

Καὶ

Deſpicit & magnos recta puella Deos.
Sed non ante gravis taurus ſuccumbit aratro,
Cornua quam validis haeſerit in laqueis.

Nec

Καὶ Ζεὺς τοι κρείσσων ἐνοσίχθονος. ἀλλ' ἐνοσίχθων
Τῶ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος
Καὶ ναέτης Κολοφῶνος ὑπέζευκται μὲν Ὁμήρῳ,
Ἀγεῖται δ' ἄλλων πλάθεος ὑμνοπόλων.

quod ſic interpretatus eſt Vir maximus;

Antimachi fortes numeros, & carmina lauda,
Heroum veterum digna ſupercilio:
Formata Aoniis incudibus, auris acuta
Si tibi, ſi tua mens ora ſevera probat:
Nullius pede trita juvat ſi te via. quod ſi
Pieriae ſceptrum laudis Homerus habet.
Vincit Neptunum quoque Jupiter: attamen ille
Tam Dis eſt major, quam Jove rege minor.
Sic uni cedit civis Colophonis Homero,
Sed colit hunc vatum cetera turba ducem.

de Antimacho autem vid. J. Nic. Loenſem Lib. II. Miſc. Epiph. cap. 7. Barth. ad Statium Lib. V. Theb. 92. Iſ. Voſſium ad Catull. p. 220. & 323. & Broukhuſ. ſupra ad Lib. I. El. 7. 3. illius nomen pro Callimacho, quocum ſaepius confuſus eſt, Luciani loco praeclare reſtituit Pierſonus ad Herodian. Philetaer. poſt Moeridis Atticiſt. pag. 440. ubi de eo plura notavit. & *Antimachi* Thebaïda, pro *Antagorae*, ſcriptori vitae Arateae reddidit Hemſterh. ad Teſtim. vet. de Callim. p. 591.

46. *Deſpicit & magnos recta puella Deae*] *Decipit* in marg. Voſſ. tertii. *tecta puella* Mentel. Leid. pr. Voſſ. D'Orv. & meus a man. ſec. *ſpreta* Heinſius, qui etiam ad oram ed. Ald. pro *puella* conjecerat *favilla*. *rara puella* mihi aliquando adridebat. ut Lib. I. El. 8. 42. *Cynthia rara mea eſt*. & El. XVII. 16. *Quamvis dura, tamen rara puella fuit.* ſed *recta*, ut etiam in altero meo codice eſt, bene ſe habet. vide ſupra ad El. XIV. v. 29. Senſum vero hujus & praecedentis verſus ita exponebat Marklandus, „ Quid? duo homines Homerum & Antimachum deſpicit non tantum, ſed ipſis etiam „ Diis ſuperior eſt pulchra puella, *formaque* „ *numen habet.* ut ait Ovid. III. Am. El. 3. 12. „ & 20. *Et mecum luſos ridet inulta Deos.* quippe, ut ibid. v. 31. addit, *Formoſas ſuperi* „ *metuunt offendere laeſi.* merito ergo tales Deos „ deſpicit formoſa, quanto magis homines. aliter Broukhuſius.

47. *Sed non ante gravis taurus ſuccumbit aratro,*
Cornua quam validis haeſerit in laqueis.]

ſuccumbat in Voſſ. tertio, *ſuccurrat* in quarto ejuſdem. & mox pro *haeſerit* in altero D'Orvill. *laeſerit*. in quinto Vatic. *exerit*. *gravem taurum* validum & adultum interpretatur Broukhuſius. ſic *gravem tigrim* legit, & fortem exponit Vlitius apud Gratium Cyneg. 165. Sed adſentior Douſae, Paſſeratio, Acidalio ad Vellej. Paterc. & Heinſio ad Valer. Fl. VII. 555. *gravi aratro* emendantibus. altero verſu *Cornu quam haeſerit*, praefert Gruterus Lib. XII. Suſpic. inedit. cap. 8. & confert cum iſtis Apuleji, *longe pejores inhaeſimus laqueos.* ſed *cornua haeſerit* recte per Graeciſmum exponit Broukhuſius, idemque notat, quod de cervo apud Phaedrum Lib. I. Fab. 12. 10.

— ſilva tum excepit ferum,
In qua retentis inpeditus cornibus.

ille vero locus Apuleji *haeſerit* hic vindicare poteſt contra Canterum *laeſerit* legentem Lib. V. Novar. Lect. cap. 16. cujus correctionem rejecit etiam Gebhardus, & Paſſeratii diſpunctionem *ſuccumbit aratro cornua*, activo ſenſu, recte inprobavit. Sed praeſtiterit hic forſitan,

Sed non ante gravi *taurus* ſubmittit *aratro*
Cornua, *quam validis haeſerit in laqueis.*

ſummittit certe in aliis legi teſtatur Lat. Latinius. *ſupponere* dicit Ovidius III. Amor. 10. 13.

Prima jugo taurus ſupponere colla coëgit,
Et veterem curvo dente revellit humum.

& Rem. Am. 171.

Colla jube domitos oneri ſupponere tauros.

ubi *ſubmittere* in MSS. & prima ed. poſſet etiam *ſubjungit* legi cum Cel. Ruhnkenio, quod propius ad *ſuccumbit* accedit. conferendus autem hic locus cum El. II. hujus Lib. v. 11. & ſeqq.

Ac veluti primo taurus detractat aratro,
Mox venit adſueto mollis ad arva jugo:
Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti poſt haec aequa & iniqua ferunt.

ubi

Nec tu tam duros per te patieris amores.
  Trux tamen a nobis ante domandus eris.
Harum nulla ſolet rationem quaerere mundi,
  Nec cur fraternis Luna laboret equis.

Nec

ubi vide quae notavi. & praecipue cum Epigrammate veteri Tom. I. Anth. Lat. pag. 657.

Quid ſaevis, Sybari, domiti modo terga juvenci
  Quid premis, & tenerum currere cogis equum?
Dum ſtupet, ac novus eſt, & adhuc non novit amorem,
  Parce; premendus erit, cum veteranus erit.

Ovidius Epiſt. IV. 21.

Scilicet ut teneros laedunt juga prima juvencos;
  Frenaque vix patitur de grege captus equus,
Sic male vixque ſubit primos rude pectus amores.

ubi *urunt*, pro *laedunt*, in cod. Ambroſiano. quod firmari poteſt ex illis quae notavit Bentlejus ad Horat. I. Epiſt. 13. 6. & vide ad Lib. IV. El. 3. v. 23.

49. *per te patieris amores*] *patiere labores* Marklandus.

50. *Trux tamen a nobis ante domandus eris*] diſplicet hic illud *ante*, quia praeceſſerit *Sed non ante gravi taurus* &c. itaque hoc etiam in loco, ut ſaepe alibi, a librariis opinor ejectam eſſe voculam, quae & in multis veterum locis per illos corrupta, vel in exſilium abire juſſa eſt. Legendum nempe,

Trux tamen a nobis arte *domandus eris.*

idem mendum adhuc obſidet locum Tibulli Lib. II. El. 7. 6. ubi legitur vulgo,

Haec laqueo volucres, haec captat arundine piſces,
  Quum tenues hamos abdidit ante *cibus.*

ſed corrigendum opinor *abdidit arte*, hoc eſt, callide, perite. nam *arte* fieri dicuntur quaevis doloſa ac fraudulenta. ut apud Virg. XII. Aen. 632. *cum prima per artem Foedera turbaſti.* ubi Servius exponit *per fraudem.* vide Wopkens. Lect. Tullian. p. 195. & ſic *arte* pro artificioſe, dextre, apud eumdem Tibull. Lib. II. El. 1. 24. *& ex virgis exſtruet arte caſas.* ubi etiam male *ante* in vulgatis. & ſic variant codices apud Virg. IX. Aen. 315. & Claudian. I. in Eutrop. 167. *quam qui ſe protulit, arte Ereptas poſſedit opes.* ut in MS. legi teſtatur Delrius, pro *ante.* & v. 194. *neglectaque ſueverat arte Clauſtra remoliri.* ut in ſuo codice idem Delrius, atque in Leid. & Pulmanni MS. & ed. Claver. legi teſtatur Patruus meus. ſic in praefat. Lib. I. de R. P. 4.

Quas Natura negat, praebuit arte *vias.*

Virg. V. Aen. 441.

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte *locum.*

apud Petronium cap. 17. legebat Scioppius, *fabulas & arte ceſſura latrocinia*, id eſt artificioſe vobis ſucceſſura, pro *anteceſſura.* infra apud noſtrum Lib. III. El. 2. 50. *Qui volet auſteros* arte *ferire viros.* & El. 3. v. 48. *Quis Deus hanc mundi temperet* arte *domum.* Ovidius Lib. I. A. A. 544. — *preſſas continet* arte *jubas.* & Lib. III. 166. *Proque ſuis alios efficit aere ſuos.* ubi in cod. Ampliſſ. Balth. Huydecoperi *alios arte ſuos efficit.* id eſt, *alios efficit* arte *ſuos.* quumquam illic *aere* non ſollicitandum ſit. ſic v. 200. *Sanguine quae vero non rubet*, arte *rubet.* & v. 485. ex eodem codice, *Ancillae puerive manus ferat* arte *tabellas.* non *ante.* apud eumdem Lib. I. Am. El. 2. 26. *adjunctas* arte *movebis aves.* ubi male Heinſius *axe.* quod merito inprobat Patruus meus ad Lib. I. Art. Am. 3.

Arte *citae veloque rates, remoque moventur,*
  Arte *leves currus,* arte *regendus amor.*

51. *Harum nulla ſolet rationem quaerere mundi*] hunc & tres ſequentes verſus cenſebat Vulpius tranſponendos eſſe poſt v. 58. quia *harum* non habet, quo referatur, & ſic mutato verſuum ordine connecti poſſit cum illis,

Ut regnem mixtas inter conviva puellas.

conferenda cum hoc loco ſunt, quae occurrunt Lib. III. El. 3. v. 47.

Tum mihi Naturae libeat perdiſcere mores,
  Quis Deus hanc mundi temperet arte domum:
Qua venit exoriens, qua deficit: unde coactis
  Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.
    & ſeqq.

& vide ad Lib. IV. El. 3. 36. ſeq. verſ. *Haec cur* in meo priore. pro *cur* male in Voſſ. primo, *Quare fraternis.*

Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabit ad undas,
Nec ſi conſulto fulmina miſſa tonent.

Nec

53. *Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabit ad undas*] ſic edidit Broukhuſius ex ed. Douſae. quod & in v. c. Perreji, Colotiano, & duobus Vaticanis legitur. ſed quaenam haec verborum ſtructura, *aliquid reſtabit poſt Stygias ad undas?* niſi quis ita intelligat, *Nec ſi poſt* (*obitum* nempe) *aliquid e nobis ſuperérit ad undas Stygias.* ſed quod durum & contortum videtur. in pleriſque codd. MSS. & vetuſtis edd. *Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtaverit undas.* ut in ſecundo Leid. tribus Voſſ. Groning. Askew. utroque D'Orv. & meis, cum utraque Veneta, Reg. Lep. Volſci, Aldinis, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. Sed malim *umbras* quam *undas.* ut *Stygias tenebras* dicit Lib. IV. El. 9. 41. *Atque uni Stygias hominum luxiſſe tenebras.* Ovid. I. Met. 139. *Quaſque recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris.* & Lib. X. 11. — *ne non tentaret & umbras, Ad Styga Taenaria eſt auſus deſcendere porta.* Lucanus Lib. V. 667. *Et Dictator eam Stygias & Conſul ad umbras.* Lib. VI. 569. *Arcanumque nefas Stygias mandavit ad umbras.* & paſſim. in aliis codicibus *reſtabit erumnas*, ut in Menteliano, quinto Vaticano, Leidenſis primi margine, uno D'Orvill. & priore Gebhardi Palatino. unde *Erinnys* plur. accuſ. Graeco ἐριννῦς caſtigabat Schurzfleiſch. ad Juvenal. Sat. VII. 52. pag. 94. Novi, qui ex vitioſa iſta codicum ſcriptura *erumnas* eliciendum putabat *arenas.* ut Lib. IV. El. 6. 83.

Gaude, Craſſe, nigras ſi quid ſapis inter arenas.

ſed *erumnas*, quod nonnullae offerunt membranae, natum eſſe ex gloſſa, qua librarii *aliquid* explicuerunt per *poenas*, ſeu *aerumnas*, *poſt mortem timendas*, exiſtimat D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 23. notatque Heinſium huc advocaſſe illud Ovidii Lib. IV. ex P. 14. 12. *Si quid & inferius quam Styga mundus habet*, loco certe valde adpoſito, & qui confirmet lectionem illam, *ſi poſt Stygias aliquid reſtaverit undas.* ut & Heinſius praeferebat, & Marklandus. de perfecto illo *reſtaverit* vid. Cel. Duker. de Lat. vet. Ictor. pag. 337. idque defendunt eo modo dictum, ut *praeſtavi*, *ſonavi*, *tonavi*, & ſim. vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. Sat. 8. 41. & Morhof. Epiſt. poſt Ejus Diſſert. pag. 6c8. ſic *ſonavit* in MSS. apud Ovid. in Ibin v. 128. Sed veram forte lectionem ſubſtituemus, ſi *reſtaverit* interpretationem ſtatuamus verbi Propertio hic, ut opinor, reddendi,

Nec ſi poſt Stygias aliquid ſuperaverit *undas.* vel *umbras.* *ſuperare*, pro ſupereſſe, reſtare, deſcriptoribus minus forte notum, ſed optimis auctoribus uſitatum eſt. vid. Barth. ad Stat. IV. Th. 735. notas ad Ovid. II. Triſt. 69. Broukhuſ. infra ad Lib. III. El. 3. 69. & quae dedi ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 180. ſic apud Lucan. Lib. V. 773. legebat Bentlejus,

Ut nolim ſuperare malis, ſed morte parata
Te ſequar.

pro vulgato *ſervire.* *ſuperare* autem vel ſupereſſe aliquid poſt Styga ac Tartarum, credebant veteres vel ſuſpicabantur. quamquam alii infernum eſſe negabant. vid. Caelium Rhodiginum Lib. X. Lect. Antiq. cap. 12. infra Lib. III. El. 3. 67.

Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo jugera pauca novem.
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,
Et timor haud ultra, quam rogus, eſſe poteſt.

ubi alia notavi. Seneca Herc. Fur. 613. *Quid reſtat aliud? vidi & oſtendi inferos. Da ſi quid ultra eſt.* Phoeniſſ. 144. — *Tartaro condi juvat, Aut ſi quid ultra Tartarum eſt.* & Herc. Oet. v. 741.

I, profuge, quaere, ſi quid ulterius patet,
Terris, freto, ſideribus, Oceano, inferis.

Tartarum enim locum inferni profundiorem ſtatuebant. vid. Serv. ad Virg. VI. Aen. 135. ubi advocat illa Lucani Lib. VI. 748.

Indeſpecta tenet vobis qui Tartara, cujus
Vos eſtis.

vide Barth. ad Stat. V. Theb. 364. & Gronov. ad Senec. Thyeſt. v. 1012.

54. *Nec ſi conſulto fulmina miſſa tonent*] hunc verſum Guellius ad Virg. IV. Aen. 209. connectit cum v. 51. & adfert,

——— *rationem quaerere mundi,*
Et ſi conſulto, &c.

conſulto hic eſt certa ratione, quod *conſilio* aliis dicitur. Cic. I. de Offic. 8. circa fin. *Sed in omni injuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis eſt, & ad tempus, an conſulto, & cogitata ſit injuria.* Flo-

Adſpice me, cui parva domi fortuna relicta eſt,
  Nullus & antiquo Marte triumphus avi.
Ut regnem mixtas inter conviva puellas
  Hoc, ego quo tibi nunc elevor, ingenio.
Me juvet heſternis poſitum languere corollis,

Quem

rus Lib. IV. c. 2. §. 59. *relicto in fluctibus paludamento, ſeu fato, ſeu conſilio, ut illud ingruentibus hoſtium telis ſaxiſque peteretur.* vid. Patrui mei Comment. ad Phaedr. Lib. V. fab. 3. v. 12. ejuſdemque notas ad Ovid. V. Triſt. 5. 33. *flumina* vitioſe in Neapol.

55. *Adſpice me, cui parva domi fortuna relicta eſt,*
Nullus & antiquo &c.]

relicta eſt legitur in pleriſque meis codd. Leidenſibus duobus, tribus Voſſianis, utroque D'Orv. meo ſecundo, & reliquis, excepto ſolo Heinſiano. neque aliter in vetuſtis edd. itaque *eſt* hic repoſui, a Broukhuſio deletum, quia in quibuſdam libris non adparebat. altero verſu Heinſius *Nullius & priſco Marte triumphus avi.* nimia licentia. *avi* in nonnullis MSS. deſideratur. *ani* Mentel. in Voſſ. quarto *triumphus erit.* fortunae & generis tenuitatem, nullumque e majoribus ſuis rei bellicae ornamenta triumphalia poſſe jactare indicat. confer ſupra El. VI. huj. Lib. v. 13.

Unde mihi patriis natos praebere triumphis,
Nullus de noſtro ſanguine miles erit.

57. *Ut regnem mixtas inter conviva puellas*] *Et regnem* in Heinſiano. *regimen* vitioſe in primis edd. *miſeras* pro *mixtas* perperam in altero D'Orvill. *mixtas inter conviva puellas* dicit, pro mixtus inter puellas. ut *has inter medias*, pro media inter has, apud Valer. Fl. II. 174. ubi vide Patrui mei notas, & ad Virg. Ecl. X. 55. & II. Aen. 508. & Douſam. ad Sulpic. Sat. v. 35.

58. *quo tibi nunc elevor*] *quod* in Regiis, Colbert. meo ſecundo, & edd. antiquis.

59. *Me juvet heſternis poſitum languere corollis*] *externis* in primo Vatic. Neap. Borrich. Groning. & D'Orvill. ſecundo. ut ex ſuis codicibus etiam adfert Neſtor in Vocabular. pag. 37. b. in *corona. extremis* Askew. & unus Colbert. *aeternis* Regii, & alter Colbert. cum priſcis edd. quod Marklando placuiſſe miror. *aeternum poſitum* in meo ſecundo. perperam Stewech. ad Apulej. Lib. VI. p. 345. *Me juvat aeternum poſitis languere corollis.* de continua harum vocum permutatione vid. ad Lib. I. El. 15. 5. & ad III. El. 6. init. *in vernis corollis* conjecerat Heinſius ad marg. ed. Ald. ſed *heſternis* recte in cod. Ant. Perreji & Fruterii, Colotiano, Mentel. Scaligeri Excerptis, ſecundo & quinto Vaticano, ut Lipſius e ſuis MSS. probante Gebhardo. idque ex Vaticano adfert Livinejus, & egregie firmatur ex loco Ciceronis apud Quinctilianum Lib. VIII. cap. 3. pag. 703. *Videbar videre alios intrantes, alios exeuntes, quoſdam ex vino vacillantes, quoſdam heſterna potatione oſcitantes. Verſabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat inmunda, lutulenta vino, coronis languidulis.* ubi vide Patrui mei notas. adde Aquilam Romanum pag. 144. & quae illic notavit Cel. Ruhnkenius. Ovidius III. Am. 7. 66.

Noſtra tamen jacuere, velut praemortua, membra
Turpiter, heſterna languidiora roſa.

fuſas coronas vocat Ovidius II. Faſt. 739. *fuſis per colla coronis Inveniunt poſito pervigilare mero. projectas* Lib. II. Faſt. 537. ubi vid. Heinſ. & ad Epiſt. Her. XXI. v. 165.

Projicit ipſe ſuas deducta fronte coronas.

ubi *deducta fronte*, vel *adducta*, quod tuetur Heinſius, non placet. & praeferrem quoque Francii conjecturam *ſua deductas* vel *detractas fronte coronas.* quae firmatur ex Suet. Ner. 13. *tiara deducta, diadema inpoſuit.* vel forte illic emendandum,

Projicit ipſe, ſua demtas de fronte coronas.

quod e noſtro firmari poteſt Lib. I. El. 3. 21.

Et modo ſolvebam noſtra de fronte corollas,
Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus.

demiſſae in pocula ſertae ſupra El. XXIV. 37. male igitur *poſitis corollis* pro *heſternis* Stewechius. *poſitum* enim hic vocat jacentem, vino proſtratum, Κείμενον, vel languidum ac lentum. Lib. I. El. 3. 15. *Subjecto poſitam leviter tentare lacerto.* ubi vide quae notavi. ſupra El. VII. 5. *Poſſum ego in alterius poſitam ſpectare lacerto.* & El. XI. 22. *Mecum habuit poſitum lenta puella caput.* vide Guellium ad Virg. XI. Aen. 30. & 830. hunc autem locum ſic imitatus eſt Janus Secundus Lib. I. El. 5. 85.

Te juvet in noſtris poſitam languere lacertis,
Me juvet in gremio, vita, cubare tuo.

 60. Que

Quem tetigit jactu certus ad oſſa Deus.
Actia Virgilium cuſtodis litora Phoebi,
Caeſaris & fortes dicere poſſe rates.
Qui nunc Aeneae Trojani ſuſcitat arma,
Jactaque Lavinis moenia litoribus.
Cedite Romani ſcriptores, cedite Graji.
Neſcio quid majus naſcitur Iliade.

Tu

60. *Quem tetigit jactu certus ad oſſa Deus*] *tactu* inepte in Voſſ. tertio. *jactus* in Heinſiano, Borrichiano, & meo priore. ſed *jactu certus* eſt jaculo vulnerare peritus. nam haec jungenda, non *tetigit jactu*. *certus* enim de ictu non fallente, frequens. de quo hic vide Broukhuſium, & quae notavi ad Lib. I. El. 7. 15. *tetigit* vero eſt vulneravit, percuſſit, ut recte exponit Muretus ad Catull. Ep. XXI. ſimile illud Paridis apud Ovid. Epiſt. XVI. 276. *deſcendit vulnus ad oſſa meum*. & forte Propertius cogitabat illud caprarii apud Theocritum Id. III. v. 17.

Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

pro *Deus* in Excerptis Scaligeri *Puer*.

61. *Actia Virgilium cuſtodis litora Phoebi,*
Caeſaris & fortes dicere poſſe rates]

Virgilio in codice Perreji & Fruterii, Excerptis Scaligeri, Menteliano, Heinſiano, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. Borrich. meo utroque, & D'Orvill. cum priſcis edd. unde Perrejus margini ed. Ald. adſcripſerat ſubintelligendum eſſe *licet*, *fas eſt*, aut ſimile. ſed *Virgilium* referri poteſt ad praecedens *juvet*. nam quod *Virgilio* in illis codicibus MSS. legatur, inde factum, quod *Virgiliom* exaraverint, ex quo ſcribendi more & alia veterum loca ſaepe corrupta fuerant, ut recte obſervat Broukhuſius ad h. l. & multis exemplis probavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 62. Non dubito reſpicere hic Propertium ad egregiam pugnae Actiacae deſcriptionem apud Virgilium circa finem Lib. VIII. Aen. 703.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper & ſeqq.

vide & noſtrum Lib. IV. El. VI. v. 27. & reliqua.

63. *Qui nunc Aeneae Trojani ſuſcitat arma,*
Jactaque Lavinis &c.]

Qui nunc Aeneam Trojanaque ſuſcitet arma in ſecundo D'Orvill. & ita Paſſeratius ex MSS. *Aeneae Trojanaque* in aliis. vide quae dixi in Praefat. ad Virgilium pag. 44. altero verſu firmatur lectio apud Maronem initio Aeneidos, *Lavinaque venit litora*, non *Lavinia venit*. recte igitur *Lavinis*, pro *Laviniis*, quod alii maluerant, defendit Broukhuſius, cujus etiam notas vide ad Tibull. Lib. II. El. 5. v. 51. pro *Jactaque Lavinis moenia* emendandum eſſe *Factaque* cenſet Salmaſius ad Solin. pag. 219. negans uſquam ſibi lectum *jacere moenia*, ut loquitur Solinus cap. XXV. ſed vide Parrui mei mei notas ad Virg. V. Aen. 631. apud Ovid. Epiſt. VII. 119.

Urbem conſtitui, lateque patentia fixi
Moenia, finitimis invidioſa locis.

ubi *feci moenia* in novem codicibus haberi teſtatur Heinſius, unde *jeci* conjicit, prolato hoc ipſo Propertii loco, & altero ex Naſonis Faſtis Lib. III. 92. ubi etiam legendum exiſtimat,

Jactaque Telegoni moenia celſa manu.

pro *Factaque*. *jacere muros* Virg. V. Aen. 631.

Quid prohibet muros jacere, & dare civibus
urbem?

ſed in priore Naſonis loco ex Epiſtola Didus praeſtare opinor, ut legatur,

Urbem conſtitui, lateque patentia vidi
Moenia.

quia illic, ut paſſim in iſta Epiſtola, imitatur Virgilium IV. Aen. 655. ubi ipſa etiam loquitur Dido,

Urbem praeclaram ſtatui: mea moenia vidi.

imitatus eſt hunc locum PſeudoGallus in Catalectis Pithoei pag. 420.

Qui nunc Craſſorum manes, direptaque ſigna
Vindicat, Auguſti Caeſaris auſpiciis.

67. Tu

Tu canis umbroſi ſubter pineta Galeſi
Thyrſin, & adtritis Daphnin arundinibus.
Utque decem poſſint corrumpere mala puellam,
Miſſus & inpreſſis hoedus ab uberibus.
Felix, qui viles pomis mercaris amores,
Huic licet ingratae Tityrus ipſe canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolae domini carpere delicias.

Quam-

67. *Tu canis umbroſi ſubter pineta Galeſi Thyrſin* &c.] *ſpineta* Borrich. Groning. Heinſian. D'Orvill. ſec. & in meo priore. an forte *vineta* legendum? ut apud Statium Lib. II. Sylv. 2. 111.

Blanda Therapnáei placeant vineta Galeſi.

ubi *pineta* ex hoc Propertii loco in ſuo ed. Gevartianae exemplari conjecerat Heinſius. & Patruus meus ad Calpurn. Ecl. VI. 78. quem vide. ſed *vineta* etiam de Gauro apud eumdem Lib. III. Sylv. 5. 104.

Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri &c.

umbroſum dicit *Galeſum*, quia hic fluvius multis arboribus conſitus erat. vid. Behot. II. Apophor. cap. 19. ideo amoenum Virgilio in tractu Tarentino praebebat ſeceſſum, unde *nigrum Galeſum* vocat Lib. IV. G. 126.

Qua niger humectat flaventia culta Galeſus.

hoc eſt *opacus* & *umbroſus*, ut *nigrum nemus*, denſis arborum umbris opacum. ita enim exponit Valens Guellius, prolato hoc Propertii loco, in quo *ſpineta* adfert. vide etiam illic Patrui mei notas. *umbroſis* in Neapolitano. Ceterum ſua libertate hic uſus poëta, ad agrum Tarentinum juxta amnem Galeſum tranſtulit id, quod in ripa Mincii agitur apud Virgil. ut notavit Parrhaſius in Quaeſ. Epiſt. IV. pag. 11. & in ſequentibus ſimilia hic animadvertit Scaliger.

69. *Utque decem poſſint corrumpere mala puellam*] *Atque* male in ſec. Leid. & altero D'Orvill. *puellas* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Neapol. Groning. Askew. duobus Leid. tribus Voſſ. primo D'Orvill. meo utroque, & priſcis edd. forte librarii inepte conjunxerunt *decem puellas*. reſpicit Virgil. Ecl. III. 71.

Quod potui, puero ſilveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

ubi vide Guellium. ex quo loco vir doctus in ora ed. Scalig. *puellum* forte hic legendum adſcripſerat. ſed hoc quoque, ut alia in his verſibus, mutaſſe videtur Propertius. nam quae puero mala mittuntur apud Maronem, ea caprarius adfert Amaryllidi apud Theocrit. Id. III. 10.

Ἠνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω. τηνῶθε καθεῖλον,
Ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τυ. ϗ αὔριον ἄλλά τοι οἰσῶ.

70. *Miſſus & inpreſſis haedus ab uberibus*] recte Broukhuſius Scaligerum ſequitur, qui *inpreſſa ubera* exponebat non mulcta, manibus non preſſa, quod probat etiam Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 78. ut *inpreſſa virorum terga* in loco Statii V. Theb. 404. quem adfert Broukh. ubi vide Barth. pag. 201.

71. *Felix, qui viles pomis mercaris amores*] *mercatur* veriſſime emendabat Cl. Schraderus Emend. cap. VII. p. 143. laudante Koppierſio in Obſerv. Philol. cap. XI. p. 143. id enim jubent ſequentia, *Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin.* quo reſpicit ad ſecundam Virgilii Eclogam. ſic ſupra El. XIII. 15.

Ergo muneribus quivis mercatur amorem.

viles amores hic dici de illis, qui vili vel modico pretio veniunt, non valde oportunum eſt. ejusmodi enim *amoribus vilibus* minime convenit exclamatio illa *Felix, qui* &c. rebus beatis vel pretioſis propria, quam pluribus illuſtravi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 501. itaque *vili pomo* recte idem legebat Koppierſius. ut dudum ipſe conjeceram. ſic etiam legiſſe videtur D. Heinſius, ut colligi poteſt ex ejus imitatione, Lib. II. El. 7. pag. 190.

Hic pomo teneros aliquis mercatur amores,
Huic pretium formae dulce columba venit.

& huc reſpicit in Monobiblo El. VI. p. 217. optimo Propertii elogio:

Felix, qui dulces verſu mercatus amores,
Haeret in extincti nomine Callimachi.
Felix, in roſeis ſemper qui tempora ſertis,
Inque Philetaeis ſemper habet foliis.

Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam,
  Laudatur faciles inter Hamadryadas.
Tu canis Aſcraei veteris praecepta poëtae,
  Quo ſeges in campo, quo viret uva jugo.
Tale facis carmen docta teſtudine, quale
  Cynthius inpoſitis temperat articulis.
Non tamen haec ulli venient ingrata legenti,
  Sive in amore rudis, ſive peritus erit.
Nec minor his animis, nec ſe minor ore canorus
  Anſeris indocto carmine ceſſit olor.

Haec

75. *Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam*] Hanc Scaligeri lectionem merito probarunt & receperunt viri eruditi. *ſuas avenas* Paſſeratius, quia in libro veteri reperit *ſuas avena*, quod & in antiquiſſimis legitur editionibus. *ſua avena* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. Askew. duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. ſed *requieſcat avenam*, ut hoc Libro El. 18. 25.

Jupiter Alcmenae geminas requieverat Arctos.

ubi vide quae notavi. & adde Henr. Cannegieteri notas ad Avien. pag. 39. mox *Laudatur facilis* in multis codd. ut Neapol. Mentel. Heinſiano, Leid. Neap. priſcis edd. *faciles* vocat *Hamadryadas*, ut *faciles Nymphas* Virg. Ecl. III. 8. & *faciles Naïades* Nemeſian. Cyneg. 94. ubi vide Interpretum notas. & ſic *facilis puella*, non dura, ſed parata. vide Barth. ad Claudian. Lib. I. in Eutrop. 363. pag. 1330.

77. *Tu canis Aſcraei veteris praecepta poëtae*] reſpicit procul dubio illud Virgilii Lib. II. G. 176.

Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen.

per *praecepta* Aſcraei poëtae intelligit Maronis Georgica, in quibus Heſiodum imitatus eſt, qui *praeceptor arandi* Ovidio Lib. VI. Faſt. 13.

Ecce Deas vidi, non quas praeceptor arandi
Viderat, Aſcraeas cum ſequeretur oves.

altero verſu *quo viret herba jugo* in Voſſ. primo, Leid. Heinſiano, meo utroque, & aliis MSS. *viget* in uno Colbert. ſed recte *quo venit uva* emendat vir doctus apud Cl. Schraderum Emend. cap. VII. p. 143.

81. *Non tamen haec ulli venient ingrata legenti*] *illi* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. per *haec* amatoria & Bucolica Virgilii intelligi notaverat Heinſ. *virent* a man. pr. in Neap. *terenti* pro *legenti* ad marg. ed. Colin. conjecerat Broukhuſius, quod in ejus notis non conparet. itaque id ipſe poſtea repudiavit. altero verſu *Huic in amore* meus primus. & pro *ſive peritus* in Leidenſi *parvus*. in Voſſ. pr. *paratus*.

83. *Nec minor his animis, nec ſe minor ore canorus*
Anſeris indocto carmine ceſſit olor]

Nec memor in meo ſecundo. *his animis* omittunt Heinſianus, & meus primus. *animans* in Excerpt. Scalig. pro varia lect. *his animus* in v. c. Fruterii. ut *animus* ſit audacia ac fiducia. Lib. IV. 1. 45. *Tunc animi venere Deci.* & *ſpiritus Pindaricus* Lib. III. El. 15. 40. *Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.* *aut ſi minor ore* Regii, Colbertini, Askew. Leid. D'Orv. prior. meus ſec. & vetuſtae edd. *etſi minor* tentaverat Marklandus. *aut ſim minor* Vatic. quintus, Borrich. Groning. Leid. ſec. Voſſ. pr. & quartus, cum meo priore. *nec ſim* Voſſ. tert. & D'Orvill. ſec. Heinſius in notis ad Propert. p. 713. conjecerat *Nec minor his animos, aut his minor ora*, ut de Virgilio & Anſere, invido ejus hoſte & olorem hunc interſtrepente capiatur, quod probat D'Orvill. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 24. *Nec minor his animi, nec ſegnior ore* Cl. Heynius ad Donati vitam Virgil. §. 67. certe procacem fuiſſe illum Anſerem patet ex Ovid. II. Triſt. 435. *Cinna quoque his comes eſt, Cinnaque procacior Anſer.* ubi vide Merulae notam. quem utrumque poëtam ſibi obtrectantem reſpicere & ridere Maronem notat Servius, ad Ecl. IX. v. 35.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

recte vero Scaliger legit *nec ſe minor*, obſcurumque locum hoc ſenſu explicuit, Virgilium licet ab aemulo

Haec quoque perfecto ludebat Jäſone Varro,
Varro Leucadiae maxima flamma ſuae.
Haec quoque laſcivi cantarunt ſcripta Catulli,
Lesbia quîs ipſa notior eſt Helena.

Haec

mulo Anſere laceſſitum & provocatum, qui in Bucolicis nonnulla carpſerat, tamen ſe ipſo indignum exiſtimaſſe, ſi quid obtrectatori reſponderet. de pôëta hoc Anſere vid. Voſſ. Lib. I. de Hiſt. Lat. cap. 17. pag. 85. *indocto carmine ceſſit* pro indocto carmini, de quo vide ad Lib. I. El. XI. v. 12. *ceſſat* in Borrich. & Heinſiano.

85. *Haec quoque perfecto ludebat Jäſone Varro, Varro Leucadiae maxima flamma ſuae*] *Hoc quoque* in Voſſ. quarto. *profecto* male adfert Neſtor in Vocabular. in *proficiſcor* pag. 164. *laudabat* in Excerptis Scalig. Heinſiano, ſecundo Leid. primo & tertio Voſſ. & meo utroque. ſed *ludebat* optime ſe habet, & a reliquis firmatur, a quibus una tantum litera ſuperflua abit D'Orvill. ſecundus, in quo *laudebat*. innuit Varronis Attacini Argonautica, quae etiam indicat Ovidius Lib. I. Am. 15. 21.

Varronem primamque ratem quae neſciet aetas,
Aureaque Aeſonio terga petita duci.

& Lib. III. A. A. 335.

Dictaque Varroni fulvis inſignia villis
Vellera, germanae, Phryxe, querenda tuae.

& ad haec Varronis Argonautica Heinſius referebat noſtri locum ſupra El. XIX. huj. Libr. v. 31.

Jam tibi Jäſonia vecta eſt (in vulg. *nota eſt*) *Medea carina,*
Et modo ſervato ſola relicta viro.

vide de his Varronis Argonauticis, quibus Apollonium Rhodium expreſſit, Paſſeratium ad h. l. & Voſſium Lib. I. de Hiſt. Lat. cap. 16. altero verſu *Laochadiae* in Regiis, Menteliano, meo ſecundo, aliiſque, & primis edd. pro *flamma* in Borrichiano, Heinſiano, ſecundo Leid. tribus Voſſ. meoque primo, *maxima cura.* quod probaſſe videtur Heinſius in notis p. 713. addito loco ex initio hujus Eleg. v. 9.

Lynceu, tune meam potuiſti tangere curam.

& ſic alibi apud noſtrum, Ovidium, ceteroſque *flamma* & *cura* non raro permutantur. vide notas ad Naſonis Remed. Am. 495. indicat autem hic Propertius, Varronem Attacinum praeter Argonautica etiam Elegias amorum ſcripſiſſe. idque manifeſtum eſt ex loco Ovidii Lib II. Triſt. 439.

Is quoque, Phaſiacas Argo qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere ſuae.

flamma hic accipi poteſt ea notione, qua apud Ovid. II. Triſt. 373. de Homeri Iliade: *Quid prius eſt illi flamma Chryſeïdos? utque Fecerit iratos rapta puella duces?* & v. 383. *Nam quid in Hippolyto, niſi caecae flamma novercae.* & paſſim apud poëtas. ſed forte minus recte Varro dicitur *maxima flamma Leucadiae*, quae aptius diceretur *maxima flamma Varronis*, ideo praeferendum videtur cum Marklando *maxima fama.*

87. *Haec quoque laſcivi cantarunt ſcripta Catulli*] turbatum hic a librariis fuiſſe olim ſuſpicatus erat Broukhuſius, & in primis notarum formis adſcripſerat hoc loco tranſponendum, *Haec etiam docti cantarunt ſcripta Catulli*, & mox, *Haec quoque laſcivi confeſſa eſt pagina Calvi.* quia cognomen *docti* Catullo velut proprium propter Graecarum literarum peritiam ſemper fere adhaeret apud veteres. vide illius notas ad Tibull. III. El. 6. 41. & Patrui mei Comm. ad Phaedr. Prolog. Lib. III. v. 26. blandiri certe poſſet illud Ovidii III. Amor. 9. 62.

Obvius huic venias hedera juvenilia cinctus
Tempora, cum Calvo, docte Catulle, tuo.

& *laſcivi* epitheton Calvo non male convenire patet ex Lib. II. Triſt. 431.

Par fuit exigui ſimiliſque licentia Calvi,
Detexit variis qui ſua furta modis.

ſed quia hoc in Commentarium poſtea non retulit, ſententiam mutaſſe videtur, inductus procul dubio alio Naſonis loco II. Triſt. 427.

Sic ſua laſcivo cantata eſt ſaepe Catullo
Femina, cui falſum Lesbia nomen erat.

de Calvo poëta praeter Beroaldum & Paſſerat. ad h. l. vide J. Nic. Loënſem T. V. Facis Critic. p. 366. Schottum de claris apud Senecam Rhetor. pag. 9. N. Fabrum ad ejuſdem Controv. III. 19. & Iſ. Voſſium ad Catull. pag. 118. & Cel. Ruhnken. ad Aquil. Rom. p. 184.

88. *Lesbia quîs ipſa notior eſt Helena*] *quin ipſa* in Mentel. Borrich. binis Leidenſ. & Voſſianis, meoque priore. ſed *quis* in margine Voſſ. tertii & quarti, utroque D'Orvill. & primis edd.

90. mê-

Haec etiam docti confeſſa eſt pagina Calvi,
Quum caneret miſerae funera Quintiliae.
Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lavit aqua.
Cynthia quin etiam verſu laudata Propertî,
Hos inter ſi me ponere Fama volet.

90. *miſerae funera Quintiliae*] *vulnera* male in Voſſiano, & v. 92. perperam *funera* in aliis.

91. *Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus*
Mortuus inferna vulnera lavit aqua]

Locus obſcurus & manifeſte corruptus. *quam multa* in Mentel. duob. Leid. Voſſ. Groning. utroque D'Orv. meo priore, & vetuſtis edd. *qua* ed. Scalig. *qui multa* Colotian. & quint. Vatic. *quo* Neap. *quis multa* Vatic. pr. prolixe de hoc loco egit D'Orvill. in Miſc. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 24 — 27. ubi notat Heinſium legere *qui mulſa.* ut *vulnera mulſa* pro permulſa, & *mulcere vulnera* dicantur, quod aliter *fovere vulnera.* vide eum in notis Propertianis pag. 713. 714. idque non inprobabat Oudend. ad Suet. Aug. cap. 66. p. 273. qui Barthium male hunc locum intellexiſſe notat, & de Corn. Gallo nonnulla addit. ſed hoc ſenſu *mulſa vulnera* non videntur placuiſſe Graevio, qui in Epiſtolis ad Heinſ. Tom. IV. Syllog. pag. 641. 644. 645. exemplum ſimile produci deſiderabat, ut verbum inſolentius eſſe ibidem notat D'Orvillius, qui ipſe tentabat, *Et modo formoſa qui inulta*, ut *qui* non elidatur, ſed corripiatur, exemplo Virgilii *Credimus an qui amant*, & ſimilibus aliorum, quae illic adfert. pro *formoſa* Francius tentaverat *deſerta.* ſed nimia licentia. Marklandi nota, quam editioni Graevianae, in qua excuſum eſt *quam multa.* adleverat, hic minime praetereunda eſt. ita enim ille: „ *nulla in his conſtructio, quid enim faciunt iſta,* „ Lycoride formoſa, *aut ubi eam pones, ut ſenſus & Grammaticae ratio conſtent? Praeterea* „ *frigidum iſtud* multa, *in qua voce latet hujus* „ *loci deſperatio. Feliciter, credo, conjeci;*

Et modo formoſa qui flente *Lycoride Gallus*
Mortuus inferna vulnera lavit aqua.

quoquo te vertas, vix aliam vocem inveneris, quae tam apte quadret ſenſui & conſtructioni. Hanc ego Marklandi conjecturam propius ad loci hujus ſanationem accedere opinor, eamque ſine mora amplectar, ſi vel ab uno codice MS. confirmatur. verſus autem minor expreſſus eſt ex Euphorione, quem Graecum poëtam Latinis numeris reddiderat Gallus, apud Photium in Biblioth. pag. 471. ed. Schotti, ut illic ad marginem notatur,

Κωκυτὸς μοῦνος τὸν ἀφελκεα νίψεν Ἄδωνιν.

Ceterum quod notet Broukhuſius, ne unum quidem poëtae hujus Galli fragmentum apud ullum Grammaticum exſtare, in eo fallitur, ut vel ex illis Vibii Sequeſtri in Libello de Flumin. pag. 34. patet: *Hypanis Scythiae, qui, ut ait Gallus, uno tellures dividit amne duas.* quod latuit etiam Barthium, quem ſequitur Broukhuſius. illius verba confer Lib. XVII. Adverſ. cap. 11. quem tamen poſtea vidi in illum locum incidiſſe Lib. XLI. Adverſ. cap. 26. ubi diſtichi hujus hexametrum fruſtra ſic ſollicitat,

De modo formoſa quam multa Lycoride Gallus.

quod fugiſſe Broukhuſium miror. confer quae de fragmentis Galli habet Fabricius Lib. I. Bibl. Lat. cap. 14. ubi pag. 429. editionis, nuper a Cel. Erneſtio egregie auctae, ex Neſtoris Vocabulario adfertur, tamquam Galli fragmentum, *Praxitelis manibus vivo iterum Niobe.* ſed qui verſus Auſonii eſt in Epitaph. Her. 18. & ſic apud Nonium Marc. p. 133. adfertur Galli fragmentum *Durum rus fugis, & laborioſum.* quod tamen Calvo, auctoritate Gellii, recte vindicat Mercerus. finem hujus Elegiae imitatus videtur Ovidius Lib. III. Art. Am. v. 339. ubi poſt Callimachum, Philetam, Anacreontem, & Menandrum e Graecis, atque ex Romanis poëtis Propertium, Gallum, Tibullum, Varronem, Virgiliumque laudatos, pari modo ſubjungit,

Forſitan & noſtrum nomen miſcebitur iſtis:
Nec mea Lethaeis ſcripta dabuntur aquis.

FINIS VOLVMINIS PRIMI.

SEX. AVRELII PROPERTII ELEGIARVM

LIBER TERTIVS.

ELEG. I.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetae,
In veſtrum, quaeſo, me ſinite ire nemus.
Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos
Itala per Grajos orgia ferre choros.

5. Dicite

El. I. v. 2. *In veſtrum, quaeſo, me ſinite ire nemus*] veriſſime Broukhuſius, rejecta aliorum infelici interpretatione, explicuit de lucis & amoenis fortunatorum nemorum viretis, circa virorum illuſtrium ſepulcra conſitis, in quibus eorum manes habitare credebantur. probante collectore Elect. Etonenſ. Min. p. 115. Exemplis ab eo productis haec addantur. Horatius Lib. III. od. 4. 7.

Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? audire, & videor pios
Errare per lucos, amoenae
Quos & aquae ſubeunt & aurae.

Valer. Fl. II. 599.

Hic nemus arcanum, geminaeque virentibus arae
Stant tumulis.

Aſcraeum nemus ſupra Lib. II. 10. 4. *Caeſarum nemus* eadem de re exponunt apud Sueton. Aug. 43. & de Mauſoleo Auguſti cap. 101. in fine: *circumjectaſque ſilvas & ambulationes in uſum populi publicarat.* unde confirmatur emendatio Torrentii apud eumdem in Tiber. cap. 1. *lucumque ſibi ad ſepulturam ſub Capitolio publice accepit.* Martialis Lib. VI. Ep. 76.

Et famulum victrix poſſidet umbra nemus.

idem Broukhuſius per *ſacra Philetae* potius intelligit ejus Manes, quam ut *ſacra* hic poëmata, communem poëtarum cultum, notent, ut placebat Barthio ad Statium Lib. II. Th. 521. *ſacra poëtica* exponit editor Elector. Etonenſ. verbumque a Bacchi ſacris leviter detortum, perperam notat. ſed *ſacra* Manes ipſi ſunt. *ſacra piare* Lib. I. El. 1. 20. umbras & manes placare, explicabat Douſa pater. ſed ſignificatione illic minus oportuna. de Phileta Coo, cujus fragmenta ex Stobaeo, Athenaeo, aliiſque ſcriptoribus, & Scholiaſtis ac Grammaticis vetuſtis, in unum colligi & edi merebantur, praeter ea, quae ad hunc locum in Scholiis ſuis Muretus, Gyraldus Dial. III. de Hiſt. Poët. p. 160. Jo. Meurſius in notis ad Heſych. Illuſtr. pag. 216. Voſſius Lib. III. de Hiſt. Graec. pag. 401. Lib. III. Inſtit. Poët. cap. XI. & de Poëtis Graec. cap. VII. Periz. ad Aelian. Lib. IX. cap. 14. aliique ſcripſerunt, adeundus eſt Fabricius in Biblioth. Graec. Tom. VIII. Lib. V. cap. 30. manes igitur Callimachi & Philetae invocat, quia illos e Graecis poëtas ſibi prae ceteris imitanéos propoſuit. unde patet eum de Callimacho honorifice cenſuiſſe, quem *anguſti pectoris*, & *non inflatum*, ſed mollem & tenuem alibi vocat. vide ſupra ad Lib. II. El. 25. 32. quamvis eum *non ingenio* ſed *arte valere* dixerit Ovidius. de quo Naſonis judicio vide H. Stephanum Lib. III. Schediaſm. cap. 14.

3. *Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos*
Itala per Grajos orgia ferre choros]
ante oculos habuiſſe videtur illud Virgilii Lib. II. G. 175.

—— tibi res antiquae laudis & artis
Ingredior ſanctos auſus recludere fontes.

& Lib. III. G. 12.

Primus ego in patriam mecum (modo vita ſuperſit)
Aonio rediens deducam vertice Muſas.
Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas.

Dicite, quo pariter carmen tenuaſtis in antro,
Quove pede ingreſſi, quamve bibiſtis aquam.

Ah

ubi vide Valent. Guellium, & Cerdam. *ingredior* vero tam apud Virgil. quam hoc loco, pro incipio, adgredior. Manilius haec Propertiana imitatus, initio Aſtronomici:

Caeleſtis rationis opus deducere mundo
Adgredior, primuſque novis Helicona movere
Cantibus, & viridi nutantes vertice ſilvas,
Hoſpita ſacra ferens, nulli memorata priorum.

Claudianus de Laud. Herc. v. 7.

— namque tuam non nunc novus advena turbam
Ingredior.

ubi *rupem* vel *Cyrrham* Heinſius. adloquitur enim Phoebum. Cicero VII. Philip. cap. 3. *magna ſpe ingredior in reliquam orationem.* & pro Archia cap. 1. *ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam ſtudiorum rationem.* ubi vid. Paſſerat. & P. Fabrum ad ejuſd. Acad. pag. 24. hinc *ingreſſus* pro exordiis. ut explicat Servius illud Maronis IV. G. 316.

Inde nova ingreſſus hominum experientia cepit.

Quod autem hic glorietur poëta, ſe primum Romanorum rationem carminis elegiaci ad genium Graecorum tranſtuliſſe, falſitatis hanc jactationem inſimulat Vulpius in Prolegomenis, quia ante Propertium Catullus Elegiae Latinae numeros ex Graecorum fontibus felici ſucceſſu deduxerit, ſevero ſane ſupercilio. Reprehendat igitur eadem quoque cenſura Virgilium, Horatium, alioſque poëtas optimos, qui ſimilem meritis quaeſitam ſumſerunt ſuperbiam. ſic enim Maro Lib. III. G. 291.

Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor. juvat ire jugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli devertitur orbita clivo.

& ſaepe Horatius, praeſertim Lib. III. od. 30. 10.

Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus, &c.
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos.

ubi quod jactet ſe primum *ad Italos modos deduxiſſe carmen Aeolium*, noſter inverſa ſeu reciproca locutione dicit *Itala orgia per Grajos choros ferre*, pro *Graja orgia per choros Italos ferre.* neque aliter Lucretius, Manilius, aliique gloriantur, ſe nullius ante trita ſolo peragrare loca, & nulli priorum memorata ferre ſacra. praeſertim vero inſectetur Nemeſianni faſtum, qui initio Cynegetici ita ſe effert,

—— ingentes Helicon jubet ire per agros
—— ducitque per avia, qua ſola numquam
Trita rotis, juvat aurato procedere curru.
Et parere deo: virides en ire per herbas
Imperat, intacto premimus veſtigia muſco.

quum tamen eum praeceſſerint Gratius & Oppianus, ut Virgilium Heſiodus, Flaccum Pindarus. Magis ridiculum illic ſe praebet Vulpius, cum oſtendere adnititur, Propertium fuiſſe garrulum illum, quem ſibi, in Via Sacra ambulanti, ſua loquacitate moleſtum fuiſſe ſcribit Horatius Lib. I. Sat. 9. utrumque vero invicem ſibi fuiſſe lividum, & ideo alterum alterius nuſquam meminiſſe. pro *puro de fonte* in Vatic. quinto *purus de fonte ſacerdos*... ſed *purus fons* eſt aliis intactus & integer. vid. Broukh. ad Tibull. Lib. II. El. 1. 14. *veſtro de fonte* legunt alii, quia Callimachi & Philetae manes invocat, quibus favere poſſent illa, quae infra occurrunt El. II. v. 51.

Talia Calliope, lymphiſque é fonte petitis
Ora Philetea noſtra rogavit aqua.

& ſic in margine libri ſui conjecerat Marklandus, qui *ũro* ſcriptum fuiſſe putabat, (id eſt, *ueſtro*,) unde *puro* enatum fuerit. ſed praeceſſit *veſtrum nemus.*

5. *Dicite, quo pariter carmen tenuaſtis in antro*] *quod pariter* Groning. *cantu tenuiſtis* in aliis legi notat Lat. Latinius. *tenuiſtis* conſtans fere librorum veterum ſcriptura eſt, Regiorum nempe, Colbertinorum, Menteliani, Borrich. Askew. duorum Leidd. trium Voſſ. mei utriuſque, binarum editt. Venet. & Reg. Lep. unde abſurdo judicio *teruiſtis* Gebhardus, quod non immerito irridet Broukhuſ. & ante eum Barthius ad Stat. IV. Sylv. 7. v. 9. illo verſu, *Maximo carmen tenuare tento.* quod hoc Propertii loco illic etiam firmat Marklandus. *tenuaſtis* certe eſt in ſecundo D'Orvill. & jam ita excuſum inveni in ed. Volſci, qui exponit, *tenui dicendi ſtilo perfeciſtis.* & poſt eum Beroaldus teſtatur *bonos codices habere* tenuaſtis, *idque ſignificare adtenuatum & gracile carmen concinnaſtis, atque alluſionem eſſe ad ſtilum tenuem & exilem characterem, quo uſi ſunt Callimachus & Philetas in Elegia pangenda.* & hanc lectionem jam probavit Franc. Flor. Sabinus Lect. Subſec. cap. XV. Tom. I. Facis Crit. pag. 1073. neque aliter editum in utraque Aldina, Colinaei, Rovill. Gryphii,

Ah valeat, Phoebum quicumque moratur in armis,
Exactus tenui pumice verſus eat.
Quo me Fama levat terra ſublimis, & a me
Nata coronatis Muſa triumphat equis.
Et mecum in curru parvi vectantur Amores,
Scriptorumque meas turba ſecuta rotas.

Quid

phii, aliiſque. quam lectionem Paſſeratio etiam probatam bene tuetur Broukhuſius. Statius Lib. V. Sylv. 3. 98.

Et quis laſciva vires tenuare Thalia
Dulce, vel heroos greſſu truncare tenores.

vide Lambin. ad illud Horatii Lib. II. Epiſt. I. 225. *& tenui deducta poëmata filo.* & adde Cuperi Obſerv. pag. 32. *antri* autem hic meminit, ut *Delphicum*, *Caſtalium*, *Corycium antrum*, & ſim. quia inſpirationibus adcommodata credebantur antra. infra El. III. 14.

Quum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phoebus
Sic ait aurata nixus ad antra lyra.

Horatius Lib. I. od. 32. 1. — *ſi quid vacui ſub antro Luſimus tecum.* ut ex cod. MS. Galei praetulit, & optime illuſtravit Bentlejus, pro *ſub umbra.* & forte hunc locum reſpexerit Statius Lib. I. Sylv. 2. 253.

——— *hunc ipſe choro plaudente Philetas,*
Callimachuſque ſenex, Umbroque Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem.

ubi in nonnullis MSS. & edd. *Coo plaudente.* quod male defendit Parrhaſius in Quaeſ. per Epiſt. pag. 120. Coos cives intelligens, primamque corripi poſſe contendens, licet Graecis Κῶος dicatur. altero verſu *Quave pedem ingroſſi, quamve tuliſtis aquam* in aliis apud Lat. Latinium. *quave bibiſtis aqua* in Borrich. Heinſiano, primo Voſſ. D'Orv. meo itidem priore, Commeliniano Gebhardi, & ed. Volſci, in duabus Venetis, *quave bibiſtis aquam.* ſed in reliquis vett. excuſis *quamve bibiſtis aquam.* ſic Lib. II. El. 21. 20. *Nunc Dea, quae Nili flumina vacca bibit.* ubi in aliis *flumine.* infra El. II. 5.

Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,
Unde pater ſitiens Ennius ante bibit.

& hinc *Caſtaliae vocales undas* in loco Statii interpretatur Barthius XXVIII. Adverſ. cap. 4.

8. *Exactus tenui pumice verſus eat*] *erat* in Heinſiano, & Borrich. *verſus tenui pumice exactus* eſt cura non moroſa limatus & politus. vide hic Paſſerat. & Patrui mei notas ad Gratii Cyneg. v. 475.

9. *Quo me Fama levat terra ſublimis, & a me Nata coronatis* &c.]

Quoi Fruterius. *levet* & mox *triumphet* Heinſius. & ſic Marklandus, qui in libri ſui margine haec adſcripſerat, *quo*, *verſu*, *ſublimis Fama me levat terra; pro, quo verſu ſublimem me Fama levat*, ut caſus *pro caſu*, *& alibi*, *Sic mihi te referas* levis, pro *levem. Mallem tamen legere* levet, *&* triumphet, *&* vectentur, *ut optantis ſit potius quam indicantis, licet alibi quidem ſatis magnifice de ſe loquatur Propertius.* ſimile illud Horatii Lib. I. od. 1. fin. *Sublimi feriam ſidera vertice* v. Barth. ad Claudian. I. in Rufin. v. 297. ubi male adfert *Muſa vehatur equis.* reſpicere autem hic videtur illud Virgilii III. G. v. 9.

——— *tentanda via eſt, qua me quoque poſſim*
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

ubi *volitare per ora*, ut infra v. 24.

Majus ab exſequiis nomen in ora venit.

& Lib. II. El. I. 2.

Unde meus veniat mollis in ora liber.

hinc *volare per ora.* de quo vide ad Tom. I. Anth. Lat. p. 344. & 409. altero verſu *Nota*, quod ex veteri libro praetulit Paſſeratius, etiam eſt in Askewiano. ſed *a me nata* Broukhuſius tuetur propter ſequentia v. 17. *opus hoc de monte Sororum Detulit intacta pagina noſtra via.* ut ſe parentem Elegiae Romanae glorietur, quemadmodum ſupra, *Primus ego ingredior* &c. deinde ex hoc loco etiam forte firmari poſſet lectio nonnullorum in fine Elegiae ultimae Lib. IV. *Cujus honoratis oſſa vehantur equis.* pro *aquis.* ubi vide.

11. *Et mecum in curru parvi vectantur Amores*] *At mecum* in Heinſiano, & meo priore. *currum* D'Orvill. ut in Palatino Gebhardi. *vectentur* Heinſius & Marklandus. *currum* hunc, quo ſe efferunt poëtae ad ſidera, oportunis aliorum locis bene illuſtravit Huetius ad Manilium Lib. II. v. 58. quibus adde illud Pindari od. IX. Olymp. v. 121. εἴην Εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι Πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ. altero verſu *Scriptorum turba*, ut apud Livium praefat. Operis: *Si in tanta Scriptorum turba mea fama in obſcuro ſit.*

Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis?
 Non datur ad Muſas currere lata via.
Multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
 Qui finem imperii Bactra futura canent.
Sed quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
 Detulit intacta pagina noſtra via.
Mollia, Pegaſides, veſtro date ſerta poëtae:
 Non faciet capiti dura corona meo.
At mihi quod vivo detraxerit invida turba,
 Poſt obitum duplici foenore reddet honos.

Omnia

13. *Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis*] *inmiſſis habenis* legiſſe Auratum notaverat Douſa. *inmiſſis mecum certatis habenis* Heinſius. ſic *inmiſſi per moenia currus* infra El. IX. 23. ubi *miſſi* in multis codd. MSS. infra El. VII. 58.

Mollia tu coeptae fautor cape lora juventae,
 Dexteraque inmiſſis da mihi ſigna rotis.

mittere habenas in Epigrammate Petronii, quod edidi Tom. I. Anth. Lat. pag. 581. loco corrupto,

Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber, & ingentis quatiat Demoſthenis arma.

16. *Qui finem imperii Bactra futura canent*] *canant* Heinſ. ut in Groningano.

17. *opus hoc de monte Sororum Detulit*] *de fonte* v. c. Perreji, primus & ſec. Vatic. quod non inprobaſſe videtur Paſſeratius. *de morte futurum* apud alios legi notat Lat. Latinius. *Rettulit* in Heinſiano, & meo priore.

19. *Mollia, Pegaſides, veſtro date ſerta poëtae*] *date veſtro* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Neap. Borrich. Voſſ. quarto, Heinſiano, primo D'Orvill. meo ſecundo, & primis edd. ſed vulgatae lectionis numerum praetulit Broukhuſius, & ſua imitatione Lotichius Lib. I. El. 6. 53.

Frigida Pegaſides veſtro date pocula vati.

ſerta dare, ut in veteri Inſcript. apud Gorium in Inſcr. Florent. pag. 75. DELIAE SERTA DATE. quod cum hoc loco contulit. *mollia ſerta* & *dura corona* hic dicuntur ad oppoſitionem heroici & Elegiaci carminis. vid. ad Lib. II. El. I. v. 40. & El. 25. 44. hinc Ennio *hirſutam* dat *coronam* Lib. IV. El. I. 61. *mollia* enim *ſerta* ſunt, quae conveniunt poëtae amores cantanti. qualia erant *myrtea*, quae amantibus in Elyſio tribuit Tibullus Lib. I. El. 3. 66.

Illic eſt cuicumque rapax mors venit amanti,
 Et gerit inſigni myrtea ſerta coma.

& hinc Ovidius, Elegos praeferens heroicis & gravioribus carminibus, Lib. I. Am. I. 29.

Ferrea cum veſtris bella valete modis.
Cingere litorea flaventia tempora myrto,
 Muſa, per undenos emodulanda pedes.

& II. A. A. circa finem:

Finis adeſt operi, palmam data grata juventus,
 Sertaque odoratae myrtea ferte comae.

talia ſerta mollia innuit Theocritus Idyll. VII. 63.

Κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ, ἀνήθινον ἢ ῥοδόεντα,
Ἢ καὶ λευκοΐων ϛέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων.

ubi Scholiaſtes: ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο ϛεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος, καὶ Σαπφώ. *Non faciat* Heinſius. ut optantis ſit, quomodo ſupra v. 9. & ſeqq. *me Fama levet, Muſa triumphet, & vectentur amores*, corrigendum cenſebat.

21. *quod vivo detraxerit*] ita in v. c. Fruterii, Excerpt. Scalig. Groning. Heinſiano, utroque D'Orv. meo priore, & priſcis edd. Veneta utraque, Volſci, Beroaldi, Colinaei, prima Aldi, & Juntina, ut legendum notavit Gebhardus, probante Broukhuſio. *detraxerat* in duobus Leidd. tribus Voſſ. Mentel. ſecunda Aldi, Rovill. Gryph. Canter. aliiſque. altero verſu in multis MSS. *onus* vel *honus*. *opus* in primo D'Orvill. ut in alis legi teſtatur Lat. Latinius. placet valde emendatio Marklandi,

Ut, *mihi quod vivo detraxerit invida turba,*
 Poſt obitum duplici foenore reddat *honos.*

ſequen-

Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas,
Majus ab exſequiis nomen in ora venit.
25. Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces?
Fluminaque Haemonio cominus iſſe viro?
Idaeum

ſequentia *Majus ab exſequiis nomen* &c. imitatus videtur Ovid. IV. Triſt. El. 10. 122.

Tu mihi (quod rarum) vivo ſublime dediſti
Nomen, ab exſequiis quod dare Fama ſolet.

25. *Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces*] vitioſa in Regiis, Colbertinis, Menteliano, primo Leid. & Borrich. ſcriptura, *ab regno*, quam etiam ex ſuo libro profert Livinejus, & in priore D'Orvill. *obregno*, quod provenit a librariis, quibus *equus abiegnus*, ſeu ἵππος δουράτεος Homeri, erat incognitus. infra Lib. IV. El. 1. 42. de equo Trojano,

Jam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Laeſerit abiegni venter apertus equi.

ubi *armati* in Voſſiano. *ambigui* in meo ſecundo. ſic in Epigrammate veteri de Laocoonte Tom. I. Anth. Lat. pag. 90. legendum conjeci,

Quod tamen abiegni violarit terga caballi.

quamvis *iligni equi* illic etiam ſtare poſſit. *abiegna trabes* de Argo nave apud Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. II. cap. 22.

Utinamne in nemore Pelio ſecuribus
Caeſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.

quae Enniana adoptavit Phaedrus Lib. IV. fab. 6. v. 6. & ſeqq. huic autem loco ſequentia adſcripſerat Marklandus. „ *Nam quis*, elegans & Graecanica ἀποσιώπησις. *Nam*, niſi illa eſſent, „ *quis noſceret* &c. Reſpondet τῶν Graecorum „ ἐπεί. Lucianus de conſcrib. Hiſt. (§. 38. p. 49.) „ ubi de Hiſtoriis loquitur, Μάλιστα δὲ καὶ πρὸ τῶν „ πάντων, ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην, &c. ἐπεὶ „ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς. Sophocles „ Oed. Tyr. (v. 441.)

„ Οὐ γάρ τι σ' ᾔδειν μῶρα φωνήσοντ' ἐπεὶ
„ Σχολῇ σ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην.

„ Ovidius I. A. A. 625.

„ *Nam cur in Phrygiis Junonem & Pallada*
„ *ſilvis*
„ *Nunc quoque judicium non tenuiſſe pudet?*

deinde *artes* male in Regiis, Colbertinis, Neapol. Askew. Leidenſi ſecundo, Voſſiano pr. & quarto, primo D'Orv. & meo altero. ſed *arces equo pulſas* dixit, quia ſequitur illos, qui arietis muralis machinam fuiſſe equum Trojanum tradiderunt. vide Livinej. & Paſſerat. Plinius Lib. VII. 56. *Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis* (inveniſſe) *Epeum ad Trojam.* Ceterum quod his & ſequentibus verſibus dicit Propertius, Trojam & Heroas, qui bello Trojano inclyti fuerunt, inglorios poſteritatem latuiſſe, niſi exſtitiſſet Homeri Ilias, videntur omnia adumbrata ex illis Theocriti Idyll. XVI. 42. & ſeqq. de Simonide:

Ἄμναστοι δὲ, τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες,
Δειλοῖς ἐν νεκύεσσι, μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο,
Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ Κήϊος αἰόλα φωνέων
Βάρβιτον ἐς πολύχορδον, ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστοὺς
Ὁπλοτέροις.

ibidemque de Homero ſubjungit, & Odyſſea, v. 51.

Οὐδ' Ὀδυσεὺς, ἑκατόν τε καὶ εἴκατι μῆνας ἀλαθεὶς
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, &c.
—— αὐτός τε περίσπλαγχνος Λαέρτης
Εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι.

& hinc ſua deduxit Horatius Lib. IV. od. 9. 25. loco notiſſimo:

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi; ſed omnes inlacrimabiles
Urguentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

hunc vero Propertii locum cogitabat Ovidius IV. ex P. Ep. 8. 51.

—— *ſcriptis Agamemnona noſti,*
Et quiſquis contra, vel ſimul arma tulit.
Quis Thebas, ſeptemque duces ſine carmine noſſet.
Et quidquid poſt haec, quidquid & ante fuit.

26. *Fluminaque Haemonio cominus iſſe viro*] *Fulmina* vitioſe in Voſſ. tertio. *eſſe* in Borrich. Heinſiano, Voſſ. Leid. pr. & meo ſecundo. *ipſe* in

Idaeum Simoënta Jovis cunabula parvi?
Hectora ter campos, ter maculaſſe rotas?

Deïpha-

in primo D'Orv. *Haemonium cominus iſſe virum* Heinſius in notis Propertianis p. 714. remittens ad notas ſuas in Faſtos Naſonis. nimirum ad Lib. V. 176. *agreſtes cominus ire leas.* ſic apud Martialem Lib. XIV. Ep. 31.

Hic brevis ingentem cominus ibit aprum.

ut in MSS. pro *in grandem.* de qua locutione vide ſupra ad Lib. II. El. 15. 22. quomodo autem Xanthus adjutus a Simoënte aquarum copia ſubmergere voluerit Achillem narrat Homerus Iliad Φ. v. 205. & ſeqq. *Haemonius* enim *vir* eſt Achilles. ut Lib. II. 7. 26. *Fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.* & alibi ſaepe.

27. *Idaeum Simoënta Jovis cunabula parvi*] *Xanthumque & Simoënta* Guyetus. ideo forte, quia Idam Phrygium & Cretenſem hic a Propertio confundi exiſtimant nonnulli; cum haec ad Idam, Cretae montem, Jovis patriam, referenda ſint, unde *Cretaeam Idam* vocat Ovid. III. Am. El. 10. 25. facit huc locus Juvenalis, ſed corruptus, Sat. XIII. 41.

——— *tunc, cum virguncula Juno,*
Et privatus adhuc Idaeis Jupiter antris.

ubi pro mendoſa voce *privatus* Patruus meus codicis ſui margini adſcripſerat, *Et vagiret adhuc,* conjectura probabili; quamquam etiam *nutritus,* vel *lactatus,* poſſet ſubſtitui. Virgilius III. Aen. 104.

Creta Jovis medio magni jacet inſula ponto,
Mons Idaeus ibi, & gentis cunabula noſtrae.

ubi quae Servius notat de Curetibus & Corybantibus, tinnitu aeris & clypeis circa recens natum & vagientem Jovem ludentibus, egregie illuſtrantur loco Statii Lib. IV. Theb. 783.

——— *qualis Berecynthia mater,*
Dum circa parvum *jubet exſultare* Tonantem
Curetas trepidos, illi certantia plaudunt
Orgia, ſed magnis reſonat vagitibus Ide.

& praeſertim eximio illo Caracallae numo ΜΑΓΝΗΤΩΝ majoris moduli, in quo Corybantes tympana pulſantes circa Jovem infantem, in cippo poſitum, conſpiciuntur, cujus typum exhibet Triſtanus Tom. II. pag. 196. & 199. prolato Callimachi loco ex Hymn. in Jovem v. 52. 53. ubi quae notavit Spanhemius, optimam numiſmati lucem adferunt. eumdemque habet Vaillantius in Num. Graec. Imp. Rom. pag. 104. cum alio tamen ſcribae nomine ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥ. pro ΑΡΙΣΤΟΚΛΟΥ, quod nomen eſt in meo numo hujus formae integerrimo. ut apud Triſtanum aliud ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ nomen legitur. eumdem numum vide in Muſeo Theupoli Tom. II. p. 796. & 971. & in Tabula II. ante Inſcriptiones Donii, quaeque illic obſervavit Gorius pag. 40. idem quoque typus eſt in Elagabali numo apud Vaillantium eodem opere pag. 128. ab illo autem Cretae monte Ida dictus eſt *Jupiter Idaeus.* de quo vid. Valeſ. ad Excerpt. Peireſc. p. 133. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Jov. v. 6. Sed longe aliter hunc Propertii locum, ab Interpretibus omnibus de Jovis incunabulis expoſitum, capiendum eſſe cenſebat Patruus meus ad Ovid. XIV. Met. 589. qui *Jovem parvum* hic de Aenea intelligebat, quem, ut ait Virg. I. Aen. 617.

——— *Dardanio Anchiſae*
Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undas.

& ad hunc locum reſpexiſſe illic Naſonem conjicit, ubi fingit Venerem Aeneae ſuo *parvum numen* a Jove petere.

28. *Hectora ter campos, ter maculaſſe rotas*] ſic optime Fruterius & Livinejus reſtituerunt, nam in codd. & edd. vetuſtis legebatur, *Hectora per campos ter maculaſſe rotas.* ita certe in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meiſque, & ceteris fere omnibus MSS. & quidquid eſt priſcarum editionum. ſed *ter campos, ter maculaſſe rotas*, eleganti anadiploſi, recte edidit Broukhuſius. idque etiam probaſſe jam videtur Paſſeratius. Homerus Iliad. Ω. 16.

Τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος.

Euripides Androm. 107.

Καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα, τὸν περὶ τείχη
Εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος.

Virgil. I. Aen. 483.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

& Lib. II. 272. de Hectore:

Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.

illam vero Achillis, qua Hectorem necavit, crudelitatem aemulari gloriae ſibi duxit Alexander. Curtius Lib. IV. cap. 6. imitatione illius loci Virgiliani, *Per talos Betis* (praefecti Darii) *ſpirantis adhuc lora trajecta ſunt, religatumque ad currum traxere circa urbem equi, gloriante Rege Achillem, a quo genus ducebat, imitatum ſe in poena eſſe.*

29. &

Deïphobumque, Helenumque, & Poludamanta ſine armis,
Qualemcumque Parin vix ſua noſſet humus.
Exiguo ſermone fores nunc, Ilion, & tu
Troja, bis Oetaei numine capta dei.

Nec

29. *& Poludamanta ſine armis*] Hanc Scaligeri correctionem, Guyeto probatam, ſecutus eſt Broukhuſius. ut edidit etiam Vulpius. in pleriſque codicibus *Polydamantes in armis*, ut in Regiis, Colbertinis, primo Leid. Voſſ. pr. & tertio, Groning. utroque D'Orv. & meo priore. *Polydimantes in armis* Borrich. *Polydamantas in armis* Leid. ſec. & Voſſ. tert. Neap. & priſcae edd. *Polydamantem in armis* Askew. *Polydamanta ſub armis* v. c. Perreji, ut legendum notat Marklandus ad Statii Silvas p. 264. & ſic Heinſius, & ex vet. libro Paſſeratius. vide etiam Gebhardum. *& Polydamanta, ſine armis Qualemcumque Parin* diſtinguebat Marcilius ad Perſii Sat. I. 7. conjungens *Parin ſine armis* ſeu inermem & qualemcumque, *ſine armis* cum Scaligero recte praetuliſſe videtur Broukhuſius, qui ad Deiphobum, Helenum, & Polydamanta refert. Deiphobo enim Helena, quam poſt Paridem ſibi junxerat uxorem, arma ſubduxerat. Virg. VI. Aen. 523.

Egregia interea conjux arma omnia tectis
Emovet, & fidum capiti ſubduxerat enſem.

& ſic Helenus vates, ac Polydamas, conſilio clarus, *ſine armis* ideo dicuntur, quia tales erant inermes, ſed *ſub armis* erant omnes Graeci pariter ac Trojani, in qua lectione nihil arguti, ut in altera *ſine armis*. & hoc etiam probavit editor Elector. Etonenſ. Min. p. 116. *Puludamanta* edidit Broukhuſius, praeeunte Heinſio in notis Ovidianis. ſed qui ipſe id poſtea rejecit: & praevalent, quae pro altera ſcriptura notavit Drakenb. ad Silium Ital. XII. 212.

30. *Qualemcumque Parin vix ſua noſſet humus*] haec imitatus eſt Ovidius Lib. V. Triſt. 5. 54.

Victor Echionias ſi vir penetraſſet in arces,
Forſitan Evadnen vix ſua noſſet humus.

& Lib. III. Art. Am. 413.

Sed famae vigilare juvet: quis noſſet Homerum,
Ilias aeternum ſi latuiſſet opus.
Quis Danaën noſſet, ſi ſemper clauſa fuiſſet.

ubi forte emendandum eſt,

——— *quis noſſet* Achillem,
Ilias aeternum ſi latuiſſet opus.

non *Iliados terris*, ut conjeci ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 538. ut *Homeri* nomen a gloſſatore fuerit ſuppoſitum. idque egregie firmatur adpoſito Ciceronis loco pro Archia cap. 10. *niſi Ilias exſtitiſſet, idem tumulus, qui* Achillis *corpus contexerat, nomen etiam obruiſſet.* & Ovidii Lib. II. F. 119.

Nunc mihi mille ſonos, quoque eſt memoratus Achilles,
Vellem, Maeonide, pectus ineſſe tuum.

31. *Exiguo ſermone fores nunc Ilion, & tu Troja*] *nunc Pergamon, & tu* Guyetus. ut apud Virg. II. Aen. 555. *Trojam incenſam & prolapſa videres Pergama.* & ſic *Trojae Pergama* Lucretio Lib. I. 477. forte ita voluit Guyetus, quia *Ilion* & *Trojam* quaſi diverſas urbes poſuiſſe ei videbatur Propertius. *Ilios* hic praefert Broukhuſius. ſed parum referre patebit ex Heinſii notis ad Ovid. Epiſt. I. 48. & quod ad ſonum auribus gratiorem adtinet, mihi *Ilion* probandum videtur. apud Homerum certe & Virgilium non niſi neutro genere occurrere obſervat Scholiaſtes ad Il. O. 71. & Servius ad III. Aen. 3. qui addit Horatium feminino genere extuliſſe. de quo vid. Bentlej. ad Lib. III. od. 3. 23.

32. *& tu Troja, bis Oetaei numine capta Dei*] corrupte *evecti* in Menteliano. *Oetae* unus Colbert. & Borrich. *Oete* Neapol. bis Trojam ab Hercule captam, non pauca veterum loca teſtantur. primum, quum Laomedonti iratus claſſe XVIII navium Ilium cepit, occiſo Laomedonte, & deinde ope ejus ſagittarum, quae Philoctetae obtigerant. ipſe Hercules apud Sophoclem Philoct. v. 1485.

Τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὐτὴν χρεὼν
Τόξοις ἁλῶναι.

Valer. Fl. Lib. II. 571.

Namque bis Herculeis deberi Pergama telis
Audierat.

Joſephus Iſcanus initio poëmatis de bello Trojano:

Iliadum lacrimas, conceſſaque Pergama fatis,
Praelia bina ducum, bis adactam cladibus urbem
In cineres querimur.

ubi

Nec non ille tui caſus memorator Homerus
Poſteritate ſuum creſcere ſentit opus.
35. Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes.
Illum poſt cineres auguror ipſe diem.

Ne

ubi vide Dreſemii notas. de Hercule Ovidius Lib. XI. Met. 215.

Bis perjura capit ſuperatae moenia Trojae.

ubi *bis peritura*, ut alii, etiam praefert Schmidius ad Pindar. V. Iſthm. 46. pag. 97. ſed alterum bene vindicavit Cioſanus. vid. Senecam Agam. 614. & 864. & praeſertim in Troad. v. 135.

Bis pulſata Dardana Grajo
Moenia ferro. biſque pharetras
Paſſa Herculeas.

quae ex deperdita Varii Tragoedia Thyeſte deſumta ſunt, ex qua hoc fragmentum ita reſtituit Rutgerſius in Venuſ. Lect. cap. 3. p. 249.

Bis pulſata
Dardana Grajo.
Spernit ſuperbos
Humileſque ſimul.
Audetque vitae
Ponere finem.

ubi praeceſſiſſe *Moenia ferro*, quae exciderunt, vel ſecundo verſu inſerenda, ex Senecae imitatione colligere licet. adde Dauſquejum ad Silium Ital. pag. 45. Meurſ. ad Lycophr. v. 56. & 69. ubi de tertio & quarto Trojae excidio, Canterum ad eumdem v. 911. & Drakenb. ad Silium Lib. I. 43.

33. *Nec non ille tui caſus memorator Homerus Poſteritate ſuum creſcere ſentit opus*]

memorabit Askew. *memoratur* vitioſe in aliis, poſita in fine primi verſus diſtinctione, & altero verſu *ſenſit* in duobus Leidd. tribus Voſſ. duobus D'Orvill. meo ſecundo, & reliquis fere, cum vetuſtis edd. *memorator* recte, non *narrator*. quia *memorare* frequens noſtro eſt, pro grandiloquo ſermone, ut epico carmine, aliquid narrare. Lib. II. El. 1. 25. ad Maecenatem:

Bellaque reſque tui memorarem Caeſaris: & tu
Caeſare ſub magno cura ſecunda fores.

& El. VIII. 7.

Jam libet & fortes memorare ad praelia turmas,
Et Romana mei dicere caſtra Ducis.

infra El. 9. 69.

Leucadius verſas acies memorabit Apollo:
Tantum operis belli ſuſtulit una dies.

& El. 15. 39.

Haec ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.

altero verſu *Proſperitate* perperam in Borrichiano, Heinſiano, & meo priore. inepta lectione. *poſteritas* pro ſequentium ſeculorum hominibus. ut apud Cic. I. ad Fam. Ep. 18. *ſed ſi me audies, vitabis inimicitias, & poſteritatis otio conſules.* ubi ſimpliciter pro *in poſterum tempus* exponunt. ſed illic Cicero Thermum monet, ne tribunitiis clamoribus ſe inmiſceat, ſed paci in poſteritatis commoda potius ſtudeat. Ovidius I. ex P. Ep. 4. 24.

Adſpice in has partes quod venerit Aeſone natus,
Quam laudem a ſera poſteritate ferat.

creſcere ſentit opus bene Vulpius, & ante eum Paſſeratius, confert cum illo Horatii Lib. III. od. 3. *uſque ego poſtera Creſcam laude recens.*

35. *Meque inter ſeros laudabit Roma nepotes*] *Teque* in Heinſiano & meo priore. male, ut & *laudavit* in Regiis, & priſcis edd. *auguror ipſe* recte tuetur Broukhuſ. pro *eſſe*, quod vetuſtiores praeferunt editiones, & a Paſſeratio probatur. *ipſe* ſervant etiam primus & ſecundus Vaticanus, Perreji codex, Mentelian. Heinſian. & reliqui. *ipſe deae* Neapol. *poſt cinerem* Mentel. & primus Leid. locum hunc elegantiſſime imitatus eſt P. D. Huetius pag. 23. Poëm. ed. Graev.

Livor edax, in me vanis incurris habenis.
Melpomene cedro nomina noſtra linet.
Meque ſuis addet laudatrix Gallia faſtis.
Illum poſt cineres ſpondet Apollo diem.

37. Ne

Ne mea contemto lapis indicet oſſa ſepulcro
Proviſum eſt, Lycio vota probante Deo.
Carminis interea noſtri redeamus in orbem,
Gaudeat ut ſolito tacta puella ſono.
Orpheu, te duxiſſe feras, & concita dicunt
Flumina Threïcia detinuiſſe lyra.

Saxa

37. *Ne mea contemto lap. ind. oſſa ſepulcro Proviſum eſt*] *Non mea* in ſecundo Leid. Heinſian. Borrich., meo priore, & aliis apud Lat. Latinium. *Nec* Mentel. Leid. pr. & D'Orvill. *Me mea cont. l. indicet* in primis edd. *contemto* pro vili, & ideo praeterito ſepulcro. ut Lib. I. El. 20. 21.

Quam vereor, ne te contemto, Cynthia, buſto
Abſtrahat a noſtro pulvere iniquus amor.

& Lib. II. El. 8. 35.

Et tua tranſibit contemnens oſſa viator.

Horatius Lib. III. od. 16. 25.

Contemtae dominus ſplendidior rei.

altero verſu *Promiſſum eſt* in quinto Vatic. Groning. ſec. Leidenſi, & primo Voſſ. perperam. *proviſum*, proſpectum cautumque a me eſt, ſeu vivus nominis immortalitatem mihi per carmina paravi. Gebhardi *Latio Deo*, pro Apolline, merito repudiavit Brouckhuſius.

39. *Carminis interea noſtri redeamus in orbem*] novam Elegiam, inſcripto titulo AD LIBRVM SVVM, hic inchoant plerique codices ſcripti, & editiones vetuſtiſſimae. & ſic Aldus in prima ed. cum inſcriptione POËMATA SOLVM VACARE MORTE. ut in Juntina, & Colinaei. ſed in Aldina altera an. 1515. Roëllii, Seb. Gryphii 1551. ejusque haeredum an. 1561. tum Chriſtoph. Plantini Antverp. 1560. & Scaligeri, haec praecedentibus connectuntur. in ed. Ant. Gryphii 1573. Canteri, & Douſae, novae Elegiae initium eſt a v. 41. *Orpheu* &c. quod ſecutus eſt Vulpius. *redeamus in orbem carminis noſtri* Paſſeratius exponit de carmine cyclico. ſed malim interpretari, redeamus ad carminis noſtri, id eſt amatorii, inſtitutum mollius, & choros magis placidos. ut ſequens indicat verſus. ſive, ut Horatius dicit Lib. I. Sat. 1. 108. *Illuc, unde abii, redeo.* ſimili fere colore, quo Lib. IV. El. 6. 69.

Bella ſatis cecini: citharam jam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.

altero verſu male *Gaudeat inſolito* in v. c. Fruterii, Palatino, Neap. Regiis, Colbertinis, primo D'Orvill. & priſcis edd. unde Heinſius *hinc ſolito.* ſed quod connectant codices vocem *inſolito*, ſeparanda videtur *Gaudeat in ſolito.* ut Lib. II. El. 3. v. 10.

Gaudeat in puero, ſi quis amicus erit.

41. *Orpheu, te duxiſſe feras, & concita dicunt Flumina Threïcia detinuiſſe lyra*] variant hic admodum libri ſcripti & editi. *Orphea detinuiſſe* in Modii & Scaligeri Excerptis, Mentel. primo & quinto Vatic. Neap. duobus Leidd. tribus Voſſianis, Borrich. Groning. Askew. utroque D'Orv. meo priore, aliiſque apud Lat. Latinium. *Orphea te tenuiſſe* in Regiis, Colbertinis, & meo ſecundo. ut in primis edd. Venetis, Reg. Lep. Volſci, utraque Aldina, Juntina, Colinaei, aliiſque. & apud Octav. Mirandulam in Viridar. Illuſtr. Poët. fol. 183. verſo. *Orpheu te tenuiſſe* Beroaldina. *Orphea te tenuiſſe* & minore verſu *ſuſtinuiſſe* Guyetus ex cod. Reg. ut Lipſius, Modius, aliique. pravo judicio Vulpius *detinuiſſe* primo verſu, & altero *ſuſtinuiſſe* edidit, quae inſuaviſſimum reddunt verſum. & *detinuiſſe feras* librariorum oſcitantiae debetur, ſequentis verſus lectionem cum primo confundentium. neque venuſta videtur repetitio, ſi utroque verſu *detinuiſſe* legatur, ut cenſebat Scaliger. Cogitabam aliquando, *Orpheu, te mulſiſſe feras.* ut imitatio ſit Virgilii Lib. IV. Georg. 510. de Orpheo,

Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.

quod *lenire tigres* Horatio eſt A. P. 393. Seneca Medea v. 229.

—— munus eſt Orpheus meum,
Qui ſaxa cantu mulcet, & ſilvas trahit.

vel *flexiſſe.* ut apud Cic. pro Arch. cap. 8. *Saxa & ſolitudines voci reſpondent, beſtiae ſaepe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt.* ſed mox ſequitur *flexit equos.* niſi illic *duxit* ex nonnullis

Qqq codd.

Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem
  Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt.
Quin etiam, Polypheme, fera Galatea ſub Aetna
  Ad tua rorantes carmina flexit equos.

Mire-

codd. MSS. ſubſtituendum videatur. praeſtat igitur cum Broukhuſio admittere conjecturam Heinſii, *Orpheu, te duxiſſe feras*, cujus vide notas ad Propert. p. 715. ubi etiam *domuiſſe* conjicit. quod firmari poſſet ex Phaedro Prolog. Lib. III. v. 58. de Orpheo

Qui ſaxa cantu movit, & domuit feras,
Hebrique tenuit impetus dulci mora.

quo loco etiam *Flumina detinuiſſe* in minore verſu adſtruitur. *ducere* hac in re etiam apud Horatium noto loco, de Orpheo & Amphione, in A. P. 396.

Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

Silius Ital. Lib. XIII. 347. de Pane, *ducit ſtabula omnia cantu.* & Lib. XV. 461.

——— *cum curia vocem*
Poſceret, ut cantu, ducebat corda Senatus.

ubi vid. Drakenb. & Heinſ. ad Claudian. Praef. Lib. I. in Rufin. v. 13. altero verſu pro *ſuſtinuiſſe*, quod in v. c. Fruterii, primo Leid. D'Orvill. Neapol. Mentel. Excerptis Scaligeri, Askew. aliiſque codd. & primis edd. etiam legitur, & a multis probatum fuit, Broukhuſius *detinuiſſe* recepit, quod ejuſdem notionis eſt. & ſic legendum apud Florum Lib. III. cap. 3. §. 12. *poſtquam detinere amnem manibus & clypeis fruſtra tentaverant.* pro *retinere.* & paſſim *detinere* pro morari, etiam aliis in rebus. vide notas ad Ovid. I. Met. 683. *ſuſtinuiſſe* tamen hoc in loco, propter *concita flumina*, praefert Patruus meus ad Valer. Fl. Lib. III. 100. & ita adfert Octav. Mirandula in Virid. Illuſtr. Poët. d. l.

43. *Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem*] ita in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. neque aliter e ſuis adfert Neſtor in Vocabulario pag. 35. & 177. *Thebis* in primo D'Orvill. *Thebes* apud Octav. Mirandulam. *Thebanam agitata per artem* Heinſius. *Phoebeam agitata per artem* tentabat eruditus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. pag. 109. & muſicam Amphionis artem intelligebat, ut *Phoebeus Amphion* Statio Lib. III. Sylv. 2. 41. ſed in notis illic ſubjectis Patruus meus nihil inmutandum contendit, quia & montis Cithaeronis, & urbis Thebarum mentio ſatis oſtendunt, quae ars intelligenda ſit, & loca plurima poëtarum, quae adfert, in quibus ſimpliciter *artes* memorantur, ſatis manifeſtant *artem*, de qua agitur. *per artem* vero pro *arte.* ut ſaepe apud poëtas. Virg. VIII. Aen. 143. *neque prima per artem Tentamenta tui pepigi.* Silius Ital. IV. 715.

—— *pontum tractare per artem Neſcius.*

vide notas doctor. ad Gratii Cyneg. 151. Cel. Ruhnkenio *Thebas* e gloſſa proveniſſe, veramque lectionem ſuo loco moviſſe videbatur. Lepidam illam fabulam de Rege Cithaerone, quam ex Pauſania adfert Broukhuſius, mallem omiſiſſet. de ſaxis arte lyrae Amphioniae ſponte coëuntibus nota eſt fabula. vid. Barth. ad Stat. I. Th. v. 19. ſemper vero ſcribendum *Cithaeronis.* nam male infra El. XIII. 25. *Cythaeronis* in ed. Broukhuſ. pejus adhuc *Citheronis* & *Cythaeronis* in Indice tamquam diverſi ponuntur montes. altero verſu pro *muri* vitioſe in Neapol. primo Voſſ. & ſecundo D'Orvill. *in numeri.*

45. —— *fera Galatea ſub Aetna*
Ad tua rorantes carmina flexit equos]

duxit in Borrich. Commeliniano Gebhardi, Heinſiano, & meo primo. vide paullo ante ad v. 41. *Ad te rorantes* male in ed. Graeviana. & *flumina flexit* perperam in aliis apud Lat. Latinium. *ſiſtere* aliis dicitur. ut *ſiſtere aquam fluviis* Virgilio, Ovidio, & *ſiſtere gradum*, ac ſim. vide notas ad Tibull. Lib. I. El. 2. 44. & ad Ovid. IX. Met. 43. *rorantes*, vel *parentes*, (tibi obſequentes,) *aquas* conjecerat Heinſius. *aquas* olim Broukhuſio etiam in mentem venerat. eruditiſſimus Eldickius ſuis ad me literis refingendum ſuſpicabatur,

Quin etiam, Polypheme, aures Galatea ſub Aetna
Ad tua rorantes carmina flexit aquis.

ſed *fera Aetna* pro inculta & horrida recte adſtruitur.

Miremur, nobis & Baccho & Apolline dextro,
Turba puellarum ſi mea verba colit.
Quod non Taenariis domus eſt mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes:

Nec

ſtruitur a Paſſeratio. ut *feri ſaltus* Claudiano Conſ. Olybr. v. 186. & *fera arva* Manilio Lib. I. 86. *Et fera diverſis exercita frugibus arva.* per *equos* Broukhuſius intelligit piſces frenatos, quibus Deae marinae vehebantur. ſed rectius de equis marinis, in piſces deſinentibus, capit doctus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. p. 111. ut Tritoni *coeruleos equos* tribuit Ovidius Epiſt. VII. 50. Reſpicit hic procul dubio Propertius ad carmina Polyphemi, quibus Galateam ſibi conciliare ſtudet apud Theocritum Idyll. XI. v. 19. & ſeqq. uſque ad finem carminis. cui adde Ovid. XIII. Met. 780. & ſeqq.

47. *& Baccho & Apolline dextro*] bene viri docti hunc locum conferunt cum illis Calpurnii Ecl. IV. 56.

—— *& modo te Baccheis Muſa corymbis*
Munerat, & lauro modo pulcher obumbrat
Apollo.

dextro Apolline & Baccho etiam Caſaubonus exponit ad Perſium Sat. II. p. 183. & 184. ubi merito Gyraldum ridet, qui *dextro Hercule* proprium Alcidae cognomen eſſe ſomniaverat.

49. *Quod non Taenariis domus eſt mihi fulta columnis,*
Nec camera auratas &c.]

Non quod Vatic. quint. *Si non Taenariis* male Guyetus, & ſic apud Octav. Mirandulam. nam *quod* hic ſignificat *quamvis*. ut recte Broukhuſius. ſic Lib. II. El. 19. 61. *quod pleno faſtus adſumis amore.* exemplis ab eo prolatis adde alia apud Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII. 51. & quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 484. *Taenariis domus eſt mea fulta columnis* in altero Regio. confer cum his illa Tibulli Lib. III. El. 3. 13.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
Taenare, ſive tuis, ſive, Caryſte, tuis?
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos?
Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum?

Hinc apud Claudian. II. in Rufin. 135. legebat Patruus meus,

—— *quid nunc Phrygiis effulta columnis*
Atria, prolataeve juvant ad ſidera moles?

pro vulgata *quid purpureis.* licet *purpureis columnis* pro porphyreticis caperet Cel. Ruhnkenius. ut apud Capitolin in Anton. Pio cap. 11. recte *fulta auro laquearia*, pro *culta*, eidem reſtitutum eſt in Bel. Getic. v. 224. qualis variatio apud Statium Lib. I. Theb. 144.

Et nondum craſſo laquearia fulta metallo,
Montibus aut late Grajis effulta nitebant
Atria.

ubi *fulva metallo* in aliis. ſed *culta* cum Heinſio legendum. altero verſu *alte Grajis ſuffulta metallis Culmina* in MSS. pari colore Auctor Culicis v. 61.

Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera: ſi nitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit avarum.

ſimilia vide apud Guellium ad Virg. II. Georg. 461. Bernart. ad Stat. d. l. Lib. I. Theb. 144. & Scalig. ad Manil. Lib. V. 508. & hoc Propertii loco Marklandus firmat conjecturam ſuam apud Statium Lib. I. Sylv. 2. 152.

Splendent Taenariis faſtigia nixa columnis.

auratae trabes hic memoratae vindicant veram lectionem in loco Tibulli paullo ante producto, *Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum.* ubi male Torrentius ad Sueton. Aug. 72. adfert *Aurataeque fores.* quae lectionis diverſitas etiam eſt apud Senecam in Thyeſt. v. 347. *Non auro nitidae trabes.* ubi *fores* in Florentino. ſed in eadem Tragoedia v. 646. —— *cujus auratas trabes Variis columnae nobiles maculis ferunt.* & in Hippol. 497.

—— *mille non quaerit tegi*
Dives columnis; nec trabes multo inſolens
Suffigit auro.

Virgilius II. Aen. 448.

Auratasque trabes, veterum decora alta parentum.

 quod

Nec mea Phaeacas aequant pomaria ſilvas,
Non operoſa rigat Marcius antra liquor:
At Muſae comites, & carmina cara legenti,
Et defeſſa choris Calliopea meis.

55. For-

quod recte tuentur Pierius & Patruus meus, pro *Aerataſque*, vel *Aëriaſque*, ut in aliis codd. & ſic in loco Plinii Lib. XXXIII. cap. 3. *Sed & illius aureae camerae, & argenteae trabes narrantur & columnae.* quem adfert Bentlejus ad *trabes Hymettias* illuſtrandas apud Horatium Lib. II. od. 18. 4. denique *camara* in meo etiam cod. primo. ut ſcribendum contendunt, quando de opere laqueato vel fornicato ſermo eſt. vide Patrui mei notas ad Petron. cap. XXX. pag. 112. & ad Phaedr. IV. Fab. 24. 29. ſic CAMARAM SIBI ET SVIS POSTERIS in Inſcript. apud Donium Claſ. XIV. N. 66. p. 435.

51. *Nec mea Phaeacas aequant pomaria ſilvas*] *Phaeacidas* in primo Voſſ. *feacias* Mentel. *Phaeatias* in Regiis, Colbertinis, & primis edd. *Phocacias* Borrich. *Phaeacias* apud Octav. Mirandulam, ut in Groning. duobus Leidd. Voſſ. tertio & quarto, meoque ſecundo, Aldina utraque, Juntina, Colinaei, aliiſque, ſed metro adverſante. *Phaeaces* adfert Neſtor in Vocabul. pag. 99. vera ſcriptura eſt *Phaeacas*, ut in Excerptis Scaligeri, quomodo Livinejus & Paſſeratius. & ſic Cerda ad Virg. III. Aen. 291. & Heinſius notis ad Propert. p. 715. quem vide, & Broukhuſ.

52. *Non operoſa rigat Marcius antra liquor*] *Atque operoſa* Guyetus. *Non nemoroſa* Heinſius. ſed vulgata non videtur ſollicitanda. *antra* quoque hic ferri non poſſe exiſtimabat Cl. Schraderus, cui & *antra operoſa*, & *liquor antra rigat*, valde diſplicebant, ideoque Emend. cap. VIII. pag. 147. legebat *arva*, quae recte *rigari* dicuntur, ut & *operoſa arva* Ovidio Lib. I. A. A. 399.

Tempora qui ſolis operoſa colentibus arva.

& *operoſi vitibus agri* Lib. II. Am. 16. 33. *antra* tamen ſe tueri poſſe videntur, ſi intelligamus, veteres ex aquaeductibus in hortos, in quibus *antra*, (*grottes*) aquam derivaſſe. quae *operoſa* dicuntur, id eſt, multa arte & ſumtu elaborata. ut Naſoni Epiſt. III. 31.

Viginti fulvos operoſo ex aere lebetas,
Et tripodas ſeptem, pondere & arte pares.

& *operoſae cultibus ambae* Lib. II. Am. 10. 5. vide & Paſſeratium. *Martius* male in duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis codd. & priſcis edd. *Marcius* enim ſcribendum viri docti dudum monuerunt, quia haec aqua Marcia in urbem inducta a P. & Q. Marciis, ex Anci Marcii poſteris, ut notat Paſſerat. p. 412. & vid. Heinſ. ac Broukhuſ. *Marcius* igitur, non *Martius*, praeſtat. adde Sigon. & Drakenb. ad Livium Lib. I. cap. 32. ſic infra El. 21. v. 24. *& aeternum Marcius humor opus.* ubi male etiam *Martius* in MSS. & ita apud Statium Lib. I. Sylv. 3. v. 67. & Sylv. 5. v. 27. corrigendum monuit Marklandus. ubi de hoc aquaeductu Marcio etiam videndus Domit. Calderinus. & adde notata ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 644. pro *antra* in Neapol. *ante*.

53. *At Muſae comites, & carmina cara legenti,*
Et defeſſa choris &c.]

Ut Muſae in meo ſecundo *Et* in Borrich. ſeq. verſu *At defeſſa* in Heinſiano, & meo priore. *deceſſa* in Regiis. recte videtur Scioppius Lib. I. Veriſim. cap. 10. hic *At* ter repetitum ſubſtituiſſe,

At *Muſae comites*, at *carmina cara legenti*,
At *defeſſa choris* &c.

ut apud Virg. II. G. 467.

At *ſecura quies*, & *neſcia fallere vita*,
Dives opum variarum: at *latis otia fundis*,
Speluncae, *vivique lacus:* at *frigida Tempe* &c.

vide ad Lotich. p. 372. ubi *comites Muſas* etiam illuſtravi, quas ſemper ſe comitari, voti poëtarum ſumma eſt. quod & imitatur Boëthius Lib. I. Conſ. Philoſ. Metr. I. de Muſis:

Has ſaltem nullus potuit pervincere terror,
Ne noſtrum comites perſequerentur iter.

& hunc Propertii locum in animo habuiſſe videtur Ovidius Lib. I. Am. El. 3. v. 7. & ſeqq.

Si me non veterum commendant magna parentum
Nomina: ſi noſtri ſanguinis auctor eques;
Nec meus innumeris renovatur campus aratris,
Temperat & ſumtus parcus uterque parens.

At

Fortunata meo ſi qua es celebrata libello,
Carmina erunt formae tot monumenta tuae.
Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,
Nec Jovis Elaei coelum imitata domus;

Nec

At Phoebus, comiteſque novem, vitiſque repertor,
Hic faciant: &, me qui tibi donat, Amor.

Francius vero diſtinguebat,

At Muſae comites, & carmina, cara legenti.

pro *cara* in Voſſ. quarto *rara.* quod non ſpernendum. *grata* in Groning. D'Orvill. ſecundo, & aliis apud Lat. Latinium.

55. *Fortunata meo ſi qua es celebrata libello*] *eſt* in Mentel. Regiis, Colbertinis, Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meo priore, & priſcis edd. pro *celebrata* in Voſſ. pr. Borrich. & meo primo *cantata*, ut & in marg. ſecundi. quod praefero. & favet Livineji Vaticanus, in quo *eſt cantata.* ſic Ovidio Lib. III. Am. El. XI. 19. reſtituerunt viri docti,

Scilicet & populo per me cantata placebas.

quod variis exemplis illic Patruus meus firmavit. quem & vid. ad Nemeſian. Ecl. II. 85. *numerata* in v. c. Fruterii, ſecundo Leid. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orv. & meo primo. quam vocem librarii codicis Borrichiani & Heinſiani ingeſſerunt ſequenti verſui. *ſuae* in Voſſ. tert. primo D'Orvill. & aliis codd. Lat. Latinii. pro *formae* vitioſe *fortunae* in primo Voſſ. *tam monumenta* in D'Orv. ſecundo.

57. *Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti*] *ad ſidera coeli* in Groning. *moles ad ſidera ductae* legebat Heinſius. cui favere poſſet illud Senecae de brev. vitae cap. ult. *moles magnas ſepulcrorum & operum publicorum dedicationes diſponunt.* & illud ex Epigr. antiquo *de Literarum aeternitate*, cujus auctor haec Propertiana aperte imitatus eſt, Tom. I. Anth. Lat. p. 447.

Haec urbem circa ſtulti monumenta laboris,
Quaſque vides moles, Appia, marmoreas;
Pyramidaſque auſas vicinum adtingere coelum;
Pyramidas, medio quas fugit umbra die:
Et Mauſoleum miſerae ſolatia mortis
Intulit externum quo Cleopatra virum,
Concutiet ſternetque dies. ———
Carmina ſola carent fato, mortemque repellunt.

montes ad ſidera ducti olim divinaveram in notis ad Lotich. pag. 14. & 296. ubi multis hunc locum illuſtravi, eamque conjecturam pluribus adſtruxi ad Anthol. Lat. p. 448. 449. ubi in Epigrammate ſequenti,

Tu licet extollas magnos ad ſidera montes,
Et Pharias aeques marmore Pyramidas,
Ingenio mors nulla nocet: vacat undique tutum,
Inlaeſum ſemper carmina nomen habent.

ſic enim legebat Heinſius, non *calidas Pyramidas*, quod antea edebatur, aut *validas*, ut in marg. Pithoei. quamquam *ſolidas* potius illic ſubſtituendum cenſuerint Pierſonius, & Eldickius in Specim. Suſpic. Crit. cap. VII. pag. 48. quod minime diſplicet. *ſumtus* tamen *Pyramidum* hic poſuiſſe videtur Propertius, pro Pyramidibus magno ſumtu exſtructis. ut mox *Mauſolei dives fortuna ſepulcri.* ex quibus verbis Clercquius apud Lucanum Lib. VIII. 698. legebat,

Et Ptolemaeorum manes ſeriemque pudendam
Pyramides claudant, & ditia Mauſolea.

pro *indignaque*, quod epitheton Mauſoleis non convenire putabat.

58. *Nec Jovis Elaei coelum imitata domus*] Legi merentur quae ad hunc locum illuſtrandum de celebratiſſima hac Jovis Elaei ſeu Olympici aede ſcripſit Parrhaſius in Quaeſitis per Epiſt. pag. CXI. *coelum imitata*, ut de Pantheo, quod templum etiam θολοειδὲς erat, dicit Dio Caſſ. Lib. LIII. p. 722. Θολοειδὲς ὂν τῷ οὐρανῷ προσέοικεν. quo loco Caſaub. ad Athen. Lib. II. cap. 19. in fine, exponit Perſarum Regum tabernaculum οὐρανόροφον, & tales papiliones οὐρανίσκους dictos docet. huc refer Callimachi Fragmentum CXCVIII. quod ſervavit Pindari Scholiaſtes ad Od. X. Olymp. 50. in quo Ἦλιν vocat Διὸς οἶκον.

60. Mor-

Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

At

60. *Mortis ab extrema conditione vacant*] ſic recte editum, ut ad Pyramidas & Mauſoleum referatur, male enim *vacat* in Leid. ſec. tribus Voſſ. ſecundo D'Orvill. & primis aliiſque antiquis edd. & apud Octav. Mirandulam. *vacant* firmatur a Menteliano, uno Colbert. Neap. Groning. & Heinſiano, meiſque.

61. *Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores*] *ſubducit* Neapol. Leid. ſec. & alter D'Orvill. male. ſequitur enim *ruent.* ex hoc loco videtur Paſſeratius apud Ovid. prope finem Metam. legiſſe, *quod nec Jovis ira, nec imbres, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.* ubi *ignes* in vulgatis editur. & favet illud Horatii Lib. III. od. ult. *Quod non imber edax, aut Aquilo inpotens Poſſit diruere.*

62. *Annorum aut ictu pondera victa ruent*] *Armorum* in Mentel. Colbertino, quinto Vatic. primo Leid. & meo priore. eadem varietate etiam in Epigr. vet. Tom. I. Anth. Lat. pag. 690.

Carmina vivaci membranis illita ſucco
Armorum ſerie debilitata cadunt.

ubi recte Cl. Schraderus & Pierſonus *Annorum ſerie.* ut eodem Vol. p. 459.

Non tamen annorum ſeries, non flamma, nec enſis,
Aeternum potuere hoc abolere decus.

& in verſibus Laberii pag. 555.

Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat.

apud Horat. III. od. ult. v. 5.

——— *aut innumerabilis*
Annorum ſeries & fuga temporum.

male vero in ed. Graevii nomen praeferente, *Annorum aut tractu.* quod merito inprobat Auctor. Elect. Eton. Minor. p. 117. qui in tribus codicibus *Armorum* legi teſtatur. neque mihi placet Broukhuſii conjectura *Annorum aut actu.* nam *pulſare*, quod e Juvenale adfert, *ictu* magis propugnat, quam *actu.* ita *ictus fortunae* Ovidio Lib. II. ex P. Ep. 7. 41.

Sic ego continuo Fortunae vulneror ictu,
Vixque habet in nobis jam nova plaga locum.

quamvis tamen Broukhuſii correctionem non inprobandam cenſebat Cel. Ruhnkenius, ſi *actus* ea notione accipiatur, qua annus *agi & circumagi* paſſim dicitur. poſſis etiam cum amiciſſimo Santenio *Annorum aut ipſo pondere.* hoc eſt, *ſolo pondere.* ut apud Senecam Agam. 87. *ſidunt ipſo Pondere magna.* vel *Annoſa aut ipſo. Arvorum* in primo Voſſ. *ictus* in meo ſecundo. Heinſius tentaverat, *Ventorum aut ictu.* ut *icta vento aequora* Lucano Lib. II. 458. vel, *Annorum aut numero.* ſed haec minus adrident. *pondere* Mentel. duo Leidd. Voſſ. pr. & quartus, uterque D'Orv. & meus primus. unde legendum diu arbitratus ſum,

Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

quam emendationem pluribus firmavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 315. ubi *ruent* etiam adſerui contra codices, in quibus hic *jacent.* quamquam defendi id nonnihil poſſet aliorum locis, quae ibidem produxi pag. 247. ſed *ruit* nunc praefero, quod altis Pyramidum molibus & Mauſoleo magis convenit. ut in illo Ovidii II. Triſt. 86.

Lapſa ſuo quondam pondere tecta ruunt.

Cic. XIV. Phil. cap. 3. *omnibus, quamquam ruit ipſe ſuis cladibus, peſtem, vaſtitatem denuntiat. pondera victa* hoc in loco placuiſſe videntur Patruo meo ad Petron. cap. 83. p. 409. & ad Valer. Flac. Lib. I. 831. ubi tamen *pondere feſſam materiem mundi* quod vocet Valerius, huic conjecturae opitulatur, neque obſtat concurſus ablativorum, qui diſtinctione adjuvatur *Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.* Withoſius conjecerat *Annorum aut ictu aut pondere.* Eldickius vero *Annorum aut tacito pondere.* ut *anni taciti*, & *tacito paſſu labi* Ovidio, & *occultum aevum* Horatio.

63. *At*

At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo
Excidet, ingenio ſtat ſine morte decus.

ELEG.

63. *At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo Excidet*] *ingenium* male in Heinſiano D'Orvill. & meo priore. *ingenii* in quarto Voſſ. Heinſius conjecerat,

At non ingenti quaeſitum nomen ab aevo.

quia ſequitur *ingenio*, repetitione, ut forſan ipſi videbatur, minus grata. idem ed. Aldinae adſcripſerat,

—— ingenii quaeſitum nomen Homeri
Excidet.

me non probante. *ab aevo* eſt diuturnitate temporis. Ovidius I. Am. El. 15. 32.

—— cum dens patientis aratri
Depereant aevo, carmina morte carent.

quo loco Bentlejus ad Horat. Lib. I. od. 12. 45. utitur ad probandam conjecturam ſuam in illis Lucretii Lib. I. 314.

—— uncus aratri
Ferreus occulto decreſcit vomer ab aevo.

infra El. III. v. 19.

—— hoc ſit in aevum,
Cernis ab Aenea quod ſupereſſe caput.

ſic *per aevum*, pro in perpetuum, in aeternum, apud noſtrum Lib. IV. El. 2. 55.

Sed facias divum ſator, ut Romana per aevum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.

de quo vid. Bentlej. ad Horat. Carm. Secul. v. 26. Ceterum cum his conferendum eſt Epigramma Graecum in Laërtem Ulixis patrem Lib. III. Antholog. Tit. XIV. Ep. 1.

Ψύχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
Φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ.
Ὡς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον. ὃ σχεδὸν ἀκτᾶς
Βαιὸν ἀπὸ, ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.
Οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον. οὐ γὰρ ἀοιδὰς
Ἀμβλύνειν αἰὼν (κἢν ἐθέλῃ) δύναται.

quod ſic interpretatus eſt Hugo Grotius:

Atterit & lapidem, nec ferro parcere novit,
Una falce metens omnia, longa dies.
Nunc quoque Laërtae tumulum, qui litore diſtans
Non procul inſani ſpargitur imbre maris.
Nomen at herois ſemper viget. inclyta vatum
Carmina vis aevi laedere nulla poteſt.

ubi plura veterum loca, eaque inter hos quoque Propertii verſus profert Obſopoeus: & his ſimilia ſunt toto fere Theocriti Idyllio XVI. quibus addi meretur inſignis Syneſii locus Epiſt. XLIX. de Hierone & Simonide, cui poëtae Siculum Regem plus debere dicit, quam Regi poëtam, ποιητικῇ γὰρ ἔδωκεν ὁ Θεὸς ἀποταμιεύειν τὴν εὔκλειαν. & in hanc ſententiam Martialis Lib. X. Ep. 2. loco varie agitato,

At chartis nec furta nocent, nec ſecula praeſunt,
Solaque non norunt haec monumenta mori.

ubi in variis MSS. *ſed*, vel *&*, *ſecula proſunt.* ut legebat Paſſerat. ad Propert. p. 414. Scriverius in notis ineditis, *nec fata nocent, & ſecula proſunt. fata* certe in membranis antiquis. forte legendum *nec fata nocent, nec ſecula deſunt.* id eſt, aeternum ſuperſunt ac vivunt.

ELEG. II.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontei qua fluit humor equi,
Reges, Alba, tuos, & regum facta tuorum
Tantum operis nervis hiſcere poſſe meis.
Parvaque tam magnis admoram fontibus ora,
Unde pater ſitiens Ennius ante bibit.

Et

Eleg. II. *Viſus eram*] SOMNIVM PROPERTII inſcribitur in pleriſque codd. & edd. vetuſtis. *Niſus eram* male in meo priore.

3. *Reges, Alba, tuos, & Regum facta tuorum*] *Et res, Alba, tuas, & Regum* &c. conjecerat Heinſius. Marklandus legebat *fata*. Heinſio nonnihil favere poſſet illud noſtri Lib. II. El. 1. 25.

Bellaque reſque tui memorarem Caeſaris.

& Livii in praefat. Operis: *Facturus ne operae pretium ſim, ſi a primordio Urbis res Populi Romani perſcripſerim.* Marklandus autem illud Virgilii adnotaverat, Lib. VI. Aen. 683.

Forte recenſebat numerum, caroſque nepotes,
Fataque, fortunaſque virum, moreſque, manuſque.

& VIII. Aen. in fine:

Adtollens humero famamque & fata nepotum.

ſed neutrum probo. *facta* hic ſunt res bello geſtae. ut in D'Orvill. ſecundo, & aliis apud Lat. Latinium, *regum geſta tuorum*. videtur autem cogitaſſe illud Virgilii Ecl. VI. init.

Cum canerem Reges, & praelia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit deductum dicere carmen.

altero verſu idem Heinſius, *Tantum operis numeris ducere*, reclamantibus omnibus libris. & remittebat ad notata ſua in Phaedr. III. fab. 1. *dicere*, pro *hiſcere*, legebat Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 148. quomodo ſi ſcripſiſſet Propertius, pro illo vulgari verbo librariis *hiſcere* in mentem venire vix potuiſſet, ut puto. *nervis meis hiſcere tantum operis* eſt, fidibus meis tam grave carmen ſonare, & grandia facta loqui. Virg. III. Aen. 313. *& raris vocibus hiſco.* ubi Servius *loquor* exponit. *carmen hiare* alibi vocat. de quo vid. ad Lib. II. El. 23. 6. *nervis* male Beroaldus haeſitabat an pro viribus dictum eſſet, an fidibus. ultimum unice verum. Ovid. Lib. I. Am. 1. 18.

Cum bene ſurrexit verſu nova pagina primo,
Adtenuat nervos protinus ille meos.

ubi pari variatione *numeros* in aliis codd. ut hic *numeris* conjecerat Heinſius. ſed alterum hoc ipſo Propertii loco Patruus meus tuetur. ſic infra v. 35. *haec carmina nervis Aptat. Tantum operis*, ut Lib. III. 9. 70. *Tantum operis belli ſuſtulit una dies.* vir doctus neſcio quis apud Gebhardum legebat,

Quantum operis! nervis hiſcere poſſe meis.

quod ſi admittatur, ſic diſtinguendum erit,

Reges, Alba, tuos, & regum facta tuorum
(Quantum operis!) nervis hiſcere poſſe meis.

5. *Parvaque tam magnis admoram fontibus ora*] *jam* Guyeto & Heinſio placebat, quod blanditur. pro *admoram* in Menteliano & primo Leidenſi *admittens*. ut in Palatino Gebhardi *admittam*. unde putabat *quiddam cedro dignum* poſſe extundi. ſed poſthabita cedri illius ambitione vulgatam minime ſollicito, propter illud Virgilii Ecl. III. 43. *Necdum illis labra admovi. admovere labella* Ovidio Ep. XVIII. v. 17. *admovere ora* Lib. X. 282. XII. 425. & alibi ſaepe. *amoram* in Borrich. *ora* autem hic ad carminis epici gravitatem referenda, eo ſenſu, quo Lib. II. El. 8. 16.

——— *ſumite vires,*
Pierides. magni nunc erit oris opus.

&

Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaque Aemilia vecta tropaea rate.
Victriceſque moras Fabii, pugnamque ſiniſtram
Cannenſem, & verſos ad pia vota Deos.
Hannibalemque Lares Romana ſede fugantes,
Anſeris & tutum voce fuiſſe Jovem.
Quum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phoebus

Sic

& apud Ovidium Lib. II. El. I. 12.

Auſus eram, memini, coeleſtia dicere bella,
Centimanumque Gygen, & ſatis oris erat.

qui locus cum his conferendus, & Lib. I. Am. El. I. initio, ubi ſimili colore fingit ſe bella gravi numero canere tentantem a Cupidine prohibitum, ut hic a Phoebo ſe increpitum canit Propertius.

9. *Victriceſque moras Fabii*] ſic veriſſime reſtitutum dederunt viri docti. idque firmant codd. Regii, Colbertini, Groning. aliique caſtigatiores, & edd. antiquiſſimae, Venetae binae, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Aldi, Juntina, aliaeque. & ſic legit Merula ad Ennium p. 465. deterius & minus poëtice in aliis, *Victoriſque moras Fabii*, ut in Borrichiano, & Voſſ. tertio. *Victoriſque moram* in Excerptis Scalig. quod margini ed. Graevianae etiam adſcripſerat Marklandus. *Victoreſque* Voſſ. prim. & meus. *Victoreſque mora* in Palatino Gebhardi, qui ex Commeliniano praefert *Victoreſque moras Fabii. Victoremque moram* Francius. cum his confer illa Manilii Lib. I. 785.

Fabricius Curiuſque pares: & tertia palma
Marcellus, Coſſuſque prior de rege necato:
Certanteſque Deci votis, ſimileſque triumphis,
Invictuſque mora *Fabius, victorque necati*
Livius Haſdrubalis ſocio per bella Nerone,
Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
Aemiliaeque domus proceres.

ubi *Curiique* ex hoc Propertii loco repoſuit Bentlejus. mox *pugnamque ſiniſtram Cannarum* correxerat Heinſius. deinde *ad ſua vota* legendum cenſebat Marklandus, intelligens vota, quae ab aliis facta ſibi audire ſolebant, jam ipſi facere cogebantur, & quae ideo *ſua* dici poſſunt. ſed recte Merula ad Ennium pag. 450. & 451. exponit de ſupplicationum precibus, quibus, poſt cladem ad Cannas, bello Punico ſecundo Romani Deos & praeſertim Junonem iratam mitigarunt. Ceterum hoc loco reſpicit Propertius ad Ennii verſus, quibus Curiatios & Horatios fratres, (*patres* hic in aliis codd. legi teſtatur Latin. Latinius) Perſen Macedonum Regem a Paullo Aemilio devictum, rem Romanam a Fabio Cunctatore reſtitutam, cladem Cannenſem, fugatumque Hannibalem, & Gallos ab arce Tarpeja depulſos deſcripſerat. Illorum autem Ennianorum verſuum nunc non niſi tenuia in ejus Annalium Fragmentis ſuperſunt veſtigia.

11. *Hannibalemque Lares Romana ſede fugantes*] *alacres* in ſecundo Leid. Heinſiano, Borrich. tribus Voſſianis, ſecundo D'Orvill. & meo utroque. *acres* in primo D'Orvill. *lacies* corrupte in Neapol. *Romana ſede* recte tuetur Broukhuſius contra Paſſeratii conjecturam *Romana ex aede*, id eſt fano Dei Tutani, quem ab Herculis exercitu fugato id nominis accepiſſe indicat Varronis Epigramma, editum Tom. I. Anthol. Lat. pag. 27. ubi vide. Voſſius Lib. I. de Idolol. Gent. cap. XI. in fine, refert ad Lares publicos, viarum & compitorum Deos, ut innuat, eos Hannibalem ab Urbe fugaſſe. *Romana ex aede* Paſſeratius, quod recte inprobat Broukhuſius. ſic apud Ovid. II. Faſt. 616.

—— qui compita ſervant,
Et vigilant noſtra ſemper in Urbe, Lares.

ut emendavit Heinſius pro *in aede*. qui illic plura de publicis Laribus notavit. tales erant Etruſcorum Lares publici, *praeſtites*, & *Indigetes* dicti. de quibus vide Demſter. Lib. II. de Etrur. Reg. cap. 12. & Gorium Tom. I. Muſei Etruſc. p. 227. & ſeqq.

12. *Anſeris & tutum voce fuiſſe Jovem*] vid. ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 445.

13. *Quum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phoebus*] *ſpectans* in Heinſiano, Borrich. & Harlejano

Sic ait, aurata nixus ad antra lyra:
Quid tibi cum tali, demens, eſt flumine? quis te

Carminis

lejano Muſei Britannici. quae lectio ſatis refellitur ex Ovidio II. Met. 557.

Abdita fronde levi denſa ſpeculabar ab ulmo,
Quid facerent.

Lib. I. Met. 667.

—— *montis ſublime cacumen*
Occupat, unde ſedens partes ſpeculatur in omnes.

Lib. XIII. 247.

Omnia cognoram, nec quod ſpecularer, habebam.

eſt enim proprium de inſidiatore. apud eumdem in Ibide v. 481. de Actaeone,

Quique verecundae ſpeculantem labra Dianae.

Claudianus I. de R. P. 213.

Viderat haec dudum ſumma ſpeculatus ab arce
Jupiter.

Auctor Ciris v. 175.

Sedibus ex altis coeli ſpeculatur amorem.

ſupra Lib. II. El. 22. 31.

Quo tu matutinus, ait, ſpeculator amicae?

ita *e ſpeculis tempus dea nacta nocendi* apud Virg. VII. Aen. 511. *in ſpeculis eſſe* Naſoni Ep. XVIII. 12. & ſic *ſpectator* & *ſpeculator* variantur in MSS. apud Senecam Epiſt. 64. *ipſum interim mundum ſaepe tamquam ſpectator novus video.* ubi in aliis *ſpeculator.* & *ſpectabilis* ac *ſpeculabilis* apud Statium XII. Theb. 624. *Caſtalio e culmine* Guyetus. quod recte inprobat Heinſius. *Caſtalio ex agmine* tentavit Koppierſius in Obſerv. pag. 146. ſed vulgatae potius adquieſcamus. *ex arbore* enim eſt, ex luco Caſtalio. ut infra El. XXI. 33.

Penthea non ſaevae venantur in arbore Bacchae.

ſic El. VII. 51. in codd. MSS. legitur,

Eductoſque pares ſilveſtri ex arbore reges.

pro *ubere.* neque aliter hic intelligendum docet Sannazarius, qui totum hunc Propertii locum, & ſequentia, optimo artificio aemulatus eſt Lib. III. El. 1. circa init.

Nec me Pieria ſpectabit Phoebus in umbra
Inter certantes carmina ferre choros.
Qua denſos Helicon ſaltus, colleſque virentes
Pandit, & Aonidum perluit antra liquor.
Diſpoſitaeque jugis intexunt ſerta puellae,
Pendenteſque ſonant per cava ſaxa lyrae.

Marklandus autem codici ſuo adnotaverat: *Si Phoebus ſpeculabatur* ex arbore Caſtalia, *ſeu lauro, unde eſt quod dicitur* nixus ad antra? *abſurdum hoc videtur.* hanc vero difficultatem non moviſſet, ſi non de una arbore lauru, ut Paſſeratius, aliique Interpretes, ſed toto nemore Caſtalio cogitaſſet: & optime Phoebum hic *ad antra nixum* induci, patebit ex iis, quae notavi ad El. praec. v. 5. *antri Caſtalii* meminit etiam Ovid. III. Met. 14. eruditiſſimus Eldickius ſuis ad me literis conjiciebat,

Quum me Caſtalio ſpeculans ex athere Phoebus.

firmabatque ex Statio VI. Th. v. 356.

—— *citharaeque manus inſertus Apollo*
Parnaſi *ſummo ſpectabat* ab aethere *terras.*

ubi *ab aere* Heinſius, id eſt, a culmine, ut legebat etiam Zinzerling. Promulſ. Crit. cap. 10. ſic *arbor* & *aether* permutantur apud Lucan. VII. 839. *viſus* in Regio. *juſſus* pro varia lectione in mei codicis ſecundi margine. *ab antra* in Askew. recte Paſſeratius *ad antra* exponit apud vel juxta antrum. habitus hic Phoebi, ſiniſtro cubitu lyrae ſuae innixi, paſſim exhibetur in Numiſmatibus antiquis. qualis Jupiter *laeva enneaphthongon chelin*, innitenti ſimilis, *inprimens* deſcribitur Martiano Capellae Lib. I. pag. 17. ed. Grot.

15. *Quid tibi cum tali, demens, eſt flumine?*] N. Heinſio emendandum videbatur,

Quid tibi cum tali, demens, molimine?

ſed alterum defendunt praecedentia v. 2. *Bellerophontei qua fluit humor equi.* & v. 5. *Parvaque tam magnis admoram fontibus ora.* reſpicit procul dubio ad fontem Caſtalium in radicibus Parnaſi, & in animo forſan habuit illa Virgilii III. G. 291.

Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor. juvat ire jugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli devertitur orbita clivo.

ubi *molli clivo*, ut mox v. 18.

Mollia ſunt parvis prata terenda rotis.

Illius Caſtalii fontis aquam qui potaverant, inſpirari ſe, ut qui in vertice Heliconis ſomniantes recubaverant, quod initio hujus Elegiae innuitur, poëtas ſe exiſtere opinabantur. qua de re erudite, his Propertianis lucem ſimul adfundens, egit Caſaubonus Commentario ad Perſii

Carminis heroi tangere juſſit opus?
Non hinc ulla tibi ſperanda eſt fama, Properti.
Mollia ſunt parvis prata terenda rotis,
Ut tuus in ſcamno jactetur ſaepe libellus,
Quem legat exſpectans ſola puella virum.
Cur tua praeſcriptos evecta eſt pagina gyros?

Non

ſii Prologum. imitatur hunc locum Ovidius Lib. II. Faſt. 125.

Quid volui demens Elegis inponere tantum
Ponderis? heroi res erat iſta pedis.

16. — *quis te Carminis heroi tangere juſſit opus?*] *quiſve* in Regiis & altero Colbertino. *epos* hic legebant Heinſius & Francius. ut paſſim hanc vocem in aliis veterum locis praeferunt viri docti, ubi de poëmate grandiſono agitur. ſic apud Statium Lib. IV. Sylv. 7. init.

Jam dudum lato ſpatiata campo
Fortis heroos Erato labores
Differ, atque ingens epos in minores
Contrahe gyros.

ut in margine libri ſui correxit Heinſius, pro *opus.* & in Epith. Stellae Lib. I. 2. v. 251. *Qui nobile greſſu Extremo fraudatis epos.* ut illic etiam conjecit Marklandus. vide Heinſii notas ad Ovid. Rem. Am. 396. qui tamen & in hoc Propertii loco *tangere juſſit opus*, & in illo Naſonis praefert, *Quantum Virgilio nobile debet opus.* ubi *epos* Mureto & Ciofano placebat, & Cl. Heynio in vit. Virg. p. 165. ſed Heinſio adſenſum dedit Patruus meus, quia *opus* ſaepe etiam de poëmate epico dicitur. quod tamen argumentum nihil probare cenſet Marklandus, quia *opus* etiam de Elegis occurrit: quae certe eodem redeunt, ac ſi uterque dixiſſent *non tantum de Elegis, ſed etiam de epicis carminibus dicitur.* vide quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 538.

17. *Non hinc ulla tibi ſperanda eſt fama*] ita recte emendatum, pro *Non hic*, ut in vetuſtis editionibus, & variis codd. MSS. quibus accedunt etiam duo Leidenſes, tres Voſſiani, D'Orvilliani ac mei. ſed *hinc* recte etiam Fruterius, Heinſius, & Francius. Lib. I. El. 7. 10.

—— haec mea fama eſt,
Hinc cupio nomen carminis ire mei.

Lib. II. El. 6. 17.

Hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen.

pro *ulla* in Neap. *illa* a manu pr. & *tuae* in Excerpt. Scalig. altero verſu *prata tenenda* male in Palatino Gebhardi, cujus abſurdam conjecturam *formis rotis* pro conformibus & aptis, merito exploſit Broukhuſius. *rotas* refer ad currum, quo ſe vehi jactant ſaepe poëtae. ſupra El. I. 12.

Et mecum in curru parvi vectantur Amores,
Scriptorumque meas turba ſecula rotas.

ubi vide. & Zinzerling. Promulſ. Crit. c. XVIII. qui tam illic quam in Comment. ad l. 5. de naut. foen. pag. 118. etiam Ovidio vindicavit Lib. I. A. A. 264.

Praecipit inparibus vecta Thalia rotis.

pro *modis*, ut olim edebatur. adde Patrui mei notas ad Nemeſian. Cyneg. v. 9.

19. *Ut tuus in ſcamno jactetur ſaepe libellus*] haec ex Graeco Epigrammate, quod legitur inter Stratonis παιδικὰ N. XI. deſumta eſſe monuit Cel. Valckenarius apud Koppierſium in Obſerv. pag. 150. illis nimirum verſibus,

Πολλάκι φοιτήσεις ὑποκόλπιον, ἢ παρὰ δίφρυς
Βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως.

ubi *παρὰ δίφρυς βληθὲν*, *in ſcamno jactatus*, Propertio imitationis colorem praebuit. integrum illud epigramma produxit D'Orvillius ad Chariton. pag. 348. ubi primum verſum ab Ovidio, initio Triſtium, expreſſum notat. & vide quae de hoc epigrammate notavit Reiskius in Miſcell. Lipſ. Vol. IX. P. 1. p. 187. locum hunc cum illo Horatii Epod. IV. 15. contulit Th. Marcilius,

Quid, quod libelli Stoici inter ſericos
Jacere pulvillos amant.

poſſet etiam de ſcamnis ſeu ſubſelliis theatri intelligi, de quibus vide Bulenger. de Circo cap. 32. pag. 87. & Herald. ad Martial. Lib. V. Ep. 28.

21. *Cur tua praeſcriptos evecta eſt pagina gyros*] *proſcripto ſevecta eſt pagina gyro* in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Groning. duobus Leid. tribus Voſſ. & utroque D'Orvill. ut in vetuſtiſſ. editionibus. nec aliter in meo priore, niſi quod in illo ſit *libro* pro *gyro*, & in ſecundo *praeſcripto ſev. e. p. gyro.* ut in Askewiano. ſed *praeſcriptos evecta eſt pagina gyros* legendum jam monue-

Non eſt ingenii cymba gravanda tui.
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas,
Tutus eris. medio maxima turba mari eſt.
Dixerat, & plectro ſedem mihi monſtrat eburno,
Qua nova muſcoſo ſemita facta ſolo.
Hic erat adfixis viridis ſpelunca lapillis,

Pen-

monuerunt Lipſius Lib. III. Var. Lect. cap. 12. & Guellius ad Virgil. Ecl. VI. 12. & recte. vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 469. *gyros praeſcriptos evecta pagina*, de carmine terminos propoſitos ſupergreſſo. *redire in orbem carminis* ſupra El. I. 39. Ovidius Rem. Am. 398.

——— adtrahe lora
Fortius, & gyro curre poëta tuo.

Statius Lib. IV. Sylv. 7. init.

Fortis heroos Erato labores
Differ: atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.

ſic Lib. II. El. 25. 43. legendum conjeci,

Incipe jam anguſto verſus includere gyro.

Columella Lib. X. v. 225. & ſeqq.

Me mea Calliope cura leviore vagantem
Jam revocat, parvoque jubet decurrere gyro,
Et ſecum gracili connectere carmina filo.

ubi ingenioſe emendabat Heinſius, *Cyrrha ulteriore*, vel *Cyrrhae per rura vagantem.* licet *curru leviore* placeret L. Santenio. deſumta autem locutio eſt ab arte Circenſi, de qua *flectere equum in gyros*, frequens occurrit. vide Markland. ad Statii Silvas p. 273. ubi tamen male eum *flectere equos gyris*, locutione inſolenti, corrigere notavit Patruus meus ad Lucan. VI. 288.

22. *Non eſt ingenii cymba gravanda tui*] haec imitatus videtur Ovidius Lib. III. A. A. 26.

Nec tamen hae mentes noſtra poſcuntur ab arte,
Conveniunt cymbae vela minora meae.

& II. Triſt. 330.

Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

infra El. VII. 4.

Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in aequor?
Non ſunt apta meae grandia vela rati.

& v. 35.

Non ego velifera tumidum mare findo carina,
Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.

Horat. Lib. IV. od. 15. init.

Phoebus volentem praelia me loqui,
Victas & urbes, increpuit lyra.
Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem.

Auctor optimi Epigrammatis vetuſti Tom. I. Anth. Lat. pag. 634. ubi ſe excuſat quod non grandiora ſcribat carmina:

Eſſe tibi videor demens, quod carmina nolim
Scribere, patricio digna ſupercilio &c.
Quod non aut magni ſcribam primordia mundi,
Aut Pelopis currus, aut Diomedis equos.
Aut ut Achilleis infelix Troja lacertis
Quaſſata, Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tentetis. vos detis lintea ventis:
Me vehat in tutos parva carina lacus.

23. *Alter remus aquas, alter tibi radat arenas*] ſic optime emendatum ex melioribus codd. nam male in aliis *tradat arenas. radat arenas*, litora tantum legat. Virgilius VII. Aen. 10.

Proxima Circaeae raduntur litora terrae.

Ovidius XIV. Met. 416.

Raſerat occiduus Tarteſſia litora Phoebus.

vide N. Heinſ. ad Lib. III. Am. El. 15. 2. Adhaeret noſter Virgilio Lib. V. Aen. 163.

Litus ama: & laevas ſtringat ſine palmula cautes,
Altum alii teneant.

ut notavit illic Valens Guellius. & confer D'Orvill. ad Charit. pag. 697. *medium mare* illuſtrant Patrui mei notae ad Lucan. I. 260. *turbam* dicit pro turbinibus & fluctibus maris conmoti. ut *turbatum mare* Suetonio Tib. 69. Calig. 23. & *pelago turbante* apud Lucan. III. 593.

26. *Qua nova muſcoſo ſemita facta ſolo*] Auctoritate MSS. hic delevi *eſt*. nam in omnibus fere edd. *ſemita facta ſolo eſt*. quod inconcinnius repetebatur, quia paullo ante praeceſſit *ſperanda eſt fama*, *evecta eſt pagina*, *Non eſt ingenii*, & *maxima turba mari eſt*. ubi etiam *eſt* deſideratur in Borrichiano, aliiſque apud Lat. Latinium.

28. *Pen-*

Pendebantque cavis tympana pumicibus.
Ergo Muſarum, & Sileni patris imago
Fictilis, & calami, Pan Tegeaee, tui.
Et Veneris dominae volucres, mea turba, columbae
Tinguunt Gorgoneo punica roſtra lacu.

Diver-

28. *Pendebantque cavis tympana pumicibus*] *canis* corrupte in meo ſecundo, & in margine *tempora* pro varia lectione. quae Broukhuſius ad hunc locum profuſa manu contulit, ut variis poëtarum locis illuſtraret locutionem, qua *pendere antra*, *pendentia tecta*, *pumice pendens ſpelunca*, & ſim. dicuntur de ſaxis aut ſpeluncis eroſis, huc parum faciunt. ut notavi ad Auct. Eleg. de Phoenice v. 73. ei forte erroris anſam praebuerunt verba Turnebi, quem ante oculos habebat, notantis per *pumices* hic intelligi *ſaxa in antri formam*, *&* *pendentia*, prolato Plinii loco, in quo occurrunt *ſaxa annis eroſa*, *dependentia* &c. ſed *pendere* hic non ad ſpeluncam aut pumices referendum eſt, verum ad *tympana*, in antro pendentia, ut *fiſtula pinu pendere* dicitur apud Virg. Ecl. VII. 24. *ſacra pendebat fiſtula pinu.* qualis in pinu pendens fiſtula paſtoritia conſpicitur in gemma apud Pignor. ad Menſ. Iſiac. pag. 18. & ita ex imitatione Virgiliana Tibullus Lib. II. El. 5. 29.

Pendebatque vagi paſtoris in arbore votum
Garrula ſilveſtri fiſtula ſacra Deo.

ubi vide ipſum Broukhuſium, propriam verbi *pendere* notionem hac in re bene illuſtrantem. illo autem loco indicari ritum, quo paſtores fiſtulas ſuas Pani dedicabant, monet Gevartius Lect. Papin. cap. VII. p. 214. & ita de temulento Sileno capiendum eſt apud Virg. Ecl. VI. 17.

Et gravis attrita pendebat cantharus anſa.

ubi male Servius *pendebat* de anſa manibus non emiſſa exponit, cum cantharum Sileni jacentis in antro pendentem innuat. vide ad Numiſm. Sic. pag. 408.

29. *Ergo Muſarum, & Sileni patris imago Fictilis,*] *Ergo* hic diſplicuit Heinſio, qui legebat *Plectraque Muſarum.* vel *Cerea*, imago nempe, vel *Orgia.* Eldickius *Organa* conjecerat. *Illic Muſarum, vel Hic & Muſarum* Francius. Sed vetuſta & rariori ſignificatione *ergo* pro *deinde* expoſuit Broukhuſius. Paſſeratius, perperam *ergo Muſarum* jungens, exponit, Muſarum cauſſa, vel gratia. Scaliger in notis ad Catalecta pag. 271. eodem ſenſu *ergo* hic, pro autem, intelligebat, quo apud Albinovanum Eleg. in Obit. Maecen. v. 114. (Tom. I. Anthol. Lat. p. 277.)

Redditur arboribus florens revirentibus aetas,
Ergo non homini, quod fuit ante, redit.

Cylleni pro *Sileni* in Leidenſi, Voſſ. pr. & tertio. & *origo* pro *imago* in Excerpt. Scalig. primo Voſſ. & Leid. corrupte. pro *Fictilis* in Palatino Gebhardi *Futilis.* unde ille *Fuſilis* conjiciebat. ſed *fictilia* erant ejuſmodi ſimulacra, e luto vel argilla, & hae Sileni imagines plures ridiculam ſpeciem exterius exhibebant, interius ipſum numen. unde Plato in Convivio pag. 216. & 221. Socratis faciem talibus Sileni & Satyrorum ſimulacris conparat. prraeterea Sileni imago hic Muſis jungitur, quia fatidicus erat Deus, & Muſices amans, atque in Parnaſo locum etiam habebat. ad illuſtrationem confer inſigne monumentum Calicis in Monaſterio S. Dionyſii apud Triſtan. Tom. II. Comment. pag. 603. ubi imagines & perſonae ſuſpenſae, & ipſius quidem Sileni vel Panis. & adde Montfaucon in Antiq. Explic. T. II. Tab. CLXVII. & Porticum Juſtiniani apud eumdem T. I. P. I. Tab. LX. quamvis forte illic Thalia & Melpomene larvas tenent. altero verſu, *& thalami pane tegaee tui* in Regiis. *calami* plerumque Pani ac Satyris dantur. infra El. XV. v. 34.

Capripedes calamo Panes hiante canent.

Pan o Tegee in Colbert. meoque primo. *o tegeee* in primo Leid.

31. *Et Veneris dominae volucres, mea turba, columbae*] *Ut Veneris* in Groning. *Et Veneris volucres dominae* tranſponunt Voſſ. tert. & D'Orvill. ſec. mox placet conjectura Paſſeratii *mea cura* legentis, tam propter locum Virgilii Ecl. I. 58. *raucae, tua cura, palumbes.* quam quia confirmatur a codice Colotiano. eadem variatione apud Ovid. III. A. A. in fine:

Ut quondam juvenes, ita nunc, mea turba, puellae
Inſcribant ſpoliis, Naſo magiſter erat.

ubi *mea cura* ex quinque codd. praeferrem, quia illis praecepta amorum dederat. ſeq. verſu *Cingunt* male in Heinſiano, & meo primo. *Fingunt* in Voſſ. tert. Palatino Gebhardi, & Harlejano Muſei Britannici. *Gorgonico* in meo ſecundo.

33. *Di-*

Diverſaeque novem ſortitae rura puellae
  Exercent teneras in ſua dona manus.
Haec hederas legit in thyrſos, haec carmina nervis
  Aptat; at illa manu texit utraque roſam.
E quarum numero me contigit una ſororum:
  Ut reor a facie, Calliopea fuit.

Con-

33. *Diverſaeque novem ſortitae rura puellae*] *jura* legebat Scaliger, quod a Vaticano quinto firmatur, & a Marklando probabatur. *Et diverſa novem* in Colotiano. *novae* in Borrich. *turba* in Regiis & uno Colbert. *rura* in altero. *turba* quoque in primis edd. quod repetitum ex praecedentibus. *Et diverſa novem ſortitae jura* Heinſius. Sed ſequor Broukhuſium *rura* praeferentem, ut ſingulae Muſae ſortitae dicantur *rura*, ſeu agros, in quibus hederas & roſas legerent, quas poëtae in dona offerrent. oportune hic *roſas* Propertio legunt Muſae, quia e roſis coronas Muſarum texere ſolebant veteres. ut emendato Sapphus fragmento docet Victorius Lib. XIV. Var. Lect. cap. 18. idem Broukhuſius *Diverſae ſortitae rura puellae* per hypallagen exponit pro *diverſa ſortitae rura*, ut in loco Virgilii *diverſae in litore damae.* ſed miror puris poëtae eximii auribus placere potuiſſe ſonum ingratiſſimum *diverſae ſortitae rura puellae.* praeſertim quum mox recte damnaverit codicis ſui ſcripturam, *E quarum numero me contigit una dearum.* propter ſonum ſubagreſtem *quarum dearum.* Legendum itaque ex cod. Colotiano,

Et diverſa novem ſortitae rura.

& ſic Francius malebat. ut unaquaeque Muſarum in diverſa, ſeu remota, abierint rura diſtinctis officiis, ad hederas & flores carpendos in thyrſos & ſerta. *diverſa rura* eo dicuntur ſenſu, quo apud Virg. V. Aen. 166. *Quo diverſus abis?* & VII. 150. *fines & litora gentis Diverſi explorant.* de qua vocis ſignificatione vide notas ad Ovid. Epiſt. XII. 145. & ad Valer. Fl. IV. 387. & de eleganti notione verbi *exercent* Oudend. ad Lucan. III. 693.

35. *Haec hederas legit in thyrſos, haec carmina nervis*
Aptat; at illa manu texit utraque roſam.] *haec thyrſos* male in Commeliniano Gebhardi, & quarto Voſſ. in quo ſuperſcr. *in.* & *thyrſos* in meo ſecundo. ſed venuſtatem locutionis *hederas in thyrſos legit* ſollicitare nefas. *in thyrſos* enim finem conſilii notat, pro in uſum thyrſorum. ut apud Virg. VII. Aen. 13.

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Lucanus III 674.

In pugnam fregere rates.

quem locum adfert Servius ad Virg. II. Aen. 446 ſed hunc loquendi modum abunde illuſtrant notae Heinſii ad Claudian. I. in Ruf. 152. & Patrui mei ad Petron. cap. 89. *haec carmine nervos Aptat,* male in v. c. Scaligeri. *Aptat* hic elegantiſſimi uſus verbum eſt. de quo vide doctorum notas ad Nemeſian. Cyneg. v. 90. deinde *at illa* edidi ex ſecundo Leidenſi, Borrichiano, Neap. Voſſ. pr. & quarto, priore D'Orvill. & meo ſecundo. & ſic Livinejus, Francius, & Markland. ad Stat. Lib. IV. Sylv. 6. 57. pag. 224. adnuente Cl. Schradero Emend. cap. V. p. 88. *roſas* in Voſſ. quarto. *utramque roſam* Voſſ. primus, & uterque D'Orvill. quam lectionem amplexus eſt Palmerius, ex ſuo codice deductam, eamque probavit Fruterius, & Gruterus Lib. XIV. Suſpic. inedit. cap. 12. qui *utramque roſam* etiam de candida & rubea intelligebat, ut & *duplicem coronam* in loco Valerii Flacci Lib. VIII. 235. ſed recte id rejecit Gebhardus, & *manu utraque* merito vindicatur a Broukhuſio, qui pravum hoc Palmerii commentum falſe explodit. & ſic legendum ſuadent *tenerae manus* diſticho praeced. infra El. XIII. 24.

Regales manicas rupit utraque manu.

Petronius cap. 14. *injecit utramque laciniae manum.* & cap. 140. *utraque manu Deorum beneficia tractat.* proprium enim hoc illis, qui ſummo ſtudio & omnibus viribus aliquid agunt, eique opponitur *una manu*, pro levi opera. vide hic Paſſeratium. & Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. III. 75.

37. *una ſororum*] *dearum* in omnibus fere codicibus MSS. & edd. antiquis legebatur, ſed quod

Contentus niveis ſemper vectabere cycnis,
Non te fortis equi ducet ad arma ſonus.
Nil tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu
Flare, nec Aonium cingere Marte nemus.
Aut quibus in campis Mariano praelia ſigno
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes.

Bar-

quod recte ejecit Broukhuſius, nam gloſſam ſapit vocis *ſororum*. ut etiam in cod. Heinſiano. ſemper enim pro ratione rei, de qua agitur, ſatis intelligitur, quae *ſorores* intelligantur, licet ſaepius librarii varia corruperint loca, in quibus vel Muſae, vel Parcae, vel Furiae memorantur, ut optime docuit Gronovius ad Statii Lib. VIII. v. 553.

39. *Contentus niveis ſemper vectabere cycnis*] ita conſtanter omnes libri ſcripti & editi, niſi quod in ſecundo Gebhardi Palatino *laetabere*, in priore *metabere*, quam veram ille lectionem & palmariam, ut ait, emendationem Propertio obtrudere adniſus eſt, ſed merito ut ineptiſſimam rejecerunt Gronovius & Broukhuſius. ſupra El. I. 11.

Et mecum in curru parvi vectantur Amores.

vectari verbum eſſe mollis geſtationis docent notae ad Petron. cap. 101. his autem poëtam admonet Calliope, ut contentus ſit Elegos amatorios ſcribere, nam *cycni* Veneris currum trahunt, non autem ſono *equi fortis*, ſeu bellatoris, moveatur ad bella carmine epico canenda. & recte viri docti id illuſtrant loco Ovidii Lib. III. A. A. 809.

Luſus habet finem: cycnis deſcendere tempus,
Duxerunt collo qui juga noſtra ſuo.

de curru Veneris a cycnis tracto vide Interpretes ad Horat. III. od. 28. 15. & Lib. IV. I. 10. & Livinejum ad h. l.

41. *Nil tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu Flare, nec Aonium cingere Marte nemus*]

Nec tibi Fruter. *Ne* Paſſerat. & Guyetus. *ſint* Groning. *praeconia* v. c. Perreji, Scaligeri, Mentel. Regii, Colbertini, Borrich. Neap. Vatic. pr. & ſec. Askew. Leid. prim. Voſſ. tert. & quart. D'Orvill. ſec. & prior meus. *praeconica* in ſec. Leid. Voſſ. & D'Orvill. pr. meoque ſec. pejus adhuc *clauſo praeconia* in aliis apud Lat. Latinium. *rauco cornu* ad imitationem Virgilii eſt Lib. VIII. Aen. 2. *rauco ſtrepuerunt cornua cantu.* pro *Flare*, ut recte edidit Broukhuſius, in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis *Flere,* quod tuetur Gebhardus. & ſic legendum contendit Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 226. motus hoc verſu poëtae Veronenſis, *Multi rauciſonis efflebant cornua bombis.* ut in MS. Mediolanenſi. ubi tamen in aliis codd. *efflabant.* & recte *Flare* hic probant Fruterius, Douſa, Guyetus, & Scaliger, ut *Flator* in Gloſſis antiquis αὐλητὴς vertitur. eum vide ad Feſtum in *Flator.* & ſic Heinſius ad Ovid. VI. Faſt. 704. de tibia, ubi vere emendavit,

Inventam Satyrus primum miratur: at uſum
Neſcit, & inflatam ſentit habere ſonum.

Virgil. II. G. 539.

Necdum etiam audierant inflari claſſica.

idem in loco Tibulli Lib. II. El. 6. 10. legebat, *& mihi flata tuba eſt.* quod etiam illic probavit ultimus Tibulli editor eruditiſſimus Heynius in notis ſuis p. 291. & ex Naſone adfert Lib. IV. Faſt. 341. *furioſaque tibia flatur.* licet *facta tuba eſt* apud Tibullum praeferat Paſſeratius. *grata* Muretus. Claudian. Epith. Pallad. v. 40.

Ad terram tacito defluxit fiſtula flatu.

ut pro *lapſu* correxit Heinſius. Hoc certe in loco aptius eſt *Flare*, quia id magis convenit heroico & graviori carmini. vid. ad Lib. I. El. 9. 10. ubi legendum conjeci,

Aut Amphioniae moenia flare lyrae.

altero verſu *tingere* male in cod. Perreji & Scalig. Neap. primo Vatic. Askew. aliiſque apud Lat. Latinium, pro *cingere*. Claudian. Bel. Get. 298.

—— Latioque libet poſt terga relicto
Longinquum profugis Ararim praecingere caſtris.

&

Barbarus aut Suevo perfuſus ſanguine Rhenus
Saucia moerenti corpora vectet aqua.
Quippe coronatos alienum ad limen amantes,
Nocturnaeque canes ebria ſigna fugae.
Ut per te clauſas ſciat excantare puellas,
Qui volet auſteros arte ferire viros.
Talia Calliope, lymphiſque a fonte petitis,
Ora Philetea noſtra rigavit aqua.

ELEG.

& IV. Conſ. Hon. v. 35.

——— *per vaſta cucurrit*
Aethiopum, cinxitque novis Atlanta maniplis.

vide Barth. ad Stat. II. Theb. 526. *tinguere* tamen praefert Gebhardus, & cruentare ac polluere exponit.

45. *Barbarus aut Suevo perfuſus ſanguine Rhenus*] ita ex vet. cod. correxit Scaliger, & ante eum Volſcus ac Beroaldus, probante etiam Paſſeratio, & Marklando. quibus conſentit codex Ant. Perreji, primus ac ſecundus Vaticanus, & margo quarti Voſſiani. *ſaevo* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meo ſecundo, & edd. vetuſtis. *ſcaevo* ſecund. Leid. Heinſianus, & meus primus. optime Broukhuſius refellit Interpretes, ad Auguſtum male haec referentes, & ex Jul. Caeſare exponit de fuga & clade Arioviſti, & verſu ſeq. *vectet* bene tuetur contra Gebhardum, *verrat* reponentem.

48. *Nocturnaeque canes ebria ſigna fugae*] in loci hujus explicatione fluctuat valde neque ſatisfacit Paſſeratius. pro *fugae* conjeceram aliquando *viae.* ſed praefero ingenioſam emendationem Marklandi, qui legendum adſcripſerat,

Nocturnaſque *canes*, *ebria ſigna*, faces.

per adpoſitionem, ut Lib. II. 23. 8.

Quatuor artifices, vivida ſigna, boves.

& hanc conjecturam firmabat loco Plutarchi in Pyrrho, (pag. 390. D.) λαβὼν ςέφανον τῶν ἑώλων, καὶ λαμπάδιον, ὥσπερ οἱ μεθύοντες. ubi *coronas* & *faces* conjungit velut *ſigna ebria.* quomodo apud Perſium Sat. V. 166. *dum Chryſidis udas Ebrius ante fores extincta cum face canto.* ſic *facem* & *coronas* in comiſſatione jungit Antiphanes apud Athenaeum Lib. VI. cap. 10. pag. 243.

Ἐπὶ κῶμον, εἰ δοκεῖ, ἴωμεν, ὥσπερ ἔχομεν,
Οὐκοῦν καὶ δᾷδα καὶ ςεφάνες λαβόντες.

noſter Lib. I. El. 16. 8.

Et mihi non deſunt turpes pendere corollae,
Semper & excluſi ſigna jacere faces.

ubi *excuſſae* Heinſius. ſed *extinctae ſigna jacere facis* illic legendum conjeci, & Marklandiana hujus loci emendatione firmavi. talem *facem* ante fores dominae ſe geſtaſſe innuit Ovidius Lib. I. Am. 6. 58.

Aut ego jam ferroque ignique paratior ipſe,
Quem face ſuſtineo, tecta ſuperba petam.

ubi *faces* indicantur, quas amatores excluſi minabantur cum ſecuribus ad fores vel incendendas vel ſubruendas. vide illic notas. & Ariſtophan. Plut. v. 1054.

49. *Ut per te clauſas ſciat excantare puellas*] *exornare* in primo & quarto Vaticano, & v. c. Perreji, qui magis ſibi placere adſcripſerat lectionem cod. Pucciani *exorare.* quod etiam Heinſius conjecerat. & firmari poſſet e Tibullo Lib. IV. El. 7. 3.

Exorata meis illum Cytherea Camenis Adtulit.

& Ovidio Lib. IV. ex P. Ep. 8. 22.

Quos colis, exora ſupplice voce Deos.

extaurare in Regiis, Colbertinis, primis edd. & Palatino Gebhardi, quomodo a librariis ſcriptum fuiſſe conjicit pro *externare*, ſed *excantare* ſinceram lectionem eſſe adfirmat, quam egregie tuetur Broukhuſius, derivata locutione a frugibus, ex agro in agrum traductis. non opus igitur eſt, ut cum Livinejo *expugnare* reponamus, quamvis pro eo facere poſſit, quod occurrit infra El. XI. 9.

Haec etiam clauſas expugnant arma pudicas.

ſed vide illic notas. *clauſas* vero *puellas* eleganter dicit, pro ſollicita cuſtodia ſeptas, ut ἡ παῖς ἡ καΐάκλειςΘ Callimacho Fragm. CXVIII. ubi vide Cel. Ruhnkenii notas.

ELEG. III.

Arma Deus Caeſar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna viae merces. parat ultima terra triumphos.
Tigris & Euphrates ſub ſua jura fluent.

Eleg. III.] de triumpho caesaris inſcribitur in Borrichiano, & meo utroque codice. descriptio trivmphi in vetuſtis edd. de tempore & argumento hujus Elegiae vide Broukhuſ. ad Lib. II. El. 8. 6. & 19. ubi confer illa, huc referenda,

Jam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum, & Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho,
Et domus intactae te tremit Arabiae.
Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahet oris,
Sentiet illa tuas poſtmodo capta manus.

& haec imitatus videtur Ovidius Lib. I. A. A. 177.

Ecce parat Caeſar domito, quod defuit, orbi
Addere, nunc Oriens ultime noſter eris.
Parthe, dabis poenas, Craſſi gaudete ſepulti,
Signaque barbaricas non bene paſſa manus.
& ſeqq.

vide etiam quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 264. primo verſu Heinſius conjecerat *Arma meus Caeſar.* ſed vide Rhodium ad Scribon. Larg. pag. 12. mox *meditaris* idem ed. Aldinae adſcripſerat, quia in illa, ut in pluribus aliis, legebatur verſu quarto *ſub tua jura fluent.* & ſic Lib. I. Adverſ. cap. 9. quamquam *ſub nova jura* legendum eidem edit. adnotaverat. ſed in tota Elegia ſermo ad ipſum Auguſtum non dirigitur. *meditantur* ex membranis Baſileenſibus excogitavit acumen Barthii Lib. XXXVII. Adverſ. cap. 9. tamquam dictum eſſet, Auguſtus & Dii meditantur arma adverſus Indos. Sed recepta lectio proba eſt, & *ſua jura* pro *ejus* ponuntur. ut paſſim. ſecundo verſu *findere clauſſa* ſupine in ed. Graev.

v. 3. *Magna viae merces*] ita ex emendatione Heinſii edidit Broukhuſius, pro *viri*, ut in omnibus fere codd. & edd. antiquis male legebatur. *virum* enim dici Auguſtum, quem paullo ante *Deum* vocaverat, abſonum eſt. idem Heinſius in margine ed. Ald. etiam conjecerat *viris*, pro Ducibus & militibus Auguſtum comitantibus, quod firmari poſſet ex v. 21. & ſeqq. & v. ult. Silius Ital. Lib. IV. 766. *Cauſſa viae non parva viris.* in Adverſariis autem, *magna operi merces* conjecerat. ſed *Magna viae merces* praeferendum, licet recipere non audeat editor Elector. Etonenſ. Minor. pag. 118. ubi initium hujus Elegiae excuſum eſt. Ovidius Lib. II. Am. El. I. 35.

Magna datur merces; heroum clara valete
Nomina.

noſter Lib. IV. El. ult. v. 97.

Haec eſt feminei merces extrema triumphi.

via autem de itinere longinquo & maritimo plerumque. ut probant exempla à Broukhuſio prolata. quibus adde illud Valerii Fl. Lib. VIII. 38.

Solaque tantarum virgo haud ignara viarum
Cauſſa reperta mali.

& Claudiani Praef. Lib. I. de Rapt. Proſ. v. 4.

Qui dubiis auſus committere flatibus alnum,
Quas Natura negat, praebuit arte vias.

4. *Tigris & Euphrates ſub ſua jura fluent*] *ſub tua jura* in omnibus fere ſcriptis editiſque vetuſtis. quibus accedunt duo Leidenſes, tres Voſſiani, uterque D'Orvill. & mei. ſed *tua* non habere quo referatur, quia non adloquitur Caeſarem, & corruptum eſſe ex *ſua*, notat Broukhuſius, qui *ſua* exponit, ejectis Regibus, erunt ſui juris & liberi. quamquam id vix conveniat cum verſu ſequente, *Seres & Auſoniis venient provincia virgis.* juris igitur Romani futuros innuit. hinc *ſub nova jura* conjeciſſe Heinſius videtur. Tibullus Lib. II. El. 6. 6.

Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca.

Seres & Auſoniis venient provincia virgis.
Adſueſcent Latio Partha tropaea Jovi.
Ite, agite, expertae bello date lintea prorae,

Et

ubi *ſub ſua ſigna* legebat Broukhuſius. ſed illic *tua* praefero, quia adloquitur Cupidinem. hoc etiam in loco *tua* probat Patruus meus ad Lucan. III. 151. abſurda lectio eſt *ſub tua colla*, quam in aliis haberi notat Lat. Latinius.

5. *Seres & Auſoniis venient provincia virgis*] Haec eſt egregia partim Jani Gulielmii in Quaeſt. Plautinis pag. 239. partim N. Heinſii ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 317. Lib. I. Adverſ. cap. 9. & in notis ad Propert. p. 716. loci hujus reſtitutio, quum antea in omnibus editis legebatur, *Sera ſed Auſoniis veniet provincia virgis.* ut habetur etiam in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Askewiano, Leidenſibus, Voſſianis, D'Orvillianis, meis, reliquiſque codd. & primis edd. quam lectionem fruſtra contra Gulielmium tuentur Paſſeratius & Gebhardus. haec enim palmaria emendatio non tantum ſtabilitur loco Horatii, quem adfert Broukhuſius, ex Lib. I. od. 12.

Ille ſeu Parthos Latio imminentes
Egerit juſto domitos triumpho,
Sive ſubjectos Orientis orae
Seras & Indos.

ſed & Lucani Lib. I. 17.

Sub juga jam Seres, jam barbarus iſſet Araxes,
Et gens ſi qua jacet naſcenti conſcia Nilo.

ubi vide Scholiaſt. & utroſque etiam conjungit Silius Ital. Lib. XV. 79.

—— *cui poſt Seras & Indos*
Captivo Liber cum ſigna referret ab Euro,
Caucaſeae currum duxere per oppida tigres.

in illa tamen Gulielmii & Heinſii emendatione ſcrupulum reſtare inquit editor Elect. Etonenſ. Minor. pag. 118. *quam bene perdomitis jam Seribus, Parthicos triumphos pollicetur.* ſed quae objectio facile vel ſolo Horatio loco, modo laudato, amovetur. dein *Auſoniis virgis*, ſeu faſcibus, dixit pro potentiae Romanae ſe ſubjicient. ſive ut ait Ovid. II. Triſt. 199.

Haec eſt Auſonio ſub jure noviſſima, vixque
Haeret in imperii margine terra tui.

6. *Adſueſcent Latio Partha tropaea Jovi*] ita recte emendatum, pro *parta tropaea*, ut legitur in primis edd. & Aldinis, Juntina, Colinaei, & Gryphii. hunc locum, ni fallor, reſpexit Ovidius Lib. III. Triſt. El. 12. 45.

Is precor auditos poſſit narrare triumphos
Caeſaris, & Latio reddita vota Jovi.

7. *expertae bello date lintea prorae*] *date bello* in Menteliano, ut de ſuo ſecundo teſtatur Broukhuſius. & de uno codice editor Elector. Etonenſ. pro *lintea* corrupte in quinto Vaticano *littora.* reſpicit forte illud Virgilii III. Aen. 686. *certum eſt dare lintea retro. bello expertae*, nempe a bello Actiaco jam vincere doctae. locutionem ipſam bene illuſtrant Th. Marcilius & Patruus meus ad Suet. Veſpaſ. cap. 4. fruſtra enim alii ſic exponunt, o expertae prorae, date lintea bello, pro in bellum.

8. *Et ſolitum armigeri ducite munus equi*] Obſcuriſſimus & variis Commentatorum interpretationibus agitatus locus. recte Volſcus & Paſſeratius ad terreſtrem militiam referebant, ut verſu praecedenti navalis expeditio indicatur. Equos armigeros hic adloquitur, ut illic claſſes bello expertas. nam errarunt, qui *munus armigeri equi*, ſecundo caſu, junxerunt. Quod autem Paſſeratius monet Beroaldum interpretari, *equi armigeri ducite munus veſtrum, id eſt, agite, facite officium veſtrum in bello*, nihil tale in Beroaldi Commentariis, quorum tres inſpexi editiones, reperi, nam altum ille ſilet. & hoc ſenſu *ducere munus* quis dixerit, probari vellem. *ducite pondus equi* conjecerat Heinſius in margine ed. Ald. ut de equitibus dorſo equorum inſidentibus dicatur, quomodo *pondus* ſaepe pro ſeſſore. Broukhuſius in prima editione, ſe locum non intelligere profeſſus erat ingenue, & latere ritum aliquem adhuc ignoratum ſuſpicabatur. Sed in curis ſecundis de equo cum ornatu Imperatorio, qui, dignitatis inſigne, e publico dabatur, capiebat. hanc ejus explicationem in animo habebat Marklandus, quum orae ed. Graevianae adſcriberet, *minime mihi ſatisfacit Cl. Viri explicatio hujus loci in curis ſecundis. nam in prima ed. deſperaverat. Latet adhuc aliquid.*

Et ſolitum armigeri ducite munus equi.

Omina

quid. de equis cataphractis ſomniabat Vulpius. *armigerae aquae* legebat editor Elector. Etonenſ. Minor. pag. 118. cum praecedentibus conjungens, propoſita hac interpretatione: *poſt victorias Siculas & ab Actio reportatas comperto ſatis equorum obſequio, pro armigeris Caeſarianis famulantia munus ſuum, cum legionibus claſſem ut ducant devehantque citat poëta.* quae locum ſatis per ſe difficilem tenebris Cimmeriis obruunt. eruditus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. I. Tom. III. p. 378. & 379. qui primam Broukhuſii editionem tantum conſuluit, *munus armigeri equi* explicabat de equo, Conſuli e publico in ſolitum munus oblato, qui phaleratus Conſularia inſignia gerebat. praeter Lipſium in notis ad Tacitum, ad quem remittit lectorem, vide eumdem Lib. III. de Milit. Rom. Dial. 7. & Harduinum ad Plinium Tom. II. pag. 48. ubi de phaleris, de quibus vide etiam Heinſ. ad Valer. Fl. Lib. III. 13. Haec docti Britanni ſententia adeo congruit cum curis Broukhuſii ſecundis, ac ſi illis non viſis eadem divinaſſet. Sed in nota illic ſubjecta Patruus meus longe alia medicina locum adfectum curabat, levi emendatione,

Et ſolitum armigere diſcite *munus equi.*

hoc ſenſu: Vos equi, pace & quiete tam diu vacantes, & qui jam dedidiciſſe videmini bellum, ſolitum rurſus opus diſcite. nam *munus* de bellico opere paſſim occurrit. ut apud Frontin. IV. Strateg. c. 1. §. 1. *redactis ad munus quotidianum exercitatione militibus.* ſic certe omnia clariſſima, ut ſubjungit, & ſine ullius ritus obſcuri aut ignoti ſignificatione, Propertii ſententiae convenientia erunt verba. Ne quid tamen diſſimulem, illud *diſcite* minus apte ſuccedit *proris bello expertis* verſ. praeced. adeoque equis, aut terreſtribus copiis, bello non minus expertis, licet pacis intervallo quieverint, minori laude munus ſuum velut *iterum diſcere* ut incitaverit poëta, vix placere non diffiteor. Mallem igitur aeque facili conjectura, eodemque ſenſu, hic legere,

Et ſolitum armigeri ſumite *munus equi.*

ut *ſumite* ponatur pro *iterum ſumite munus*, vel opus bellicum, quia additur *ſolitum. ſumere* autem *bellum* propria rei militaris locutio eſt. ut exemplis firmat Caſaub. ad Sueton. Caeſ. cap. 60. N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVI. 371. & Drakenb. ad Silium Ital. Lib. I. 272. quibus adde Plinii locum Lib. XV. 18. & Flori Lib. IV. 12. ita *ſumere arma*, *tela*, *gladios*, & ſim. paſſim apud veteres obvia ſunt. infra El. V. v. 16.

In me coeruleo fuſcina ſumta Deo eſt.

ineſt etiam huic verbo elegans & rei conveniens adhortationis notio. Lib. II. El. 8. 15.

Surge, anime, ex humili jam carmine, ſumite vires, Pierides.

Ovidius Rem. Am. 518.

Sume animos, animis cedat ut illa tuis.

& paſſim. Si quis vero in alia omnia ire, & in Paſſeratii ſententiam diſcedere malit, qui de equis, viris fortibus virtutis cauſſa donatis, & ab armigeris eorum ductis, exponebat; vel quia *triumphi* & *tropaea* Auguſto hic plus ſemel ſpondentur, ad equos ante currum triumphalem coronatos & phaleris ac torquibus ornatos, quae *ſolita munera* bellica erant, equis ipſis, non equitibus, ut cenſent nonnulli, induta, reſpici contendat, ſuo fruatur ſuffragio. tales memorat Ovidius IV. Triſt. El. 2. 22. & II. ex P. Ep. I. 52. hinc equi ipſi στεφανηφόροι dicti. vide Bentlej. ad Horat. IV. od. 2. 17. & quae notavi ad Numiſm. Sicul. p. 295. utriuſque tamen, & equitis & equi, ornamenta fuiſſe phaleras, probat Drakenb. ad Silium Ital. XV. 255. inde deducta locutione apud noſtrum Lib. III. El. 1. 10.

——— *& a me*
Nata coronatis Muſa triumphat equis.

ad talem equum victorem & phaleratum referendus eſt elegantiſſimus Naſonis locus in Halieut. v. 66.

Hic generoſus honos & gloria major equorum,
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho. &c.
Nonne vides, victor quanto ſublimius altum
Adtollat caput, & vulgi ſe venditet aurae.
Celſave quum caeſo decoratur terga leone,
Quam tumidus, quantoque venit ſpectabilis actu,
Concutiatque (ſic recte Heinſius) *ſolum generoſo concita pulſu*
Ungula ſub ſpoliis graviter redeuntis opimis.

ſed vel hac explicatione admiſſa *ſumere* praeferendum erit, pro induere ornamenta triumphalia. nam *ducere* pro ferre ac portare, recte dici, probandum eſſet. Verum praeſtiterit forſan haec felicioribus ingeniis enodanda relinquere.

Omina fauſta cano. Craſſos, cladeſque piate:
Ite, & Romanae conſulite hiſtoriae.
Mars pater, & ſacrae fatalia lumina Veſtae,
Ante meos obitus ſit, precor, illa dies;
Qua videam ſpoliis onerato Caeſaris axe
Ad vulgi plauſus ſaepe reſiſtere equos.

In-

9. *Omina fauſta cano. Craſſos, cladeſque piate*] *Omnia* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſecundo Vatic. duobus Leidd. primo tertioque Voſſ. primo D'Orvill. meo utroque. & edd. priſcis. ſed recte *Omina* in Askew. & aliis codd. vid. Canter. Lib. I. Nov. Lect. 8. *clademque piate* in Neap. Leid. altero, tribus Voſſ. & meo primo. *claſſes clademque* Groning. *claſſem clademque* prior D'Orvill. *claſſeſque piate* in uno Regio, & Borrich. *cladeſque piatae* male in meo ſecundo. nam *date lintea*, *ducite munus equi*, *ite*, & *conſulite* exigunt *piate*. Florus Lib. I. cap. 12. *ea clades ingentibus expiata victoriis*. Marklandus ſuſpicabatur vocem *Carras* hic latere. ſed *Craſſos* recte adſtruxit Broukhuſius. idque jubet ultimus Elegiae verſus, *Craſſi ſigna referte domum*. ubi conjicit idem Broukhuſius, inde patere Elegiam hanc ſcriptam eſſe, antequam Parthi *ſignis relatis*, quae a Craſſo aliiſque Ducibus Romanis antea ceperant, ſe Auguſto ſubjeciſſent, de quibus vide Guellium ad Virg. VII. Aen. 606. & qui illuſtrarunt Nummos veteres Auguſti, in quibus SIGNIS RECEPTIS.

11. *ſacrae fatalia lumina Veſtae*] *ſatiae* corrupte in uno Voſſiano, unde *Latiae* conjecerat Heinſius. *numina* in Groningano, & ſecundo D'Orvill. ut in aliis legi notavit Lat. Latinius. *limina* Regii, Colbertini, Mentel. Borrich. Voſſianus tert. in marg. meus primus, & edd. vetuſtiores. quod de ſacrario ſeu interiore Veſtae templo capiunt. Sed vera lectio *fatalia lumina*, quae in Colotiano, ſecundo & quinto Vatic. meoque altero habetur, quibus aeterni Veſtae ignes, fata Romae continentes, intelliguntur. vide hic Paſſeratium.

13. *Qua videam ſpoliis onerato Caeſaris axe*
Ad vulgi plauſus ſaepe reſiſtere equos]

Quom videam in Voſſ. quarto. hoc eſt, *Quum videam*, ut in ſecundo Leidenſi & meo. ſed receptam lectionem ex uſu veterum eſſe patebit ex notis ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 536. Ovidius XV. Met. 868.

Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior aevo,
Qua caput Auguſtum, quem temperat, orbe relicto,
Accedat coelo.

Statius Lib. III. Sylv. 2. 127.

Ergo erit illa dies, qua te majora daturus
Caeſar ab emerito jubeat diſcedere bello.

& ſic ſupra Lib. II. El. 21. 5.

Venit enim tempus, quo torridus aeſtuat aër.

ut illic etiam legendum monui, non *quum*, ut in aliis edd. deinde *ſpoliis onerato Caeſaris axe* recte Muretus, Scaliger, Douſa, & Lipſius. quomodo etiam Heinſius correxerat in ed. Ald. olim enim in vetuſtis edd. *oneratos Caeſaris axes*, ut in pleriſque etiam codd. & Regiis, Colbertinis, Menteliano, Groningano, Askewiano, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. idque defendit Fruterius Lib. III. Veriſ. cap. 2. Tom. V. Fac. Crit. Gruteri. & hinc ſeq. verſu etiam in Heinſiano, meo priore, aliiſque, & apud Lat. Latinium. *ſaepe reſiſtet equus*. poſita poſt *oneratos axes* diſtinctione. forte offendebantur, qui hoc mutarunt, eliſione in pentametri fine *reſiſtere eques*, quae ſi abſque judicio adhibeatur, vitioſa, ſed hic artificioſa eſt, & vindicat lectionem Ovidii locus, quo hunc Propertianum ſine dubio imitatur, Lib. IV. Triſt. El. 2. 54.

Ipſe ſono plauſuque ſimul fremituque canentum
Quadrijugos cernes ſaepe reſiſtere equos.

vide Boh. Balbini Veriſim. cap. V. pag. 163. neque in hexametro id refugit Statius III. Th. 299. *Hos aſſiſtere equos, hunc enſem avellere dextra.* D'Orvillius autem conjecerat,

Qua videam ſpoliis onerati Caeſaris axe.

vel *ornato Caeſaris axe*. ſed vulgata praeſtat.

reſpi-

15. Inque ſinu carae nixus ſpectare puellae
Incipiam, & titulis oppida capta legam.
Tela fugacis equi, & braccati militis arcus,
Et ſubter captos arma ſedere Duces.

Ipſa

reſpicit ad ſpolia a curru triumphali dependentia. ſupra Lib. II. El. XI. 24.

Haec ſpolia, haec reges, haec mihi currus erunt.

& ſic in victoria maritima prorae navium laureatarum adfixa erant ſpolia hoſtilia. Silius Ital. XI. 487.

——— lauro redimita ſubibat
Optatos puppis portus, pelagoque micabant
Captiva arma, procul celſa fulgentia prora.

15. *Inque ſinu carae nixus ſpectare puellae*
Incipiam, & titulis oppida capta legam]

aut primo verſu *ſpectare* referendum eſt ad currum Auguſti triumphalem, ſpoliis hoſtilibus oneratum, cujus mentio praeceſſit, quod tamen vix admittendum videtur, quia illic *videam* & hic *ſpectare incipiam* tautologum eſt, aut potius cum Nic. Heinſio emendandum,

Inque ſinu carae nixus ſpectare puellae
Incipiam titulis oppida lata ſuis.

& ideo *oppida lata*, non *capta*, quia ſequitur *captos duces*, ſed alterum tuetur imitatio Ovidii IV. Triſt. El. 2. 20.

Ergo omnis poterit populus ſpectare triumphos,
Cumque Ducum titulis oppida capta leget.

in pompae enim triumphalis ferculis oppida inſcriptis nominum titulis circumferebantur, ut notum eſt. vide hic Livinejum. idem Ovidius II. ex P. Ep. I. v. 50.

Oppida ſub titulo nominis iſſe tui.

Claudianus III. de Laud. Stilic. v. 23.

Hi famulos traherent Reges; hi facta metallo
Oppida, vel montes, captivaque flumina ferrent.

qui locus *oppida capta* hic etiam propugnat. Sed prae ceteris huc facit illud Tibulli Lib. II. El. 5. 119. & ſeqq.

Ut Meſſalinum celebrem, quum praemia belli
Ante ſuos currus oppida victa feret,
Ipſe gerens laurus, lauro devinctus agreſti
Miles, io, magna voce, triumphe, canet.
Tum Meſſala meus pia det ſpectacula turbae,
Et plaudat curru praetereunte pater.

Incipiam ſpectare pro ſpectabo, Graecorum more. ut ἀρξάμενος ἀείδειν. pro ἀείσω. ἤρξατο λέγειν, pro ἔλεγεν. ſic ſaepe noſter. ut Lib. II. 15. 19. *Incipiam captare feras.* infra El. XX. 26.

Illic vel ſtadiis animum emendare Platonis
Incipiam.

& Lib IV. El. 10. 1.

Nunc Jovis incipiam cauſſas aperire Feretri.

17. *Tela fugacis equi, & braccati militis arcus*] *braccati militis arcus* recte Broukhuſius exponit de Parthis, Indis, & qui Tigrim & Euphratem accolunt, illi enim omnes utebantur braccis, ut & Perſae ac Medi. Ovidius V. Triſt. El. 10. 34.

Hos quoque, qui geniti Graja creduntur ab urbe,
Pro patrio cultu Perſica bracca tegit.

Perſius Sat. III. 33.

Quaeque docet ſapiens braccatis illita Medis.

ubi vide Marcilium. & ad h. l. Beroaldum. ſic in carmine libero Tom. II. Anth. Lat. p. 518. *Medis laxior Indiciſque braccis.* ubi alia notavi. & de Scytharum braccis vide Ruben. Lib. II. de Re Veſt. cap. 16. Parthi autem & Medi jaculis & *arcu* inſignes. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 250. & huc ſpectat illud Ovidii Lib. II. Triſt. 227.

Nunc petit Armenius pacem: nunc porrigit arcus
Parthus eques, timida captaque ſigna manu.

& V. Faſt. 593. *Parthe, refers aquilas: victos quoque porrigis arcus.* ubi vide Neapolis & Patrui mei notas.

18. *Et ſubter captos arma ſedere Duces*] optime Gronovius ad Senecae Troadas v. 151. probante Broukhuſio, explicuit de ferculis triumphalis pompae, in quibus ſub tropaeis exhibe-

 ban-

Ipſa tuam ſerva prolem Venus: hoc ſit in aevum,
    Cernis ab Aenea quod ſupereſſe caput.
Praeda ſit haec illis, quorum meruere labores:
    Mi ſat erit Sacra plaudere poſſe Via.
Pacis Amor Deus eſt, pacem veneramur amantes.
    Stant mihi cum domina praelia dura mea.

Non

bantur captivi & adligati duces, lugentium habitu ſubter arma ſedentes. ut patet ex duorum Caeſaris numiſmatum typis, quos illic exhibet. quales etiam in Veſpaſiani, Trajani, & aliorum numis videntur. vide Carpegnae Rar. Max. Mod. Numiſm. pag. 52. ubi numus M. Aurelii a Perinthiis cuſus illuſtratur, in quo duo captivi duces ſubter arma ſedent in ferculo, pompa triumphali circumlato. & ſic conſpiciuntur in Numiſmate Auguſti cum epigraphe ARMENIA CAPTA apud Morell. Theſ. Imp. Rom. T. I. N. 12. Tab. 60. & PARTHIA vel DACIA CAPTA, cum ſimili typo, in numis Trajani, & ita in Conſularibus & Imperatoriis numis ſaepe regionis ſubactae typus eſt tropaeum ex armis hoſtilibus erectum, ſub quo captivi ſedentes lugent, vel genibus flexis ſe victos fatentur. vide Spanhem. T. II. de Pr. & Uſ. Numiſm. pag. 222. 223. in loco autem Silii Ital. Lib. XVII. v. 630. de triumpho Scipionis, legendum fortaſſe,

Ante Syphax, feretro reſidens, captiva premebat
Lumina, & auratae ſignabant colla catenae.

non *ſervabant.* innuit illic nomen Syphacis feretro inſcriptum ſub ejus imagine lectum fuiſſe; non enim vivus in triumpho circumductus fuit. vide illic Drakenborchium. reſpicit autem Silius ad illud noſtri Lib. II. El. 1. 33.

Aut Regum auratis circumdata colla catenis.

19. *Ipſa tuam ſerva prolem Venus*] *prolem ſerva* in primo Leidenſi Askewiano; meo ſecundo, & edd. vetuſtis. reliqui recte in vulgatam conſpirant. *o ſit in aevum* Heinſius.

21. *Praeda ſit haec illis*] *ſit & illis* vitioſe in Menteliano & primo Leidenſi. *hoc illis* Voſſ. tert. *his illis* Fruterius. male Guyetus *Praeda ſit illorum.* quod, ſequente *quorum*, ſonum auribus ingratiſſimum incutit. *haec illis* recte in reliquis codd. & vetuſtis edd.

22. *Mi ſat erit Sacra plaudere poſſe Via*] *Me* Groning. Borrich. Mentel. Neapol. duo Leidd. tres Voſſ. Heinſian. duo D'Orvill. & meus uterque. ſed *Mi ſat erit* jure prefert Broukhuſius, quia id Propertio amatum. vide ad Lib. I. El. 12. 19. & plura ad Lib. II. El. 22. 21. adde notas ad Virg. Ecl. VII. 33. quamvis dubium ſaepe reddat ſenſum, addito infinitivo, ut patet ex locis, quae adfert Patruus meus ad Lucan. Lib. IX. 584. hic tamen *Mi ſat erit* jungenda eſſe, non *me plaudere*, manifeſtum eſt. *Mi* quoque in codd. Regiis, aliiſque, & primis ac vetuſtioribus edd. legitur. male tamen in his *media via*, quod etiam in Regiis, Colbertinis, Askewiano, & meo ſecundo. ſed *Sacra Via* in tribus Vaticanis, Perreji & Fruterii codice, Neapol. Groning. Palatino & Commeliniano Gebhardi, ceteriſque; ut legendum jam monuit Volſcus, & in ſuis codd. haberi notarunt Beroaldus & Paſſeratius, licet *media* ediderint. ſed alterum recte probatum Jano Douſae F. & Gebhardo, quia triumphi per *Viam Sacram* agebantur, ut notum eſt. vide Broukhuſium. Heinſium Lib. I. Adverſ. cap. 9. & quae ſupra notavi ad Lib. II. El. I. 34. Marklandus quoque codici ſuo adſcripſerat, *Mi ſat erit Sacra* legendum eſſe.

23. *Pacis Amor Deus eſt, pacem veneramur amantes*] novam hinc Elegiam ordiuntur plurimi codices, Regii, Colbertini, Borrich. Askew. Leid. ſec. tres Voſſ. uterque D'Orv. & mei, ut & omnes edd. vetuſtae, praeſcripto titulo, AD AMICAM IRATAM. ſed in ed. Scaligeri cum praecedente connectitur. pro *veneramur* blandiri poſſet N. Heinſii conjectura, quam ed. Aldinae adleverat, *pacem venamur amantes.*

24. *Stant mihi cum domina praelia dura mea*] mirificam eſſe locutionem *Stant mihi praelia*, notat Broukhuſius. eam tamen tuentur codices MSS. & meus uterque, cum editionibus vetuſtis. ſic Eleg. praeced. v. 43.

Aut quibus in campis Mariano praelia ſigno
Stent, & Teutonicas Roma refringat opes.

Stent

25. Non tamen inviſo pectus mihi carpitur auro,
Nec bibit e gemma divite noſtra ſitis.
Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur,
Nec miſer aera paro clade, Corinthe, tua.

O

Stent conjecerat Heinſius, vel *Sat mihi.* quod & Livinejo in mentem venerat, eo ſenſu, *ſatis eſt cum domina bellum gerere. praelia ſtant* pro *manent* interpretatur Paſſeratius. Broukhuſius a manu poëtae fuiſſe credebat, *Sunt mihi cum domina praelia d. mea.* repudiante (& contra Propertii mentem cenſente Patruo meo ad Valer. Fl. II. 84. qui *ſtant* exponit, deſinunt, finiuntur. praecedit enim, *Pacis Amor Deus eſt.* quod admittere videtur D'Orvillius eruditis Diſſertationibus Deliacis, inſertis Vol. VII. Miſcell. Obſerv. Tom. I. pag. 105. & ſic fere Rob. Stephanus in Theſaur. L. L. qui *Stant* explicat, non exercentur, quieſcunt. ut infra El. VIII. 5.

Tranſeat hic ſine nube dies. Stent aëre venti,
Ponat & in ſicco molliter unda minas.

& v. 18.

Inque meum ſemper ſtent tua regna caput.

ubi *ſunt* in ſecundo D'Orvill. quae gloſſa eſt. nam *ſtare* pro eſſe, hoc quoque in loco accipiebat Gebhardus ad Tibull. p. 52. infra El. XXI. v. 21. *tantum pietate potentes Stamus.* & hoc probabat Pontanus ad Macrob. pag. 639. vid. Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 92. ubi praetulit,

Exemplum cana ſtemus uterque coma.

pro *ſimus*, ut in vulgatis antea edebatur, & in ſuis etiam codd. inveniſſe videtur Paulinus Nolanus, & ipſe poëta ſupra ſeculi ſui captum, & veterum feliciſſimus imitator, verſum hunc Tibulli in animo habens Carmine exhortatorio ad Conjugem, pag. 647. ed. Roſw. & Ducaei,

Exemplum vitae ſimus uterque piae.

recepta igitur lectione contenti ſimus. ut hic ſenſus ſit, obfirmato animo praelia exercere conſtituimus & ſolemus, licet Pacis Deus ſit Amor. quia, ut ait Ovidius Lib. I. Am. 8. 96.

Non bene, ſi tollas praelia, durat amor.

praelia dira Marklandus.

25. *Non tamen inviſo pectus mihi carpitur auro*] *Nec tamen* in tribus Voſſianis, binis D'Orvill. meo utroque, & vetuſtis edd. *Nunc tamen* tam hic quam tribus ſeqq. verſibus *Nunc bibit* &c. male Guyetus. *injuſſo* ſec. Leid. an voluit librarius *injuſto?* ſed *inviſo* ſaniſſima lectio eſt. ut de Mida Ovid. XI. Met. 130.

—— *ſitis arida guttur*
Urit, & inviſo meritus torquetur ab auro.

ubi, ſi codices addicerent, ad oppoſitionem *gutturis* non male ex hoc loco ſubſtitueretur,

—— *inviſo pectus torquetur ab auro.*

rapitur vitioſe in primo Voſſ. & Leid. mox *Nec venit* in aliis legi notat Lat. Latinius. *in gemma* Francius.

27. *Nec mihi mille jugis Campania pinguis aratur*] reſpicit forte Virgil. VII. Aen. 539.

—— *Auſoniis olim ditiſſimus arvis:*
Quinque greges illi balantum, bina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.

& inde Ovidius Lib. I. Am. El. 3. 9.

Nec meus innumeris renovatur campus aratris.

aratra male in primo D'Orvill.

28. *Nec miſer aera paro clade, Corinthe, tua*] Variant hic admodum codices, & virorum doctorum conjecturae. *ire paro clade* in v. c. Ant. Perreji, Mentel. Askew. primo Leid. altero Colbert. a man. pr. *ire paro claſſe* in Excerpt. Scalig. Heinſiano, Borrich. codd. Regiis & primo Colbert. ſecundo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, & priſcis edd. *ire paro* ut Lib. II. El. 23. 65.

Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per
undas.

& Lib. I. El. 15. 8.

Ut formoſa novo quae parat ire viro.

quamquam hoc Livinejo diſplicebat. *aera paro clade* in v. c. Fruterii, Groning. & ſecundo Colbert. a man. ſec. *aere* Neapolit, *aera paro clade*

in

O prima infelix fingenti terra Prometheo.
Ille parum cauti pectoris egit opus.
Corpora diſponens mentem non vidit in arte.
Recta animi primum debuit eſſe via.

Nunc

in primo, ſecundo, & quinto Vatic. aliiſque apud Lat. Latinium. pro *aera paro* in aliis *peto*. *paro* exponi poſſet emo, conparo. ut apud Ovid. Med. Fac. v. 21. *Induitis collo lapides Oriente paratos*, ubi eadem varietate *petitos* in aliis. *aera peto claſſe* Marklandus. Broukhuſius in ora ed. Colin. conjecerat,

Nec miſera aera paro clade, Corinthe, tua.

miſera Corinthe conjungens, & de ſtatuis ex aere Corinthio factis intelligens. quod aes Corinthiacum e triplici metallo, ut volunt, conflatum, Romae magno erat in pretio. vid. Brodaeum ad Anthol. Graec. Lib. III. Tit. XXIII. Ep. 30. pag. 380. ed. Obſop. Interpretes ad Petron. cap. 50. & ad Cic. pro Roſc. Amer. cap. 46. hinc Cl. Ruhnkenius conjiciebat, *Nec miſta aera peto clade* &c. eo fere ſenſu capiebat Acidalius ad Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 13. qui legebat,

Nec miſer aera peto claſſe, Corinthe, tua.

jungens *aera tua*, non *claſſe tua*, & rejiciens emendationem Scioppii *clade tua*. ut in MSS. invenit Palmerius Spicileg. p. 804. recte etiam Voſſius Lib. I. de Anal. cap. 12. p. 428. caſtigat eumdem Scioppium, qui *miſer Corinthe* genere maſculino capiebat, cum *miſer* ad poëtam ipſum referendum ſit. cui adſentitur Rupertus ad Vellej. Pat. pag. 26. fluctuat autem Acidalius, an *miſer Corinthe*, pro homine Corinthio, an vero *miſera* ſcribendum ſit. Illum refutavit Patruus meus in notis ad Lucan. III. 287. qui prae ceteris hanc praefert lectionem, codicum MSS. auctoritate ſubnixam,

Nec miſer ire paro claſſe, Corinthe, tua.

eo ſenſu, non ingredior mare nave Corinthiaca, ut in terris remotis mercatura diteſcam, adeoque hoc diſticho innuat Propertius, ſe neque aratorem neque negotiatorem eſſe, deſumta periphraſi ab uberrima Campaniae regione, & Corintho, quae mercatura florebat. *miſerum* vero non pro avaro, ut Paſſeratius, capiebat, ſed de navigante, qui lucri cauſſa per mare jactatur, ut in locis diſſitis & peregrinis mercaturae commerciis divitias conparet: qualem Paetum lucri aviditate miſerum navigatorem & naufragio pereuntem deſcribit infra El. V. ſic *miſer navita* Lib. II. El. 21. 22.

Hanc miſer inplorat navita Leucotheën.

Haec loci ſatis vexati ſimpliciſſimam eſſe lectionem & interpretationem arbitror, certe praeferendam conjecturae Heinſianae in notis ad Propert. p. 717.

Nec mi ſerta paro clade, Corinthe, tua.

per *ſerta* intelligens laurum triumphalem.

29. *O prima infelix fingenti terra Prometheo*] *frangenti* male in Neapol. Ovid. I. Met. 83. de hominis creatione,

Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Phaedrus Lib. IV. fab. 4.

Idem Prometheus auctor vulgi fictilis,
Naturae partes, veſte quas celat pudor,
Quum ſeparatim toto finxiſſet die.

Juvenalis Sat. XIV. 35.

Et meliore luto finxit praecordia Titan.

Claudianus IV. Conſ. Honor. 232.

——— *quum conderet artus*
Noſtros, aetheriis miſcens terrena Prometheus &c.
Et quum non aliter poſſent mortalia fingi.

caute in Mentel. priore Leid. Voſſ. pr. & quarto, utroque D'Orvill. & meis. *pectore* Voſſ. tert.

31. *Corpora diſponens mentem non vidit in arte*] *componens* ſec. Leid. & Voſſ. tert. *vidit in arte* codicibus pleriſque & edd. vetuſtis inſidet. *non vidit inertem* conjecerat Heinſius in ora ed. Ald. quod legitur in Colotiano, Leidenſi ſecundo, & tertio Voſſiano. idem Heinſius notis ad Propert. p. 717. *mentem non addidit arti.* ſed *vidit* eſt procuravit, providit. vide ipſius notas ad Ovid. I. A. A. 588. & Paſſeratium ad h. l. qui alteram tuetur lectionem *mentem non vidit*

in

Nunc maris in tantum vento jactamur, & hoſtem
Quaerimus, atque armis nectimus arma nova.

35. Haud

in arce, quia mentem ſeu rationem in capite, velut in *arce*, poſitam ſtatuebant. & ſic Gebhardus, repudiante Broukhuſio. Favere quidem Paſſeratio & Gebhardo poſſent loca veterum, quae produxi ad Lotichium Lib. III. Eleg. pag. 201. iiſque addi illud Claudiani IV. Conſ. Honor. v. 234. ubi de anima rationis capaci:

—— *haec ſola manet buſtumque ſuperſtes*
Evolat. hanc alta capitis fundavit in arce.

& Macrobii Lib. VII. Saturn. c. 14. in fin. *ideo Deus opifex omnes ſenſus in capite, id eſt circa ſedem rationis, locavit.* Nicephorus Baſilaca inter Excerpta Rhetorum Allatii pag. 142. *Τὴν κεφαλὴν ὡς πηλοδότης ὑπέστησεν, ὁ δὲ τὸν ὡς ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φύλακα νοῦν.* plura vide in notis Pricaei ad Apulej. Apolog. pag. 123. 124. & Daviſii ad Cic. II. de N. D. cap. 56. Neque tamen hic ita legendum probare velim. ſed vel adquieſcendum explicationi Broukhuſianae, ut innuat, Prometheum, in formandis hominum corporibus quidem providum, non tamen cogitaſſe, mentem deeſſe *arti*, id eſt fabricae corporis, quo ſenſu *artem* exponi poſſe firmat Statii locus, ubi homines *diri Prometheos artes* vocat Lib. XI. Th. 468. vel forte caſtigandum,

Corpora diſponens, ignem *non* induit *arti*.

ut *mentem*, gloſſae inſtar, ſuppoſuerint librarii ex ſequente *animi*, & hic loci ſenſus ſit: *prima* fingenti *terra*, eſt *princeps* illud *lutum*, unde primos homines effinxit Prometheus, ut *animas formatae infundere terrae* dixit Ovidius I. Met. 364. ſed quum *ignem*, ſeu *divinae particulam aurae*, deeſſe videret, eum a Diis mutuatus eſt, unde Jovi *ignem*, id eſt igneam illam animi vim, eripuiſſe, & propterea Caucaſo adligatus fuiſſe fingitur, cujus furti cauſſam perorantem ipſum Promethea elegantiſſime deſcripſit Lucianus in Prometheo, & ſubſequente Dialogo illius ac Jovis. per hunc vero *ignem*, Diis abreptum, intelligendam eſſe *mentem animi* indicat Claudianus d. l. v. 229.

—— *cum conderet artus*
Noſtros, aetheriis miſcens terrena Prometheus
Sinceram patrio mentem *furatus Olympo*
Continuit clauſtris.

huc refer illa Ennii ex Epicharmo;

Terra corpus eſt: at mentis ignis eſt.
Iſteic de Sole ſumtus ignis.
Iſque actus mentis eſt.

ad quae vide H. Columnae notas pag. 279. & ſeq. ed. Neap. neque parum adjuvat hanc conjecturam locus Horatii Lib. I. od. 3. 26.

Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Japeti genus
Ignem *fraude mala gentibus intulit.*

ubi forte etiam legendum *mentibus induit*, quia praeceſſit *gens humana*. hae enim voces paſſim in MSS. confunduntur. vide infra ad v. 67. *induere* autem elegans hac in re verbum eſſe patebit ex notatis ad Tom. I. Anth. L. pag. 514.

33. *Nunc maris in tantum vento jactamur*] *infandum* in aliis, teſte Paſſeratio, quod probat Guyetus. & ſic v. c. Fruterii, Livinejus ex conjectura, & e MS. Palmerius. *intactum* Palatinus Gebhardi. unde *intacti* conjecerat Broukhuſius. ut apud Horatium Lib. I. od. 3. 24.

Non tangenda rates tranſiliunt vada.

ubi vide Torrent. & Interpretes ad Valer. Fl. I. 197. Sed quia in notas editas non retulit, mutaſſe ſententiam videtur. & ſane *in tantum* in omnibus codd. & edd. vetuſtis, quod non eſt ſollicitandum. Valer. Fl. II. 375. —— *tantum maris aequor adorti.* ubi hoc in loco *maris aequor* ſubintelligendum cenſet Patruus meus, & locutionem illam illuſtrat. ut ſaepe *aequora ponti*, *maris aequora* & ſim. de quo vid. Markland. ad Statii Silvas p. 144. infra El. IX. 17.

Omphale & in tantum formae proceſſit honorem.

vento in Regiis, Colbertinis, Neapol. Borrich. Groning. Excerpt. Scalig. Voſſ. Heinſiano, ceteriſque codd. & primis edd. non *ventis* ut in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque.

34. *atque armis nectimus arma nova*] *arvis nectimus arva nova* in Voſſ. quarto. *quaerimus* pro *nectimus* male repetitur in meo ſecundo. *nectere arma* eſt bella ex bellis ſerere, cumulare, & miſcere. ut apud Stat. IX. Theb. 567. *nectebat vulnera Mavors.* vel *funera*, ut legebat Marklandus ad Lib. V. Sylv. 1. 18. vide hic Paſſeratium.

35. *Haud*

35. Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate.
Victor cum victis pariter miſcebimur Indis.
Conſule cum Mario capte Jugurtha ſedes.

Lydus

35. *Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:*
Nudus ab inferna, ſtulte, vehere rate]

ad infernas rates in multis quidem codd. legitur, ut in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. Heinſiano, Groning. duobus Leidd. Voſſ. primo & tertio a manu ſec. utroque D'Orvill. meis, Palatino Gebhardi, antiquis edd. & apud Octav. Mirandulam in Viridario Illuſtr. Poët. fol. 184. idque praefert D'Orvillius in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. III. pag. 7. Sed *ab inferna rate* tuentur Ant. Perreji codex, Colotianus, & tres Vaticani. neque ad alterum defendendum ſufficit Lucani locus Lib. III. v. 16.

Praeparat innumeras puppes Acherontis aduſti
Portitor, in multas laxantur Tartara poenas.

nam id recte ad Cordubenſis poëtae hyperbolica refert Oudendorpius, vel emendandum,

Praeparat innumeras puppes Acherontis ad umbras.

hoc eſt, puppem ad innumeras umbras tranſvehendas praeparat, aut *innumeris*, vel *in numerum* reſcribendum cenſet. conferatur potius illud Tibulli Lib. III. El. 3. 10.

Tunc, quum praemenſae defunctus tempora lucis
Nudus Lethaea cogerer ire rate.

& Silii Italici, qui hunc ipſum Propertii locum imitatus videtur, Lib V. 267.

—— modo quem Fortuna fovendo
Congeſtis opibus doniſque referſit opimis,
Nudum Tartarea portabit navita cymba.

Gebhardus etiam *inferna rate* praetulit, quod & placebat Marklando. ſed quia Latinitati obſtat *vehi a nave*, recte Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. pag. 148. corrigebat,

Nudus at *inferna, ſtulte, vehere rate.*

ſimilis ſententia eſt in noto Palladae diſticho apud Stobaeum pag. 530. & in Antholog. Graec. Lib. I. Tit. XIII. Ep. 6.

Γῆς ἐπέβην γύμνος, γυμνὸς θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι,
Καὶ τί μάτην μοχθῶ. γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

quod ſic vertit Grotius,

Nudus in hanc veni tellurem, nudus abibo:
Quid ſatago nudum natus ad exitium?

in Inſcriptione ſepulcrali, quae vitioſe legitur apud Murator. p. MDCLIV. 2. & Donium Cl. XV. N. 28. p. 442. ſed paullo emendatior apud Gudium pag. CCCXVII. 9.

NVDVS NATVRA FVERAS E MATRE CREATVS,
NVLLVS ERIS. OBITIS GRATIA NVLLA DATVR.

ubi verſu ſecundo elegantior eſſet repetitio, NVDVS ABIS. pro NVLLVS ERIS. Columbanus Carm. II. 54.

Nudi naſcuntur, nudos quoque terra receptat,
Divitibus nigri reſerantur limina Ditis.

vid. Drakenb. ad Silium Lib. XIII. 777. ubi de Craſſo:

Dives apud ſuperos, ſed mors aequarat egenis.

& pluribus hoc dictum illuſtrat Bern. Damkenius ad Agapet. παραιν. cap. 67. pag. 107.

37. *Victor cum victis pariter miſcebimur Indis.*
Conſule cum Mario &c.]

Hanc a Jano Gulielmio in Quaeſt. Plautin. p. 239. propoſitam emendationem amplexus eſt Broukhuſius, quum in vetuſtis edd. legeretur, *miſcebitur umbris.* certe *miſcebitur* etiam eſt in Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. & apud Octav. Mirandulam fol. 184. *umbris* in primo Leid. uno Voſſ. Askew. binis meis, ac ſecundo D'Orvill. *miſceberis* Francius. ſed *miſcebimur* recte Livinejus & Modius ex cod. Poſthiano, hoc eſt Groningano, in quo *miſcebimur undis. undis* quoque in ſecundo Leid. & priore D'Orv. *miſcebimur* vero requirunt praecedentia *jactamur* & *nectimus* v. 33. & 34. idque ex Commelini libro etiam praetulit Gebhardus. ſic Lib. III. A. A. 21.

Accipe me, Capaneu, cineres miſcebimur, inquit
Iphias.

male Paſſeratius *cum victis umbris* conjungit, nam

Lydus Dulichio non diſtat Craeſus ab Iro.
Optima mors, parca quae venit apta die.
Me juvat in prima coluiſſe Helicona juventa,
Muſarumque choris inplicuiſſe manus.
Me juvat & multo mentem vincire Lyaeo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.

Atque

nam *victor cum victis* eleganti locutione pro *victores & victi*. ut ſeq. verſu *Jugurtha cum Mario*. Ovid. V. Faſt. 330.

—— Conſul cum Conſule ludos
Poſtumio Laenas perſoluëre mihi.

vel *victores miſcebimur cum victis*. nam paſſim veteres plurali utuntur, ubi de duobus per praepoſitionem *cum* conjunctis agunt. ut multis exemplis probat Patruus meus ad Ovid. I. Met. 320. & ad Lucan. IV. 619. ſic & alibi ſaepe peccatum. ut infra El, VII. 20. recte praetulerunt viri docti,

Naturae ſequimur ſemina quiſque ſuae.

pro *ſequitur*. par ratio in illa locutione apud Horat. A. P. v. 63. *Debemur morti nos noſtraque*. quod recte vindicat Bentlejus contra Ach. Statium, *Debentur* ſubſtituentem. idem Pafferatius quoque *Indis* conjecerat, quod Gulielmius occupavit, vel *miſcebere Cimbris*, inprobantibus Gebhardo & Broukhuſio. *Conſulem* vero *Marium* hic non tantum *capto* opponi *Jugurthae*, quam quidem majore cum emphaſi, quia Marii Conſulatus, ſepties repetitus, omnium Romanorum maxime inſignis, & ipſo numero clarus erat, optime exiſtimabat amiciſſimus Santenius. eo adludunt paſſim poëtae. ut de Mario Ovidius IV. ex P. 3. 46.

Ille Jugurthino clarus Cimbroque triumpho,
Quo victrix toties Conſule Roma fuit.

& Manilius IV. 46.

Quod Conſul toties exſul, quod de exſule Conſul.

& hinc apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 26. legendum conjiciebat: *Marius ſepties Coſ. filius, vir animi magis quam aevi paterni, multa fortiterque molitus, neque uſquam inferior nomine Conſul.* non, ut in vulgatis, *nomine Conſulis*. hoc eſt, non uſquam inferior conſul nomine Mariano, valde celebri Conſulatu. vocem igitur *Conſul* non tantum ad munus, quam ad qualitatem referebat. ut apud eumdem Vellej. III. 92. de Sentio Conſule: *in Comitiis habendis praecipuum egit Conſulem*. & ſic fere Caſſius apud Cic. XII. ad Fam. Ep. 13. *Maximus Conſularis maximum Conſulem te ipſe viciſti.*

39. *non diſtat Craeſus ab Iro*] *diſcat Craeſus abire* corrupte in Mentel. Borrich. Voff. & Leid. primo, D'Orv. meoque.

40. *Optima mors, parca quae venit apta die*] *parta* in Heinſiano, & meo priore. *acta* cod. Fruterii, & Neapolit. cum primo & quinto Vatic. & ſic adfert Alb. Eyb in Margarita Poët. cap. XIII. ed. Baſil. 1495. *apta* Gebhardus. *tarda quae venit acta die* Guyetus. *propera* Heinſius ad marginem ed. Ald. ut innuat optimam eſſe mortem, quae cito venit.

41. *Me juvat in prima*] *juvet* in Neapol. & Mentel. ut Guyetus, & diſticho ſequenti. & ſic Marklandus. forte etiam *a prima* corrigendum, ut *a teneris adſueſcere multum* Virgilio. altero verſu *Muſarumque comis* vitioſe in uno Colbert. & ſecundo D'Orvill. haec & ſequentia ex Solonis Elegiacis deducta eſſe cenſet Cel. Ruhnkenius, quae edidit ad Callimachi Fragmenta p. 421.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

43. *multo mentem vincire Lyaeo*] adſcripſerat Janus Douſa illud ex Statii Sylvis, *Et mentem vincire thoris*. quod legitur Lib. III. Sylv. 3. 109.

44. *Et caput in verna ſemper habere roſa*] huic loco ſequentia adnotaverat Marklandus. „ *in roſa*, id eſt roſa coronatum. ſic ἐν μύρῳ, unguento delibutus. Ariſtoph. Ἱππ. v. 1367. „ Sed quomodo *ſemper* in *verna* roſa? Ovidius „ quidem Lib. V. Faſt. 194. *vernas efflat ab* „ *ore roſas*. ſed ibi recte & ex decoro. loquitur „ enim de Dea Flora, & de menſe Majo. an „ *ſemper* pro plerumque, ſaepe? aliter enim „ falſum & abſurdum. Sed ſuſpicor Propertium „ ſcripſiſſe *in tenera roſa*. ſic Lib. I. El. 17. 22.

Atque ubi jam Venerem gravis interceperit aetas,
Sparſerit & nigras alba ſenecta comas:
Tum mihi Naturae libeat perdiſcere mores,
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum.

Qua

,, *Molliter & tenera poneret oſſa roſa.*" Non inprobo quidem hanc conjecturam, ſed tamen illud *ſemper* non tam ſtricte capiendum opinor, praeſertim ſi *caput in verna roſa habere* explicemus, molliter reclinatum eſſe in pulvillis roſa, vere vel aeſtate decerpta, fartis. ut apud Cic. V. in Verrem cap. XI. *pulvinus Melitenſi roſa fartus.* ſic Lib. III. El. 5. 64. *fultum* vel *effultum pluma verſicolore caput* exponunt de pulvillis pluma verſicolore fartis, quibus caput incumbit. vide illic Paſſeratium. huc facit illud Senecae Epiſt. XXXVI. *aequo animo in roſa jaceat.* Anacreon od. XV.

> Ἐμοὶ μέλει μύροισι
> Καταβρέχειν ὑπήνην.
> Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
> Καταςέφειν κάρηνα.

Syneſius Epiſt. XXXII. pag. 95. ἐν ςεφάνοις καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα. adde quae notavit D'Orvillius ad Charit. pag. 97. poſſet tamen cum L. Santenio *caput in verna roſa habere* exponi, pro roſa vernanti, recenti, non languida cinctum eſſe.

46. *Sparſerit & nigras alba ſenecta comas*] *integras* in MS. Fruter. Excerptis Scalig. Leidenſi primo, Livineji codicibus, Borrich. Groning. meo utroque, Voſſ. primo & quarto, in quo ſuperſcr. *in nigras. integras* quoque in vetuſtis edd. *ingratas* in quinto Vaticano, ſecundo Leidenſi, & tertio Voſſ. *Sparſit & integras* in Regiis, Colbertinis, & ſecundo D'Orvill. Olim conjiciebam, *Sparſerit & niveas*, id eſt nivis inſtar canos capillos per caput ſparſerit. Sed recte Broukhuſius vindicavit *Sparſerit & nigras*, ut in codice Perreji, primo & ſecundo Vaticano, aliiſque. & ita Guyetus. Firmat Ovidii imitatio IV. Triſt. El. 8.

> *Inficit & nigras alba ſenecta comas.*

vid. ad Lotichium pag. 469. *alba* igitur *ſenecta*, & *nigrae comae* eleganter opponuntur, nam *ſpargere* hic ſignificat variare. ut apud Ovid. III. A. A. 76.

> *Quaeque fuiſſe tibi canas a virgine jures,*
> *Spargentur ſubitae per caput omne comae.*

vide Heinſium ad Lib. I. Faſt. 512. praeced. verſu *Venerem caput interceperit aetas* in primo D'Orvill. an forte librarius voluit *cana interceperit aetas?* ſed ſaniſſima eſt lectio vulgata. eleganter hunc locum imitatus eſt Janus Secundus Lib. III. El. 1. qua Propertii manes invocat,

> *Cum glacialis hiems calidos extinxerit aeſtus,*
> *Naturae libeat tunc mihi ſcire vias.*
> *Inmenſumque ſuis ſectum regionibus orbem,*
> *Quaeque malum ſpondent ſidera, quaeque bonum.*]

47. *Tum mihi Naturae libeat perdiſcere mores*] *liceat* in Groningano. *perdiſcere jura* Heinſius. ſed alterum tuetur illud Virgilii Lib. I. Georg. 51.

> *Ventos & varium coeli praediſcere morem.*

ſic *ventorum mores* Lucretio Lib. I. 194. ad quem vide Giſanii Collectanea pag. 378. Manilius Lib. IV. 122.

> *Nunc tibi Signorum mores, ſummumque colorem,*
> *Et ſtudii varias artes ex ordine reddam.*

Plinius Lib. XVII. 2. *ad ſoli naturam, ad loci ingenium, ad coeli cujuſque mores dirigenda ſollertia eſt.* vide Gevart. Lect. Papin. ad Lib. III. Sylvar. Carm. 2. cap. 5. & Markland. Epiſt. Crit. ad Fr. Harium pag. 10. illum autem Virgilii locum potius hic animo Propertii obverſatum fuiſſe opinor, quam, quod Cerda exiſtimabat, alterum ex Lib. II. G. 477.

> *Accipiant, coelique vias, & ſidera monſtrent.*

hunc enim aemulatus videtur noſter ſupra Lib. II. El. 25. 28.

> *Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris*
> *Proderit? aut rerum dicere poſſe vias?*

ubi forte *diſcere* ex MSS. legendum eſſe notavi, ut hoc in loco, *Naturae perdiſcere mores.* niſi illic *rerum vias dicere* accipias pro deſcribere, canere. vide Addenda ad Lotich. p. 696. *mundi rationem quaerere* vocat noſter Lib. II. El. 25. 51.

> *Harum nulla ſolet rationem quaerere mundi,*
> *Nec cur fraternis Luna laboret equis.*

ſeq. verſu *Qua Deus* (*arte* nimirum) in quarto Voſſ.

Qua venit exoriens, qua deficit: unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.
Unde ſalo ſuperant venti: quid flamine captet
Eurus: & in nubes unde perennis aqua.
Si ventura dies, mundi quae ſubruat arces:
Purpureus pluvias cur bibit arcus aquas.

55. Aut

Voſſ. a manu ſec. ſed *Quis Deus* recte ſe habet. Ovid. XV. Met. 68.

Quis Deus, unde nives: quae fulminis eſſet origo. & ſeqq.

loco cum his conferendo, & cum Statianis a Broukhuſio productis. & vide Barth. ad Stat. V. Silv. 3. 21. ſimiles veterum ac recentiorum poëtarum de ſtudio Philoſophico deſcriptiones contuli in notis ad Lotich. Lib. V. El. 19. 43. p. 383. & ſeq. *temperat* vero, eleganti ſignificatione, ut in illo Horatii Lib. I. od. 12. 15.

—— qui res hominum ac Deorum,
Qui mare & terram, variiſque mundum
Temperat horis.

49. *Qua venit exoriens, qua deficit:* & ſeqq.] Totum hoc diſtichon tranſponendum cenſebat Broukhuſius infra poſt v. 54. hoc ordine:

Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi,
Solis & atratis luxerit orbis equis.
Qua venit exoriens, qua deficit: &c.

non inmerito eum offendiſſe videtur inſolens locutio, qua *exoriens* ſimpliciter ponitur, non addita voce *Sol*, quae, admiſſa ejus tranſpoſitione, repetenda ex verſu praeced. *Solis & atratis* &c. ita certe Virgilius, cujus locum forte hic cogitabat Propertius, Lib. I. G. 437.

Sol quoque & exoriens, & cum ſe condit in undas,
Signa dabit. Solem certiſſima ſigna ſequuntur.

& ſic *jubar exoriens*, *exoriens Aurora*, & ſim. ſaepe occurrunt, nuſquam vero *exoriens*, quod ſciam, pro *Sole*, vel *Aurora exoriente*. pluribus de hoc loco egi olim in notis ad Lotich. p. 249. & ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 264. 265. ubi apud Auctorem Elegiae in obitum Maecen. v. 56. ſimiliter edebatur hactenus,

Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)
Miſit ad extremos exorientis *equos*,

ſed emendandum conjeci,

Miſit ad extremos ecce Orientis *equos*.

idque propter Ovidii locum ex Lib. I. A. A. 177.

Ecce *parat Caeſar domito, quod defuit, orbi*
Addere, nunc Oriens *ultime noſter eris.*

alia res eſt in loco Calpurnii Decl. II. ubi vide Patrui mei notas. Si quis tamen Broukhuſianam verſuum tranſpoſitionem repudiet, neceſſe erit, ut ſublata majori diſtinctione poſt *deficit*, *exoriens Luna* hic conjungatur, & *Qua venit exoriens* (*Luna*) & *in plenum redit*, inter ſe opponantur. nam *venire* proprie de ortu Solis vel Lunae, *deficere* de occaſu dicitur. vide notas ad Ovid. Lib. II. Met. v. 382. dein *peractis Cornibus* in aliis legi teſtatur Lat. Latinius.

51. *Unde ſalo ſuperant venti: quid flamine captet Eurus, & in nubes unde perennis aqua*] *ſuperent* in Groning. & ſec. D'Orvill. quod admitti poteſt propter ſequens *captet*. vel *captat* illic cum Francio corrigendum. *ſalo ſuperant venti* exponit Paſſeratius, e mari ſpirent, vel abundent, ſuperſint. ita apud Ovid. VII. Met. 510. *ſuperat mihi miles & hoſti.* vide Broukhuſ. infra ad v. 69. hujus Eleg. ubi recte notavit *ſuperare* hic abundantiam notare. *ſuperant cuncti* in primo Voſſ. *cuntis* pr. D'Orv. dein *flumine captet* in Mentel. Leid. prim. & D'Orv. pro *Eurus* in Palatino *curus*. unde *Corus* Gebhardo placebat. in his vero colorem duxit ex Virgilio Lib. I. G. 462.

——— unde ſerenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auſter,
Sol tibi ſigna dabit.

53. *Si ventura dies, mundi quae ſubruat arces:*] *ſit ventura* Mentel. duo Leidd. tres Voſſ. meus uterque, & D'Orvilliani, cum primis edd. ſed recte Paſſerat. & Gebhardus tuentur *Si*, pro an, obvio uſu. *ſubſtruat arces* in Borrichiano. *qua* primus Leid. *qua ſubruat artes* Mentel.

 arcem

55. Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi,
Solis & atratis luxerit orbis equis.
Cur ſerus verſare boves, & plauſtra Boötes:

Pleïa-

arcem praefero ex Palatino ac Colbertino, & altero verſu *bibat* ex Menteliano, primo Leid. & ſec. D'Orvill. & ſic Francius. Eſt autem imitatio Virgilii Lib. I. G. 380. *& bibit ingens arcus.* ubi vide Urſinum in Virg. cum Graecis collato pag. 123. πίνειν eodem ſenſu apud Anacreontem elegantiſſimo odario XIX.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτὴν,
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ὁ δ' Ἥλιος θάλασσαν.

quod autem Caelius Rhodiginus, & Turnebus hoc in verſu *Caeruleus* contra omnes codices & editiones proferant, monente Broukhuſio, forte eorum memoriae obverſabatur illud Virgilii Lib. I. G. 452. *Caeruleus pluviam denuntiat, igneus Euros.*

55. *Aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi*] *Perrhaebi* nomen valde deformant codicum ſcripturae, in quibus *Per herebi*, ut in Mentel. Borrich. primo Leid. & meo. in altero noſtro *Perhebi*. *Perebi* in Neap. *Penei* D'Orvill. ſec. a manu ſec. *Pirrei temuere c. mundi* Askew. innuitur hic ingens Theſſaliae motus, quo *tremuiſſe juga Pindi* dicit, quem *Perrhaebum* vocat, quia populi Perrhaebi Theſſaliae adſcribuntur, iiſque vicinus erat Pindus. ut ex Strabone patet, qui operoſe de Perrhaebia agit Lib. IX. ubi de Pindi vicinitate, pag. 442. ed. Caſaub. Οἱ δὲ Περραιβοὶ — πρόσχωροι ὄντες Μακεδόσι. πολὺ μέρος εἰς τὰ περὶ Ἀθαμανίαν ὄρη, καὶ τὴν Πίνδον ἐξέπεσε. Plinius Lib. IV. cap. I. *Perrhaebi, quorum mons Pindus.* Facit huc inſignis locus Scholiaſtae Theocriti ad Idyll. I. 67. cujus verba exhibebo, ut ea caſtiganda exiſtimabat eruditione & amicitia mihi conjunctiſſimus Laur. Santenius: Πηνειὸς, ποταμὸς Θετταλίας. τέμπη δὲ γενικῶς μὲν τὰ ἄλση. νῦν καὶ τὸ μεταξὺ τῆς Ὄσσης, καὶ τοῦ Ὀλύμπου χωρίον, ὅ ἐστι περικαλλὲς, καὶ ὥσπερ ὑπὸ θείας γνώμης πρὸς διόρυξιν διῃρημένον, δι' ἧς ὁ Πηνειὸς πρὸς τὴν θάλασσαν ῥεῖ. λέγεται καὶ τοῦτο τὸ χωρίον, τέμπεα Θετταλικά. — Πίνδος, ὄρος τῆς Ἀρκαδίας, ἢ ποταμός. κατὰ δὲ τινας ὄρος τῆς Περραιβίας ἐγγὺς θαλάσσης. male in vulgatis, Πηνειὸς, ποταμὸς Σικελίας, pro Θετταλίας. ſic mox idem Scholiaſtes ad v. 69. τέμπη τοῦ Πηνειοῦ. ποταμὸς οὗτος Θετταλίας. deinde Περραιβίας recte corrigebat pro Περραιβοίας. ſic enim Stephanus Byzantinus hanc vocem bis ſcribit in Κῦφος. & Latinis paſſim *Perrhaebia.* ut Ciceroni in Piſon. cap. 40. Livio Lib. XXXI. c. 41. Lib. XXXII. c. 15. XLIV. c. 2. aliiſque. formam vero adjectivi Propertianam *Perrhaebus Pindus*, pro *Perrhaebaeus*, vel *Perrhaebeus*, firmabat ex Stephano Byz. in Περραιβός. τὸ ἐθνικὸν, inquit, Περραιβαῖοι. τὸ θηλυκὸν κατὰ κοινότητα, ἡ Πέρραιβος καὶ Περραίβη. & ſic *Caeneus* dicitur *Perrhaebus* Ovidio XII. Met. 172.

——— Perrhaebum Caenea vidi,
Caenea Perrhaebum; qui factis inclytus Othryn
Incoluit.

vide illic Regii & Micylli notas.

56. *Solis & atratis luxerit orbis equis*] *attractis* Mentel. unus Colbert. Heinſian. Groning. duo Leidd. tert. & quart. Voſſ. meus uterque, D'Orv. ſec. & in marg. *auratis*. *actractis* Askew. *a tractis* Borrich. *aſtratis* pr. Vatic. *aratis* in primo D'Orvill. *luxerit*, a lugendo, ad deliquium Solis, quum caput obſcura ferrugine texit, ut ait Virgilius, recte referunt viri docti. vide Scaligerum, & Douſae Fil. notas.

57. *Cur ſerus verſare boves, & plauſtra Boötes*] ſic Regii, Colbertini, Groning. aliique. ut jam ediderunt Volſcus & Beroaldus. *ſeros* Neapol. *ſenis* in Voſſ. primo, Heinſiano, & priore D'Orvill. quod ad veram lectionem *ſerus* accedit. neque aliter omnes editiones vetuſtae ante Scaligerum, qui edidit *ſegnis*. ut in tertio Voſſiano. bene autem Broukhuſius tuetur *ſerus*, ſed loca Catulli & Boëthii, in quibus *tardus Boötes*, ſuffragari aeque poſſent alteri lectioni *ſegnis*. ut *pigrum* vocant alii. vide Ciofan. ad Ovid. II. Met. 177. ubi de Boöte,

Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.

ſerus enim Boötes vel Arctophylax dicitur, quia, ut ait Catullus in Coma Beronices Carm. LXIII. *vix ſero alto mergitur Oceano.* Hyginus Lib. III. Poët. Aſtron. cap. 3. de Boote: *ſero occidere dicitur, quod magis erectus a pedibus pervenit ad terram: at exoriens citius quam Chelae videtur.* ubi

Pleïadum ſpiſſo cur coit imbre chorus.
Curve ſuos fines altum non exeat aequor,
Plenus & in partes quatuor annus eat.
Sub terris ſi jura Deum & tormenta Gigantum:
Tiſiphones atro ſi furit angue caput.
Aut Alcmaeoniae furiae, aut jejunia Phinei:
Num rota, num ſcopuli, num ſitis inter aquas.
Num tribus infernum cuſtodit faucibus antrum
Cerberus, & Tityo jugera pauca novem.
An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes,
Et timor haud ultra, quam rogus, eſſe poteſt.

Exitus

ubi vide Interpretum notas. *ſervus* vitioſe in ed. Gryph. 1551. *Cur ſerus verſetque boves*, vel *verſetve*, Heinſius.

58. *Pleïadum ſpiſſo cur coit imbre chorus*] *ſpiſſo igne* antea in omnibus fere codd. & vetuſtis edd. legebatur. ſed *ſpiſſo imbre*, propter Pleïades imbriferas, optime reſtituit Heinſius in notis ad Ovid. X. Met. 508. quem etiam vide ad Valer. Fl. Lib. V. 46. ubi de Pleïadum *choro*. eodem Libro v. 416. ubi antea edebatur,

Pleiades & madidis rorant e crinibus ignes.

feliciter *imbres* emendavit, merito conjecturam laudante Broukhuſio ad Tibull. I. 1. 42. & ſic Marklandus hoc in loco correxerat.

60. *Plenus & in partes quatuor*] *ut in partes* corrige cum Heinſio, & de locutione *fines non exeat*, verſu praeced. vide ejuſdem notas ad Ovid. II. Met. 517.

61. *Sub terris ſi jura Deum*] *ſint* in Menteliano, binis Leidd. meo ſecundo, D'Orvill. & edd. antiquis. *ſin jura* Askew. *ſunt* Heinſianus, tres Voſſ. primus D'Orv. & meus. ſed bene correctum eſt *ſi*. ut jubet verſus ſequens *ſi furit angue*, ubi *ferit* in Colbert. Mentel. & primo Leid. *fuerit* vitioſe in Askew. pro *furit*. deinde *Anne Alcmaeoniae*, pro *Aut*, in Perreji & Colotii codice, primo & tertio Vatic. ut mox v. 66. *an Tityo* in eodem Perrej. Colot. & primo Vatic. ſeq. verſ. *Non rota, non ſc. non ſitis* in Mentel. Neap. & primo Leid. Ceterum hi & ſequentes verſus ſpectant ad illorum inter veteres, Epicureos praeſertim, opinionem, qui infernum eſſe negabant, ſaltem de eo dubitabant, & Styga, Eumenidas, Charontem, Cerberumque inridebant, ac Tantali, Siſyphi, Ixionis, & Tityi poenas infernales non niſi fabulas, pueris terrorem incutientes, & nomina vana habebant. vide ad Lib. II. El. 25. 53. hinc Horatius Lib. I. od. 4. 16. *Jam te premet nox, fabulaeque Manes.* ubi vid. Lambin. & Torrent. Cic. pro Cluent. cap. 61. *Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors adtulit? niſi forte ineptiis ac fabulis ducimur, ut exiſtimemus, illum apud inferos inpiorum ſupplicia perferre, ac plures illic offendiſſe inimicos, quam hic reperiſſe.* IV. Catil. cap. 4. *Itaque ut aliqua in vita formido inprobis eſſet poſita, apud inferos ejuſmodi quaedam illi antiqui ſupplicia inpiis conſtituta eſſe voluerunt, quod videlicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam.* ubi vide Muretum. & plura apud Delrium ad Senec. Herc. Fur. v. 726. pag. 273. & Cortium Excurſ. VII. in Salluſt. Catil. cap. 52. pag. 403.

66. *& Tityo jugera pauca novem*] *&* deeſt Mentel. primo Leid. & Voſſ. tert. a man. pr. *an Tityo* conjecerat Oudendorpius, ut in v. c. Ant. Perreji, Colotiano, & primo Vaticano. *pauca jugera* Marklandus *parva* exponebat, addens, ſe dixiſſe ad Statium. paſſim apud Poëtas praetulerunt viri docti *pauca* & *multa jugera*, non *parva* & *magna*. vide ad Ovid. III. Am. 15. 12. III. Faſt. 192. Broukh. ad Tibull. I. 1. 2. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 260.

67. *An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes*] ſic edidi propter conſenſum omnium codd. quorum Excerpta adhibui, ne uno quidem excepto, & vetuſtiſſ. edd. conjecturam enim ſuam *eſcendit* textui ingeſſit Broukhuſius. Novi *eſcendere* ſaepe a viris eruditis reſtitutum fuiſſe mul-

tis

Exitus hic vitae ſuperet mihi. Vos, quibus arma
Grata magis, Craſſi ſigna referte domum.

ELEG.

tis veterum locis, ſed ſaepe etiam minus oportunam in eo ſubſtituendo adhibitam vel adfectatam fuiſſe curationem. vid. Cel. Ruhnken. ad Rutil. Lup. I. pag. 48. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 185. hic certe ſcripturam antiquam revocandam cenſui, & *deſcendit in gentes* interpretor de fabula a majoribus ad poſteros tradita. Ovid. I. Faſt. 537.

Talibus ut noſtros dictis deſcendit in annos.

quod *venire in hos annos* dicit Lib. VI. 309.

Venit in hos annos aliquid de more vetuſto.

Manilius Lib. I. v. 733.

Fama etiam antiquis ad nos deſcendit ab annis.

rem igitur hic optime egit Vulpius, qui, poſthabita etiam Broukhuſii mutatione, & prava Paſſeratii explicatione rejecta, *deſcendit* vindicavit, cujus altera interpretatio cum noſtra conſpirat, licet primam praeferat, de rebus nempe, quae ab ineunte aetate per parentes vel magiſtros traditae, in animos hominum radicibus alte actis deſcendunt, quam locutionem multis exemplis confirmat. *gentis* in Neap. Mentel. primo Leid. Voſſ. & D'Orvill. pro *gentes* in Excerptis Scalig. *mentes*, ut legebat Heinſius, & Marklandus. ſaepe enim hae voces inter ſe permutantur. apud Horatium Lib. I. od. 3. 26. *Gens humana ruit per vetitum nefas.* ubi *mens* in codd. MSS. forte quia mox ſequitur *gentibus*. ſed ubi *mentibus* legendum conjeci ſupra ad v. 31. Germanicus in Arateis v. 133.

Ferrique invento gens eſt laetata metallo.

ubi *mens* corrigendum adſcripſerat Heinſius. vide notas ad Ovid. I. Met. 99. Markland. ad Stat. I. Sylv. 2. 183. & quae dedi ad T. I. Anth. L. p. 145. & 474. altero verſu pro *haud ultra* in variis codd. & edd. antiquis *aut*. in meo priore diſtinguitur,

Et timor: aut ultra quam rogus eſſe poteſt.

ſed in v. c. Perreji, Colotiano, primo & quinto Vatic. aliiſque, *haud ultra. ire poteſt* olim conjecerat Broukhuſius.

69. *Exitus hic vitae ſuperet mihi. Vos, quibus arma*
Grata magis, Craſſi ſigna referte domum]

ſupereſt in duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & priſcis edd. ſed in ceteris MSS. *ſuperet*, optantis modo, ut in Groning. Voſſ. quarto a man. ſec. aliiſque. quod recte contra Gebhardum tuetur Broukhuſius, & *ſuperare* pro ſupereſſe veteribus frequens eſſe oſtendit. de quo vid. ad Lib. II. El. 25. 53. *Exitus vitae* hic notat totum vitae curſum uſque ad mortem. ſic *exire de vita* apud Plinium Lib. III Epiſt. 9. & MORTALITATIS FINITAE EXCESSVM habes in Inſcript. apud Gruter. pag. CCCCXCIV. 4. Ultimum verſum illuſtrant notata a Guellio Pimpontio ad Virg. VII. Aen. 606. & huc, praeter aliorum ſcriptorum loca, ſpectat illud Flori Lib. IV. cap. 12. §. 63. *Parthi quoque, quaſi victoriae poeniteret, rapta clade Craſſiana ultro ſigna retulere.* ubi vide Freinſhemium, & Numos antiquos, rei memoriam ſervantes, in ed. Graeviana, quales & ipſe argenteos ſervo. infra IV. 6. 80.

Hic referat ſero confeſſum foedere Parthum:
Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua.

inſignis hac de re locus eſt Ovidii V. Faſt. 585.

Signa, decus belli, Parthus Romana tenebat,
Romanaeque aquilae ſignifer hoſtis erat.
Iſque pudor manſiſſet adhuc, niſi fortibus armis
Caeſaris Auſoniae protegerentur opes,
Ille notas veteres, & longi dedecus aevi
Suſtulit; agnorunt ſigna recepta ſuos. &c.
Parthe, refers aquilas, victos quoque porrigis arcus:
Pignora jam noſtri nulla pudoris habes.

ubi numos illos Auguſti memorat Neapolis. ſed plures SIGNIS his Parthorum RECEPTIS inſcriptos Auguſti numos, aureos argenteoſque, oculis exhibitos & illuſtratos videre licet apud Patin. ad Suet. Aug. cap. 21. & in Theſauro Morelliano Tom. I. ad Tab. XI. p. 223 — 229. & ad Tab. XVII. p. 297. 298.

E L E G. IV.

Dic mihi de noſtra, quae ſentis, vera puella:
Sic tibi ſint dominae, Lygdame, demta juga.
Num me laetitia tumefactum fallis inani,
Haec referens, quae me credere velle putas?

5. Om-

ELEG. IV.] AD LYGDAMVM inſcribitur in variis codd. & edd. antiquis, idem ille Lygdamus ſervus etiam alibi apud noſtrum memoratur, praeſertim vero Lib. IV. El. 8. ubi iracundiam Cynthiae cum deprenſo Propertio expertus eleganter deſcribitur. omnes Scaligeri in hac Elegia tranſpoſitiones probabat Guyetus.

v. 1. *Dic mihi de noſtra, quae ſentis, vera puellae*] recte diſtinxit Broukhuſius. nam *Dic vera* jungenda ſunt. male Paſſeratius fluctuat an *vera* connectat cum *ſentis*. quod tamen Marklando placuiſſe videtur, qui adſcripſerat, *quae ſentis vera, veram tuam opinionem dic.* ſed alterum praefero. Martialis Lib. VIII. Ep. 75.

Dic verum mihi, Marce, dic, amabo.

Horatius Lib. I. Od. 8. 1.

Lydia dic, per omnes
Te Deos oro.

Dic mihi, ut ſupra Lib. II. El. 23. 111.

Dic mihi, quis potuit lectum ſervare pudicum.

Virgilius Ecl. III.

Dic mihi, Damoeta, cujum pecus?

imitatus Theocritum Id. IV. init.

Εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνες αἱ βόες.

formulam hanc *Dic mihi*, ſollicitudinem animi indicare, ſed non ſemper injurioſam eſſe, adverſus Donatum docet Broukhuſ. ad Lib. IV. El. 3. 23. *quid ſentis* in Askew.

2. *Sic tibi ſint dominae, Lygdame, demta juga*] *Si tibi* in ſecundo D'Orvill. *ſim dominae* in Heinſiano, & meo priore. *depta* in Neap. *lenta juga* male alii intruſerunt, quod recte damnavit Gebhardus. perperam etiam nonnulli *dominae* caſu tertio accipiunt. & pejus adhuc alii intepretantur *dominae juga* hoc modo: ſic, Lygdame, numquam ames, liber] ſis ab amoris imperio, ut Paſſeratius, vel durae dominae ſervus ſis, ſeu jugum patiaris amicae crudelis. Lygdamo enim libertatem adprecatur vel pollicetur, ſi vera ſibi de domina referret. hinc in fine Elegiae, *per me, Lygdame, liber eris.* ſaepe enim ſervis bene de ſe meritis libertatem dabant. quod notum vel ex Plauti Menaechmis Act. V. Sc. 7. & Terentii Adelphis Act. V. Sc. 9. paſſim vero *ſic* boni ominis voto inſervit. ut Lib. I. El. 21. 5.

Sic te ſervato poſſint gaudere parentes.

Lib. III. El. 2 in fine:

Et ſic Cumaeae ſecula vatis agas.

El. 13. init.

Sic ego non ullos jam norim in amore tumultus.

Ovidius VIII. Met 857.

Sic mare conpoſitum, ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus.

& alibi ſaepe.

3. *Num me laetitia tumefactum fallis inani,*
Haec referens &c.]

Dum me in duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. *Non* Neapol. *Num*, ut edidit Paſſeratius, in v. c. Perreji, Colotiano, & primo ac ſecundo Vatic. *Tu me* Fruterius. *Cur me* Heinſius. pro *tumefactum* forte praeſtiterit *ſtupefactum*. quae verba inter ſe confundi notatum eſt ad Lib. II. El. 10. 7. & vide ad Lib. IV. El. 1. 63. *ſtupere* enim de ſubita animi agitatione dicitur, tam in laetis quam adverſis, quae praeter ſpem metumve nuntio non exſpectato ad nos deferuntur. ſeq. verſu conjecerat idem Heinſius, *Haecne refers? Nec referens* in Borrich. & meo primo. *Illa refers* in quinto Vaticano. *credere velle* locutio amata noſtro, aliiſque, in qua *velle* abundat. vid. Broukhuſ. ad Tibull. I. 5. 50. & Patrui mei notas ad Petron. cap. LXX. p. 349.

Vvv

5. *Om-*

Omnis enim debet ſine vanis eſſe relator,
Majoremque metu ſervus habere fidem.

Nunc

5. *Omnis enim debet ſine vanis eſſe relator*] ita ex Regiis & altero Colbertino edidit Broukhuſius, idque pro varia lectione etiam inveni in margine ſecundi mei codicis, & in ed. Veneta 1475. Reg. Lepid. ac Volſci idem excuſum fuit. ſed quod loquendi modum inde derivet, ut Lygdamus *veluti Conſul referat ad Propertium, quaſi ad Senatum, de negotio Cynthiae, quaſi de negotio Reipublicae*, ſcriptum a Broukhuſio nollem. ſi *relator* hic locum habet, ſimpliciter accipi debet de narratore, ut verſu praeced. *Haec referens, quae me credere velle putas.* ſed offendunt *referens* & *relator* ſpatio nimis vicino juncta. minus argutum eſſet, ſi haec verba capiamus, tamquam Lygdamus legati perſonam egerit, ut vera Propertio de Cynthia renunciaret, ac referret. ut loquitur Livius Lib. XXIV. 48. *ut duo legationem referrent ad Imperatores.* quod *renuntiare legationem* dicit Lib. XXXV. 32. & Cic. IX. Philip. cap. 1. vide Patrui mei notas ad Quinctilian. VII. 4. p. 634. & ſic *relatio* pro legatorum renuntiatione apud Juſtin. Lib. XXV. c. 2. init. vel hoc ſenſu poteſt exponi, ut nuntii partes egerit Lygdamus. cui etiam convenit *referre*, apud Virg. II. Aen. 547.

—— referes ergo haec, & nuntius ibis
Pelidae genitori.

reportare vocat noſter infra v. 37.

Et mea cum multis lacrimis mandata reporta.

ſic Napae ancillae ad Corinnam mandata ſua perferenda dat Ovidius Lib. I. Am. El. XI. Verum longe aliam lectionem exhibent veteres codices ſcripti editique, nam in duobus Leidd. tribus Voſſianis, utroque D'Orv. meiſque, *ſine vano* (vel *vanis*) *nuncius eſſe.* quod & in reliquis omnibus legitur, & in ed. Beroaldi Veneta 1487. Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, Mureti, Rovillii, Scaligeri, ceteriſque. & apud Octav. Mirandulam in Viridar. Illuſtr. Poët. fol. 184. quod neſcio cur poſthabitum fuerit. forte *relator* in contextum inrepſerit ex gloſſa marginali, verbis illis *ſine vano nuntius eſſe*, adpoſita, unde *ſine vano* mutatum in *ſine vanis*, ut ſtaret verſus, *ſine vanis eſſe relator.* ea autem notione *relator* pro narratore vix apud Auguſtei aevi ſcriptorem reperitur. nam in Epiſtola Balbi ad Ciceronem, ex qua locum adfert Broukhuſius, longe alia ſignificatione poni de eo, qui ad Senatum refert, ipſa verba manifeſtant, *conſilio Senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum & Caeſarem conjungi poſſe.* quae ideo produxit, ut illam ſuam interpretationem de Lygdamo, inſtar Conſulis ad Propertium, veluti ad Senatum, referente, nonnihil confirmaret.

6. *Majoremque metu ſervus habere fidem*] in omnibus fere MSS. & edd. priſcis legebatur,

Majoremque timens ſervus habere fidem.

ita certe in Excerptis ſingulorum codicum, quibus uſus ſum, & antiquis, quas conſului, editionibus. & apud Octav. Mirandulam. Mendi originem inde ortam recte divinavit Muretus, quia in ſuo vetere libro ſcriptum *metuens*, ſed ab alia manu ſubſtitutum erat *timens*, unde ipſe ex corrupta ſcriptura *metuens*, detracta ultima ſyllaba, emendavit *metu.* quamquam illud *timens* deinceps reliquos libros tam manu exaratos, quam typis excuſos, occupavit. & placuiſſe videtur Scaligero, cui *timens* exponitur εὐλαβὴς. & hanc quoque lectionem ſecutus eſt Paſſeratius. atque in margine libri Aldini Ant. Perrejus *timens* exponebat, *fallere timens*, *reverens.* Mureti tamen calculo adſenſerunt, Guyetus, & Heinſius, qui ipſe ex conjectura ſic legendum ed. Aldinae adſcripſerat, &, Scaligero hic inſuper habito, id recepit Broukhuſius, de metu ſervili explicans, ſed male cum aliis interpretari *fidem habere majorem metu*, ſeu fidem majorem, quam metum. Senſus enim eſt, quum omnis nuntius, qui ad alium mandata defert, fidem praeſtare debet, ut vera referat, eo majorem ſervus fidem adhibere tenetur, & cautius adhuc rem agere, neque dominum fallere, prae metu, ne vapulet, quia acriores poenae exigi ſolent a ſervo fallaci. Notandum ſimul, *habere fidem* hic alia ſignificatione a Propertio dici, quam vulgo ſolet. notat enim plerumque alicui credere, pro quo minus recte alii *adhibere fidem*, quod eſt fideliter in re ſibi conmiſſa verſari. male igitur apud Auct. Rhetoricor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 12. in codice Pithoeano legitur, *ei rationi non eſt fidem adhibere.* pro *habere.* vid. Victor. ad Cic. VIII. ad Att. Ep. 3. Voſſ. de vitiis Serm. p. 405.

Nunc mihi, ſi qua tenes, ab origine dicere prima
Incipe, ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Siccine eam incomtis vidiſti flere capillis?
Illius ex oculis multa cadebat aqua?
Nec ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame, lecto?
Ornabat niveas nullane gemma manus?

Ac

405. Vavaſſ. de vi & uſu quorumd. verbor. pag. 148. Noltenii Lex. Antib. p. 722. & Joh. Vorſt. ad Sulpic. Sev. de vita Martin. cap. I. & XI. & quae notavi ad Lotich. pag. 176. hoc autem in loco ponitur pro fidelem eſſe, praeſtare vel exercere fidem. ut Lib. II. El. 19. 28.

Credo ego, ſed multos non habuiſſe fidem.

& Lib. III. El. 22. 4.

Qui non ſignatas juſſit habere fidem.

contra *neglectam habere fidem* Ovidio Epiſt. XXI. 234.

Neglectam queritur teſtis habere fidem.

id eſt, ſibi non creditum fuiſſe, ut Lib. III. Triſt. El. 10. 36.

Vix quidem credar: ſed cum ſint praemia falſi
Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.

tenere fidem Tibullo Lib. I. El. XI. 19. *metu* igitur hic valet, ex metu, propter metum, a cujus vocis recta explicatione pendet praeſertim verus loci ſenſus, quam cum τῷ *majorem* male conjunxit Broukhuſius. vid. de hoc ablativi uſu Daviſ. ad Caeſar. VI. de B. G. cap. 34. idque apud Graecos etiam obtinet. ut Herodot. Lib. I. c. 7. ἐπιδημίᾳ, *propter adventum*, Lib. II. c. 14. τῇ ἀπιχθίᾳ. & 19. ἐπιθυμίᾳ, *propter cupidinem.*

7. —— *ab origine dicere prima*
Incipe: ſuſpenſis auribus iſta bibam]

Malim *ab origine ducere prima*, hoc eſt deducere, repetere, ut in loco Virgilii, cui noſter adhaeret, I. Aen. 376. *O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam.* ita in fragmento Varronis apud Nonium, quod adfert Paſſeratius, *vitae curſum ut cognoſcere poſſem, atque ſervitutis & libertatis ab origine ad exodium ductae.* & initio Metamorph. Ovidii,

—— *primaque ab origine mundi*
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

II. Triſt. 560.

—— *prima ſurgens ab origine mundi*
In tua deduxi tempora, Caeſar, opus.

quod recte, pro *deſtuxi*, tuentur viri docti. IX. Met. 264. *nec quidquam ab origine ductum Matris habet.* haec autem verba ſemper fere commutantur. ut *ducere* & *dicere carmen.* vide Broukh. ad Tibull. Lib. II. El. 1. 54. & quae ſupra notavi ad Lib. I. El. 7. 1. Si quis tamen *dicere* pro narrare, indicare, praeferat, non valde refragabor. deinde *auribus hauſta* conjecerat Heinſius, ut in illo Virgilii IV. Aen. 359. *vocem que his auribus hauſi.* eleganter quidem *haurire* tam de auditu quam viſu dicitur, de quo vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. I. 262. & Virg. IV. Aen. 661. ſed receptam lectionem tuetur locus Ovidii Lib. III. Triſt. El. 5. 14.

Et lacrimas cernens in ſingula verba cadentes,
Ore meo lacrimas, auribus illa bibi.

cui ſimile illud ex eod. libro El. IV. 40.

Noſtra tuas vidi lacrimas ſuper ora cadentes,
Tempore quas uno, fidaque verba, bibi.

locutionem ipſam illuſtravit Marklandus ad Statii Silvas pag. 263. *ſuſpenſis auribus* vel arrectis, & adtentis, vel de Cynthia ſollicitis, & inter ſpem metumque demiſſis, exponi poteſt. ut apud Tibull. II. 1. 77.

—— *ſuſpenſa timore*
Explorat coecas cui manus ante vias.

ita *ſuſpenſo pede*, *ſuſpenſo gradu ire*, de clandeſtino & ſollicito greſſu. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 270.

9. *Siccine eam incomtis*] *Sicut eam* Mentel. Borrich. Askew. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, cum priſcis edd. *Sic ut eam* in Regiis. & ita in Palatinis & Commeliniano Gebhardi, ſine interrogationis nota.

11. *Nec ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame lecto*] ambiguam Paſſeratii explicationem amovebimus, ſi cum Heinſio legamus *Nec ſpeculum in ſtrato* &c. nam *in* abſorpſit ultima praecedentis vocis litera. hunc locum cum illo Phaedri Lib. III. fab. 8. 4. contulit Patruus meus,

Hi ſpeculum, in cathedra matris ut poſitum fuit,
Pueriliter ludentes, forte inſpexerant.

Haec ſpeculum male in meo ſecundo.

13. *Ac*

Ac moeſtam teneris veſtem pendere lacertis?
Scriniaque ad lecti clauſa jacere pedes?
Triſtis erat domus? & triſtes ſua penſa miniſtrae
Carpebant? medio nebat & ipſa loco?

Humi-

13. *Ac moeſtam teneris veſtem pendere lacertis*] *Ad* Mentel. & primo Leid. *At* Groning. cum Palatinis & Commeliniano Gebhardi, ut legebat Livinejus. ſed emendandum *An maeſtam*, ut video etiam conjeciſſe Douſam Fil. probante Gebhardo. in ſolo Askewiano *Agreſtem teneris*. in qua ſcriptura latet forte *Ac triſtem*. ſed mox ſequitur *Triſtis erat domus?* in Voſſ. tertio *niveis*, ſed *teneris* ſuperſcr. quae confuſio ex verſu praecedente orta eſt. perperam Vulpius hic cogitabat de armillis aureis, quibus ſoluta erat veſtis. indicat enim veſtem negligenter demiſſam, ut apud Virg. VI. Aen. 301.

—— *ex humeris nodo dependet amictus.*

praeſertim propter dolorem, quia *moeſtam* addit. pro quo *vectam* corrupte in Neapol. id proprio verbo *deducere veſtem*, *deducere tunicam*, vocabant, in luctu praeſertim, ira, vel ſimili adfectu. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. 7. 47. & ad Lib. III. Met. 480.

14. *Scriniaque ad lecti clauſa jacere pedes*] ideo *clauſa* vocat *ſcrinia*, quia moeſta ſedens chartis ex ſcrinio ad literas ſcribendas depromtis non utebatur, nam in illis ſcriniis, ſeu thecis, epiſtolas, libellos, chartaſque, & ſim. ſervabant. vid. Sponii Miſcell. erud. Antiq. p. 216. & 314. ubi ſcriniorum formam ex monumentis antiquis exhibet. vel quia ornatu omni abjecto ea clauſerat ac projecerat; nam & in ſcriniis unguenta condebant. vid. Paſſerat. pag. 434. *pedes lecti* ſunt fulcra lecti, κλινοπόδια, ut *pedem grabati* vocat Catullus Carm. X. v. 22. & *candidum pedem lectuli* Carm. LX. 115. vel referri poteſt ad partem lecti, ubi pedes ponuntur. ut contra *caput lecti*, ubi pulvillus. ut apud Suet. Caeſ. 84. & Domit. cap. 17. ubi vide Interpretum notas. intelligitur autem lectus lucubratorius, ante quem ſcrinia aperta habebant, cum quid ſcriberent. de quo egregie agit Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 78. & poſt eum Buchnerus ad Plin. Lib. III. Epiſt. 1. & Lib, V. Ep. 5. & Schefferus Lib. II. de Re Vehic. cap. 5. circa finem. ex hoc autem loco patet, haec ſcrinia, ſi illis non uterentur, clauſa ad lecti pedes jacuiſſe.

15. *Triſtis erat domus? & triſtes ſua penſa miniſtrae*
Carpebant? medio nebat & ipſa loco?]

Triſtis erat domina? Heinſius. ſed *domus* hic ponitur pro domeſticis, ancillis. ut Lib. I. El. XI. 23.

Tu mihi ſola domus, tu, Cynthia, ſola parentes.

triſtis ſ. p. miniſtra Carpebat in Askewiano. cogitabat Virgilium I. Georg. 390.

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellae.

ut illic notat Valens Guellius. altero verſu *medio loco* repoſui, quia ſic jubebant omnes membranae & editiones veteres, quibus accedunt Leidenſes, Voſſiani, meus uterque, & primus D'Orvill. in cujus altero legebatur *toro*. ut adfert Heinſius ad Valer. Fl. II. 138. & in notis Propertianis p. 718. emendat. *colo* in aliis legi ſcribit Lat. Latinius in Biblioth. Prof. pag. 61. Broukhuſius ex ſola Douſae P. conjectura in contextu exhibuit *foco*, notatque *focum* ſaepe pro penatibus ac familia dici. & hoc praefert Struchtmeyer Anim. Crit. Lib. II. c. 1. p. 93. ſic quoque in ora ed. Ald. olim conjecerat Heinſius, ſed poſtea delevit. Neque cauſſam video, cur deſeramus conſtantem omnium fere codicum ſcripturam, praeſertim quum *medius locus*, in lanificio honoratior, herae erat proprius, quum inter ancillas neret. ut Lucretia *inter famulas data penſa trahentes* ipſa ſedens inducitur apud Ovid. II. Faſt. 741.

Lumen ad exiguum famulae data penſa trahebant,
Inter quas tenui ſic ait ipſa ſono.
Mittenda eſt domino, (nunc, nunc properate puellae)
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

& hinc confirmatur vera lectio apud Tibull. I. El. 3. 87.

Ac circa gravibus penſis adfixa puella.

ubi *circa* eſt media inter ancillas lanam ducentes. ne quis cum Scaligero de *Circa* nomine proprio cogitet. vide illic Broukhuſ. & Cl. Heynii notas. nam *circa* pro circum eam quae erant puellae, lanificii comites, Graecorum more, αἱ ἀμφὶ αὐτήν. vide Caſaub. ad Suet. Caeſ. cap. 27. & ad

Dio-

Humidaque inpreſſa ſiccabat lumina lana?
  Retulit & querulo jurgia noſtra ſono?
Haec te teſte mihi promiſſa eſt, Lygdame, merces?
  Eſt poenae ſervo rumpere teſte fidem.
Ille poteſt nullo miſeram me linquere facto?
  Ac qualem nulla dicere habere domo?

Gaudet

Diogen. Laërt. III. 22. quam locutionem pluribus illuſtrat Rualdus in vita Plutarch. cap. XV. pag. 62. Poſſis etiam, ſi conſentirent codices, *media domo.* nam ſaepe *domus*, *locus*, & *torus* in MSS. confunduntur. ſic de eadem Lucretia Livius Lib. I. cap. 57. *nocte ſera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium ſedentem inveniunt.* ita circum Cyrenen Nymphas lanam trahentes deſcribit Virg. IV. G. 334.

Cyrenen circum Mileſia vellera Nymphae
Carpebant.

vid. ad Tom. II. Anth. Lat. p. 104. & adde hic Vulpii notas, qui *loco* edidit, & pluribus vindicavit.

17. *inpreſſa ſiccabat lumina lana*] *impraeſa* corrupte in Menteliano. *lanam* vero huc inrepſiſſe ſuſpicor ex praecedentibus, ubi lanificii mentio fit, ideoque Cynthia dicatur globo lanae, quae facile (ut ait Paſſeratius) lacrimas conbibebat, lumina deterſiſſe & ſiccaſſe. ſed forſan ipſe poëta ſcripſerit *ſiccabat lumina laena.* ut Cynthia lanae trahendae dedita induta fuerit laena, ſeu viliore pallio domeſtico, qua luminibus *inpreſſa* lacrimas abſterſerit. certe *laenam* quoque *muliebrem veſtem* fuiſſe notat Servius ad Virg. IV. Aen. 262. ita conjeceram, quum poſtea vidi N. Heinſium ad marginem ed. Gryph. 1573. cui variantes cod. Neapolitani adſcripſerat, etiam *laena*, vel *palla*, emendaſſe. ſic puella *flammeo ſuo lacrimas tergens* eſt in loco Apuleji, quem adfert Paſſeratius, Lib. IV. Met. pag. 86. ed. Pric. ſimiliter *laenam* pro *lana* loco Perſii reſtituit Marklandus Epiſt. Critic. ad Fr. Harium pag. 87.

19. *Haec te teſte mihi promiſſa eſt, Lygdame, merces?*
Eſt poenae ſervo &c.]

verba Cynthiae eſſe, margini adſcripſerat Ant. Perrejus. & ſic Beroaldus. Janus Douſa P. editioni Rovillianae adleverat, *verba Cynthiae cum famulo ſuo de fide (cujus datae idem conſcius fuerat) Propertii expoſtulantis.* nec aliter Livinejus, qui recte refutat Beroaldum & Canterum, praecedentia v. 14. *Triſtis erat domus*, &c. male ad Lygdamum referentes, quaſi illa retulerit Propertio, quod ſatis refutant *jurgia noſtra* v. 18. ſingula enim inquirentis & rogantis Propertii verba ſunt. *Nec te teſte* in Regiis, & meo priore. *Haec me teſte* Mentel. & prim. Leid. pro *Eſt poenae* Paſſeratius in aliis libris legi notat *Inpunae.* unde Guyetus *Inpune eſt ſervo* &c. ſed nihil omnino novandum. *poenae* vel *poena eſſe* obvia locutio. Lib. I. El. 17. 10.

Sat tibi ſat poenae nox, & iniqua vada.

Lib. II. El. 23. 76.

Semper formoſis fabula poena fuit.

h. L. El. XI. 38.

Nec fuerat nudas poena videre Deas.

Janus Douſa P. adſcripſerat locum Salluſtii in Jugurth. (cap. 72.) *Omnis civitas aut poenae aut praedae fuit.* addens lectionem illam ſinceriſſimam a Lud. Carrione male fuiſſe vitiatam. vide Waſſii Indicem Salluſt. in *poena.*

21. *Ille poteſt nullo miſeram me linquere facto?*
Ac qualem nulla dicere habere domo?]

Illa in Regiis, Mentel. Voſſ. pr. & tert. D'Orvillianis, & meo priore a man. ſec. *miſerum* Borrich. duo Leidd. Voſſ. pr. & tert. & a man. ſec. in quarto. & utroque D'Orvill. *poteſtne uno* Heinſ. ad oram ed. Ald. dein *fato* ſec. Leid. *pacto* in Excerpt. Scalig. & Voſſ. tert.] ut conjecerat Heinſ. & Broukhuſius ad marginem ed. Colin. ſed *facto* eſt culpa vel admiſſo. ut apud Ovid. Epiſt. XI. 108.

Quo laeſit facto vix bene natus avum?

vid. Paſſerat. p. 229. & 435. Si vero haec praecedentibus adjuncta, ut cum ſequentibus connectantur, & verba Propertii continuent, legendum omnino eſt, ut in nonnullis codd. MSS. habetur,

Illa poteſt nullo miſerum me linquere facto?

 nec

Gaudet me vacuo ſolam tabeſcere lecto?
Si placet, inſultet, Lygdame, morte mea.
Non me moribus illa, ſed herbis inproba vicit.

Sta-

nec aliter in primis edd. & v. 23.

Gaudet me vacuo] ſolum tabeſcere lecto?]

ſolum enim pro *ſolam* in Excerpt. Scal. Regiis, ſec. Leidenſ. tertio & quarto Voſſ. altero D'Orvill. iiſdemque editis. *Gaudeat & ſolum* in Askewiano. ſed haec Cynthiae verba eſſe, quae Propertio retulit Lygdamus, notaverat Marklandus. & ante eum monuerat Beroaldus, quod firmari poſſet ex v. 35. altero verſu *Aequalem* in Regiis, Colbertinis, Mentel. quinto Vatic. Borrich. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo altero. quod Ant. Perrejus in marg. ed. Ald. interpretabatur, *aequo ſed & mutuo amore junctam. Equalem* in Askew. & meo primo. ut in aliis libris. unde. *Et qualem* Broukhuſ. qui locum valde obſcurum non ſine cauſſa judicat. *Ac qualem* Scaliger, in cujus codice *nullo modo*. unde Heinſius *Aequalem nulla dicet habere domo?* vel *nullam domi?* (ut *domi* in Palatino Gebhardi) adjuncto Valerii Flacci loco, Lib. VIII. 142.

—— omnes matreſque nuruſque
Colchides, aequaleſque tibi, Medea, puellae.

Paſſeratius tentabat,

Et qualem nullas diſcet habere domos.

vel *nulla domo*, aut denique *Aequalem ducere*, id eſt, parem habere. Gebhardi ingenium excogitabat *avere*. ut *havere* fuerit ſcriptum, pro more librariis ſolito. Quid ſi legamus,

At qualem nulla poſſit habere domo.

ut apud Ovid. III. Am. El. 7. 39.

At qualem vidi tantum tetigique puellam.

vel *nulla poſſit amare domo*. ut *una domo amare* Lib. II. El. 19. 8.

In primis una diſcat amare domo.

& eod. libr. El. 13. 22.

Atque una fieret cana puella domo.

Aequalem nulla ducere ab arte domum conjecerat Cel. D'Orvillius. Marklandus vero ad Statii Silvas pag. 241. verſus hos depravatiſſimos ſic conſtituebat,

Ille poteſt uno miſeram me linquere facto?
Rivalem ex illa dicor habere domo?

ut *dicor habere* ſolito Propertii modo dicatur, pro *habeo*. quam locutionem illic egregie illuſtrat. denique cultiſſimus Koppierſius in Obſerv. Philol. pag. 146. hanc loco adfecto medicinam ferre conabatur,

Ille poteſt nullo miſeram me linquere facto!
Et quali nullam dicere amare modo.

ex his eligant Propertii cultores periti, quod poëtae genio adcommodatius videbitur.

24. *Si placet, inſultet, Lygdame, morte mea*] *morte tua* in Askewiano. ut in aliis legi notat etiam Lat. Latinius. *morte meae* Scaliger, & Voſſius Lib. II. de Anal. cap. 10. dativo antiquo pro *morti*. quod valde laudat Barthius ad Claudian. p. 1276. ſed non opus eſt, nam *inſultare morte mea*, caſu ſexto locum tertii obtinente, frequens eſt apud Propertium, ut dictum ſit pro *morti meae*, ſeu mihi mortuo, inſultet. ſimiles loquendi modos vide apud Scalig. ad Lib. I. El. 8. 22. & plura exempla adferam infra ad El. IX. h. L. v. 40. *Una Philippeo ſanguine inuſta nota*. pro *ſanguini*. Aliter hic cum Heinſio ſubſtituere liceret, *exſultet, Lygdame, morte mea*. ſed *inſultet* longe efficacius. ut Lib. II. El. 7. 82.

Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras,
Inſultetque rogis, calcet & oſſa mea.

Lib. II. El. 4. 5.

Nec mihi tam duris inſultet moribus, at te
Vellicet.

& propria ſignificatione Horat. Lib. III. od. 3. 40.

Dum Priami Paridiſque buſto
Inſultet armentum.

vide de hoc verbo Paſſerat. ad Catull. pag. 50. de formula *ſi placet*, quae acerbe increpanti & ſtomachanti propria, vide hic Broukhuſ. & quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. p. 560.

25. *Non me moribus illa, ſed herbis inproba vicit*] *ille* Fruter. ſed *illa* a viris doctis refertur ad pellicem, cui Cynthia haec exprobrat. *vincit* in Borrich. Leid. ſec. & tertio Voſſ. His autem nu-

Staminea rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranae portenta rubetae,

Et

numeris ex genio Propertiano artificioſe dimenſis verſum non interpolatum exhibent vetus cod. Ant. Perreji, Colotianus, duo Vaticani, Neapolitanus, Excerpt. Scalig. Mentel. Palatinus Gebhardi, Livineji codices, Heinſianus, aliique libri manu exarati. *Non me illa moribus* Borrich. duo Leidd. cum primo & tertio Voſſ. *Non me muneribus illa* &c. prave in Groningano. & corrupte in Commeliniano Gebhardi *Non me muneribus ſed herbis.* unde fluctuaſſe librarios patet. Hinc molliorem & concinnum magis verſum ſe reddituros putarunt, qui eum ſic conſtituerunt,

Inproba non vicit me moribus illa, ſed herbis.

quod primum proveniſſe ab Hieronymi Avancii audacia colligit Broukhuſius ex Epiſtola Aldi Manutii ed. Ven. 1515. praefixa, quae in meo exemplari praemittitur ante primam Aldi ed. 1502. ſed deſideratur in altera anni 1515. in qua ſcribit Aldus ſe in emendando Propertio illius Avancii opera adjutum fuiſſe; in anterioribus vero editis eo ordine legi addit, quo nunc exhibetur. ita certe reperi in Veneta 1475. Regii Lep. 1481. & Ant. Volſci 1488. ſed jam in Beroaldina anni 1487. ſic exſtat, ut deinde in Aldinis, Colinaei, Gryphii, Rovillii, aliiſque edd. excuſum fuit. quod miror Heinſio placuiſſe in notis ad Propert. p. 719. Recte vero Paſſeratius & Broukhuſius lectionis nunc receptae numeros ad ſingultantis puellae adfectum exprimendum dedita opera a Propertio ſic conpoſitos judicarunt. ſic & aliis in locis ſaepe librarios vel correctores emendationibus vel tranſpoſitionibus intempeſtivis Propertio ſuum eripuiſſe artificium notavit idem Broukhuſ. ad Lib. IV. El. 7. 5. & ad El. VIII. 63. & plura contuli ad Lib. II. El. 24. 9. ubi vide. huic autem loco ſimilia ſunt illa Hypſipyles apud Ovid. Epiſt. VI. 83. de Medea:

Nec facie meritiſve placet, ſed carmine movit,
Diraque cantata pabula falce metit, ſeqq.

& paullo poſt,

—— *male quaeritur herbis,*
Moribus & forma conciliandus amor.

26. *Staminea rhombi ducitur ille rota*] *illa* in Askew. tertio Voſſ. & quarto pro varia lectione, ut ad pellicem Cynthiae referatur. Sed *ille* bene ſe habet, ut innuat Cynthia, Propertium a pellice ſua duci ſeu irretiri, & velut rhombi ſtamine involvi, ac verſari. *rumpi* vitioſe in Regiis codd. & primis edd. *rumbi* in meo utroque. *ſtamina torti rhombi*, ſeu *torto concita rhombo Licia*, ut vocat Ovidius Lib. I. Am. El. 8. 7. erant fila rhombi rotae circumdata, quo inſtrumento in arte magica utebantur pharmaceutriae, ad aliquem amore inplicandum. vide Serv. ad illud Virgilii Ecl. VIII. 73.

Terna tibi haec primum triplici diverſa colore
Licia circumdo.

quae imitatus eſt ex Theocrito Idyll. II. 30. ubi *χάλκεον ῥόμβον* vocat:

Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσιν.

ubi vide Scholiaſt. & adde Livinejum ad h. l. Triſtanum Tom. I. Comment. pag. 196. & quae ſupra notata ſunt ad Lib. II. El. 21. 35. ubi Paſſeratius etiam adeundus, & ad h. l. praeter illos, quos indicavit Broukhuſius.

27. *Illum turgentis ranae portenta rubetae*] *protenta* corrupte in primo Voſſ. & D'Orvill. ſecundo a man. pr. quod favere poſſet Heinſio *profecta* emendanti, qui praeterea ad marg. ed. Ald. conjecerat, *Illum turgentis ſanie*, pro veneno, quia *rubetam* ſimpliciter tantum poëtae dicere malunt, *ranam* ſubintelligentes, & *ſaniem* ſerpentibus paſſim tribuunt. quam conjecturam elegantem quidem & ingenioſam vocat Broukhuſius, ſed vulgatam ex Plinio tuetur. *turbenta* in primo D'Orvill. unde *tormenta* tentabat Marklandus. forte huc facit illud Juvenalis Sat. III. 44. *ranarum viſcera numquam Inſpexi.* ubi Scholiaſtes, *non ſum venenarius.* Sat. VI. 659.

At nunc res agitur tenui pulmone rubetae.

quod Scholiaſtes exponit, *ranae, cujus viſcera venenoſa ſunt.* Ovid. III. Am. El. 7. 79. *Aut te trajectis Aeaea venefica ranis Devovet.* ut legunt nonnulli pro *lanis.* de quo loco vide Andr. Querneum cap. XI. Egregiorum, ubi & hunc Propertianum illuſtrat. Gloſſarium Henr. Stephani pag. 655. *Φρῦνος, rubeta, rana rubra.* Papias in Vocabulario: *Rubeta, ranae genus, bruſcus dicitur vulgo.*

Et lecta exſectis unguibus oſſa trahunt.

Et

vulgo. Joannes de Janua in Catholico: *Rubeta, a rubus dicitur, haec rubeta, rana in rubis manens. Juvenalis: porrectus* (ſcrib. *Porrectura*) *viro miſcet ſitiente rubetas.* qui verſus eſt ex Sat. I. v. 70. ubi Scholiaſtes Voſſianus ineditus: *Rubeta vocatur rana major a rubis, in quibus moratur, quae venenifera eſt. Tria autem ſunt genera ranarum: rubeta eſt & fluviale, eſt & calamitum, quae in calamis moratur, quod eſt mutum & parvum, quod, ut Iſidorus dicit, ſi projiciatur in os latrantis canis, ſtatim facit eum tacere.* adde Acronem ad Horat. Epod. V. 19. apud Ovid. VI. M. 380. de ranis:

Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet.

ubi *Spina rubet* ex MSS. profert Heinſius, & hinc *rubetas* dictas notavit. vide etiam de hoc loco ejuſdem Heinſii & Graevii Epiſt. T. IV. Syllog. Epiſt. pag. 296. & ſeq. ubi *ſanie* pro *ranae* ab Heinſio emendatum adprobat Graevius.

28. *Et lecta exſectis unguibus oſſa trahunt*] turbant hic admodum codices. *exectis* in Colot. Vatic. pr. & ſec. Leid. ſec. Voſſ. quarto, & a man. pr. in tertio, D'Orv. pr. meoque ſecundo. *ex ſectis* in vetuſt. edd. unde *enectis* Heinſius aliquando conjecerat. *ex ſatis* Mentel. *exſuſtis* in Excerpt. Scalig. pro *exuſtis. laeta exactis* Borrich. *exactis* etiam in D'Orv. ſec. & meo priore. *exſectis uncis* in Regiis. *ex ſertis*, vel *ex ſectis* pro varia lectione, in uno Colbert. *exactis* in altero. *exſectis anguibus* in cod. Fruter. quod rejecit Broukhuſ. & *exſectis unguibus* edidit. *quia angues, Plinio auctore, non ſunt venenati.* ut addit. Sed haec aliena ſunt. nam de veneno hic nulla mentio, ſed potius de amoris conciliatione. Delrius in Diſquiſ. Magic. Lib. III. Quaeſt. 3. pag. 14. adfert,

Et lecta e ſectis anguibus oſſa trahunt,

quod vero *unguibus* in contextu dederit Broukhuſius, ex ſua ipſius conjectura eſt, & ſegmina unguium è cadaveribus lecta intelligit, quibus in arte magica utebantur, nam non oſſa quaecumque, ſed cum certo quodam delectu partes cadaverum, & ſegmina unguium colligebant veneficae, ut notat Reineſ. Epiſt. ad Daum. pag. 97. in fin. Sed ſi haec lectio a MSS. firmaretur, mallem alio ſenſu *Et lecta exſuctis*, vel potius *exſuccis unguibus oſſa trahunt*, id eſt aridis, quia anus plerumque oſſa illa legebant. Horatius Lib. I. Sat. 8. 22. ſeqq. de ſagis:

—— quin oſſa legant, herbaſque nocentes.
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis & ſcalpere terram
Unguibus.

exſuctis autem vel *exſuccis* vetulae optime convenit. ut de puella uvis paſſis aridiore in Epigr. vet. Tom. II. Anth. Lat. p. 506.

Quae ſucco caret, ut pereſa pumex.

hinc apud Senecam Epiſt. XXX. *Scis illum ſemper infirmi corporis & exhauſti fuiſſe.* ubi *exucti* in cod. MS. Biblioth. Amſtel. pro quo ſcribendum *exſucti* vel *exſucci.* ut in vett. edd. quomodo etiam Forcellinus optimo Latinitatis Lexico, notatque in aliis edd. legi *exhauſti.* apud Horatium Epod. V. de Canidia venefica v. 37. ut in codd. MSS.

Exſucta uti medulla, & aridum jecur
Amoris eſſet poculum.

quod locis veterum adſtruit Bentlejus, ſed Heinſianum *Exeſa* praetulit, quamquam & *Exhauſta* conjiciat, quod tamen non videtur admittendum, quia *Exhauriebat* praecedit. apud Columellam quoque in Praefat. §. 16. *exſucti*, vel *exſucci ſudore* legendum cenſet Vir eruditus in Miſcell. Obſerv. Vol. VII. T. II. p. 278. Sed a Broukhuſio diſcedit Oudendorpius ad Lucan. VI. 543. qui *lecta exſectis anguibus* tuetur, vel *trita* pro *lecta* tentat. ſane *anguibus* hic eſt in omnibus fere codd. quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſ. Askew. uterque D'Orvill. & mei, cum edd. antiquioribus. Variis etiam conjecturis corrupto loco opem adferre tentavit Heinſius, tam in notis Propertianis p. 719. quam ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 87. vel enim *Exſecta e vivis anguibus exta*, vel *e foetis anguibus exta* legebat, ut apud Ovidium IV. Faſt. 638. *Extaque fumoſis ſecta dedere focis.* Seneca Medea v. 734.

Moeſtique cor bubonis & raucae ſtrigis
Exſecta vivae viſcera.

ubi vide Delrii Comment. p. 65. & ſeqq. Marklandus conjecerat,

Et lecta ex atris ignibus oſſa trahunt.

ut

Et ſtrigis inventae per buſta jacentia plumae,
Cinctaque funeſto lanea vitta toro.
Si non vana canunt mea, Lygdame, ſomnia, teſtor,
Poena erit ante meos ſera, ſed ampla, pedes.

Putris

ut apud Ovid. in Ibin v. 633.

—— circumdatus ignibus atris
Membra feras Stygiae ſemicremata rati.

& Virg. IV. Aen. 384.

—— ſequar atris ignibus abſens.
Et, cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero.

ſed, ſi hic intelligenda ſint oſſa è rogis lecta, vulgatae *exſectis*, vel *ex ſectis*, ut in MSS. eſt, propius accederet, ſi cum Heinſio Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syll. d. l. legeretur,

Et lecta ex feris ignibus oſſa trahunt.

feri enim, *ſupremi*, vel *extremi ignes*, ſunt ignes rogales. vide Broukhuſ. ad Lib. I. El. 15. 21. & de more ſagarum, oſſa e rogis ad officinam magicam inſtruendam legentium, idem agit in notis ad Tibull. Lib. I. El. 2. 46.

29. *Et ſtrigis inventae per buſta jacentia plumae*] *buſta jacentia* Broukhuſius exponit collapſa, diruta & everſa, licet Palmerii *tacentia* non rejiciat. *carentia* in D'Orvill. ſec. *rotantia* in Excerpt. Modii, ſeu Groningano. Heinſius conjecerat *recentia*, *calentia*, vel *tepentia*. ut apud Ovidium Epiſt. VI. 89. *Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.* & Tibullum Lib. I. El. 2. 48.

—— maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

vide ejus notas ad Propert. p. 719. de *plumis ſtrigis* in ſepulcreto inventis, & in arte magica adhibitis, optime Broukhuſius huc confert illud Horatii Epod. V. de Canidia:

Et uncta turpis ova ranae ſanguine,
Plumamque nocturnae ſtrigis, &c.
Et oſſa ab ore rapta jejunae canis
Flammis adurit Colchicis.

ubi vid. Torrent. adde illud Ovidii de Medea Lib. VII. Met. 269.

Addit & exceptas Luna pernocte pruinas,
Et ſtrigis infames, ipſis cum carnibus, alas.

nocturnam autem *ſtrigem* ideo vocat Horatius, quia nocte volare, infantium inteſtina comedere, & in eas mutari credebantur ſagae. vide Ovid. VI. Faſt. 135. & ſeqq. Salmaſ. ad Tertullian. de Pall. p. 471. & Lindenbr. in Gloſſar. ad Cod. Legg. Antiq. pag. 1483.

30. *Cinctaque funeſto lanea vitta toro*] *toro* recte caſtigavit Heinſius pro *viro*, ut antea in MSS. & editis. quod etiam in duobus Leidd. Voſſ. tribus, ſecundo D'Orv. & meo utroque conparet. idem Heinſius *rogo* conjecerat, vel *Cinctaque funeſtae lanea vitta pyrae.* eum vide in Epiſt. ed. Graev. Tom. IV. Sylloꝑ. p. 296. & 299. nam *Cinctaque* eſt in Leidenſibus, Voſſianis, altero meo, & D'Orvill. cujus lectionis corruptum veſtigium eſt in primo D'Orv. in quo *Cynthiaque*. *Junctaque* in cod. Heinſiano, unde ille *Vinctaque* emendaverat. ut hae voces paſſim confunduntur. vide ad Tom. II. Anth. Lat. p. 533. *Cinctaque* exhibui in ipſo contextu, quia ſic in majore codicum numero, non *Vinclaque*, ut edidit Broukhuſius, ſed *toro* recepi, (nam haec quoque ſaepius variantur in MSS.) & *laneis vittis* vel faſciis cadaver involvebatur, iiſque torum feralem ornabant. vide Oudend. ad Lucan. Lib. VI. 536. ſic & arae laneis taeniis cingebantur. ut Lib. IV. El. 6. 6.

Terque focum circa laneus orbis eat.

ubi vide.

31. *Si non vana canunt mea, Lygdame, ſomnia*] nihil mutare ſcriptos codices, notat Broukhuſius, & *canunt* tuetur, quia *canere* pro portendere, praedicere, ſaepe ponitur. *cadunt* tamen, quod probabant Paſſeratius, Gebhardus, & Scioppius Lib. III. Veriſ. cap. 20. firmatur a quinto Vaticano, Leidenſi ſecundo, tribus Voſſianis, primo D'Orvill. & meo altero. quod non facile repudiandum. ſic Lib. I. El. 16. 34.

At mea nocturno vota cadunt Zephyro.

& El. 17. 4.

—— ingrato litore vota cadunt.

ele-

Putris & in vacuo texetur aranea lecto.
Noctibus illorum dormiet ipſa Venus.
Quae tibi ſi veris animis eſt queſta puella,
Hac eadem rurſus, Lygdame, curre via.
Et mea cum multis lacrimis mandata reporta:
Iram, non fraudes eſſe in amore meo.
Me quoque conſimili inpoſitum torquerier igni
Jurabo, & bis ſex integer eſſe dies.

Quod

eleganter enim *cadere* pro evenire, de bono vel infelice ſucceſſu ſaepe occurrit. ſimilis variatio apud Tibullum Lib. I. El. 7. 91. *Haec aliis maledicta cadant*. ubi *canant* in Commeliniano Gebhardi, quod ineptum & caſſa nuce vix emendum dicit ipſe Broukhuſius, & alterum plurimis exemplis vindicat, & Lib. II. El. 2. v. 17.

Vota cadunt. viden' ut ſtrepitantibus advolet alis &c.

in pleriſque vero codd. tranſponuntur verba *mea ſomnia, Lygdame, teſtor*. ſeq. verſu recte Heinſius & Broukhuſius rejecerunt Scioppii emendationem *Poena erit ante ejus* &c. loquitur enim Cynthia de Propertio, ante pedes ſuos procumbente, & veniam rogante, paenas exactura. ſic infra El. VI. v. 12.

Et Veneris magnae volvitur ante pedes.

ubi Vulpius etiam Scioppii hoc in loco conjecturam damnat, & eodem modo, quo Broukhuſius, exponit, niſi quod *poena* pro eo, qui ſupplicio adfectus eſt, interpretetur.

33. *Putris & in vacuo texetur aranea lecto*] *Nutrix* in Borrich. *In vacuo putris* Guyetus. ſed ſine ulla neceſſitate, ut indicat locus ex Lib. II. El. 19. 43.

Putris & in vacua requieſcit navis arena.

recte vero Broukhuſius locutionem hic agnoſcit proverbialem de locis deſertis, ac rebus ſitu & ſqualore obductis, & quae pro derelictis fere habentur. de quo vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 564. & hoc Graecis quoque uſitatiſſimum eruditis animadverſionibus illuſtravit Cel. Valckenarius ad Euripidis Fragment. Var. Dramat. cap. XVI. pag. 168-170. ubi hunc Propertii verſum ex Homerico fonte deductum notavit.

34. *Noctibus illorum dormiet ipſa Venus*] *dormiat* in Groning. ſecundo D'Orvill. & meo priore. *illa Venus* in Regiis & Colbertinis. recte *dormiet* pro languebit, iners erit nocturnis illorum voluptatibus, ſeu concubitu, qua in re *noctes* paſſim noſtro dicuntur, explicat Broukhuſius, ſed quod conferat cum illo ex Tibulli carmine Ithyphallico, *Venus fuit quieta* &c. rectius illic cum Heinſio *vieta*, id eſt marcida & invalida, legendum notavi ad Tom. II. Anth. L. p. 559.

36. *Hac eadem rurſus, Lygdame, curre via*] *viam* Neapol. *Haec eadem* in primo Vatic. & Askew. *Huc* conjecerat Heinſius. *eadem* contracta in biſyllabam voce. ut Lib. II. 7. 88.

Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor.

vide ad Lib. IV. El. 7. 7.

39. *Me quoque conſimili inpoſitam torquerier igni: Jurabo,*]

Te quoque in Borrichiano. *cum ſimili* in Groning. & meo ſecundo. *conſuli* in Neap. quod contractum ex *conſimili*, ut in pleriſque codd. *conſimili toſtum torquerier igni* Heinſius. ſed *inpoſitam* non videtur ſollicitandum, quia *igni inponi* frequens locutio eſt. ut apud Ovidium Elegia de Nuce v. 177.

Si merui, videorque nocens, inponite flammae,
Noſtraque fumoſis urite membra focis.

vide notas ad Gratii Cyneg. v. 416. *torquerier* etiam eſt apud Horat. II. Sat. 8. 67.

—— torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum.

ſed *torrerier* Palmerio hic placebat. ut infra El. XXIII. 13.

Correptus ſaevo Veneris torrebar aheno.

ubi

Quod mihi ſi tanto felix concordia bello
Exſtiterit, per me, Lygdame, liber eris.

ELEG.

ubi vide. ita apud Tibullum Lib. I. 4. 81. legit Cl. Heynius,

Heu heu quam lento Marathus me torret amore.

pro *torquet.* & paſſim haec verba confundi videbis in notis Heinſii & Drakenb. ad Silium Lib. I. 194. ſic Lycidam ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας vocat Theocritus Idyll VII. 55. recte tamen vulgatam tuetur Paſſeratius, & locutionem deducit ab igne, quo fontes torquebantur in quaeſtionibus. unde Lib. I. El. I. 27.

Fortiter & ferrum, ſaevos patiemur & ignes.

Lib. IV. El. 7. 43.

Lygdamus uratur, candeſcat lamina vernae.

Tibullus Lib. I. El. 9. 21.

Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

apud Ovidium Lib. III. A. A. 573.

Ignibus hic lentis uretur, ut humida taeda.

ubi ex cod. Regio *torretur* praefert Patruus meus. mox *Jurato* legendum cenſebat Heinſius, quod codici ſuo adſcripſerat Marklandus. ut ad Lygdamum ſermo ſit, praeceſſit enim *curre via, & mandata reporta. Jurabo bis ſex,* omiſſa copula, in Mentel. Neapol. Borrich. Leidenſi ſecundo, tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. & meis.

42. ——— *felix concordia bello*
Exſtiterit, per me, Lygdame, liber eris]

ſic diſtinguitur in pleriſque codicibus & edd. Marklandus legebat,

——— *felix concordia bello*
Exſtiterit per te.

ut & ipſe olim conjeceram. ſed nunc praefero *per me liber eris.* hoc eſt meo beneficio, ut in manumiſſionis formula *liber eſto.* ſic Lib. II. 21. 44.

——— *per magnum ſalva puella Jovem.*

infra El. XV. 5.

Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes.

& ſic paſſim *per te, per me,* fieri dicuntur, quorum quis cauſſa eſt. vide Patrui mei notas ad Ovid. Epiſt. I. 3. & ad Ep. VI. 147.

E L E G. V.

Ergo ſollicitae tu cauſſa, pecunia, vitae es:
Per te inmaturum mortis adimus iter.

Tu

Eleg. V.] de morte peti, et mala avariciae inſcribitur in Veneta 1475. hoc eſt avaritiae, ut in ed. Reg. Lep. & Volſci, vel, ut in meo codice ſecundo, de morte peti et malo avaritiae. in Regiis & Colbertinis, de morte paeti, et malis avaritiae. apud Octav. Mirandulam in Viridar. Illuſtr. Poet. fol. 184. de morte paeti, et avaritiae mala. in Aldinis, de morte peti ob avaritiam. in Beroaldina ſimpliciter de morte poeti. in primo meo codice queritvr peti mortem. ut in Borrichiano, niſi quod poetae, pro paeti ſupinitate librarii. *Paetus* cognomen fuit familiae Aeliae, Papiriae, Arriae, Caeſenniae, & Conſidiae; forte ab oculorum vitio, ut *Pompejus Strabo*, *Appius Caecus*, & ſim. Cicero pro Cluentio cap. 26. *quid tu, inquit, Paete? hoc enim tibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat.* *Papirio Paeto* inſcriptae ſunt variae Epiſtolae apud Cic. IX. ad Fam. Ep. 16. & ſeqq. *Caeſennius Paetus* eſt in Numis Conſularibus Familiae Caeſenniae. vide Glandorpii Onomaſticon pag. 181. & in meo Domitiani numo inſigni Smyrnenſi, qui Smyrnae & Epheſi ὁμονοίαν exhibet, cum epigraphe ΕΠΙ ΚΑΙϹΕΝΝΙΟΥ ΠΑΙΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤ. quem male expoſuerunt Vaillantius in Num. Gr. Imp. Rom. pag. 33. & Morellius tam in Theſ. Num. Imp. Rom. Tom. III. Tab. 97. N. 15. quam in Theſ. Famil. Rom. Tom. I. pag. 57. idemque *Caeſennius Paetus* eſt in Numiſmate Domitiae apud Patinum p. 169. & Harduinum de Num. Pop. & Urb. p. 162. qui Patinum male legentem refutans ipſe infelicius corrigit ϹΕΠ. ΠΑΙΤΟΥ, *Septimium Paetum* ex *Caeſennio Paeto*, Aſiae Proconſule ſub Domitiano, effingens. quod nomen recte vindicarunt Spanhem. de Praeſt. & uſu Numiſm. Diſſ. VI. p. 570. Noriſ. de Annis & Epoch. Syro Maced. Diſſ. II. p. 133. & Ryckius in notis ad Tacit. XIV. Ann. c. 19. p. 238. & ſeq. praeter hos *Paetus* Arriae maritus memoratur apud Plinium Lib. III. Epiſt. 16. & neſcio quis *Paetus* apud Cic. XIII. Philip. cap. 16. *ſecuri percuſſos Paetum & Menedemum.* ut recte vindicavit Graevius. nam *Petrum* illic ingeſſerant ſomniantes librarii. quod malo judicio tuetur Gruterus. *Paetum* vero hunc eſſe eumdem illum *Arrium*, *Paeti* cognomine etiam dictum, in quem ludit Catullus Ep. LXXXV. ubi Arrium hunc in Syriam navigaſſe, & in Jonio mari ſubmerſum fuiſſe indicat, conjectura eſt Paſſeratii pag. 439. quam tamen certam adfirmare nolim. Cum Elegiae hujus argumento conferenda ſunt aliquot Epigrammata, quae in Anthologia Graeca occurrunt, Lib. I. Tit. 56. Ep. 2. Lib. III. Tit. 22. Ep. 26. & 39. p. 364. ed. Obſop. Stobaeus Serm. LVII. p. 374. Petronii locus de Lyca naufrago cap. 114. quem cum nonnullis hujus Elegiae verſibus conpoſuit J. Douſa P. Lib. II. Praecidan. cap. 10. & egregie huc facit illud Plinii Lib. II. cap. 47. *Nec tamen ſaevitia tempeſtatum concludit mare. Piratae primum coëgerunt mortis periculo in mortem ruere, & hiberna experiri maria. nunc idem hoc avaritia cogit.* Plurima vero hujus Carminis valde inverſa & tranſpoſita in MSS. & antiquis edd. leguntur. unde ſuam operam in plurimis hujus Elegiae valde turbatae ac confuſae verſibus alio ordine digerendis jam contulit Gul. Canterus Lib. V. Novar. Lect. cap. 30. Scaliger ita tranſpoſuit, ut nunc legitur, probante Guyeto. ſed editor Elect. Etonenſ. Major. pag. 151. & ſeqq. antiquiores editiones ſecutus eſt. in notis tamen nonnulla aliter tranſponere conatur.

v. 1. *Ergo ſollicitae tu cauſſa*] ſic in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. & primis edd. *Ergone* male in Mentel. Heinſiano, primo Leid. aliiſque, & in vitioſis edd. ſecunda enim correpta apud aevi Auguſtei poëtas non occurrit. & *Ergo*, ſtomachanti proprium, recte vindicatur a Broukhuſio. vid. ad Lotich. pag. 12. & ad T. I. Anthol. Lat. pag. 357. *tua cauſa* in meo ſecundo. *es* deſideratur in Neapol. altero verſu *ematurum* in primo D'Orvill. *inmaturae* adfert Lipſius ad Senec. Lib. III. de Ira cap. 32. quod ta-

Tu vitiis hominum crudelia pabula praebes:
  Semina curarum de capite orta tuo.
Tu Paetum ad Pharios tendentem lintea portus
  Obruis inſano terque quaterque mari.
Nam dum te ſequitur, primo miſer excidit aevo,
  Et nova longinquis piſcibus eſca natat.

Flens

tamen a nullo codice aut vetuſta editione confirmatur. dein *mortalia pabula* in D'Orvill. ſec. *miſces* pro *praebes* in aliis legi teſtatur Lat. Latinius: quod ſi probum eſſet, *pocula miſces* alii forte ſubſtituerent, & Senecae verbis, loco indicato, adſtruerent, ubi ſimili fere ſententia: *haec* (pecunia) *fora defatigat, patres liberoſque committit, venena miſcet, gladios tam percuſſoribus quam legionibus tradit. haec eſt ſanguine noſtro delibuta.* ſed ſana mutare nihil opus eſt. neque aliter ac hic leguntur, quatuor priores verſus, codicibus MSS. uſus, adfert Alb. Eyb in Margar. Poët. cap. XIII. ſeq. verſu *Semine curarum* editor Elect. Etonenſ. ex ed. Brixiana. licet in nota addita fluctuet, ut in explicatione loci valde aeſtuat Paſſeratius.

6. *Obruis inſano terque quaterque mari*] imitatus eſt, ni fallor, Ovidius Epiſt. I. 6.

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

ubi fruſtra *incanis aquis* corrigit Bentlejus ad Lucan. Lib. II. 673. in Epigr. veteri Tom. I. Anth. Lat. pag. 506.

Hactenus iratum mare noverit. ecce refuſo
Gurgite ſecuros obruit unda pedes.

ut in nonnullis codd. legitur pro *abluit*, quod illic hoc ipſo Propertii loco defendi poſſe notavi. Juvenalis Sat. XIV. 296.

——— *hac forſitan ipſa*
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus.

mirari ſatis non poſſum Paſſeratii acumen, qui hoc in verſu dilogiam ſtatuit, *obruis ter quaterque*, & *mari ter quaterque inſano.* an igitur hoc etiam modo infra El. X. v. 15. *Ter quater in caſta felix, o Poſtume, Galla* exponendum, *ter quater felix*, & *ter quater caſta?* ſed formula haec *ter quater, terque quaterque*, apud poëtas ſine talibus argutiis frequentiſſima eſt, pro ſaepius, numero non ſtricte ſumto, ut apud Tibull. III. 3. 26.

O mihi felicem terque quaterque diem.

ter quater Statio VII. Theb. 594. & IX. 484. & apud alios paſſim. merito itaque Paſſeratium hic inriſit Broukhuſius.

7. *primo miſer excidit aevo*] *occidit* male conjecit Livinejus, quod in editione Volſci legitur, forte quia infra v. 60. *Paetus ut occideret, tot coiere mala.* ſed ubi diverſa locutio eſt. Paſſeratius *excidit* interpretatur, navi excidit, in mare periit, adductis Euripidis & Virgilii locis, & ſic ἐκπίπτειν Graecis. vid. Jac. Gronovium ad Arrian. Lib. VI. cap. 25. ſed quia additur *excidit aevo*, dictum arbitror, pro, vita, aetate privatus eſt. ſupra El. I. hujus Lib. v. 63. *At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo Excidit.* conferendum Epigramma Leonidae Lib. III. Anthol. Gr. Tit. XXII. Ep. XI. ubi eadem fere de Callaeſchro naufrago:

Εὖρε με τρηχεῖα καὶ αἰπήεσσα καταιγὶς,
  Καὶ νὺξ, καὶ δνοφερῆς κύματα πανδυσίης
Ἔβλαψ' Ὠρίωνος. ἀπώλισθον δὲ βίοιο
  Κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς.
Κἀγὼ μὲν πόντῳ δινεύμενος, ἰχθύσι κύρμα
  Οἴχημαι. ψεύστης δ' οὗτος ἔπεστι λίθος.

quod ſic vertebat Hugo Grotius:

Nox gravis, & totus pelagi jam factus Orion,
  Et turbans Euri ſaeva procella fretum,
Callaeſchro nocuere mihi: namque excido vita,
  Dum medium Libyci gurgitis aequor aro.
Jamque feris ego praeda natantibus aequore volvor,
  Hic tumulus mendax nil niſi nomen habet.

cui ſimile illud ejuſdem Callaeſchri cenotaphium, Epigr. LVII.

Οὗτος ὁ Καλλαίσχρου κενεὸς τάφος, ὃν βαθὺ χεῦμα
  Ἔσφηλεν Λιβυκῶν εὐδρομέοντα πόρων.
Συρμὸς ὅτ' Ὠρίωνος ἀνεστρώφησε θαλάττης
  Βένθος, ὑπὸ στυγνῆς οἴδματα πανδυσίης.

Flens tamen extremis dedit haec mandata querelis,
Quum moribunda niger clauderet ora liquor:
Dî maris, Aegei quos ſunt penes aequora, Venti,
Et quaecumque meum degravat unda caput.

Quo

Καὶ τὸν μὲν δαίσαντο κυκάμενοι εἰν ἁλὶ θῆρες,
Κωφὸν δὲ στήλη γράμμα λέλογχε τόδε.

hoc eſt, eodem Interprete:

Hic eſt Callaeſchri tumulus, ſed inanis, ab Afro
Litore quem vectum dira fefellit aqua.
Cum pelagus, ſubiens quod jam turbabat Orion,
Exciit ex imis aequora tota vadis.
Illum ſubter aquas piſces edere marini.
Nominis haec ſervat muta columna notas.

ubi feris carnivoris & piſcibus marinis eſca eſſe etiam dicitur, ut hoc loco, & eod. Tit. Ep. 15.

Σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες. &c.

longinqui autem *piſces*, ut apud Ovid. in Ibin v. 150.

Noſtraque longinquus viſcera piſcis edat.

idque recte Paſſeratius de mari, quod procul a domo erat, exponit, &, licet aliam quoque interpretationem addat, ſed quam inprobat Barthius ad Stat. IX. Theb. 300. Claudiani loco firmat Gebhardus, Lib. II. in Eutrop. 334.

Non freta longinquis Maeotica piſcibus explent.

longinquus enim tam de loco, quam tempore dicitur. ſupra Lib. II. El. 7. v. 67.

Quod ſi longinquos retinerer miles ad Indos.

vid. Broukhuſ. ad Lib. I. El. 6. 27. & notas Vir. doct. ad Claudian. Idyll. 1. 27.

9. *Flens tamen extremis dedit haec mandata querelis*]. Eſt imitatio Catulli Epith. Pel. & Thetid. v. 130.

Atque haec extremis maeſtam dixiſſe querelis.

ſeq. verſu *clauderet oſſa liquor* vitioſe in quarto Voſſ. haec reſpiciebat Ovidius Lib. II. A. A. 92. de Icaro,

Clauſerunt virides ora loquentis aquae.

Auctor Octaviae v. 346. de Agrippina a Nerone ſubmerſa:

—— ferar ad manes
Inhumata tuos,
Obruta ſaevis aequoris undis
Feriunt fluctus ora loquentis.

niger vero *liquor*, ut infra v. 66. *Et niger invitam traxit hiatus aquam.* ubi vide. haec autem & ſequentia ſimilia ſunt Euphorionis verſibus ex Philoctete, inter Excerpta Stobaei Grotiana pag. 227.

Τὸν δ᾽ ἐκάλυψε θάλασσα λιλαιόμενον βιότοιο,
Καὶ οἱ πήχεες ἄκρον ὑπερβαίνοντο ταθέντες,
Ἀχρεῖα σπαίροντες ἅλις Δολοπιονίδαο
Δυστήνου. ζολῷ δὲ μεθ᾽ ὕδατος ἔμβαλε πᾶσαν,
Χεῖρας ὑπερπλάζων, ἅλμη δ᾽ ἐκάλυψεν ὀδόντας.

11. *Dî maris, Aegei quos ſunt penes aequora, Venti,*] *ponti*, non *venti*, in Excerptis Scalig. unde in ejus editionem irrepſit. & ſic conjecerat Marklandus. ſed *venti* in omnibus codd. & edd. vetuſtis, & recte a Broukhuſio vindicatur haec lectio. *Ventos* enim cum ceteris Diis etiam invocat ille apud Tragicum in verſibus apud Cic. IV. Tuſc. Quaeſt. 34. *Te Apollo ſancte, fer opem, teque omnipotens, Neptune, invoco, Voſque adeo Venti.* vide praeſertim Syneſii Epiſt. 55. pag. 147. Virgilius Lib. X. 676.

— vos o potius miſereſcite Venti.

neque diſſimile eſt illud Lib. V. Aen. 235.

Fudiſſetque preces, divoſque in vota vocaſſet:
Dî, quibus imperium eſt pelagi, quorum aequora curro.

quem locum forte cogitabat Paſſeratius, & cum eo confudit, quod mox e Virgilio adfert Lib. V. Aen. *Ventoſque in vota vocabant.* id enim fruſtra in eo quaeras. hinc apud Ovid. II. Am. 16. 27.

Quod ſi Neptunum ventoſa potentia vincit,
Et ſubventuros auferet unda Deos.

& hinc ventis, ut Diis, dedicatum atque inmolatum

Quo rapitis miſeros primae lanuginis annos?
Adtulimus longas in freta veſtra manus.

15. Ah

tum fuit. vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. od. 25. v. ult. Vulgatam lectionem ſi ſequamur, *Aegei quos ſunt penes aequora*, *Aegeum* abſolute, pro mari Aegeo capiendum. ut *magnum Aegeum* Statio III. Th. 434. & *Jonium* Claudiano Lib. I. de Laud. Stilic. v. 174.

—— *ſub puppibus ibat Jonium.*

Seneca Agam. 506.

Sed trunca toto puppis Jonio natat.

Ovidius IV. Met. 534.

Jactari quos cernis in Jonio inmenſo.

vel *Jonius*, & *Aegeus* genere maſculino. Claudian. II. in Eutrop. 333.

Ingluviem non Aegeus, non alta Propontis.

vid. Rutgerſ. Lect. Venuſ. cap. X. notas ad Tom. I. Anth. Lat. p. 114. & infra ad Libri hujus El. IX. v. ult. & in genere *Aegaeum* pro fluctuoſo & magno mari. vid. D. Heinſ. ad Sil. Ital. Lib. I. 468. Sed diſtinguendum puto,

Di, maris Aegei quos ſunt penes aequora, Venti.

nam *maris aequora* more poëtarum dicuntur. ut *aequora ponti*, & ſim. vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 144. huc facit & Poeto convenit, *Aegeum navigare, de homine ob lucri ſtudium nihil omnino periculi recuſante*, ut exponitur in Sylloge MS. Proverbiorum ex codice Meermanniano. quae eadem verba leguntur apud Eraſmum in Adagiis Titulo *Diſcrimen* pag. m. 207. unde non inmerito colligebat Cel. Ruhnkenius, Syllogen illam Meermannianam non a veteri quodam Grammatico, ſed ab homine recentiore ex Eraſmo excerptam eſſe. alteri verſui ſimile illud Lib. IV. El. IX. 26.

Et quaecumque meos inplicat unda pedes.

degravat autem, ut apud Livium Lib. IV. cap. 33. *etiam nandi peritos laſſitudo & pavor degravant.* Ovidius IV. Faſt. 436. *Haec gremium, laxos degravat illa ſinus.*

14. *Adtulimus longas in freta veſtra manus*] *in freta longa* male in Borrich. & meo ſecundo. *veſtra* in Colotiano, primo & quinto Vaticano, Mentel. Groning. aliiſque. ſed valde placet, quod in Regiis, Colbertinis, Askew. & primis aliiſque vetuſtioribus edd. legitur *in freta vaſta*. quod in ſuis etiam membranis invenit Gebhardus. ſaepe enim aliis etiam in locis *veſtra* & *vaſta* fuiſſe confuſa patebit ex notis ad Ovid. III. Amor. El. I. 40. *vaſta* autem *freta* vel *aequora* communi quaſi epitheto poëtis dicuntur. infra v. 56. huj. Eleg. *Naufraga quum vaſto Graecia tracta ſalo eſt.* & paſſim. *Haud tulimus* conjecerat Heinſius. *An tulimus* legendum videbatur doctiſſ. H. J. Arntzenio in Specim. Obſerv. pag. 104. ſed vulgatam non ſollicito. Lib. IV. El. 6. v. 31.

Non ille adtulerat crines in colla ſolutos.

longas vero *manus*, teretes, & juveniles, *ῥαδινὰς* exponebat Fruterius, vel formoſas. Lib. II. El. 2. 57. *Fulva coma eſt, longaeque manus. lotas* Lipſio placebat ad Suet. Tit. cap. 9. quod ſequitur Struchtmeyer in Animadv. Crit. pag. 100. Scaligeri ac Broukhuſii expoſitionem rejiciens. *locum corruptum, Scaligerumque male eum fuiſſe interpretatum* adſcripſerat Marklandus. Sed virum illuſtrem *longas manus*, perjurio non debilitatas, interpretantem laudavit Caſaubonus in Lect. Theocr. cap. X. putabant enim perjuros membro aliquo mutilari vel deformari. vid Turneb. Lib. XXVI. Adverſ. cap. 31. & Torrent. ad Horat. Lib. II. od. 8. 3. *longas comas* conjecerat Oudendorpius, eodem ſenſu, pro perjurio non inminutas. cui favere poteſt locus Ovidii Lib. I. Am. 14. 41.

Nec minuit denſas invida lingua comas.

praeſertim adſtipulatur huic conjecturae alter Naſonis locus, a Broukhuſio prolatus, Lib. III. Am. 3. 3.

Quam longos habuit, nondum perjura, capillos,
Tam longos, poſtquam numina laeſit, habet.

Petronius cap. 105. *Itane, inquit, capillos aliquis in nave praecidit, nocte intempeſta* &c. *ſed quia nocentes horridos longoſque habebant capillos, ne viderer de nave carcerem facere, juſſi ſqualorem damnatis auferri.* & hinc e naufragio ſervati crines tondebant & ſacrabant. vide Luciani vel Lucillii

Epi-

Ah miſer Alcyonum ſcopulis adfigar acutis.
In me caeruleo fuſcina ſumta Deo eſt.
At ſaltem Italiae regionibus advehat aeſtus:

Hoc

Epigramma Lib. VI. Anth. Gr. Tit. 21. Ep. 1. & illic Brodaei notas. Perjuris autem & perfidis mare valde periculoſum ſtatuebant. Dido apud Ovid. Epiſt. VII. v. 57.

Nec violaſſe fidem tentantibus aequora prodeſt.
Perfidiae poenas exigit ille locus.

certe hoc praeferendum videtur conjecturae Paſſeratii *Attulimus longas moras*, ut dicat Paetus, ſe diu cunctatum eſſe, neque ſtatim navigare voluiſſe. ſed longe aliam Propertio mentem adfingit Vulpius, putatque Paetum Diis maris in memoriam revocare, ſe, antequam navem conſcenderet, ſacrificia non neglexiſſe, & mare intraſſe palmis ſupplicibus, & ad Deos protentis; gloriaturque locum a nemine adhuc explicatum ſatis feliciter ſe primum expoſuiſſe. mirum non conjeciſſe *largas*, quod tali interpretatione dignum eſſet. locum vero Ovidii, quem hos Propertii verſus ante oculos habuiſſe exiſtimabat, ex Epiſt. X. 145.

Has tibi plangendo lugubria pectora laſſas,
Infelix tendo per freta longa manus.

nihil cum his commune habere certus ſum. illic enim Ariadne manus ſupplices per freta ad Theſeum, ut reditum ejus exoret, tendere fingitur. Sed malim Scaligeri & Caſauboni calculo ſubſcribere.

15. *Scopulis adfigar acutis*] *affligar* in Excerpt. Scalig. Regiis, Mentel. Perreji & Fruterii codice, Neap. primo & ſec. Vatic. primo Leid. & Askew. cum primis edd. Venet. Reg. Lepid. Volſci & Beroald. *atfligar* ſec. Leid. prim. & tert. Voſſ. ac prior D'Orv. *affligor* in meo ſec. *ego figar* in priore. *affigar* in Groning. aliiſque codd. ut in edd. Aldin. Junt. Colin. & Gryph. *affligar* ex cod. Regio male etiam legiſſe Guyetum notat Heinſius, qui *adfigar* recte praetulit in notis ad Ovid. III. Faſt. 599. quod & placuit Gronovio Lib. IV. Obſerv. cap. 8. ut haec paſſim confunduntur. Virgilius I. Aen. 59. *ſcopuloque infixit acuto.* ubi male in aliis *Inflixit*, quod & praetuliſſe Cornutum, notat Servius. vide illic Val. Guellium & Heinſium, ejuſdemque notas ad Ovid. XII. Met. 139. & Comment. ad Tacit. IV. Annal. cap. 45. non diſſimile illud in monumento Epheſino, quod produxit Chishull in primis foliis Tomi ſecundi, ſed non abſoluti, Antiqq. Aſiatic. N. XVI. pag. 12.

Ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἐμὰς σπιλάδες διέχευαν
Ὀξεῖαι κρημνῶν ἆλμ᾽ ὑποδεξάμεναι.

Dum feror in praeceps ſcopulis illiſus acutis,
Oſſa quidem & nervi diſperiere mei.

16. *In me caeruleo fuſcina ſumta Deo eſt*] hunc verſum & 19 ex Homero deſumtum notavit Scaliger. & hinc forſan auctor Carminis liberi Tom. II. Anth. Lat. pag. 486.

Nec datur aequoreo fuſcina tecta Deo.

17. *At ſaltem Italiae regionibus advehat aeſtus*] *evehat* in Regiis & Colbertinis, aliiſque codd. & primis edd. quod male praetulit & in contextu exhibuit Broukhuſius. *evehat* enim eſt a litore in altum vehat. ſed *advehat* legendum, quod firmat codex Scaligeri & ſecundus D'Orvill. optat enim, ut aeſtus maris ad litus Italiae corpus ſuum referat, ſive, *ad litus expellat*, ut dicit Petronius cap. 114. ſimile votum Leandri apud Ovid. Ep. XVIII. 197.

Optabo tamen, ut partes expellar in illas,
Et teneant portus naufraga membra tuos.

& Ceycis Lib. XI. M. 562.

—— ſed plurima nantis in ore
Halcyone conjux. illam meminitque refertque:
Illius ante oculos ut agant ſua corpora fluctus
Optat, & exanimis manibus tumuletur amatis.

avehat legebat Guyetus, ut in tertio Voſſ. ſed perperam. ſic *propelli* in altum, & contra *referri*, id eſt ad litus revehi, dicitur navis. Ovidius Epiſt. XXI. 41.

Ipſa, velut navis, jactor, quam certus in altum
Propellit Boreas, aeſtus & unda refert.

advehat etiam correxerat Marklandus. vide & Obſerv. Miſcell. Vol. II. Tom. I. pag. 112.

ubi

Hoc de me, ſat erit, ſi modo matris erit.
Subtrahit haec fantem torta vertigine fluctus:
Ultima quae Paeto voxque dieſque fuit.

Paete,

ubi eruditus Britannus oſtendit loca Livii & Quinctiliani, a Broukhuſio producta, ut *evehat* defendat, nihil ad rem facere, cui in nota ſubjecta conſentit D'Orvillius, ſed *evehat* tuetur, & alio ſenſu exponit de aeſtu, qui ex fundo maris Paetum evehere poterat in litus Italicum, idque locis magis oportunis firmat.

18. *Hoc de me, ſat erit, ſi modo matris erit*] *Hoc modo me* codex Scaligeri. in aliis edd. diſtinguitur, *Hoc de me ſat erit.* intellige corpus mortui & ad Italiae litus ejecti, quod ſolum de Paeto ſupererat. ut Lib. III. El. 10. 13.

Neve aliquid de me flendum referatur in urna.

ſi modo mater erit in Borrich. Heinſiano, & meo priore. forte legendum, *ſi modo matris ero.* id eſt, ſi mater cadavere meo potiri poterit. hinc infra v. 25.

Et mater non juſta piae dare debita terrae,
Nec pote cognatos inter humare rogos.

Tibullus Lib. I. El. 3. 5.

Abſtineas, mors atra, precor: non hic mihi mater,
Quae legat in maeſtos oſſa peruſta ſinus.

Si quis tamen vulgatam praeferat, nihil moror.

19. *Subtrahit haec fantem torta vertigine fluctus*] *flantem* cod. Scalig. *hoc fantem* in Voſſiano, Heinſiano, primo D'Orvill. ac meo. *fontem* vitioſe in Borrich. & Voſſ. tert. *frontem* ſec. D'Orv. confer cum his illa Petronii cap. 114. *& illum quidem vociferantem in mare ventus excuſſit, repetitumque infeſto gurgite procella circumegit atque hauſit.* Seneca Octavia v. 345.

Obruta ſaevis aequoris undis.
Feriunt fluctus ora loquentis.

Ovidius Lib. II. A. A. 91. de Icaro,

Decidit, atque cadens, Pater, o pater, auferor, inquit.
Clauſerunt virides ora loquentis aquae.

20. *Ultima quae Paeto voxque dieſque fuit*] *noxque* in Groning. Askew. ſec. Leid. Voſſ. tert. D'Orvill. & meo utroque. ut in vetuſtis edd. ſed *voxque* in Mentel. Colot. Neap. ſecundo & quinto Vatic. quod a Douſa P. jam reſtitutum vindicavit Broukhuſius, repudiante Marklando, qui codici ſuo adſcripſerat. „ noxque dieſque *eſt ultimum tempus.* Ovidio III. „ Triſt. 3. 18.

Nulla venit ſine te nox *mihi*, *nulla* dies.

„ voces *noxque dieſque* quando conjunguntur, „ omne tempus ſignificant. noſter Lib. I. El. „ 8. 44.

„ *Sive* dies *ſeu* nox *venerit, illa mea eſt.*

„ & Lib. II. El. 12. 24.

„ *Nox tibi longa venit, nec reditura dies.*

„ male Broukhuſius ſubſtituit *vox.* ſed nimia fiducia Broukhuſium reprehendit Marklandus, & aliena ſunt loca, quibus probet *noxque dieſque* eſſe ultimum tempus. *voxque dieſque* optima eſt lectio, quae habetur etiam in MSS. Paſſeratii; & Douſae emendationem probarunt Scaliger ac Guyetus. idque ſuadent illa *Subtrahit haec fantem.* & mox, *quid cara natanti Mater in ore tibi eſt?* ultima enim voce *Matrem* clamabat. ut apud Statium IX. Theb. 349.

Ultimus ille ſonus moribundo emerſit ab ore,
Mater. in hanc miſeri ceciderunt flumina vocem.

quod cum hoc loco contulit Barthius. ſic Icarus cadens in mare, *Patrem* clamat, d. l. Ovidii, & de Ceyce & Halcyone Lib. XI. M. 665.

Oraque noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Inplerunt fluctus.

& paullo ante v. 562.

——— *ſocerumque patremque*
Invocat heu fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone conjux, illam meminitque refertque.

& ita paſſim moribundis parentum vel carorum nomina in ore dantur, ut vox ultima. quod pul-

Paete, quid aetatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt? non habet unda Deos.
Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis
Omnia detrito vincula fune cadunt.

25. Et

pulchre illuſtrat Broukhuſius. ſupra Lib. II. El. 20. 12.

At tu vix primas adtollens gurgite palmas
Saepe meum nomen jam peritura vocas.

ubi vide Paſſerat. p. 353. neque aliter de eo, qui defunctum ingenti deſiderio luget. ut de Orode filium Pacorum inpatienter plorante Juſtinus Lib. XLII. cap. 4. *poſt multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quam Pacorum vocabat. Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur.* & de Virginio Rufo defuncto Plinius Lib. II. Epiſt. 1. *Virginium cogito, Virginium video. Virginium jam variis imaginibus audio, adloquor, teneo.* &c. totum vero hunc Propertii locum eleganti artificio aemulatus eſt Petrus Bembus in Galatea, de Fauno in undis eam inſequente, ſed aquis obruto:

Labitur, & ſummas dorſo convertit arenas;
Labentem intortis obruit unda fretis.
Utque Deam, Galatea iterans, Galatea, vocabat,
Inplerunt tenues ora vocantis aquae.

21. *Paete, quid aetatem numeras?* ——
—— *non habet unda Deos.*]

quid aetatem narras in ſecundo D'Orvill. quod favet Cl. Schradero, cui *memoras* corrigendum videbatur Emend. cap. VIII. propter v. 13. *Quo rapitis miſeros primae lanuginis annos.* quamquam alterum conſtanter ſervent omnes codd. & edd. veteres. ut apud Albinov. Epicedio Druſi v. 447.

Quid numeras annos, vixi maturior annis.

mox *non habet unda Deos* ad notam illam veterum formulam, qua in rebus calamitoſis Deos eſſe negabant, refert Barthius ad Claudian. pag. 1079. ſed id hujus loci non eſt. nam haec ſpectant ad ea quae ſupra praeceſſerant v. 11. *Di maris, Aegei, quos ſunt penes aequora.* &c. *Quo rapitis miſeros primae lanuginis annos?* ſed habet hic corruptum videtur. an forte caſtigandum, *non pavet unda Deos.* Lib. IV. El. 5. v. 38. *has artes ſi pavet ille, tenes.* Horatius Lib. I. od. 37. 23. de Cleopatra,

—— *nec muliebriter*
Expavit enſem.

certe aequor ſuos *non habere Deos* dici nequit, nam paſſim *Di maris*, quibus imperium pelagi eſt, poëtis memorantur, ut ſupra v. 11. ſed in procellis vehementioribus aequor Deorum ſuorum rationem juſtamque venerationem non habere, ſani & poëtici coloris eſt.

23. *Nam tibi nocturnis ad ſaxa ligata procellis*
Omnia detrito vincula fune cadunt]

ſaxa illa *ligata* Heinſius videtur conjunxiſſe, ſed de mendo ſuſpecta habuiſſe, nam *rigata*, vel *agitata*, vel denique *Eubaea* aut *Aegaea* conjecerat. & *agitata* firmabat ex hujus Libri El. I. v. 43.

Saxa Cythaeronis Thebes agitata per artem.

ſed ubi alio ſenſu dicuntur. Nihil autem hic mutant codices aut vetuſtae editiones, & haec verborum ſtructura ſatis aperta videtur, *omnia vincula, ligata ad ſaxa, nocturnis procellis detrito fune cadunt.* per *ſaxa* intelligi λογγᾶνες, ad quos adligabantur naves, notat Valens Guellius ad Virg. VII. Aen. 106. aut anchoras ipſas, quae apud veteres ex ſaxo vel ingenti lapide erant. vide Lycophr. v. 20. Apoll. Rhod. 1. 955. Scholiaſt. Pindar. ad od. IV. Pyth 341. Plinium XXXVI. 15. & Berkel. ad Steph. Byz. in Ἀγκυρῶν. ſic *ſaxa* Lib. IV. 1. 110.

—— *namque Aulide ſolvit*
Ille bene haerentes ad pia ſaxa rates.

hinc infra v. 49.

Anchora te teneat, quem non tenuere penates.

nocturnas autem *procellas* pro vehementiſſimis ponit. ut Lib. I. El. 16. 34.

At mea nocturno vota cadunt Zephyro.

altero verſu *de trito* in meo ſecundo, aliiſque codd. & edd. antiquis. *de triſti* in Borrich. & meo priore.

25. *Et*

Et mater non juſta piae dare debita terrae,
Nec pote cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volucres adſtant ſuper oſſa marinae,
Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.
Infelix Aquilo, raptae timor Orithyîae,
Quae ſpolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina?
Portabat ſanctos alveus iſte viros.

O

25. *Et mater non juſta piae dare debita terrae, Nec pote cognatos* &c.] *At mater* in Groningano. & ſic Guyetus, & Heinſius. neque aliter in ora libri ſui Marklandus. *buſta* male in Mentel. & primo Leid. eadem varietate apud Lucan. IX. 67.

—— numquam dare juſta licebit
Conjugibus.

quod hoc Propertii loco recte firmat Oudendorpius, pro *buſta*, ut in aliis. in Epigr. Vet. Tom. II. Anth. Lat. Ep. 342.

Cui tot amicorum juſta dedere manus.

Terrae majore litera ſcribendum notaverat Marklandus, nempe Terrae Matri. ut apud Suet. Tib. 75. *Terram Matrem Deoſque Manes orarent, ne mortuo ſedem ullam darent.* ſed hoc minus placebat amiciſſimo Santenio, qui per *terram* hic intelligebat pulverem arenae, quam quia mater non poterat dare, Paetum ſponte ſua vilis arena tegeret. *Ut pote* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *Nec potes ignotos* in Commeliniano Gebhardi.

27. *Sed tua nunc volucres adſtant ſuper oſſa marinae*] *Sed ſua*, & verſ. ſeq. *Nunc ſibi pro tumulo* legebat Gruterus Lib. VII. Suſpic. cap. 5. vel admittendam hic eſſe Scaligeri trajectionem verſuum cenſebat. locum hunc imitatus eſt Ovidius Epiſt. X. 123.

Oſſa ſuperſtabunt volucres inhumata marinae.

marinas volucres *pelagias* dixit Petronius. vide Douſae Praecidan. Lib. II. cap. 8. in fine, & Patrui mei notas ad ejuſdem cap. 109. Gulielmus Vlamingius adſcripſerat, intelligendos eſſe haliaeetos, de quibus agit Plinius Lib. X. cap. 3. p. 391. ubi vide Harduin. & Scalig. ad Cirin v. 536. neque has volucres confundendas eſſe cum illis avibus, de quibus agit Petronius d. cap. 109. altero verſu *Carpathium omne mare eſt* in Scaligeri codice, Neapol. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo ſecundo. de *Carpathio mari* vide Scalig. ad Cirin v. 113.

29. *Infelix Aquilo, raptae timor Orithyîae*] *memor Orithyiae* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vatic. Ovidius Lib. I. Am. El. 6. 53.

Si ſatis es raptae, Borea, memor Orithyîae,
Huc ades, & ſurdas flamine tunde fores.

ſupra Lib. II. El. 20. 51.

Crudelem & Boream rapta Orythyîa negabit.

inmemor tamen hic placebat Heinſio. de vera *Orithyîae* ſcriptura vide ſupra ad Lib. I. El. 20. v. 31.

31. *Aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina*] *quinam* in primo D'Orvill. unde *quianam* hic legendum conjecerat Marklandus. qua voce antiquata bis uſum fuiſſe Virgilium, Lib. V. Aen. 13. & Lib. X. v. 6. teſtantur Quinctilianus Lib. VIII. cap. 3. & Grammatici veteres, vide Erythraei Ind. Virg. Sed an Propertio id conveniat, vehementer dubito. ſequentem verſum in animo habuiſſe videtur Ovidius II. Faſt. 407.

Suſtinet inpoſitos ſumma cavus alveus unda,
Heu quantum fati parva tabella vehit.

Cicero pro Caelio cap. 18. p. 415. *alveuſne ille, an equus Trojanus fuerit, qui tot invictos viros tulerit ac texerit.* forte etiam apud Statium Lib.

 V.

O centum aequoreae Nereo genitore puellae,
Et tu materno tacta dolore Thetis,
Vos decuit laſſo ſubponere brachia mento.
Non poterat veſtras ille gravare manus.
Reddite corpus humo, poſitaque in gurgite vita
Paetum ſponte ſua vilis arena tegat.

Ut

IV. Th. 479. reſtitui poſſet,

— & pleno redeat Styga portitor alveo.

nam *alvo* in cod. Caſſellano legitur, pro *plena alno.* eadem varietas apud Silium Ital. XII. 521. ubi tamen *alno* praeferunt viri eruditi. apud Virg. VI. Aen. 412. *ſimul accipit alveo Ingentem Aenean* de navis alveo recte exponit Beroaldus Tom. I. Facis Crit. pag. 471. firmatque hoc Propertii loco, nam male Servius de alveo fluminis capiebat. quod notavit etiam, Beroaldi indicti veſtigia legens, Grangaeus ad Juvenal. Sat. XII. 30. Tacitus Lib. II. Annal. cap. 23. *quo levarentur alvei manantes per latera, & fluctu ſuperurgente.* ubi *nantes* Lipſius. *innantes* alii. *mutantes* vel *alternantes latera* Heinſius. ſed rectius. ni fallor, *nutantes per latera* Patruus meus conjecit ad oram edit. Gronovii, qui vulgatam utcumque tuetur.

33. *O centum aequoreae Nereo genitore puellae, Et tu materno tacta dolore Thetis*] cogitabat forte illud Virgilii IV. G. 382.

— ſimul ipſa precatur
Oceanumque patrem rerum, Nymphaſque ſorores,
Centum quae ſilvas, centum quae flumina ſervant.

At tu Borrich. *nocturno* conjecerat Marklandus, ut in ed. Scaligeri excuſum eſt. ſed *materno* tuentur omnes codices & priſcae editiones. & haec veriſſima lectio. optima enim conparatio eſt, ut mater dicatur Paetum lugere, quomodo Achillem Thetis mater. nihil igitur aptius *materno dolore*, quo moveretur Dea marina. *nocturno* autem hic valde alienum. *tracta* in Excerptis Scalig. Neapol. quinto Vatic. utroque D'Orvill. & meo ſecundo. *fracta dolore Theti* Heinſius.

35. *Vos decuit laſſo ſubponere brachia mento*] *lapſo* in primo Voſſ. ac meo. ſed alterum firmat imitatio Naſonis Lib. II. ex P. Epiſt. 3. 39.

Mitius eſt laſſo digitum ſupponere mento,
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.

& El. VI. 13.

Brachia da laſſo potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento ſubpoſuiſſe manum.

non diſſimile illud Senecae de Octavia jam mergente, in Tragoedia cognomine v. 350.

— cedit
Feſſa labori &c. multi dominae
Ferre auxilium pelago fractis
Viribus audent. brachia quamvis
Lenta trahentem, voce hortantur,
Manibuſque levant.

eodem ſenſu *ſubponere* in Epiſtola Sapphus XV. 179.

Tu quoque mollis Amor pennas ſubpone cadenti,
Ne ſim Leucadiae mortua crimen aquae.

confer ſimilem in Deas marinas expoſtulationem Lib. II. Amor. El. XI. 33. ſeqq.

At ſi vana ferunt volucres mea dicta procellae,
Aequa tamen puppi ſit Galatea tuae.
Veſtrum crimen erit talis jactura puellae,
Nereïdeſque Deae, Nereïduumque pater.

36. *Non poterat veſtras ille gravare manus*] *veras* male in Voſſ. primo. verſum hunc alia in re ſic imitatus eſt Lotichius Lib. III. El. 9. in fine:

— tenera buſtum ſuperintege myrto.
Non poterit cineres illa gravare meos.

37. *poſitaque in gurgite vita*] ſic in omnibus quidem codd. & edd. niſi quod in Neapolitano *poſita eſt in gurgite vita.* ſed amplector emendationem Marklandi ad Statium Lib. II. Sylv. 4. pag. 211.

— poſitumque in margine ripae.

quod firmare potuiſſet ex Lib. II. Sylv. 3. 17.

— fluidos collegit amictus
Arctius, & niveae poſuit ſe margine ripae.

&

Ut, quoties Paeti tranſibit nauta ſepulcrum,
Dicat. Et audaci tu timor eſſe potes.

Ite

& Lib. IV. Theb. 703.

> ——— *deceptum margine ripae*
> *Stat pecus, atque amnes quaerunt armenta natatos.*

Ovidius Epiſt. V. 27.

> *Popule, vive precor, quae conſita margine ripae.*

ubi dubitat Heinſius, an ex MSS. *margine rivi* legendum, quia praecedit *fluviali conſita ripa.* ubi *rivo* in cod. Bernenſi. ſic Lib. V. Met. 598.

> *Territaque inſiſto propioris margine ripae.*

poſitum vero non ſepultum, ſed a fluctibus illic depoſitum corpus, recte intelligebat Cel. Ruhnkenius. Huic emendationi Marklandianae, quam ſe brevi in ipſis ad Propertium notis probaturum ibidem promittit, adſtipulatur epigramma Bianoris, bis editum in Anth. Gr. Lib. I. Tit. 22. Ep. XI. & Lib. III. Tit. 22. in Naufragos, Ep. 25.

> Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
> Ὦσεν, ὅτ' εἰς ἄκρην ἦλθε τυραννοφόνος.
> Ἀλλὰ δίκη μιν ἔθαψεν ἀποσπασθεῖσα γὰρ ὄχθη
> Πᾶν δέμας ἐς κορυφὴν ἐκ ποδὸς ἐκτέρισεν.
> Κεῖται δ' οὐχ ὑδάτεσσι διάβροχος. αἰδομένα δὲ
> Γᾶ κεύθει τὸν ἑᾶς ὅρμον ἐλευθερίας.

quod ſic vertebat Grotius:

> *Te captum in media, Clitonyme, caede tyranni*
> *Piſcibus & fluvio gens inimica dabat.*
> *Non tulit invidiam tantam Deus arbiter aequi,*
> *Ripaque te totum lapſa repente tegit.*
> *Non igitur vir fortis aquis agitabere: juſta*
> *Pro libertatis vindice fecit humus.*

idem Marklandus ſequente verſu pro *vilis arena* legebat *mollis arena tegas.* hoc eſt, quod Lib. I. El. 17. 24. dicit,

> *Tum mihi non ullo pondere terra foret.*

hinc frequens defunctis adprecatio, *ut molliter oſſa quieſcant.* ut apud Virg. Ecl. X. 33. Ovid. Epiſt. VII. 162. I. Am. 8. 108. III. Triſt. 3. 76. & paſſim. ſed vulgatam non ſollicitare praeſtiterit, niſi quod in textu recipiendum, exigente ſenſu, exiſtimaverim *Paetum ſponte ſua vilis arena tegat.* ut legebat Guyetus, eoque non inſpecto ita conjecerat Santenius, & *vilem arenam* exponebat, quae adluendo advecta ſponte Paetum tegeret, quod tranſiens nauta ex ipſa cumuli ſpontanei forma facile cognoſceret naufragi eſſe. haec autem Douſa P. Lib. II. Praecidan. cap. 10. confert cum illis Petronii cap. 114. *certe diutius juncta nos mors feret, vel, ſi voluerit miſericors ad idem litus expellere, aut praeteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod ultimum eſt, iratis etiam fluctibus, inprudens arena conponet.* ubi *inprudens arena* eſt, quod hoc in loco *ſponte ſua arena tegat. vilis* tamen *arena* hic etiam ſervari poſſet, & referri ad ritum, quo naufragis inſepultis, pietatis cauſſa, manu ter quantulamcumque terram & glebam in os mortui injiciebant, & ſic homini, qui naufragio, hoc eſt miſerrimo & valde inviſo mortis genere, perierat, *juſta facere* dicebantur. quod optime illuſtravit Meurſius ad Lycophr. v. 367. ubi ex Scriverii emendatione apud Feſtum in *Praecidanea* legendum notat, *qui mortuo juſta non feciſſet, id eſt, glebam in os jeciſſet.* quam reſtitutionem ſibi vindicavit Dempſterus in Paralipom. ad Roſini Antiqq. Lib. V. cap. 39.

39. *Ut quoties Paeti tranſibit nauta ſepulcrum*] *Et quoties* male in multis codd. ut in Menteliano, Borrich. Groning. Askew. primo & ſec. Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, aliiſque, & edd. antiquis. *Ut quoties* recte emendatum a Douſa, probante Livinejo, qui ſeq. verſu *Dicet* male legebat. huic loco ſequentia adſcripſerat Marklandus: „ *Hic verſus clare probat emendationem meam, nempe legendum eſſe,* poſitumque in margine ripae. *niſi enim ſepulcrum poſitum ſit in margine ripae, quomodo illud videre poſſet nauta tranſiens. neceſſe eſt igitur ut per* arenam *intelligas* litoralem, *non eam quae ad fundum maris eſt. ergo* in margine ripae poſitum *verbum funerale eſt. ut paſſim apud Virgil. & alios.* poſita in gurgite vita *ineptiſſima repetitio.* gurgite *&* margine *pariter conmutantur apud Statium Lib. I. Sylv. 3.* Quaerere etiam potuerat Marklandus, unde nauta ſepulcrum Paeti tranſiens ſcire poterat, humatum illic eſſe naufragum? Innuit forte ejus tumulo inſculptam fuiſſe navem procellis laceram, remos fractos, anchoram, tabulaſque nau-

 fragii

Ite, rates curvas, & leti texite cauſſas.
Iſta per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas:
Natu-

fragii indices. vel ex titulo ſepulchrali, *Naufragus hic ſitus eſt.* naufragorum enim tumulis inſcribi ſolitum fuiſſe Ναυηγῦ τάφος εἰμι, oſtendunt varia eorum epitaphia, quae habentur Lib. III. Anthol. Gr. Tit. XXII. in Naufragos; ſed praeſertim huc facit Epigramma, quod eodem Titulo illic legitur N. XIII.

Παῦσαι νηὸς ἐρετμὰ καὶ ἔμβολα τῶδ' ἐπὶ τύμβῳ
Αἰὲν ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδιῇ.
Ναυαγοῖο τὸ μνῆμα. τί τῆς ἐνὶ κύμασι λώβης
Αὖθις ἀναμνῆσαι τὰς κατὰ γῆς ἐθέλεις.

hoc eſt, interprete H. Grotio:

Dic tibi quid toties remos, aerataque ſuadet
Roſtra ſuper gelidas pingere relliquias?
Naufragus hic ſitus eſt. ſed cur meminiſſe ſepultos
Sub terra cogis, quod male fecit aqua.

41. *Ite, rates curvas, & leti texite cauſſas*] *Ite rates curvae & leti texite cauſſas* ex Farneſiano & Urſini codice Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 10. relicto hiatu, ut ad naves ipſas ſermo referatur. quod Gebhardo valde probatum fuit. & Lipſio favent ſecundus Leidenſis, tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, niſi quod *contexite* in Leid. ſec. Voſſ. tert. & quarto, meoque priore, ut in Borrichiano. *curvae & leti quoque texite cauſas* in Regiis & Colbertinis, ut in vetuſtis edd. & apud Octav. Mirandulam in Viridar. Illuſtr. Poët. fol. 184. *Ite rates curvae ite & leti texite cauſas* in Mentel. & primo Leid. *curvae & leti contexite curas* in Askewiano. *detexite* quint. Vatic. *terite* Neapol. corrupte in Groning. *Ite rates curvae & letius texite cauſas.* Scaliger ex v. c. praetulit, *& leti texite cauſſam.* ut *leti cauſſa* ſit pro leto ipſo. Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 9. p. 88. & in notis ad Propert. p. 720. *Ite, rates curvas, leti contexite cauſam.* per adpoſitionem, ne *curvas* & *cauſſas* ſonum faciant nonnihil ingratum. quod recipiendum videtur. *cauſſam* etiam correxerat Marklandus. Livinejo in notis pag. 124. placebat Boſchi, (ut editur) amici ſui emendatio, *Ite, rates curvas, leti contexite cauſſas.* cujus Boſchi emendationem ſuam feciſſe N. Heinſium adfirmat Cl. Schraderus Emend. cap. V. 88. quod miror, quia nimis perſpectum viro in his exercitatiſſimo eſt ſecundum N. Heinſii ingenium, quam ut alienas emendationes ſuas facere opus habuerit, quem de *Boſcho* illo ne cogitaſſe quidem certus ſum, neque *Boſchum* aliquem, Livinejo aetate parem, noviſſe. Quis enim iſte Boſchus fuerit, mallem Vir Cl. indicaſſet. Non dubito operarios, notas Livineji deſcribentes, eadem oſcitantia erraſſe in hoc nomine, qua in iisdem Livineji notis pag. 61. *Panſalius* editur pro *Parrhaſio.* Livinejum vero ipſum ſcripſiſſe *ſic legit Bochius noſter.* Joannes nempe Bochius, eo tempore, quo vivebat Livinejus, Senatui Antverpienſi a ſecretis, qui elegantiſſimis verſibus Heroicis Pſalmos Davidicos vertit atque erudito Commentario illuſtravit, aliiſque ſcriptis, poëmatibus praeſertim, inter inſignia illius ſeculi ingenia locum non minimum obtinuit: quem Bochium *eruditionis & multae lectionis* nomine etiam laudat Livinejus ad Panegyr. vet. pag. 316. Eumdem vero Heinſium aliquando maluiſſe, *Ite, rates curvae, leti contexite cauſſam*, patet ex Graevii Epiſtola Tom. IV. Syllog. pag. 533. qui illud utraque manu ſe amplecti ſcribit. Egregie etiam de hoc loco egit Gronovius Lib. II. Obſerv. cap. 9. qui Paſſeratii emendationem, Guyeto quoque probatam, vindicavit, & hoc ſenſu explicuit, Ite mortales, texite rates, totidem leti cauſſas. & Gronovio adſentitur Graevius in Lect. Heſiod. cap. XVII. neque enim rates ipſas adloquitur. ut patet ex verſ. ſeq. *Iſta per humanas mors venit acta manus.* vel *aucta*, ut conjecerat Heinſius ad marg. ed. Ald. propter ſequentia, ni fallor, *fatis adjecimus undas.* ſed *aucta* & *auximus* cumulari nollem. abſurdo judicio Gebhardus hic legebat,

Iſta per humanos mors venit acta manu.

ut *humanos* pro hominibus dicat ἀρχαϊκῶς. idem in notis ad hujus Libri El. III. 40. p. 241. *mors venit aucta* etiam conjecit, vel *acta* interpretatur laceſſita, ut apud Tibull. I. XI. 33. *atram bellis arceſſere mortem.*

43. *Terra parum fuerat: fatis adjecimus undas*] ita edidit Broukhuſius, ut in pleriſque MSS. & in v. c. Perreji, Menteliano, primo & ſec. Vatic. ac Neap. Excerptis Scaligeri, Heinſiano, Borrich.

Naturae miſeras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?

For-

rich. Groning. meo ſecundo, & primis edd. ut in aliis legi etiam notat Lat. Latinius. An forte diſtinguendum, *Terra parum fuerat fatis: adjecimus undas.* ſed *terris adjecimus undas* in tertio Voſſ. ut in Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. idque aliqua ſpecie adſtrui poſſet loco Tibulli Lib. I. El. 3. 37. & ſeqq.

Nondum caeruleas pinus contemſerat undas,
Effuſum ventis praebueratque ſinum.
Nec vagus ignotis repetens conpendia terris
Preſſerat externa navita merce ratem.

illud vero *terris* frigidum, & ex Italorum caminis profluxiſſe cenſet Gebhardus. magis tamen friget ejus amici, quam memorat, conjectura, *fatuis adjecimus undas.* de qua dubitare licet, an ex cerebro ſano provenerit. Recepi lectionem a MSS. confirmatam, ut interpungendum, ejecta voce inſititia *terris*, jam monuit Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. 10. qui hoc confert cum loco Lucani de Argo, qui eſt ex Lib. III. 195.

Primaque cum ventis pelagique furentibus undis
Conpoſuit mortale genus, fatiſque per illam
Acceſſit mors una ratem.

Seneca Lib. V. Nat. Quaeſt. cap. 18. *Quid maria inquietamus? Parum videlicet ad mortes noſtras terra late patet.* Germanicus in Arateis v. 307.

Aſt alii procul à terra jactantur in alto:
Munit eos breve lignum, & fata inſtantia pellit,
Nam tantum a leto, quantum mare fluctibus, abſunt.

& ita diſtinguendum notat Delrius ad Senecae Med. 338. & exponit, genus humanum reliquis calamitatibus ſuis adjeciſſe naufragia.

44. *Naturae miſeras auximus arte vias*] haec ſincera lectio eſt. licet in pleriſque codd. habeatur *Fortunae*, ut etiam eſt in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtiſſ. edd. ut apud Octavian. Mirandulam. ſequitur enim mox, *Fortuna inſidias pontum ſubſtravit avaris.* neque *Aerumnae*, ut conjecerat Heinſius, probare poſſum. recte igitur *Naturae* vindicavit Broukhuſius. quod praeter alia loca ab eo producta firmat imitatio Claudiani Praefat. in Lib. I. de R. P. init.

Inventa ſecuit qui primus nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitavit aquas.
Qui dubiis auſus committere flatibus alnum,
Quas Natura negat, praebuit arte vias.

& hoc praeferebat Marklandus, qui adſcripſerat, „ *forte* Naturae. *naturae miſerias auximus arte* „ *& inventionibus noſtris.* miſeras vias naturae „ *dixit pro* miſeram naturam. *& opponuntur* natura *&* ars." vide quae notavi ad Lotichium Lib. III. Carm. 29. pag 557. *Naturae vias*, ut *leti vias*, & ſim. dixit. ſupra v. 2. *mortis iter.* Tibullus Lib. I. El. 3. 50.

Nunc mare, nunc leto multa reperta via.

& El. XI. 4.

Tunc brevior dirae mortis aperta via eſt.

vide ad utrumque locum notas Broukhuſii, Patrui mei ad Phedrum IV. Fab. 6. 8. & doctor. interpretum ad Valer. Fl. I. 502. Haec autem perpetua fere querela eſt, quando primae navigationis temeraria auſpicia deteſtantur poëtae. confer Ovid. II. Am. XI. init. & Statii locum inſignem Lib. III. Sylv. 2. 61. ubi vide Barthium, & ad Claudian. praef. Lib. I. de R. P. v. 1. & adde Callimach. Fragm. CXI. p. 483. ed. ult. *Fortuna* autem & *Natura* in MSS. non raro confunduntur. ut mox v. 47. & ſupra Lib. II. El. 16. 18. El. XVIII. 18. vide notas ad Ovid. Epiſt. XVII. 113. ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 214. & ad Suet. Tib. 19.

46. *Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?*] *quoi* ſua in Groning. & primo Leid. quod vetuſti codicis indicium eſſe, alibi notavi. *ſua terra*, pro, quam hominibus incolendam dedit Natura. Ovidius Lib. II. Am. El. XI. 30.

Et, felix, dicas, quam ſua terra tenet!

ubi vide notas. hinc *terrenum hominem* vocat Lucanus Lib. VI. 401.

Prima fretum ſcindens Pagaſeo litore puppis
Terrenum ignotas hominem projecit in undas.

ut

Fortuna inſidias pontum ſubſtravit avaris.
Ut tibi ſuccedat, vix ſemel eſſe poteſt.
Ventorum eſt, quodcumque paras: haud ulla carina
Conſenuit: fallit portus & ipſe fidem.
Sunt Agamemnonias teſtantia litora curas,
Quae notat Argynni poena natantis aqua.

Hoc

ut recte pro *Tyrrhenum* emendatum eſt. vide illic Oudend. & Patrui mei notas, eademque variatio eſt in loco ſimili Silii Ital. XI. 472.

Quin etiam Pagaſea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis, ponteque innare negarent.

ubi *terrigenis* vel *terrenis* ab Heinſio & Drakenborchio recte vindicatur, pro *Tyrrhenis.* Virg. II. G. 341.

——— virumque
Terrea progenies duris caput extulit arvis.

licet *Ferrea* praeferant nonnulli. ut & Servius legit, qui *durum genus* explicat. ſed *Terrea* ex Lactantio probatur ab aliis. ut ex Pierii & Patrui mei notis liquet. ad hunc locum facit illud Juliani Lib. III. Anth. Graec. Tit. XXII. Ep. 39.

Οὔτί σε πόντος ὄλεσσε, καὶ οὐ πνείοντες ἀῆται,
Ἀλλ' ἀκόρητος ἔρως φόρταδος ἐμπορίης.
Εἴη μοὶ γαίης ὀλίγος βίος. ἐκ δὲ θαλάσσης
Ἄλλοισιν μελέτω κέρδος ἀελλομάχον.

quod ſic vertit H. Grotius,

Non tibi cauſſa necis venti, neque Nereos unda,
Verum ex merce lucri non ſatiatus amor.
Vita ſit in terra tenuis mihi, quos maris urit
Quaeſtus, eant, & cum turbine bella gerant.

vide etiam Ep. 45. eodem Titulo. & adde notata ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 505.

47. *Fortuna inſidias pontum ſubſtravit avaris*] eadem variatione *Natura*, qua paullo ante, hic legitur in variis MSS. quibus ſuffragantur duo Leidenſes, tres Voſſ. uterque D'Orvill. cum meis codd. & priſcis edd. ſed recte notavit Marklandus *id falſum eſſe*, „ Natura *enim optima Dux* „ *& mater numquam inſidias mortalibus ſtruit.* „ *Recte igitur qui legunt* Fortuna. male etiam *inſidians* in primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meo ſecundo, & antiquis edd. ſed *inſidias* ex veteri codice, hoc eſt Groningano, praefert Modius in Novantiquis Epiſt. 18. & ſic Marklandus ad Statii Silvas pag. 147. idque Gebhardus notat firmari a cod. Palatino, ex quo *portum* adfert pro *pontum.* Dubiam hic locus facere poſſet lectionem apud Horatium Lib. I. od. 28. 18. *Exitio eſt avidum mare nautis*, ut ex MSS. repoſuit Bentlejus, an vero *avidis* praeſtet, quia *avari* vel *avidi nautae* proprio epitheto, ut ipſe notat, dicuntur, & mercatores, qui lucri cauſſa Tethyn tentant audacius, ſed exitium ſaepe in Oceano inveniunt, quod Paeto huic optime convenit. altero verſu conjecerat Heinſius, *vix ſemel iſſe potes.* vel, *Ut tibi ſubſidat, ſat ſemel eſſe poteſt.*

49. *Ventorum eſt, quodcumque paras: haud ulla carina*
Conſenuit: fallit portus & ipſe fidem.]

Ventoſum conjecerat Heinſius. quod quidem nonnihil adſtrui poſſet ex Ovidio Lib. II. Am. 16. 27. *Quod ſi Neptunum ventoſa potentia vincit.* & ſic *ventoſum aequor*, *ventoſas undas*, & ſim. apud eumdem non ſemel occurrere novi. ſed ſenſus hujus loci eſt, quodcumque paras, in ventorum poteſtate eſt, & procellis datur diripiendum. alter verſus convenit cum illo Lib. II. El. 19. 64. *Quum ſaepe in portu fracta carina natet.* ubi duo Aemiliani & Antipatri Epigrammata Graeca cum his contuli. de portu fidem fallente ſic Ovidius II. Am. 9. v. 31.

Ut ſubitus, prope jam prenſa tellure, carinam
Tangentem portus ventus in alta rapit.

& Valerius Fl. Lib. VII. 83.

Non ita Tyrrhenus ſtupet Jōniuſque magiſter
Qui portus, Tiberine, tuos, claramque ſerena
Arce Pharon praeceps ſubiit: nuſquam oſtia, nuſquam
Auſoniam videt & ſaevas accedere Syrtes.

52. *Quae notat Argynni poena natantis aqua*] varie hic turbant MSS. & edd. veteres. *Qua notat* in Borrich. primo Leid. duobus Voſſ. utroque

Hoc juvene amiſſo claſſem non ſolvit Atrides:
Pro qua mactata eſt Iphigenia mora.
Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga quum vaſto Graecia tracta ſalo eſt.

Paul-

que D'Orvill. & meis. *Qua notat Agivum poena minantis aquae* in Regiis, Colbertinis, & Menliano. *Qua natat Argimni* Askew. *natat Arginii* apud alios haberi teſtatur Lat. Latinius. *natat* etiam in quinto Vatic. & ſecundo D'Orvill. *minantis* in binis Leidd. quarto Voſſ. meo utroque, & D'Orvillianis. *natantis aquas* in Colotiano & primo Vatic. *minantis aquas* correxerat Fruterius. *Arginni* in v. c. Perreji, & primo Leid. *Argynni* in altero. *Argivi* in Heinſiano. *Agynni* Neapol. *Argymni* quint. Vatic. *Quae nota Argivis* Groning. *Argivi* in meo priore. *Qua notat Argivum poena minantis aquae* in priſcis edd. *Quae notat*, *litora* nempe, Paſſeratius, vel *Quas*, curas Agamemnonis, propter Argynnum puerum a ſe amatum, & in amne Cephiſo ſubmerſum. vid. Scaligerum. Scribendum vero *Argynni*, non *Argyni*, ut in ed. Broukhuſii. ſic Ἄργυννος apud Steph. Byzant. correxit Holſtenius pag. 44. & vide Livineji notas pag. 123. Parrhaſii autem ſententia, qui in Quaeſitis Epiſt. pag. 211. ed. Steph. legendum cenſet, *Qua notat Argynni poena natantis aquas*, pro aquas infames reddit, Cantero & N. Heinſio etiam probata fuit. *natantis* forte propria notione poſſet intelligi, quia natantem in Cephiſo Argynnum vidit ac deperiit Agamemnon, non autem cum Paſſeratio, *Qua natat Arg. poena minantis aquae.* ut *natat* ponatur, pro mortuus aquis fluitat. ut ſupra v. 8. *Et nova longinquis piſcibus eſca natat.* Sed aliter viri eruditi manus, qui in margine ed. Scaligeranae ſequentia ex Marcilio adnotaverat: „ *Lege*, Quae notat Argynni poena, minantis aquae. *ut ſit ordo:* „ *Sunt litora minantis aquae, id eſt, maris Aegei, teſtantia curas ſive amores Agamemnonis, quae litora* notat *ſive infamat poena pueri Argynni, ad ea litora naufragio ejecti. recte autem Aegei maris aquam minantem, ſive minacem, id eſt iracundam vocat. nam ejuſmodi eſt Aegeum mare atque inde nomen ipſum illius maris. & Artemidoro Lib. II. cap.* 12. *dicitur* φοβερώτατον πελαγος. *ſic a Conſtantino Porphyrog. dicitur* βαρύπλουν καὶ δυσπέρατον *in Themat. p.* 32. *& vid. Dionyſ. Alex. v.* 130. *&* 513. paenam *autem pro naufragio dixit, nam haec avaris terraque non contentis poena. Non facile alibi quam hic apud Propertium repereris fabulam propter tempus in luctu Argynni conſumtum ab Agamemnone ventoque poſtea reſtante coactum Agamemnonem filiam inmolare Iphigeniam, ut ventos placaret ſive eliceret ſecundos. de Argynno autem videndus Jul. Pollux, Athenaeus Lib. XIII. Clemens Alex. in Protreptico, Plutarchus, Stephanus de Urbib. in* Αργίννος. *ubi ſcribendum* Ἀργύννος. Haec inſerenda duxi ad loci hujus illuſtrationem. An vero Propertius hic Argynnum cum Ergino Argonauta confuderit, eique cum aliis conveniat de cauſſa retentae Graecorum claſſis in Aulide, legi ad h. l. meretur Scaliger, & cum eo conferri, quae Delrius & Gronovius notarunt ad locum Senecae in Medea v. 623.

55. *Saxa triumphales fregere Capharea puppes,*
Naufraga quum vaſto Graecia tracta ſalo eſt.]

trita ſalo in Heinſii codice, & meo priore. *trita ſolo eſt* in Borrichiano. *tracta ſolo eſt* in primo Voſſ. & Leid. *tracta ſalo eſt* in vetuſtis edd. *tecta* vitioſe in ed. Gryph. *ſtrata* conjecerat Heinſius ad oram ed. Aldinae. ſed *tracta* bene ſe habet, non eo ſenſu, quo Paſſeratius exponit pro diſtracta, ac diſſipata, in fugam acta, quomodo etiam *tractos Achivos* Lib. II. El. 7. 19. intelligit fugatos ac palantes. illic enim *fractos* viri eruditi praetulerunt. ſed *tracta ſalo* claſſis Graeca, hic eſt, quae dolo adtracta ad rupes Opheltis prope Caphareum promontorium, in ſcopulos illiſit, & maris fundo tamquam voragine ſubmerſa eſt, quod ſuadet *fregere* verſu praeced. ſic apud Lucanum Lib. V. 235.

Euripuſque trahit, curſum mutantibus undis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulin.

ubi Scholiaſten intelligere hoc naufragium claſſis Graecae, a Trojano excidio redeuntis, ad Capharea Euboeae, notavit Oudendorpius. non diſſimili ſignificatu *trahere* eidem Lucano Lib.

II.

Paullatim ſociûm jacturam flevit Ulixes,
In mare cui ſoliti non valuere doli.
Hunc parvo ferri vidit nox inproba ligno:

60. Paetus

II. 486.

Atque omnes trahe, gurges, aquas, ut ſpumeus alnos
Diſcuſſa compage feras.

ubi vide ejuſdem notas, in quibus dubitat, an non rectius illic legatur;

Atque omnes fer, gurges, aquas, ut ſpumeus alnos
Diſcuſſa compage trahas.

poſſet etiam legi *vaſto Graecia rapta ſalo.* nam in hac locutione *tracta* & *rapta* ſaepe inter ſe confunduntur. ut apud Ovid. I. Triſt. 4. 15.

Sic non quo voluit, ſed quo rapit impetus undae.

ubi *trahit* in aliis. vide Heinſii & Patrui mei notas ad Ovid. VIII. Met. 553. & ad Virg. I. Georg. 203. his autem verſibus innuit Propertius, claſſem Graecorum victricem ad Caphareum montem, dolo Nauplii, Palamedis filii caedem vindicantis, accenſo fallaci igne in cautes Euboicas adactam, & naufragio abſorptam. vide Hyginum Fab. CXVI. infra Lib. IV. El. 1. 115.

Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Graecia preſſa tuis.

utrumque noſtri locum cum Graeco Baſſi Epigrammate contulit Valens Guellius ad Virg. XI. Aen. 260. quod legitur Lib. I. Anthol. Graec. Tit. 55. Ep. XI. & cum Crinagorae inedito Epigrammate Holſtenius ad Stephan. Byzant. pag. 166. de re ipſa vide Q. Calabrum Lib. XIV. v. 612. & ſeqq. Senecam Agam. 560. ad v. 576. Meurſ. ad Lycophr. v. 385. & Begerum in Spicilegio Antiquit. N. XV. pag. 26. & ſeqq. ubi conjectura veroſimili Nauplium monti inſiſtentem, facemque manu tenentem, in numo Buthrotiorum exponit. *ſaxa Capharea* Homeri πλωγκτὰς vel πέτρας Καφηρίδας notant. de quibus vide Lennep. ad Phalarid. Epiſt. IX. pag. 50.

57. *Paullatim ſociûm jacturam flevit Ulixes*] illud *Paullatim* explicant Paſſeratius & Broukhuſius de Ulixe ſocios non ſimul & ſemel amittente, ac lugente, ſed ſenſim. quod tamen valde contortum videtur. Heinſius conjecerat, *Pellax & ſociûm jacturam.* quam vocem, ubi de Ulixe vel fraudulentia ſermo eſt, ſcriptoribus antiquis reddere amabat. eum vide ad Virg. IV. G. 443. & Lib. II. Aen. 90. quia autem hic de vafri Ulixis fallacia non agitur, ſed de claſſis Graecorum naufragio, praeferenda videtur altera ejus egregia conjectura, quam orae ed. Aldinae adſcripſerat, *Palantum ſociûm.* cui favet corrupta quarti codicis Voſſiani ſcriptura, in quo, *Et plantim. Palantes* Ulixis *ſocios* tempeſtatibus diſperſos, & raros in gurgite vaſto errantes intellige. Virgilius IX. Aen. 780. *Palanteſque videt ſocios hoſtemque receptum.* Lib. X. 674. *Et nunc palantes video, gemitumque cadentum Accipio.* & XII. 615. *extremo bellator in aequore Turnus Palantes ſequitur ſocios.* Silius Ital. Lib. II. 162. —— *a moenibus actos Palanteſque fuga, praeceps ad litora curſu Egerat.* ubi vide Cellar. Juſtinus XV. 3. 11. *Inſectanti Regi quoſdam palantes hoſtes.* & Lib. XXIV. 8. 15. *Gentes quoque natioueſque, per quas iter habebant, palantes velut praedam ſectabantur.* vagos & palantes ſaepe jungit Livius. ut ad Lib. XXI. 61. 2. notavit Drakenborchius. *jactura* in Heinſiano, ut in Palatino Gebhardi. *flebat* in Regiis, Colbertinis, Menteliano, primo Leid. & priſcis edd. *Achilles* in aliis legi notat Latin. Latinius. quod abſurdum.

58. *In mare cui ſoliti non valuere doli*] *ſolum* in quinto Vatic. ut legebant Fruterius & Muretus. *ſoli* in duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill., meiſque, & antiquioribus edd. rhythmo ingrato. *cum ſoli* in Groning. recte igitur *ſoliti* Lipſius, Paſſeratius, Guyetus, & Heinſius ad Ovid. III. Faſt. 746. eadem variatione apud Lucanum IX. 642. *Eumenidum crines ſolos movere furores.* ubi *ſolitos* ex Scholiaſte Statii Barthiano praeferendum videtur. ut apud Ovidium III. Met. 72. *poſtquam ſolitas acceſſit ad iras.* & huic lectioni opitulatur illud ex Epigrammate veteri de Ulixe Lib. I. Anthol. Graec. Tit. LXII. 2.

—— δόλων ἀκόρητος ἐτύχθη
Ἐν χθονὶ καὶ πελάγεσσι καὶ ἐν νεκύεσσιν Ὀδυσσεύς.

hoc eſt, interprete Grotio,

—— *unus Ulixes*
In terris pelagoque dolos meditatus & Orco.

60. Pae-

Paetus ut occideret, tot coïere mala.
Non tulit huic pectus ſtridorem audire procellae,
Et duro teneras laedere fune manus.
Sed thyiae thalamo, aut Oriciae terebinthi
Effulto pluma verſicolore caput.

Huic

60. *Paetus ut occideret, tot coiere mala*] *cohibere* Borrich. quod venit a more librariorum, qui *cohiere* ſcribebant. *quot coiere* Heinſius. confer illud Heraclidae Sinopenſis Lib. III. Anthol. Gr. Tit. XXII. Ep. 26.

Λάιλαψ, καὶ πολὺ κῦμα, καὶ ἀντολαὶ ἀρκτούροιο,
Καὶ σκότος, Αἰγαίου τ' οἶδμα κακὸν πελάγευς,
Ταῦθ' ἅμα πάντα κύκησεν ἐμὴν νέα. τριχθὰ δὲ κλασθεὶς
Ἱστὸς, ὁμοῦ φόρτῳ κἀμὲ κάλυψε βυθῷ.

quod his numeris Latinis reddidit Grotius:

Nox gravis Aegeumque furens in fluctibus aequor,
Arcturuſque oriens, & freta nimbus agens,
Tanta meam petiere ratem mala. fracta ter arbor
Me maris in fundum miſit onuſque ſimul.

61. *Non tulit huic pectus ſtridorem audire procellae,*
Et duro teneras laedere fune manus.]

ita reſtituit Scaliger, plaudente Douſa P. ſed rejiciente Gebhardo. *Non tulit hic Petus* in pleriſque edd. vetuſtioribus. *Non tulit hunc* Borrich. Neap. cod. Scalig. Heinſian. Leid. ſec. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & meus ſecundus. *Paetus* in Mentel. binis Leidd. tertio & quarto Voſſ. *Non tulerit Paetus* conjecerat Heinſ. ad marginem ed. Ald. ſed in Notis praefert, *Non tulit hic Paetus. hic*, in terra non ſuſtinuit Paetus audire ſtridorem procellae. nam in Aldi aliiſque edd. hic verſus ſubſequitur poſt illum, qui infra nunc occurrit v. 70. *Pauper, at in terra* &c. Scaliger autem haec verba ad Ulixem retulit, quod inprobabat D'Orvillius, haec animadvertens: *Non video quare haec ad Ulixem referat Scaliger. An poſſunt laborioſo Ulixi* tenerae manus *tribui? porro reor duos verſus ſequentes ex alia Elegia huc irrepſiſſe.* Marklandus etiam ſuo codici adſcripſerat, *nullam conſtructionem nec ſenſum his verſibus ineſſe.* Sed in tota Elegia verſus miſere turbati & tranſpoſiti ſunt tam in MSS. quam edd. antiquis, ut ad ejus initium notavi, adeo ut mirum non ſit, ſenſum ſaepe non niſi difficili opera erui poſſe.

63. *Sed thyiae thalamo, aut Oriciae terebinthi*
Effulto pluma verſicolore caput]

monſtra ſcripturae hic exhibent codices & editiones antiquae. *chio calamo* Colotianus, primus Vatic. Regii, Colbertini, Mentel. Groning. Heinſian. Borrich. Askew. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, cum Palatino & Commel. Gebhardi. & in aliis apud Lat. Latinium, & *Orchtia. Cio thalamo* in Harlejano Muſei Britannici. *calamo* etiam v. c. Fruterii. dein *Orythia terebintho* in Regiis, Colbertinis, Borrich. primo quartoque Voſſ. & priſcis edd. *Orithia terebinto* Askew. *Orynthia* in priore D'Orv. *Corycia* ſec. Leid. *Oronthea* Mentel. & prim. Leid. *teretento* in quarto Voſſ. *terebuntho* in meo ſecundo. in codice Gul. Vlamingii, *Sed Chio calamo, aut Oronthea therebinto. Orica* in Heinſ. ſed plures librariorum aberrationes notare taedet. recte ſcribitur *Oricia terebinthus*, ſeu Epirotica, quia *Oricos* in Epyro. de quo oppido vid. ad Lib. I. El. 8. 20. mox *Effulto* correxit Scaliger, ut cum *huic* v. 61. conjungeret. quod probaſſe videtur Caſaub. ad Perſ. Sat. V. 147. p. 446. in pleriſque codd. *Et fultum*, ut in Regiis, Colbertinis, Askew. duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. meis duobus, & utroque D'Orvill. ac primis edd. *Aut fultum* Voſſ. quart. Borrich. Groning. *Effultus* in Perreji cod. Colotiano, primo & ſec. Vatic. idque ex MSS. Heinſius praeferebat, ſecutus lectionem aliarum veterum edd. *Non tulit hic Paetus.* in animo autem habebat Propertius notum illud Virgilii X. Aen. 136.

Incluſum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur.

ubi hunc locum adfert Valens Guellius hoc modo, *aut Oricia terebintho Effultum.* ibidemque Heinſius *Oricia* veram eſſe ſcripturam, licet codices valde turbent, monuit. vide etiam notas doctor.

65. Huic fluctus vivos radicitus abſtulit ungues,
Et niger invitam traxit hiatus aquam.

Quod

doctor. ad Seren. Sammonic. v. 589. Senſus igitur eſt, Paeto non conveniſſe procellas in mari audire, aut manus teneras laedere funibus, quippe qui ſolitus erat caput reclinare pulvillo plumis verſicoloribus farto, jacens in lecto ex thyiae ligno citrio, aut terebintho Epirotica facto. vide Paſſeratium. *fultus* enim de eo, ſuper quod quis jacet. vide Serv. ad Virg. Ecl. VI. v. 53. *latus niveum molli fultus hyacintho.* de *thia* arbore, quam citream putant, vide quae praeter Beroaldum, ad locum Plinii Lib. XIII. c. 16. adnotarunt Hartungus Tom. II. Facis Critic. p. 680. & Leopardus Lib. VIII Emend. cap. 6. & de ligno terebintho notas ad Petron. cap. XXXIII. p. 129.

65. *Huic fluctus vivos radicitus abſtulit ungues*] *Nunc fluctus* in Mentel. & primo Leid. *vivo* in pleriſque codd. & edd. vetuſtis, quod tuetur Paſſeratius, & *vivo* exponit, videnti ac ſentienti. vel *vivo radicitus* pro penitus ad vivum. ſed *vivos ungues* praetulerunt plerique viri eruditi, Palmerius, Canterus, Heinſius, Guyetus, aliique. ut in illo Horatii Lib. I. Sat. 30. 71. *vivos & roderet ungues.* & ſic legendum monuit Th. Marcilius ad Perſium pag. 130. Scaliger animadvertit, eo hic reſpici, quia naufragis & ungues a cute recedere & extremitates tabeſcere credebant, ideoque veteres ſibi ungues praeſecaſſe, quoties turbaret mare, tamquam naufragium deprecaturos, adferens illa Petronii cap. 104. in fine, *Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, niſi quum pelago ventus iraſcitur.* ad quem locum Vir Illuſtris in margine libri ſui, qui in Biblioth. Leidenſi ſervatur, & quo totum Petronium ex cod. MS. Cujaciano deſcripſerat, eo adluſiſſe hic Propertium notavit, adferens, *Huic fluctus miſero.* Erhardus in notis *vivo.* Haec vero Scaligeri tamquam abſurda, & a mente Propertii aliena ſugillat Paſſeratius, qui exponit, Paeto tabulam, cui inhaeſerat, firmiter tenenti, ungues ablatos fuiſſe. Scaligeri tamen ſententiae calculum ſuum adjecit Jac. Durantius Caſellius Lib. II. Variar. cap. 9. & Janus Douſa P. in notis ad v. 14. qui obſervat naufragis fluctuum & ſcopulorum reciproca colliſione ungues & extremas corporis partes ſaepe deradi & radicitus avelli, idque ſe non raro obſervaſſe in eorum cadaveribus ad litus noſtrum ejectis. huc forte referri poſſet Epigramma de naufrago, quod ſub Incerti nomine editum Lib. III. Anthol. Graec. ſed Philippo adſcribitur in MSS. Tit. VI. N. 42. p. 309. ed. Obſop.

Ἠόνιον τόδε σῆμα βροτοῦ παντλήμονος ἀθρεῖς,
Σπαρτὸν ἁλιῤῥαγέων ψυχόμενον σκοπέλων.
Τῇ μὲν ἐρημοκόμης κεῖται καὶ χῆρος ὀδόντων
Κόρση. τῇ δὲ, χερῶν πενταφυεῖς ὄνυχες.

quod ſic vertit Grotius:

Sparſa vides hominis miſeri monumenta per actam,
A ſcopulis jacta quae feriuntur aqua.
Dentibus hic orbum caput eſt, & honore comarum,
Eſt illic quinis unguibus apta manus.

& illud Q. Calabri Lib. XIV. v. 575. de Ajacis naufragio:

Καὶ ῥά οἱ ἀμφὶ πάγοισιν ἑλισσομένου μάλα δηρὸν
Χεῖρες ἀπεδρύφθησαν. ὑπέδραμε δ' αἷμ' ὀνύχεσσι.

66. *Et niger invitam traxit hiatus aquam*] *Et miſer inviſam* in duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, aliiſque codd. & edd. vetuſtis. *miſer* etiam in Askew. & *inviſam* in Regiis ac Colbertinis. ſed *invitam* in aliis. Heinſius conjecerat,

Et miſerum inviſae traxit hiatus aquae.

An forte caſtigandum,

Huic fluctus vivos radicitus abſtulit ungues,
Ut niger invitum traxit hiatus aquae.

hoc ſenſu, poſtquam nigra voragine merſus eſt, ungues a fluctibus ablati ſunt. *invitum traxit*, quia hoc naufragio excidebat ſpe lucri, & primae lanuginis annis. *niger* vero *hiatus* non ſollicitandus eſt. ut recte legit Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 10. ſic enim ſupra v. 10.

Quum moribunda niger clauderet ora liquor.

ubi *niger liquor* Propertio eſt, quem μέλαν ὕδωρ vocat Homerus Iliad. B. 825. ut κρήνη μελάνυδρος Il. I. 14. & Il. Π. 3. ubi Scholiaſtes, βαθεῖα, σκοτεινή. Ovidius XI. Met. 568. de Ceyce,

Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta merſum caput obruit unda.

invi-

Quod ſi contentus patrio bove verteret agros,
  Verbaque duxiſſet pondus habere mea:
Viveret ante ſuos dulcis conviva penates,
  Pauper, at in terra, nil ubi flere poteſt.
At tu, ſaeve Aquilo, numquam mea vela videbis.
  Ante fores dominae condar oportet iners.

ELEG.

invitum traxit hiatus aquae corrigendum ſuſpicatus ſum, ut de Hyla Lib. I. El. 20. 47.

Prolapſum leviter facili traxere liquore.

idque ita exprimit Crinagoras Lib. I. Anthol. Graec. Tit. 36.

Χέρσον ἐπεκβαίνοντι κατασπασθεῖσα κλύδωνι,
Δειλαίη πικρῦ κῦμ᾽ ἔπιεν θανάτου.

id eſt, Grotio vertente,

Adtrahitur pelagi terram ſuperantibus undis,
Et ſaevam mortis potat amaritiem.

Scaliger hoc confert cum verſu poëtae veteris in Catalectis (Tom I. Anth. Lat. p. 504.) de Navigatione:

Illic inmanes mors obſita (obvia) ſolvit hiatus.

addi poteſt illud Terentiani Mauri pag. 57. *b.* ed. Briſſ. v. 1213. ubi de ancipiti morbo ſuo:

Nam neque mors avide (ſic ſcrib. non *avidae*) *nigros pandebat hiatus,*
Nec vitam forti retinebant ſtamine Parcae.

67. *Quod ſi contentus patrio bove verteret agros*] *patrios agros* emendabat Heinſius, ut apud Horatium Epod. 2. *Paterna rura bubus exercet ſuis.* Eum vide ad Claudiani Ep. 2. init. ubi optime reſtituit,

Felix, qui patriis aevum tranſegit in agris,

pro eo quod antea *propriis* legebatur. vid. ad Lotichium pag. 113. & ad Anthol. Lat. Tom. I. p. 497. id ſi hic quoque admittatur, *contentus* ſimpliciter, pro, ſorte ſua contentus, accipi debet, non ſine emphaſi. de quo vide Pricaei notas ad Apulej. p. 709. ſi quis vero receptam malit lectionem, *contentus patrio bove* jungenda ſunt.

70. *Pauper, at in terra, nil ubi flere poteſt*] recte *at in terra, nil ubi flere* emendatum fuit, pro eo, quod in vetuſtis edd. *at interea nil niſi flere poteſt.* ut in Regiis, Colbertinis, & primis edd. in Aldinis aliiſque *& in terra. at in terra* in plurimis codicibus, duobus Leidenſ. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. in Perreji codice, *at in terra nil niſi flere poteſt.* quod & in Colotiano, primo & ſecundo Vatic. *& in terra, nil ubi flere opus eſt* conjecerat Marklandus.

72. *Ante fores dominae condar oportet iners*] *condere* in Heinſiano, & meo priore. *jacter* in Voſſ. quarto. ſimilis coloris ſunt, quae de infelice amatore leguntur apud Theocrit. Idyll. XXIII. 50. & ſeqq. *ſcaeve Aquilo* in primo meo codice.

E L E G. VI.

Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas,
Vocis & inſanae tot maledicta tuae.
Dum furibunda mero menſam propellis, & in me

Projicis

Eleg. VI. v. 1. *Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas*] *externas* Borrich. Groning. Leid. ſec. uterque D'Orvill. & mei ut in Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci, utraque Aldi, Juntina, Colinaei, aliiſque. quomodo etiam in ſuo libro emendaverat Marklandus. *heſternas* hic ſupponunt alii codices MSS. ut Ant. Perreji, Colotianus, primus, ſecundus, & quintus Vaticanus, Voſſ. tert. pro varia lect. ut edidit Beroaldus, Gryphius, & Canterus, & ſic corrigebat Heinſius. ſed utraque illa lectio verſum ingrato rhythmo facit inſuavem. eſt autem haec frequens in MSS. confuſio. ut apud Auſonium Ep. LXXIV. Statium II. Theb. 279. Ovid. V. Faſt. 506. & paſſim alibi. vide ad Lib. I. El. 15. 5. & ad Lib. II. El. 25. 39. recte igitur *extremas lucernas* tuetur Broukhuſius, quod & in Menteliano, & primo Leidenſi, & in prima ed. 1472. legi teſtatur Vulpius, idque in Veneta 1478. excuſum inveni, & in ed. Douſarum Raphelengiana. & hanc lectionem vel ſolus vindicat Petronii locus cap. XXII. ubi *extremae lucernae* dicuntur *humore defectae, tenue & extremum lumen ſpargentes. dormitantem lucernam* vocat Ovidius Epiſt. XIX. 195. ut contra *vigiles lucernae* Horatio Lib. III. od. 8. 14. tales *ſerae lucernae* ſunt Martiali Lib. X. Ep. 19.

Seras tutior ibis ad lucernas,
Haec hora eſt tua, cum furit Lyaeus,
Cum regnat roſa, cum madent capilli.

noſter Lib. II. El. 12. 9.

Quam multa adpoſita narramus verba lucerna,
Quantaque ſublato lumine rixa fuit.

feneſtras in ſolo Askewiano. Heinſius quoque ad oram ed. Ald. conjecerat *Jugis rixa.* ſed *dulcis rixa* in amore, ut apud Catullum Ep. LXVII.

Dulcia nocturnae portans veſtigia rixae.

& Statium Lib. IX. Theb. 61.

—— *primae bona jurgia noctis,*
Alternaeque manus, & longi pignus amoris
Ira brevis.

ad lucernas, de nocte, exponit Drakenb. ad Silium Lib. I. 66.

2. *Vocis & inſanae tot maledicta tuae*] *ad inſanae* in Colotiano, & ſec. Vatic. *tot maledicta tuli* Heinſius. *inſanae vocis*, ut Lib. IV. El. 8. 60. *Omnis & inſana ſemita voce ſonat.* ut legendum cum Paſſeratio, pro *nocte.* vide Heynii V. Cl. Obſerv. ad Tibull. III. 5. 13. malim etiam *tot mala dicta.* ut apud Ovid. II. A. A. 533. in MS. Huydecop. a manu ſec.

Nec mala dicta puta, nec verbera ferre puellae
Turpe, nec ad teneros oſcula ferre pedes.

ut in cod. Neapol. illic etiam legi Patruus meus notat. quem vide.

3. *Dum furibunda mero menſam propellis*] *Quor furibunda* in cod. Scalig. Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. *quo* Voſſ. quart. *Cur* Neap. Mentel. Modii Excerpt. Askew. Leid. pr. D'Orv. ſec. & mei, ut in Veneta utraque, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi. *Cum* Aldinae, Juntina, Colinaei, Gryph. & aliae edd. *moribuuda* vitioſe in Voſſ. tertio. *procellis* ex uno Gebhardi Palatino edidit Broukhuſius, cui tamen opponere licet omnium codd. MSS. quorum Excerpta adhibui, & edd. priſcarum auctoritatem, in quibus ſingulis unanimi conſenſu *propellis*, quod cur rejiciamus, cauſſam video nullam. itaque ſic edidi. recte etiam hoc verbum viri docti reſtituerunt Valerio Max. Lib. I. cap. 4. 2. *partem tegulae decuſſam ante eum propulerunt.* non *proculerunt*, ut edidit Aldus. *menſam* vero *propellere* eſt evertere, perturbare. Ovidius VI. Met. v. 661.

Thracius ingenti menſas clamore repellit.

quod recte pro *replevit*, tuetur Patruus meus. ſic *everſae menſae* Lib. XII. 222.

Protinus everſae turbant convivia menſae.

& in ſimili menſae procella apud noſtrum Lib. IV. El. 8. 44.

Recidit inque ſuos menſa ſupina pedes.

talem convivii tumultum deſcribit Juvenalis Sat. V. 26.

—— *de conviva Corybanta videbis,*
Jurgia proludunt: ſed mox & praelia torques
Saucius, & rubra deterges vulnera mappa.

pro-

Projicis inſana cymbia plena manu.
Tu vero noſtros audax invade capillos,
Et mea formoſis unguibus ora nota.
Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma,

Fac

propellis etiam hoc in loco ſua imitatione probaſſe videtur elegantiſſimus, & venuſti ingenii fertilitate inter Brabantinos olim excellens poëta Livinus Meyerus, praeclaro opere de Ira Lib. III. pag. 88.

Inprobus inmerito furor inſultavit amico,
Et memini aeternos me violaſſe Deos.
Nec timuit furibunda manus propellere menſam,
Et cava ſunt tumida pocula jacta manu.

ſaepe autem haec verba *procellere* & *propellere* confundi docent Heinſii notae ad Ovid. IV. Met. 137. & Drakenb. ad Silium II. 213.

4. *Projicis inſana cymbia plena manu*] de poculis ab irata & ebria Cynthia in terram jactis capiunt interpretes, ut in loco Suetonii, quem adfert Broukhuſius, de iracundo Nerone cap. 46. *menſam ſubvertit, duos ſcyphos gratiſſimi uſus, ſolo illiſit.* ſed quia addit *in me projicis*, malim intelligere in faciem meam. ut apud Nasonem XII. Met. 237. de pugna Lapitharum & Centaurorum:

Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Aegides, adverſaque miſit in ora.

& noſtrum Lib. II. El. 7. 11.

Aſpera Centauros eadem dementia juſſit
Frangere in adverſum pocula Pirithoum.

Petronius cap. XXII. *cecidit etiam menſa cum argento, & ancillae ſuper torum marcentis excuſſum forte altius poculum caput fregit.* & hunc ſenſum poſtulant ſequentia. Sed *inſana manu*, & paullo ante *inſanae vocis*, tam brevi ſpatio inconcinne recurrunt. unde hic repetitum a librariis videtur. vide an *irata manu* praeſtet. ſic *iratam manum* de exaſperato amante dixit Lib. III. El. 23. 30.

Nec tamen irata janua fracta manu.

iratam ſitim de Hercule a nympharum fonte repulſo Lib. IV. El. 9. 62. *Nec tulit iratam janua clauſa ſitim.* & *iratos Phyllidis ungues* El VIII. 58.

5. —— *noſtros audax invade capillos,*
Et mea formoſis unguibus ora nota.]

corroſis, vel *praeroſis*, aut *praemorſis unguibus* conjecerat Heinſius. ut Lib. IV. El. 8. 64. etiam tentaverat, *Et mea praeroſa ſauciat ora manu.* pro *perverſa*, ut in vulgatis. ubi tamen, ſi quid mutandum, ex hoc loco mallem *formoſa manu.* neque aliter Lib. II. El. 3. 3. legebat,

Et ſaepe inmeritos corrodas dentibus ungues.

ubi receptam lectionem non ſollicitandam notavi. neque hic *corroſis unguibus ora notare* valde congruum videtur. nam licet ab irata puella faciem ſibi notari unguibus, pati non averſetur, non obſtat tamen, quo minus *formoſam* ipſi *manum* tribuat. ut Phyllidem, licet *ebriam*, tamen *decoram* dicit Lib. IV. El. 8. 30. *notare unguibus ora*, ut ſupra Lib. I. El. 6. 16.

Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia, & inſanis ora notet manibus.

Ovidius Lib. I. Am. 7. 50.

At nunc ſuſtinui, raptis a fronte capillis,
Ferreus ingenuas ungue notare genas.

Lib. II. El. 6. 4.

Et rigido teneras ungue notate genas.

Lib. III. El. 6. 48.

Ungue notata comas, ungue notata genas.

& Lib. III. A. A. 567.

Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret,
Nec dominae teneras adpetet ungue genas.

tales amoris rixas Horatius Lib. I. od. 6. 17. vocat

—— *praelia virginum*
Sectis in juvenes unguibus acrium.

ubi *Strictis* legebat Bentlejus. adpoſite Pythias apud Terent. Eun. IV. 3. 6. *Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico.* & quod hic *invadere capillos* dicit Propertius, id *involare in capillos* ibidem Act. V. Sc. 2. 20. *vix me contineo, quin involem in capillos.* ubi Donatus, *minae iſtae proprie feminarum ſunt; & in ſe, & alios unguibus ſaevientium.* Sed haec ſatis illuſtrabunt notata ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 502. & 684. & vide ſupra ad Lib. II. El. 4. 23.

7. *Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma*] *Tu mutare* in codd. Regiis, Colbertinis, & primis edd. uti hoc loco potuiſſet Bentlejus in notis

Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.
Nimirum veri dantur mihi ſigna caloris:
Nam ſine amore gravi femina nulla dolet.
Quae mulier rabida jactat convicia lingua,
Et Veneris magnae volvitur ante pedes:

Custo-

tis ſuis ad Horatium, cui hoc verbum *minitari* pro *meditari* reſtituit, ad Lib. IV. od. 14. 28. *Diluviem minitatur agris. ſubjecta urere flamma* in Heinſiano, ac meo priore. ſed vitioſe. recte Paſſeratius cum his confert illud Plauti in Menaechm. Act. V. 2. 89.

Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
Perii, mi pater! minatur mihi oculos exurere.

ubi *lampadibus exurere*, ut hic *ſubjecta flamma*, id eſt, face ſurſum protenta. nec aliter legit apud noſtrum Lib. IV. El. 8. 57. *Phyllidis iratos in vultum conjicit ignes.* ut ex MSS. illic praeferendum notabimus, non *ungues.* eodem Libro El. 7. 43. *Lygdamus uratur, candeſcat lamina vernae.* Ovidius III. A. A. 573. *Ignibus hic lentis uretur, ut humida taeda.* Petronius Sat. cap. 117. *ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & tamquam legitimi gladiatores domino corpora animaſque religioſiſſime addicimus.* quo loco confirmare potuiſſet Paſſeratius explicationem ſuam apud noſtrum Lib. I. El. 1. 27. *Fortiter & ferrum, ſaevos patiemur & ignes*, quod ex palaeſtra gladiatorum deſumtum interpretabatur, addens illud Tibulli Lib. I. El. 9. 21.

Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

ſeq. verſu *Hac mea* corrupte in Heinſiano, & meo primo. *reciſo* male etiam in primo Leid. ac Voſſiano, *reſciſo* D'Orv. ſec. Ovidius III. A. A. 569.

Nec ſcindet tunicaſve ſuas, tunicaſve puellae.

X. Met. 386.

Seque ferit, ſcinditque ſinus.

noſter Lib. IV. El. 4. 70.

Strymonis abſciſſos fertur aperta ſinus.

ſupra Lib. II. El. 4. 21.

Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem.

6. *veri dantur mihi ſigna caloris*] *mihi dantur ſigna coloris* in Borrichiano. *coloris* quoque in Regiis, Leid. primo, Voſſ. tertio, quod & in aliis legi notat Lat. Latinius. *doloris* Heinſian. alter Colbert. & meus prior. ut in margine ed. Scalig. conjecerat Francius. ſed male id mutarunt, nam ſequitur *femina nulla dolet.* & *veri caloris ſigna* erant tot convicia & irae, quibus ſaevierat Cynthia, ſive, ut infra dicit v. 18. *Has certas didici ſaepe in amore notas.* haec ſigna ſunt *caloris* vehementer ardentis, non *doloris.* quae eleganter depingit Tibullus Lib. I. El. XI. 53.

Sed Veneris tunc bella calent, ſciſſoſque capillos
Femina, perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras ſubtuſa genas; ſed victor & ipſe
Flet, ſibi dementes tam valuiſſe manus.
At laſcivus Amor rixae mala verba miniſtrat,
Inter & iratum lentus utrumque ſedet.

ſeq. verſu forte legendum,

Tam ſine amore gravi femina nulla dolet.

nulla femina adeo manifeſta amoris vehementis dat ſigna, quam Cynthia hoc ſuo furore. hoc eſt illud Catulli de Lesbia coram marito ſibi iraſcente, Ep. LXXVII.

Non ſolum meminit, ſed quae multo acrior eſt res,
Irata eſt: hoc eſt uritur & loquitur.

11. *Quae mulier rabida jactat convicia lingua*] *gravida lingua* in omnibus fere codd. & edd. antiquis legebatur ante Scaligerum, quibus conſentiunt Leidenſes duo, tres Voſſiani, uterque D'Orvillianus cum meis. *gravis lingua* recte dicitur, ſed *lingua gravida* ſine exemplo eſt, ni fallor. bene igitur Vir illuſtris notat id proveniſſe a librariis, qui *ravida* ſcripſerant, pro *rabida.* unde tamen Oudendorpius conjecerat *rava.* ut apud Feſtum, *Rava vox rauca, & parum liquida, proxime canum latratum ſonans. unde etiam cauſſidicus pugnaciter loquens rabula. rava* autem *lingua*, quae vociferando rauca eſt. vid. Marklandi Epiſt. Critic. ad Fr. Harium pag. 136. & 137.

Cuſtodum gregibus ſeu quum ſe ſtipat euntem,
Seu ſequitur medias, Maenas ut icta, vias:
Seu timidam crebro dementia ſomnia terrent,
Seu miſeram in tabula picta puella movet:

His

137. & plura de hac voce in notis Bentleji ad Horat. Epod. XVI. 33. ubi *ravos leones* pro *flavos* emendavit. ut *rava lupa* Lib. III. od. 27. 3. ubi vide Lambin. qui recte etiam ex MSS. reſtituit in verſibus apud Cic. Lib. I. de Divin. 8. *Rava fulix*, pro *cana*, & ante eum Camerarius, probante Daviſio. ſed neque *ravam linguam* huic loco convenire opinor. nec melius *rapida* in aliis. Paſſeratius igitur, licet *gravidam linguam* conviciis foetam exponeret, jure Scaligero adſenſus eſt, & *rabida lingua* praetulit. Feſtus in h. v. *Rabidus a rabie dictus, qui morbus caninus eſt.* & e Catullo adfert, de Aty, Carm. LXII. v. 38.

Abit in quiete molli rabidi furor animi.

ubi vide Ach. Statii notas p. 226. ita paſſim *rabidum os*, de Furiis, Sibyllis, & hominibus ira furentibus. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 175. *rabies linguae* Apulejo I. Florid. infra El. XVII. 10.

Et rabidae ſtimulos frangere nequitiae.

ubi *rapidae* male in MSS. & edd. vetuſtis. ut ubique haec confunduntur. mox *Quae Veneris* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vatic. ſed malim *Haec Veneris.* ut Livinejo etiam in mentem venerat. recte hoc loco Broukhuſius vindicavit veram in Tibullo lectionem, Lib. I. El. 5. 37.

Num Veneris magnae violavi numina verbo.

ubi prave Gebhardus & Paſſeratius legebant *magno verbo*. eumdem Paſſeratium pro *volvitur*, ex MS. correxiſſe & legiſſe *vertitur ante pedes*, ſcribit Dempſterus Lib. III. de Etrur. Reg. cap. 6. qui ſe Pariſiis docentem Paſſeratium audiviſſe addit. forte igitur in Praelectionibus ſollemnibus (ut inſcribuntur ejus notae) ita legendum docuerit Paſſeratius, nam in edito Commentario id non conparet. licet loca nonnulla adferat, in quibus utriuſque ritus volvendi ante pedes & vertendi ſe ad Deorum imagines, mentio fit. ſed alteram lectionem bene tuetur Broukhuſius.

13. *Cuſtodum gregibus ſeu quum ſe ſtipat euntem,*
Seu ſequitur medias Maenas ut icta vias]
Cuſtodem in Excerptis Modii. *gregibus circa ſe ſtipat* Regii, Mentel. Groning. Borrich. Neap. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, cum primis edd. *quae ſe ſtipat* v. c. Perreji, Colot. & primus Vatic. *circum ſe* edidit Scaliger. quod probat Vulpius, & margini adſcripſerat Marklandus. infra El. XII. 29.

At noſtra ingenti vadit circumdata turba.

N. Heinſius in ora ed. Ald. conjecerat,

Cuſtodum grege ſeu circumſtipata ruentum
Subſequitur.

vel *Seu fertur. quae ſe ſtipat* & *Quae ſequitur* in Colot. & ſec. Vatic. *Maenas ut acta* Borrich. Leid. ſec. Voſſ. tert. & alter D'Orvill. quod Vulpio placuiſſe videtur. & defendi poteſt ex Valer. Fl. VI. 667. *Talis ad extremos agitur Medea furores. jacta* in Mentel. & primo Leid. ſed *icta* in Neapolitano, quinto Vatic. Heinſiano, & meo utroque. idque Gebhardus & Broukhuſius praetulerunt, & Heinſius in notis Propertianis pag. 721. *icta* ebria vel furiis agitata dicitur Maenas, ut *icta dolore*, *icta malis*, & ſim. Ovidius II. Faſt. 818.

Cui paret exſequias, quove ſit icta malo.

quod recte Heinſius pro *acta* tuetur. ſic *ictus telis* & *ſagittis amoris* apud eumdem Epiſt. XXI. 212.

Ut jaculo, ſcriptis eminus icta tuis.

& Epiſt. XVI. 40.

Miſſilibus telis eminus ictus amo.

vide ad Anthol. Lat. Tom. II. p. 65. & 66. *medias vias* dicit, pro, frequentia hominum celeberrimas. ut Graecis ἐν μέσῳ. vide D'Orvill. ad Charit. pag. 547.

16. *Seu miſeram in tabula picta puella movet*] *miſerum* male in Borrich. Heinſiano, Voſſ. primo & quarto, & meo utroque. *miſerum tabula*, omiſſo

His ego tormentis animi ſum verus aruſpex.
  Has certas didici ſaepe in amore notas.
Non eſt certa fides, quam non injuria verſat.
  Hoſtibus eveniat lenta puella meis.

Inmo.

omiſſo *in*, Voſſ. quart. *miſeram* vocat, quae invitis oculis imaginem alterius puellae in tabula pictae videt, & hinc animo ad iracundiam movetur. ut Lib. II. El. 2. 9. *Me juvenum facies pictae, me numina laedunt.* ubi vide. hunc forte locum reſpicit Ovidius III. Am. 7. 62. *Quid miſerum Thamyram picta tabella juvet.* pro *movet* in aliis legi *monet* notat Lat. Latinius. praeced. verſu *tumidam* conjecerat Marklandus. poſt hunc verſum aliquid excidiſſe, & hiatum orationis eſſe ſuſpicabatur Broukhuſius. ſed nihil deeſt, nam haec & praecedentia dependent a v. 9. *Nimirum veri dantur mihi ſigna caloris*, inter quae *ſigna* refert varios mulieris agitatae aeſtus, quos *animi tormenta* vocat, ſeque iilis *verum aruſpicem* dicit; unde colligat has *certas in amore notas* eſſe, ſi puella fundit convicia, ante Veneris pedes volvitur, cuſtodibus ſtipata incedit, Maenadis inſtar in publico vagatur, ſomniis terretur, & alterius puellae effigie conmovetur: quibus ſubjungere non opus erat, talem puellam amore ictam eſſe, quia ſupra dixerat *ſine amore gravi femina nulla dolet.*

17. *His ego tormentis animi ſum verus aruſpex*] *His ego tormentis videar* in Askew. *animi aruſpex* male jungebat Marklandus, ut notavi ad Lib. II. El. 13. 59. nam *tormenta animi* dicit, ut Juvenalis Sat. IX. 18.

> *Deprendas animi tormenta latentis in aegro Corpore.*

ubi Scholiaſtes MS. Voſſianus *aegritudinem animi* exponit. Seneca Epiſt. 87. p. 562. D. in fin. ed. Lipſ. *ſacrilegium dat lucrum, ſed cum metu, ſollicitudine, tormentis & animi & corporis.* Epiſt. ſeq. p. 566. *tempeſtates animi* vocat. & *inquieti pectoris agitationem tumultuſque perpetuos* Lib. VII. de Benef. cap. 26. Valer. Max. Lib. V. cap. 9. §. 2. de filio Hortenſii: *filium potius in tormentis animi*, (ſic MSS.) *quam in voluptatibus reponens.* Tacitus VI. Annal. cap. 6. *Tiberium non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris ſuaſque ipſe poenas fateretur.* *morſus animi* ſunt Ciceroni Lib. II. de Offic. cap. 7. *Acriores morſus ſunt intermiſſae libertatis, quam retentae.* & III. Tuſcul. 34. *aegritudo erit ſublata, morſus tamen & contractiunculae quaedam animi relinquentur.* Martialis Lib. XII. Ep. 34.

> *Si vitare velis acerba quaedam,*
> *Et triſtes animi cavere morſus.*

Livius Lib. VI. 34. 8. *Confuſam eam ex recenti morſu animi quum pater forte vidiſſet.* & Ovidius Epiſt. XIX. 114. *Incitat & morſus error uterque pares.*

18. *Has certas didici ſaepe in amore notas*] *Nam didici certo* in Regiis, Colbertinis, meo ſecundo, & primis edd. aliiſque vetuſtioribus. *Has didici certo* in Mentel. primo Leid. duobus Voſſ. & meo priore. *Has ego didici ſaepe* in D'Orvill. & Askew. *Has didici certas* cod. Scal. & ſec. Leid: *Nam didici certas*, vel *Has didici veras* conjecerat Marklandus, quia ſequitur *Non eſt certa fides.* ſed praeceſſit modo *verus aruſpex.* ideo potius ex codicum illorum ſcriptura, in quibus *Has didici certo* mallem cum Heinſio *Has didici experto.* ſic Lib. I. El. 3. v. 18. *Expertae metuens verbera ſaevitiae.* Lib. II. El. 17. 18. *Experta in primo ſtulta cavere potes.* & El. 25. 3. *Expertus dico: nemo eſt in amore fidelis.* Francius malebat, *Has didici certas eſſe in amore notas.* pro *notas* in aliis *rotas* apud Lat. Latinium.

19. *Non eſt certa fides, quam non injuria verſat*] Locum hunc in ſui exemploris margine ſic interpetabatur Marklandus, *Amor iſte, qui injuriis non movetur, non eſt verus & bene fundatus amor.* optime quidem Broukhuſius elegantiam verbi *verſare*, pro agitare & vexare, illuſtravit, de quo etiam vide infra ad El. IX. 1. ſed ſenſum loci an recte perceperit, dubito, quem ita exponit, *nihil potes tibi polliceri de fide puellae tuae, niſi eam variis injuriis laceſſiveris.* crediderim potius *injuriam* hic ad puellam ipſam referendam, non vero illam eſſe intelligendam, quam amator facit puellae. idque firmat Ovidii

lo-

Inmorſo aequales videant mea vulnera collo:
Me doceat livor mecum habuiſſe meam.

Aut

locus, a Broukhuſio productus, ex Lib. III. A A. v. 597.

Quamlibet extinctos injuria ſuſcitat ignes,
En ego (confiteor) non niſi laeſus amo.

& hoc eſt, quod idem praeceptor amorum dicit Lib. I El. 8. 96. *Non bene, ſi tollas praelia, durat amor.* ita *injuria* de faſtu puellae & repulſa, apud noſtrum Lib. I. El. 18. 23.

An tua quod peperit nobis injuria curas.

Lib. II. El. 19. 25.

Nil ego non patiar. numquam me injuria mutat.
Ferre ego formoſam nullum onus eſſe puto.

Lib. IV. 8. 27.

Cum fieret noſtro toties injuria lecto.

niſi illic *injuria* potius de ſtupro dicatur. ſic & apud alios *injuria* vel activo vel paſſivo ſenſu. vid. Servium ad Virg. IX. Aen. 108. & Drakenb. ad Livium Lib. V. cap. 3. § 4. & hoc ſenſu capiendum ſatis manifeſtant praecedentia, & quod ſequitur mox v. 23.

Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem.

inde amori ſuo boni ominis ſignum accipit v. 9.

Nimirum veri dantur mihi ſigna caloris,
Nam ſine amore gravi femina nulla dolet.

ubi *viri* pro *veri* in cod. pr. D'Orvill. forte *vivi* voluit librarius. ſimile illud Catulli Ep. LXXVII.

Lesbia mi, praeſente viro, mala plurima dicit.
Haec illi fatuo maxima laetitia eſt.
Mule, nihil ſentis, ſi noſtri oblita taceret,
Sana eſſet. quod nunc gannit & obloquitur,
Non ſolum meminit. ſed quae multo acrior eſt res,
Irata eſt. hoc eſt, uritur & loquitur.

& Ep. LXXXVII.

Lesbia mi dicit ſemper male, nec tacet umquam
De me: Lesbia me, diſperéam, niſi amat.

tali puellae, in rixas amatorias pronae, hic opponitur *lenta puella*, quae non facile iraſcitur, & in amore friget. ſupra Lib. II. El. XI. 14.

Nec mihi ploranti lenta ſedere poteſt.

Tibullus Lib. I. El. XI. 58.

Inter & iratum lentus utrumque ſedet.

ubi vide Broukhuſ. recte igitur *lenta puella*, quae nullis animi adfectibus movetur, ſed ſtupida torpet, exponitur a Caelio Rhodigino Lib. XXIII. Lect. Antiq. cap. 22. talem averſari ſe indicat, utque *hoſtibus eveniat*, precatur, ſolita poëtis formula. Ovidius II. Am. 10. 16. *Hoſtibus eveniat vita ſevera meis.* III. Am. XI. 16. *Eveniat noſtris hoſtibus ille pudor.* Paris Helenae Ep. XVI. v. 217. *Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris.* Albinovanus Epicedio Druſi v. 450. *Hoſtibus eveniat longa ſenecta meis.* & paſſim. vide Broukhuſ. ad h. l. & Drakenb. ad Silium Lib. II. 54.

21. *Inmorſo aequales videant mea vulnera collo*] *mera vulnera* Fruterius. *aequales* hic pares vel rivales ſunt. quod favere poteſt illis, qui ſupra El. IV. 22. legendum praeferunt,

Aequalem nulla dicere habere domo.

In morſo plerique codices & vetuſtae edd. ſed una voce *Inmorſo* correxit Heinſius ad Vellej. Pat. Lib. II. cap. 87. (quod a ſecundo Vaticano firmatur) probante Broukhuſio, & Bentlejo ad Horat. II. Sat. 4. 61. quia *inmorſus* tam probae notae vox eſt, quam *admorſus.* ut *brachia admorſa colubris* de Cleopatra Lib. III. 9. 53. innuit colla morſu laſcivo livida, unde v. ſeq.

Me doceat livor mecum habuiſſe meam.

pro quo corrupte in D'Orv. ſec. *Me deceat levior.* eo ſenſu, quo apud Ovid. I. Am. 7. 42.

Aptius inpreſſis erat os livere labellis,
Et collo blandi dentis habere notam.

& El. VIII. 98.

Factaque laſcivis livida colla notis.

Tibullus Lib. I. El. 7. 14.

Tum ſuccos herbaſque dedi, quis livor abiret,
Quem facit inpreſſo mutua dente Venus.

 ubi

Aut in amore dolere volo, aut audire dolentem:
Sive meas lacrimas, ſive videre tuas.
Tecta ſuperciliis ſi quando verba remittis,
Aut tua quum digitis ſcripta ſilenda notas.

Odi

ubi vide Broukhuſ. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 658. infra Lib. IV. El. 3. 25.

Haec noceant potius, quam dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.

El. V. 39.

Semper habe morſus circum tua colla recentes,
Litibus alternis quos putet eſſe datos.

quibus in locis intelliguntur morſus in rixa amatorum petulante dati. ſed ex ita vel furore eod. Libro El. 8. 65.

Inponitque notam collo, morſuque cruentat,
Praecipueque oculos, qui meruere, ferit.

quod male Paſſeratius ad h. l. non diſtinxit ab aliis Propertii locis, ad morſus amatorios ſpectantibus. *mecum habuiſſe meam* honeſta locutione dictum, quam illuſtrat Broukhuſ. ad Tibull. Lib. IV. El. 7. 10. Cicero V. Verr. cap. 31. *ſed paullo ſolutiore tamen animo ſecum illam haberet.* vid. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 643. & ita *συνελθεῖν* & *συγγενέσθαι*, pro *μιχθῆναι*, apud Graecos. de quo Muncker. ad Anton. Liber. cap. XLI. p. 275. & 280. ed. noviſſ.

23. *Aut in amore dolere volo*] *Nam* in primo D'Orvill. forte pro *Namque*. *dolere nolo* male in uno Colbert. *dolere* hic ea notione, qua apud Ovidium Lib. II. El. 7. 4.

Eligis e multis, unde dolere velis.

vide Patrui mei notas ad Lib. I. Am. El. 3. 18. ſupra El. IV. v. 15.

Nec tu non aliquid, ſed prima nocte dolebis,
Omne in amore malum, ſi patiare, leve eſt.

25. *Tecta ſuperciliis ſi quando verba remittis,*
Aut tua quum digitis ſcripta ſilenda notas]

hos verſus ſe intelligere quidem, ſed quid hoc in loco ſignificent, non capere, notaverat D'Orvillius. primus certe verſus deſideratur in Menteliano, & primo Leidenſi. ſpectant forte ad aliam Elegiam, iiſque omiſſis cuncta commode hic cohaerent. Suſpicor non male hoc diſtichon tranſponi poſſe ad Lib. II. El. 33. poſt v. 80. ubi in Cynthiae levitatem invectus inſidias ſibi ſtructas, malum de ea rumorem, & convivia cum amatoribus peracta memorat, & his ignoſcere paratus iſta ſubjungit, quibus haec inſeri poſſent,

Sin autem longo nox una aut altera luſu
Conſumta eſt, non me crimina parva movent.
Tecta ſuperciliis ſeu (ita malim pro *ſi*) *quando verba remittis,*
Aut tua quum digitis ſcripta ſilenda notas:
Iſta ſenes licet accuſent convivia duri,
Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.

ut tale convivium illic innuat, quale cum Paride egit Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 75. ſeqq. qui locus ex hoc Propertiano expreſſus videtur,

Illa quoque adpoſita quae nunc facis, inprobe, menſa,
Quamvis experiar diſſimulare, noto. &c.
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notavi
Signa ſupercilio paene loquente dari.
Et ſaepe extimui, ne vir meus illa videret,
Non ſatis occultis erubuique notis.

& cum Corinna Ovidius Lib. I. Am. El. 4. 17.

Me ſpecta nutuſque meos, vultumque loquacem,
Excipe furtivas, & refer ipſa, notas.
Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam:
Verba leges digitis, verba notata mero.

ubi ex cod. Menteliano praeferrem,

Verba ſuperciliis, ſed voce carentia, dicam.

propter *vultum loquacem*, qui praeceſſit. ibidem *referre furtivas notas*, prius *exceptas*, idem eſt, quod hoc in loco *verba ſuperciliis tecta remittere*, hoc eſt reddere, reſpondere. ut apud Virg. XII. Aen. 929. *& vocem late nemora alta remittunt.* & ſic *mittere verba* pro loqui, *ἱέναι*, apud noſtrum Lib. II. 13. 72. *Nunc per rimoſas mittere*

verba

Odi ego quos numquam pungunt ſuſpiria ſomnos.
Semper in irata pallidus eſſe velim.
Dulcior ignis erat Paridi, quum Graja per arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuae.

Dum

verba fores. quod autem Livinejus notet Douſam per *digitos* hic intellexiſſe *ungues*, in quibus apte literae ſcribi poſſunt, id in Douſae notis fruſtra quaeſivi, in quibus tantum haec cum loco Ovidiano confert. notas autem has furtivas digitorum motu ac crepitu edebant. unde *digiti loquaces* dicti, non vero in unguibus ſcribebant. plura de his amantium mutis ſermonibus, nutuque loquaci, vide apud Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 2. 21. & Lib. II. El. 7. 25. & Cl. Schraderum Anim. ad Muſaeum cap. XI. *ſcripta dolenda* in primo Leidenſi & Menteliano. *dicta ſilenda* Guyetus. male. nam *verba* jam praeceſſerunt. quamvis ſic quoque conjecerit Broukhuſius. per *ſcripta* innuit epiſtolas, ſeu tabulas pridem miſſas, quarum arcana ſilenda digitis loquacibus notabat. Tibullus Lib. IV. El. 7. 7.

Non ego ſignatis quidquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus, ante velim.

quod cum hoc loco confert Cl. Heynius. ſed magis forte probanda eſt Marklandi conjectura, qui hic legebat *ſigna ſilenda.* ut apud Ovid. Epiſt. XVI. 256.

Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.

& IV. Met. 63.

Conſcius omnis abeſt, nutu ſigniſque loquuntur.

praeſertim id firmabat loco ſupra prolato ex Ep. XVII. 82. *ego tecta notavi Signa ſupercilio paene loquente dari.* vocem vero *ſcripta* Broukhuſium fruſtra torſiſſe addiderat.

27. *Odi ego, quos numquam pungunt ſuſpiria, ſomnos*] *quae numquam* in Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtis edd. *quos* in Colot. quinto Vatic. & unius Colbertini margine. quod praeferunt Paſſeratius, Guyetus, & Broukhuſius. *quam* primus Vatic. *quum* in ſecundo. *quae numquam pugnant* Askew. *quod numquam pangunt* in Palatino Gebhardi. *pandunt* in primo Leid. & Mentel. *pingunt* ſec. Leid. & Voſſ. tert. *rumpunt* cum Heinſio praefert Patruus meus ad illud Ovidii II. Am. 19. 55. *Nil metuam? per nulla traham ſuſpiria ſomnos.* ſed *pungunt* loco non facile moverim, & recte a Paſſeratio exponitur de ſomnis, quos ſuſpiria non ſtimulant, & interrumpunt. *manu pungere*, è ſomno excitare, apud Petron. cap. 87. ſub finem. *pungere* Graecis κεντεῖν vel κεντρίζειν, ut in Gloſſis antiquis exponitur. ſic *pungere* de dolore & ignominia mentem excruciante apud Cic. Lib. II. Tuſc. Quaeſt. 13. *Pungit dolor. vel fodiat ſane. ſi nudus es, da jugulum.* & Lib. III. cap. 34. *Si paupertas momordit, ſi ignominia pupugit, ſi quid tenebrarum obfudit exſilium.* ἀμύσσειν Aeſchylo in Perſis v. 161. Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς.

28. *Semper in irata pallidus eſſe velim*] *in iratam* duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. cum meis codd. & priſcis edd. quod male tuetur Paſſeratius, ſed alterum recte Broukhuſius vindicavit, & firmatur a cod. Neapol. nec aliter Guyetus. & Heinſius in notis ad Propert. p. 722. vide ipſum Paſſerat. ad Lib. I. El. 13. 7. & quae illic notavi. male igitur Francius apud Ovidium Epiſt. I. 14. legendum conjecerat, *Nomen ad Hectoreum pallida ſemper eram.* pro *Nomine in Hectoreo.*

29. *Dulcior ignis erat Paridi, quum Graja per arma*
Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuae]

quo in meo ſecundo a man. pr. *igne* videlicet. *Graja per arma* dudum reſtituendum viderunt viri eruditi, Fruterius in Epiſt. ad Canterum, inter Epiſtolas a Gabbema collectas pag. 637. & ſic Douſa P. Paſſeratius, Guyetus, Heinſius, aliique, pro *grata*, quod multos codices & edd. veteres obſidet. ut paſſim hae voces in membranis antiquis confunduntur. *Tyndaridis* in altero Regio. recte vero Broukhuſius refutat illos, qui *gaudia ferre* per dare oſcula expoſuerant. quod contra uſum poëtarum eſt. tu vide N. Heinſii notas ad Ovid. Epiſt. XVIII. 43. ubi ex cod.

 Gro-

Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector,
Ille Helenae in gremio maxima bella gerit.
Aut tecum, aut pro te mihi cum rivalibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
Gaude, quod nulla eſt aeque formoſa: doleres,
Si qua foret: nunc ſis jure ſuperba, licet.

At

Gronoviano emendat,

Gaudia laturo ſi quis tibi claudere vellet
Aërios aditus, quo paterere modo?

& variis exemplis locutionem illuſtrat. quamquam illic *Gaudia rapturo*, ut in vulgatis legitur, etiam intelligi poſſet de Borea Orithyiam rapiente. huic autem loco melius convenit illud ex Remed. Am. 778.

Hoc & in abducta Briſeïde flebat Achilles,
Illam Pliſthenio gaudia ferre toro.

31. *Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector*
Ille Helenae in gremio maxima bella gerit.]

Dardanus Hector conjecerat Heinſius. ſed *barbarus* pro Trojano poteſt intelligi, ut faepe apud Ovidium, alioſque. hanc vero Paridis militiam bellatoribus Graecis & Hectori oppoſitam confert Valens Guellius cum loco Virgilii XI. Aen. 736. Sed de ſinceritate lectionis dubito, neque enim hic placent *maxima bella*, epitheto non valde congruo. Conjeceram aliquando *mollia bella gerit.* ut apud Joſeph. Iſcan. Lib. V. de Bel. Troj. 337. de Paride & Hectore:

— *ereptumque hoſti Trojamque reductum*
Reſtituit thalamis, & bellis mollibus aptat.
Macte Paris, ſic terga paras? ſic praelia linquis,
Atque hoſtes, ignave, tuos?

Sed magis nunc placet, forſan ſcripſiſſe Propertium,

Ille Helenae in gremio Martia *bella gerit.*

ut per ironiam innuat Paridem bella, quibus in palaeſtra Martis ſe exercere decebat gerere in gremio Helenae (quam inaudito ſtupore Agamemnonis uxorem facit interpres Delphinicus ad Manil. IV. 80.) ibique ſe virum fortem praeſtare, quia Veneri quam Marti aptior erat. hinc ſeria exprobratione ei objicit ipſa Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 253. loco adpoſito:

Apta magis Veneri, quam ſunt tua corpora Marti,
Bella gerant fortes, tu, Pari, ſemper ama.
Hectora quem laudas, pro te pugnare jubeto,
Militia eſt operis altera digna tuis.

& ſimili colore Laodamia de Proteſilao ſcribit Epiſt. XIII. 83.

Non eſt, quem deceat nudo concurrere ferro,
Saevaque in oppoſitos pectora ferre viros.
Fortius ille poteſt multo, quum pugnat amore.
Bella gerant alii, Proteſilaus amet.

Francium quoque *maxima bella* offendiſſe videntur, nam tranſpoſitis vocibus conjecerat, *In gremio ille Helenes altera bella gerit.* cui favere poſſet illud Ovidii d. l. *Militia eſt operis altera digna tuis.* Locum hunc cum Homero Il. Γ. 53. Joſepho Iſcano, & Iliados Epitome, Pindari Thebani titulo inſignita, contulit doctiſſ. Wakkerus in Amoen. Liter. cap. VI. p. 36. recte autem Broukhuſius *dum reſtat barbarus Hector* exponit, dum reſiſtit & obnititur, non vero, dum ſupereſt ac vivit, ut Paſſeratius. ſic apud Ovid. II. Faſt. 749. *melioribus Ardea reſtas.* vide ſupra ad Lib. II. El. XVII. 17. & ſic Fruterius Lib. II. Veriſim. cap. 18. Guyetus ad Terent. Andr. V. 4. pag. 48. & Janus Gulielmius Quaeſt. Plautin. in Amphitr. cap. 5. pag 14. qui tamen memoriae lapſu, tamquam e Tibullo, hunc locum ſic adfert,

Dum fugiunt Troës, dum reſtat barbarus Hector.

34. *in te pax mihi nulla placet*] *vitae pax* in meo ſec. praeced. verſu *pro te* firmatur ab omnibus codd. & edd. antiquis. recte igitur *per te* ex ſolo Groningano non admiſit Broukhuſius.

35. *Gaude, quod nulla eſt aeque formoſa, doleres,*
Si qua foret. nunc ſis jure ſuperba, licet]

nullo eſt aeque in Mentel. & primo Leid. *dolores* in

At tibi, qui noſtro nexiſti retia lecto,
Sit ſocer aeternum, nec ſine matre domus.

Cui

in tribus Voſſ. primo D'Orvill. & Askew. *Sive foret, ſis nunc* Voſſ. quart. *aure ſuperba* in altero D'Orvill. vitioſe. *jure* eſt meritis & dote pulchritudinis. ut in illo Horatii Lib. III. od. 30. 14. *ſume ſuperbiam Quaeſitam meritis.* ſic *jure* pro ratione rei, quae obtenditur. vide ad Lib. II. El. 5. 8. Sed totum hoc diſtichon, prae ceteris ſatis incitatis valde languidum & frigidum, nonnihil ſuſpectum eſt, &, ſi abeſſet, praecedentia ac ſequentia non interrupto tenore recte cohaerebunt.

37. *At tibi, qui noſtro nexiſti retia lecto,*] *tendiſti* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & antiquis edd. idque praeferebat Paulus Meliſſus, teſte Grutero ad Senecae Herc. Fur. 538. & Voſſius Lib. III. de Analoge cap. XXVI. pag. 111. qui tamen cap. XXXI. p. 128. *nexiſti* ex Diomede probaſſe videtur, ut ex Chariſio, Diomedem forte cogitans, legendum monuit Scaliger, quod a primo & quinto Vaticano confirmatur. Diomedem enim ſub nomine *Maecenatis* hunc verſum produxiſſe, & in eo *nexiſti* agnoviſſe, notarunt alii. ita ſaltem legitur in ed. Putſchii pag. 366. ubi tamquam ex opere quodam Maecenatis adfertur, & *nexiſti retia lecta* editur. Sed hinc memoriae fallacis errore ceſpitavit N. Heinſius ad Virg. V. Aen. 279. qui verſum hunc, a Diomede ſub Maecenatis nomine memoratum, exiſtimabat fragmentum eſſe ex carmine Maecenatis deperdito, quo Martis & Veneris congreſſum, & retia a Vulcano illis nexa, deſcripſerit: ad quam fabulam hic adluſiſſe Propertium, notaverat Marklandus. quod quidem Paſſeratio etiam in mentem venerat, ſed mox rejecit. & recte. nam a venatione deſumtam eſſe locutionem, neque de Vulcani retibus cogitaſſe poëtam cenſebat Cel. Ruhnkenius. Unde autem error ille in editionem Diomedis, quam ex tribus MSS. caſtigavit Putſchius, inrepſerit, mirum videtur. idem Heinſius in notis Propertianis pag. 722. (ubi typorum incuria vitioſe *Martialis* nomen pro *Maecenatis* excuſum eſt) ipſum Maecenatis locum omiſſum excidiſſe ſuſpicabatur. ſed forte alia corruptelae cauſſa fuit, qua nonnullorum Grammatici illius codicum deſcriptores, hunc verſum è Propertio adferentes, conjecerint oculos in Elegiae mox ſequentis initium, quae Maecenati inſcripta eſt, & hinc illius nomen oſcitanter ſuppoſuiſſe videntur pro *Propertio*. In editione autem Diomedis, quae Coloniae cura Herm. Buſchii an 1523. excuſa eſt, verba haec *nexiſti retia lecta*, Fol. XXVIII. male connexa leguntur fragmento Livii ex Odyſſea, quod praecedit, ſequente Lucilii verſu, *curarum retia nexit.* Sed in editione, quae ſtudio Jo. Caeſaris apud Aſcenſium an. 1528. prodiit, integer hic verſus ſub Propertii nomine adfertur pag. 29. & in ejuſdem ed. Colon. 1536. pag. 52. unde ex antiquioribus editionibus locum adferens Lucas Fruterius Lib. II. Veriſim. cap. 10. notat Diomedem auctoritate Propertii adfirmare, veteres *nexiſti* dixiſſe, nulla Maecenatis fragmenti mentione facta. neque aliter apud Priſcianum Lib. X. pag. 903. ed. Putſch. & Neſtorem in Vocabulario, in *Necto*, pag. 90. apud quos *nexiſti* etiam legitur, ſine dubio ex codd. MSS. quibus utebantur, non *tendiſti*, quod a ſciolis intruſum. Grammaticorum igitur veterum auctoritatem praeferendam eſſe recte admonet Fruterius. ut autem *nexiſti* pro *nexuiſti*, ita *ſtertiſſet*, pro *ſtertuiſſet*, in vetuſtis olim Ovidii editionibus Epiſt. VIII. v. 21. ubi vide notas. initio verſus *Et tibi* in Heinſiano. *Et mihi* in Borrich. & meo priore. *At tu* Vatic. quint.

38. *Sit ſocer aeternum, nec ſine matre domus*] *ſine marte* in primo Vatic. & aliis. id eſt, rixa, diſcordia. quod recte inprobat Paſſeratius. Beroaldus enim, quum hanc lectionem prius recte expoſuiſſet, mox eam pervertit, legitque,

Sis ſacer aeternum, nec ſine marte domus.

hoc eſt, ſis exſecrabilis ſemper, & domus tua numquam rixis careat. & ita legitur in ejus editione an. 1487. 1493. 1500. & 1520. Mihi vero blanditur admodum conjectura amiciſſimi Santenii,

Sit ſacer aeternum, nec ſine marte torus.

ut *ſacer torus* eo dicatur ſenſu, quo Hypſipyle Jaſoni inprecatur apud Ovid. Epiſt. VI. in fine:

Vivite devoto femina virque toro.

Cui nunc ſi qua data eſt furandae copia noctis,
Offenſa illa mihi, non tibi amica dedit.

ELEG.

& per *martem* intelligamus adulterum, rivalem, quod adſtrui poſſet ex v. 32. *mihi cum rivalibus arma Semper erunt.* Forte etiam conjicere quis poſſet,

Sit ſacer aeternum, ſit ſine patre torus.

ut filios ipſi ſpurios adprecetur, quorum ipſo ſator non fuerit, ſed pater ignoretur. quomodo eleganter *ſine patre, ſine matre eſſe* dicuntur illi, quorum parentes ignoti vel obſcuri latent. quam locutionem optime illuſtrarunt Perizon. Anim. Hiſt. cap. III. p. 157. & Cel. Weſſeling. Lib. II. Obſerv. cap. 10. Sed forte Propertius tangere voluerit affines & cognatos rivalis, nobis non magis notos quam ſoror illa apud Tibull. I. 10. 59. loco non diſſimili:

Semper ſint externa tuo veſtigia lecto,
Et pateat cupidis ſemper aperta domus.
Nec laſciva ſoror dicatur plura bibiſſe
Pocula, nec plures emeruiſſe viros.

39. *Si qua data eſt furandae copia noctis*] miror Broukhuſium ex ſolo Groningano & Gebhardi Commeliniano praetuliſſe, & in contextu exhibuiſſe *data eſt fraudatae*, lectione auribus ingratiſſima, poſthabito veterum codicum longe majori numero, in quibus *furandae*. hoc eſt, furatae. ita certe in omnibus MSS. quorum variantibus utor, & editionibus antiquioribus legitur, niſi quod *fruſtrandae* in Menteliano. *furari noctem* elegans locutio, ut *furta* & *furtiva Venus*, in clandeſtinis amoribus. auctoritate igitur tot membranarum & edd. veterum hoc repoſui. *Quae nunc* in aliis apud Lat. Latinium.

40. *Offenſa illa mihi, non tibi amica dedit*] *Offenſam* in Regiis, Colbertinis, Scaligeri cod. Borrich. Leid. ſec. tribus Voſſ. primo D'Orvill. meo utroque, & priſcis edd. ut *offenſam dedit* jungantur. *Offenſum* in Askew. & altero D'orv. ſed *Offenſa* in cod. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vatic. & Neapol. *Infenſa* in Aldinis, Juntina, aliiſque poſt Beroaldum editionibus. ſed *offenſa* de laeſa & irata Cynthia recte expoſuit Broukhuſius. ut apud Ovid. Epiſt. XXI. 202.

Ingemit, & tacito ſuſpirat pectore, meque
Offenſam, quamvis non mereatur, habet.

ubi alii male *Infenſam.* probitatem locutionis adſtruit Pricaeus ad Apuleji Apolog. p. 216. & paſſim *infenſos* & *offenſos* Deos permutarunt librarii, ſed *offenſos* praetulerunt viri docti. vid. notas ad Ovid. Epiſt. XXI. 48. & ad Lib. I. Faſt. 482.

ELEG. VII.

Maecenas, eques Etruſco de ſanguine Regum,
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam:
Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in aequor?
Non ſunt apta meae grandia vela rati.
Turpe eſt, quod nequeas, capiti conmittere pondus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

Omnia

Eleg. VII. 1. *Maecenas, eques Etruſco de ſanguine Regum,*
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam]

meām in Vaticano Livineji. recte Broukhuſius hanc lectionem vindicavit adverſus Livinejum & N. Heinſium, qui *Infra fortunam* praeferebant, nullo codice aut vetuſta editione adnuente. *intra fortunam* ſe continet, qui, licet excelſa ſede poſitus, ſibi moderatur, neque cornua tollit. quam vocis ſignificationem illuſtrant ea, quae notat Freinshemius Indice ad Florum in *intra*. & vide Bentlej. ad Horat. A. P. 265. —— *tutus & intra Spem veniae cautus.* ubi plura de hac ſignificatione vocis *intra*, expoſito contra Dacerium Flori loco, Lib. I. cap. 3. *facinus intra gloriam fuit.* adde Rupertum ad Valer. Max. p. 109. Snakenb. ad Curt. Lib. VII. cap. 1. §. 25. & Patrui mei notas ad Ovid. III. Triſt. 4. 25. ubi hoc in loco etiam *Intra fortunam* tuetur, Heinſiumque refellit illic quoque emendantem, *& infra Fortunam debet quiſque manere ſuam*, ſed modeſtius, quam in prima Propertii editione Heinſium, objecto ipſi inſanabili novandi pruritu, oculis Criticorum loliginem obfundente, caſtigaverat Vulpius, quod tamen in curis ſecundis omiſit. ſenſum ex loco Velleji Paterc. Lib. II. cap. 88. ubi de Maecenate dicit: *Vixit anguſti clavi fine contentus, nec majora conſequi non potuit, ſed non concupivit*, expoſuit Ciofanus ad Ovid. IV. Triſt. El. 10. 29. ſic infra v. 29.

Parcis, & in tenues humilem te colligis umbras,
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.

Maecenati autem genus regium non tantum hoc in loco tribuit Propertius, ſed *atavis Regibus editum*, & *Tyrrhenam Regum progeniem* fuiſſe teſtatur Horatius, ejuſque imitatione Martialis Lib. XII. Ep. 4. *Maecenas atavis Regibus ortus eques.* & illius *ſceptris celebratum nomen Etruſcis* dicit Silius Ital. Lib. X. 41. idque adverſus Dacerium, per *reges* tantum viros illuſtres intelligentem, recte tuetur Broukhuſius. hunc tamen regiae ſtirpis ſplendorem Maecenati denegavit etiam Franciſcus Dinus, libro Italico de origine, gente, patria, & rebus geſtis Caji Maecenatis, edito Venet. 1704. ſed inlibatam hanc ejus nobilitatem adſeruerunt Scaliger ad Auct. Eleg. in Obit. Maec. v. 13. *Regis eras genus Etruſci.* & operoſe Dempſterus in Etrur. Regali Lib. II. cap. 54. & 55. de hac regia Maecenatis, ex Cilnio, Etruſcorum Rege, qui in urbe Arretio ſedem habebat, origine, vide Dorleans ad Tacit. p. 534. Gorium in Inſcriptt. Florent. Tom. II. pag. 271. & ſeqq. ad p. 275. Marianum de Etrur. Metrop. cap. XVI. & adde quae notata ſunt ad Tom. I. Anth. Lat. p. 254. recte igitur Bentlejus propter tam illuſtres Equitis hujus natales apud Horat. Lib. I. od. 20. 5. reſtituit, *Clare Maecenas eques.* pro *Care*, quod in aliis legebatur.

3. *Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in aequor?*
Non ſunt apta meae grandia vela rati]

tam magnum male in Askewiano. ad illuſtrationem hujus loci faciunt, quae ſupra notavi ad Libri hujus Eleg. 2. v. 22. ſatis libere haec imitatus eſt poëta elegantiſſimus Jac. Wallius Lib. I. Eleg. 1. ad Alexandr. VII.

O Pater, o felix ſecli melioris origo,
O ſpes, o noſtri, quem regis, orbis amor.
Tu me tam vaſtum ſcribendi mitte per aequor,
Et, per quas facies, da, precor, ire vias.

5. *Turpe eſt, quod nequeas* &c.] *Turpe quod eſt nequeas* in Regiis codd. primis edd. & apud

Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta,
Fama nec ex aequo ducitur una jugo.

Gloria

Octavian. Mirandulam in Viridar. Illuſtr. Poët. fol. 184. altero verſu *Et peſſum* in v. c. Ant. Perreji. conferenda eſt hujus loci ſententia cum illis Ovidii II. ex P. Ep. 7. 77.

Suſtineas ut onus, nitendum vertice pleno eſt:
At flecti nervos ſi patiare, cades.

hinc forte deſumſit Seneca Thyeſt. 929.

—— magnum, ingenti
Strage malorum preſſum. fracti
Pondera regni non inflexa
Cervice pati.

& egregia conparatione Cicero Lib. II. Tuſcul. cap. 22. *ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt, ſimillime animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere.*

7. *Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta*] cave hic ſuſpiceris legendum eſſe *rebus ſunt omnibus apta.* ut adferunt alii, & Alb. Eyb in Margar. Poët. cap. XII. *omnia rerum* Graeciſmo Propertiano dicuntur pro *omnes res.* vid. Cuningh. Animadv. ad Horat. Bentlej. cap. X. p. 125. & adſcripſerat Marklandus illud Euripidis in Medea v. 56. τἄλγος ἀλγήδονος, pro αὐλὴν ἀλγηδών. & Ariſtoph. Pluto v. 1061. τκλάνταντ' ἀνδρῶν. Ovidius III. A. A. 188.

Nam non conveniens omnibus omnis erit.

ubi aliis locis, & hoc ipſo Propertiano, loquendi modum illuſtravit Heinſius.

8. *Fama nec ex aequo ducitur una jugo*] Haec Lipſii emendatio eſt, non inmerito a Broukhuſio laudata & recepta. nam *Flamma* olim in vetuſtis erat codicibus, in quibus etiam *rogo* pro *jugo.* ut ex aliis adfert Lat. Latinius. accedunt Menteliaus, Excerpta Scaligeri, Regii, Borrich. Neap. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & meus ſecundus, cum primis edd. in multis etiam *ulla* vel *illa.* in aliis *clauditur ulla. Fama nec ex aequo d. ulla jugo* adfert Albertus Eyb in Margarita Poëtica cap. XII. apud Octavian. Mirandulam, *Flamma nec ex aequo ducitur ulla jugo.* tales vero ſcriptores ex codd. MSS. loca veterum producunt. Guyeto placebat, *Fama nec ex uno ducitur aequa jugo.* ſed *aequum jugum*, deſumta locutione a jumentis, aequali jugo trahentibus, recte exponit, & abſurdam Gebhardi interpretationem, qui *jugum* hic eſſe fontium caput ſomniaverat, exploſit Gronovius Diatr. Stat. cap. XXX. p. 193. quod autem *ulla* tueatur pro *una*, & explicet, nec umquam fama par exiſtit ex geminata ſcientia, non probo. a Gronovio non diſſentit editor Elector. Etonenſ. pag. 119. 120. ita tamen, ut Beroaldi aut Scaligeri interpretationem non rejiciat. *imo juge* conjecerat Heinſius. Sed pro nihilo non habenda eſt Heinſiani & primi mei codicis lectio, in quo, *Palma nec ex aequo ducitur una jugo. aequo jugo*, ἴσῳ ζυγῷ. ut deducta locutio ſit ab equis eodem ſub jugo trahentibus currum triumphalem vel Olympicum, qui palma erant coronati. Horatius Lib. I. od. 1. init. de diverſis etiam hominum ſtudiis, ad Maecenatem:

—— palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

hinc infra v. 17.

Eſt quibus Eleae concurrit palma quadrigae.

vulgata tamen ita exponi poteſt, ut innuat, variis viis in eadem arte ad gloriam graſſari licere, quod deinde probat exemplo celebrium Pictorum, qui, licet ſibi diſſimiles, ſuis tamen, quantumvis diverſis, meritis cenſendi ſunt ſinguli. ad rem facit inſignis Ciceronis locus, Lib. III. de Orat. c. 7. *Una fingendi ars eſt, in qua praeſtantes fuere Myro, Polycletus, Lyſippus, qui omnes inter ſe diſſimiles fuerunt; ſed ita tamen, ut neminem ſui velis eſſe diſſimilem. una eſt ars ratioque picturae, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles, neque eorum quiſquam eſt, cui quidquam in arte ſua deeſſe videatur. — Atque id primum in poëtis cerni licet. — quam ſint inter ſeſe Ennius, Pacuvius, Acciuſque diſſimiles. quam apud Graecos Aeſchylus, Sophocles, Euripides; quamquam omnibus par paene laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur.* & hunc quidem Ciceronis locum totum adſcripſi, quia eum in animo habuiſſe Propertium, adfirmare auſim. Tulliana enim imitatione non raro gaudere noſtrum, ſaepe notavit Broukhuſius. vid. ad Lib. III. El. 3. 6. El. XIV. 22. IV. 7. 65. & alibi.

9. Glo-

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna,
Exactis Calamis ſe mihi jactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles:

Par-

9. *Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna*] *animoſa fingere ſigna* in Excerpt. Scalig. Borrich. Voſſ. pr. & quarto Heinſiano, meo utroque, & primis edd. *animata* legebat Heinſius. quod aliorum exemplis minime indiget. Statius Lib. V. Sylv. 1. 2.

Si manus aut ſimiles docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur, impreſſis aurumve animare *figuris.*

Claudianus IV. Conſ. Hon. 591.

—— *picturatumque metallis*
Vivit opus, multaque animatur *iaſpide cultus.*

ut legebat Heinſius, pro *ornatur. animata* autem intellige ab artifice Lyſippo, ſignis ſuis *animam* ſeu vitam dante, ἔμψυχα. Antipater Lib. IV. Anth. Graec. Tit. XII. Ep. 7. de Cnidia Praxitelis Venere, Τίς λίθον ἐψύχωσε. vid. Cel. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. v. 83. *vivida ſigna* vocat noſter Lib. II. El. 23. 8. Petronius cap. LXXXVIII. *Lyſippum ſtatuae unius lineamentis inhaerentem inopia extinxit, & Myron, qui paene hominum* animas *ferarumque aere comprehendit, non invenit heredem.* vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 101. in Epigrammate veter. de Equis aeneis, Tom. II. Anthol. Lat. pag. 458.

Quae manus hos animavit *equos? quibus aere rigenti*
Currere velle dedit, & in aethera quaerere curſus?

ubi emendari poſſet,

—— *quis in aere rigenti*
Currere velle dedit.

plura illic notavi. & eodem Vol. p. 352. *vivere* Ovidio Lib. X. Met. 250.

Virginis eſt verae facies, quam vivere credas:
Et, ſi non obſtet reverentia, velle moveri.

πλάττειν ἔμπνοα, de Myronis bucula, in Epigrammate Antipatri Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. VII. Ep. 13. hinc apud Pacatum Paneg. cap. 44. p. 141. emendandum cenſebat Cel. Ruhnkenius, *haec in coloribus vivant, haec in aere moveantur.* pro *in aera.*

10. *Exactis Calamis ſe mihi jactet equis*] vitioſe *calamus* in Regiis, Neap. Borrich. Askew. ſecundo Leid. tribus Voſſ. meo utroque, primo D'Orv. primiſque edd. *calamos* in altero D'Orv. *Calais* Groning. quae eadem nominis corruptio eſt in MSS. & edd. antiquis apud Ovid. IV. ex P. Ep. I. 33.

Vindicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum.

quo loco Apellis, Phidiae, Calamidis, & Myronis opera memorans, hunc Propertianum reſpexiſſe Naſonem, non dubito. Calamidis, caelatoris & ſtatuarii inſignis, equi a veteribus, Pauſania, Plinio, aliiſque laudantur. vide Broukhuſii notas ad h. l. Harduin. ad Plin. XXXIV. 8. §. 11. p. 121. & Fr. Junii Catalog. Artific. Veter. pag. 42. illius Calamidis nomen loco Luciani reſtituendum conjicit Robert. Titius in Aſſertione Locor. Controv. Lib. II. c. 17. pro σφαῖρα καλάμου pro ſphaera ex calamo vel arundine, ut vulgo legitur, vel Καλάμιδος, nomine proprio, ut prius conjecerat. ſed vide Interpretes ad illum Luciani locum, qui eſt in Nigrino Tom. I. pag. 41. *exactos* igitur *equos* vocat, multa arte elaboratos, ἐξειργασμένους. ſupra El. I. v. 8.

Exactus tenui pumice verſus eat.

ubi vide Paſſeratium. infra El. XX. 30.

Sive ebore exactae, ſeu magis aere manus.

ſic *exacta referre*, exquiſita interpretatur Servius apud Virg. I. Aen. 309. Seneca Lib. I. de Ira cap. 3. *Regium illud & principale parum ſubtile, parum exactum.* vide Xylandri notas ad Horat. III. od. 30. 1. dein *ſe mihi jactet* Heinſius. quod minime rejiciendum, oppoſitionis vel diverſae laudis cauſſa; modo in ſequentibus pentametris etiam *vindicet*, & *flectat* legatur. *ſe tibi* Guyetus. de locutione *ſe jactare* vide ad Lib. II. El. 19. 15. hunc vero Propertii locum ſic imitatus eſt Sidronius Hoſchius, cum antiquis de palma poëtica certans, Lib. II. El. 12. pag. 51.

Si Calamis nocti tantum tenebriſque laboret,
Exactos Calamis quid mihi jactet equos?

11. *In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles*] *poſcit* in Neapolitano & meo ſecundo. quod non facile rejecerim, ut de Parrhaſio ſequitur *vindicat arte locum. poſcit ſummam, gloriae* nempe, quae praeceſſit, ut exponit Patruus meus ad Ovid. Epiſt. VII. 12. ubi Heinſius *ſummam* ſimpliciter dici exiſtimabat. & ſic Paſſeratius, quamquam exempla, quae adfert ex Terentio

ad

Parrhaſius parva vindicat arte locum.

Argu-

& Cicerone, aliquid adjectum habeant, quo laudis ſumma exprimatur. ut *ſumma rerum*, *ſumma animi*, *judicii*, & *urbis ſumma* ex Ovidio. ſic *meriti ſumma* eidem Epiſt. II. 56. *ſumma laboris* III. A. A. 404. ubi in aliis *fama laboris.* recte igitur in codd. MSS. apud Cicer. IV. Catil. 6. *ne quid de ſumma reipublicae minueretur.* omiſſa dignitate. in loco autem Velleji Paterc. II. 76. ubi Heinſius emendabat, *parum habebat ſummam accepiſſe rei publicae*, Acidalium *ſumma accepiſſe* legentem in ſua editione ſecutus eſt Cel. Ruhnkenius. *palmam tabulae* vocat Plinius XXXV. 10. de Protogene: *Palmam habet tabularum ejus Jalyſus. poſcere* vero de eo, qui aliquid tamquam jure meritorum exigit. Virgilius IX. Aen. 194.

Si tibi, quae poſco, promittunt, nam mihi facti
Fama ſat eſt.

ubi Servius: *Poſcere eſt ſecundum Varronem quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus.* Paris apud Ovid. Epiſt. XVI. 19.

Praemia magna quidem, ſed non indebita poſco.

Lib. XII. Met. 624. in contentione de armis Achillis,

Non ea Tydides, non audet Oïleos Ajax, &c.
Poſcere.

& XIII. 180.

Arma peto, vivo dederam, poſt fata repoſco.

multa de hoc verbo Heinſius ad Claud. II. in Rufin. 298. recte igitur Apelles hic ſuo quodam jure *poſcere* dicitur *ſummam gloriae*, propter laudatiſſimam Veneris ἀναδυομένης tabulam, ad formam Phrynes expreſſam. ſic apud Ovid. IV. ex P. Ep. I. 29.

Ut Venus artificis labor eſt & gloria Coi.

vide ad Lib. I. El. 2. 22.

12. *Parrhaſius parva vindicat arte locum*] *parta vindicat arte* ex Scaligeri emendatione edidit Broukhuſius, ut *parere artem* dicatur, quomodo *parere laudem*, *gloriam*, & ſim. *parere nomen* ac *famam ex arte*, vel quacumque diſciplina, recte dici nemo diffitebitur, ſed *parere artem*, pro primum artis inventorem eſſe, quis dixerit, ignoro. melior ergo altera eſſet Scaligeri conjectura, *priva vindicat arte locum.* quam probat editor Elector. Etonenſ. pag. 120. Jo. Iſ. Pontanus Lib. II. Analect. cap. 2. legebat, *Parrhaſius propria* &c., & mox v. 16. *Praxitelem Parius vindicat arte lapis.* ubi *propria arte* olim legebatur. & hoc praefert Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. p. 100. Sed revocandam hic cenſui antiquam lectionem *parva vindicat arte.* ut pari conſenſu habent omnes fere codices, Regii, Colbertini, Mentel. Borrich. Groning. duo Leidd. tres Voſſ. D'Orvillianus uterque, & mei, cum priſcis edd. idque exigunt praecedentia, ubi *grandia vela* cymbae ſuae non convenire, neque vaſtum aequor ſibi navigandum eſſe dixit, ideoque propter merita diverſa Lyſippi ſignis animoſis equos Calamidis exactos, & hoc loco Veneri Apellis in magna tabula pictae opponit Parrhaſii *parvas*, ſeu *minores*, *tabellas*, in quibus laſciviora exhibebantur, ut vocat Plinius Lib. XXXV. cap. 10. *Parrhaſius minoribus tabulis libidines pinxit eo genere petulantis joci ſe reficiens.* quo loco hanc quoque lectionem defendit Carolus Datus, libro Italico, quo Vitas veterum Pictorum deſcripſit, pag. 78. & 79. refutatque Beroaldum, cui *Pyreicus* pro *Parrhaſio* ſubſtituendus videbatur, quia Plinio hic pictor *humilitatem ſecutus*, in *minoribus picturis* excelluiſſe dicitur. ſed quod ſatis refutatur ex iis quae notavit Scaliger. quamquam Beroaldo nonnihil favere poſſet Vaticanus primus, in quo *Pyrricus*, & clarius in quarto Vatic. *Pireicus.* hinc *Pyreicus* derivatum eſt in primam Aldi, Juntinam, Mureti, Colinaei, Rovill. Antverp. Chriſtoph. Plant. 1560. Canteri 1569. Gryphianam 1573. ex Jac. Graſſeri, quae ex illius cod. MS. excuſa eſt. de hoc artifice vide Harduin. ad Plin. XXXV. 10. §. 37. ubi hic Pyreïcus *arte paucis poſtferendus* dicitur. ipſe vero Datus ſuo idiomate videtur vel perperam vel obſcurius hunc Propertii verſum reddidiſſe pag. 61. *In piccolo Parraſio ha preſo il luogo. In parvo, Parrhaſio pretium habet locus.* verus enim ſenſus eſt, parvas Parrhaſii tabulas laſcivas apud multos *locum* ſibi *vindicaſſe* in ſecretiore aedium cubiculo, ut Parrhaſii tabulam obſcoenam a Tiberio in cubiculo dedicatam memorat Sueton. cap. 44. idemque de Parrhaſii Archigallo ſcribit Plinius XXXV. 10. quam picturam *LX ſeſtertiis aeſtimatam Tiberius cubiculo ſuo incluſit.* ita recte locum hunc expoſuit Patruus meus, & poſthabita Scaligeri emendatione *parta*, tuetur *parva*, ad illud Ovidii Lib.

II.

Argumenta magis ſunt Mentoris addita formae:
At Myos exiguum flectit acanthus iter.

Phi-

II. Triſt. 524. ubi de Auguſto,

Scilicet in domibus veſtris, ut priſca virorum
Artifici fulgent corpora picta manu,
Sic, quae concubitus varios Venerisque figuras
Exprimat, eſt aliquo parva *tabella* loco.

parva etiam ex cod. Regio praeferebat Guyetus. ſimiles ergo erant parvae Parrhaſii tabulae Elephantidos tabellis, de quibus vide ad Tom. I. Anth. Lat. p. 633. & ad Tom. II. p. 483.

13. *Argumenta magis ſunt Mentoris addita formae*] *abdita* Fruterius. & pro *formae* Heinſius conjecerat *famae*. vel, *Argumenta pari ſunt Mentoris addita normae. argumenta* fabulas vel hiſtorias picturae additas interpretabatur Paſſeratius. Ant. Perrejus margini ed. Ald. adſcripſerat: *Argumenta ſunt fictiones & inventa caelatura facienda*, vel *argutiae*, & *vivacitas aeris*. ut de Parrhaſio Plinius refert: *Primus ſymmetriam picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris*. ubi *argutiae* ſunt diverſitates vultus tamquam loquentis. ſed merentur adſcribi, quae ad hunc locum adnotaverat Marklandus, „ *ex oppoſitione apparet Propertium velle* „ *dicere, Mentorem in majoribus & grandioribus* „ *operibus artem exercuiſſe, ut Mys exiguis.* „ *igitur* argumenta magis *videtur dicere pro* majora argumenta, *majoris menſurae*. argumenta „ *ſunt caelaturae*. Cic. IV. in Verrem cap. 56. „ valvas templi Minervae memorat, & in his „ *ex ebore argumenta. magis* vero pro *majora*, „ adverbium pro adjectivo, more Graecorum. „ Euripides Medea v. 651. Martialis XIV. „ Ep. 189.

Cynthia facundi carmen juvenile Properti,
Accepit famam, nec minus ipſa dedit.

„ id eſt, *nec minorem*. priorem Marklandi expoſitionem firmat codex primus Leidenſis, in quo *Argumenta magna* pro *magis*. quae tamen gloſſa potius quam varians ſcriptura eſt. *Argumenti* ſignificationem unice probat locus Virgilii Lib. VII. 791. de Turni clypeo,

At levem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, jam ſaetis obſita, jam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus.

Ovidius Lib. IV. Met. 69.

Illic & lentum filis inmittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.

vide Colvium ad Apulej. pag. 70. notas ad Petronium cap. 88. & Scaligerum apud Scriver. in Anecd. Philol. pag. 69.

14. *At Myos exiguum flectit acanthus iter*] *ad Myros* in Regiis, Colbertinis, ſec. Leid. Voſſ. tert. & primis edd. *Ad Miros* in primo Leid. duobus Voſſ. priore D'Orv. *At mirum exiguus* Exc. Scal. *Ad miron* ſec. D'Orv. in aliis *Ad muros, ad nuros*, vel corruptius. *Mys* artificio caelaturae celebratus, ut praeter alios patet ex loco Pauſaniae Lib. I. cap. 28. ubi memorat Minervae ex aere ſignum Phidiacum, in cujus clypeo Lapitharum & Centaurorum pugnam Mys caelaverat. hic innuuntur vaſa argentea, paterae, vel pocula ejus, mollis & flexi acanthi foliis brevi ſpatio circumdata, ut apud Virg. Ecl. III. 45.

Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.

Ovidius XIII. Met. 701.

Hactenus antiquo ſignis fulgentibus aere
Summus inaurato crater erat aſper acantho.

ubi multa de *acantho* diſſerit Cioſanus. hinc *acanthus* de quacumque flexura, ab *acantho* herba flexuoſa, ponitur, ut docet J. Bapt. Pius in Adnot. Poſter. cap. 167. Tom. I. Facis Crit. p. 553. & vid. Barth. ad Stat. III. Sylv. 1. 37. *Myos* nomen Petronio reddendum conjicit Heinſius, Satyr. cap. 52. *Habeo capidem, quam reliquit patrono Mys.* ſed Statio felicius illud reſtituit Lib. IV. Adverſ. cap. 6. ubi in Manlii Vopiſci villa Tiburtina Lib. I. Sylv. 3. 50. emendat,

Quidquid & argento privum (vel *primi*) *Myos, aere Myronis.*

pro corrupta ſcriptura, *Quidquid & argento primum vel in aere Myronis.* non enim Myronis *aerea* tantum, ſed & *argentea ſigna* apud veteres memorantur. ſic argento caelando nobilis Mys laudatur Martiali Lib. VIII. Ep. 34. *Archetypum Myos argentum te dicis habere.* quamquam Marklando apud Statium reponendum videbatur, *Quid-*

 vel

Phidiacus ſigno ſe Jupiter ornat eburno,
Praxitelem Parius vindicat urbe lapis.
Eſt, quibus Eleae concurrit palma quadrigae,
Eſt, quibus in celeres gloria nata pedes.

Hic

quid & argento Mentor, vel in aere Myronis. neque parum Heinſii conjecturam adjuvat alter Martialis locus, eod. Libr. Ep. 51. ubi *Myos* & *Myronis* mentio etiam conjungitur,

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris haec manus eſt, an, Polyclete, tua?

ejuſdemque Myos phialam auream laudat Lib. XIV. Ep. 93. ubi vide Scriverium, & de hoc artifice Fr. Junium in Catalogo p. 130.

15. *Phidiacus ſigno ſe Jupiter ornat eburno, Praxitelem Parius vindicat urbe lapis*] *armat* in Groningano, aliiſque. ut haec verba ſaepe confunduntur. vide ad Tom. II. Anth. Lat. p. 458. innuit Phidiae ſtatuam Jovis Olympici in Elide, a veteribus miraculi laude celebratam, quorum loca nonnulla produxit Broukhuſius. adde quae notarunt viri docti ad Ovidium Lib. IV. ex P. Ep. I. 31. Flor. Chriſtian. ad Ariſtoph. Pac. v. 604. Harduinus ad Plinium Lib. XXXIV. c. 8. p. 110. & operoſius Fr. Junius in Catalogo Artific. pag. 154. & ſeqq. Cedrenus in Annalib. pag. 265. ed. Xylandr. καὶ ὁ Φειδίου ἐλεφάντινος Ζεὺς, ὃν Περικλῆς ἀνέθηκεν εἰς νέων Ὀλυμπίων. ubi ἐλεφάντινος Ζεὺς, *eburneus Jupiter*, ut hoc in loco, *ſigno ſe Jupiter ornat eburno.* erat enim ſignum ex ebore. confer Scholiaſt. Ariſtoph. d. l. ſed Cedrenum illic Minervam, quam Pericles Athenis dedicavit, confudiſſe cum Jove Olympico ab Eleis dedicato, me admonuit Cel. Ruhnkenius. altero verſu *propria vindicat urbe* in v. c. Perreji, Borrich. Neap. primo & ſec. Vatic. Mentel. uno Palat. & Commel. Gebhardi, Groning. priore Leid. primo & quarto Voſſ. D'Orvill. utroque, & meo ſec. cum ed. utraque Veneta, Reg. Lep. & Volſci. *proprio vindicat orbe* Askew. *proprius* in Excerptis Scalig. ſec. Leid. Voſſ. tert. quod Marklando placebat. *propria arte* ed. Rovill. *Parius vindicat arte lapis* in utraque Aldina, Beroaldi, Juntina, Colinaei, Gryphii, Graſſeri, aliiſque edd. certe *Parius lapis*, ex marmore Pario, hic probatum fuit Beroaldo, Livinejo, Paſſeratio, Guyeto, Joh. Iſ. Pontano Lib. II. Analect. c. 2. Heinſio Lib. II. Adverſ. 18. p. 356. & in notis Propertianis p. 722. quem etiam vide ad Valer. Fl. Lib. V. 188. Francius quoque adſcripſerat, *Parius lapis* ſibi ſimplicius videri, ſi *arte* in ullis eſſet exemplaribus. & ſic adfert Harduinus ad Plin. Lib. XXXIV. c. 8. p. 120. ubi Praxitelem marmore quam aere feliciorem dicit. *Paria urbe* edidit Broukhuſius, & de ſtatua ex Pario marmore facta explicuit. quum antea legendum exiſtimaverat *Pario orbe*, adſcriptis pluribus poëtarum veterum locis, qui *orbem* dixerint de ſingulis orbis partibus, qualia exempla dedit Paſſeratius p. 312. ut *lapis Paria urbe*, vel *Pario orbe*, dicatur, quomodo *vinum Lesbo*, *ficus Zacyntho*, & ſim. ſed *Paria urbe* ſervata melius de altero illius Cupidine nudo intelligemus, quem non in Paro inſula, ſed in urbe *Pario*, *colonia Propontidis*, fuiſſe ſcribit Plinius XXXVI. 5. laudatque tamquam *opus Veneri* ejus *Cnidiae par nobilitate*, nam haec Venus non minus celebrata, quam Coa Venus Scopae. vid. Oudend. ad Sueton. Veſp. cap. 18. quia autem marmore prae ceteris excelluit, hinc λίθον Praxitelis laudat Aemilianus Lib. IV. Anth. Graec. Tit. VI. p. 442. & Antipater Tit. XII. Ep. 7. p. 462. ita de Praxitelis Venere Cnidia Cedrenus in Annalib. p. 265. καὶ ἡ Κνιδία Ἀφροδίτη ἐκ λίθου λευκῆς, γυμνὴ, μόνην τὴν αἰδῶ τῇ χειρὶ περιστέλλουσα ἔργον τοῦ Κνιδίου Πραξιτέλους. vide etiam Meleagri Epigr. XII. in ſplendida Analector. Graecorum Collectione, ab eruditiſſimo Brunckio nuper adornata, Tom. I. pag. 6. & illius notam Tom. III. p. 312. *arte* in Aldinis & ſequentibus editionibus excuſum fuit, quod Hier. Avancio tribuit Broukhuſius. ſane petitum ex antecedente v. 12. *Parrhaſius parva vindicat arte locum.* Miror vero neminem offendiſſe bis *vindicat arte*, ut in plurimis edd. legitur, in his verſibus repeti. *vendicat* in meo primo, ut paſſim in codd. vetuſtis. unde quis *venditat* elicere poſſet. ut innuat, glorioſius hanc ejus ſtatuam jactatam & oſtentatam fuiſſe a Pariis. ita ſaepe *vindicare* & *venditare* confuſa eſſe patet ex notis Interpretum ad Juſtin. V. 3. & Patrui mei ad Lucan. VIII. 675.

17. *Eſt, quibus Eleae concurrit palma quadrigae*] adhaeret Virgilio Lib. I. Georg. 59. *Eliadum palmas Epirus equarum.* quo loco firmatur vera lectio apud noſtrum Lib. I. El. 8. 36.

Et quas Elis opes ante pararat equis.

recte Atticiſmum hunc *Eſt, quibus* Propertio adſeruit Broukhuſius, quod a Menteliano, Neap.

Bor-

Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis.
Naturae ſequitur ſemina quiſque ſuae.
At tua, Maecenas, vitae praecepta recepi,
Cogor & exemplis te ſuperare tuis.

Quum

Borrich. Groningano, Askewiano, Heinſiano, Harlejano Muſei Britannici, meo priore, aliiſque codd. confirmatur. & ſic e ſuo codice adfert Scaliger, additque hellenismum eſſe ἔστιν οἷς τισὶν. nec aliter ex Palatinis & Commeliniano Gebhardus, probante Guyeto, & Grutero ad Cic. I. Verr. cap. 2. p. 416. quo in loco ſimiliter Janum Gulielmium legiſſe notat, *de inpudentia ſingulari, quod adeſt, quod reſpondet, eſt qui mirentur.* quamvis Gruterus ipſe id duriuſculum opinetur. *Eſt* autem hic Graecorum more poni pro ἔστι ποῦ, ὅπου, notat Stolbergius ad Sophoclis Ajac. Flag. pag. 119. ſed hunc loquendi morem ſaepe etiam alibi apud auctores veteres extruſerunt librarii. unde ex codicum MSS. auctoritate etiam apud Virgilium Lib. III. Georg 69. admittendum cenſebat Patruus meus, *Semper erit, quarum mutari corpora malis.* pro *ſemper erunt. concurrunt* ſec. Leid. Harlejanus Muſei Britannici, tres Voſſiani, in quorum quarto *arma* pro *palma. concernit* Heinſius. ſed *concurrit*, ut apud Homer. Il. Υ. 245.

Ὦ φίλοι, οὐχ ἡμῖν συνθεύσεται ἥδε γε βουλή.

quadriga hic numero ſingulari, ut apud Gratium Cyneg. 228. ubi vide Titium. altero verſu *gloria nota* male in D'Orvill. ſec. Ovid. II. Am. 17. 12. *O facies oculos nata tenere meos.* ubi male in aliis MSS. *docta* vel *digna*. vide ad Lib. I. El. 6. 29.

Non ego ſum laudi, nec natus idoneus armis.

confer cum his Juvenal. Sat. XIII. 98.

—— quid enim velocis gloria palmae
Praeſtet, & eſuriens Piſaeae ramus olivae.

mox *Hic ſatis ad pacem* in Mentel. Regiis, Colbertinis, primo Leid. & meo, cum priſcis edd. Francio numeroſior videbatur verſus, ſi legeretur, *Hic ſatus ad pacem eſt, hic fortibus utilis armis.* ſed nimia eſt haec mutandi licentia. oppoſitionem hoc in loco de diverſis naturae dotibus e fonte Homerico deductam indicat Berneggerus ad Suet. Titum cap. 3.

20. *Naturae ſequitur ſemina quiſque ſuae*] ita in omnibus MSS. & editis, & e ſuis adfert Alb. Eyb in Margar. Poët. cap. XII. emendationem Broukhuſii *ſequimur quiſque* ultro amplecterer, ut elegantem & poëticam, ſi a codicibus vetuſtis confirmaretur. hunc loquendi modum ſaepe Ovidio reſtituit Heinſius. quem vide ad Lib. II. Am. XI. 21. I. Met 59. V. 343. & ad Lib. X. 32. ſic Lib. II. ex P. Ep. 10. 18.

Diverſum quamvis quiſque ſequamur iter.

ut bene correxit G. Fabricius, pro *ſequatur*. & ſimili locutione *Miſcuimus moeſtus uterque* idem Ovid. Ep. V. 46. & Lucanus VII. 641. *Vincimur his gladiis omnis, quae ſerviet, aetas.* quod recte vindicarunt viri docti, pro *vincitur*. vide illic Oudendorpii notas. Sed ſine ullius codicis conſenſu hanc lectionem in contextum admittere non auſus ſum. *ſemina quaeque* in Neapol.

22. *Cogor & exemplis te ſuperare tuis*] *Conor* Heinſius, & Broukhuſius. quem reſpiciebat Marklandus, quum codici ſuo adſcriberet, cogor ſuperare, *id eſt, ſupero. ut fuſius probabo. ne quis igitur legat* Conor. Senſum hujus loci non recte percepiſſe videtur Broukhuſius, nam ex Inſcriptione veteri, quam adfert, *ſuperare* hic poni pro vincere, eum intellexiſſe patet. ſed *ſuperare* hic vel corruptum eſt, vel notat convincere, coarguere. Maecenas enim Propertium adhortabatur heroica ſcribere, ut ex Elegiae initio patet, at tuo exemplo, hic reſpondet, mihi alia facienda conmonſtras, qui, cum poſſis praecipuus eſſe in Republ. te in humili loco & intra fortunam tuam tenes, atque in tenues umbras te colligis, velis contractis. haec *tua vitae praecepta* vocat. ut apud Horat. Lib. II. Sat. 4. 95. *vitae praecepta haurire.* ne quis ex corrupta MSS. ſcriptura, in quibus, ut in meo priore, legitur *jure*, hic aliquis emendandum conjiciat *juvenis praecepta recepi*. ut infra h. El. v. 57.

Mollia tu coeptae fautor cape lora juventae.

male etiam *meis* in Neapolit. a manu ſec. Forte tamen non male legi poſſet,

Cogor (vel *Conor*) *& exemplis* me *ſuperare tuis.*

hoc eſt, tam illuſtri tuo exemplo non tantum mihi ipſe moderari, mea ſorte & parvo contentus eſſe didici, ſed & non alto etiam cothurno inniti, nec graviore Muſa bella canere, me vel

in-

Quum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere jura foro:
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,

Atque

invitum oportet; inſtar Horatii, qui primum indicat, quum Maecenati ſcribit Lib. III. od. 16. 19.

——— *jure perhorrui*
Late conſpicuum tollere verticem,
Maecenas, Equitum decus.
——— *nil cupientium*
Nudus caſtra peto, & transfuga divitum
Partes linquere geſtio.
Contemtae dominus ſplendidior rei.

alterum Lib. II. od. 12. init.

Nolis longa ferae bella Numantiae,
Nec dirum Hannibalem, nec Siculum mare,
Aptari citharae modis &c.
Dices hiſtoriis praelia Caeſaris,
Maecenas, melius, ductaque per vias
Regum colla minantium.

24. *Et liceat medio ponere jura foro*] *Ut liceat* in ſec. Leid. *condere jura* conjecerat Heinſius ad marginem ed. Ald. ſed *ponere jura* per *δικαστήρια* ſeu tribunalia interpretatur Valens Guellius ad Virg. I. Aen. 430. ſi enim de juriſdictione intelligendum eſſet, *dicere* vel *dare jura* ſcripſiſſe poëtam addit. & hinc deducta locutione forte legendum ex hoc loco apud Ovid. II. Am. 17. 24. *Te deceat medio jura dediſſe foro.* foro nempe Amoris, ſeu thalamo, cujus gloſſam refert vulgata *toro. referre jura foris* ſupra Lib. I. El. 6. 20. *Et vetera oblitis jura referre foris.* ubi vide. Cel. Ruhnkenius conjecerat *promere jura foro.* quod de praetore vel judice dicitur, ut apud Plinium Lib. I. Ep. 10. *judicare, promere, & exercere juſtitiam.* & de eo qui de jure reſpondet Horat. Lib. II. Ep. 1. 104. *Mane domo vigilare, clienti promere jura.* vulgatam tamen non inprobabat. non diſſimili colore bellicam & forenſem laudem, ut hoc in loco, conjungit Ovidius Remed. Am. 165. de Aegiſtheo:

Sive operam bellis vellet dare, nulla gerebat:
Sive foro, vacuum litibus Argos erat.

25. *Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes*] *Medorum hoſtes* jure hic viros doctos offendunt, licet quis vulgatam forte adſtruere vellet ex illo Valerii Fl. I. 438. *tu medios gladio bonus ire per hoſtes.* certe *ire per hoſtes* recte dictum nemo negabit. ut *ire per feras* Ovid Epiſt. IV. 38.

Eſt mihi per ſaevas impetus per ire feras.

quod illic ex hoc Propertii loco defendi poteſt; quomodo *ire per gladios* Epiſt. XVII. 246. & *per obſtantes catervas ire* apud Horat. III. od. 20. v. 5. alioſque. ſed *Medorum pugnaces ire per hoſtes* hic procul dubio corruptum eſt, licet illo Valerii Flacci loco aliiſque vulgatam tolerari poſſe notet Patruus meus ad Virg. IX. Aen. 400. qui tamen *Medorum hoſtes* pro Medis ipſis dici inprobat, & hic potius legendum credit, *pugnaces ire per enſes.* Janus Helvetius, amicitiae & eruditionis nomine non ita pridem dilectum, nunc deſideratum caput, conjecerat *ire per arcus*, ut Libri hujus El. 3. 17. *Tela fugacis equi, & braccati militis arcus.* Sed diu eſt, quod in notis ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 250. emendandum exiſtimaverim, *Medorum pugnaces ire per haſtas*, quum in Epigrammate, quod Hadriano adſcriptum fuit, illic ſubſtituerem,

Non jaculo Medus, *non arcu vincere Parthus.*

pro *miles*, ut perperam in vulgatis legebatur. *haſtas* autem ad alterum *hoſtes* propius accedit. haſtis ac ſagittis praeſertim valuiſſe Medos, notum eſt. infra El. X. 11.

Neve tua Medae laetentur caede ſagittae.

pugnaces haſtae Medorum exprimunt Graecorum *μαίνεν ἔγχεϊ* in pugna Ajacis & Hectoris ad naves, apud Homerum Il. Θ. 742. & *δορὶ συμβαλεῖν* in verſibus apud Pauſan. Lib. IV. cap. 32. & tales *haſtae* Parthorum *pugnaces* optime deſcribuntur a Dione Caſſio in pugna Parthorum & Craſſi Lib. XL. cap. 22. Hanc vero conjecturam dudum in notis ad Antholog. Lat. d. l. propoſitam, antequam Marklandi ad Propertium adnotationes nactus eſſem, poſtea laetus vidi eidem Critico ſagaci in mentem veniſſe: nam ad libri ſui marginem adſcripſerat, „ *Qui ſunt hi* hoſtes „ Medorum? *Lege*,

„ *Vel tibi Medorum pagnaces ire per* haſtas.

„ *pugnaces haſtas* vocat *Medorum*, pro haſtis „ pugnacium Medorum. pro *pugnaces* in Palatino Gebhardi *pugnantes. pugnatos* ex MS. legebat Palmerius in Spicileg. p. 318. ut ex Groningano adfert Broukhuſius, pro depugnatos. qualia exempla dedit Rupertus ad Valer. Max. pag. 311. ſed nihil tamen innovandum.

16. Ate-

Atque onerare tuam fixa per arma domum:
Et tibi ad effectum vires det Caeſar, & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes;
Parcis, & in tenues humilem te colligis umbras,
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.

Crede

26. *Atque onerare tuam fixa per arma domum*] *Aut onerare* in aliis apud Lat. Latinium. *honorare* contra metri legem in Groningano, & meo priore. *honerare* in altero. an forte *ornare?* ut apud Manilium Lib. IV. 180.

Hoc habet hoc ſtudium poſtes ornare *ſuperbos*
Pellibus, & captas domibus praefigere praedas.

ubi *praefigere*, ut *fixa per arma*, proprio verbo, de quo egregia obſervavit Broukhuſius. Silius Ital. XIV. 652.

Hic Agathocleis aedes ornata *tropaeis.*

& ita hic legendum cenſuit Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. pag. 150. & 151. qui ſic Heinſium, Franciumque, & ante eos Dempſterum etiam correxiſſe notavit. in fragmento Epigrammatis antiqui de Publ. Scipione, Tom. I. Anth. Lat. pag. 204.

Deſine Roma tuos poſtes ornare *tropaeis.*

ubi de more, quo ſpoliis armiſque poſt victoriam relatam domos ornabant, quae *hoſtiles praeferebant exuvias*, ut loquitur Tibullus, multa pro Scaligero adverſus Hier. Columnam, id negantem, notavi. & adde Cerdam ad Virg. II. Aen. 504. p. 226. & copioſe Deſ. Heraldum Lib. I. Digreſſion. cap. 13.

27. *Et tibi ad effectum vires det Caeſar*] *ad affectum* Beroaldus ac Guyetus. ſed *ad effectum* praefero, hoc eſt cum ſucceſſu, ex voto. infra El. XXII. 10.

Semper & effectus promeruere bonos.

ubi *affectus* etiam in nonnullis codd. Lib. I. El. 10. 28.

Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.

ubi vide quae notavi. *dat Caeſar* in primo Leid. Heinſiano, D'Orvill. primo, & meo. ſed alterum requirit *liceat* v. 14. & *inſinuentur* ſeq. verſu.

29. *Parcis, & in tenues humilem te colligis umbras*] elegantiam verbi *colligis*, quam non recte intellexiſſe interpretem Gallicum notavit Broukhuſius, larga exemplorum copia illuſtravit Heinſius ad Virgil. XII. Aen. 863. *umbras* de vita a ſtrepitu remota, & luci atque aulae ſplendori oppoſita, recte Paſſeratius explicat. licet de hortis capiat Broukhuſius, in quos ſecedere, cum procul negotiis eſſet, amabat Maecenas. & huc referat illud Auctoris Eleg. in Obit. Maecen. v. 16. Tom. I. Anthol. Lat. p. 259.

Majus erat potuiſſe tamen, nec velle triumphos:
Major res, magnis abſtinuiſſe, fuit.
Maluit umbroſam quercum, Nymphaſque cadentes,
Paucaque pomoſi jugera certa ſoli.
Pierides Phoebumque calens in mollibus hortis,
Sederat argutas garrulus inter aves.

30. *Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus*] *Velorumque auris* male Guyetus. *Velorum & plenos*, aut *Velorum & tentos attrahis*, vel *contrahis*, Heinſius. *contrahis* certe non diſplicet. ut apud Horat. II. od. 10. 23.

Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Ovidius I. ex P. Ep. 8. 72.

Ah nimium eſt, quod, amice, petis, moderatius opta:
Et voti, quaeſo, contrahe vela tui.

III. Triſt. 4. 32.

Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,
Propoſitique memor contrahe vela tui.

vide illic notas. & ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 509. ubi in Epigrammate veteri,

——— *contrahe vela,*
Et te litoribus cymba propinqua vehat.

ſubtrahis tamen Cel. Ruhnkenio praeferebatur. ut Graecis, *ἱστία ὑφιέναι.*

Crede mihi, magnos aequabunt iſta Camillos
  Judicia, & venies tu quoque in ora virûm.
Caeſaris & famae veſtigia juncta tenebis:
  Maecenatis erunt vera tropaea fides.
Non ego velifera tumidum mare findo carina.
  Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt.
Non flebo in cineres arcem ſidiſſe paternos
  Cadmi, nec ſemper praelia clade pari.

Nec

31. *magnos aequabunt iſta Camillos Judicia* &c.] *Iudicia* male in codice meo priore, Aldi utraque, Juntina, Colin. & Graſſeri. quod tamen probaſſe videtur Livinejus, & exponit tuae virtutis argumenta. Senſus eſt, publica populi R. judicia magnis Camillis aequabunt res bello ac pace a te geſtas, niſi *iſta judicia* ad Maecenatem ipſum referri praeſtet, magnis nempe Camillis parem te faciet vita in ſublimi fortuna moderata, *judiciis tuis* ſplendidae praelata. ea fere notione, qua apud Ovid. Ep. III. 100. *Semper judiciis oſſa verenda meis.* ubi plura exempla notae ſubpeditant. temeraria Acidalii emendatio, *aequabunt iſta triumphos*, merito a Broukhuſio damnata, refutatur ſatis ex Lucano Lib. II. 544.

O rabies miſeranda Ducis! quum fata Metellis,
Te, Caeſar, magniſque velint miſcere Camillis,
Ad Cinnas Marioſque venis.

ut ſecundo verſu pro *magnis Metellis* ex MS. praeferendum conjicit Patruus meus, & hoc loco confirmat. ibidem *Ducis* nomen corruptum videtur, adeoque admittendam eſſe Clercquii emendationem in Specim. I. ad Lucan. pag. 82.

O rabies miſeranda! piis quum facta Camillis &c.

& praeſtat cum Bentlejo *rabies infanda.*

33. *Caeſaris & famae veſtigia juncta tenebis*] *victa* in Neapol. *faſtigia* Fruterius, ut conjecerat etiam Palmerius, ſed quem recte refutarunt Paſſeratius & Broukhuſius. *in famae veſt. vincta* D'Orv. pr. *haec famae* Heinſius.

34. *Maecenatis erunt vera tropaea fides*] vel *Maecenatis tropaea* jungenda ſunt, vel ſenſus hujus loci eſt, fides Maecenatis, Auguſto ſemper praeſtita, unde Lib. II. El. I. 38. de Maecenate, *Et ſumta & poſita pace fidele caput*, erit illi pro tropaeis bellicis, & quidem veris, quoniam ipſe bello abſtinere, nec laude militari cenſeri maluit, ut ſupra dixit v. 23. & ſeqq. licet *vera fides* etiam conjungi poſſe Marklando videretur. de quo ambigit etiam Paſſeratius. ſed prius malim.

36. *Tuta ſub exiguo flumine noſtra mora eſt*] *Tota* in omnibus fere codd. Perreji, Colotiano, tribus Vaticanis, duobus Leidd. tribus Voſſ. uno D'Orv. meo utroque, & vetuſtis edd. *Tuta* in ſec. D'Orvill. *Tuta ſub exiguo eſt flumine noſtra ratis* Groning. *ratis* etiam in v. c. Perreji, & pro varia lect. ſuperſcr. in altero D'Orvill. & ſic Francius. *Tuta ſit exiguo flumine noſtra ratis* Guyetus. ut in aliis legi teſtatur Lat. Latinius. Heinſius vero, *Ludit* (vel *Ludat*) *in exiguo flumine noſtra ratis.* quod probare videtur Cel. Herm. Cannegieterus Lib. II. Obſerv. Jur. R. cap. 4. p. 154. certe favet huic emendationi illud Ovidii II. Triſt. 329.

Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

quod ex hoc loco imitatum eſſe Naſonem notat Patruus meus ad Lib. I. Met. 689. ſed quia *tumidum mare findere* praecedit, & ſupra v. 3. *tam vaſtum mittis in aequor*, cum Scaligero *Tuta ſub exiguo flumine* malim, oppoſitionis cauſſa. quod etiam recepit editor Elect. Etonenſ. Minor. p. 122. Lib. II. El. 3. 11.

Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba.

quo loco *ratis* etiam hic firmari poteſt. & ſic ſupra El. 2. 22:

Non eſt ingenii cymba gravanda tui.
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.
Tutus eris. medio maxima turba mari.

ubi vide.

37. *Non flebo in cineres arcem ſidiſſe paternos Cadmi, nec ſemper praelia clade pari.*] *Non phebi* in D'Orvill. pr. & Askew. quod ex gloſſa irrepſit. pro *ſidiſſe* in pleriſque codd. MSS.

&

Nec referam Scaeas, & Pergama Apollinis artes,
Et Danaum undecimo vere rediſſe rates,
Moenia quum Grajo Neptunia preſſit aratro
Victor Palladiae ligneus arcis equus.

Inter

& priſcis edd. *ſediſſe.* unde *ſediſſe in cineres*, pro in cineribus, capiebat Tennulius ad Frontin. Lib. I. Strat. c. 12. 22. J. Douſa P. ad marg. ed. Rovill. conjecerat *ceſſiſſe.* Sed *ſidiſſe* placebat Heinſio, & optime adſtruxit Broukhuſius, quod probabat etiam Francius, ſed in loco Taciti malebat *in ignem conſiderent.* apud Statium Lib. V. Silv. 3. 199. *nec dum rogus ille Deorum Siderat* edidit Marklandus, & in notis ſuis p. 310. hoc noſtri loco firmavit. utrumque tamen probum eſſe cenſet editor Elect. Etonenſ. *ſidere* & *ſedere* paſſim confuſa, & *ſubſidere* a librariis vulgo corruptum eſſe, ſaepe docuerunt viri docti. vide Patrui mei notas ad Lucan. I. 207. & ad Lib. V. 226. & J. Arntzenii ad Plin. Paneg. cap. XVI. 5. adde quae notata ſunt ad Lib. I. El. 8. 13. quia tamen parum refert, utrum *ſidiſſe* an *ſediſſe* ſcribatur, de quo vide Bunemann. ad Lactant. VII. 3. *ſediſſe* hic non mutandum cenſebat Cel. Ruhnkenius, & ex hoc loco corrigendum putabat in Epigr. veteri Tom. I. Anth. Lat. pag. 457. *Sederunt arces, cecidere palatia divûm.* pro *Ceſſerunt*, ut in vulgatis, firmabatque loco Taciti Lib. II. Ann. 4. *Sediſſe inmenſos montes.* ubi vide Cel. Erneſtum. idem Heinſius praeterea correxerat *arcem paternam.* certe *in cinerem arces ſediſſe paternas* in nonnullis codd. *cineres paternos* exponit Scaliger, pro cineribus, quibus cauſſa pater fuit Oedipus. ſed mire dictum agnoſcit editor Elect. Etonenſ. Minor. & interpretatur, arcem Cadmi *ſediſſe* in cineres, Epigonorum manibus ſuccenſam, patrum ſuorum ultioni. altero verſu *nec ſemper praelia*, ut in multis MSS. abſurde Paſſeratius per ἶφιν *ſemper-praelia*, exponit, ut ubique fere talia ingerit. melius profecto *ſeptem praelia* cum Lipſio. ut Lib. I. El. 7. 17.

——— longe miſer agmina ſeptem
Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

& *ſeptem praelia* Marklandus exponebat ſeptem praeliatores ſeu Duces, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Ovidius IV. ex P. Ep. 8. 53.

Quis Thebas ſeptemque Duces ſine carmine noſſet.

ſed *fratrum praelia* idem Marklandus praefert, & ita hic legendum ſe alibi pluribus probaturum dicit in notis ad Statium d. l. utrumque tamen *fratrum* vel *ſeptem praelia* faſtidit editor Elect. Etonenſ.

39. *Nec referam Scaeas, & Pergama Apollinis artes,*
Et Danaum undecimo vere &c.]

ita edidit Broukhuſius. *arces* enim, & *decimo*, errore pertinaci in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. ſed *arcem Cadmi*, *Apollinis arces*, & mox *Palladiae arcis* minus concinno recurſu non inmerito inprobavit. *Pergama* vocat *artes Apollinis*, poëtarum loquendi modo, quia ab Apolline ſtructa, *arteſque* dici opera, quae quis condidit, exemplis idem Broukhuſius probat, quibus adde illud Horatii Lib. IV. od. 8. 5.

——— divite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.

ſic *Dianae artes* de venatione. vide notas ad Gratii Cyneg. v. 1. & 151. *opus* etiam vocant, ut Neptuni & Apollinis *opus* de Troja apud Ovid. XII. Met. 586.

Irrita qui mecum poſuiſti moenia Trojae,
Ecquid ut has jam jam caſuras adſpicis arces &c.
Vivit adhuc, operis noſtri populator, Achilles.

ad quem locum vide Ciofan. *Trojanorum murorum opus, Neptuni & Apollinis maxima monumenta* vocat Dictys Cretenſ. V. de B. Troj. c. XI. *artes* vero hic commodiorem habent locum, quam *arces*, licet Palladis *arces*, & ſim. ſaepe de Athenis. vid. Bentlej. ad Horat. Lib. I. od. 7. 5. inmerita igitur verborum acrimonia in Broukhuſium hic invectus eſt Electorum Etonenſium editor. recte enim ille *undecimo vere*, quia poſt *caſtra decem annorum*, ut infra vocat El. X. v. 25. ſeu belli Trojani decennium, proximo ſequentis anni vere domum rediit Graecorum claſſis. pro *Scaeas* in aliis *Sacras* legi notat Lat. Latinius. *Scaeae* Trojanae urbis portae, Homero & Virgilio memoratae, per quas equum tranſiiſſe referunt. vide Servium ad Virg. II. Aen. 612. & adde Heſychium in Σκαιῇσι πύλῃσι. & Holſten. ad Steph. Byzant. pag. 296.

41. *——— Grajo Neptunia preſſit aratro*
Victor Palladiae &c.]

ceſſit aratro in altero Regio, vitioſe. *artis equus* in plurimis codd. *artis opus* in aliis. ſed recepta lectio proba eſt, licet ea non opus eſſe pronuntiet editor Elect. Etonenſ. Hyginus fab. 108. de equo Trojano: *Priamus equum in arcem Miner-*

Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos,
Et ceciniſſe modis, Coë poëta, tuis.

45. Haec

nervae duci inperavit. & paullo poſt, *Quem cum in arcem ſtatuiſſent Achivi, ex equo exierunt* &c. *lignei* enim, ſeu *abiegni*, ut ſupra vocat El. VII. 25. *equi* dolo arx Palladia victa eſt. & eleganter *victor equus*, ut apud Ovid. IV. Triſt. 10. v. 98.

Abſtulerat decies praemia victor equus.

male igitur *Vector* conjecerat Heinſius.

43. *Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos*] Novi, cui *jacuiſſe* hic legendum videbatur ex El. 3. huj. Libr. 29.

Ut tuus in ſcamno jactetur ſaepe libellus.

ſed *placuiſſe*, quia hac in re frequens & proprium verbum eſt, non videtur ſollicitandum. ſic Lib. I. El. 7. 11.

Me laudent doctae ſolum placuiſſe puellae.

Ovidius Lib. II. Am. 4. 20.

Eſt quae Callimachi prae noſtris ruſtica dicat
Carmina: cui placeo, protinus ipſa placet.

Lib. I. ex P. Ep. 5. 77.

Finge legi, quodque eſt mirabile, finge placere.

Horatius Lib. IV. od. 3. in fin.

Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

Martialis Lib. II. Ep. 86.

Me raris juvat auribus placere.

& Lib. IV. Ep. 87.

Ut docto placeas Apollinari.

hinc de hiſtrionibus & citharoedis, *cantavit*, *ſaltavit*, *placuit*. quaſi ex formula. vid. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 624.

44. *Et ceciniſſe modis, Coë poëta, tuis*] *Dore poëta* ex Petri Scriverii emendatione edidit Broukhuſius. ut Lib. II. El. 25. 44. idem legebat Scriverius, *Inque tuos ignes, Dore poëta, veni.* ſed utroque loco *dure poëta* praefert Jo. Iſ. Pontanus Lib. II. Analect. cap. 2. ut in pleriſque codicibus MSS. legitur, Colotiano, primo Vatic. Mentel. Exc. Scalig. Heinſiano, Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. Askew. binis Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, cum primis edd. Venetis, Reg. Lep. & Volſci. Scaligero placebat *pure poëta*, & Dalecampio ad Athenaeum Lib. IX. p. 401. ad quam lectionem defendendam fruſtra laborabit, qui adferet illa, quae Bentlejus notavit ad adſtruendam codicis Vigornienſis ſcripturam apud Horat. A. P. 99. *Nec ſatis eſt pura eſſe poëmata, dulcia ſunto.* illa enim hujus loci non ſunt. ſed omnium optime Beroaldus videtur emendaſſe, *Coë poëta*, ut Callimacho adjungat Philetam, quos duos prae ceteris expreſſit noſter. hinc Beroaldi lectio in reliquas edd. tranſlata fuit. ſic paſſim Philetas vocatur *Cous*, non *Dorus*, ut Scriverio corrigendum videbatur non tantum binis illis locis, modo indicatis, ſed etiam Lib. II. El. 1. 41. *Nec mea conveniunt Doro praecordia verſu.* ſed *duro* illic longe aptius, quam ut *durus poëta* hic vocetur Philetas, qui propter amatoria carmina potius mollis dicendus. & ſic vir eruditus ſaeculi praecedentis, cujus manus ad Scaligeri Caſtig. in Propert. p. 216. adſcripſerat: „ *Malim illud* Coë, *ſi modo librum MS. habeat adſtipulatorem. Per* Coum poëtam *facilius intellexeris Philetam, quam per* purum. *nam hoc nimis latum eſt. illud minus,* & „ita Ovid. III. Artis 329. *ubi* Coi poëtae *eſt* „ *Philetae, qui Cous.*" Editor Elector. Etonenſ. Minor. p. 123. *Dore poëta* quidem rejicit; quia Scriverii emendationi adplaudens Broukhuſius ſic ediderat, ſed in eo vellicando dum modum excedit, ipſe abſurdiſſimam proponit conjecturam *dive Phileta*. quam ſe pluribus probaturum addit, niſi a praelo excluſus fuiſſet. bonum factum, quod inutili conamine abſtinuerit: & merito illud exploſit etiam Cl. Schraderus Emend. cap. V. p. 98. vera lectio eſt,

Et ceciniſſe modis, Coë poëta, tuis.

idque Guyeto & Paſſeratio etiam probatum fuit. ſic enim ipſe Propertius hujus libri El. I. init.

Callimachi manes, & Coi ſacra Philetae.

Ovidius III. A. A. 329.

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poëtae,
Sit quoque vinoſi Teïa Muſa ſenis.

ubi

Haec pueri curent, curent haec ſcripta puellae,
Meque Deum clament, & mihi ſacra ferant.

ubi forſan *Coi nota Philetae* reſtituendum: Rem. Am. 760.

Callimachum fugito, non eſt inimicus Amori,
Es cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.

Statius Lib. I. Sylv. 2. 252. ut in nonnullis codd. MSS. & edd. vetuſtis legitur,

—— hunc ipſe Coo plaudente Philetas,
Callimachuſque ſenex, Umbroque Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem, nec triſtis in ipſis
Naſo Tomis, diveſque foco lucente Tibullus.

ſed illic praeferunt alii, *choro plaudente*, quamquam *Coo plaudente* defendat Parrhaſius in Quaeſit. per Epiſt. pag. 120. Coos cives intelligens, primamque correptam contendens, quae tamen producenda, quia Κῶος Graecis eſt. & ita Bernartius, quem ſequitur Marklandus, primam in *Coo* recte corripi defendens exemplo Marcelli Empir. de Medic. v. 5. *Quodque Cous docuit ſenior.* ſed cujus auctoritas Propertio & Ovidio minime aequanda eſt. ſaepe enim Marcellus ille poëta barbarus in metrum peccat, & in caſtigatioribus edd. legitur, *Quod Cous docuit ſenior.* ut igitur Statio integra ſervetur metri lex, facili unius vocis tranſpoſitione legi poſſet,

—— ipſe hunc Coo plaudente Philetas.

quod qui mutarunt, numerum magis ſonorum exiſtimarunt, ſi ſcriberent, *hunc ipſe Coo plaudente*, de prima in hac voce propter duas vocales ſecuri. hinc etiam Battis, quam Philetae verſibus cantatam patet ex Elegia Hermeſianactis apud Athenaeum Lib. XIII. cap. 8. *Coa* paſſim poëtis dicitur. Ovidius I. Triſt. El. 6. init.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtae,
Nec tantum Coo Battis amata ſuo eſt.

& Lib. III. ex P. Ep. I. 57.

Nec te neſciri patitur mea pagina, qua non
Inferius Coa Battide nomen habes.

in contextu itaque hic edendum cenſui, *Coë poëta*, praeſertim quum in Aldinis, Juntina, Colinaei, Mureti, Rovillii, Gryphianis, Canteri, Graſſeri, , ceteriſque poſt Beroaldum edd. id receptum fuerit.

45. *Haec pueri curent, haec curent ſcripta puellae*] Neſcio quare ſine ulla hiatus neceſſitate, qui in Propertio minime frequens eſt, ſic ediderit Broukhuſius, *Haec curent pueri, haec curent*, Scaligeri editionem ſecutus. quod patebit clarius, ſi varias codd. MSS. lectiones ſpectemus. *Haec curant pueros, haec curant ſcripta puellas* in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. Askew. binis Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtis edd. *Haec pueri curent, haec curent ſcripta puellae* in v. c. Ant. Perreji, primo & ſecundo Vatic. quod placet. ſed praetuli, *Haec pueri curent, curent haec ſcripta puellae.* ut malebat etiam Francius. Broukhuſius orae ed. Colin. conjecturam Heinſii adſcripſerat,

Haec curent pueri, verſent haec ſcripta puellae.

ſed repetitio vocis *curent* hic non invenuſta videtur. ut ſic *virginibus pueriſque cantare* cum Horatio dicat. acute etiam Guyetus & Paſſeratius conjecerant,

Haec urant pueros, haec urant ſcripta puellas.

quod ſua venere non caret. ſaltem omnes hae varietates praeſtant prae lectione a Broukhuſio exhibita. altero verſu, *& mihi dona ferant* in ſuo codice legi notat Scaliger. quod etiam eſt in Voſſ. tertio, & Askew. Virgilius III. G. 22.

Ipſe caput tonſae foliis ornatus olivae
Dona feram, jam nunc ſollemnes ducere pompas
Ad delubra juvat.

Ovidius Epiſt. I. 22.

Grata ferunt Nymphae pro ſalvis dona maritis.

& Epiſt. VI. 77.

Dona feram templis, vivum quid Jäſona perdo?

IV. Faſt. 545.

Ille patris Genio ſollemnia dona ferebat.

ubi vide notas. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. IV. Carm. I. 8.

Te duce, vel Jovis arma canam, coeloque minantem
Coeum, & Phlegraeis Oromedonta jugis:
Celſaque Romanis decerpta palatia tauris
Ordiar, & caeſo maenia firma Remo:
Eductoſque pares ſilveſtri ex ubere reges.
Creſcet & ingenium ſub tua juſſa meum.

Pro-

47. *Te duce vel Jovis arma canam, coeloque minantem Coeum, & Phlegraeis Oromedonta jugis*]

Caecum corrupte in Borrich. *Coerum* pr. D'Orv. *Ceum* in meo ſecundo. in Heinſiano & meo priore initium hujus verſus *Coeum & Phlegraeis* deſiderabatur. *Oromodonta* Neap. *Oromadunta* Askew. *Orodomonta* Borrich. Mentel. Leid. prim. & quartus Voſſ. *Orodomanta* meus primus. *Eromodonta* Voſſian. prim. & D'Orv. *flegreis Oromodonta* meus alter. *Coei* gigantis nomen Claudiano bene reſtituerunt viri docti. Lib. III. de R. P. v. 347. & Valerio Fl. Lib. III. 224. de quo vid. Parrhaſ. in Quaeſit. per Epiſt. pag. 187. *minacem* in Menteliano & Leidenſi primo. idque praeferendum omnino ſuadent loca Horatii a Broukhuſio producta. *minax* enim & *minans* paſſim confunduntur. vide ad T. II. Anth. Lat. pag. 501. & hoc quoque probat Etonenſium Electorum editor. ab hoc Gigante Oromedonte nomen ſimile monti inpoſitum animadvertit Caſaub. Lect. Theocr. cap. IX. ad cujus locum (Idyll. VII. 46.) Scholia notant montem eſſe in inſula Co, (quae cum campis Phlegraeis nihil commune habet) dictum ab Oromedonte, illius inſulae Rege. rariſſima eſt apud veteres hujus nominis mentio, niſi quod Cilix Syennenſis Oromedontis filius memoretur Herodoto Lib VII. cap. 98. p. 549. ſed Oromedontis Gigantis qui meminerit, praeter noſtrum, non ſuccurrit: nam recentiores poëtae Itali, quorum loca adfert Vulpius, Propertium ſecuti ſunt.

49. *Celſaque Romanis decerpta palatia tauris*] *decerta* Mentel. & pr. Leid. ſed in ceteris omnibus ſine ullo ſcripturae vitio *decerpta*, id eſt depaſta. & ſic adfert Neſtor in Vocabulario in *palatium* p. 155. innuit enim prima Romae exordia, quae ſe cantaturum dicit, quando in monte Palatino paſcentes tauri & vaccae gramina detondebant. unde Lib. IV. El. 1. 4.

Atque ubi navali ſtant ſacra palatia Phoebo,
Evandri profugae procubuere boves.

Ovidius III. A. A. 119.

Quae nunc ſub Phoebo ducibuſque palatia fulgent,
Quid niſi araturis paſcua bubus erant?

Tibullus Lib. II. El. 5. 25.

Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccae,
Et ſtabant humiles in Jovis arce caſae.

cum quo loco hunc Propertii confert Patruus meus ad Ovid. III. Met. 408. & vide hic Paſſeratium. ſed nec minus ad rem facit alter Tibulli locus eadem Eleg. v. 57.

Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas,
Dum licet, hic magnae jam locus urbis erit.

ſic *carpere* gramina paſſim de pecoribus paſcentibus. infra El. XV. 16. *Quos carpant nullae, me vigilante, ferae.*

51. *Eductoſque pares ſilveſtri ex ubere reges*] *Deductoſque* male in Borrich. Heinſiano, & meo priore. & *arbore* pro *ubere* in Mentel. Groning. cum Gebhardi Commeliniano. quod hic locum habere non poteſt, licet *ex arbore*, pro nemore & ſilva dixerit El. II. 13. indicat Romulum & Remum, *pares*, ſeu gemellos fratres, lupae ubere in ſilva nutritos, & reſpicit illud Virgilii Lib. VI. Aen. 765.

Quem tibi longaevo ſerum Lavinia conjux
Educet ſilvis regem, regumque parentem.

educere vero pro alere, educare, obvium. vid. Drakenb. ad Silium IX. 434. ſequente verſu etiam noſter in animo habuiſſe videtur illud Virgilii Lib. III. G. 41. ad Maecenatem:

Interea Dryadum ſilvas ſaltuſque ſequamur
Intactos, tua, Maecenas, haud mollia juſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat.

53. Pro-

Proſequar & currus utroque ab litore ovantes,
Parthorum aſtutae tela remiſſa fugae.

55. Clau-

53. *Proſequar & currus utroque ab litore ovantes*] ex hoc loco firmatur lectio apud Virg. III. Georg. v. 31. quem, ni fallor, hic ante oculos habuit Propertius:

—— Jam nunc ſollemnes ducere pompas
Ad delubra juvat. & ſeqq.
Addam urbes Aſiae domitas, pulſumque Niphatem,
Fidentemque fuga Parthum verſiſque ſagittis,
Et duo rapta manu diverſo ex hoſte tropaea,
Biſque triumphatas utroque ab litore gentes.

cui loco hic adhaeſiſſe Propertium Cerda etiam notavit. nam male illic in aliis *diverſo a litore.* quod ex praeced. *diverſo ex hoſte* repetitum. *utrumque* vero *litus* Orientis & Occidentis exponit Servius. ut ſaepe *Solis utrumque latus*, *Solis utramque domum* eodem ſenſu vocant poëtae. & ita hic capiebat Paſſeratius, qui explicat *Eoo & Heſperio litore.* ſic *utrumque Oceanum* poëtae paſſim velut ex formula dicunt. vid. Cl. Schraderi Emend. cap. IV. pag. 83. ſed recte notavit Patruus meus, apud Virgil. intelligendum eſſe mare mediterraneum, quod Dalmatiam, & Oceanum, qui Cantabriam adluit, ut per *duo tropaea* indicet bellum Dalmaticum & Cantabricum, quae ſola per ſe ipſe geſſit Auguſtus. neque aliter hic intelligendum arbitror. *Proſequar* autem eſt, honoris cauſſa comitabor. ut Lib. IV. El. 6. 61. *Proſequitur cantu Triton.* quod ſaepe in *Perſequor* corruptum fuit. vid. ad Ovid. Epiſt. XI. 119. Ep. XVII. 245. I. Am. 4. 62. & Bentlej. ad Horat. Lib. I. Sat. 9. 16.

54. *Parthorum aſtutae tela remiſſa fugae*] copulam deſideraſſe videtur Heinſius, quia conjecerat *Parthique aſtutae, Parthicaque aſtutae*, vel *Parthorum ac tutae*, quod ultimum Paſſeratio etiam in mentem venerat, vel *Parthorum aſtutae telave miſſa fugae*, vel *tela dediſſe.* ſed has ejus conjecturas ſatis ſuperciliose rejecit Gebhardus, licet vulgatam bene tueatur. *aſtuta fuga* optime de Parthis, ut Lib. IV. El. 3. 66.

Subdolus & verſis increpat arcus equis.
Sed, tua ſic domitis Parthae telluris alumnis
Pura triumphantes haſta ſequatur equos.

ubi *verſis equis* adhaeret Virgilii loco, paullo ante prolato, *Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* vide illic Valentem Guellium. idque imitatur Boëthius Lib. V. Metr. 1.

Rupis Achaemeniae ſcopulis, ubi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax.

Juſtinus Lib. XLI. cap. 2. prope finem. de Parthis: *pugnant autem procurrentibus equis aut terga dantibus, ſaepe etiam fugam ſimulant, ut incautiores adverſum vulnera inſequentes habeant.* ubi vide Berneccerum. Florus Lib. IV. cap. 10. 3. de iiſdem: *Gens praeter armorum fiduciam callida, ſimulat trepidationem, & in campos fugam.* ubi Freinshemius hic legit, *Parthorum aſtuta tela remiſſa fuga.* ſed quod jure inprobat Gronovius Lib. I. Obſerv. cap. XI. p. 101. ut autem hic *aſtuta fuga*, ſic *mentitam fugam* vocat Valer. Fl. VI. 699. ad Virgiliana reſpiciens:

Nunc fuga converſas ſpargit mentita ſagittas.

Ovidius Lib. I. A. A. 210.

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque, ab averſo quae jacit hoſtis equo.
Quo fugis, ut vincas? quid victo, Parthe, relinquis?
Parthe, malum jam nunc Mars tuus omen habet.

Seneca Oedipo v. 118.

Vidit & verſas equitis ſagittas,
Terga fallacis metuenda Parthi.

& Thyeſte v. 384.

Telis, quae procul ingerit
Parthus, cum ſimulat fugam.

quae loca hic tuentur *aſtutam fugam.* & hinc Bentlejus acute reſtituit Horatio Lib. II. od. 13. 17.

Miles ſagittas & reducem fugam
Parthi.

pro vulgata *celerem fugam.* ſupra hoc Lib. El. 3. 17.

Tela fugacis equi, & braccati militis arcus.

Ovid. Rem. Am. 155.

Ecce fugax Parthus, magni nova cauſſa triumphi,
Jam videt in campis Caeſaris arma ſuis.

plura

Clauſtraque Peluſi Romano ſubruta ferro,
Antonîque graves in ſua fata manus.
Mollia tu coeptae fautor cape lora juventae,
Dexteraque inmiſſis da mihi ſigna rotis.
Hoc mihi, Maecenas, laudis concedis: & a te eſt,
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas.

ELEG.

plura vide apud Ciofanum ad Lib. II. Triſt. 228. Gebhardum ad h. l. Interpr. ad Nemeſian. Cyn. v. 74. & Steph. Stephanium ad Saxon. Gramm. Lib. V. Hiſt. Dan. pag. 129. & hinc *fallaces Parthi*. vide Bentlej. ad Lucan. III. 265.

55 *Clauſtraque Peluſi Romano ſubruta ferro*] ita ex veriſſima Palmerii & Lipſii emendatione edidit, & multis confirmavit Broukhuſius. idque probaſſe videtur Paſſeratius. nec aliter Guyetus, Heinſius, & Marklandus conjecerant. male enim *caſtra* hic in omnibus fere MSS. & vetuſtis edd. ut adfert etiam Neſtor in Vocabulario pag. 112. & 158. eadem variatione apud Statium V. Theb. 561. *Librati ſaliunt portarum in clauſtra molares.* ubi *caſtra* in MSS. Petronius Carm. de Bello Civ. cap. 121. Satyr.

Et Libyae cerno, & tua, Nile, gementia clauſtra.

ut recte pro *caſtra* viri docti reſtituerunt, quos etiam vide ad cap. 89. pag. 429. Barth. ad Stat. III. Theb. 27. & N. Heinſ. ad Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 3. §. 3. ubi *Corinthum, quae antea fuerat Ephyre, clauſtra Peloponeſi continentem, in Iſthmo condidit.* Sueton. Veſp. c. 7. *Alexandriam tranſiit, ut clauſtra Aegypti obtineret. ſubdita* perperam in Borrichiano, Heinſiano, Voſſ. quarto, & meo priore. *Peluſii* male in MSS. & edd. antiquis. altero verſu *Antonii* vitioſe in Mentel. Borrich. meo utroque, & aliis codd. ac priſcis edd. quod non adderem, niſi ſcirem, incogitanter ſecundam hac in voce a nonnullis recentioribus fuiſſe correptam.

57. *Mollia tu coeptae fautor cape lora juventae*] *Mollis* in pleriſque codd. & antiquis edd. quibus accedunt duo Leidd. tres Voſſ. D'Orv. ſecundus, & meus uterque. quod abſurdum, ſive librarii de Maecenatis mollitie ſomniaverint, ſive *mollis coeptae juventae* male conjunxerint. neque tamen hoc ſolis librariis adſcribendum, nam & ita expoſuit Paſſeratius. ſed optime refutatum eſt a Broukhuſio, qui *mollia* ſubſtituit, quam pulcherrimam emendationem vocat Etonenſium Electorum editor, & ab eo in contextum eſſe admiſſam non indignatur. vide etiam notas ad Ovidium Lib. I. A. A. 10. certe *mollia lora* conveniunt *coeptae juventae*, ut ſaepe apud poëtas, *coeptae flore juventae*. v. Markland. ad Statii Silvas p. 278. & quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. p. 165. *mollia dona*] in aliis legi teſtatur Lat. Latinius.

59. ——— *& a te eſt,*
Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas]

eſt deſideratur in pleriſque MSS. Marklandus ita intelligendum notaverat, quod fuerim in partibus tuis, hoc eſt, quod ad tuum exemplum vitam meam & ſcripta quoque conformaverim. ut apud Ovid. II. ex P. Ep. 2. 103.

Tota domus petit hoc. nec tu potes ipſe negare,
Et nos in turbae parte fuiſſe tuae.

eſſe autem *in partes*, pro in partibus, minime inſolens locutio, qua notione *eſſe* pro *ire*, *venire* dicitur. vide hic Paſſeratium, & notas ad Petron. cap. 42. p. 189.

ELEG. VIII.

Mirabar quidnam miſiſſent mane Camenae,
Ante meum ſtantes ſole rubente torum.
Natalis noſtrae ſignum miſere puellae,
Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.
Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aëre venti,
Ponat & in ſicco molliter unda minas.

Ad-

ELEG. VIII. v. 1. *Mirabar quidnam miſiſſent mane Camenae*] *quid me viſiſſent* Guyeto emendandum placebat. Heinſius quoque ad Claudiani Epithal. Palladii v. 56. hic legebat *viſiſſent*, & paullo poſt *ſignum viſere*. ſic apud eumdem Conſul. Mallii v. 278.

——— nec limina noſtri
Conſulis, & ſemper dilectas viſimus aedes.

Heinſio tamen ſic emendanti aegre adſenſum praebet Broukhuſius, cui, ſi quid mutandum eſſet, potior habenda videbatur Paſſeratii & Livineji conjectura *riſiſſent*. ſed *miſiſſent* rectum, & non ſollicitandum eſt. intelligendum enim de ſomnio, quod Muſae mane, ante poëtae torum ſtare viſae, miſerunt, ut *miſſum omen* Silio XIII. 509.

——— & miſſum laetabere bello Omen.

Statius IX. Theb. 631.

Quod ſi vera ſopor miſerae praeſagia mittit.

ita *mittere* ſimpliciter pro nunciare, ſaepe apud Ciceronem. vide Manut. ad Lib. V. ad Fam. Epiſt. 29. init. & Graevium ad Lib. III. ad Attic. Ep. 19. in fin. Recte etiam in hoc Propertii dubio, ut ait, loco *mittere* pro ſignificare, licet mox ſequatur *ſignum miſere*, intelligendum eſſe notat Cortius ad Cic. II. ad Fam. Ep. 8. tertio igitur verſu *ſignum miſere* etiam mutari non opus eſt. & male illic *ſignumque dedere* in D'Orv. ſec. *miſerere* vitioſe in meo ſec. *mittere ſignum*, pro dare. ut apud Virg. I. Georg. 229.

Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Boötes.

quod hoc Propertii loco illic firmat Patruus meus, Seneca Thyeſte v. 957.

Mittit luctus ſigna futuri
Mens, ante ſui praeſaga mali.

& Hippol. 82.

En, Diva favet. ſignum arguti
Miſere canes.

quod autem v. 2. *ſole oriente* etiam Heinſius conjecerat, neque hoc admittendum eſſe patebit ex ipſius Heinſii notis ad Claud. Conſul. Olybr. & Prob. v. 4. *rubente* etiam praeferebat Francius, & bene vindicavit Broukhuſius. adde notata ad Tom. II. Anth. Lat. p. 301. *Mirabar* ſaepe in initio, etiam apud alios. vide ad Petron. cap. 69. p. 344. Elegiae hujus principium imitatus eſt P. Lotichius Lib. III. El, 17.

Mirabar, quidnam, miſſos poſt aëre nimbos,
Mox fieret pulſo clarior imbre dies.

Ceterum de titulis, qui in MSS. & edd. vetuſtis praefixi ſingulis Elegiis habentur, quid judicandum ſit, vel ex hoc ſolo ſpecimine notaſſe ſufficiat, quod in Regiis & meo codice ſecundo inepte inſcribatur haec Elegia DE NIOBE. quia v. 8. ejus fit mentio. Eſt enim Elegia in Natalem Cynthiae, ut ex v. 3. & fine, manifeſtum eſt. ſic infra El. IX. in medio carmine v. 21. nova incipit Elegia DE SEMIRAMI, quia illic Semiramidis meminit. & El. XIII. poſt v. 10. alia quoque in MSS. Elegia a prioribus ſeparata inchoatur cum epigraphe, FABVLA ANTHIOPAE.

4. *fauſtos ter crepuere ſonos*] *ſomnos* corrupte in meo priore. elegantiam locutionis illuſtravit Marklandus ad Statii Silvas p. 191.

6. *Ponat & in ſicco molliter unda minas*] *Ponet* male in Neap. primo Leid. & D'Orvill. nam

Dddd prae-

Adſpiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et Niobae lacrimas ſupprimat ipſe lapis.
Alcyonum poſitis requieſcant ora querelis,
Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.
Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,
Surge, & poſcentes juſta precare Deos.

Ac

praecedit *ſtent aëre venti.* licet *ſtant* in Voſſ. pr. & Leid. *minax* in Borrich. Leid. ſec. D'Orv. primo, & meo altero. *Ponat & inſuetas* Heinſius conjecerat. ſed *in ſicco*, pro *in litore*, in terra. vide Graev. ad Cic. pro Plancio cap. XVI. p. 586. imitatus eſt hunc locum Lotichius Lib. IV. El. 6. 10.

Nec liquidum nigrae contriſtent aethera nubes,
Ponat & hiberni frigoris aura minas.

Ovidius Epiſt. VII. 49.

Jam venti ponent, ſtrataque aequaliter unda
Caeruleis Triton per mare curret equis.

8. *Et Niobae lacrimas ſupprimat ipſe lapis*] *Et Niobe lacrimas ſuppr. ipſa ſuas* in Heinſiano & meo priore. *ipſe ſuas* Mentel. prior. Leid. & Voſſ. *Niobe lacr. ſ. ipſe lapis* in aliis, & primis edd. hoc eſt *Niobes*, ut in ſec. Leid. tribus Voſſ. & Groning. *Niobe l. ſ. ipſa ſuas* probabat Heinſius in Notis p. 724. & Francius adſcripſerat id Ovidianum eſſe, forte reſpiciens ad Lib. V. Triſt. 12. 8.

Et Niobe feſtos ducat ut orba choros.

ſed vera Propertii manus eſt,

Et Niobae (vel *Niobes*) *lacrimas ſupprimat ipſe lapis.*

lapis Niobae, ut λίθος Graecis, pro ſtatua, quomodo *lapis Parius*, de Praxitelis ſtatua, ſupra El. VII. 16. ubi vide. ita de eodem Niobes lapide in Sipylo Homerus Il. Ω. 617. Ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. ad illam enim Niobes in Sipylo ſtatuam hic reſpicit, quae ſemper lacrimantem Nioben è longinquo referebat, & ideo elegantius eſt, ut *ipſe Niobae lapis ſupprimere lacrimas* dicatur. ſupra Lib. II. El. 16. 8.

Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba
Sollicito lacrimas depluit e Sipylo.

ubi *Niobe* pro ejus ſigno ponitur, vide quae illic notavi. Sed non omittendum, quod me admonuit Cel. Ruhnkenius, obſervaſſe Annam Fabri, totum hunc locum a Propertio expreſſum eſſe ex illis Callimachi Hymno in Apoll. v. 18. & ſeqq.

Εὐφημεῖ καὶ πόντος &c.
Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ.
Καὶ μὴν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅς τις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται,
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

quem locum in margine ed. Scalig. etiam Francius adpoſuerat. illic enim verbis Εὐφημεῖ καὶ πόντος reſpondent illa, *Ponat & in ſicco molliter unda minas.* cum Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται, mutata hiſtoria conveniunt illa, *Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.* & tres reliquos verſus de ſtatua Niobes lacrimante Καὶ μὴν ὁ δακρυόεις &c. reſpiciunt haec, *Et Niobae lacrimas ſupprimat ipſe lapis.* quae Douſa Fil. etiam comparavit. & hinc manifeſtum eſt, *lapis*, ut λίθος Callimacho, non tentandum eſſe.

9. *Alcyonum poſitis requieſcant ora querelis*] *Halcynon* corrupte in Borrich. *Aſcinoum* Askew. ad genium Propertianum forte adcommodatius erit, ſi legamus,

Alcyones poſitis requieſcant ora querelis.

ut Graeco loquendi more *requieſcant ora* dictum ſit, quomodo Lib. II. El. 18. 25.

Jupiter Alcmenae geminas requieverat Arctos.

ubi vide Scalig. & El. XXV. 75.

Quamvis ille ſuam laſſus requieſcat avenam.

Calvus in Jö apud Servium ad Virg. Ecl. VIII. 4.

Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus.

vide & Jo. Iſ. Pontani notas ad Senecae Herc. Oet. v. 1586. & Dauſqueji ad Baſil. Seleuc. pag. 90.

11. *Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,*
Surge, & poſcentes juſta precare Deos]

Tuque io in Voſſ. quarto. *Tu quoque cara* in Pa-

la.

Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha,
Et nitidas preſſo pollice finge comas.

15. Dein

latino Gebhardi. qui recte rejicit Paſſeratii conjecturam, *Tuque o cura mihi.* dein *felicibus edita poenis* in Heinſiano. *poennis* Mentel. *Parcis* legendum videbatur Withoſio in Praemetiis Critic. pag. 73. ſed invito, ut opinor, Propertio. nam *felicibus pennis* dictum pro omine fauſto, vide Broukhuſ. & Torrent. ad Horat. Lib. I. od. 6. 2. ubi adfert, *At tu cara mihi.* & ita recte hoc in loco explicuit Valens Guellius ad Virg. III. Aen. 361. *penna* avium, pro felici augurio, ex volatu avium capto. ut apud Ovid. I. Faſt. 448.

Nunc pennis veras nunc datis ore notas.

& I. Triſt. 8. 50.

Linguave ſervatae pennave dixit avis.

ſic πτέρυγες ἀγαθαὶ Callimacho Hymn. in Lavacr. Pallad. v. 124. ubi vide Theod. Graevium, & hic Douſam Fil. *bona alite*, & contra *ſiniſtra avi*, pro felici vel infauſto augurio. vid. N. Heinſ. Lib. IV. Adverſ. cap. 1. p. 563. & ad Catull. p. 650. & κακοῖς οἰωνοῖσι, ut ὄρνις pro malo vel bono omine, paſſim Homero, aliiſque. de quo vid. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Jov. v. 68. & Stanlej. ad Aeſchyl. VII. contra Theb. v. 603. adde eruditorum Interpr. notas ad Valer. Fl. Lib. I. 233. & ad Gratii Cyneg. v. 204. ex hoc etiam loco firmatur N. Heinſii conjectura apud Tibull. II. 2. 21.

Hac venias Natalis avi, prolemque miniſtres.

id eſt, hoc felici augurio. ſeq. verſu vitioſe *potentes* in Heinſiano, & meo priore. *praeſentes* Paſſeratius. ſed *poſcentes juſta* videntur jungenda. de quo fruſtra idem ambigit, addens *juſta* ad Cynthiam poſſe referri, utpote quae ſuum unicuique tribuat. ſed non inmerito Paſſeratio adverſatur Gebhardus. nam *juſta poſcere* melius dicuntur Dii, praeſertim, ut die natali pro vita ſibi ſervata gratias illis agat, & preces ac vota in ſequentium annorum felicitatem ſuſcipiat. per *Deos* vero *juſta poſcentes* viri docti manus in ora ed. Scalig. adſcripſerat intelligendos eſſe manes, & remittebat ad Th. Marcilii notas in aurea Carm. Pythag. v. 3. ubi occurrit,

Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

ſed quod ab hoc loco alienum arbitror. *Genitales* potius *Deos* intelligi malim, quia de natali Cynthiae agitur. unde *Juno* cognomine *Natalis*, cui feminae die natali ſacrificabant, intelligitur a viris eruditis apud Tibull. IV. 6. init. hos autem Genitales Deos ut hominum rerumque creatores venerabantur. ut DIS GENITALIBVS epigraphe eſt in numo Criſpinae apud Vaillant Tom. II. Num. Imp. p. 192. & DIS GENITORIBVS in alio Pertinacis Tom. I. p. 105. ed. Rom. quomodo Diana *Genetyllis* erudite a Bentlejo reſtituta eſt Horatio Carm. Sec. poſt. libr. Epod. v. 13.

13. *Ac primum pura ſomnum tibi diſcute lympha*] *At primum* in Palatino Gebhardi. *ſomnum lympha diſcutere* Gebhardus in notis ad h. l. & Lib. I. Antiq. Lect. cap. 5. exponit de lavatione matutina, qua e lecto ſurgentes ora oculoſque aqua abſtergebant, & reſiduum ſomni torporem diſcutiebant. Sed huic rei aptius fuiſſet *ablue.* ſic apud Lucianum in Amoribus T. II. p. 440. ἐν γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ νάματι τὸν ὑψηλὸν ἀπονιψάμεναι κάρον. & pag. 447. τὸν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀπονιψάμενος ὕδατι λιτῷ. Hic vero *diſcutere* ſomnum, eſt, viſa nocturna, ſi quid forte ſiniſtri eu portenderant, expiare, lympha fluviali vel fontana diluere & luſtrare. de qua ſomniorum per aquae ablutionem expiatione vide hic Paſſeratium, & ad Lib. IV. p. 600. Caſaub. ad Perſii Sat. III. p. 187. Durant. Caſell. Lib. II. Variar. cap. 2. p. 53. & Dorleans ad Tacit. p. 154. id *procurare ſomnia* Tibullo Lib. I. El. 5. 13. *diſcutere* igitur eſt removere, avertere. ut Lib. II. El. 20. 20. *Quum mihi diſcuſſit talia viſa metus.* vid. Sitzmann. ad Boëth. Lib. I. Metr. 3. & notas ad Petron. cap. 47. pag. 229. & ſeq. altero verſu *terſo pollice* vel *roſeo* conjecerat Heinſius. ſed *preſſo pollice* ad comas colligendas, & diſtincto ordine ponendas aptius verbum, pro arte inhibito pollice, ne laedat. ut Lib. II. El. 1. 10. *Miramur, faciles ut premat arte manus.* ubi vide. *genas* in aliis eſſe teſtatur Lat. Latinius. *finge comas* ut apud Ovid. Lib. I. Am. 14. 2. legebat Heinſius,

Fingere quam poſſis, jam tibi nulla coma eſt.

pro *Tinguere.* quod inter alia hoc quoque loco illic adſtruit.

15. *Dein*

Dein qua pridem oculos cepiſti veſte Propertî,
Indue, nec vacuum flore relinque caput.
Et pete, qua polles, ut ſit tibi forma perennis:
Inque meum ſemper ſtent tua regna caput.
Inde coronatas ubi thure piaveris aras,
Luxerit & tota flamma ſecunda domo:
Sit menſae ratio, noxque inter pocula currat,

Et

15. *Dein, qua pridem oculos cepiſti veſte Properti*] *Dehinc* in Mentel. & primo Leid. quam varietatem hoc in loco notavit Patruus meus ad Suet. Tib. 20. ubi *dehinc* etiam in MSS. pro *dein.* ut ſaepe. ſupra Lib. II. El. 2. 14.

Dehinc domiti poſt haec aequa & iniqua ferunt.

vide Bentlej. ad Horat. Epod. XVI. 65. *pridem* bene reſtituit Broukhuſius, pro *primum*, ut olim edebatur, & in omnibus fere MSS. legitur. *oculos* deeſt in D'Orv. ſec. in aliis etiam *coepiſti* pro *cepiſti*, vitioſe. vid. Sciopp. IV. Suſp. Lect. Ep. 18. *pridem* pro jam diu. de quo vide ad Lib. II. El. 7. 1. *Te qua primum oculos* in meo ſecundo, & in margine *Denique* pro varia lectione vel gloſſa. intelligit veſtem illam, qua induta erat Cynthia, quum primum ſibi viſa, oculos poëtae ad amorem ſui adtraheret, quam *oſtrinam tunicam* vocat Lib. II. 22. 26. *ſuos oculos cepiſſe* hic dicit Cynhiam, cujus *oculis* ſe *captum* dicit Lib. I. El. 1. init. *Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis.* ubi vide. id *auferre* dicit Medea apud Ovid. Epiſt. XII. v. 36.

Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

& *rapere* Lib. II. Am. 19. 19.

Tu quoque, quae noſtros rapuiſti nuper ocellos.

17. *ut ſit tibi forma perennis*] *fama* in Regiis. *ut ſit mihi fama perennis* D'Orvill. ſec. *forma perennis*, ut Lib. II. El. 21. 57.

Nec forma aeternum aut cuiquam fortuna perennis.

verſ. ſeq. in eodem D'Orvill. *ſunt tua regna*, pro *ſint*. *ſtent tua regna* optime, pro maneant. de quo vide ſupra ad El. 3. huj. Lib. v. 24. *ſtent tibi* male in Heinſiano, & meo priore. Lib. IV. El. 7. 50.

Longa mea in libris regna fuere tuis.

regna autem & *regnum tenere* in his rebus de imperio puellarum in amantes, vel de eo, qui in amore potior eſt, poëtis frequens. vide Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. v. 299. Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 75. & quae notavi ad Lib. I. El. 8. 31. eo ſenſu etiam Gruterus Lib. XIV. Suſpic. inedit. cap. 8. exponit in loco Tibulli Lib. II. El. 6. 41. *regnum ipſe tenet.* & ex aliis ejuſdem ac Propertii locis id illuſtrat. totum vero hoc diſtichon deeſt in Neapol. & Voſſ. tertio.

20. *Luxerit & tota flamma ſecunda domo*] *Luſerit* Leid. & Voſſ. pr. Heinſian. Askew. & meus. *Fulſerit* Heinſius. an *flamma ſecunda* forte de altero ſacrificio, Laribus facto, intelligendum ſit, haeſito. aliter vulgari ſignificatione *flamma ſecunda* exponenda eſt de flamma ex ara fauſto omine in altum ſurgente. ut vult Paſſeratius. eo ſenſu Ovidius Lib. V. Triſt. El. 5. 11. de natali Uxoris;

Da mihi thura, puer, pingues facientia flammas,
Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum.

coronatas aras illuſtrat Barth. ad Stat. X. Th. 598.

21. *Sit menſae ratio, noxque inter pocula currat*] *Sic menſae* in meo ſec. *moxque* in Borrich. Regiis, Mentel. Leidenſi primo, primo & quarto Voſſ. meo priore, & priſcis edd. *curat* Borrich. Mentel. & meus uterque. ſed in vet. cod. Ant. Perreji corrupte *voſque.* unde legendum arbitror, *voxque inter pocula cantet.* certe *voxque* clare legitur in Colotiano, & tribus Vaticanis. & *nox* minus apte hic memoratur, quia *nocturnis* ſequitur. notum illud Ovidii Lib. I. A. A. 595.

Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta.

vocem enim & *cantus* in conviviis hilarioribus plerumque jungunt, & *choreis* atque inſtrumentis mu-

Et crocino nares murrheus ungat onyx.
Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis,
Et ſint nequitiae libera verba tuae.
Dulciaque ingratos adimant convivia ſomnos.
Publica vicinae perſtrepat aura viae.

Sit

muſicis addunt poëtae. pari lectionis varietate apud Ovid. Epiſt. III. 116. reſtituerunt viri docti,

—— *citharae voxque Venuſque juvant.*

ubi *noxque* antea edebatur. vide illic notas. & ſic *cantum vocum*, *nervorum & tibiarum*, *nocturnis conviviis* adjungit Cicero, loco infra producendo, ex Orat. pro Roſc. Amer. cap. 46. forte etiam *Sit menſae ſtatio* corrigendum. ut in Epigr. veteri Tom. I. Anth. Lat. p. 502. *Hic ſtatio eſt tacitis dicta Cupidinibus. ſtatio* enim de voluptatis ſede etiam dicitur, ut inter varias vocis hujus ſignificationes docet Bernartius ad Stat. I. Th. 148.

22. *Et crocino nares murrheus ungat onyx*] haec corruptiſſima leguntur in codd. MSS., & librariorum aberrationibus valde deformata. *crocinonarix mureus* Borrich. *naris* Mentel. & Voſſ. pr. in Heinſiano, & meo primo lacuna eſt. *t*..... *mureus*. in altero *Et croci nonaris mureus*. & in margine *croum* pro varia lect. receptam lectionem firmat Neſtor in Vocabulario ſuo pag. 94. Heinſio pro *nares* legendum videbatur *crines*. quod placet. capillos enim, ut notum eſt, in convivii luxu perfundebant unguentis, quorum odore grato paſcebantur *nares*, non illinebantur. quo refer Callimachi Fragm. XII. a Cel. Hemſterhuſio ſic ſuppletum:

Πῖον ἀπ' ἐστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει.

quod ſic verti poteſt,

Unguentum ſemper pingue capillus olet.

Ovidius III. Met. 555.

Sed madidus myrrha crinis, molleſque coronae.

pingui madidus crinis amomo Senecae Thyeſt. 948. noſter Lib. I. El. 2. 3.

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.

Tibullus Lib. III. El. 4. 28.

Stillabat Syrio myrrhea rore coma.

ut legebat Muretus pro *myrtea*. ſed inprobante Cl. Heynio. Horatius Lib. II. od. 7. 8.

—— *coronatus nitentes*
Malobathro Syrio capillos.

Sappho apud Ovidium Epiſt. XV. 76.

Non Arabo noſter rore capillus olet.

& alibi paſſim. hinc mulieres eleganter Luciano in Amorib. T. II. p. 441. dicuntur ὄζειν Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τριχῶν ἀποπνέουσαι de *crocino unguento* praeter ea, quae notavit Broukhuſius, vide Marcilium ad Martial. Spectac. Epigr. 3. operoſe Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 83. & de frequenti croci uſu in conviviis lautioribus eruditos Luciani Interpretes in Nigrino, Tom. I. pag. 72 — 74. cujus tamen verba εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἴων καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, & locus Diogenis Laërtii a Solano productus, *nares ungat*, pro unguenti crocini odore repleat, tueri poſſent.

23. *Tibia nocturnis ſuccumbat rauca choreis*] *incumbat* Heinſio placebat. ſed *rauca* exigit *ſuccumbat*, id eſt canendo laſſa deficiat, choreaſque ſaltantium deſtituat. ut ſupra El. I. 54.

Et defeſſa choris Calliopea meis.

ſic enim recte expoſuit Paſſeratius. ita *ſomno ſuccumbere lumina* dicuntur Ovidio Epiſt. XII. 49. & III. A. A. 767. ſeq. verſu *Et ſine nequitiae* olim conjecerat Broukhuſ. quia paullo ante v. 21. *Sit menſae ratio.*

26. *Publica vicinae perſtrepat aura viae*] ſic edere malui, conſentientibus omnibus fere codd. ut Ant. Perreji, Fruterii, Scaligeri, Menteliano, Neapol. Vaticano ſec. & quinto, Groning. Palatinis & Commeliniano Gebhardi, duob. Leidd. tribus Voſſ. D'Orvill. utroque, & meis. *aura* forte melius eſſe notavit Scaliger, licet nonnulla pro altera lectione *ara* adferat,

 per-

Sit ſors & nobis talorum interprete jactu,
Quem gravibus pennis verberet ille puer.
Quum fuerit multis exacta trientibus hora,
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra Venus:
Annua

perſtrepet aura in aliis haberi notavit Lat. Latinius. Guyetus legebat, *vicina perſtrepat aura via.* cui etiam *ara* non inprobabatur, ut Paſſeratius. quod praeter Regios codices etiam eſt in primis edd. & ſic legitur in ed. Beroaldina, licet in notis nihil memoret. id ſi reciperetur, intelligendum eſſet de aris, quae in compitis erant. ſed *coronatae arae* jam ſupra v. 19. praeceſſerant; & *arae* vix convenit verbum *perſtrepat.* jure igitur rejectum fuit a Broukhuſio, qui tamen *ora* ex N. Heinſii conjectura contextui male inſeruit. exemplum enim deſidero, quo probetur apud ullum bonae aetatis ſcriptorem veterem occurrere *ora viae publicae. aura* emendaverat etiam Marklandus in margine ed. Graevianae, in qua *ara. aura viae vicinae* vel intelligenda videtur de ſermonibus ac ſtrepitu turbae concurrentis, & fauſtis viciniae adclamationibus. ut *popularis aura* pro favore & adplauſu populi. vel cantu, tibia, & convivii hilaritate omnis vicinia perſtrepat. ut apud Cicer. pro Roſcio Amer. cap. 46. *animi & aurium cauſſa tot homines habet,* (forte *alit* leg. nam *ſumtus* & *effuſiones* ſequuntur, & modo praeceſſit, *familiam quantam habeat*) *ut quotidiano cantu vocum, & nervorum & tibiarum, nocturniſque conviviis tota vicinitas perſonet. perſtrepet* in Neapol. Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. utroque D'Orv. & meo altero. hinc *percrepet* eliciendum videbatur L. Santenio, & conjecturam firmabat loco Ciceronis V. in Verr. cap. 13. ubi praecedunt convivia muliebria, *locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque ſymphoniae.* Lucem his foeneratur adpoſitus Horatii locus Lib. III. od. 19. 20.

Inſanire juvat: cur Berecynthiae
Ceſſant flamina tibiae? &c.
Parcentes ego dexteras
Odi: ſparge roſas. audiat invidus
Dementem ſtrepitum Lycus,
Et vicina ſeni non habilis Lyco.

praeced. verſu *convicia* ſcriptum fuiſſe ab ipſo poëta conjicit Broukhuſius. ut juvenum & puellarum cantus & jocoſa dicteria intelligantur. vide infra ad Eleg. 23. v. 21. idque adeo placebat Cel. Ruhnkenio, ut textui reddendum cenſeret. ejus notas vide ad Aquil. Roman. pag. 144.

27. *Sit ſors & nobis talorum interprete jactu,*
Quem gravibus pennis &c.]

gravius legebant Beroaldus & Guyetus. id eſt, quis noſtrum majori igne ardeat. *poenis* male in Heinſiano & meo primo. de ritu, quo in conviviis ſortiebantur, quo quis ordine & loco ſuos amores proponeret, intelligit Torrentius ad Horat. Lib. I. od. 27. 10. nam inter pocula moris etiam erat apud veteres profiteri, quo quis vulnere, qua ſagitta periret, ut idem ait Horatius. vide ſupra ad Lib. I. El. 9. v. ult.

29. —— *multis exacta trientibus hora;*
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra Venus]

fuerit multis laxata trientibus ora in Askew. forte pro *fuerint laſſata.* in meo utroque codice diſtinguitur, *exacta trientibus hora Noctis, & inſtituet* &c. ſed vulgatum videtur praeferendum, ut *convivii hora* primo verſu intelligatur, & in altero *noctis ſacra* jungantur. haeſitat enim Paſſeratius, an *miniſtra noctis* an *ſacra noctis,* vel *ſacra miniſtra noctis*, quibus noctu operantur, intelligat. pro *miniſtra* Heinſius conjiciebat *ſequeſtra.* ut aliis veterum locis hanc vocem etiam reſtituit in notis ad Ovid. I. Faſt. 287. certe *ſequeſter*, *magiſter*, & *miniſter* ſaepe confunduntur. vid. ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 169. ſed *miniſtra* Venus, quae opem ſacris his nocturnis ferat. ut de dextra ſua Leander apud Ovid. Epiſt. XVIII. 24.

Eſt tamen & ſenſus apta miniſtra mei.

& Cydippe Epiſt. XXI. 114.

Lumina propoſiti facta miniſtra mei.

ſic tabellas, quibus amores ſuos amicae indicaverat, *fidas ſibi miniſtras* vocat Lib. I. Am. XI. 27. ut recte viri docti emendarunt. *inſtituet ſacra*
&

Annua ſolvamus thalamo ſollemnia noſtro,
Nataliſque tui ſic peragamus iter.

ELEG.

marita Venus tentaverat Marklandus, *ſacra marita* conjungens. ut infra El. XIX. v. 16.

Pollueritque novo ſacra marita toro.

& Lib. IV. El. 3. 11.

Haecne marita fides? hae pactae ſunt mihi noctes?

ſic Juno *ſacris praefecta maritis* Ovidio Epiſt. XII. 87. & elegantiae cauſſa *toros maritos*, *foedus maritum*, & ſim. multis veterum locis reddidit Heinſius ad Ovid. Epiſt. XIV. 19. haec vero Marklandi emendatio ſi admittatur, codd. MSS. diſtinctio *hora Noctis*, praeferenda videtur. de *trientibus*, quatuor unciarum poculis, unde & *triental* ipſum poculum dicitur, vide Caſaub. ad Perſ. Sat. III. v. 100.

31. *Annua ſolvamus thalamo ſollemnia noſtro*] *thalamo & ſollemnia* in Colbertinis, meo cod. ſecundo, ed. Venet. 1487. Volſci, Beroaldi, utraque Aldina, Junt. Colin. Gryph. 1551. & 1561. Chriſt. Plantin. 1560. & Graſſeri. vitioſe *thalamo & ſomnia* in Venet. 1475. & Regienſi.

32. *Nataliſque tui ſic peragamus iter*] *ter peragamus* in Leid. pr. & Voſſ. ut eſt in ed. Beroaldi, & in MS. Sambuci legi teſtatur Modius in Novantiq. Lect. p. 82. ſic Lib. II. El. 24. 22. etiam in multis codd. habetur,

Noctibus his vacui ter faciamus iter.

ubi *reficiamus* editur. *peragere iter natalis* exponit Broukhuſius, diem natalem ſollemniter tranſigere. ut *peragere iter vitae*, *mortis iter adire*, & ſim. alibi apud noſtrum. ſic in Epigrammate veteri,

Septem annis Succeſſus iter fatale peregi.

ut legendum notavi in Anth. Lat. T. II. pag. 24. & 25. Virgilius IV. Aen. 653.

Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi.

iter vitae aeſtuoſae etiam dixit Valer. Max. Lib. VIII. cap. 8. 1.

ELEG. IX.

Quid mirare, meam ſi verſat femina vitam,
Et trahit addictum ſub ſua jura virum?

Crimi-

Eleg. IX.] Plurima in Elegiis Propertii male digeſta Viri eruditi non inmerito queruntur. praeſertim Lipſius Lib II. Var. Lect. cap. 25. qui ſaepe in Criticis ſuis ſcriptis, multos poëtae noſtri verſus aliter diſpoſuit. Sed majoribus auſis Scaliger tranſpoſitionibus plurimis totas Elegias melius connectere tentavit, in cujus tamen nimiam audaciam paſſim graviter, ſaepe etiam inmerito, multi invehuntur. Exempla aliquot locorum male cohaerentium dedit Cl. Schraderus Emend. cap. V. pag. 94. & ſeqq. & vide quae ex Broukhuſii notis MSS. dedi ad Lib. IV. El. 8. init. Sed ex his multa ad Epiſodiorum genus, in quibus extra materiem inceptam egrediuntur Elegiaci poëtae, retulit Tarquinius Gallutius in Comment. de Elegia cap. XII. & in exemplum proponit hanc Elegiam, in cujus initio incipit Poëta ab amoris ſervitio, cui obnoxius erat, deinde deflectit ad Virorum Illuſtrium & Deorum exempla, qui feminarum imperium ſubierunt, & pergit poſtea ad Antonii & Cleopatrae amores, pugnamque Actiacam, neque ad argumentum principio Elegiae inceptum redit. Rectum hac in re judicium eſt eruditi Britanni in Miſcell. Obſerv. Tom. II. p. 103. *In Propertii poëmatibus aliquando connectio non invenitur, quod partim adſcribo ipſi poëtae, qui hoc modo ſcribere amabat, ſed partim quoque contextui corrupto, perditis aliquot verſibus, & quibuſdam extra ordinem turbatis.* Id vero in plurimis Propertii locis, etiam illis, quos alii praeterierant, obtinere ſaepe in hoc Commentario obſervavi.

v. 1. *Quid mirare, meam ſi verſat femina vitam*] *ſi vexat femina curam* legebat Heinſius. ſed refragantibus omnibus codicibus & edd. antiquis, & invito, ut opinor, ipſo Propertio, cui hoc verbum uſitatiſſimum eſt, & gravem habet emphaſin. vide Broukhuſ. ad h. l. & ſupra ad El. VI. 12.

Non eſt certa fides, quam non injuria verſat.

Lib. II. El. 18. 47.

Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto.

infra El. XV. 12.

Speſque timorque animum verſat utroque meum.

ubi *vexat* etiam in aliis MSS. in quibus frequenter haec verba confunduntur. Medea apud Ovid. Epiſt. XII. in fine:

Viderit iſta Deus, qui nunc mea pectora verſat.

Lib. I. Am. 2. 8.

Et poſſeſſa ferus pectora verſat Amor.

Livius Lib. II. cap. 45. 5. *nunc indignatio, nunc pudor, pectora verſare, & ab inteſtinis avertere malis.* ubi alterum ex eodem Lib. XXV. 3. locum adfert Drakenborchius, *cui ſimul metus pudorque animum verſabat.* Valer. Max. Lib. V. cap. 1. 10. *ſic mortalium negotia fortuna verſat.* & Lib. VIII. 9. ex. ext. 2. *Pericles egit urbem & verſavit arbitrio ſuo.* ubi etiam *vexavit* in MSS. Horatius Lib. II. Epiſt. 2. 90.

—— *argutos verſat furor ille poëtas.*

ut repoſuit Bentlejus, pro *vexat.* & hoc ſenſu *verſare* reſtituendum videtur Ennodio Hymn. II. v. 4.

Quem nec procella turbidis
Si verſat ima motibus,
Poteſt fugare a pectore.

ubi nunc *vertat* vel *verrat* legitur. plura vide in notis Patrui mei ad Ovid. Lib. II. Am. El. 2. 29. & El. 19. 15. Graevii ad Cic. de Amic. cap. 26. in fin. & Cortii ad Salluſt. Jug. c. 14. §. 9. ſic κυλίνδειν Graecis. ut apud Ariſtoph. Eccleſ. 208. ὥσπερ Αἴσιμος κυλίνδεται. vid. Bergler. ad Alciphr. Lib. I. Epiſt. 23. & hanc lectionem imitatione ſua hic probaſſe videtur Janus Secundus Lib. I. El. V. init.

Una meas igitur verſabit femina curas?
Unaque mi riſus, unaque fletus erit?

ſeq. verſu *adductum*, male in Voſſ. quarto. ut in hac Eleg. v. 32. *addictos in ſua regna patres*, in multis etiam codicibus eſt *adductos*, ubi *in ſua jura* legebat Heinſius. *ſub ſua ſigna* in aliis hic legi notat Lat. Latinius. quod ſua venere non deſtituitur. tamquam in caſtris Cynthiae militare

re

Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis,
Quod nequeam fracto rumpere vincla jugo?
Venturam melius praeſagit navita noctem:
Vulneribus didicit miles habere metum.
Iſta ego praeterita jactavi verba juventa:
Tu nunc exemplo diſce timere meo.

Colchis

re ſe dicat. ut de Macro Tibullus Lib. II. El. 6. 6. ad Cupidinem,

Ure puer, quaeſo, tua qui ferus otia liquit:
Atque iterum erronem ſub tua ſigna voca.

3. *Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis*] *Carminaque* in Mentel. Palatino, & Commeliniano Gebhardi, Leid. primo, & tertio Voſſ. ſolita permutatione. ut Lib. I. El. 18. 9. *Quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?* ubi *carmina* etiam in variis codd. MSS. Paſſeratio perperam probante, ut illic notavi. ſed tam hoc quam illo loco *crimina* poni pro criminationibus, recte notat Goldaſtus ad Doſitheum Lib. III. pag. 39. infra v. 27. *quid raptem in crimina divos?* ubi *carmina* etiam in MSS. vide & notata ad Lib. I. El. 12. 1. ſeq. verſu *ſolvere vincla* in aliis apud Lat. Latinium.

5. *Venturam melius praeſagit navita noctem*] ita Beroaldum ſecutus recte edidit Broukhuſius, quod confirmatur a v. c. Perreji, primo, ſec. & quinto Vatic. tribus Voſſ. & ſecundo D'Orv. neque aliter adfert Neſtor in Vocabulario pag. 107. b. & ita legendum jam monuit Palmerius in Spicileg. p. 806. Tom. IV. Fac. Crit. ut *nox* pro tempeſtate dicatur, quomodo apud Virg. I. Aen. 93. —— *ponto nox incubat atra.* vid. Paſſerat. ad Lib. I. El. 17. p. 223. favere poſſet Senecae locus in Thyeſt. 959.

Mittit luctus ſigna futuri
Mens ante ſui praeſaga mali,
Inſtat nautis fera tempeſtas.

ſed *mortem* tuentur codex Fruterii, Mentel. Palat. Commel. Heinſian. Groning. Borrich. duo Leidenſes, primus D'Orvill. meus uterque, cum primis aliiſque vetuſtis edd. idque etiam probabat Marklandus. qui praeterea legebat,

Venturam vetulus *praeſagit navita mortem.*

ſed dubito an loca proferri poſſint, ubi *vetulus* non ſine contemtu aliquo dicatur. itaque Livinejo adquieſcendum videtur, qui exponit *melius* nempe, quam rudes & inexperti maris. *Venturos Coros* conjecerat Heinſius. nimia licentia.

6. *Vulneribus didicit miles habere metum*] Neſcio quos codices (nullos enim memorat) ſecutus fuerit Broukhuſius, qui *modum* edidit. *metum* exhibent omnes mei, nullo excepto, & editiones priſcae. idque propugnat *timere* diſticho ſeq. *Tu nunc exemplo diſce timere meo.* Francius quoque dubitabat, an *habere modum* ita ſimpliciter poſſet dici. Suam igitur conjecturam contextui inſeruit, & locutionem Latinam eſſe exemplis probavit. quibus addere potuerat e noſtro infra El. XVII. 4. *Neſcitis captae mentis habere modum.* & *habere modum* aeque recte dicitur, ac *habere finem*, *terminum*, & ſim. vid. Patrui mei Comm. ad Phaedr. Prolog. Lib. V. init. *ſtatuere modum* El. ſeq. v. 39. *Errorisque ſui ſit ſtatuiſſe modum.* ſed & *metum habere* proba locutio eſt. Ovidius II. ex P. Ep. 7. 6.

Saepe ſupervacuos cogit habere metus.

metus itaque vulnerum militi non temerario ſine ullo ejus dedecore cauſſa eſt, cur modum habeat. Silius Ital. XV. 52.

—— *aberunt ſitis aſpera, & hauſtus*
Sub galea pulvis, partique timore labores.

ſic editur vulgo. *paſtique* Heinſius. ſed lege cum Patruo meo *partique labore timores.* neque aliter hoc in loco adfertur in Lexico L. L. Fabriano in *habere*, ad refutandum Lambinum, qui *habere timorem* a C. Nepote nove dictum exiſtimabat. cujus locus eſt in Alcib. cap. 3. *itaque non ſolum ſpem in eo habebant, ſed etiam timorem.*

8. *Tu nunc exemplo diſce timere meo*] *cavere* placebat Grutero Lib. X. Suſpic. cap. 8. pag. 501. in Miſcell. Lipſ. Nov. P. III. p. 501. ubi & apud Tibullum III. 6. 44. legit,

—— *felix, quicumque dolore*
Alterius diſces poſſe cavere tuo.

pro *carere*. & ſic ibidem Gulielmius Quaeſt. Plautin. p. 375. quod minime inprobandum videtur. certe illic in veteri ſuo codice *cavere tuos*

 legi

Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros
Egit, & armigera praelia ſevit humo.
Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis hiatus,
Iret ut Aeſonias aurea lana domos.
Auſa ferox ab equo contra oppugnare ſagittis

Maeotis

legi notaverat Scaliger in Adverſariis MSS. alterum tamen in loco Tibulli praetulit Broukhuſius. Hic vero nihil contra MSS. auctoritatem tentandum eſt.

9. *Colchis flagrantes adamantina ſub juga tauros Egit, & armigera praelia ſevit humo*] ita hunc locum adfert etiam Neſtor in Vocabul. pag. 175. *flagrantis* in Mentel. Borrich. meo utroque, & primis edd. *armifera* praeter Livinejum etiam Guyeto placebat. quod parum intereſt, & haec ſemper fere commutantur. ut infra El XI. 53. *laurigero* & *laurifero vertice. ſaevit* vitioſe in Aldinis, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. conparat haec Barthius, & non tam duriter dicta cenſet, quam illud Statii Lib. I. Theb. 8. ubi Cadmum vocat

——— Martis operti
Agricolam, infandis condentem praelia ſulcis.

ſerere praelia cum illo Virgilii Lib. VII. Aen. 339. *ſere crimina belli* confert Valens Guellius, ſed hoc in loco *ſerere praelia*, notat praeliatores *humo armigera* producere, & optime illuſtratur e Valerio Flacco Lib. VII. 608. ſeqq.

——— plena ſic ſemina dextra
Spargere gaudet agris, oneratque novalia bello. &c.
Bellatrix tunc gleba quati, pariterque creari
Armarique phalanx, totiſque inſurgere campis.

ubi haec Propertiana imitatum fuiſſe Valerium, Patruus meus notavit. vide & J. Douſae F. notas in Propert. cap. XII. p. 115. notum illud Hypſipyles ad Jaſonem apud Ovid. Epiſt. VI. 11.

Seminibus jactis ſegetes adoleſſe virorum,
Inque necem dextra non eguiſſe tua.
Pervigilem ſpolium pecudis ſervaſſe draconem,
Rapta tamen forti vellera fulva manu.

& v. 33.

Vipereos dentes in humum pro ſemine jactos,
Et ſubito natos arma tuliſſe viros.
Terrigenas populos civili Marte peremtos
Inpleſſe aetatis fata diurna ſuae.

& Medeae Epiſt. XII. 45.

Semina praeterea, populos genitura, juberis
Spargere devota lata per arva manu.
Qui peterent ſecum natis tua corpora telis,
Illa eſt agricolae meſſis iniqua ſuo.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno
Ultimus eſt aliqua decipere arte labor.

ubi *cuſtodem* velleris aurei *ſerpentem* etiam vocat, & *vellera fulva*, ut hic *aurea lana*, pro quo *laurea* prave in tertio Voſſiano. ſic Jaſon *auratae vellere dives ovis* eadem Hypſipyles Epiſt. v. 2. &, ut hic, *aurea lana* Epiſt. Medeae v. 128. & III. Faſt. 876.

Pervenit in Colchas aurea lana domos.

quod ex hoc loco imitatus videtur. ſed mirari hac in re licet genium Gebhardi, qui Lib. I. Antiq. Lect. cap. 20. in loco Manilii Lib. IV. 513. emendabat, de ariete vellus illud aureum tranſvehente,

——— teſtis tibi Laniger ipſe,
Cum vitreum findens auravit vellere pontum.
Orbatumque ſua Phryxum per fata ſorore
Phaſidos ad ripas & Colchida tergore vexit.

ineſcatus fuit novitate verbi *auravit*, quod ſine exemplo eſt. ubi etiam negligentia ſumma, & adverſante metro, in ed. Delphinica excuſum eſt, *Phryxum per freta.* ſed vulgata lectio *aurato vellere* proba eſt, ut Ovidio Epiſt. VI. v. 2. *auratae vellere dives ovis.* neque cum Bentlejo ſubſtituendum *tranavit pectore.* male etiam illic in nonnullus MSS. & ed. Ald. *terga revexit* ſimili fere errore, quo apud noſtrum Lib. II. El. 20. 6.

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen,
Aurea quam molli tergore vexit ovis.

ubi *terga revexit* vitioſe in codd. ut illic notavi.

13. *Auſa ferox ab equo contra oppugnare ſagittis*] ita recte in Menteliano, ut ex uno Colbertino adfert Broukhuſius, quod non inſuper habendum notat, & explicat de Pentheſilea, ut vicem Graecis Trojam oppugnantibus referret, ſagittas in eorum claſſem injiciente. quo

Maeotis Danaum Pentheſilea rates.
Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.

Om-

quo reſpicit Cydippe apud Ovid. Epiſt. XXI. 117.

Non ego conſtiteram ſumta peltata ſecuri,
Qualis in Iliaco Pentheſilea ſolo.

ubi *conſiſtere*, ut hic *contra oppugnare.* male in reliquis omnibus codd. & edd. vetuſtis legitur *quondam oppugnare.* ſed *contra oppugnare* longe efficacius, ἀντιμάχεσθαι, ut *contra ſtare* de Eryce apud Virgil. V. Aen. 414. *His magnum Alciden contra ſtetit.* Seneca Epiſt. LXXVIII. *Iſtud quod premit, quod inpendet, quod urget, ſi ſubducere te coeperis, ſequetur, & gravius incumbet; ſi contra ſteteris, & obniti volueris, repelletur. contra ire* Statio IX. Th. 16. *aut ſaevos Libyae contra ire leones.* altero verſu pro *Maeotis* in pleriſque MSS. *Injectis*, ut in v. c. Perreji, Mentel. Scaligeri Excerptis, primo & ſec. Vatic. Borrich. Groning. Heinſiano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis Venetis edd. Regienſi, & Volſci, qui tamen in notis, *Maeotis, quoniam e Scythia venerat, ubi eſt palus Maeotis.* ſive ita emendaverit, ſive in ſuis invenerit codd. male igitur Heinſius ex hac MSS. ſcriptura ad marg. ed. Ald. conjecerat *Ingeſtis*, ſagittis nempe. ſed epitheton hoc initio minoris verſus, praecedente ſubſtantivo *ſagittis* in fine hexametri, valde ſerpit ac pedem trahit. in altera autem lectione *Maeotis Pentheſilea* Propertium agnoſco. & veſtigium hujus ſcripturae eſt in cod. Askew. in quo corrupte *mectis.* neque aliter jam excuſum fuit in Beroaldina, utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Gryphii, Graſſeri, ceteriſque edd. *Infectis* ex aliis profert Lat. Latinius. *Danaas* emendabat Francius.

15. *Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem,*
Vicit victorem & ſeqq.]

ſic omnes exhibent codices, (niſi quod *fronte* in Borrich.) & Neſtor in Vocab. pag. 29. ubi hunc locum adfert, pro exemplo, quo *haec caſſida* primo caſu, pro *caſſis* dicatur, pariter ac Chariſius, cujus verba habentur in Broukhuſii notis, hoc quoque Propertii, & alio Virgilii verſu idem probat Lib. I. Gramm. Inſtit. pag. 79. cui adde Priſcian. Lib. VI. p. 689. & 708. ed. Putſch. apud Statium quoque Lib. IV. Theb. 302. in MSS. legitur,

His arcus, his tela ſudes, his caſſida crines
Integit, Arcadii morem tenet ille galeri.

ubi in vulgatis, *hic caſſide crines Integit.* vid. Voſſ. Lib. I. de Analog. cap. 29. & Cerdam ad Virg. XI. Aen. 775. ibidemque Pierium, qui hunc quoque Propertii locum non praeteriit. ſic *chlamyda* pro *chlamys* Apulejo Lib. X. pag. 233. ed. Pricaei: *ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum.* Scaliger autem ad Manilium p. 507. ita hunc locum adfert:

Cujus ut auratam nudavit caſſide frontem.

vitio memoriae, ni fallor, nam in nullo MS. aut vetuſta ed. id legitur. hunc forte verſum reſpiciebat Ovidius VIII. Met. 32. de Minoë,

Cum vero faciem demto nudaverat aere.

ſenſus enim eſt, cui poſtquam levata aurea caſſis nudam faciem oſtendit. ſic Pyrrhum in caſtris, multitudini eum videre cupidae, detracta caſſide & repoſita, agnitum eſſe ſcribit Plutarchus in ejus vita pag. 389. B, altero verſu *Vicit victorem candida forma ſuum* in Vaticano quinto. quomodo conjecerat Marklandus, ut apud Rutilium Lib. I. Itin. v. 398.

Victoreſque ſuos natio victa premit.

pari varietate apud Ovidium Epiſt. XX. 70.

Heſionen Telamon, Briſeïda cepit Achilles;
Utraque victorem victa ſecuta virum.

ubi *ſuum* praefert Ciofanus. ſed alterum ex hoc Propertii verſu tuetur Heinſius, qui Lib. III. Adverſ. cap. 2. ſimile oxymoron reſtituit corrupto Senecae loco Herc. Oet. 753.

——— qui domuit feras
Mille, ille victor vincitur. merito doles.

in vulgatis, *qui domuit feras, Ille ille victor, vincitur, moeret, dolet.* elegantis hujus locutionis exempla plura vid. apud Ciof. ad Ovid. Epiſt. IX. 2. & adde quae dedi ad Anthol. Lat. T. I. p. 45. 317. & 533. *candida virgo* conjecerat Francius, quia *formae* ſequitur. Quod autem Broukhuſius ex his verbis colligat, Propertium indicare, Achillem, certamine cum Pentheſilea facto victorem, vivam cepiſſe hanc viraginem, captivaeque forma contactum, eam deinde in amoribus ac deliciis habuiſſe, nullo veterum teſtimonio firmari poteſt; qui omnes tradunt, eam hac pugna ab Achille interfectam, ſed poſtquam caſſide, ſeu galea ex ejus capite demta vultum & pulchritudinem Pentheſileae intue-

tue-

Omphale & in tantum formae proceſſit honorem
Lydia Gygaeo tincta puella lacu,
Ut qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia penſa manu.

Per-

tueretur, adtonitum ſtetiſſe, & graviter indoluiſſe quod interfeciſſet, & non potius ſibi uxorem ſervaſſet, & ſic, licet mortua, *victorem* formae venuſtate *viciſſe*, ſive, ut de Hercule dicit Deianira, *Victorem victae ſuccubuiſſe*, eleganter dici poteſt; hunc vero amorem ſibi exprobrantem Therſiten interfeciſſe. vide Scholiaſtae Homeri & Sophoclis loca apud Potter. ad Lycophr. v. 999. ubi etiam Meurſii notas conſule.

17. *Omphale & in tantum formae proceſſit honorem*] ita edidi ex veterum membranarum auctoritate. copulam enim *&* inſerunt Mentel. quintus Vatic., primus Leid. & Voſſ. tertius. nam in ceteris *Omphale in*, quo vitio inquinatos etiam olim fuiſſe alios codices patet, quia ſic adfert Octavian. Mirandula in Viridar. Illuſtr. Poët. fol. 184. b. & ſic in antiquis edd. *Omphaliae* in Regiis, & meo ſecundo. Miror Broukhuſium, metro adverſante, ediſiſſe *Omphale in tantum*. neque id incuriae typi adſcribendum, quia ſic etiam adfert ad Lib. IV. El. 9. 50. & quia codici ſuo adſcripſerat, *mediam in hac voce corripi auctor eſt neſcio quis M. Herrichen, ipſo fine Theſauri Fabriani.* ſed quicumque ille fuerit, non erravit, & ideo potius hiatum hoc in verſu ſtatuit. ſecunda enim in *Omphale* corripienda eſt, ut patet ex illo Diotimi Epigr. Graeco,

Χαῖρε μοὶ. ἄβρε κύπασσι, τὸ Ὀμφαλίη ποτὲ Λυδὴ
Λυταμθύη φιλότητ' ἦλθεν ἐς Ἡρακλέος.

& Sophocle in Trachiniis v. 256.

Κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ.

fruſtra igitur ex hoc loco eam produci poſſe contendunt alii. vide Lexicon Fabri Geſnerianum. Guyetus hic tentabat, *Omphalie*, vel *Omphalia*, ſine dubio quia *Omphaliae* etiam in codd. aliis legitur, ut in Regiis & meo altero haberi, modo notavi. ſed eo non opus eſt. & recte rejecit Cl. Schraderus Emendat. cap. VIII. p. 152. Heinſius, deleto *Omphales* nomine, conjecerat,

An non in tantum formae proceſſit honorem
Lydia Gygaeo tincta puella lacu.

vel *lota puella lacu*, quod ed. Aldinae adſcripſerat. ut per *Lydiam puellam* ſubintelligatur *Omphale*, cujus nomen a gloſſatore inſertum putabat. & ſic vocatur Ovidio Lib. II. Faſt. 356.

Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

ſed Λυδίη Ὀμφάλη etiam in loco Diotimi modo producto. neque *Omphales* nomen facile a librariis inſertum puto. de Gygaeo lacu, prima producta, vide Neſtorem in Vocabulario pag. 61. & 161. & Paſſeratium ad h. l. p. 468. & p. 535.

19. *Ut qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,*
Tam dura traheret mollia penſa manu]
ſtatuiſſet hoc in verſu, & mox *ſtatuit* N. Heinſio inconcinnum, & alterutrum corruptum eſſe videbatur. itaque hic *poſuiſſet* malim, quam mox *Perſarum poſuit Babylona Semiramis urbem*, cum Cl. Schradero Emendation. cap. VIII. p. 153. non quod *poſuit urbem* recte dictum ignorem, de quo vide notas ad Ovid. III. Met. 13. ſed quia illic videtur auctor in animo habuiſſe illud Virgilii I. Aen. 373. *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.* idque etiam praetuliſſe videtur Patruus meus ad Lib. II. Aen. 295.

—— his moenia quaere,
Magna pererrato ſtatues quae denique ponto.

& ſic paſſim de primo urbis conditore. Juſtinus Lib. XII. 10. 6. *Ibi in monumento rerum a ſe geſtarum urbem Barcem condidit, araſque ſtatuit.* Auſonius Clar. Urb. XIII. 17.

Aurea qui ſtatuit Capitoli culmina Caeſar.

ſic apud Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 1. §. 2. *tres ibi urbes ſtatuit.* in cujus cap. 2. §. 6. *Utica conſtituta eſt*, pro *condita*, quae vox illic ter repetitur, legebat Cel. Ruhnkenius. & ita hic profert Neſtor in Vocabul. in *Babylon* p. 176 b. Suetonius Caeſ. 85. *ſolidam columnam in foro ſtatuit.* ſic utrumque verbum variatur ſupra Lib. II. El. 5. 17.

Templa Pudicitiae quid opus ſtatuiſſe puellis.

ubi in aliis *poſuiſſe*. ſeq. verſu pro *Tam dura* in meo priore *Jam dura*, ut ex ſuo codice etiam Heinſius. *dira* male in Neapol. Deianira apud Ovidium Epiſt. IX. 79.

Ah quoties, digitis dum torques ſtamina duris,
Praevalidae fuſos comminuere manus.

Sta-

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem,
Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus;
Et duo in adverſum inmiſſi per moenia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.
Duxit & Euphraten medium, qua condidit arces,
Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput.

Nam

Statius Lib. I. Achill. 260.

——— *ſi Lydia dura*
Penſa manu, molleſque tulit Tirynthius haſtas.

vid. ad Lib. IV. El. 9. 50. Marklandus, cui ſenſus videbatur inperfectus, conjecerat, *Huic dura*, id eſt hujus Omphales gratia. *trahere* obvium hac in re verbum illuſtrat Grangaeus ad Juvenal. Sat. II. 54.

21. *Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem,*
Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus]

Nova hinc Elegia cum titulo DE SEMIRAMI incipit in codd. Regiis, meo ſecundo, primiſque edd. *orbem* pro *urbem* in iiſdem Regiis MSS. & priſcis edd. altero verſu *Et ſolidum* in meo priore & Heinſiano. *ſolitum* Voſſ. tert. *agger* Voſſ. ſec. & meus prim. *ager* primus Voſſ. *coctus tolleret agger*, Askew. unde, ſi forte *tolleret aggere opus* aures offendat, legi poſſet, *Ut ſolidum coctus tolleret agger opus.* hoc eſt *cingeret.* Ovidius Lib. IV. Met. 57.

—— *ubi dicitur olim*
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.

ad quem locum vide Ciofani & Patrui mei notas. Juſtinus Lib. I. cap. 2. §. 7. *Haec* (Semiramis) *Babyloniam condidit, murumque urbi cocto latere circumdedit, arenae vice bitumine interſtrato.* vide & Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. Lib. I. de B. T. 492. ſed ſuſpectum hunc locum habuit Heinſius in Epiſt. ad Graev. T. IV. Syllog. pag. 532. quia Babylon Aſſyriae potius, quam Perſica urbs fuerit. an igitur *Aſſyriam ſtatuit* emendandum? hinc Lucanus Lib. VIII. 299.

Bactraque Medorum ſedem, muriſque ſuperbam
Aſſyrias, Babylona, domos.

ubi *Bactra* ſimiliter inproprie *Medorum ſedes* dicuntur. ſed haec apud poëtas ſaepe promiſcue poſita occurrunt. vide illic Patrui mei notas. nihil itaque hic innovandum, quia Babylon in jus Perſarum ceſſit, ac deinde Parthis ſubdita fuit, hinc & *Babylon Perſea* eidem Lucano Lib. VI. 449.

23. *Et duo in adverſum inmiſſi per moenia currus,*
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus]

Ut duo v. c. Perreji, Colot. prim. & ſec. Vatic. *miſſi* in iiſdem & Exc. Scal. Heinſiano, Borrich. Askew. Groning. Leid. ſec. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis. & ſic Heinſ. ſed mutavit Broukhuſ. & edidit *inmiſſi.* quamquam ſupra El. I. huj. Libr. v. 13. idem tueatur, *Quid fruſtra miſſis in me certatis habenis.* pro *inmiſſis*, ut in aliis. vide illic notas, & infr. v. 64. *inmiſſi* etiam pro *miſſi* duriuſculum videbatur Francio. rectius tamen hic videtur *miſit*, Semiramis nempe, ut paullo ante *ſtatuit.* & ſic in Mentel. Leid. pr. & edd. Aldinis, Colinaei, Gryphii, Graſſeri, aliiſque. & ita conjecerat Marklandus], favetque lectio *miſſit* in primis edd. *duo* pro *duos*, ut *ambo* pro *ambos*, & ſim. ſaepe apud Virg. alioſque. ſeq. verſu *Nec poſſent* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Neap. duob. Leidd. Voſſ. tribus, utroque D'Orv. & meo priore. *Non* quint. Vatic. *Nec poſſem* Borrich. pro *tacto* male in ſec. Leid. *tacito.* dein *ſtringier axe* legebat Heinſius ad oram ed. Ald. & in Epiſt. ad Graev. d. l. ut *torquerier* ſupra El. 4. 39. vid. ad h. L. El. XI. 43. ſed optime ſe habet vulgata, hoc ſenſu, ne *duo currus in adverſum*, ſeu quadrigae ſibi obviam factae, poſſent latus ſtringere ab axe tacto, vel, ut Paſſeratius, ne currus poſſent praetereundo latus contingere, aut in ſe incurrere. quod egregie illuſtratur loco Curtii Lib. V. cap. 1. §. 23. quem adfert Ciofanus ad d. l. Ovid. ubi Babylonem a Semiramide conditam deſcribit: *Murus inſtructus laterculo coctili, bitumine inlitus, ſpatium 32 pedum latitudine amplectitur. Quadrigae inter ſe occurrentes ſine periculo commeare dicuntur.*

25. *Duxit & Euphraten medium, qua condidit arces,*
Juſſit & imperio ſurgere Bactra caput]

Auxit in Heinſiano, & meo primo. *ab Euphraten* Voſſ. tert. *quam condidit* in meo altero. *quo* Askew. *medium, quam condidit, arci* Heinſius. recte. nam *inter arcem & aedificia, a muro arcis remota, Euphrates interfluit, magnaeque molis crepi-*

Nam quid ego heroas, quid raptem in crimina divos?
Jupiter infamat ſeque ſuamque domum.
Quid? modo quae noſtris opprobria vexerat armis,
Et famulos inter femina trita ſuos,

Con-

pidinibus coërcetur, ut ibidem ſubjungit Curtius. errat enim Sidonius Apollinaris, qui *Tigrin* pro Euphrate hac in re memorat Carm. IX. 22.

Non coctam Babylona perſonabo,
Qui largam fluvio patens alumno
Incluſum bibit hinc & inde Tigrin.

ut illic notavit Jacobus Sirmondus. *quas* conjecit Marklandus, latinitate, ut notaverat, poſtulante, medium arcium, quas condidit. *medium Euphraten* dixit Propertius, ut in illo Catulli Carm. LXVII.

——— *cumque juventus*
Per medium claſſi barbara naret Athon.

altero verſu *capta* pro *Bactra* in Voſſ. tertio. *ſurgere imperio caput* explicat Paſſeratius, caput ſuum inter reliquas imperii urbes tollere, vel adſurgere imperio Babylonis. *ſurgere* quidem de operibus exſtructis, & jam florere incipientibus, frequens eſt. vid. Weitz. ad Valer. Fl. I. 499. & notas Patrui mei ad Ovid. Epiſt. VII. 11. qui tamen illic hunc locum non adfert inter exempla, ubi *ſurgere* de creſcentibus urbibus dicatur: neque id ſine ratione, nam hunc Propertii verſum ipſi ſuſpectum fuiſſe mihi conſtat, quia ed. Broukhuſianae adſcripſerat, legendum eſſe *ſubdere*. cujus ſi forte auctoritas nunc tanti vix videatur, oſtendit ſaltem, inter literatos homines eum fuiſſe, qui hiſtoriae ſtuduerit. ex Diodoro enim Siculo noverat Bactra dolo Semiramidis in poteſtatem Nini incidiſſe. & haec quoque certiſſima emendatio in mentem venit Cl. Schradero Emend. cap. VIII. p. 155. ubi exploſis Scaligeri & Paſſeratii explicationibus, hiſtoriae congruenter corrigit,

Juſſit & imperio ſubdere Bactra caput.

de Bactris vide Domit. Calderin. ad Stat. III. Sylv. 2. 136. & Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 37. p. 155.

27. *quid raptem in crimina divos?*] hoc praetuli ex Leid. ſecundo, quarto Voſſ. Heinſiano, & meo priore. & huic lectioni favent illi codices, in quibus vitioſe quidem *carmina*, ut in uno Regio & tertio Voſſ. ſed tamen adjuvant ſcripturam *crimina*. in reliquis *crimine*, ut edidit Broukhuſius. ſequente verſu dicitur Jupiter *ſe ſuamque domum infamare*, ſcilicet, quia ſervierit tot mulieribus, quae in eum exercuerunt imperium. quod hujus Elegiae argumento convenit, quae in multis codd. & edd. vetuſtis inſcribitur DE IMPERIIS FEMINARVM. ut autem hic *ſe ſuamque domum infamare* dicitur Jupiter, ita de cumulatis Neronis ſceleribus Octavia apud Senecam v. 251.

Morumque vitiis nomen Auguſtum inquinat.

& ſic de Helena Eurip. Oreſt. 1156.

Ἡ Τύνδαρις παῖς, ἣ κατῄσχυνε γένος.

& de Clytemneſtra infra El. XVII. 20.

——— *propter quam tota Mycenis*
Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus.

pro *raptem* male in Voſſ. tert. *captem*.

29. — *noſtris opprobria vexerat armis,*
Et famulos inter femina trita ſuos.] *vexerit* in omnibus fere codd. & Leid. ſec. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, & primis edd. *vixerit* corrupte in cod. Scalig. ſed ex Groningano *vexerat* edidit Broukhuſ. quod & in Menteliano legebatur, & Guyeto probatum fuit. *opprobria duxerat armis*, vel *dux foeda opponitur armis* conjecerat Heinſius in Notis p. 625. quod nimium a vulgata recedit. neque *opprobria* ſollicitanda ſunt. intelligit enim ſpadones, generis humani *opprobria*, quos hic *famulos* Cleopatrae ſubactores vocat, hoc eſt *contaminatum turpium Virorum gregem*, ut dicit Horatius Lib. I. od. 37. 9. ſive ut emendabat Bentlejus,

Contaminato cum grege turpium
Opprobriorum.

quod hoc Propertii loco firmat. ſic *ſpolia opprobrii* de turpium amorum exuviis exponunt infra El. XI. 12. *Et ſpolia opprobrii noſtra per ora vehit*. Cel. tamen Ruhnkenius per *opprobria* intelligebat milites Cleopatrae tam turpes & inbelles, ut Romanis pudori eſſe debeat contra illos pugnaſſe. altero verſu *Hei famulos* Acidalius, *Heu* Livinejus, & ex Paſſeratii MSS. Guyetus. improbante Heinſio in Notis, qui *Ut famulos* praeferebat. ſed nihil corrigendum. *Et* hic majori emphaſi dicitur quam *etiam*. illa ipſa Cleopatra inter famulos etiam ſuos trita & ſubacta. vid. Broukhuſ. ad Lib. II. El. 19. 32. pro *trita* in aliis *tracta* legi notat Lat. Latinius.

32. Con-

Conjugii obſcoeni pretium Romana popoſcit
Moenia, & addictos in ſua regna patres.
Noxia Alexandrea, dolis aptiſſima tellus,

Et

32. *Conjugii obſcoeni pretium Romana popoſcit Moenia, & addictos in ſua regna patres*] hanc lectionem ſecutus ſum, pleriſque viris doctis probatam, Rubenio videlicet Lib. II. Elector. cap. 2. Ryckio in notis ad Tacit. XIII. Ann. 19. pag. 205. Freinſhemio ad Florum IV. XI. §. 2. Gronovio Lib. II. Obſerv. cap. XXV. Broukhuſio tam ad h. l. & ad Eleg. praeced. v. 57. quam in notis ad Tibull. III. El. 6. 15. p. 343. in pleriſque enim MSS. hic legitur, *Conjugis obſcoeni*, Antonii nempe, ut praeter alios in binis Leidd. tribus Voſſ. Borrich. Groning. D'Orvill. utroque, & meis codd. ac priſcis edd. *Conjugis obſcaenae* tamen praefert N. Heinſius in Notis Propertianis, idque vehementer patri ſuo Dan. Heinſio probatum addit, ex loco Flori Lib. IV. cap. 2. quem hic etiam adfert Broukhuſius, *mulier Aegyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum imperium petiit.* ubi tamen *pretium libidinum* aeque hic tueri poteſt *Conjugii obſcoeni pretium*, quam *Conjugis obſcaenae.* Nam optime Cleopatra hic *Romam* dicitur popoſciſſe *pretium conjugii obſcoeni*, ut Oenone apud Ovidium Epiſt. V. 243.

Nec pretium ſtupri *gemmas aurumve* popoſci.

pretium enim hic eſt ipſa conjugii obſcoeni merces. ut Gygi *nuptiarum pretium* caedes Candaulis dicitur Juſtino Lib. I. cap. 7. in fin. ubi vid. Graevium. ſic Octavia in Poppaeam declamans apud Senecam v. 132.

Odioque noſtri flagrat, & pretium ſtupri
Juſtae maritum conjugis captat caput.

optime huc faciunt illa Lucani Lib. X. 355. & ſeqq.

Invaſit Cleopatra domum, nec prodita tantum,
Sed donata Pharos — nubet ſoror inpia fratri,
Quae Latio jam nupta duci eſt, (ſic legend.) *interque maritos*
Diſcurrens Aegypton habet, Romamque meretur.

hinc *dotalem Romam* de Cleopatra dicit Auctor Eleg. in Obit. Maec. 53.

Hic modo miles erat, ne poſſet femina Romam
Dotalem ſtupri turpis habere ſui.

& poëta optimus in Epigrammate de Maevio, fratrem interficiente in hoc bello Civili,

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem,
Et conjuncta ſuis Parthica bella gerens,
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo:
Hinc Capitolino ſiſtra minata Jovi.

vide quae ad utrumque locum notavi Tom. I. Anthol. Lat. pag. 264. & 314. eleganter Sidonius Apollin. Carm. V. 458.

——— *in bella mariti*
Dum venit a Phario dotalis turba Canopo:
Cum patrio Cleopatra ferox circumdata ſiſtro,
Milite vel piceo fulvas onerata carinas
Dorida diffuſam premeret Ptolemaïde gaza.

ubi vide Savaronis notas pag. 68. Manilius Lib. I. 913.

Nec dum finis erat; reſtabant Actia bella
Dotali conmiſſa acie, repetitaque rerum
Alea, & in ponto quaeſitus rector Olympi:
Femineum ſortita jugum cum Roma pependit,
Atque ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro.

ut reſtituit Bentlejus pro *pompa pependit.* & haec egregie illuſtrat Triſtanus Tom. I. Comment. pag. 59 ſic Statio Lib II. Th. 430. *Inachiae dotalis regia dono Conjugis.* altero verſu *adductos in ſua regna* in Voſſ. quarto, Heinſiano, Askew. & meo priore. quod etiam ex aliis profert Lat. Latinius. *jura* emendaverat Heinſius ex veſtigiis cod. Modiani, in quo *rura.* idque nonnullis forte placeret ex v. 2. hujus Eleg. *Et trahit addictum ſub ſua jura virum.* ubi etiam *adductum* in MSS. legi notavi. ſed hic *regna* praefero, quia id Cleopatrae invidioſius eſt.

33. *Noxia Alexandrea, dolis aptiſſima tellus*] ita recte edidit Broukhuſius, & hanc veram vocis ſcripturam ex antiquis monumentis probavit. *Alexandria* enim in pleriſque codd. ut in Neapolit. Mentel. Regiis, Colbertinis, Heinſiano, primo Leid. duobus Voſſ. primo D'Orv. meo utroque, & in marg. Groning. *Alexandrina* in Borrich. Askew. Leid. ſec. tertio Voſſ. altero D'Orvill. & vetuſtis edd. ut *Alexandrina tellus* jungantur. & ſic correxerat Marklandus. ſed *Alexandrea* in Colotiano, ut etiam Perrejus in marg. ed. Ald. ſcribendum adnotaverat. nec aliter

Et toties noſtro, Memphi, cruenta malo,
Tres ubi Pompejo detraxit arena triumphos.
Tollet nulla dies hanc tibi, Roma, notam.

Iſſent

ter adfert Neſtor in Vocabular. pag. 9. b. & p. 152. apud Horatium IV. od. 14. 35.

Portus Alexandrea ſupplex
Et vacuam patefecit aulam.

& hoc ubique e Nummis, codd. MSS. & aliis monumentis praetulerunt Viri docti, ut & *Antiochea*, *Seleucea*, &c. vid. Urſinum ad Cicer. I. ad Fam. Ep. 4. Lib. II. Ep. 10. Manut. & Muret. ad VIII. Philip. 8. Giſan. ad Lucret. p. 315. Barth. ad Stat. IV. Theb. 717. Boſium ad Nepotis Reges cap. ult. & prae ceteris operoſe N. Heinſ. ad Virgil. I. Aen. 201. ſic apud Paulinum Nat. XI. Felicis v. 84. recte ex codice Bononienſi edidit Mingarellius,

Marcus Alexandrea tibi datus, ut bove pulſo
Cum Jove &c.

Noxia vero *Alexandrea*, ut Lucano Lib. VIII. 825. *Noxia civili tellus Aegyptia fato.* & ideo forte *dolis aptiſſima tellus* dicitur, quia illic perfidia & dolo Ptolemaei interiit Pompejus, ut indicatur mox v. 35. & J. Caeſar ipſe ejus inſidias aegre evaſit. vel quia fallax & veteratoria erat gens, ut fraudibus & verſutiis vaferrima Aegyptiorum natio tota veteribus deſcribitur. vide Daviſ. ad Hirt. de bello Alexandr. cap. 7.

35. *Tres ubi Pompejo detraxit arena triumphos*] *Tres tibi* Voſſ. tert. *diſtraxit* primus Leid. hos tres Pompeji triumphos, de Sicilia recepta & Africa ſubacta primum, alterum de Hiſpania, tertium de mari piratis purgato, poſt victum Mithridatem, egregie ex variis Ciceronis locis hic illuſtrat Paſſeratius. illis praeſertim Albini vel Alcuini verſibus, qui ex Lib. I. Rer. Roman. leguntur apud Priſcianum Lib. I. p. 741. ed. Putſch.

Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis
Sponte Deum patuere, cui freta nulla repoſtos
Abſcondere ſinus, non tutae moenibus urbes.

quod fragmentum ſub Pedonis Albinovani nomine adfert Scaliger ad Catalect. vet. Poët. pag. 251. memoriae lapſu, ni fallor. hinc caput Pompeji, *tribus coronis triumphalibus Aegyptia perfidia ſpoliatum* dicit Valer. Max. Lib. V. cap. 1. 10. Manilius Lib. I. 791.

Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
Pompejuſque orbis domitor, per treſque triumphos
Ante Deum princeps.

ubi per *Deum* intelligunt Caeſarem. ſed pro abſurda iſta lectione Bentlejus reponendum monuit *Ante diem.* ante aetatem legitimam primos adeptus honores. quam tamen emendationem optimam jam occupavit Livinejus in notis ad h. l. *arena* pro litore exponitur ab eodem Paſſeratio, ut Pompejum in ipſo litore occiſum innuat. de qua vocis *arenae* ſignificatione vid. ad Lib. I. 8. 11. eodem ſenſu apud Lucanum Lib. VIII. 712.

Ante tamen Pharias victor quam tangat arenas,
Pompejo raptim tumulum fortuna paravit.

idque firmat ejuſdem Manilii locus Lib. IV. 50.

Quis te Niliaco periturum litore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelaguſque receptum,
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos.
Cum jam etiam poſſes alium cognoſcere Magnum.

quem locum optime expoſuit Gronovius in Diatr. Stat. cap. 1. pag. 4. ingenioſa tamen eſt N. Heinſii conjectura, *Tres ubi Pompejo detraxit verna triumphos.* ut Pothinus intelligatur, Ptolemaei Regis eunuchus, qui juveni Ptolemaeo caedem Pompeji ſuaſit, & adjutoribus Achilla & Septimio caput Pompeji M. amputavit. ut egregiis verſibus deſcribit Lucanus Lib. VIII. v. 483. & ſeqq. hinc Claudianus I. in Eutrop. 480.

—— heu ſemper Ptolemaei noxia mundo
Mancipia! en alio laedor graviore Pothino.

& in hujus Pothini facinus domini juſſu peractum, ſed deterius Antonii, Ciceronem perdentis, ſcelus invehitur Martialis Lib. III. Ep. 66. & Lib. V. Ep. 70. vide quae notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 341. & infra ad Lib. IV. El. 6. 21. mox pro *Roma* Guyetus legebat *hanc tibi, Magne, notam*, ut ad Pompejum ipſum referatur, nam ſequentia ad illum ſpectant. quibus innuit, Pompejo melius fuiſſe, ſi in campis Pharſalicis occubuiſſet, etiam

ſi

Iſſent Phlegraeo melius tibi funera campo;
  Vel tua ſi Socero colla daturus eras.
Scilicet inceſti meretrix regina Canopi,
  Una Philippeo ſanguine inuſta nota,

Auſa

ſi ſocero Caeſari colla ferienda dediſſet, ſimili fere colore, quo Scaeva apud Lucan. VI. 158.

— — non parvo ſanguine Magni
Iſta dies ierit. *peterem felicior umbras*
Caeſaris in vultu, teſtem hunc Fortuna negavit:
Pompejo laudante cadam.

ſed majus Pompejo fuiſſe dedecus, quod ad Caeſaris adventum Romam reliquerit, & in Dyrrachium, ac deinde turpi fuga in Aegyptum ſe contulerit, & Ptolemaeo ſe ſupplex in tutelam crediderit, Alexandrinae perfidiae mox victima facta, unde de Pompejo Ovidius IV. ex P. Ep. 3. v. 41.

Quid fuerat Magno majus? tamen ille rogavit
Submiſſa fugiens voce Clientis opem.

huic explicationi favent illa Petronii in Carm. de Bello Civili cap. 123. Satyr.

— — gemino cum Conſule Magnus,
Ille tremor Ponti, ſaevique repertor Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus, modo quem ter ovantem
Jupiter horruerat, quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat ſubmiſſa Boſporus unda,
Pro pudor! imperii deſerto nomine fugit,
Ut Fortuna levis Magni quoque terga videret.

& cap. 124.

— — neſcis tu, Magne, tueri
Romanas arces, Epidamnia moenia quaere,
Theſſalicoſque ſinus humano ſanguine tinge.

ita enim recte a viris doctis reſtitutum eſt, pro *Romanas acies, Epidauria moenia quaere.* licet *acies* etiam legatur in cod. Scaligeri Cujaciano, ſed alterum recte probavit Illuſtris Jo. Buherius, & in priore loco ex MSS. optime praefert, *ſaevi quoque terror Hydaſpis.* Sed haec ad Guyeti conjecturam ſtabiliendam ſufficiant, quae non eſt rejicienda, cum quia ſequens diſtichon *Iſſent Phlegraeo* &c. *Vel tua ſi Socero* ad Romam referri non poſſunt, tum quia ſaepe librarii illud *Magni* cognomen, ſi ſimpliciter de Pompejo occurrat, vel corruperunt, vel ejecerunt, alia voce ſuppoſita. niſi quis defendere velit vulgatam eo ſenſu, ut Romam ipſam pudere deberet fati Pompeji, qui adverſus Caeſarem Romanam libertatem defenſurus invalido nec amplo ſatis exercitu inſtructus contra eum tenderit, ut ipſe queritur inter Ciceronis Epiſt. ad Attic. Lib. VIII. Ep. 12. adeoque Martem adverſum expertus ſuccubuerit, ne ſepulcro quidem in patria conditus. unde in Epigrammate veteri de inſepultis claris, Tom. I. Anthol. Lat. pag. 204.

Litore diverſo Libyae clariſſima longe
Nomina vix ullo condita ſunt tumulo.
Magnus, & humano major Cato, quam procul a te
Adſpicit heu cineres, Roma, *jacere ſuos.*

Lucanus Lib. VIII. 686.

Hac facie Fortuna tibi Romana placebas:
Nec ſatis infando fuit hoc vidiſſe tyranno,
Vult ſceleris ſupereſſe fidem.

Neque illam Guyeti conjecturam admittendam cenſebat Cel. Ruhnkenius, cui videbatur contextus oſtendere, hinc infamiam non redundare in Pompejum, ſed in Romam, quae talem perfidiam inultam inpunitamque dimiſerit. pro *funera campo* in cod. Askew. *vulnera*, & pro *Iſſent* in Borrich. *Eſſent.*

40. *Una Philippeo ſanguine inuſta nota*] *aduſta* in Regiis, Colbertinis, duob. Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis, nec aliter in vetuſtis edd. ante Scaligerum, qui *inuſta* ex ſuo codice recte correxit, ut ed. Aldinae etiam adſcripſerat Perrejus, quod multis firmat Broukhuſ. *aduſta notam* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. Heinſius conjecerat, *Unica Pellaeo*, vel *Et Ptolemaeeo.* ſed *Philippeo* forte pro Graeco, vel Macedonico, unde deſcendunt Ptolemaei. Ptolemaeus enim Lagi filius creditus fuit Philippo patre genitus. vide Curtium Lib. IX. cap. 8. §. 22. & illic notas Freinshemii. ſic *Pellaea Canopus*, & ſimilia epitheta longius petita non raro occurrunt. vid. Broukhuſ. infr. ad El. XI. v. 6. dein *ſanguine inuſta nota*, pro *ſanguini*, modus eſt loquendi noſtro uſitatus. Lib. I. El. 8.

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas;
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos & contis roſtra Liburna ſequi;
Foedaque Tarpejo conopia tendere ſaxo,

Jura

22. *Quin ego, vita, tuo limine acerba querar.* quod pro *limini* exponit Scaliger, & ſimilibus exemplis firmat. eod. Libr. El. 18. 12. *Limine formoſos intulit illa pedes.* Lib. III. El. 4. 24. *inſultet, Lygdame, morte mea,* pro mihi mortuo. Lib. IV. El. 8. 10. *Quum tenera anguino creditur ore manus.* pro *ori*, ut recte Scaliger, qui eodem modo etiam capiebat El. IV. huj. Libr. v. 20.

Eſt poenae ſervo rumpere teſte fidem.

pro *ſervo teſti.* Tibullus Lib. III. El. 4. 84. *Nec tantum crimen pectore ineſſe tuo.* in Epigr. vet. Tom. II. Anth. Lat. pag. 567. *ne ligneus igne Hic Deus ignavis praebear agricolis.* pro *igni.* ut illic legit idem Scaliger. ubi vide. & adde Muncker. ad Argum. Met. Ovid. Lib. XI. fab. 10. p. 779.

41. *Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin*] *Muſa* corrupte in Groning. *apponere* in D'Orv. ſec. toto hoc loco reſpicit noſter ad Virgil. VIII. 697. egregia pugnae Actiacae deſcriptione:

Hinc ope barbarica Phariiſque Antonius armis
Victor ab Aurorae populis & litore rubro
Aegyptum vireſque Orientis, & ultima ſecum
Bactra vehit, ſequiturque (nefas) Aegyptia conjux ſeqq.
Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro.
Omnigenumque Deum monſtra, & latrator Anubis
Contra Neptunum & Venerem contraque Minervam
Tela tenent.

ubi vide Valentem Guellium. & confer haec Propertiana cum illis Lucani Lib. X. 60. & ſeqq. de Cleopatra:

Romano non caſta malo &c.
Heſperios auxit tantum Cleopatra furores:
Terruit illa ſuo, ſi fas, Capitolia ſiſtro,
Et Romana petit inbelli ſigna Canopo.

44. *Baridos & contis roſtra Liburna ſequi*] *Blaridos* corrupte in Voſſ. quarto. *cunctis* in primo Leid. Voſſ. D'Orv. pr. Askew. *comptis* in ſec. D'Orv. *cannis* conjecerat Heinſius. ſed nihil mutant ceteri codd. & edd. vetuſtae. neque aliter adfert Neſtor in Vocabul. pag. 74. & 157. *contis*, ſeu haſtis gravioribus, *Baridos*, Aegyptiacae navis majoris, ſequebatur Antonii & Cleopatrae claſſis roſtra Liburna Romanorum. his *contis* ferreo acumine munitis naves propellebant. vide Suet. Tiber. 62. & Calig. c. 32. *noſtra Liburna* in quarto Voſſ. adeo ut ſic forte etiam in ſuis codicibus invenerit Victorius X. Var. Lect. cap. 9. nam typi vitium eſſe putat Broukhuſius. ita certe etiam adfert Canterus ad Lycophr. pag. 32. ed. Steph. *roſtra* tamen *Liburna*, ut legendum, agnoſcunt reliquae omnes membranae & edd. priſcae. ita de Cleopatrae morte Horatius Lib. I. od. 37. in fine:

Saevis Liburnis ſcilicet invidens
Privata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

roſtra igitur *Liburna* ideo dicit, quia in pugna Actiaca Liburnis uſus eſt Auguſtus, quarum velocitate praeſertim victum eſſe Antonium tradit Vegetius Lib. IV. c. 33. illius enim claſſis, pondere magis quam virtute inſignis, & centenis alis remigans, invito mari labebatur, ut ait noſter Lib. IV. El. 6. 47. de Liburnis vide Gorium ad Tom. I. Inſcr. Flor. pag. 245. & de *Baride*, Aegyptia navi, merentur legi, quae ad hunc Propertii locum notarunt Grangaeus ad Prudent. contra Symmach. p. 167. Pignorius ad Menſam Iſiac. pag. 71. Brodaeus ad Anthol. Graec. Lib. III. Tit. 32. Ep. 16. pag. 420. ed. Obſop. Potterus ad Lycophr. v. 747. & Jac. Gronovius ad Herodot. Lib. II. pag. 886.

45. *Foedaque Tarpejo conopia tendere ſaxo*] *canopia* Borrich. Leid. ſec. & tert. & Harlejanus Muſei Britann. *canopeia* in Colot. Vatic. ſec. Regiis, Colbertinis, Askew. Voſſ. pr. & quart.

Gro-

Jura dare & ſtatuas inter & arma Marî.
Quid nunc Tarquinii fractas juvat eſſe ſecures,
Nomine quem ſimili vita ſuperba notat?

Si

Groning. Heinſian. utroque D'Orv. & meis, cum primis edd. in aliis antiquioribus *canopea.* ſed *conopeīa* admitti nequit, quia primae producuntur ſyllabae Κωνώπειον vel κωνώπιον. vide Voſſium Lib. II. Art. Gram. cap. 33. recte *conopia* ſcribi, ſi penultima corripiatur, ut hoc loco, *conopea*, ſi producatur (ut hic male edidit Broukhuſius) monet Bentlejus ad Horat. Epod. IX. v. 16. & vide Heinſium ad Virg. I. Aen. 201. male igitur hic penultimam in *canopea*, abjectione literae *i*, correptam cenſent Taubman. ad Virgilii Culicem initio, & Dauſquejus ad Silium Ital. pag. 749. de canopiis vide Barth. in Gloſſar. Lat. Barb. apud Ludewich. Reliq. MSS. T. III. p. 157. Aeſtuant valde docti Interpretes tam Horatii, quam Propertii, an *canopia* haec Aegyptiorum fuerint toralia, ſeu lectorum ſtragulae, an linea velamina ad culices arcendos, an vero parietum tegmina, ſeu tapetia, de quibus adcurate egit Illuſtris Cuperus in Epſt. ad Almelov. edita in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. III. pag. 692. & ſeqq. qui optime per *canopia* intelligit tentoria, praeſertim propter *tendere* hoc in loco; ut innuat, Cleopatram in tali tentorio ſedentem Romanis *jura dare* voluiſſe in ipſo Capitolio, ut ſequenti verſu dicitur.

46. *Jura dare & ſtatuas inter & arma Marî*] ita recte edidit Broukhuſius, quomodo Perrejus in marg. ed. Ald. correxerat ex vet. cod. idque legitur in Colotiano, primo & ſec. Vatic. nam in ceteris codd. & edd. Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque, omiſſa eſt copula &, idque propugnant, qui confugiunt ad ſolitam cantilenam de ultima, natura brevi, ante duas conſonas producta, diverſarum aetatum poëtas confundentes, de qua licentia vid. ad T. I. Anth. Lat. p. 75. & 610. ſed plurimis exemplis contrarium apud veteres obtinere oſtendit Barthius ad Claudian. Bel. Gild. v. 136. hinc *Jura daret* in Regiis MSS. & primis edd. merito itaque id rejecit Broukhuſius, licet Vulpius, qui ſine copula edidit, eum aliter notet cenſuiſſe in Commentario ad Tibullum Lib. I. El. 5. 28. ubi probavit *Pro ſegete ſpicas*, ejecta copula &. idem tamen apud eumdem Tibull. I. 7. 40. non admiſit lectionem

—— tua ſi bona neſcis
Servare, fruſtra clavis, ineſt foribus.

ſed reſtituit interjectionem ab aliis male omiſſam, *ah fruſtra*, eique in repetita editione nuper obſecutus eſt Cl. Heynius. in multis etiam codd. & edd. antiquis hic legitur *mari*, litera minori, tamquam Cleopatra diceretur mari ſeu Oceano jura dare inter ſtatuas & arma, quae in Capitolio erant. inde in aliis enata eſt ſcriptura *mori.* ut in Askew. ſecundo Leid. Voſſ. tert. & quarto. ſed *Marî* vere correctum eſt, ut intelligantur ſtatuae & tropaea Marii, quae a Sylla disjecta reſtituit Caeſar, & Capitolio intulit, teſte Suet. Caeſ. cap. XI. & ita haec capienda notavit Fruterius in Epiſt. ad Canter. inter Epiſt. a Gabbema collectas pag. 637. ubi vitioſe *Canopaeo* editum. vide & Juſt. Rycquium de Capitol. Rom. cap. 28. circa finem.

47. *Quid nunc Tarquinii fractas juvat eſſe ſecures*] in pleriſque codd. MSS. quibus accedunt duo Leidenſes, totidem Voſſ. primus D'Orv. & meus, & in edd. priſcis legitur *Tarquini.* quomodo ſcripſerunt, qui ſecundae ſyllabae metuebant. ſed vide notas Patrui mei ad Virg. VI. Aen. v. 818. *factas* vitioſe in Voſſ. quarto. Conferendus totus hic locus cum illis, quae ex Ciceronis Oratione in Antonium, adfert Dio Caſſius Lib. XLIV. cap. 32. pag. 441. ed. Reimar. quae verba infra exhibenda erunt ad v. 58.

48. *Nomine quem ſimili vita ſuperba notat*] *Omine* in meo cod. ſecundo, ſed in ejuſdem margine pro varia lectione *Nomine.* & huic receptae lectioni favent codices, in quibus corrupte *Nemone* vel *Nemine. quae ſimili* in Neap. Heinſiano, Borrich. & meo primo. dein *tulit* pro *notat* in Voſſ. quarto. in nonnullis *vocat*, ut in quinto Vatic. & ed. Scalig. forte id mutatum fuit, quia *nota* bis praeceſſerat v. 36. & 40. *notet* in meo ſecundo, Borrich. Leid. Heinſiano. ſed *notat* recte in Regiis, Groning. ceteriſque, & primis aliiſque

Si mulier patienda fuit? cape, Roma, triumphum,
Et longam Auguſto ſalva precare diem.
Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili:
Accepere tuae Romula vincla manus.

Brachia

antiquis edd. idque merito placebat Guyeto, nam infamiae dedecus hoc verbum indicat. hinc forte apud Servium ad Virg. XI. Aen. 15. corrigendum eſt, *apud majores ſuperbia ingens facinus fuit, adeo ut Tarquinius pro multis ſceleribus Superbi notam acceperit.* in vulgatis *nomen.* & huc adludens *ſuperbos Tarquinii faſces* vocat Horat. Lib. I. od. 12. 35. vide Freinſhem. ad Florum Lib. I. cap. 7. & Jo. Arntzen. ad Pacati Paneg. cap. XX. p. 64.

49. *Si mulier patienda fuit?*] *Sed mulier* in Mentel. Borrich. primo Leid. & Voſſ. tamquam invidioſa pudendaque exprobratione. *Et mulier* in Heinſiano, ac meo priore. *rapienda* in primo Leid. ac Mentel. vulgata optimo nexu dependet a praecedentibus, *Quid nunc Tarquinii* &c. *Si mulier patienda fuit.* vide Gruter. Lib. IX. Suſpic. cap. 6. *triumphos* cod. Scalig. mox *longum diem* in Neapol. Heinſiano, Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. utroque D'Orvill. meis, & primis edd.

51. *Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili*] *tumidi* Mentel. Heinſian. ſec. Leid. pr. & tert. Voſſ. Groning. uterque D'Orvill. & mei. quod Paſſeratio probatum fuit, & Modio in Novantiquis Epiſt. XVIII. p. 84. ſed *timidi* in ceteris MSS. ac vetuſtis edd. quod elegantius, ut Antonio & Cleopatra terrore correptis, & in fugam actis, ipſe etiam Nilus timuiſſe dicatur. & hoc recte vindicavit Broukhuſius. Auctor Elegiae in Obit. Maec. v. 47. Tom. I. Anthol. Lat. pag. 262.

Militis Eoi fugientia terga ſecutus,
Territus ad Nili dum ruit ille caput.

ut legendum notavi, non *dum fugit*, invenuſta repetitione poſt *fugientia terga*, noſter infra Lib. IV. El. 6. 63.

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci.

ſimiliter de Sex. Pompejo victo, & in Aegyptum fugiente, Auctor Octaviae v. 519.

Magnus ducum
Superatus acie, puppibus Nilum petit
Fugae paratis, ipſe periturus brevi.

quem locum de Antonio & Cleopatra male exponit Gruterus. ſed de Pompejo e Sicilia fugato melius intellexit Rutgerſius Lib. I. Var. Lect. cap. 15. quam ejus cladem noſter innuit Lib. II. El. 1. 28.

Aut canerem Siculae claſſica bella fugae.

corrupte hic *vada* pro *vaga* in Mentel. Neap. & primo Leid. *vana* vitioſius in Voſſ. quarto. *vaga* vel *cava* legendum adſcripſerat Francius. ut *latentes oras* vocat Horatius Lib. I. od. 37. 23.

52. *Accepere tuae Romula vincla manus*] *vincula Roma* male in Askewiano. *tuas manus* in altero Regio. *Nec cepere* conjecerat Marklandus, & alterum falſum eſſe notaverat. quia nempe Auguſtus Cleopatram in triumphum ducere quidem cogitavit, ſed vivam avehere, & Romam deferre non potuit. Horatius Lib. I. od. 37. 20. de Antonio & Cleopatra ab Auguſto victis:

Redegit in veros timores
Caeſar, ab Italia volantem
Remis adurgens —— daret ut catenis
Fatale monſtrum.

Verum, licet captiva in manus Romanorum non inciderit Cleopatra, neque ipſa in triumphum ducta ſit, non tamen haec ſimpliciter capienda opinor, ſed a Romanis victam, captam, & ad voluntariae necis deſperationem fuiſſe adactam, indicari, vel potius reſpexerit Propertius ad id, quod Plutarchus in Antonio pag. 955. & Dio Caſſius Lib. LI. cap. 19. & 21. tradunt, triumphum Octaviano de Cleopatra conceſſum, ejuſque mortuae imaginem ferculo inpoſitam inter ceteros captivos in triumphi pompa circumlatam fuiſſe, quia, ut hoc dedecus evitaret, *atrum corpore conbiberat venenum, Saevis Liburnis ſcilicet invidens, Privata deduci ſuperbo Non humilis mulier triumpho.* ut in fine ejuſdem Odae ait Horatius, ubi Scholiaſtes antiquus notat: *Cleopatra metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori ſuo ſerpentes appoſuit, quorum veneno interiret.* additque: *Livius refert, Cleopatram, quum ab Auguſto capta, indulgentius de induſtria tractaretur,*

Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris:
Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non haec, Roma, fuit tanto tibi cive verenda,
Nec ducis adſiduo lingua ſepulta mero.

retur, *dicere ſolitam*, *Non triumphabor.* quae verba in Livio fruſtra hodie quaeras. ſed pluribus hac de re egit eruditiſſimus & Celeberrimus Medicus atque Anatomicus Jo. Baptiſta Morgagnus, duabus Epiſtolis, in quibus de genere mortis Cleopatrae diſſeruit, poſt Ejus Opuſc. Miſcell. pag. 21 — 23. ubi meminit ſtatuae antiquae, in qua aſpis brachio ejus adligata, & vinculi conſtrictione ad morſum inritata conſpicitur, qualem Cleopatrae imaginem, in Auguſti triumpho geſtatam, indicari hic a Propertio exiſtimat.

53. *Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris*] *ſpectaſti* idem conjecerat Marklandus, propter praecedentia *fugiſti*, & *tuae manus.* ſed recte Beroaldus refert ad ipſum Propertium, ut dicat, ſe imaginem illam in Auguſti triumpho circumlatam vidiſſe, quae referebat aſpidem brachio Cleopatrae admotam. *amorſa* in Groning. *adroſa* Heinſius. ſed quod poſtea rejecit, & *admorſa* probavit in notis ad Vellej. Pat. Lib. II. cap. 87. p. 462. ubi *pectora* hoc in verſu male editum eſt, niſi ſcripturae vitium ſit. aliter enim id favere poſſet illorum opinioni, qui cenſuerunt Cleopatram pectori ſeu mammae admoviſſe aſpidem: ut exhibetur apud Leon. Auguſtinum in Gemmis Antiq. N. LXXVIII. & Gorlaeum in Dactylioth. P. 2. N. 146. & ſic aſpidem mammae admovens conſpicitur Cleopatra in ſtatua, quae ex Muſeo Baudelotii edita eſt in Valeſianis pag. 100. ſed hunc hodiernorum etiam pictorum errorem caſtigavit Drakenb. ad Silium Lib. II. 417. *admorſa* vero probatur etiam ex Oroſio Lib. VI. cap. 19. *Cleopatra poſtquam ſe ad triumphum ſervari intellexit, voluntariam mortem petens, ſerpentis, ut putatur, morſu in ſiniſtro tacta brachio, exanimis inventa eſt.* ubi malim *ſiniſtro icta brachio.* quae adhaerent Velleji Paterculi verbis d. l. *At Cleopatra, fruſtratis cuſtodibus, illata aſpide, morſu ſane ejus, expers muliebris metus, ſpiritum reddidit.* hinc apud Statium Lib. III. Sylv. 2. 119. forte cum Heinſio legendum,

Anguiferamque domum, blando qua morſa veneno
Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.

merſa in vulgatis. niſi quis cum Marklando praeferat *blanda qua merſa veterno*, quia morſu aſpidis letalem ſoporem induci tradunt veteres. cui emendationi favet ſequens hujus loci verſus, *Et trahere occultum membra ſoporis iter.* quae feliciter imitatus eſt D. Heinſius Lib. I. El. 3. p. 154.

——— nec cenchride mitior aſpis,
Quae bene Romanum dedecus ulta fuit,
Cum male tentatum duxit Cleopatra ſoporem,
Et gelidum traxit corpore mortis iter.

pro *ſacris* Beroaldo *fixis* placuiſſe videtur. ſed *ſacris* recte alii exponunt, quia Iſidi ſacrae erant aſpides; & ideo forte Cleopatra talem aſpidem ſibi adferri juſſerit, quia ſe inferias Antonii ſui Manibus ferre, adeoque Iſidi ſacra facere velle ſimulabat. *ſoporem* autem pro veneno, ſomnum ultimum inducente, optimis veterum exemplis illuſtravit Broukhuſius, ut ſaepe *ſopores* dicuntur pharmaca quaevis ſoporifera. vide Barth. ad Stat. VI. Th. 235. & ejuſdem Broukhuſii notas ad illa Tibulli IV. 4. 9. ad Phoebum,

Sancte veni, tecumque feras, quicumque ſopores,
Quicumque & cantus corpora feſſa levant.

licet illic *ſapores* praeferret D'Orvillius, & praeclare de Tibullo meritus Cl. Heynius. quamquam alterum ſe tueri poſſet ex Lib. I. El. 2. init. ubi vinum, velut medicamen ſoporiferum, ſibi dari jubet,

Adde merum, vinoque graves compeſce dolores,
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor.

eadem varietate apud Columellam Lib. X. 179. ex emendatione Heinſiana,

Jamque ſalutaris properet lactuca ſopori,
Triſtia qui relevet longi faſtidia morbi.

pro *ſalutari ſapore*, ut olim in vulgatis.

55. *Non haec, Roma, fuit tanto tibi cive verenda,*
Nec ducis adſiduo lingua ſepulta mero]

ita ſanitati ſuae locum hunc reſtituerunt viri docti. *Non hoc Rama fui* in v. c. Petreji, Mentel. ſecundo Vatic. & Neap. *hoc* etiam in Borrich. Re-

Septem urbs alta jugis, toto quae praeſidet orbi,
Femineas timuit territa Marte minas.
Nunc ubi Scipiadae claſſes? ubi ſigna Camilli?
Et modo Pompeja Boſpora capta manu?

Han-

giis, Colbertinis, primo Leid. tribus Voſſ. binis D'Orvill. & meis. altero verſu perperam quoque in iiſdem codd. & Harlejano, cum priſcis edd. *Dixit & aſſiduo.* ſed *Nec Ducis adſiduo* optime emendarunt Paſſeratius & D. Heinſius, quam patris ſui reſtitutionem laudavit filius Nicolaus ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 87. qui etiam tentaverat, *Et dux, adſiduo lingua ſepulta mero.* per adpoſitionem. vel, *Vinctaque & adſiduo.* ut in illo Virgilii II. G. 94. *Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.* vide ejus notas ad Propert. p. 726. quod tamen parentis ejus conjecturae non videtur praeferendum. id certum, reſpici ad ebrioſum Antonium, quem eo nomine paſſim traducit Cicero. & hinc Horatius Lib. I. od. 37. 14. de Antonio ab Octaviano fugato,

Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores.

ubi Commentatoris veteris & aliorum Interpretum ſana eſt explicatio de vino Mareotico, quidquid diſſentiat Crucquius, qui per *Mareoticum* intelligit Aegypti regnum. ſed praeterire non poſſum quae libro ſuo adſcripſerat Marklandus: „ Dixit & aſſiduo *eſt Codicum lectio, pro* „ *qua ediderunt ex Heinſii conjectura*, Nec Ducis aſſiduo, *longius a ſcriptura librorum. Mallem minore mutatione*, Dux & ab aſſiduo &c. „ *per partes probabo fuſius.* ſepulta ab aſſiduo „ mero, *ut Virgil. torrida ſemper* ab *igne.* noſter „ Lib. IV. 3. 39. *Quae tellus ſit lenta gelu, quae* „ *putris* ab *aeſtu.* lingua *vero pro* linguoſus (*ſi* „ *ita loqui liceat*) *vel dicaculus. & ſic infra El. XI.* „ *ad finem, Caſſandra vocatur* lingua. ſic gula, „ venter, *& ſim.*" Haec tamen parum mihi perſuadent, non adquieſcendum eſſe D. Heinſii emendationi.

57. ——— *toto quae praeſidet orbi,*
Femineas timuit territa Marte minas]

toti in Leid. ſec. & Voſſ. primo. ſed in reliquis codd. & edd. vetuſtis conſtanter *toto.* ut *nullae debita curae* pro *nulli* Lib. I. El. 20. 35. ubi vide. ſic apud Minuc. Fel. cap. XI. *Quid quod toto orbi & ipſi mundo cum ſideribus ſuis minantur incendium,* pro *toti orbi* vindicavit Daviſius. mox *edita Marte* conjiciebat Marklandus. ut apud Auſon. *patre edita coelo.* id enim augere indignitatem rei addebat, ut urbs *edita Marte* timeret minas femineas. ſed rejiciunt hanc emendationem ſequentia, in quibus veterum Heroum bellica virtus ſeculo ſuo exprobrata ſatis oſtendit, Romanos eo tempore Cleopatrae Marte, plus quam eos decebat, territos fuiſſe, ut mecum etiam ſentiebat Laur. Santenius. vitioſe in meo ſecundo *territa in arte.* deeſt autem hic minor verſus in Neapolitano.

59. *Nunc ubi Scipiadae claſſes? ubi ſigna Camilli?*
Et modo Pompeja Boſpora capta manu?]

totum hoc diſtichon, quod in pleriſque codd. MSS. & vetuſtis edd. legebatur ſub finem hujus Elegiae poſt v. 68. optime huc revocarunt viri eruditi, ut jam monuit Paſſeratius pag. 475. & poſt eum Broukhuſius, qui ſenſum loci bene expoſuit. his enim verſibus inſectatur poëta inbellem Romanorum animum, qui feminam Cleopatram & Antonium timebant, quum antea hoſtes multo magis imperio formidandos vicerant, tamquam nunc Martia proles deeſſet. & haec conferri merentur cum illis, quae ex Ciceronis Oratione in Antonium exhibuit Dio Caſſius Lib. XLV. cap. 32. pag. 441. ed. Reimar. ubi iiſdem fere coloribus in Antonium, regium Caeſari diadema inponere adniſum, invectus inducitur, rogatque, num id paſſuros ſperaſſet Romanos, qui Tarquinium urbe ejecerant, Manlium Capitolii arce praecipitarant, Pyrrhum fractis viribus ex Italia fugaverant, Antiochum repulerant. & ſeqq. quibus ſimilia habentur in Philipp. II. cap. 34. *ideone L. Tarquinius exactus, Sp. Caſſius, Melius, M. Manlius necati, ut multis poſt ſeculis a M. Antonio, quod fas non eſt, Rex Romae conſtitueretur?* eodem colore, quo ſupra noſter v. 47. *Quid nunc Tarquinii fractas juvat eſſe ſecures?* non aliter ſane, ac ſi noſter iſta Tulliana, ut ſaepe eum imitatur, in animo habuiſſet. huic vero exprobrationi, oppoſitis Heroum exemplis, vim & elegantiam addere, *ubi nunc Scipiadae claſſes?*

ubi

Hannibalis ſpolia? & victi monumenta Syphacis?
Et Pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes?

Cur-

ubi ſigna Camilli? & ſeqq. notavit Broukhuſius, quem exclamandi uſum egregie illuſtrat Heinſius ad Ovid. Epiſt. IV. 150. & ad Epiſt. XII. 103. Non ſolus igitur Broukhuſius hoc diſtichon loco movit, quem ob id reprehendit Vulpius, & poſt v. 68. retinuit, addita explicatione admodum contorta. Janus autem Douſa P. margini ed. Rovillianae adſcripſerat, *Quid* Camilli ſigna *hoc in loco faciant, mihi vero divinare non eſt promtum.* ſed recte Paſſeratius refert ad ſigna, quae Romanis clade Allienſi ademta erant a Gallis, a Camillo autem recepta, adducto Virgilii loco VI. Aen. 825. quem ſine dubio cogitabat Propertius:

Quin Decios, Druſoſque procul, ſaevumque ſecuri
Adſpice Torquatum, & referentem ſigna Camillum.

ubi vide Servium, qui dicit Camillum *Gallis interemtis aurum omne recepiſſe & ſigna.* ſeq. verſu *Aut modo* in Mentel. Neap. quinto Vatic. Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meo ſec. ut ex aliis adfert Lat. Latinius. *Aut modo Pompeji* in ſuo codice legi notat Scaliger. *Aut ubi Pompeja* in Regiis, Colbertinis, & primis aliiſque editionibus vetuſtis. quod non diſplicet. *Boſphore* Neap. & alter meus codex. Heinſius in Notis p. 726. *Boſpore capte*, vel *aperte*, vel *adacte* conjecerat. *Tuque ubi* ad marginem ed. Ald. de Pompeji Magni filio, ſeu Pompejo minore, intelligendum notaverat Douſa.

62. *Et Pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes*] *Eſt Pyrrhi* prim. Vatic. *facta* vitioſe in Mentel. primo Leid. & aliis codd. *fracta Pyrrhi gloria*, ut *fractae Tarquinii ſecures* ſupra v. 47. & de Mucio Scaevola & Porſena apud Auctorem Culicis v. 365.

Mucius & prudens ardorem corpore paſſus,
Legitimi ceſſit cui fracta potentia Regis.

ita Scaliger pro *Legitime.* & *legitimum Regum* intelligit Porſenam, ad oppoſitionem ſcribae, ſeu illegitimi Regis, vel pſeudoPorſenae, a Scaevola interfecti. cum Heinſio potius legendum *Finitimi Regis.* & praeced. verſ. *prudens* etiam mendoſum ſuſpicor. ſed verſus iſtos ſpurios & inſititios cenſendos parum abeſt, quin Cl. Heynio adſentiar.

63. *Curtius expletis ſtatuit monumenta lacunis*] vitioſe *Curius* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. Groning. Askew. primo & quarto Voſſ. priore Leid. ac meo, cum vetuſtis edd. Venet. Reg. Lep. Aldina utraque, Juntina, Mureti, Gryphiana 1551 & 1561. ſed jam in Volſci editione *Curtius* legebatur, ut deinde in Colinaei, Rovillii, Canteri, Antverp. Chriſtoph. Plantini, Gryph. 1573. Graſſeri, aliiſque edd. excuſum eſt. cur autem Curtius in voraginem terrae inſiliendo hiatum inplens, *monumenta* hic *ſtatuiſſe* dicatur, optime docet inſignis Varronis locus IV. de L. L. pag. 36. ubi hiſtoriam ipſam diverſis modis traditam narrans, haec addit *à Procilio relatum, in eo loco,* (*foro* nempe) *dehiſſe terram, & ex Scto ad haruſpices relatum, eſſe reſponſum, deum Manium Poſtulionem poſtulare, id eſt, civem fortiſſimum eodem mitti. tum quemdam Curtium, virum fortem, armatum adſcendiſſe in equum, & a Concordiae verſum, cum equo in eum praecipitatum; eo facto locum coiiſſe, atque ejus corpus divinitus humaſſe, & reliquiſſe genti ſuae monumentum.* ubi locus ille hians, & mox Curtium inſilientem condens, divinitus, hoc eſt Deorum numine, eum humaſſe, ſeu humo obruiſſe, & genti Curtiae *monumentum reliquiſſe* dicitur. quod huic verſui optime convenit, & per *monumentum* illud intelligo aram, illo in loco, ubi lacus Curtius erat, ſacratam. de qua vide Drakenb. ad Livium VII. cap. 6. §. 5. & hanc aram, divinoſque honores in medio foro quotannis Curtio factos, innuit Suidas in Λίβερνος, ubi hiſtoriam hanc ex anonymo Scriptore refert his inter alia verbis: Κούρτιος, ἀνὴρ ὀφθῆναί τε κάλλιστος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄριστος, ἔφη συνιέναι βέλτιον τῶν ἄλλων τοῦ Σιβυλλείου. Τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετὴν, — καὶ ταῦτα εἰπὼν, τά τε ὅπλα περιέθετο, καὶ εἰς τὸν πολεμικὸν ἵππον ἀνέβη. — ἀτρέπτως ἐλαύνει κατὰ τοῦ χάσματος. συνελθούσης δὲ τῆς γῆς, ἡρωϊκὰς τιμὰς τῷ ἀνδρὶ κατὰ μέσην ἀγορὰν Ῥωμαῖοι ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐπιτελεῖν διέγνωσαν. τόν τε τόπον Λίβερνον ἐκάλεσαν, βωμὸν οἰκοδομήσαντες. ἐξ οὗ δὴ καὶ Βεργίλλιος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. haec ultima Scaligero inepta merito cenſentur, quia tantum abeſt, ut a Curtio

Aenei-

Curtius expletis ſtatuit monumenta lacunis;

Admiſſo

Aeneida orſus fuerit Virgilius, ut ejus ſemel tantum in Culice meminerit. Kuſtero Sibyllae folia eſſe videbantur. Sed ſede ſua mota, & transponenda eſſe ad ſuperiora, Τιμιώτατον γὰρ εἶναι χρῆμα πόλει ἀνδρὸς ἀρετὴν, (ἐξ οὗ δὴ καὶ Βιργίλλιος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο) καὶ ταῦτα εἰπὼν &c. conjeci in Praefatione ante Virgilium, ut illa a gloſſatore Grammatico, ipſo forte Suida, inſerta fuerint poſt ἀνδρὸς ἀρετὴν, quia *arma virumque* Aeneidos Virgilianae initium eſt. neque enim ſunt Scriptoris illius, e quo hanc hiſtoriam narrat Suidas, & quae de Curtio, ſenſum oraculi, *ut injicerent in voraginem, quo Romani plurimum valerent*, interpretante per *arma virique virtutem* dicit, confirmat Livius d. l. & haec transpoſitio in verbis Suidae optime probatur ex loco Valerii Max. Lib. V. cap. 6. §. 2. *Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus, Urbem noſtram virtute armiſque praecipue excellere, militaribus inſignibus ornatus equum conſcendit, eumque vehementer admotis calcaribus praecipitem in illud profundum egit* &c. quibus ſubjungit, *Magna poſtea decora in foro Romano fulſerunt, nullum tamen hodieque pietate Curtii erga patriam clarius obverſatur exemplum.* Quod autem Scaliger in Conjectan. ad Varron. pag. 62. neget ullam apud alios ſcriptores arae Curtio poſitae exſtare mentionem, illius tamen meminiſſe alii exiſtimant Ovidium, Lib. VI. Faſt. 403.

Curtius ille lacus, ſiccas qui ſuſtinet aras;
Nunc ſolida eſt tellus, ſed lacus ante fuit.

ubi *aras* pro *ara*, more ſuo ponit, licet Saturni aram ex loco P. Victoris intelligere videatur Neapolis, & N. Heinſius ad Lib. I. F. 13. Sed quod locum illum Λίβερνον dictum adjungat Suidas, id coelo Latino incognitum jure adfirmat Scaliger. adeoque vel nugatur Suidas, vel vitioſa ſcriptura enata fuerit ex Λάκκος, nempe Κούρτιος. ita enim Plutarchus in Romulo p. 28. in fin. de antiquo Curtio Sabino agens: ὁ μὲν οὖν τόπος δι' ἐκεῖνον ἔτι νῦν Κούρτιος Λάκκος ὀνομάζεται. cum quo confer locum ex L. Calpurnii Piſonis Lib. I. Annal. a Varrone ibidem productum, & relatum inter Fragmenta Hiſtoricor. vet. pag. 218. poſt Salluſtium Waſſii. & de voce Λάκκος vide J. Vorſtii notas ad Sulpic. Sever. Lib. I. cap. 18. pag. 64. hiſtoriam vero ipſam inter fabulas illic recenſet Livius, unde *fama vetus* dicitur Auctori Culicis v. 361. ut locum conſtituit Scaliger:

Hic & fama vetus numquam moritura per aevum
Curtius, e mediis quem quondam ſedibus urbis
Devotum bellis conſumſit gurges inundans.

in vulgatis, *conſumſit gurgitis hauſtus.* unde Heinſius, *Devotum inferni conſumſit gurgitis hauſtus.* certe *bellis* manifeſte corruptum eſt. & ſic *famoſus lacus* Statio Lib. I. Silv. 1. 68.

Ipſe loci cuſtos, cujus ſacrata vorago
Famoſuſque lacus nomen memorabile ſervat.

vel *ſervant* cum Heinſio. quin & *lacus* ipſe *Curtius* ab antiquo Curtio Metto, qui contra Romulum pro Sabinis certans in paludem cum equo incidit, *monumentum pugnae* dicitur etiam Livio Lib. I. cap. 12. §. 10. hinc *Curti nobile letum* legendum eſſe apud Horat. I. od. 12. 35. cenſet Bentlejus. quod tamen illic non inmerito inprobavit Cuninghamius Animadv. in Horat. Bentlej. cap. X. circa fin. qui potius pro *Tarquinii* emendandum cenſet *Junii faſces, dubito an Catonis nobile letum.* ut Junio Bruto libertatis vindici Cato jungatur. Sed de hoc Horatii loco, & virorum doctorum ad illum conjecturis cum cura egit vir eruditiſſimus, literis fato praematuro ereptus, Jac. van Vaaſſen egregiis Animadv. Hiſt. Critic. ad Faſtos Rom. Sacros cap. 2. §. 4. pag. 72. & ſeqq. Haec ſufficiant ad intellectum locutionis, qua Curtius *expletis lacunis monumenta ſtatuiſſe* hic dicitur. Sed priore diſticho etiam occurrunt *victi monumenta Syphacis.* & mox iterum *ſtatuit monumenta*, qualia, licet non ſemper mutanda concedam, elegantiam tamen minime augent, & millies librarios verba proxime antecedentia vel ſequentia in aliorum locum ſubſtituiſſe notat Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. pag. 154. Itaque ſi talia ex gloſſatorum confuſione orta, voce rebus oportuna conmutari poſſint, facilem emendationem non repudiaturos cenſores haud tetricos ſperare licet. Hic igitur ſubſtituendum videtur:

Nunc ubi Scipiadae claſſes? ubi ſigna Camilli?
Aut ubi Pompeja Boſpora capta manu?
Hannibalis ſpolia? & victi documenta *Syphacis?*
Et Pyrrhi ad noſtros gloria fracta pedes?
Curtius expletis ſtatuit monumenta *lacunis;*
Admiſſo Decius praelia rupit equo.

con-

Admiſſo Decius praelia rupit equo.

65. Coclitis

continuata in ſeculi ſui invidiam inertiae exprobratione. ubi nunc ſimilia virtutis Romanae, qualis erat Scipionis, *documenta*? Debellati enim a Scipione Hannibalis victique Syphacis ſpolia *documenta* dabant gloriae avitae, voce eleganti & uſitatiſſima. Ovidius Lib. I. Met. 415.

Et documenta *damus, qua ſimus origine creti.*

apud quem eadem in MSS. confuſio Lib. III. 579.

O periture, tuaque aliis documenta *dature Morte.*

ubi *exempla* vel *monimenta* in MSS. quorum apud me Excerpta ſunt, & in variantibus codicum Palatinorum, a Gebhardo edit. Berſmannianae adſcriptis. Claudianus II. in Rufin. 307.

—— *non te* documenta *priorum, Non exempla vetant?*

quod praetulit Heinſius, pro *monumenta*, ut antea edebatur. Seneca Troad. v. 5.

—— *non umquam tulit*
Documenta *Fors majora, quam fragili loco*
Starent ſuperba.

& hanc conjecturam facilius opinor probaturos eſſe, qui legerint Gronovium, Livio aliiſque veterum locis hanc vocem, & locutionem *documentum ſtatuere*, egregie reſtituentem Lib. IV. Obſerv. cap. XI. p. 175. & ſeqq. cujus de hac phraſi tot exemplis probata adnotationes dubium tamen me reddunt, an non potius praecedente diſticho *monumenta Syphacis*, & hoc in verſu legendum ſit,

Curtius expletis ſtatuit documenta *lacunis.*

ſtatuit nempe *documenta* verae in patriam pietatis. Certe alterutro in verſu *documenta* videntur reponenda, quae pro exemplis rerumque probatis ſpeciminibus apud Suetonium, Tacitum, alioſque, & *virtutis documenta dare*, & *documentum eſſe*, apud optimos auctores occurrunt, de quo fruſtra dubitabat Berneccerus ad Juſtin. Lib. V. cap. 9. recte enim id dici docent loca a Dukero producta ad Florum Lib. IV. cap. 10. & ſic *Hannibalis ſpolia, & victi monumenta Syphacis* poſſent intelligi de antiquiſſimis monumentis, Scipioni ob hanc virtutem poſitis, quorum epigrammata edidi Tom. I. Anth. Lat. pag. 208. 209. Eligant igitur viri eruditi, & judices idonei, quo in verſu *documenta* aptius admittenda videantur, nam *monumenta* hic bis repeti inconcinnius, adſenſuros fore mihi blandior.

64. *Admiſſo Decius praelia rupit equo*] *Et Decius miſſo* in Voſſ. quart. Heinſiano, Askew. & meo priore. *Ac Decius miſſo* in Menteliano, duobus Leidd. tertio Voſſ. & meo ſecundo. *At Decius miſſo* in primo Voſſ. ſec. D'orv. & vetuſtioribus edd. ut *miſſo* pro *inmiſſo* dicatur, quod multis locis tuetur Heinſius in Notis pag. 726. ut v. 23. hui. Eleg. *Et duo in adverſum miſſi per moenia currus* legitur in MSS. pro *inmiſſi*. & El. I. hujus Libr. v. 13. *miſſis in me certatis habenis.* ubi vide. Mirari licet perverſum viri ceteroquin eruditiſſimi Jani Gruteri guſtum, qui Lib. VII. Suſpic. cap. XI. hic tmeſin Propertio ingerit, & legit,

Ad - Decius - miſſo praelia rupit equo.

pro *Admiſſo*. & ſimile ejuſdem tmeſeos exemplum ab eodem Grutero invitis Muſis obtruſum notabimus infra ad El. XI. 10. tales vero argutiae, melioris aetatis poëtis, Elegiacis praeſertim, perperam ſaepe invectae ad palatum Broukhuſii minime etiam faciebant. vide quae notavi ad Lotich. pag. 458. Recte igitur Scaligeri lectionem *Admiſſo Decius* recepit Broukhuſius, & adpoſito Ciceronis loco firmavit ex Lib. II. de Finib. c. 19. *Decius, cum ſe devoveret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat.* Adde illud ex Auctore Rhetoricor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 44. *Decius, qui ſe devoviſſe dicitur & pro legionibus in hoſtes inmiſiſſe medios.* ubi lege *ſe inmiſiſſe*. nam in Leidd & Voſſ. MSS. *ſe in hoſtes inmiſiſſe*, vel *miſiſſe*. pro quo *intuliſſe* ex Leid. ſec. praefert Oudendorpius. poſſis etiam *in hoſtes irrupiſſe*, vel *irruiſſe*, ut in illo Ciceronis loco. *Concitato equo* apud Livium Lib. V. cap. 6. *Decius caput ſuum pro ſalute Reip. devovit, ac protinus concitato equo in medium hoſtium agmen irrupit.* & Senecam Epiſt. LXVII. *Decius ſe pro Rep. devovit, & in medios hoſtes concitato equo mortem petens irruit. admiſſos equos* etiam hoc ſenſu Albinovan. Epic. Druſi v. 320. *Terruit admiſſos ſanguinolentus equos.* Hyginus fab. 243. *Semiramis Babylonia equo admiſſo in pyram ſe conjecit.* ut recte pro *amiſſo* legit Dreſemius ad Joſeph. Iſc. Lib. I. 249.

65. Co-

Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontes.
  Eſt cui cognomen Corvus habere dedit.
Haec Dî condiderunt, haec Dî quoque moenia ſervant:
  Vix timeat ſalvo Caeſare Roma Jovem.
Leucadius verſas acies memorabit Apollo.

70. Tan-

65. *Coclitis abſciſſos teſtatur ſemita pontus*] *Coclitis adſciſſos* in Neap. *abſciſos* D'Orv. prim. forte hic innuitur ſemita, qua Horatius Cocles tendit ad pontem ſublicium contra impetum Porſenae defendendum, quae inde ab eo *Coclitis ſemita* dicta fuerit, ut *Herculis ſemita* de via, quam non procul a Bajis ad traducendos Geryonae boves fecerat Hercules, & ab illo nomen habuit. vide ad Lib. I. El. XI. 2. hanc *Coclitis ſemitam* tempore Propertii adhuc ſuperfuiſſe colligit Cel. Ruhnkenius ex Dion. Halic. V. p. 296. qui narrat Romanos pontem illum ſublicium, qualis olim fuerat, ad ſuam uſque aetatem in aeternam rei memoriam conſervaſſe, & huc referebat elegantiſſimus Santenius locum Manilii Lib. I. 779. *Et Romana ferens quae texit, moenia Cocles.* ubi legebat *petens.* vel, ut alius vir doctus, *ferox qui texit.* firmabatque ex uberiore Claudiani deſcriptione VI. Conſ. Hon. 463.

——— non tela retardant:
Objice non haeſit fluvii. ſic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
Trajecit clypeo Thybrin, quo texerat urbem,
Tarquinio mirante, Cocles, mediiſque ſuperbus
Porſennam reſpexit aquis.

gerens tamen in aliis eſt. quod referunt ad coronam muralem Cocliti propter moenia urbis ſervata donatam. Ceterum huic *ſemitae Coclitis* forte vicinum fuit illud agrorum ſpatium, quod in virtutis pretium Cocliti fuit oblatum, quantum uno die circumarari poſſet. id enim eum accepiſſe adfirmant Dionyſius Halic. Livius, aliique, quamquam hunc terrae tractum repudiaſſe Coclitem, nonnulli contendant. quibus adſtipulatur Muretus Lib. XIX. Variar. Lect. cap. 18. vide Drakenb. ad Liv. Lib. II. cap. 10. §. 12. recte igitur adſcripſit Marklandus, *de ſenſu hujus loci quaerendum. innuere videtur* viam *aliquam vel* vicum, *qui a Coclite nomen habuit.* Sed rationem nominis nemo adfert. Addi de Horatio Coclite merentur verba inediti Scholiaſtae Voſſiani ad Juvenal. ad Sat. VIII. 264. *Cocles Horatius in ponte Tiberis ſtans ſolus hoſtibus obſtitit, uſque quo a tergo ejus Romani pontem exſcinderent, & poſtea armatum ſe in Tiberim miſit, atque ad ſuos natavit vulneratus in coxa, cumque improperaret ei quidam, quod claudus eſſet, reſpondit, per ſingulos gradus meos recorder triumphi mei.* ubi pro *inproperaret* ex melioris aetatis uſu ſcribendum eſſet *exprobraret.*

66. *Eſt cui cognomen Corvus habere dedit*] ita emendavit & edidit Broukhuſius, quod quia a ſecundo codice Vaticano confirmatur, retinui. nam in ceteris omnibus MSS. & edd. antiquis *Et cui cognomen Corvus habere dedit*, Corvini nempe, ut dicti ſunt poſteri M. Valerii Corvi. de qua re notiſſima adferam tantum verba Scholiaſtae Perſii ſic emendanda ad Sat. II. 72. *originem trahens ab Valerio Meſſala, qui ſepties fuit Conſul, qui cum a quodam Gallo ad monomachiam in praelio vocaretur, corvus ſuper galeam in capite ejus ſedit, & victo hoſte Corvinus vocatus eſt.* in editis enim male legitur *ab Aurelio Meſſala.* Ovidius Lib. I. Faſt. 602.

Aut Corvi titulos auxiliaris habent.

Manilius d. l. v. 780.

Et commilitio volucris Corvinus adeptus
Et ſpolia & nomen, qui geſtat in alite Phoebum.

ubi *Et cum militia* in aliis. unde *commilitia* legebat Paſſeratius in notis ad hunc verſum. deinde *quod geſtat ab alite Phoebi* Heinſius ad Petron. cap. 122. circa fin. Gronovius Lib. III. Obſerv. cap. XI. p. 534. *quem geſſit in alite Phoebi.* jungens *commilitio Phoebi*, & exponens, quem forma alitis geſſit in galea confidentem. ſed quod rejicit Bentlejus, & vulgatam tuetur.

67. *Haec Dî condiderunt* &c.] *condiderant* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd., Voſſ. tribus, utroque D'Orvill. meis, & antiquiſſ. edd. uſque ad Scaligeranam, in qua *condiderunt*, ut legendum etiam monuit Paſſeratius. ſequente verſu *Vix teneat* male in D'Orvill. pr. *ſalvo Principe*, tamquam ex formula Romanis uſitata dicitur. ut in

loco

Tantum operis belli ſuſtulit una dies.
At tu, ſive petes portus, ſeu, navita, linques;
Caeſaris in toto ſis memor Jŏnio.

ELEG.

loco Martialis, quem profert Paſſeratius, & ex hoc verſu expreſſum notat; Lib. VII. Ep. 59. ad Jovem:

Tarpejae venerande rector aulae,
Quem ſalvo Duce credimus Tonantem.

& ita paſſim *ſalvo Caeſare* apud Ovidium. vide infra ad v. 21. hinc in Numo Diocletiani apud Triſtan. Tom. III. Comment. p. 339. SALVIS AVGG. ET CAESS. FELIX CARTHAGO, quod hoc loco illuſtrat. qualis epigraphe etiam eſt in Numis Conſtantii Chlori & Conſtantini Magni apud eumdem pag. 535.

70. *Tantum operis belli ſuſtulit una dies*] *bello* vel *bellis* Heinſ. quod tamen a nullo codice firmatur. imitatus hic forte Propertius fuit, ut ſaepe alibi, illud Ciceronis pro Sulla cap. 26. *Haec diu multumque & multo labore quaeſita una eripuit hora.* ea ſignificatione *hora* & *dies* dicuntur pro inſigni illius diei ac temporis clade, vel victoria. ut apud Lucan. VI. 158.

——— non parvo ſanguine Magni
Iſta dies ierit.

Statius VIII. Theb. 663.

Tydeos illa dies: illum fugiuntque tremuntque.

ubi vide Barth. Auctor Elegiae de Spe, v. 36. Tom. I. Anth. Lat. pag. 535. de Mario:

Haec illum Libyae penetrare in litora victae
Juſſit. & o Superi! quis fuit ille dies!
Quo Marium vidit pariter Carthago jacentem.
Tertia par illis nulla ruina fuit.

ubi vide quae notavi. *memorabat* praec. verſ. in Groningano. *tantum operis*, ut Lib. III. El. 2. 4.

Tantum operis nervis hiſcere poſſe meis.

72. *Caeſaris in toto ſis memor Jonio*] ita in omnibus codd. & edd. antiquis, pari conſenſu: quod praefero, pro ubicumque in mari vageris, unde non auſus fui cum Broukhuſio conjecturam P. Francii *tuto* in contextum recipere: quamvis utraque vox ſaepe a librariis fuerit permutata, ut apud Ovid. Epiſt. IX. v. 15. reſtituit Heinſius, *Se tibi pax terrae, tibi ſe tuta aequora debent.* pro *tota.* quod tamen in ipſo contextu retentum eſt. Epiſt. XIX. 208.

Tum placidas tuto pectore finde vias.

ut nunc emendatum eſt, cum antea *toto* legeretur. Lib. V. Triſt. 5. 18. *tutum per mare navis eat.* apud Valer. Fl. I. 306.

——— dumque aequore tuto
Currimus.

ut Gronovio corrigendum videbatur. aliis *toto* probantibus; ſimilia vide in notis Drakenb. ad Silium Lib. X. 312. paſſim autem hae voces ita variantur in MSS. ut ſaepe dubites quid eligendum. ut apud Horatium Lib. I. od. 17. 5. praetulit Bentlejus,

Inpune totum per nemus arbutos
Quaerunt latentes.

pro *tutum.* ceterum *Jonius* hic genere maſculino, Graecorum more, poni cenſet Jan. Rutgerſius in Venuſ. Lect. cap. X. p. 287. ſed tam hoc in loco. quam in aliis, quae adfert, poëtarum exemplis, aeque neutro quam maſculino genere accipi poteſt. & infra El. XX. 19.

Deinde per Jonium vectus quum feſſa Lechaeo
Sedarit placida vela phaſelus aqua.

Statius I. Theb. 15.

——— cur non expaverit ingens
Jonium.

ubi certe neutrum eſt. & ſic *Aegeus*, vel *Aegeum.* Lib. III. v. 434.

——— magnoque volantes
Injicit Aegeo.

aliiſque in locis. vide ſupra ad huj. Libr. El. V. v. 11. eſt autem ſecunda in hoc nomine ſemper corripienda, quia Graecis Ἰόνιον, non Ἰώνιον, ut ſaepe perperam in MSS. vide Daviſ. ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXXIX. pag. 636.

ELEG. X.

Poſtume, plorantem potuiſti linquere Gallam?
Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi?
Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi,
Ne faceres Galla multa rogante tua?
Si fas eſt, omnes pariter pereatis, avari;

Et

ELEG. X. v. 1. *Poſtume, plorantem potuiſti linquere Gallam*] *rumpere* in D'Orvill. ſec. & mox *fortia facta* in ſec. Leid. & Voſſ. quarto. *Auguſti fortia ſigna* conjungenda ſunt. nam male Paſſeratius *miles Auguſti* connectebat. AD POSTVMVM vel AD POSTVMVM DE GALLA inſcribitur in codd. MSS. & edd. vetuſtis. conferenda eſt Elegia tertia Libri IV. quae ſub Arethuſae nomine ſcripta eſt Lycotae, ſeu Aeliae Gallae ad hunc Poſtumum, & Tibulli Eleg. 6. Lib. II. de Macro militiam amoribus praeferente. in quo argumento haec Elegia optimis recentiorum ingeniis ad imitationis artificium pulchros praebuit colores. vide Jani Secundi Lib. II. El. XI. Dan. Heinſii feſtiviſſimam Elegiam ad Didericum Douſam inter Juveniles El. VI. & Petri Lotichii Secundi Lib. I. Eleg. 2.

3. *Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi*] recte *ſpoliati* notat Broukhuſius poſitum eſſe pro *ſpoliandi*, ſeu, quum Parthos ſpoliaveris, ut fingat jam victos eſſe Parthos, ſic ſaepe etiam alibi noſter loquitur. ſupra El. 3. huj. Lib. v. 37.

Victor cum victis pariter miſcebimur Indis. licet Indi adhuc vincendi eſſent. vide etiam Broukhuſ. ad Lib. II. El. 10. 49. non igitur opus eſt cum Francio *ſpoliandi* in ipſo textu corrigere. quamvis in cod. Askewiano *Tantine ulla tibi ſpoliandi* legatur. *Tantine illa fuit* in Heinſiano. *Tantine gloria Parthi ſpoliati*, eodem modo hic dictum, quo Lib. IV. El. 3. 63.

Ne, precor, adſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

4. *Ne faceres Galla multa rogante tua*] *facias* in meo ſecundo. ceteri codices nihil variant. *Ne fugeres* Heinſius. ſed non male Paſſeratius illud *Ne faceres* refert ad ſuperiora *linquere Gallam*. qui verbi hujus uſus veteribus non infrequens. Ovidius I. Am. El. 3. 11.

At Phoebus, comiteſque novem, vitiſque repertor
Hoc faciant, &, me qui tibi donat, Amor.

ubi *Hoc faciant* ad praecedens *commendent* referendum. apud eumdem Epiſt. XX. v. 55.

Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc, oculique tui &c.
Hoc flavi faciunt crines, & eburnea cervix.

vide notas ad Epiſt. I. 103. Tibullus Lib. I. El. 9. 21.

Cantus & è curru Lunam deducere tentat:
Et faceret, ſi non aera repulſa ſonant.

Haec nonnibil quidem Paſſeratii expoſitionem adjuvant. abſurde alii *faceres multa* conjungunt. ſed reliqua *Galla multa rogante tua* inſuaviſſimum reddunt verſum, & valde ſerpunt. Puto excidiſſe phraſin Propertio amatam, & forte legendum eſſe,

Ne faceres, Galla multa rogante, moram.

ſic Lib. I. El. 12. 2.

Quod faciat nobis conſcia Roma moram.

ubi plura hujus locutionis exempla dedi. *quaerere in amore moram* ibid. El. XIII. 6. idem igitur innuit, quod ipſe Propertius Cynthiae abeunti, Lib. I. El. 8. init.

Tune igitur demens, nec te mea cura moratur?

infra hac Eleg. v. 24.

Poſtumus alter erit miranda conjuge Ulixes;
Non illi longae tot nocuere morae.

negante in aliis legi teſtatur Lat. Latinius.

5. *Si fas eſt, omnes pariter pereatis, avari*] Marklandus in libri ſui margine *Si fas eſt* exponebat, Si liceat ita precari. melius Paſſeratius *fas* per ὁσίως interpretatur. ut Lib. I. El. 11. v. 19.

Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere

fas

Et quiſquis fido praetulit arma toro.
Tu tamen injecta tectus, veſane, lacerna
Potabis galea feſſus Araxis aquam.
Illa quidem interea fama tabeſcet inani,
Haec tua ne virtus fiat amara ſibi.
Neve tua Medae laetentur caede ſagittae,

fas eſt. vide Acronem & Porphyr. ad Horat. Lib. I. od. 19. v. 3. & 13. & Lambin. ad Lib. IV. od. 4. 22. qui & in loco Tibulli Lib. I. El. 10. 23. videtur praetuliſſe *Nec tibi celanti fas ſit peccare*, pro quo *ſpes ſit* repoſuit Broukhuſius. eodem ſenſu *nefas*, ἀδύνατον, de eo, quod fieri non poteſt, apud eumdem Lib. I. od. 24. in fine: *levius fit patientia Quidquid corrigere eſt nefas.* ubi eumdem Lambinum vide. & ſic in formula illa *Scire nefas* Lib. I. od. XI. init. ubi plura Bentlejus. ſeq. verſ. vitioſe in D'Orv. ſec. *Et quicumque.*

7. *Tu tamen injecta tectus, veſane, lacerna*] *in tecta* ſeparatim Mentel. Regii, unus Colbert. Borrich. Leid. ſec. Voſſ. tert. & quart. meus ſecundus, ut in primis edd. *interea* in altero Colbert. Scalig. cod. Groning. D'Orv. ſec. & meo priore. *intecta* Neap. *intexta* Askew. Harlejanus Muſei Britannici, Vatic. pr. & quint. Heinſius *huic texta*, Gallae nempe, conjecerat. uxores enim maritis in bella tendentibus lacernas texebant. ut Lib. IV. El. 3. 18. *Texitur haec caſtris quarta lacerna tuis.* ubi vide. ſed *texta tectus* ingratiſſimum reddit ſonum. *injecta* igitur non muto, ut ſupra Lib. II. 22. 21.

Atque ita mi injecto dixerunt rurſus amictu.

pro *veſane* in Regiis & altero Colbertino *verſare.* vitioſe *veſare* in primis edd.

8. *Potabis galea feſſus Araxis aquam*] *Notabis* corrupte in Borrich. & male *fixus* D'Orvill. pr. hoc loco firmatur vera lectio apud Tibullum Lib. II. El. 6. 8. *Ipſe levi galea qui ſibi potet aquam.* ubi vide Cl. Heynium p. 134. ed. ſec. *portet* edidit Broukhuſius. *Potabis* etiam, non *Portabis* hic recte legit Deinſterus Lib. III. Etrur. Reg. cap. 61. ſed memoriae nimium confiſus Salmaſius ad Spartian. Hadr. cap. 13. pag. 127. male adfert,

Et feſſo galea qui tibi portet aquam.

ſimilis varietas eſt in loco Claudiani III. Conſ. Honor. v. 49. *In galea potare nives.* ubi in aliis *portare.* vide quae notavi ad Auct. Eleg. in Obit. Maecen. v. 58. *Potaſti galea dulce jubante merum*, Tom. I. Anthol. Lat. p. 265. ad hunc morem caſtrenſem refer etiam illud Claudiani in Bel. Get. 532. *galeiſque Padum victricibus hauſt.* & Statii Lib. III. Theb. 663.

Hoſtilem Iſmenon galeis, Dircenque bibemus.

ubi Scholiaſtes adfert illud Lucani IX. 510.

—— concitus ira
Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

9. *Illa quidem interea fama tabeſcet inani*] *cura* vel *flamma* Heinſius, quod ultimum etiam eſt in Voſſiano codice, quemadmodum apud Virg. IV. Aen. 218. Voſſius legebat *flammamque fovemus inanem.* pro *famamque.* ſed quam lectionem receptam merito Patruus meus hoc ipſo Propertii loco tuetur, & hic interpretatur, licet tu nomen & decus militia Caeſaris referas, Galla tamen, quia haec virtus te quotidianis exponet periculis, fama inani tabeſcet curis confecta. ſeq. verſu *Haec utinam virtus* male in primo Leidenſi. *ne fiet* in Regiis, Voſſ. tert. meo primo, & priſcis edd. *nec fiet* in Colbertinis. *amara ſibi* Livinej. Heinſ. & Francius, quod firmatur a quinto Vatic. ſecundo Leid. & Voſſ. tertio, idque in textum recepi pro *tibi* vide Patrui mei notas ad illud Ovidii Epiſt. XIX. 38.

—— ſic tu temerarius eſto,
Ne miſerae virtus ſit tua flenda mihi.

quod ex hoc Propertii loco expreſſum videtur.

11. *Neve tua Medae laetentur caede ſagittae*] ſic in omnibus codd. & edd. vetuſtis. unde igitur Caelius Secundus Curio in Foro Romano, ſeu L. L. Theſauro, in *linio*, adfert, *liniantur caede ſagittae?* quod mirari etiam videtur Voſſius Lib. III. de Analog. cap. 35. p. 143. ubi dicit ſe in cunctis edd., & vetuſta Regii Lep. reperiſſe *laetentur.* ſed plura hac de re notavit

Ferreus armato neu cataphractus equo.
Neve aliquid de te flendum referatur in urna.
Sic redeunt, illis qui cecidere locis.
Ter quater in caſta felix, o Poſtume, Galla:

Mo-

Patruus meus ad Quinctilian. Decl. XIII. cap. 5. p. 277. de Medis ſagittis vide ſupra ad El. VII. 25. ubi legendum conjeci, *Vel tibi Medorum pugnaces ire per haſtas.*

12. *Ferreus armato neu cataphractus equo*] *aurato* in duobus Leidd. tribus Voſſ. Askew. Borrich. Groning. binis D'Orvill. meiſque, & primis reliquiſque edd. antiquis. *Ferreus nec aurato neu* in Harlejano Muſei Britann. *aerato* vel *armato* Heinſius, qui etiam in marg. ed. Ald. conjecerat *Aereus aerato*: vide de hoc loco Lipſium Lib. III. de Milit. Rom. Dial. 4. p. 131. qui Douſae Fil. *aerato* pro *aurato* illic probaſſe videtur. ſed rejicit hoc & *aurato* propugnat Dauſquejus ad Silium pag. 323. & Scriverius in adnotatione MS. quam ſuis ad Vegetium notis inſeruit Oudendorpius Tom. IX. Miſcell. Obſerv. pag. 93. ut *ferreus* eques Parthorum equo Poſtumi *aurato*, id eſt aureis bullis, ephippiis, & ſim. inſigni opponatur, eoque capto non laetetur. equum vero Poſtumi hic minime intelligendum opinor, ſed Parthici cataphractarii militis equum, quem vovet, ne *caede* Poſtumi etiam *laetetur*, quae ex praeced. verſu repetenda, *armato* tamen bene tuetur Broukhuſius, qui *armatum equum* intelligit de cataphracti militis equo, vario munimine & armorum pondere contra vulnera hoſtilia tecto, ut, praeter aliorum loca ab eo producta, patet ex Vegetii deſcriptione Lib. III. cap. 23. *Cataphracti equites propter munimina, quae gerunt, a vulneribus quidem tuti, ſed propter inpedimentum & pondus armorum capi eos facile eſt.* & hinc *tecti equi*, *muniti*, & *operti* paſſim vocantur in locis veterum, qui cataphractos hos equites vel clibanarios deſcribunt. vid. illic Stewech. pag. 212. 213. Demſter. ad Claudian. II. in Rufin. 355. & Freinshem. ad Curt. III. XI. 15. ne addam, ipſam vocis originem tectum ſeu armatum equum indicare. *auratos* tamen defendit Vulpius. ſed non perſuadet. Neque etiam admittere poſſum Marklandi conjecturam, licet ingenioſam, qua in notis ad Max. Tyrium pag. 715. legebat,

Sericus armato neu cataphractus equo.

eamque firmabat ex Lib. IV. El. 3. 8. ubi Arethuſa, id eſt, Galla, Lycotae, ſive huic Poſtumo, ſcribit,

Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus,
Te modo munito Sericus hoſtis equo.

quo in loco *munitus equus* etiam *armatum* hic adſerit. ſed *Ferreus cataphractus eques* defenditur ex fragmento Salluſtii apud Nonium Marc. p. 556. in quo *equites Cataphracti ferrea omnes ſpecie* dicuntur. praeter Servii verba, & Claudiani, cui *ſimulacra ferrea* vocantur, a Broukhuſio producta, etiam huc facit illud Modeſti in libro de Vocabulis Rei Militaris pag. 111. *Alii contra elephantos, cataphractos milites inmiſerunt, ita ut in brachiis eorum, vel in caſſidibus, vel humeris aculei ingentes ponerentur ex ferro.* quo in loco *clibanarii*, ut apud alios, etiam vocantur. de qua voce hic conſulenda eſt J. Douſae Filii nota, quae Patri perperam tribuitur in ed. majori Pariſina p. 757. ubi ex Turnebi Adverſariis adfert verba ex Onomaſtico inedito P. Danielis, *Clibanarii quaſi tunica ferrei.* quod etiam inveni in meis Excerptis MSS. ex Gloſſis ejuſdem P. Danielis, & in Gloſſario antiquiſſimo Biblioth. Leidenſis poſt Iſidorum, *Clibanari, quaſi tunicae ferri.* ut in alio ejuſdem Bibliothecae legitur. apud Papiam vero, *Clibanari quaſi tunica ferrea.* ſed de his vide Salmaſ. ad Lamprid. Alex. Sev. cap. 56.

13. —— *flendum referatur in urna.*
Sic redeunt, illis qui cecidere locis]

Si credent vitioſe in Regiis, Neapol. meo ſecundo, & primis edd. *quae cecidere* in Mentel. Leid. pr. & meo altero. *ſic cecidere* Borrich. confer illud Niſi ad Euryalum apud Virg. IX. Aen. 208. —— *ita me referat tibi magnus ovantem Jupiter* &c. *Si quis in adverſum rapiat caſuſve, Deuſve, Te ſupereſſe velim.* & ſeqq. vide Livinejum & Paſſerat. ad h. l.

15. *Ter quater in caſta felix, o Poſtume, Galla*] *in cara* prim. Leid. *felix in caſta*, ut apud Ovid. Epiſt. XVII. 50. *Felix in culpa quo Jove dicar ego.*

Moribus his alia conjuge dignus eras.
Quid faciet nullo munita puella timore,
Quum ſis luxuriae norma magiſtra tuae?

Sed

ego. ubi vide notas. ſeq. verſ. inciderat aliquando, legendum cum interrogationis nota, *Moribus his illa* (vel *tali*) *conjuge dignus eras?* ſed adfirmandi modo dicit, Poſtumum *moribus his*, id eſt tantae duritiae maritum, (ut mox v. 20.) qui caſtam conjugem relinqueret, & arma fido toro praeferret, *alia* conjuge dignum fuiſſe. eodem ſignificatu, licet alia in re, quo apud Ovidium III. ex P. Ep. 2. in fin. *Conveniens iſtis moribus eſſe puta.* locutionis elegantiam *his moribus*, hac tua indole, optime illuſtravit Gronovius ad Senecae Epiſt. VII.

17. *Quid faciet nullo munita puella timore*] Miror Heinſium hic legendum cenſuiſſe, *nullo munita puella marito.* idque non adſtruxiſſe loco Ovidii III. Am. 8. 63. *Me prohibet cuſtos, in me timet illa maritum.* ſed nihil potius mutandum. *timor* hic ſimpliciter, ſubintellecto *cuſtodum timore.* quod additur Lib. II. El. 18. 70. *Cuſtodum & nullo ſepta timore placet.* ubi male alii *tumore* propugnant, & inter illos Jac. Gronovius ad Arrian. de Exp. Alex. Lib. IV. 7. p. 160. vide illic notata. & de *cuſtodibus* puellas vel alios obſervantibus, adde D'orleans ad Tacit. p. 608. & Muret. ad ejuſdem Lib. III. Ann. 28. ſic infra El. 12. 23. *Nec timor, aut ulla eſt clauſae tutela puellae.* quod fruſtra ab interpretibus ſollicitari ipſe notat Heinſius ad Ovid. III. Am. 4. 30. loco ſimillimo:

Non proba ſit, quam vir ſervat, ſed adultera, cara eſt.
Ipſe timor pretium corpore majus habet.

idemque de Galla hic innuit noſter, quod Cynthiae ſcribit Lib. II. El. 5. in fine:

Nam nihil invitae triſtis cuſtodia prodeſt:
Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

vulgata autem lectio optime firmatur loco Apuleji Lib. IX. Met. p. 188. ed. Pricaei: *uxorem generoſam, eximia formoſitate praeditam, mira cuſtodia munitam, domi ſuae quam cautiſſime cohibebat.* talis cuſtos puellae Graecis ἰσιῶχος, οἰκουρός. vide Toupii notas ad Longin. pag. 159.

18 *Quum ſis luxuriae norma magiſtra tuae?*] ita ex Scaligeri emendatione edidit Broukhuſius. eo ſenſu, quid faciet Galla, a te non cuſtodita ſed relicta, quum ipſe eam deſerens, viam luxuriae patefacias, ac ſui juris praeſtes. in codd. MSS. pleriſque, Regiis, Colbertinis, Mentel. Askew. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, ac vetuſtis edd. conſtanter legitur, *Quum ſit luxuriae Roma magiſtra tuae.* niſi quod *ſuae* in v. c. Perreji, Colotiano, & tribus Vatic. & ita legendum videtur. niſi quod *ſuae* malim pro *tuae.* neque enim haec lectio a librariis provenit. quoties non Romam luxuriae incuſat noſter? infra El. XI. 4.

Luxuriae nimium libera facta via eſt.

Cum ſit luxuriae Roma miniſtra tuae in aliis legi notat Lat. Latinius. Scaligeri emendationem etiam inprobabat Marklandus, cujus adnotatio hic inſeri meretur: „ *Scaliger ex conjectura edidit* norma magiſtra, *& eum deinde alii ſecuti.* „ *ſed nec explicarunt, nec quidem potuerunt. omnes MSS habent* Roma, *non* norma. *minima* „ *mutatione en optimum ſenſum*,

„ Quid facies nullo munita puella timore,
„ Quum ſit luxuriae Roma magiſtra tuae.

„ *Gallam adloquitur. quid boni exſpectandum a* „ *te eſt, quum nullum cuſtodem habeas, & quum* „ *Romae ſis, quae urbs te quaſi manu ducet ad* „ *luxuriam, optima magiſtra luxuriae tuae. Sed* „ *ne metuas, Poſtume, a corruptore. Gallam* „ *enim munera non expugnabunt. vel potes retine-* „ *re vulgatam, modo pro* ſis *legas* ſit, *&* Roma, „ *&* ſuae *pro* tuae. ſuae *erit* ejus. *ut apud* „ *Ovid. I. ex P.* 7. 48. Si ſua per veſtras victa „ ſit ira preces". Sed quum ſermo ad Poſtumum dirigatur in praecedentibus & ſequentibus, incommode ad Gallam hoc diſticho interjecto referuntur verba, ſi *facies* & *luxuriae tuae* legamus, quapropter, alio colore poëtico adhibito, non adſpernandum forte, ſi quis ſubſtituendum conjiciat,

Quid faciet nullo munita puella timore,
Quum ſit *luxuriae* forma *magiſtra* ſuae.

ut innuat Gallae pulchritudinem inſidiis corruptorum expoſitam & obnoxiam eſſe. ut in illo Ovidii Epiſt. XVI. 282.

Hanc faciem culpa poſſe carere putes?
Aut faciem mutes, aut ſis non dura neceſſe eſt.
Lis eſt cum forma magna pudicitiae.

forma & *norma* ſaepius in MSS. permutantur. vid. ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 53. *forma ma-*

giſtra

Sed ſecurus eas. Gallam non munera vincent,
  Duritiaeque tuae non erit illa memor.
Nam quocumque die ſalvum te fata remittent,
  Pendebit collo Galla pudica tuo.
Poſtumus alter erit miranda conjuge Ulixes.
  Non illi longae tot nocuere morae.
Caſtra decem annorum, & Ciconum mons, Iſmara, Calpe,
  Exuſtaeque tuae mox, Polypheme, genae.

Et

giſtra eadem elegantia dicitur, qua *artes magiſtrae*, *juſſa magiſtra*, & ſim. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV. 83. & Drakenb. ad Silium III. 387. hinc apud Apulejum de doctrina Platon. Lib. II. p. 266. ed. Colv. *de virtutibus, quae ſolis diſciplinis traduntur, & magis ratione diſcuntur.* ubi in aliis *& magiſtratione diſcuntur.* quod vocabulum pluribus adſtruit Salmaſius in Excerc. Plin. p. 336. ſed veteres edd. *magiſtra ratione.* & ſic video exſtare in Delphinica pag. 600. quod firmant & exigunt ſequentia. ſimilia vide in notis ad T. II. Anth. Lat. pag. 674.

19. *Gallam non munera vincent*] *munere* in primo Leid. & Voſſ. rivales nempe vel proci.

21. *ſalvum te fata remittent*] recte hanc lectionem vindicavit Broukhuſius, non *ſanum*, ut in primis eaſque ſecutis edd. idque firmatur a Perreji codice, Colotiano, primo ac ſec. Vatic. Neap. Excerpt. Scalig. Borrich Heinſiano, Mentel. aliiſque codd. recte omnino. nam *ſalvum* de vita ſuperſtite, *ſanum* de valetudine dicunt. ſupra El. IX. 68.

Vix timeat ſalvo Caeſare Roma Jovem.

Eleg. praeced. v. 50.

Et longam Auguſto ſalva precare diem.

Ovidius II. ex P. 3. 98.

Ut tibi ſit, ſalvo Caeſare, ſalva domus.

& Ep. 5. 11.

Optaſtique brevem ſalvi mihi Caeſaris iram.

eadem varietas apud Naſonem eumdem Lib. I. Triſt. El. I. 19.

Vivere me dices; ſalvum tamen eſſe negabis.

& El. 2. 72.

Quod periit, ſalvum jam caput eſſe poteſt.

ubi MSS. utroque loco *ſanum.* & in ultimo *nunc caput.* unde Heinſius *num caput.*

25. *Caſtra decem annorum, & Ciconum mons, Iſmara, Calpe, Exuſtaeque tuae mox, Polypheme, genae*] Nihil hic fere variant codices, aut editiones antiquae, niſi quod *Ciconum mors* male in primo Vaticano. licet id Volſco placuerit, qui intelligebat Cicones, ab Ulixe interfectos. ſed *mons* Iſmarus hac in re pleriſque memoratur. hinc *Iſmaria vallis* noſtro Lib. II. El. 10. 6.

Aut poſſim Iſmaria ducere valle feras.

hiſmara calpe in meo utroque, & *Exutaeque* in Askewiano. *Iſmarus* mons Ciconum, & urbs, vel *Iſmara.* Stephanus Byzant. Ἴσμαρος, πόλις Θρᾴκης, τῶν Κικόνων. ubi vide Berkelium. & Barth. ad Stat. VI. Th. 108. ad Cicones enim adpulit Ulixes poſt decennalem Trojae obſidionem, ſeu *caſtra decem annorum*, & armis contra eos ſumtis oppidum Iſmara expugnavit. vide Probum ad Virg. II. G. 37. & Paſſerat. ad Tibull. Lib. IV. pag. 95. Sed mirum videri poſſit, neminem Interpretum animadvertiſſe, unde primo Ulixis poſt exciſum Ilium errori hic ſubjungatur *Calpe*, adeoque antequam ad Circen, Lotophagos, Scyllam & Charybdin, & Sirenas pervenerit, ad Herculis Columnas, ſeu Gaditanum fretum, hoc eſt *Calpen*, deflexerit. Si enim illos Ulixis errores, quos ipſe Alcinoo enarrat, evolvamus apud Homerum Odyſſ. IX. & X. & horum librorum veluti epitomen, Hygini fab. CXXV. quaeque contra Eratoſthenem, Homeri cenſorem, longa de his Ulixis erroribus digreſſione diſputat Strabo I. Geograph. tum Auſonii Periochas

Et Circae fraudes, Lotoſque, herbaeque tenaces,

Scyl-

riochas Odyſſeae; Auctoris incerti Fabulas Homeric. de Ulixis erroribus, a Jo. Columbo editas, Tibullum Lib. IV. Carm. I. v. 54. & ſeqq. & ex recentioribus Cluverium Lib. II. Sicil. Antiq. cap. 17. ubi omnes Ulixis errores ex veteribus ſcriptoribus erudite recenſuit, patebit, Ulixem primum ad Ciconas navigaſſe, &, poſt Iſmara expugnata, Lotophagos adiiſſe, inde Cyclopas; ubi multis ejus ſociis a Polyphemo devoratis, inebriato Cyclopi oculum ardente trunco excuſſit, tum ad Aeoli aulam, Laeſtrygonas, & Circen tendiſſe, deinde ad Sirenas adpuliſſe, naufragioque delatum Aeam ad Calypſonem perveniſſe, & ſeqq. quamquam hunc tamen ordinem ab omnibus, praeſertim poëtis, non ubique obſervatum fatear, neque ab aliis: quemadmodum Parthenius in Eroticis cap. 2. ex Philetae Hiſtoricis, ſeu ἐν Ἑρμῇ, (nunc enim operis titulum fuiſſe recte notavit Galeus, non ut Latinus Interpres *ad Hermen*,) Ulixem circa Siciliam, Tyrrhenum & Siculum mare vagantem, uno quaſi ſaltu ad Aeolum trajecit, nulla tamen *Calpes* mentione facta, qui mons in extrema Hiſpania ad fretum Gaditanum ſive Herculeum, hodie Gibraltaricum, eſt. Valde igitur ſuſpecta mihi eſt lectio *Iſmara, Calpe.* quid enim *Calpe* cum his Ulixis erroribus commune habeat, viderint alii. nam quod Beroaldus & Paſſeratius adnotent, Ulixem vagis his erroribus circumactum etiam Hiſpaniam adiiſſe, quia hic memorabatur *Calpe*, probandum eſſet; fatetur enim Paſſeratius, nihil ea de re apud Homerum exſtare, ut hoc quoque ſilent Auctores, quos ſupra indicavi, & Ulixes ipſe, errores ſuos memorans, apud Sabinum Epiſt. I. Reſponſ. ad Penelopen. recte Cluverius d. l. pag. 474. adfirmat, *extra Columnas Herculis vagatum fuiſſe Ulixem adfirmatu perquam abſurdum eſt, quando tot & tam claris documentis interno mari errores ejus adferi poſſint.* Ut igitur hac in re veterum filum ſequamur, parum abeſt, quin emendandum arbitrer,

Caſtra decem annorum, & Ciconum mons, Iſmara, Cyclops,
Exuſtaeque tuae mox, Polypheme, genae.

ſic enim exigere videtur errorum Ulixeorum ſeries, ut poſt Cicones ſequatur *Cyclops*, hoc eſt Cyclopum gens, (ut mox per *Lotos* indicantur *Lotophagi*) adeoque *Cyclops* hic pro Cyclopibus dicatur, adjecta Polyphemi mentione, & ideo *Exuſtae mox, Polypheme, genae* ſequuntur, quia non diu poſtquam ad Cyclopas veniſſet, Polyphemum occaecavit Ulixes, ut vindicaret ſocios in avidam ejus alvum congeſtos. vide Euripidis Cyclopem. idque egregiis verſibus narrat Achaemenides apud Ovidium XIV. Met. 166. & ſeqq. male itaque vocem *mox* corruptam putabat Marklandus: conjecerat enim *trux Polypheme*, vago nimis & vulgari epitheto. Favere etiam huic conjecturae poſſet illud Horatii A. P. v. 145. *Antiphaten, Scyllamque, & cum Cyclope Charybdin.* ſive id de ſolo Polyphemo, vel gente Cyclopum intelligas, quos adiit Ulixes, iiſque Scyllam & Charybdin addit, ut hoc loco Propertius. ſic apud Tibullum Lib. IV. 1. 55. in codice Corvini vetuſtiſſimo legebatur: *Nec valuit Cyclops coeptos avertere curſus.* pro vulgato *Lotos.* quod tamen recte illic receptum eſt. In voce autem *Calpe*, literis non multum abeuntibus, veſtigia τοῦ *Ciclops*, ſeu *Cyclops*, ſatis latere, facile deprehendet, qui librariorum in codd. MSS. menda habet perſpecta, *ic* in *a* depravatis, unde, literis tranſpoſitis, mons *Calpe* profluxit ab iis, qui Herculem cum Ulixe confuderunt. Ceterum hos eoſdem Ulixis errores, veterum veſtigia premens, ſic deſcripſit Joannes Pedioneus Conſtantinus, Lib. I. de Claris Veterum Oratorib. in Ulixe, pag. 2. cujus verſus vel ideo adfero, ut poëta, non ſuo merito fere ignoratus, Muſarum cultoribus magis innoteſcat,

Ille etenim inmenſo laudum ſuccenſus amore.
Nil ſatis ingenio credidit eſſe ſuo.
Inmanes ſuperat Laeſtrygonas, Antiphatenque,
Qua ſecat Artacias nobilis unda vias.
Ille feros Ciconas victricibus occupat armis,
Ac vehit Aeolios per freta ſumma Notos.
Ille etiam dirus, Cyclops, *tibi contigit hoſpes,*
Luminis effoſſi dum tibi cauſſa fuit.
Solus & Aeaeae vitavit pocula Circes,
Atra venenoſa pocula mixta manu &c.
Cimmerias etiam tenebras, & Tartara vidit,
Tartara vix ipſi tuto adeunda Jovi.
Non rabiem Scyllae timuit, fremitumque Charybdis,
Non Atlantiados perfida regna Deae.
Audax ignotas penetraverat advena terras,
Audax inſani murmura caeca freti. & ſeqq.

quo loco aemulatur illa Tibulli Lib. IV.

Carm

Scyllaque, & alternas ſciſſa Charybdis aquas.

Lam-

Carm. I. 57.

Vexit ut Aeolios placidum per Nerea ventos,
Incultos adiit Laeſtrygonas, Antiphatenque,
Nobilis Artacie gelida quos inrigat unda,
Solum nec doctae verterunt pocula Circes. & ſeqq.

ſic enim verſus duo priores interpungendi & male illic in aliis legebatur *Mobilis Attacie.* ſed *Nobilis* praelatum fuiſſe eidem Pedioneo, ex hac ejus imitatione patet. Ceterum hanc meam conjecturam ut nemini invito obtrudere velim, ita & aliam, quae amiciſſimo Laur. Santenio in mentem venit, erudito cum lectore hic lubens communicabo: ſic enim ille ſuis ad me literis: „ *Illud quidem dubio caret, Ulyſſem relicta* „ *Thracia Siciliae oram Orientalem legiſſe, & a* „ *meridie ad Septemtrionem perrexiſſe, non contra.* „ *ut docet Virgilii locus III. Aen.* 689. *ubi* „ *Aeneas ait:*

— *vivo praetervehor oſtia ſaxo*
„ *Pantagiae, Megaroſque ſinus; Thapſumque*
„ *jacentem.*
„ *Talia monſtrabat* relegens errata retrorſum
„ *Litora Achaemenides, comes infelicis Ulixi.*

„ *ubi vero loci primum in Sicilia adpulerit,* „ *etſi minus certum eſt, tamen probabile,* „ *illum mox* Odyſſeae portum *ſubiiſſe.* (*quem* „ *recte Ciceroni V. Verr. cap.* 34. *ex MSS.* „ *reſtituit Graevius, inſuper habita, credo,* „ *Bocharti ſententia. vid. Erneſti Ind. Geogr. v.* „ Ediſſa) *per litus enim Siculum vagatus, ibidem* „ *loci, nempe Odyſſeae, fanum exſtruxit Heca-* „ *tae, noctu ſe exterrenti & Hecubam ulciſcen-* „ *ti; ipſi vero Hecubae, quam inſolenter habue-* „ *rat, cenotaphium, portui autem & promonto-* „ *rio, adventu ſuo & manſione celebrato, nomen* „ *ſuum indidit, &* Ὀδύσσειαν ἄκραν vocavit, „ Κάκραν καλουμένην πρὶν, ὅπερ ἐστὶν πλησίον „ Παχύνου. *ut haec omnia docet Tzetzes ad Ly-* „ *cophr. v.* 1030. *& ex eo Cluverius Lib. I.* „ *Sicil. Ant. cap.* 14. *p.* 190. Itaque in Pro- „ pertio muto duas literas, & legendum con- „ jicio,

„ *Caſtra decem annorum, & Ciconum mons*
„ *Iſmara*, Cacre,
„ *Exuſtaeque tuae trux, Polypheme, genae.*

„ *nam Odyſſeam appellavit Ulyſſes, quae olim* „ Cacre *fuit dicta. cujus apud neminem forte* „ *mentio occurrit; quia omnes Homerum ſecuti* „ *ſunt, nullam ejus mentionem facientem, ſed Pro-* „ *pertius, ut ſaepe, alios hic quoque reſpexerit* „ *Scriptores, qui Tzetzae tempore forte adhuc ſu-* „ *pererant.*" eruditam equidem conjecturam laudo, ſed an ſolius Tzetzae auctoritas ei ſufficiat, dubito.

27. *Et Circae fraudes, Lotoſque, herbaeque tenaces*] *Circes* Borrich. & Groning. *Circe* in meo ſec. ſed *Circae* Latina terminatione bene correxit Broukhuſius, & in illo Horatii Lib. I. Epiſt. 2. v. 23. de Ulixe:

Sirenum voces & Circae pocula noſti.

non *Circes.* & ſic ſaepe in MSS. neque aliter in codd. apud Ovid. IV. Faſt. 70.

Dux quoque Neritius. teſtes Laeſtrygones exſtant:
Et quod adhuc Circae nomina litus habet.

vide etiam Broukhuſ. ſupra ad Lib. II. El. 7. 83. & de hac ſcriptura Bentlej. ad Horat. Epod. XVII. 17. & ad Lib. II. Sat. 5. 76. per *Lotos* & *herbas tenaces* innuit Ulixis iter ad Lotophagos, qui ſociis ejus dulciſſimam oblivionis herbam lotum dederunt guſtandam, qua ineſcati, reditus cogitationem depoſuere, & illic ſe detineri patiebantur, unde non ſine cauſſa *herbas tenaces* vocat, ſed ab Ulixe ad claſſem vi retracti ſunt. vide Homerum Odyſſ. I. 92. & ſeqq. & Anonym. de Ulixis errorib. cap. 1. hinc Tibullus,

Nec valuit Lotos coeptos avertere curſus.

28. *Scyllaque, & alternas ſciſſa Charybdis aquas*] *Scyllaque alternas* in meo primo. *ſiſſa* vitioſe in Mentel. *aqua* Borrich. & Heinſianus. *alternas aquas* dixit, ut Lib. II. El. 20. 54.

Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec unquam
Alternas revomet vaſta Charybdis aquas.

haec ita deſcribit Tibullus, dicto loco, ſed a viris doctis valde vexato,

Illum inter geminae nantem confinia mortis
Nec Scyllae ſaevo conterruit impetus ore,
Quum canibus rabidas inter freta ſorberet undas,
Nec violenta ſuo conſumſit more Charybdis.

ubi pro *Scyllae ſaevo ore*, vel *ſcaevo*, ut eſt in MSS. Morellius in Scholiis ad Senecam Lib. II.

de

Lampeties Ithacis verubus mugiſſe juvencos,
(Paverat hos Phoebo filia Lampetie.)
Et thalamum Aeaeae flentis fugiſſe puellae,
Totque hiemis noctes, totque nataſſe dies.

Ni-

de Benef. pag. 3. emendat *ſeno ore.* reliqua ſic conſtituebat Cruſius in Probab. Critic. p. 264.

Nec Scyllae ſaevo conterruit impete turbo,
Quae canibus rabidis infeſta reverberat undas,
Nec violenta ſua conſumſit morte Charybdis.

audacibus & ſatis infelicibus mutationibus. omnium optima videtur Cl. Heynii conjectura,

Quum canibus rabidas ſuccincta reſorberet undas.

quam egregie firmat Ovidii locus Epiſt. XII. 123.

Aut nos Scylla rapax canibus miſiſſet edendos,
(Debuit ingratis Scylla nocere viris)
Quaeque vomit fluctus totidem, totidemque reſorbet,
Nos quoque Trinacriae ſuppoſuiſſet aquae.

& XIII. Met. 730.

Scylla latus dextrum, laevum inrequieta Charybdis
Infeſtant, vorat haec raptas revomitque carinas;
Illa feris atram canibus ſuccingitur alvum.

vide Drakenb. ad Silium Lib. II. 307.

29. *Lampeties Ithacis verubus mugiſſe juvencos,*
Paverat hos Phoebo &c.]

monſtra ſcripturae in his nominibus propriis prae ſe ferunt codices. *Lamphatice* vel *Lampathiae Scythicis veribus* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Heinſiano, Harlejano Muſei Britann. Leid. pr. Voſſ. tribus, D'Orvillianis, meiſque, & primis edd. unde Heinſius inſerebat copulam *Lampetiae ac Ithacis.* *Lamphatie Siticis* in Askewiano. in aliis vetuſtis edd. *Lampeties.* ut edidit Broukhuſius. *Ithacis verubus mugiſſe juvencos Lampeties*, exprimit Homericum Od. M. 395.

—— κρέα δ' ἀμφ' ὀβελοῖς ἐμεμύκει
Ὀπταλέα τε καὶ ὠμά. βοῶν δ' ὡς γίνετο φωνή.

quia nempe boves ſacros, quos Soli paſcebat filia ejus Lampetie, (vid. Apollon. Rhod. Lib. IV. 971. & ſeqq.) a ſociis Ulixis, fame preſſis, eoque abſente *verubus Ithacis*, id eſt Ulixis, adfixos, dum aſſabantur, mugitus ediediſſe tradunt. ſive ut Anonymus de errorib. Ulix. cap. IX. μεμυκέναι δὲ τὰ κρέατα ἐν ὀβελοῖς. καὶ φωνὴν δὲ τούτων γίνεσθαι, ὁποία περὶ τοῦ τεθνηκέναι. *paſcua Solis violata* vocat Tibullus. vid. Ptolemaeum Flavium Conjectaneor. cap. VI. Tom. I. Facis Critic. facile igitur carere poſſumus Vulpii interpretatione, ut intelligamus juvencos Lampeties per paſcua errantes mugitum ediediſſe, quo cederent in alimentum ſociorum Ulixis, quod à ſenſu alienum eſſe ſatis oſtendunt illa *verubus mugiſſe juvencos.*

31. *Et thalamum Aeaeae flentis fugiſſe puellae,*
Totque hiemis noctes, totque nataſſe dies]

mira pro nomine *Aeaeae* proprio varietas eſt in codd. MSS. *Caeae* in Borrich. *Ceae* D'Orv. ſec. *aeae* Neapolit. Voſſ. prim. & meus. *eeae* Askew. *athiae* Leid. ſec. tres Voſſ. & pr. D'Orv. *Aeaea* autem non de Calypſo ſed Circe intelligendum, & aliquid humani hic paſſum eſſe Propertium notat Livinejus. *Et thalamos Atlanteae fugiſſe puellae* conjecerat Paſſeratius p. 482. ſed poſtea *Aeaeae* retinendum exiſtimat, & de domo Calypſus Aeaea intelligit. vide ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 540. Hyginus fab. 125. de Ulixe: *Ex his locis errans naufragio facto, ſociis amiſſis enatavit inſulam Aeaeam. Calypſo Atlantis filia nympha, quae ſpecie Ulixis capta anno toto eum retinuit, neque a ſe dimittere voluit.* ubi nonnulli *Ogygiam.* quia *Aeaeam* Circes inſulam faciunt alii. unde hic tamen *Ogygiae* nimia Critices licentia non ſubſtituendum, quia in Ogygia habitaſſe Calypſo dicitur. vid. ad Lib. I. El. 15. 10. ſed vide illic Munckeri notas p. 189 mox *Tot noctes hiemis* D'Orvill. ſec. *Tot hiemis noctes* Askew. Heinſius legebat, *Totque hiemes noctu, totque nataſſe die.* ſed vulgata recte ſe habet. reſpicit illud Homeri Odyſſ. M. 447.

Ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην. δεκάτῃ δέ με νυκτὶ
Νῆσον ἐς Ὀγυγίην πέλασαν θεοί. ἔνθα Καλυψὼ
Ναίει ἐϋπλόκαμος.

vacaſſe vitioſe in codd. Regiis, uno Colbertino, & primis edd. *notaſſe* in meo ſecundo, & altero

Col-

Nigranteſque domos animarum intraſſe ſilentum;
Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus.
Et veteres arcus leto renovaſſe procorum,
Erroriſque ſui ſic ſtatuiſſe modum.

Nec

Colbert. ſed in margine *nataſſe*. quae vera lectio eſt. ut apud Hyginum d. l. *naufragio facto enatavit in inſulam Aeaeam. natare* enim verbum proprium de naufragis. ut ſupra El. V. 8.

Et nova longinquis piſcibus eſca natat.

Lib. IV. El. 1. 116.

Et natat exuviis Graecia preſſa ſuis.

Tibullus IV. 1. 70. de his Ulixis erroribus:

Illum inter geminae nantem *confinia mortis.*

niſi illic pro *navigantem* poſuerit. vide hic Paſſeratium, Rutgerſium Venuſ. Lect. cap. VIII. pag. 275. & Patrui mei notas ad Ovid. Epiſt. XIX. 186.

33. *Nigranteſque domos animarum intraſſe ſilentum*] Neſcio unde in ed. Gryph. an 1551. inrepſerit *Migranteſque*. niſi typi error ſit. de hoc Ulixis ad inferos deſcenſu ita Tibullus,

Vidit, ut inferno Plutonis ſubdita regno
Magna Deum proles levibus diſcurreret umbris.

ut a viris doctis nunc reſtitutum eſt, & ex Palatinis a Gebhardo, probante Cupero in Apoth. Homer. pag. 21. neque enim feliciter rem egit Jo. Columbus, qui in notis ad Auct. Incert. de Error. Ulix. cap. VI. pag. 117. emendabat,

Vidit, ut in furvo Plutoni ſubdita regna
Magna Deum proles levibus diſcurreret umbris.

quod illic non mutandum in *mediis umbris*. neque de lectionis ſinceritate dubitandum eſt. *leves* enim *umbras* eleganter vocat manes heroum, ſeu tenues umbras, in inferno oberrantes. Valer. Fl. I. 783. *neque enim ante leves niger avehit umbras Portitor.* vid. ad Lib. I. El. 4. 9.

34. *Sirenum ſurdo remige adiſſe lacus*] Ignoſcant mihi Broukhuſii manes, ſi neque hoc in loco ejus conjecturam *Sirenum latus*, quam in contextu ipſo repoſuit, admiſerim, ſed veterem Propertio reddiderim lectionem *Sirenum lacus.* cum quia ſic in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis habetur, tum quia *latus Sirenum adiſſe* recte dici vix poteſt, & in ſingulis, quae adfert exemplis, nullum eſt, ubi *latus* ponitur adjunctum nomini proprio, ut hic *Sirenum*, ſed vel regionis, vel adjectivum additur. recte igitur *latus terrae*, ſed non *latus Sirenum.* pro quo praeſtaret *ſinus* vel *lares*. ſed non opus eſt. *locos* conjicit Cl. Schraderus. qui etiam Lib. IV. XI. 8. legebat *Obſerat herboſos lurida porta locos.* pro *rogos.* in prima autem Broukhuſii editione poſt Solini locum haec legebantur, quae in curis ſecundis omiſſa ſunt: *ſane apud Pelorum ſedes ſuas habuiſſe dicuntur Sirenes, ubi non facile poſſis tibi lacum praefigurare.* ſed recte expoſuit Paſſeratius, intelligens illam Siculi maris partem, quae Sirenum ſedem ambiebat. haec ante oculos habuiſſe videtur Juvenalis Sat. IX. in fine:

Adfixit ceras illa de nave petitas,
Quae Siculos cantus effugit remige ſurdo.

& huc faciunt quae notata ſunt ad Feſti Avieni Epigramma de Sirenibus ab Ulixe evitatis ac praeteritis, T. I. Anth. Lat. pag. 113. & ſeqq. Miror vero Marklandum iſtam Broukhuſii emendationem adprobaſſe. nam ed. Graev. adſcripſerat: „ *bene Broukhuſius ſubſtituit* latus. *Virg.* „ *VIII.* 417.

„ *Inſula Sicanium juxta latus Aeoliamque*
„ *Erigitur Lipare.*

„ *ita legendum.* vulgo Liparen. *atqui Liparae* „ *officina erat Vulcani. unde Juvenal. Sat. XIII.* „ 45. nectare tergens Brachia Vulcanus Liparaea „ nigra taberna. *alibi forte fuſius probabo.* Sed in illo Virgilii loco eadem obtinet ratio, qua, ut paullo ante dixi, *latus* additum habet regionis nomen.

35. *Et veteres arcus leto renovaſſe procorum,*
Erroriſque ſui ſic ſtatuiſſe modum]

Et veteres artus lecto in uno Colbertino. *lecto* etiam in Neap. Borrich. Mentel. Heinſiano, primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meo priore, & priſcis edd. *artus* male in Scaligeri Excerptis,

Men.

Nec fruſtra. quia caſta domi perſederat uxor.
Vincet Penelopes Aelia Galla fidem.

ELEG.

Menteliano, & meo utroque. *Et veterum arcus lecto* in uno Regio. *Et veteres arcus lecto* in altero, & Harlejano Muſei Britann. *revocaſſe* in v. c. Perreji, Colotiano, Vatic. pr. Borrich. Mentel. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo primo. ut paſſim haec verba permutantur. & ita in aliis legi notat Lat. Latinius. ſed *renovaſſe* a Broukhuſio bene vindicatum eſt propter additum epitheton *veteres*, & confirmatum a Marklando ad Statii Silvas pag. 211. *artus veteres* ſibi renovaſſe Ulixem, ut procos uxoris ulciſceretur, inepta eſſet lectio, ſed *arcus*, quibus olim erat uſus, domum redux renovavit, acriusque tendit, quum procos inter convivii pocula ſagittis interficeret. illuſtrabunt haec, quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 541. ita ipſe Ulixes in Epiſt. I. Sabini Reſponſ. v. 127.

Forſitan ante dapes, interque vacantia vina,
Ultoris pharetris utile tempus erit.

cujus loci primus verſus & conſtructione *ante dapes* & *inter vina*, & obſcuritate laborat, quum *vacantia vina* ſine dubio corrupta ſint. *ante lares, inter fragrantia vina* optime conjecit Patruus meus. de locutione *Erroris modum ſtatuiſſe* vide ad Lotich. p. 662. & ſupra ad El. 9. huj. libr. v. 9. Tibullus de Ulixe d. l. v. 78. *Finis & erroris miſeri Phaeacia tellus.* Corcyra enim errorum Ulixis terminus fuit, antequam Ithacam rediret.

37. *Nec fruſtra. quia caſta domi perſederat uxor,*
Vincet Penelopes Aelia Galla fidem.]

Haec, fruſtra Mentel. Borrich. quint. Vatic. prim. Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orv. & meus primus. dein *Vincit* in binis Leidd. Voſſ. tribus, & utroque D'Orv. *Penelopen* in Vatic. quinto. *Penelope* in Neap. & meo altero. *Penelopae* Voſſ. quart. & uterque D'Orv. *Vincit Penelopes* in primis aliiſque edd. vetuſtis. *Laelia* autem in Borrich. Groning. ſec. Leid. tertio & quarto Voſſ. ſecundo D'Orv. meo utroque, & iiſdem edd. *Lalia* in primo Leid. Voſſ. & D'Orv. ſed recte poſt alios *Aelia* ſcribendum firmat Broukhuſius. erroris originem non addidit, quam fuiſſe puto, quia *Aelius Gallus*, cujus apud veteres multa mentio, *L. Aelius Gallus* dictus fuit, pro quo, ut paſſim in ejuſmodi nominibus propriis, *Laelius* ſcriptum fuit ab aliis. & inde *Aelia* & *Laelia* gens confuſa. ita ſaepe ex nota illa L. peccatum fuit a librariis, qui multos *Laelios* ſine praenominis disjunctione veterum locis obtruſerunt, quia *L. Aelii* vocabantur. vide Vinetum ad Suet. Illuſtr. Gramm. cap. 2. in fin. & init. cap. 3. Jan. Gulielmium Quaeſt. Plautin. pag. 239. Interpretum notas ad Gellium Lib. X. cap. 21. & Oudend. ad Frontin. Lib. IV. cap. 5. §. 14. init.

ELEG. XI.

Quaeritis unde avidis nox ſit pretioſa puellis,
Et Venere exhauſtae damna querantur opes?
Certa quidem tantis cauſſa & manifeſta ruinis:
Luxuriae nimium libera facta via eſt.
Inda cavis aurum mittit formica metallis,
Et venit e rubro concha Erycina ſalo.

Et

ELEG. XI.] DE AVARITIA ET LVXV, vel LVXVRIA, MATRONARVM inſcribitur in codd. MSS. ut in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. meiſque duobus, & primis edd. in aliis, DE AVARITIA PVELLARVM.

v. 2. *Et Venere exhauſtae damna querantur opes*] *Venerem* in Regiis, Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis, primiſque edd. nec non Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. quam lectionem probat Beroaldus. ſed Volſcus *Venere exhauſtae* jam praetulit. quod a Menteliano, ſecundo Vaticano, & Borrichiano firmatur. *exhauſto* in Neapol. *Venerem exhauſtae damna ſequantur opes* quosdam legere teſtatur Gebhardus.

3. *Certa quidem tantis cauſſa & manifeſta ruinis*] *Certe equidem* male in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. ſed in primis Venetis, Reg. Lep. Volſci & Beroaldi jam legitur, *Certa quidem tantis cauſſa eſt manifeſta.* ut in meis etiam codd. habetur, niſi quod *eſt* deſit in Askew. ſed in utroque D'Orvill. & meis exſtat. recte *Certa quidem t. c. & manifeſta* edidit Broukhuſius, ut in Mentel. aliiſque codd. & ex Palatinis ac Commelini libro probatum fuit Gebhardo, qui alterum *Certe equidem t. cauſſa eſt*, a paedagogis interpolatum notat. & tamen illud tuetur Paſſeratius. recepta lectio etiam placuiſſe videtur Cl. Heynio Obſerv. ad Tibull. Lib. II. El. 4. 29. p. 115. ed ſec. ſeq. verſu *lubrica* ex Poſthiano cod. hoc eſt Groningano, adfert Livinejus, & Palmerius in Spicileg. pag. 807. idque placebat Guyeto. ſed *libera* cum Broukhuſio praefero, propter ea quae ſequuntur v. 11. uſque ad v. 14. & de luxuriae licentia, quae Romae tunc invaluerat, paſſim queritur noſter. vid. ſupra ad El. X. v. 18.

5. *Inda cavis aurum mittit formica metallis*] corrupte in ſecundo D'Orvill. *Inde cavis aurum mutat formoſa. mittere* proprium eſt de mercibus externis, & luxuriae inſtrumentis aliunde advectis. Lib. II. El. 18. 77.

Et quas Euphrates & quas mihi miſit Orontes.

Ovidius Lib. I. Faſt. 341.

Tura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum.

Tibullus Lib. II. El. 2. 4.

Quos tener e terra divite mittit Arabs.

in Epigrammate veteri de elephanto Tom. I. Anthol. Lat. pag. 439.

Quam dives noſtris India miſit agris.

ubi vide quae notavi. & quae Patruus meus dedit ad Ovid. III. A. A. 213. & ad Lib. II. Met. 366. de formicis Indicis, quae vulpibus majores terram auro mixtam fodere dicuntur, ex eaque Indis aurum fieri, vide quae ex Megaſthene adfert Arrianus Libro Rer. Indic. pag. 329. ed. Gronov. ſed bonae fidei traditionem eſſe merito dubitat Cel. Weſſelingius ad Herodot. Lib. III. 102. §. 86.

6. *Et venit è rubro concha Erycina ſalo*] hanc lectionem tuetur Broukhuſius, licet fateatur *concham Erycinam* epitheto longe petito dici, qualem epithetorum abuſum pluribus exemplis etiam illuſtrat ad huj. Lib. El. IX. v. 9. *concha* quidem *Erycina* hic habetur in pleriſque vetuſtiſſ. edd. & a Beroaldo ſic dicta exponitur a Venere Erycina, quae ab Eryce Siciliae monte, ubi

Ve-

Et Tyros oſtrinos praebet Cadmea colores,
Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs.

Haec

Veneris templum, nomen habet vide Comment. ad Numiſm. Sicula pag. 391. vel *Erycina concha* dicitur, quia concha Veneri eſt ſacra. ut explicat A. Schottus Lib. III. Obſerv. cap. 21. Sed quia non minima codd. MSS. pars favet lectioni *concha Erythraea*, ut legendum jam monuit Beroaldus, illud non videtur rejiciendum cum Marklando ad Stat. IV. Silv. 6. 20. propter *rubro ſalo.* ita certe in Excerptis codicis Scaligerani, in quibus *Erithrea.* cujus ſcripturae veſtigia ſunt in Vaticano quinto, in quo *Eritria. Eriena* in Menteliano & primo Leid. & clare *Eritrea* pro varia lectione in margine ſecundi mei codicis. Tibullus Lib. III. El. 3. 17.

Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha,
Tinctaque Sidonio murice lana juvat?

Martialis Lib. VIII. Ep. 28.

Cedet Erythraeis eruta gemma vadis.

e rubro hic praefert Broukhuſius ad ſimilem ejuſdem Tibulli locum Lib. II. El. 4. 29.

Hic dat avaritiae ſtimulos: hinc Coa puellis
Veſtis, & a rubro lucida concha mari.

in omnibus tamen codicibus hoc loco *e rubro* pari conſenſu; & ſuffragantur Mentelianus ac primus Leid. in quibus *& rubro.* in Commeliniano Gebhardi *mari* legitur pro *ſalo.* quod hoc Tibulli loco poſſet firmari, & e noſtro Lib. I. El. 14. 12. *Et legitur rubris gemma ſub aequoribus.* ſed parum refert. ſimilia vide apud Relandum Diſſ. de mari rubro ſeu Erythraeo P. I. Diſſ. Miſcell. pag. 71. & 72. & Broukhuſ. ad Tibull. IV. 2. 19.

7. *Et Tyros oſtrinos praebet Cadmea colores,*
Cinnamon & multi paſtor odoris Arabs]

ita legitur hoc diſtichon in omnibus Propertii codd. MSS. & edd. antiquis, ſine ulla ſcripturae diverſitate. neque primo verſui movenda eſt controverſia, quem e ſuis libris ſic etiam adfert Neſtor in Vocabulario pag. 162. ſed minor verſus viris eruditis de mendo ſuſpectus fuit. Nonnullis forte videbatur *Arabs multi odoris* dictus eſſe, ut *odoratus Arabs* in Conſtitutione veteri, quam ſub Conſtantini nomine edidit Scaliger Lib. II. Lect. Auſon. cap. 24. ſed meliorem & integriorem ſub titulo Honorii & Theodoſii produxit Sirmondus ad Sidon. Apollin. pag. 147. & ſeq. ubi de Arelatenſis Provinciae fertilitate: *Quidquid enim dives Oriens, quidquid odoratus Arabs, quidquid delicatus Aſſyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fortis Gallia poteſt habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, quaſi ibi naſcantur omnia, quae ubique conſtat eſſe magnifica.* ſed non puto ita locutum eſſe Propertium, aut alium ſeculi Auguſtei poëtam. ne dicam *paſtor* hic abſurde intruſum eſſe ab illis, qui Arabes olim paſtores, ſeu ſcenitas, fuiſſe legerant. hic enim tantum ad odoratas Arabum meſſes reſpicitur. notum illud Tibulli Lib. II. El. 2. 4.

——— *urantur odores,*
Quos tener e terra divite mittit Arabs.

& praeſertim Lib. IV. Carm. 2. 15. loco inſigni & cum his conparando:

Sola puellarum digna eſt, cui mollia caris
Vellera det fucis bis madefacta Tyros;
Poſſideatque, metit quidquid bene olentibus arvis
Cultor odoratae dives Arabs ſegetis;
Et quaſcumque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus equis.

quo in loco Tyros verſicolores veſtes, & Arabia odoratas ſegetes mittere etiam dicitur. ut infra El. XII. 27.

Non Tyriae veſtes errantia lumina fallunt:
Eſt neque odoratae cura moleſta comae.

noſter ſupra Lib. II. El. 22. 17.

Adflabunt tibi non Arabum de gramine odores.

& quae plura de Arabia odorum divite apud Poëta obvia. verba igitur vel ſic exponenda *& Arabs paſtor praebet cinnamon multi odoris*, vel ulcus latet in voce *paſtor.* ut ſagaciter deprehenderunt Guyetus & N. Heinſius, quorum primus feliciſſime divinaverat,

Cinnamon & multi coſton *odoris Arabs.*

praebet nempe, è praecedenti verſu repetito alter vero, copula addita,

Cinnamaque, *& multi* coſton *odoris Arabs.*

ſed

Haec etiam clauſas expugnant arma pudicas,
Quaeque terunt faſtus, Icarioti, tuos.

Ma-

ſed praefero *cinnamon* & *coſton*, utrumque terminatione Graeca. quae palmaria certe emendatio eſt: ut *coſton*, quam vocem & alibi vitiarunt librarii, cinnamo optime jungat poëta. ſic thuri additur Lib. IV. El. 6. 5.

Coſtum molle dato, & blandi mihi thuris honores.

quod imitatione eleganti expreſſit Sannazarius Lib. I. El. 4. 12.

Da coſtum, myrrhamque focis, quaeque orbe remoto
Cinnama per rubras navita vectat aquas.

ita thuri, amomo, myrrhae, & cinnamo etiam *coſtum* inmiſcet Ovidius Lib. X. Met. 308. qui locus hanc reſtitutionem prae ceteris confirmat,

—— ſit dives amomo,
Cinnamaque, coſtumque ſuam, ſudataque ligno
Thura ferat, floreſque alios Panchaïa tellus;
Dum ferat & myrrham.

ubi *coſtum ſuam* dicit, tamquam telluri Panchaïae, ſeu Arabiae, propriam. & ſic thuri ac croco coſtum adjungit Lib. I. Faſt. 341.

Thura nec Euphrates, nec miſerat India coſtum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.

cinnama & *coſtum* etiam jungit Claudianus Epithal. Honor. v. 95.

Hic caſiae matura ſeges, Panchaeaque turgent
Cinnama, nec ſicca frondeſcunt vimina coſto.

ubi *acantho* cum Heinſio reponere neceſſarium non videtur. Statius Lib. V. Silv. 3. 41.

—— nam Sicanii non mitior halat
Aura croci, dites nec ſic tibi rara Sabaei
Cinnama, odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas.

hinc *beatos cinnami ſilvis Arabes* dicit Seneca Oedipo v. 117. Sed pluribus veterum locis non opus eſſe opinor, quibus praeclaram & viris eruditis ultro ſe adprobaturam emendationem confirmari neceſſe ſit.

9. *Haec etiam clauſas expugnant arma pudicas,*
Quaeque terunt faſtus, Icarioti, tuos]

cauſas vitioſe in Mentel. & primo Leid. in corruptiſſima Neapolitani codicis a man. pr. ſcriptura *nitcas* quid lateat, divinando adſequi non poſſum. id certum, *clauſas* minime ſollicitandum, ſed Marklandum non male praeferre *clauſas puellas*, pro *pudicas*. ut infra El. XII. 23.

Nec timor, aut ulla eſt clauſae tutela puellae.

& Lib. III. El. 2. 49.

Ut per te clauſas ſciat excantare puellas.

ubi male Livinejus *expugnare*, forte ex hoc loco. ſed eodem ſemper modo loqui poëtas quis coget? neque enim illic *excantare* loco movendum, neque hic *expugnare*, cujus verbi elegantiam illuſtrat Barthius ad Stat. IV. Th. 363. Sed alter verſus variis codicum lectionibus virorumque doctorum conjecturis & explicationibus magis agitatus eſt. *Haecque terunt* in v. c. Perreji, primo & ſec. Vaticano. *ferunt* Askewian. *gerunt* Guyetus, & Scioppius IV. Suſp. Lect. cap. 18. *Quaque terunt* adfert Neſtor in Vocabulario pag. 160. b. *Icariote* in Borrich. Mentel. duobus Leidd. pr. & tert. Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. *Icarioioti* ſec. Vatic. *fauſtus* vitioſe in Groning. *Quae referunt*, vel *Quae ſuperant* conjecerat Heinſius, vel *Quaeque iterant*, aut *aequant*. Vulpius tam ad h. l. quam ad Lib. I. El. 7. 9. *terunt faſtus* exponit, quae faſtus & ſeveritatem Penelopes in repudiandis procis imitantur. ut *faſtus* ſaepe apud noſtrum de amicarum ſuperbia ac deſpectu. infra El. 15. 3. *inſanae Veneris conponere faſtus.* ubi vide Paſſeratium pag. 508. & ad Lib. I. El. 13. pag. 205. Sed magis peculiari, & Propertio praeſertim amata, ſignificatione *faſtus* pro repulſa ac contemtu amicarum, hic intelligi poſſe videtur, ut infra El. XVII. 11.

Teſtis Cretaei faſtus quae paſſa juvenci.

& El. XXIII. 35.

Excluſa inque vicem faſtus patiere ſuperbos.

Lib. I. El. 13. 27.

Nec tibi praeteritos paſſa eſt ſuccedere faſtus.

Lib. II. El. XI. 13.

Nec mihi jam faſtus opponere quaerit iniquos.

Lib.

Matrona incedit cenſus induta nepotum,
Et ſpolia opprobrii noſtra per ora trahit.

Nulla

Lib. IV. El. 5. 42.

Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.

In quibus locis *faſtus* hac ſignificatione velut Propertio propria, neque cum aliis communi, occurrere notat Lipſius Lib. II. Var. Lect. c. 22. vide & Dauſquejum ad Silium Ital. p. 454. Graev. ad Cic. pro Milon. cap. 16. p. 858. & Interpretes ad Petron. cap. 96. dein Paſſeratius *terunt* hic interpretatur, contundunt Penelopes ſuperbiam. Broukhuſius poſitum notat pro obterunt, ſeu proterunt, hoc eſt, vincunt, ſuperant: ſed inprobante Marklando, qui adſcripſerat hunc ſenſum eſſe: „ *haec arma ſeu dona expugnant*, „ *minuunt*, & *mitigant etiam tuam ferociam*, „ *o Penelope*. Quaeque *idem eſt quod* Haecque. „ *ut* quorum *pro* horum *Lib. I. El.* 19. 5. & „ *ita paſſim Propertius, more Graecorum. Hoc non* „ *animadverſo lapſus eſt in explicatione hujus* „ *loci Vir. Cl.*" exemplis a Broukhuſio productis addi poteſt illud Claudiani Lib. I. in Rufin. 229. *jurata Deorum Majeſtas teritur.* ſed *gerunt faſtus* veriſſima lectio videbantur Cel. Ruhnkenio, ut apud Lucanum X. 100. *quantoſne tumores Mente gerit famulus?* Ut vero pateat, ſolam eruditionem Criticis non ſufficere ad poëtas veteres feliciter emendandos, niſi etiam judicii felicis acumine, & praeſertim artis poëticae cultu ipſi excellant, inſigne ſpecimen praebet Janus Gruterus Lib. VII. Suſpicion. cap. XI. ubi mirifica conjectura hic emendat,

Con — *que* — terunt *faſtus*, *Icarioti*, *tuos.*

hoc eſt *conterunt.* nec minus eleganter tmeſitantem fecit Propertium ſupra El. IX. 64.

Ad — *Decius* — *miſſo praelia rupit equo.*

pro *Admiſſo equo.* Nollem viro de literis praeclare merito haec excidiſſent. meliore genio Broukhuſius tales tmeſes in poëta noſtro illic non admittit, & licet eas in Propertio non novas dicat Gruterus, nullum tamen exemplum ſimile, quo id probetur, producere quis umquam poterit. bina enim iſta loca ſic fingit & format ipſe, non diſtinguens inter Ennii, Lucretii, ſimiliſque aetatis dictionem antiquatam, aliorumve muſam fere pedeſtrem, & inter Auguſtei aevi poëtas eligiacos; quo depraevato guſtu ad Gruteri exemplum Gebhardus aliique eo tempore acti infeliciter ſaepe illorum verſus deturparunt. certe in Elegis ad Auguſtei ſeculi genium exactis tales tmeſes abſurde adhibentur. vide quae notavi ad Lotichium pag. 458. inferioris quidem aetatis poëtae Chriſtiani hac tmeſium technopaignia ſaepe ſibi indulſerunt. ut obſervat Daviſius ad Commodian. Inſtruct. XLVIII. pag. 241. & recentioris temporis verſificatores inſulſi; quos ſuo ſale lepidiſſime perfricuit Broukhuſius, ſcripto admodum feſtivo, ſub titulo Rutgeri Hermannidae, contra Jac. Gronovium edito pag. 25. & 26.

11. *Matrona incedit cenſus induta nepotum*] *inducta* male in Borrich. & Voſſ. tertio. *induta cenſus nepotum* elegantiſſime de hac matronarum Romanarum luxuria dictum, & eodem modo, quo Ovidius Lib. III. A. A. 172. loco cum his conparando:

Femina procedit denſiſſima crinibus emtis,
Proque ſuis alios efficit aere ſuos. & ſeqq.
Quid de veſte loquar? nec vos, ſegmenta, requiro,
Nec quae bis Tyrio murice lana rubet.
Cum tot prodierint pretio leviore colores;
Quis furor eſt, cenſus corpore ferre ſuo?

ſic de Paride Epiſt. XIII. 58.

Venerat, ut fama eſt, multo ſpectabilis auro,
Quique ſuo Phrygias corpore ferret opes.

cenſus nepotum Ant. Perrejus dubitabat in adnotationibus MSS. ad ed. Ald. marginem, an de patrimonio poſterorum, nepotum ſuorum, an vero de luxurioſorum amantium, vel prodigorum opibus, qui *nepotes* dicuntur, intelligendi ſint. ſed procul dubio indicat ſobolis ac poſteritatis patrimonium luxu matronarum, adteri & profundi ornatu corporis. Seneca de vita beata cap. 17. *Quare uxor tua locupletis domus cenſum in auribus gerit.* ubi vide Lipſ. Plinius Lib. XXXIII. cap. 1. *multis modis luxuria variavit, gemmas addendo exquiſiti fulgoris*, cenſuque *opimo aures*

me-

Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi:
Aut ſi qua eſt, pretio tollitur iſta mora.
Felix Eois lex funeris una maritis,
Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.

Nam-

onerando. hinc *aures gemmis bacciſque oneratae.* vide eumdem Lipſ. ad Senecam de Conſt. Sap. cap. 14. ſic *patrimonia in auribus ferre* ſaepe apud veteres. ut notat J. Gruterus Lib. XI. Suſpic. inedit. cap. 10. ubi in Plauti loco probat Douſae emendationem,

Quaſi non fundis exornatae incederint.

& *fundis* pro fundorum pretiis exponit. per *ſpolia opprobrii* exuvias turpium amorum intelligit Paſſeratius, quod firmari poſſet ex Ovidio Ep. XVII. 114.

Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habet.

opprobrium legitur in primo Leidenſi & Voſſiano. ut ſit interjectio,

Et ſpolia (opprobrium!) noſtra per ora vehit.

ſic infra v. 55.

Te (ſcelus!) accepto Thracis Polymeſtoris auro.

ſic (*indignum*) parentheſi incluſum Horatio reſtituit Bentlejus ad Lib. II. Sat. 5. 79. ſimilia plura vide ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 196. & ſupra ad Lib. II. El. 12. 45. ſed id huic loco convenire vix arbitror. Forte alia hic latet lectio, adeo ut a mente poëtae non alienum exiſtimem, ſi legeretur,

Et ſpolia Oceani *noſtra per ora trahit.*

hoc eſt, conchas gemmaſque ex Oceano ſeu litore alieno petitas, auribus inſertas publice per omnium ora circumducit, ut *per ora trahere* in loco Juſtini, quem adfert Paſſeratius, ſub finem Lib. XVI. *captivos in triumphi modum per ora civium trahit.* Hanc conjecturam adjuvat locus Senecae Patris in Excerpt. Controv. Lib. II. cap. 5. *Num premit* cenſum *oneroſa ſumtibus, &, ut ſeculi mos eſt, in deterius luxu fluente muliebris ambitio inſanit? Numquid gemmas & ex* alieno litore *petitos lapillos?* & Ovidii, qui venuſte luxum iſtum depingit in Medic. Fac. v. 19.

Vultis odoratos poſitu variare capillos,
Conſpicuam gemmis vultis habere manum.
Induitis collo lapides Oriente paratos,
Et quantos oneri eſt aure tuliſſe duos.

gemmas vero *Oceani ſpolia* vocari elegantiae poëticae eſt. hinc Tibullus IV. 2. 19.

Et quaſcumque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus equis.

& ad hanc conjecturam firmandam Cel. Ruhnkenius conferebat illud Suetonii Calig. 46. *ut conchas legerent*, ſpolia Oceani *vocans*, *Capitolio Palatioque debita.* ſic flores & fruges *ſpolia agreſtia*, & arbores montium & ſilvarum *ſpolia.* vide Heinſ. ad Claudian. II. R. P. 139. & notas ad Ovid. Epiſt. XVI. 107.

13. *Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi:*
Aut ſi qua eſt, pretio tollitur iſta mora]

Paſſeratius haec explicat de rapacitate inpudicarum, munera & pretia flagitantum, ac profuſione amantium, & illas *poſcendi*, hos vero *dandi* modum excedere illum vero erraſſe, & *poſcere* hic de ſtupro conpellare intelligendum eſſe notaverat Broukhuſius ad B. Fabri Theſaurum in *poſcere.* Paſſeratio tamen auſcultandum arbitror. *ipſa mora* in omnibus fere MSS. & edd. antiquis, & ſenſus eſt, viſo pretio ſtatim paratam eſſe puellam, ut ſe amatori det, & ſui copiam praebeat. ut *mora* ſeq. Eleg. XII. 26. *longae nulla repulſa morae. Et ſi qua eſt* legebat Livinejus.

16. *Quos Aurora ſuis rubra colorat equis*] ita recte, non *aquis*, omnes fere exhibent codices & editiones veteres. ut Lib. IV. El. 3. 10.

Uſtus & Eoo decolor Indus equo.

ubi *Eoa aqua* in multis codd. vid. iſtic Broukhuſium; & quae ibidem notavi. hunc locum reſpexiſſe videtur Grotius pag. 279. Poëmat.

Quaque Magellanum cohibent freta fervida mundum,
Quaque procelloſas Java colorat aquas.

17. *Num-*

Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,
Uxorum fuſis ſtat pia turba comis:
Et certamen habent leti: quae viva ſequatur
Conjugium: pudor eſt, non licuiſſe mori.

Gau-

17. *Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto,*
Uxorum fuſis &c.]

falx in Borrichiano. *humida* in Mentel. & primo Leid. quod provenit ab illis, qui *hultima* ſcripſerant. *fax ultima* de taeda rogali, quae nuptiali faci opponitur. vide ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 466. & infra ad Lib. IV. El. XI. 46. deinde pro *poſitis comis*, ut ex ſolo Groningano edidit Broukhuſius, in omnibus aliis codd. *fuſis* legitur. ut in Borrich. Askew. Leidenſibus duobus, tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & antiquis edd. hoc igitur revocavi. *paſſis* Palmerius, qua correctione non opus eſſe cenſet Gebhardus, & ex Palatino priore adfert *faxis*, unde *laxis* conjicit. ſed nec illa emendatione res indiget. *tonſis* conjecerat Francius. ſic enim moris fuiſſe apud populos Orientis patet ex iis quae notat Freishem. ad Curtium Lib. X. 5. 17. & Schefferus ac Perizonius ad Aelianum Lib. VII. Var. Hiſt. cap. 7. certe *tonſis* magis accederet ad codicum ſcripturam *fuſis*, ut *tunſis* fuerit exaratum.

19. *Et certamen habent leti, quae viva ſequatur*
Conjugium &c.]

ſic praetulit Broukhuſius. *laeti* in Groningano & meo ſecundo, quod nonnihil favere poſſet Lipſio legenti *laetae*. quamquam, ſi id admittatur, magis placeret, *Et certamen habent: laeta eſt, quae viva ſequatur Conjugium.* idque prae ceteris juvare poſſent Ciceronis verba, a Broukhuſio producta, de hac Indarum mulierum pietate in viros, rituque funebri, hodie illic adhuc uſitato, *Mulieres vero in India, cum eſt cujuſvis illarum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt* &c. *quae eſt victrix, ea* laeta, *proſequentibus ſuis, una cum viro in rogum imponitur. illae victae maeſtae diſcedunt.* non aliter certe ac ſi haec Tulliana preſſo pede hic ſecutus fuiſſet Propertius. & ſic ex Cicerone Valerius Maximus, cujus locum etiam adfert, *mortuo marito in certamen judiciumque veniunt, quam ex iis maxime dilexerit: victrix gaudio exſultans, deductaque a neceſſariis, laetum praeferens vultum, conjugis ſe flammis ſuperjacit* &c. *Superatae cum triſtitia & maerore in vita remanent.* utriuſque ultima verba exprimunt id, quod Propertio dicitur, *pudor eſt non licuiſſe mori.* quod praeſtat lectioni codicis Groningani, in quo *non potuiſſe.* in lectionis alterutrius electum dubios nos reddit Pomp. Mela Lib. II. cap. 2. §. 30. ubi eadem fere de Thracum mulieribus refert: *Super mortuorum virorum corpora interfici, ſimulque ſepeliri, votum eximium habent, & quia plures ſimul ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos magno certamine adfectant.* (hoc *leti certamen* propugnat) *Moribus datur, eſtque maxime laetum, cum in hoc contenditur, vincere.* (id favet lectioni *laeta eſt, quae viva ſequatur*) *Maerent aliae vocibus, & cum acerbiſſimis planctibus efferunt.* Oudendorpio placebat,

Et certamen habent: leto *quae viva ſequatur*
Conjugium

Neſcio qua tamen elegantia magis ſe commendat, *Et certamen habent leti.* ut *mortis certamen* inter ſe iniiſſe dicantur: quam locutionem tuentur Servii verba ad Virg. V. Aen. 95. de iiſdem Indis feminis: *Fuit haec Majorum conſuetudo*, (quae adjuvant Schotti conjecturam in loco Melae, *Majoribus datur*, pro *moribus*) *ſicut hodieque apud Indos eſt, ut quoties reges moriebantur, cum his dilecti equi, vel ſervi, & una de uxoribus charior circa rogum occiſi incenderentur, inter quas de hoc ipſo erat magna contentio.* quae ultima ad *mortis certamen* refero, licet aliter olim cenſuerim ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 185. ut *certamen leti* hic dictum ſit, quomodo *certamen amoris* Ovidio II. ex P. Ep. 2. 89.

Quidquid ab his ſupereſt, venit in certamen amoris.

& *certamen fertilitatis* in Eleg. de Nuce, v. 8. *certamen adulandi* apud Senecam VI. de Benef. cap. 30. *ſed adulandi certamen eſt, & unicum amicorum officium, una contentio, quis blandiſſime fallat.* eodem ſenſu *Figite certantes, atque hanc mihi ſolvite vitam*, pro, facto veluti certamine contendite de me occidendo Lib. II. El. El. 7. 77. de hoc autem Indorum more vide plura apud Bernard. Realinum in Adnot. ad varios Auctores cap. IX. pag. 363. Tom. II. F.

Ci-

Ardent victrices, & flammae pectora praebent,
Inponuntque ſuis ora peruſta viris.
Hic genus infidum nuptarum: hic nulla puella:
Nec fida Evadne, nec pia Penelope.

Fe-

Critic. Scheffer. ad Aelian. Lib. VII. c. 18. Rupert. ad Valer. Max. p. 292. Daviſium in notis ad Cic. V. Tuſcul. 27. p. 402. Laur. Gambaram Ecl. I. pag. 306. Poëmat. & Jo. Iſ. Pontanum Deſcript. Amſtel. pag. 190. *quaecumque ſequatur* male in Askewiano.

21. *Ardent victrices, & flammae pectora praebent*] *Gaudent* legendum cenſuit Paſſeratius, & ante eum Henr. Stephanus, quos ſecutus Broukhuſius id in contextum admiſit, quia bis idem dici credebant, *Ardent. & flammis pectora praebent.* Saepe quidem poëtae illud *gaudent* ſimpliciter ponunt, vel alio vocabulo addito, ut hic *gaudent victrices.* vide exempla apud D'Orvill. ad Charit. p. 276. & ſeqq. ſed magis tautologon eſſet, *Gaudent victrices*, ſi paullo ante emendatio Lipſiana, Ciceronis & Valer. Maximi locis corroborata, *Et certamen habent laetae, quae viva ſequatur*, praeferatur. licet illam ut vanam rejiciat Gebhardus. Si vero *certamen leti* non ſollicitetur, *Ardent victrices* minime inmutandum videtur, praeſertim quum id tueantur omnes codices, quorum Excerptis utor, & vetuſtae editiones. neque opus videtur illud *ardere* eo ſenſu capere, quo jam igne conburi dicantur, ſed de cupiditate, qua poſt certamen a judicibus de amoris praerogativa diremtum, fervent, & morae inpatientes ſunt, ut in rogum mariti inſiliant. ut *ardere in pugnam*, & ſim. Sane H. Stephani emendationem etiam inprobavit Gruterus, cujus hac de re animadverſionem, ex ſchedis ineditarum ejus Suſpicionum deſcriptam lectoribus invidere nolim. ita enim ille:
„ *H. Stephanus Lib. V. Schediaſm cap.* 10. *non*
„ *videt, quo modo queat ferri, dici prius quidem*
„ Ardent, *poſterius vero* flammae pectora prae
„ bent. *quare cum hic figuram, quam* ὕστερον
„ πρότερον *vocant, locum habere credat, conjicit,*
„ Gaudent victrices. *non male, ſi liceret invitis*
„ *libris eſſe licentioſo. MSS. etiam tres, quos*
„ *conſului, vulgato* Ardent *ſubſcribunt. quod hic*
„ *ſane optime quadrat. ut nimirum prius narret*
„ *ardere ipſas, poſtea modum addat, quo gau-*
„ *dentes & lubentes ad finem uſque ardeant;*
„ *quod inde pateat, quum ſe flammae non ſubtra-*
„ *hunt, ſed ultro pectora ei praebeant, & ora*
„ *jam peruſta admoveant virorum oribus. talis au-*
„ *tem explicatio poëtae non hic ſupervacua eſt,*
„ *cum ſaepe videmus homines appetentes initio*
„ *pericula, ſed cum ea propius admoventur, poe-*
„ *nitet incepti, ac quovis ſe modo iis eximere cu-*
„ *perent, ſi poſſent modo.* Verum eſſe, quod dico,
„ docebit Joſephus Lib. VII. Bell. Ind. cap. 2.
„ folio 290. & iterum folio 346. item Domitius
„ ille, qui venenum biberat, & poſtea cupie-
„ bat reſtitui. vide Senecam. ſic & Euripid.
„ Aulide v. 1492." ad hanc vero Gruteri explicationem probandam unice facit locus Senecae in Medea v. 639. a Paſſeratio indicatus,

„ *Vivus ardenti recubans in Oeta,*
„ *Praebuit ſacris ſua membra flammis.*

23. *Hic genus infidum nuptarum: hic nulla puella*] *Hoc genus* in Neapol. Borrich. Heinſiano, primo & tert. Voſſ. utroque D'Orv. & meis. *Hinc genus* in vett. libris haberi teſtatur Paſſeratius. *innupta puella* in meo ſecundo. *puella eſt* in Regiis, Colbertinis, aliiſque codd. & primis edd. Sed hoc loco reponendum, *hic nulla pudica eſt.* ut ſuadent ſequentia *Nec fida Evadne, nec pia Penelope.* & ſic etiam ſuis ad me literis conjecerat Cel. Herm. Cannegieterus. contraria mutatione ſupra v. 9. Marklandus legebat *clauſas expugnant arma puellas*, pro *pudicas.* Heinſius conjecerat,

Hic genus haud fidum nuptarum, haud ulla puella.

ſed abſque neceſſitate. an forte *Hic genus inviſum*, vel *infandum?* quia *fida Evadne* ſequitur.

25. *Felix agreſtum quondam pacata juventus,*
Divitiae quorum meſſis & arbor erant]

optime Jan. Gulielmius in Quaeſt. Plautin. pag. 239. legebat *pagana juventus.* ut exigit vox *agreſtum. pacata* exponit Paſſeratius, in pace & otio degens. ſed nullo exemplo id confirmat. *pacata gens*, aut *publica res*, ut *pacata aequora*, quae antea conmota & turbata, paci & tranquil-

litati

Felix agreſtum quondam pacata juventus,
Divitiae quorum meſſis & arbor erant.
Illis pompa fuit decuſſa Cydonia ramo,

Et

litati reddita ſunt. ut Lib. III. El. 9. 19.

Ut qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas.

pagana juventus pro ruſtica, aevi optimi Latinitate dicitur. ut vel ex ſolo patet Cic. pro domo cap. 28. *Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui non modo de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverint.* ubi Manutius *paganos* intelligit illos, qui pagos extra urbem, ſed in agro tamen Romano, inhabitabant, tribus enim ruſtica nobilior. Ovidius Lib. I. Faſt. 670.

Pagus agat feſtum. pagum luſtrate coloni;
Et date paganis annua liba focis.

ſed ne dubites ita hoc in loco legendum, teſtis ſit ipſe Propertius Lib. IV. El. 4. 74.

Annua paſtorum convivia, luſus in urbe,
Quum pagana *madent fercula deliciis.*

altero verſu, *Divitiae quarum* in omnibus fere codicibus & vetuſtis editionibus. quomodo ſcripſerunt, quia *juventus* praeceſſerat, ſed vel ad *agreſtes* referri poteſt, vel inter illa reponi exempla, in quibus frequens iſta generis & numeri mutatio eſt. ſic praecedente *caterva* ſequitur *qui* apud Claudian. praef. ad Lib. I. in Rufin. 17.

Convenit ad noſtram ſacra caterva lyram,
Qui ſtabilem ſervant Auguſtis fratribus orbem;
Juſtitia pacem, viribus arma regunt.

ubi vid. Patrui mei notas, & ad Ovid. I. Met. 162. ubi multa hujus elegantiae exempla adferuntur.

27. *Illis pompa fuit decuſſa Cydonia ramo*] *Illis munus erat* in unius Colbertini margine, Fruterii cod. quinto Vatic. Askew. Borrich. Mentel. Groning duobus Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orv. & meo. *Illis munus decuſſa* in meo altero, omiſſo verbo *erat*. *munus erant* in Colotiano, Neap. Palatino Gebhardi, Livineji codice, primo & ſecundo Vatic. Voſſ. quarto, & ſecundo D'Orvill. & in aliis apud Lat. Latinium. quae lectio ſi admittatur, intelligenda ſunt munera ex agris vel arboribus ad amorum illecebras innocentes miſſa. ut explicat Beroaldus, qui etiam edidit *Illis munus erat.* nec aliter in edit. Douſarum. ſic apud Virg. Ecl. III. 68. & ſeqq.

Parta meae Veneri ſunt munera. ——
Quod potui, puero ſilveſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

ubi *aurea mala* Cydonia exponit Muſonius, quod Propertii loco firmari poſſe notavit Patruus meus. & eo modo haec intelligebat J. Bapt. Pius ad Lucret. Lib. V. 963. qui tamen adfert *Illis pompa fuit.* huc facere poſſent illa apud noſtrum Lib. II. El. 25. v. 69.

Utque decem poſſint corrumpere mala puellam,
Miſſus & impreſſis haedus ab uberibus.
Felix, qui vili pomo mercaris amores.

& eo inclinaſſe videtur Heinſius, qui legendum conjecerat,

Illis poma (vel *dona*) *ſuo decuſſa Cydonia ramo.*

poma nempe in munus, & caniſtra rubis plena dare. ſed lectio iſta, *Illis munus erat* nata fuit ex ſeq. verſu *Et dare puniceis* &c. licet idem Heinſius in notis ad Ovid. I. Met. v. 105. adferat,

Illis pompa fuit decuſſa Cydonia ramo,
Et de puniceis plena caniſtra rubis.

certe in primis edd. Venetis, Reg. Lep. Volſci, utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Rovill. Gryphii, Mureti Aldina, Scaligeri, aliiſque excuſum eſt, *Illis pompa fuit.* quod Cel. Ruhnkenius conferebat cum illo Plauti apud Macrob. II. Sat. 12. *cujus haec ventri paratus pompa?* ſed aliud latere credebat. & hoc recepit Broukhuſius, qui *Illis munus erant* vel *erat* rejicit, quia *erant* in fine praeced. verſus legitur. Sed quod addat, *eſt enim pompa in circo aliud quam munus in arena*, vix percipi poteſt, niſi addam, ea ſpectare Paſſeratium, qui tranſlatam eſſe locutionem putabat a pompa Circenſi ludorum ſacrorum, & ferculis, quae in pompa triumphali circumferebantur. Sed melius haec de agreſtium ſimplicitate in victu intelligi poſſent, quibus tota

Et dare puniceis plena caniſtra rubis:
Nunc violas tondere manu, nunc mixta referre
Lilia vimineos lucida per calathos:

Et

menſarum *pompa*, & ferculorum adparatus conſtabat frugibus e terra natis, & arborum fructibus, pomis, malis, ficis, rubis, & ſim. quas epulas *dare* convivis ſolebant. unde Juvenalis Sat. XI. 117.

Illa domi natas noſtraque ex arbore menſas
Tempora viderunt.

ubi *menſas*, quarum fercula *meſſis & arbor erant*, vocat *domi natas*, locutione eleganti, quam Juſtini & Servii locis etiam reſtituendam notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 440. & hanc explicationem juvare poſſet noſtri locus, paullo ante prolatus,

Annua paſtorum convivia &c.
Quum pagana madent fercula deliciis.

Si quis tamen praeferat *Illis munus erat*, vel *erant*, & ad munuſcula a puellis ruſticis ad juvenes amatores, vel ab illis ad virgines ſibi conciliandas miſſa referat, non refragabor, quia huic interpretationi favent, quae ſequuntur v. 33.

His tum blanditiis furtiva per antra puellae
Oſcula ſilvicolis emta dedere viris.

& ſic *pagana juventus* de ſolis virginibus & puellis ruſticis capienda, & *Divitiae quarum* praeferendum eſſet. *diſcuſſa Cydonia* in Neapolitano.

18. *Et dare puniceis plena caniſtra rubis*] *rubris* vitioſe in Voſſ. pr. & tert. D'Orvill. utroque, & Askew. *roſis* in antiquis editionibus legi teſtatur Spanhem. de Praeſt. & Uſu Numiſm. Tom. I. pag. 323. idque praeferre videtur, quia *roſae* ſaepe *puniceae* vocantur. quas vero antiquas editiones adhibuerit Vir eximius, vellem indicaſſet, nam in omnibus & ſingulis vetuſtioribus unanimi conſenſu *rubis* inveni. Solus Paſſeratius notat, „ Si legitur *roſis Puniceis.* ſic Horatius „ Lib. IV. od. 10. *Puniceae flore prior roſae.* nullam tamen editionem aut codicem vetuſtum memorans. *rubis* itaque ſuum tueatur locum, & *mora* intelligantur. ex rubetis decerpta, ut monet Patruus meus ad Ovid. I. Met. 105. — *& in duris haerentia mora rubetis.* quod firmatur ex Lib. IV. M. 127. *Puniceo tinguit pendentia mora colore.*

29. ——— *nunc mixta referre*
Lilia vimineos lucida per calathos]

miſta in aliis codd. ut edidit Broukhuſius, ſed quae poſterioris aevi ſcriptura eſt. inde in nonnullis membranis *muſta*, ut in Heinſiano, Groningano, & meo priore, idque ex Commelini libro adripit Gebhardus, & interpretatur, recentia, nondum vieta ac marcida. muſteum profecto interpretem! *mixta violis lilia* intellige. dein *vimineos calathos* optime emendarunt Fruterius, Palmerius in Spicileg. p. 807. N. Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 9. in notis ad Ovid. IV. Faſt. 435. ubi *calathos e vimine textos* vocat poëta, & in notis Propertianis p. 727. vide quae notavi ad Lotich. Lib. IV. El. 3. 43. p. 263. ſic igitur edendum cenſui. certam emendationem facit imitatio Auctoris Copae v. 16. Tom. I. Anthol. Lat. pag. 714.

Et quae virgineo libata Achelois ab amne
Lilia vimineis *adtulit in* calathis.

quo loco etiam hic utitur Broukhuſius ad firmandam Palmerii conjecturam, licet ipſe *virgineos* ediderit. plura ibidem notavi. *vimineum textum* vocat Martialis Lib. III. Ep. 58.

Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.

Columella Lib. X. v. 305.

Et vos agreſtes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano jam vimine textum
Sirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.

ubi *raro jam vimine* conjecerat Heinſius. *viminea ciſta* dicitur eidem Lib. XII. cap. 54. *in quadratam ciſtam vimineam, quae neque ſpiſſe, ſolide tamen, & craſſis viminibus contexta ſit, rapa conponito.* in his enim calathis vimineis flores frugeſque ferebantur a ruſticis. hinc apud Virg. Ecl. II. 45.

——— *tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphae calathis.

noſter

Et portare ſuis veſtitas frondibus uvas,
Aut variam plumae verſicoloris avem.
His tum blanditiis furtiva per antra puellae
Oſcula ſilvicolis emta dedere viris.
Hinulei pellis totos operibat amantes,

Alta-

noſter Lib. II. El. 12. 52.

Ac veluti folia arentes liquere corollas,
Quae paſſim calathis ſtrata natare vides.

& ſic calathos fugibus & floribus repletos in pompa Cereris frugiferae circumferebant virgines. de quibus vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cerer. init. p. 652. 653. *virgatos* igitur *calathos* licet in aliis codicibus legi, & a Catullo ſic etiam dictos, notet Paſſeratius, non facile admiſerim.

32. *Aut variam plumae verſicoloris avem*] in Regiis & primo Colbert. *pluricoloris*, quod & in v. c. Perreji, & priſcis edd. *viricoloris* in Neapol. altero Colbert. Voſſ. quarto, & Askew. *varicoloris* in Mentel. Groning. Heinſian. primo Leid. Voſſ. & meo priore. unde *raricoloris* conjecerat Heinſius. ſed *plumae verſicoloris* unice vera eſt ſcriptura. ſupra El. V. 64.

Effulto pluma verſicolore caput.

Virgilius Dedicatione Aeneidos, Tom. I. Anth. Lat. pag. 38. & 39.

Marmoreuſque tibi, Dea, verſicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetra.

ubi male Scaliger *tibi diverſicoloribus alis. diverſicolor* enim merito inprobatur. plura ibidem de hac voce notavi. & vid. Heinſ. ad Ovid. XI. M. 610. *verſicolores alas* etiam Cupidini illic datas recte probavit Cel. Valckenarius ad Euripid. Hipp. 1268. cui Amor ποικιλόπτερος dicitur. per *variam avem* columbam, vel picam, vel perdicem hic intelligunt, quae inter ejuſmodi munuſcula amatoria ruſtica. vide notas ad Petron. cap. 85. Ovidius XIII. Met. 831.

Nec tibi deliciae faciles, vulgataque tantum
Munera contingent, damae, leporeſque, capraeque,
Parve columbarum, demtuſve cacumine nidus.

II. A. A. 269.

Quin etiam turdoque licet, miſſaque columba,
Te memorem dominae teſtificere tuae.

ubi hoc in loco columbam, non vero perdicem ſignificari notat Parruus meus. *raram avem* in aliis legi teſtatur Lat. Latinius. ſed male. *variam* enim *avem* vocat, cui diverſorum colorum plumae inductae ſunt. vide Bentlej. ad Horat. A. P. v. 2. ſic *lynces Bacchi variae* Virgilio III. G. 264. vid. Cl. Henr. Cannegiet. ad Avien. Fab. XV. p. 106. qui *varias aves* Tibullo Lib. I. El. XI. 10. vindicat adverſus Broukhuſium ad Fab. XL. p. 218. eaſque ſic dici contendit, ut *variae columbae*, *lynces*, *tigres*, *pardi*, pro, maculis variis diſtinctae. Ovid. Epiſt. XV. 37.

Et variis albae junguntur ſaepe columbae,
Et niger a viridi turtur amatur ave.

picta perdix Martiali dicitur Lib. III. Ep. 58. *varia pica*, nec nigra nec candida. vide ad T. II. Anthol. Lat. p. 445. ſi vero quis cum L. Santenio *raram avem*, ut in aliis habetur, pulchram exponere malit, ne *varia* & *plumae verſicoloris avis* pleonaſmus adpareat, non refragabor. praecedente verſu *veſtitas frondibus uvas* illuſtrat Heinſius ad Ovid. I. Faſt. 153.

35. *Hinulei pellis totos operibat amantes*] varie hic turbant codices. in Regiis & uno Colbert. *Atque hinyli pellis*, vel *hynuli*, ut in primis edd. *Atque hinuli* Mentel. duo Leidd. pr. & tert. Voſſ. D'Orv. ſec. & meus. *hinuli* vel *hinnuli* in aliis. *Atque hinnulis* Askew. *Atque humili* in Neap. Borrich. altero Colbert. D'Orv. pr. & meo priore. *Atque humilis* Voſſ. quart. Palat. & Commel. Gebhardi. Heinſian. Groning. & in aliis apud Lat. Latinium. *Atque inuli pellis* adfert Neſtor in Vocabulario pag. 95. & p. 143. b. ubi *operibat* pro *operiebat* poſitum notat. *Atque* delevit Scaliger, & emendavit *Hinulei pellis*. ſed *Hinnulei pellis*, quia *Hinnulus* ex Grammaticorum placitis eſt, veram eſſe ſcripturam notat J. Rhodius ad Scribon. Larg. pag. 44. optime Jungermannus cum hoc Propertii loco contulit illa Longi Lib. I. Paſtoral. pag. 24. ubi ſimiles ludi paſtorales deſcribuntur, πίτυος ἐςεφανῦτο κλάδοις, καὶ τῇ νεβρίδι

Altaque nativo creverat herba toro.
Pinus & incumbens latas circumdabat umbras,
Nec fuerat nudas poena videre Deas.

Cor-

ἰζάνυντο &c. Patruo tamen meo hic legendum videbatur *At vituli pellis*, ut *vitulina* & *hinulina* mantica, vel pellis, confunduntur in loco corruptiſſimo Gratii Cyneg. v. 339. ubi vide Interpretum notas. pro *totos* Heinſius *poſitos* conjecerat. id eſt, jacentes. quod blandiri poſſet. ſic enim apud Ovid. Epiſt. IV. 98.

Saepe ſub ilicibus Venerem Cinyraque creatum
Suſtinuit poſitos quaelibet herba duos.

ſed *totos amantes* forte dixerit Propertius, ut Lib. II. El. 12. 28.

Maſculus & totum femina conjugium.

& ſingulari uſu ſaepius a noſtro hanc vocem adhiberi, ſed ab aliis non raro mutatam, multis exemplis probat Cel. Hemſterhuſius ad Lib. II. El. 13. 49. quibus hic locus addi poteſt.

36. *Altaque nativo creverat herba toro*] *Multaque* Vatic. quintus. Heinſius legebat,

Altaque nativos praebuit herba toros.

ex Ovidii loco Epiſt. V. 14.

Mixtaque cum foliis praebuit herba torum.

ſed iiſdem verbis utrumque loqui non opus eſt, & *creverat* ſatis defenditur ab addita voce *Alta*. *nativus torus* eleganter pro naturali, nulla arte conpoſito. Seneca Hippol. 538.

—— *ſilva nativas opes*,
Et opaca dederant antra nativas domos.

Ovidius III. Met. 160.

Cujus in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nulla. —— *nam pumice vivo*
Et levibus tophis nativum duxerat arcum.

ſic *moles nativa* Epiſt. V. 61. & V. Faſt. 149. cui *Facta manu moles* opponitur Lib. XI. Met. 729. vide Drakenb. ad Livium Lib. II. cap. 5. §. 4. p. 255.

37. *Pinus & incumbens latas circumdabat umbras*] corrupte *occurrens lentus* in Voſſ. quarto. *lentas* in v. c. Perreji, Mentel. Borrich. Groning. Neap. Vatic. primo & ſec. Heinſiano, Voſſ. & meis, & ed. Volſci. *lenta umbra* D'Orvill. ſec. *laetas* in Regiis, Colbertinis, Puccii codice, quem Ant. Perrejus contulit, & primis edd. Venetis & Reg. Lep. & ſic Douſa P. & Guyetus. *laeta circumdabat umbra* Heinſius. ut Lib. IV. El. 9. 29.

Populus & longis ornabat frondibus aedem.

ſed *laetas* in Beroaldina, Aldinis, Juntina, Colin. Gryphii, aliiſque. ut etiam in ed. Graev. correxerat Marklandus. & hoc optime tuetur Broukhuſius. vitioſe autem *undas* in Borrich. ut paſſim in aliis veterum locis peccarunt librarii. vide Drakenb. ad Silium IV. 681. ubi *umbras* ponit pro arboribus lata umbra patulis. ut *frondentibus umbris* eidem Lib. XII. 354. & Lib. XIV. 302. *multas nemorum conſumſerat umbras*. videtur autem hoc in loco Propertius reſpexiſſe illa Theocriti Idyll. v. 48.

—— καὶ ἁ σκιὰ οὐδὲν ὁμοία
Τᾷ ὧδε τίν. βάλλει δὲ καὶ ἁ πίτυς ὑψόθε κώνως.

38. *Nec fuerat nudas poena videre Deas*] Lipſio emendanti *Et fuerat nudas paene videre Deas*, recte non adplaudit Broukhuſius, quamquam non rejiciat Douſa P. in notis ad Propert. p. 137. 138. conferens cum illo Horatii Lib. I. Sat. 2. 101.

—— *Cois tibi paene videre eſt*
Ut nudam.

Sed qui locus valde differt. & ipſe ac Scaliger notant hic adludi ad fabulam Actaeonis, adeoque retinenda eſt lectio, *Nec fuerat poena*, nempe ſeculi probitate ac ſimplicitate, quando inpune Deas videre nudas fas erat, ſine ultionis metu. hujus coloris ſunt illa Eleg. ſeq. v. 19.

Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos.

ſed poſtea Deos videre ſine poena ſe non poſſe, crediderunt veteres. vide Oudend. ad Lucan. III. 424. ſic Tireſias vates, Pallada nudam cum vidiſſet, oculorum uſum amiſit. vid. Lib. IV. El. 9. 57. eo autem ſenſu ſaepe *poena* dicitur. vide ad Lib. I. El. 13. 10. ubi *vices* eadem notione poni notavi, quod optime firmatur

Corniger Idaei vacuam paſtoris in aulam
Dux aries ſaturas ipſe reduxit oves.
Dîque deaeque omnes, quibus eſt tutela per agros,
Praebebant verſis verba ſecunda focis.

Et

tur loco Horatii Epod. V. 88.

Venena, magnum fas nefasque, non valent
Convertere humanam vicem.

ubi vide Bentlejum.

39. *Corniger Idaei vacuam paſtoris in aulam*
Dux aries ſaturas ipſe reduxit oves.]

hanc reſtitutionem Antonio Volſco deberi, eumque hac laude minime fraudandum eſſe notavit Broukhuſius. in codicibus enim MSS. antea legebatur nullo ſenſu, *Corniger atque Dei*, quod e noſtris etiam habetur in Regiis, Colbertinis, Scaligeri Excerptis, Neapolitano, Menteliano, Heinſiano, Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. D'Orvill. pr. & meo utroque. *Cornigerique Dei* in altero D'Orvill. corruptiſſime in Askewiano, *congrunger atque Dei. Cornigeri atque Dei* Palmerius, Panem ſeu Faunum intelligens. Quia vero in primis ante Volſcum editionibus Venetis an. 1475. 1487. & Reg. Lepid. 1481· *Corniger atque Dei* fuerit inpreſſum, & primus Volſcus in ed. Venet. an. 1488. qua utor, correxerit *Corniger Idaei*, atque in notis *Idaeum paſtorem* explicuerit de Paride in Ida monte cum Oenone ſub arboris umbra jacente, dum aries gregem ad ſtabulum reducebat; in Beroaldi autem Veneta an. 1487. *Corniger atque Idae*, & in altera ejuſdem Venet. 1520 *Corniger Idaei* legatur, dubium forte lectorem id facere poſſit, an primus Beroaldus *Corniger atque Idae* excogitaverit, quia ſic edidit in Veneta anni 1487. uno anno illam Volſci antecedente, & deinde in altera an. 1520. ex Volſco habeatur *Corniger Idaei*. ſed quia in notis ſuis Beroaldus nullam mutationis, ut ſolet, reddiderit rationem, aliam Volſci editionem illam Venetam an. 1488. forte anteceſſiſſe ſuſpicor, ac proinde Volſco integram hujus emendationis adoream relinquendam eſſe arbitror. eo enim Beroaldum tempore poſteriorem fuiſſe ex M. Antonio Sabellico notat Broukhuſius ad Lib. IV. El. 6. init. hinc in reliquas edd. veteres, Aldi utramque, Juntinam, Colinaei, Rovillianam, Gryphii, ceteraſque derivatum fuit *Corniger Idaei* &c. non opus itaque eſt cum Heinſio conjicere *Corniger atque ſui vacuam paſtoris in aulam. aula* vero hic nihil aliud quam ſtabulum notat, more Graecorum. ut ex Theocriti loco notavit Scaliger, qui eſt ex Idyll. XI. 12.

Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τ' αὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας.

cui adde ex Idyl. XXV. 99.

—— ὄϊες δὲ κατ' αὐλὰς ηὐλίζοντο.

& Id. XXVII. 36.

Τεύχεις μοι θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα, καὶ αὐλάς.

& ſic αὔλια apud Apollon. Rh. II. 142. & III. 592. vid. Vlitii & aliorum notas ad Gratii Cyneg. 167. ſeq. verſu pro *ipſe* Heinſius conjecerat *ſponte*. ut Lib. I. El. 2. 10.

Et veniant hederae ſponte ſua melius.

ſed *ipſe*, quia caper dux gregis, ut apud Virg. Ecl. VII. 7.

Vir gregis ipſe caper deerraverat.

ex hoc loco firmatur Heinſii conjectura apud Tibullum Lib. I. El. XI. 10.

Securus ſaturas dux gregis inter oves.

pro *varias*. ut in aliis. pro quo Cl. Heynius *Securas aries dux gregis* malebat. eidem hircus *dux pecoris* Lib. II. El. 1. 58. & Luciano in Dialogo IV. Jovis & Ganym. cap. 2. fin. ἔχομεν δὲ τὸν τριετῆ, τὸν μέγαν, (κριὸν) ὃς ἡγεῖται αὐτοὺς τὴν νομήν.

41. *Dîque Deaeque omnes, quibus eſt tutela per agros,*
Praebebant verſis verba ſecunda focis]

prior verſus eſt ex imitatione Virgilii I. Georg. 21.

Dîque Deaeque omnes, ſtudium quibus arva tueri.

ut notavit illic Valens Guellius, & ex Homero de-

Et leporem, quicumque venis, venaberis, hoſpes,
Et ſi forte meo tramite quaeris avem.

45. Et

deductum addit. alter valde dubiae lectionis eſt. *verſis focis* e Scaligero edidit Broukhuſius, & *verrere focum* ad religionem pertinere dicit. ſed quia hoc nonnihil dubii facit an *verſis* a *verrendo* vel *vertendo* ſit, eo ſenſu *terſis* quoque legi posſet. Certe Palmerii *teſcis focis*, pro incultis vel Paſſeratii *veſcis focis*, ſive exiguis. vel *veſtris jocis*, pro veſtris ludicris merito rejicit, ut fecerat Gebhardus. *uſtis* Guyetus. in omnibus fere membranis & editionibus antiquis antea legebatur *veſtris focis*, ut agreſtes adloquatur. *noſtris* in Heinſiano, & Borrich. dein Scaliger ex ſuo codice *verba ſecunda*, in cujus tamen Excerptis pro varia lectione *ſerena*. *verba ſecunda*, licet alio ſenſu, etiam apud Ovid. I. A. A. 584. ſed *veſtris verba benigna focis* in Regiis, Colbertinis Menteliano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & priſcis edd. ut *verba benigna* Lib. I. El. 10. 24. Marklandus autem conjecerat *vela benigna*. ut apud Ovid. III. Faſt. 790. *Et des ingenio vela ſecunda meo.* ſed quod dein rejecit, & hic *vota ſecunda* potius legendum credebat ex alio Ovidii loco, ubi paſtorem ad Deam Palem vota concipientem inducit. Lib. IV. Faſt. 745. & ſeqq. uſque ad v. 778. neque male N. Heinſius in Not. ad Propert. p. 728. legebat,

Se dederant feſtis turba benigna focis.

verba & *vota* in MSS. confuſa vid. ad Ovid. II. Am. 6. 58.

43. *Et leporem, quicumque venis, venaberis, hoſpes,*
Et ſi forte meo tramite quaeris avem.
Et me Pana tibi comitem &c.
Sive petas calamo praemia &c.]

locus non levi manu tractandus. primum verſum, ita ut exhibui, interpunxi, qui in omnibus antea edd. prava diſtinctione *Et leporem quicumque venis venaberis*, laborabat. unde *venis venaberis* offendebat Heinſium, quia *venaberis* corruptum ei videbatur, ſequente *quaeris*, ideoque conjiciebat, *quicumque venis venarier*, infinitivo apud noſtrum non inſolito. ſupra El. IV. 39. *conſimili inpoſitum torquerier igni.* & ſic idem legebat El. IX. huj. Lib. 24. *Ne poſſent tacto ſtringier axe latus.* ita *admittier* Virgilio IX. 231. *curarier* Horatio Lib. II. Epiſt. 2. 151. Sed ſenſum ei redditum puto, ita ut diſtinxi. corrupte in codd. MSS. *veneraberis*, ut in tertio Voſſ. Askew. meoque ſecundo. *quicumque veneraberis*, omiſſo *venis*, in primo Leid. venationem vero & aucupium hic intelligi, manifeſtum eſt, ut Lib. II. El. 15. 23.

Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere, & ſtructo figere avem calamo.

ubi vide. & Gronovii notam ad Plaut. Capt. I. 2. 81. loco mendoſo, nam in vulgatis illic legitur,

I modo venare leporem: nunc Cerim tenes.

ub *erem tenes* corrigit Salmaſius, & proverbii ſpeciem eſſe notat. de qua emendatione vide Vlitii notas ad Nemeſian. Cyneg. v. 57. ſed quia haec vox alibi vix occurrit, Camerarii conjecturam quis non praeferat,

I modo venare leporem, i, rem tenes.

ut apud Horat. Lib. I. Epiſt. 7. 71.

Poſt nonam venies, nunc i, rem ſtrenuus auge.

altero verſu *ſi* deerat Menteliano. *Et qui forte* idem correxerat Heinſius, invito, ni fallor, Propertio, cui *ſi forte* frequens eſt ad imitationem Graecorum *εἰ τύχῃ.* aliis, *ſi fors tulit.* quam locutionem, apud veteres ſcriptores alibi quoque depravatam, bene exponit, & Ciceroni atque Ovidio reſtituit Muretus XVI. Var. Lect. cap. 9. Lib. I. El. 5. 9. *Quod ſi forte Auſis non eſt contraria noſtris.* Lib. II. 1. 85. *Si te forte meo ducet via proxima buſto.* & alibi. *ovem* male in quinto Vatic. pro *avem.* dein *parva* pro *Pana.* corrupte in Mentel. Harlejano Muſei Britannici, pr. Leid. & Voſſ. tert. & *ſive petes* in Neapol. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis codd. ac primis edd. *potes* Borrich. & Askew. in quo etiam *canes.* Heinſius tentaverat,

Et tibi Pana Deum comitem per rura vocato.

vel *comitem me jure vocato.* a qua conjectura abſtinuiſſet, ut puto, ſi ante oculos habuiſſet duo Epigrammata Graeca, quae antea inedita, neque in Anthologiae Graecae Volumine exſtantia,

pri-

45. Et me Pana tibi comitem de rupe vocato:
Sive petas calamo praemia, ſive cane.

At

primus produxit Salmaſius ad Solinum Tom. II. pag. 1088. ed. Pariſ. primum Leonidae Tarentini, ex quo fere ad verbum haec deſumſiſſe Propertium dicit, alterum Satyri poëtae, his verſibus, qui adſcribendi ſunt conparationis cauſſa:

Ὡς περὶ τοῦ Πανὸς, ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εὐάγρει λαγόθηρα, καὶ εἰ πετεεινὰ διώκειν
Ἰξευτὴς ἥκεις τοῦθ' ὑπὸ δισσὸν ὄρος.
Κἀμὲ τὸν ὑλήωρον, ἀπὸ κρημνοῖο βόασον
Πᾶνα, συναγρεύσω καὶ κυσὶ, καὶ καλάμοις.

addit Salmaſius verſionem Latinam ex tempore, ut ait, effuſam, cum qua conferre juvabit hanc H. Grotii, deſcriptam ex Mantiſſa IV. ineditae Viri maximi Epigrammatum Graecorum Interpretationis:

Sis felix, ſeu tu leporem, ſive aëre praedam
Quaeris, ad haec montis qui juga bina venis.
Et me Pana tibi ſumma de rupe vocato:
Et calamis opifer ſum bonus & canibus.

alterum ΣΑΤΥΡΟΥ quoque adjungendum.

Εἴτε σύγ' ὀρνεόφοιτον ὑπὲρ καλαμῖδα παλύνας
Ἰξῷ ὀρειβατέεις, εἴτε λαγοκτενέεις,
Πᾶνα κάλει. κυνὶ Πᾶν λασίῳ ποδὸς ἴχνια φαίνει
Σύνθεσιν ἀκλινέων Πᾶν ἀνάγει καλάμων.

quod ibidem vertit Salmaſius, his vero numeris Grotius,

Seu leporem captas, ſeu per juga devia montis
Viſcato calamo fallere quaeris avem.
Pana voca. Pan hirta cani veſtigia monſtrat.
Pan facit, ut tacita creſcat arundo manu.

tertium his addam, a Salmaſio non exhibitum, ERYCII Epigramma de Pane, ſimilis argumenti, quod legitur Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. XII. Ep. 84. p, 476. ed. Obſop.

Εὔσοχα θηροβολεῖτε κυναγέται, οἳ ποτὶ ταύταν
Πανὸς ὀρειβάτεω νεισσόμενοι σκοπιὰν,
Οἵτε λίνοις βαίνοιτε πεποιθότες, οἵ τε σιδάρῳ,
Οἵ τε καὶ ἰξευτᾷ λαθροβόλῳ δόνακι.
Κἀμέ τις ὑμείων ἐπιβωσάτω. οἶδά ποτ' ἄγραν
Κοσμεῖν, καὶ λόγχαν, καὶ λίνα, καὶ καλάμους.

quod elegantiſſimis his verſibus idem Grotius reddidit:

Venator facili laeteris & ubere praeda,
Horrida montivagi qui loca Panis adis:
Seu ſunt lina tibi, ſeu ſunt venabula cordi,
Seu ſtructos avibus celat arundo dolos:
Meque etiam venerare tua prece. nam dare poſſum
Succeſſum ferro, retibus & calamis.

Sed haec ſufficiant ad Graecas veneres cum Muſa Propertiana conferendas. Reſtat aliud inquirendum, an quatuor hi verſus ſuo hic loco poſiti legitimam occupaverint ſedem, & cum praecedentibus ac ſequentibus recte cohaereant. Mihi incidit ſuſpicio, eos aliunde divulſos aberraſſe, & tranſponendos eſſe Lib. IV. El. 2. de Vertumno, ubi commodius inſeri poſſunt poſt v. 34. hoc ordine conjuncti:

Caſſibus inpoſitis venor: ſed arundine ſumta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.
Et leporem, quicumque venis, venaberis hoſpes,
Et ſi forte meo tramite quaeris avem.
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato:
Sive petas calamo praemia, ſive cane.

illic enim loquitur Vertumnus, ſeque inter alias formas etiam Venatorem & aucupem induere dicit, adeoque ad has Dianae artes invitat venandi cupidos: in hac autem tota Elegia poëta ipſe loquitur, & luxuriam puellarum ſui temporis, antiquae ſimplicitati oppoſitam, deſcribit. ad quem igitur referenda ſunt iſta, *Et ſi forte meo tramite*, *Et me Pana tibi comitem*? &c. tota certe ῥῆσις de hac venatione tam abſurdum hic invaſit locum, ut pannum male conſutum referat, ſed Vertumno illic optime conveniat. Ejecto igitur hoc utroque diſticho, & in illum, quem dixi, locum repoſito, praecedentes & ſequentes verſus ſic melius cohaerebunt:

Dique Deaeque omnes, quibus eſt tutela per agros,
Praebebant verſis verba ſecunda focis.
At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis.
Aurum omnes victa jam pietate colunt.

ſic enim his verſibus aptiſſima conſtabit ſententia, eademque erit de neglectis Diis aliiſque virtutibus poſthabitis querela, qualem ſupra loco

cor-

At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis.
    Aurum omnes victa jam pietate colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia jura:
    Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.
Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum,
    Dum petit intonſi Pythia regna Dei.

At

corrupto & obſcuro reddere tentavi Lib. II. El. V. 27. ita ut emendandum conjeci:

Templa pudicitia quid opus ſtatuiſſe puellis,
    Si cuivis nuptae quidlibet eſſe licet & ſeqq.
Non iſtis olim variabant tecta figuris,
    Tunc paries nullo &c.
Sed nunc emeritum velavit aranea fanum,
    Et mala deſertos occupat herba Deos.

Sed haec quidem ad locum hunc in ordinem redigendum, verſuſque incommode hic inſertos aptiori ſede collocandos dicta ſufficiant, album virorum doctorum calculum ſperantia, quae nemini Interpretum, & ne ipſi quidem Scaligero, qui tot verſus in poëta noſtro confuſos & male aberrantes tranſpoſuit, animadverſa fuiſſe miror. niſi quod poſt v. 42. aliquid deeſſe ſuſpicatus ſit Heinſius.

48. *Aurum omnes victa jam pietate colunt*] *vincta* ex ſuis codicibus adfert Octav. Mirandula in Viridar. Poët. fol. 184. b. quod in nullis meorum inveni. ſed ſimiliter apud Ovid. I. Met. 149. *Victa jacet pietas.* & XV. 173. *ne pietas ſit victa cupidine ventris.* vid. Bentlej. ad Horat. III. od. 27. 34. poſt hunc verſum in aliquot codd. MSS. & edd. quae Aldinas ſecutae ſunt, inſeritur diſtichon adulterinum,

Aurea nunc vere ſunt ſecula, plurimus auro
    Venit honos, auro conciliatur amor.

ita enim in Menteliano, primo Leidenſi, aliiſque, & irrepſit in Aldi utramque, Juntinam, Colinaei, Gryphii, Scaligeri, Wechelianam aliaſque. ſed abſunt hi verſus inſititii & margini ab aliquo olim adſcripti, a codd. Regiis, Colbertinis, Neapol. primo & ſec. Vatic. Borrich. Groning. codd. Livineji, primiſque edd Venetis, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Mureti, Rovillii, Canteri, & Douſarum. & recte. nam auctorem habent Ovidium Lib. II. A. A. 277. ut notavit etiam Menagius ad Amintam Taſſi pag. 258. in nota autem Broukhuſii non leve typi vitium morari lectorem poſſet, ubi dicit hoc diſtichon a ceteris omnibus codd. abeſſe, neque comparere *thiam* in editionibus priſcis. non dubito in ejus autographo fuiſſe, *neque comparere etiam* &c. mox *venalia rura* in primo Leid. & Voſſ. & *mos ſine lege* in meo ſecundo, ſed *mox* in marg. hunc autem Propertii locum ante oculos habuiſſe videtur Rutilius Lib. I. Itiner. v. 357. & ſeqq.

Materies vitiis aurum letale parandis,
    Auri caecus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera taedas,
    Virgineoſque ſinus aureus imber emit.
Auro victa fides munitas decipit urbes,
    Auri flagitiis ambitus ipſe furit.

confer Pauli Silentiarii Epigramma Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 29. de Danaë, & haec ibidem inter alia,

Χρυσὸς ὅλως ῥητῆρας, ὅλως κληῗδας ἐλέγχει·
    Χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.

ubi pro ῥητῆρας Obſopaeus legendum cenſet ῥυτῆρας, vincla, habenas. quod & in ſuis codicibus inveniſſe videtur Grotius, quia vertit:

Auro clauſtra patent, aurum frena abnuit, auro
    Flectitur & priſci ſi qua ſupercilii eſt.

& probavit etiam Caſaubon. Lect. Theocrit. c. XVI. p. 273.

51. *Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum,*
    Dum petit intonſi Pythia regna Dei.]

Horrida codex Fruterii, Borrich. Heinſian. & meus primus. corrupte *Torrida ſacril. teſtatur lumina rhenum* apud Octav. Mirandulam in Viridar. Poët. fol. 181. b. *culmina* conjecerat Heinſ. ad oram ed. Ald. ſed ex ſcriptis *limina* praefert in Notis Propertianis p. 728. ut legiſſe Petrej. Tiaram notaverat Douſa. & hanc Heinſii emendatio-

At mons laurigero concuſſus vertice diras
  Gallica Parnaſus ſparſit in ora nives.
Te ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro
  Nutrit in hoſpitio non, Polydore, pio.

Tu

dationem *culmina* vel *limina* tuetur Patruus meus in Diſſ. de Jove Fulg. p. 342. ut ipſum templi culmen vel limen fulmine percuſſum intelligatur, quod tamen veteres hiſtoriam hanc deſcribentes non memorant. Marklandus etiam *limina* correxerat. ita certe in Neapol. Borrich. Groning. aliiſque. *teſtatur lumina* in primis edd. *lumina* etiam in primo D'Orvill. & meo ſecundo. idque probat Paſſeratius, nam *torrida lumina* exuſtas, genas interpretatur. Sed, ſive *Horrida* ex codd. MSS. admittamus, vel *Torrida* ex aliis, legendum potius videtur *fulmina.* ſic enim Pauſanias in Phocicis Lib. X. cap. 23. ubi ſacrilegam hanc Brenni, Gallorum Ducis, expeditionem ad ſpoliandum Delphici Apollinis in monte Parnaſo templum, adcurate deſcribit: *βρονταί τε καὶ κεραυνοὶ συνεχεῖς ἐγίνοντο, καὶ οἱ μὲν ἐξέπληττόν τε τοὺς Κελτούς.* &c. & ingentem Gallis *horrorem* incuſſiſſe tempeſtatem, terrae motu, multa nivis & grandinis vi, ac frigore intenſiſſimo comitatam, refert Juſtinus Lib. XXIV. cap. 7. & 8. ubi haec inter alia: *praeſentiam Dei & ipſi ſtatim ſenſere; nam & terrae motu portio montis abrupta Gallorum ſtravit exercitum. Inſecuta deinde tempeſtas eſt, quae grandine & frigore ſaucios ex vulneribus abſumſit.* e quibus optimam lucem accipiunt ſequentia *At mons laurigero concuſſus vertice diras G. P. ſparſit in ora nives.* ubi *diras nives* non *duras*, ut male in aliis, recte tuetur Broukhuſius, & ex libro Commelini praefert Gebhardus, quod firmant A. Perreji codex, Borrichianus, Mentel. Neapolitanus, Groning. Harlejanus Muſei Britann. & alii. licet Elector. Minor. Etonenſ. editor. p. 124. per *duras nives* intelligi poſſe notet grandinem & nivem concretam. & ſic Marklandus. de nive autem in ora Gallorum ſparſa Cic. de Divin. cap. 37. *contigiſſe Brenno dicitur, ejuſque Gallicis copiis, quum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intuliſſet, — ut nive Gallorum obrueretur exercitus.* de re ipſa vide etiam Scholia antiqua ad Callimach. Hymn. in Delum v. 171. & Spanhem. ad v. 185. de Brenni ipſius interitu auctores differunt. Valer. Max. Lib. I. cap. 1. Brennum in ipſo Apollinis templo impietatis poenas luiſſe refert. unde firmari poſſent *limina.* Pauſanias & Diodorus Siculus vero ſibi ipſum manus deſperatas poſt caeſum apud Delphos exercitum intuliſſe tradunt. Juſtinus eum pugione vitam finiviſſe narrat. dein *Pythia templa* vel *tigna* conjecerat Heinſius, *πύθια φοίβου τέραμνα* vocat Euripides in Hippol. 536. *Phitia* vitioſe in meo priore. ut reliqua etiam corrupte in MSS. habentur. omnes tamen *Pythia* tuentur, neque mutare auſim, licet *ditia* legendum cenſeat Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 157. propter celebratos templi Delphici theſauros. *Aut mons* in Regiis, & Colbertinis, pr. Voſſ. & priſcis edd. *mox* in meo ſecundo *aurigero* Neap. Borrich. Mentel. Heinſian. primus Leid. Voſſ. pr. & quartus uterque D'Orvill. & unus Colbert. in quo etiam *Callida Parnaſi.* ut eſt apud Octav. Mirandulam in Viridar. Poët. fol. 184. ed. Reg. Lepid. & Volſci. quod inde venit, quia in aliis *Callica* ſcriptum fuit, ut excuſum eſt in prima Veneta 1475. *Parnaſus* Neap. Vatic. & quint. Mentel. Heinſian. Leid. pr. Groning. *Parnaſi* D'Orv. pr. *Parnaſſi* meus ſec. mox *arma* in duob. Leidd. tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orv. meo altero, & apud Oct. Mirandul. adeoque *Gallica* Brenni *arma* pro ejus exercitu dicantur. ut Lib. IV. El. 2. 52. *Atque Sabina feri contudit arma Tati.* & El. 4. 30. *Et formoſa oculis arma Sabina meis.* ſed *ora* praefert Broukhuſius ex cod. Groning. quem etiam vide ad Lib. IV. 4. 32. probante Elector. Etonenſ. editore; quamvis diſſentiente Marklando, qui codici ſuo adſcripſerat, *arma Gallica* ſignificare *armatos Gallos*, more Propertio admodum familiari, & praeterea miraculum etiam augere potentiam Dei, ſi dicas illum nullis aliis telis contra armatos Gallos uſum fuiſſe praeter *grandinem* vel *nives duratas*, & ideo dicere *ſparſit*, quaſi ludendo, non *torſit. arva* male in Borrich.

55. *Te ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro Nutrit in hoſpitio non, Polydore, pio.*]

Et ſcelus, inverſis prioris voculae literis, in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. in Palatino *E ſcelus.* unde Gebhardus *He* vel *Hei ſcelus.*

Tu quoque, ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos,
Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.
Proloquar, atque utinam patriae ſim vanus aruſpex:
Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

Certa

Heinſius conjecerat,

Te ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro
Nutrite hoſpitio &c.

ſed nihil muto. *Mitis in hoſpitio non P. tuo* Askewianus. *ſcelus Polymeſtoris* pro Polymeſtore ipſo exponit Guellius ad Virg. VII. Aen. 650. & Lipſius Lib. I. Var. Lect. cap. 19. lucem his dat ejuſdem Virgilii locus Lib. III. Aen. 49.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio Regi. ———
Ille, ut opes fractae Teucrum, & Fortuna receſſit,
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur.

& ut hic Polydori Eriphylen adjungit, ita & Ovidius Elegia de Nuce v. 109.

Praeda malo, Polydore, fuit tibi: praeda nefandae
Conjugis Aonium miſit in arma virum.

ſic editur vulgo. & de Amphiarao divinandi peritiſſimo exponit Cioſanus. ſed *Auſonium* in Menteliano & Politiani codice unde *Aeſonium* vel *Argolicum* adſcripſerat N. Heinſius. de Eriphyla vid. ſupra ad Lib. II. El. 13. 29. mox *Dilapſus* in duobus Leidd. Voſſ. quarto, ſecundo D'Orvill. & meo. indicatur terrae hiatus, quo Amphiaraus perfidia uxoris Eriphyles, promiſſo aurei monilis munere, ab Adraſto corruptae, proditus cum curru abſorptus interiit. hinc in oraculi verſibus apud Athenaeum Lib. VI. pag. 232. Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ἀπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις. vid. Sophoclis Electram. v. 840. & illic Scholiaſt. & Statium VII. Theb. 780. ſeqq. — ubi quod Barthius fabulam Amphiarai cum hiſtoria ſacra Datami & Abirami in terrae hiatum dejectorum, non abſurda, ut ait, conjectura comparari notet, acutioribus ingeniis probandum vel inridendum relinquo.

59. *Proloquar, atque utinam patriae ſim vanus aruſpex*] *verus aruſpex* in uno Regio, in altero *ſis verus.* in Colbertinis etiam *verus*, ſed in alterius margine adſcriptum pro varia lectione *falſus. verus* etiam in Borrich. Groning. Voſſ. pr. & quarto, priore D'Orvill. & meo ſecundo. & ſic apud Octav. Mirandulam in Viridar. Poët. fol. 184. & in primis eaſque ſecutis edd. vetuſtis. ſed contra mentem poëtae. *vanus aruſpex* recte in cod. Perreji, Colotiano, primo, ſec. & quinto Vatic. & Menteliano, ut ex ſuo codice etiam legendum monet Heinſius in notis Propertianis p. 728. quod merito a Broukhuſio praefertur & ſic Livinejus. Chariclea apud Heliodorum Lib. II. pag. 85. ed. Bourdel. πολλῷ ἀλλ' ἔσω γε ἀληθὲς μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον, —— ἐγὼ δὲ ψευδόμαντις ἀποφανθείην. neque aliter legiſſe Sannazarium colligere licet ex ejus imitatione Lib. II. El. 9. 26.

Atque utinam mea me fallant oracula vatem,
Vanus & a longa poſteritate ferar.

Atalanta apud Statium IX. Theb. 629.

Hei mihi cur penitus (ſimque augur caſſa futuri)
Cur penitus, magnoque interpretor omine quercum.

alterum verſum *Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis* confer cum iſtis Livii, egregia Operis praefatione, ubi de Roma dicit, *ab exiguis profecta initiis eo crevit, ut jam magnitudine laboret ſua.* & mox, *jam pridem praevalentis populi vires ſe ipſae conficiunt.* Horatius Epod. XVI. 2. *Suis & ipſa Roma viribus ruit.* & hanc in rem aliquot Epigrammata habentur in Tom. I. Anth. Lat. pag. 457. & ſeqq.

61. *Certa loquor, ſed nulla fides. neque enim Ilia quondam*
Verax Pergameis Maenas habenda malis.]

loquar in Heinſiano. ut apud Ovidium, qui haec imitatur, Epiſt. XVI. 60.

Vera loquar, veri vix habitura fidem.

ubi vide Heinſii notas. contra apud Virg. IV. Aen.

Certa loquor, ſed nulla fides. neque enim Ilia quondam
Verax Pergameis Maenas habenda malis.
Sola Parin Phrygiae fatum conponere, ſola
Falla-

Aen. 12. *Credo equidem, nec vana fides.* plurimorum vero codicum auctoritate edidi, *neque enim Ilia quondam*, licet Broukhuſius *enim* ejecerit, hiatu admiſſo, probante Cuninghamio, Anim in Horat. Bentlej. p. 192. qualem etiam noſtro ingerit ſupra & hoc in loco probaverat Cuningham Animad. ad Horat. Bentlej. cap. XII. pag. 192. clare enim in Voſſ. pr. & quarto aliiſque *neque enim Ilia.* quibus adſtipulantur membranae, in quibus *neque N. Ilia*, ut in Askew. & meo altero, vel *neque n. Ilia*, hoc eſt *enim*, ut in ſec. Leid. tertio Voſſ. & meo priore. *nec n. Ilia* in altero D'Orv. *enim* vero hac nota *n* in ſcriptis plerumque exemplaribus exarari, unde ſaepe tamen vitioſae inrepſerunt ſcripturae, monet Bentlej. ad Horat. II. Sat. 3. 132. ubi reſtituit, *quid ni? neque enim hoc facis Argis. habenda* pro *habita* intelligebat Marklandus. ut ſupra h. Lib. El. VI. v. 39. *fraudandae* vel *furandae copia noctis*, pro *furatae*, exponunt. & apud Cic. I. de Offic. cap. 1. *habendis praeceptis* pro *habitis. Phoebas* praeëunte Paſſeratio, cujus vetus liber habebat *Phoebus*, edidit Broukhuſius, licet *Maenas* in omnibus ſit codd. & edd. vetuſtis, quod ideo revocavi in textum; & ita profert Guellius ad Virg. II. Aen. 246. & alia Graecorum auctorum loca producit ad v. 343. *inſano Caſſandrae incenſus amore*, in quibus Βάκχην vocant. ſic fatidica Caſſandra *Maenas* dicitur apud Senecam Agamem. 715. *verba nunc clufo male Cuſtodit ore, Maenas impatiens Dei. verax Maenas*, ut apud Tibull. I. 2. 41. *ut mihi verax Pollicita eſt magico ſaga miniſterio.* In priore autem Virgilii loco nonnullae editiones, ut minor Heinſii Ultrajectina, prava diſtinctione laborant hoc modo,

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora Dei juſſu, non umquam credita Teucris.

quod fabulae adverſatur, quum ita interpungendum ſit, ut illic Patruus meus monuit,

—— *fatis aperit Caſſandra futuris*
Ora, Dei juſſu non umquam credita Teucris.

Apollo enim repulſam Caſſandrae aegre ferens effecit, ut vera praediceret Caſſandra, nemo tamen ei fidem haberet. vid. Apollodor. III. Bibl. XI. §. 5. Servium ad illum Maronis locum. Canteri Prolegomena ad Lycophronis Caſſandram, Delrii Comment. ad Senecae Troadas pag. 420. ex illo autem Virgilii loco *nec credita* hic legendum conjicit Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 159. ſed *Ilia* hinc ejici nolim, non minus quam in loco Ciceronis, ubi fragmentum de Veſtalis ſomnio ex Ennio adfert Lib. I. de Divin. cap. 20. *narrat enim & apud Ennium Veſtalis Ilia.* ut optime reſtituit Hier. Columna, probante Daviſio, pro *Veſtalis illa. Ilia* autem pro Ilienſis vid. notas Scaligeri. & ſic apud Horat. Carm. Sec. v. 37. —— *Iliaeque Litus Etruſcum tenuere turmae.*

63. *Sola Parin Phrygiae fatum conponere*] *factum* Borrich Voſſ. quartus, primus D'Orv. *Phrygium factum* Leid. & Voſſ. pr. *dum ponere* vel *cum ponere* Heinſius. *conponere* explicat Paſſeratius pro perniciem machinari. ut *conponere fraudes* Lib. II. El. 2. v. 6. ubi notata vide. ſed hic innuit a fato deſtinatum eſſe, Parin fore *exitium Trojae, peſtem Pergamo*, ut dicitur in verſibus poëtae antiqui apud Cic. I. de Divin. cap. 21. qui inter Tragicorum incertorum fragmenta habentur pag. 161.

Ibi ex oraclo voce divina edidit
Apollo: puerum, primus Priamo qui foret
Poſt illa natus, temperaret tollere:
Eum eſſe exitium Trojae, peſtem Pergamo.

& ad hoc Trojae fatum & Caſſandrae vaticinium referendum eſt inſigne fragmentum Tragici veteris, quod ibidem adfert Cicero cap. 31. ſed adeo adhuc corruptum circumfertur, ut data hac occaſione illud ex ineditis Hug. Grotii ad veterum Tragicorum Fragmenta Emendationibus hic proferre, operae pretium videatur. ita enim de eo Vir Maximus. „ Ex Alexandra Attii eſſe „ hoc fragmentum non dubito. Non cohaerent „ autem hi verſus. Sed cum Caſſandra Deo „ plena eſſet, dixit de ea Hecuba,

„ *Sed quid oculis rabere viſa eſt derepente ardentibus?*

„ Hic jam Cicero infert: *ubi illa paulo ante ſa-* „ *piens virginali modeſtia.* quae non ſunt Attii.
„ Quae-

Fallacem patriae ſerpere dixit equum.
Ille furor patriae fuit utilis, ille parenti.
Experta eſt veros irrita lingua Deos.

ELEG.

„ Quaerit Cicero quomodo tam ſubito mutata „ ſit, quae ante tam modeſte ac virginaliter lo- „ quebatur? quod oſtendit productis verbis, „ quae paullo ante Caſſandra pronuntiaverat ad- „ huc ſui potens: quos quidem verſus integros „ legi eo magis refert, quia teneros eſſe & mol- „ les & moratos, hoc eſt plenos ἤθους, ipſe Tul- „ lius praedicat. Sic igitur eos legemus:

„ *Mater optima, ac tu multo mulier melior*
„ *mulierum,*
„ *Miſera ſum ſuperſtitioſis hariolationibus,*
„ *Meque Apollo fatis fandis dementem invi-*
„ *tam ciet.*
„ *Virgines aequales, patris me mei fatûm pudet*
„ *Optimi viri: mea mater, tui me miſeret,*
„ *mei piget.*
„ *Optimam progeniem Priamo peperiſti extra*
„ *me: hoc dolet,*
„ *Med obeſſe, illos prodeſſe, me obſtare, illos*
„ *obſequi.*

„ Caſſandra modo matrem, modo Androma- „ cham, modo virgines ὁμήλικας alloquens, con- „ queritur ſortem ſuam, quod invita cogatur „ enuntiare mala fata patris ac matris, quodque „ eo nomine inviſa ſit omnibus. *tui* & *mei* le- „ genda per συνίζησιν, ut fieri ſolet. Quae ſe- „ quuntur in eadem Tragoedia, pronuntiavit „ Caſſandra poſtquam afflari coeperat. In Ora- „ tore Ciceronis *fatûm pudet*, pro *fatorum* le- „ gendum puto, deleta voce *meorum.* cui non „ video qui hic locus ſit. haec autem vel ideo in ſpecimen harum Grotii in Fragmenta iſta, multis mendis adhuc obſita, Adnotationum hic adduxi, quia in iſtis verſibus conſtituendis Turnebus, Lambinus, aliique admodum deſudarunt.

64. *Fallacem patriae ſerpere dixit equum*] *ſepe reduxit* in Askewienſi. in quo ne quid latere videatur, ſciendum eſt, ſimili ſcripturae errore ita exaratum fuiſſe a librario, qui Lib. II. El. 20. 6. *terga revexit ovis*, pro *tergore vexit*, ut ſaepe alibi etiam peccatum eſt. pro *ſerpere* Heinſius conjecerat *ſurgere*, vel *patriae irrepere.* Cogitaveram aliquando *ſcandere.* ut apud Virg. II. Aen. 237. *ſcandit fatalis machina muros.* ſed nihil potius tentandum. nam forte *ſerpere*, ab ἕρπειν, hic ſignificationem habet τῷ *ire*, *venire*, ut ſaepe apud Graecos, de quo vide Cuperum Lib. I. Obſerv. cap. 2. prope finem.

65. *Ille furor patriae fuit utilis, ille parenti*] interrogationis ſignum in fine hujus verſus ponendum cenſet eruditus Britannus in Obſerv. Miſcell. Vol. II. T. 1. pag. 113. quia furor ille Caſſandrae non fuit utilis patriae ſed fatalis, neque parenti Priamo. ſed in nota adpoſita D'Orvillius *fuit* exponit pro *erat* vel *fuiſſet*, ſi Trojani Caſſandrae credidiſſent, & ſic fere Paſſeratius.

66. *Experta eſt veros irrita lingua Deos*] *ſeros* pro *veros* edidit Broukhuſius ex conjectura. Quod Heinſio etiam placebat, & praeterea *Sed ſpreta eſt.* *ſeros* nempe *Deos* invenit irrita, ſeu non credita, Caſſandrae vaticinatio. infra Lib. IV. El. 1. 51.

Aut ſi Pergameae ſero rata carmina vatis
Longaevum ad Priami vera fuere caput.

Virg. V. Aen. 524.

Seraque terrifici cecinerunt omina vates.

ſic de Amphione & Zetho, Jovis filiis ſero agnîtis, infra El. XIII. 35.

Sera tamen pietas, natis eſt cognitus error.

veros tamen tuentur omnium apud me codicum Excerpta, & editiones primae, ac Volſci in quibus *Experta veros*, deficiente *eſt.* ut in quinto Vaticano. ſed in Aldinis, ceteriſque *Experta eſt veros.* itaque recepi. infra Lib. IV. El. 1. 94.

Fatales pueri, duo funera matris avarae,
Vera, ſed invito, contigit iſta fides.

vera vates Ovidio Epiſt. V. 123. *Ah nimium vates miſerae mihi vera fuiſti.* & Epiſt. XVI. 123. *Vera fuit vates. dictos invenimus ignes.* hinc *verus* pro veridico, vaticinandi perito. ut apud eumdem Epiſt. XVIII. 119. *Si qua fides vero eſt*, quod pro veridico viri docti exponunt. ut Terent. And. II. 5. 12. *Sum verus*, id eſt, ut Donatus interpretatur, *veridicus ſum.* vid. Salmaſii notam ad Plauti Mil. Glor. IV. 8. 57. & quae notavi ad Lib. I. El. 9. 7. per *veros Deos* intellige Apollinis hac de re oraculum Caſſandrae praeſcriptum, ut in fragmento Tragici poëtae, ſupra producto ex Cicer. I. de Divin cap. 21.

Ibi ex oraclo voce divina edidit Apollo &c.

vel *vocem divinam*, ut legit Daviſius.

ELEG. XII.

Multa tuae, Sparte, miramur jura palaeſtrae,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii:
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

5. Quum

ELEG. XII. v. 1. *Multa tuae, Sparte, miramur jura palaeſtrae*] inepte in nonnullis codd. ut in Regiis Colbert. & meo ſecundo, primiſque Venetis Reg. Lep. & Volſci edd. AD SPARTVM, vel AD SPARTHVM, ut in ſecundo Vaticano & Borrich. inſcribitur haec Elegia, ex hoc primo verſu *Multa tuae, Sparte,* tamquan vocandi caſus a *Spartus* eſſet. melius in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. AD SPARTEN DE LVDIS LACONICIS. DE CONSUETVDINE SPARTANORVM titulus eſt in primo meo codice. primo verſu *Ulta* in Mentel. & Voſſ. unde Heinſius *Uncta*. ſed litera initialis M omiſſa fuit, poſtea adpingenda, ut paſſim in MSS. *Saepe tuae* in Heinſiano & meo priore. *Spartae* in Voſſ. pr. & utroque D'Orvill. *mirabar* ſec. Leid. Askew. & alter D'Orvill. *miratae* Neap. *mirantur* in Regiis, Colbertinis, & primis edd. *mirari* vero hic uſu eleganti notat ſpectare cum admiratione & quodam ſtupore. vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 456. Adſentiri non poſſum Broukhuſio, qui ex conjecturae ſuae arbitrio edidit *miramur jure*, nam *jura* conſtanti conſenſu non tantum in omnibus, quotquot adhibui, codicibus, nullo excepto, & vetuſtis edd. (a Broukhuſio, etiam diſſentiebat Marklandus, qui libro ſuo adſcripſerat, *jura palaeſtrae* recte, non *jure* quemadmodum edidit Vir Cl.) ſed & ita legendum patet ex fine hujus Elegiae, v. 33.

Quod ſi jura fores pugnaſque imitata Laconum.

neque aliter adfert Caelius Rhodiginus Lib. XVIII. Lect. Antiq. cap. 1. certe *jura palaeſtrae*, id eſt leges & inſtituta & *bona gymnaſii*, ſic melius conveniunt.

3. *Quod non infames exercet corpore ludos*
Inter luctantes nuda puella viros]

laudes olim legebatur in iiſdem membranis & editis antiquis. eadem variatione, qua apud Ovid. X. Met. 182. *actuſque cupidine ludi* vel *laudis*. ſed bene Aurati emendationem Cantero probatam, Lib. II. Nov. Lect. cap. 14. & quam in ſua editione expreſſit Scaliger. amplexus eſt Broukhuſius, & jure ac merito Rob. Titium in locis ſuis Controverſis lectionem veterem pervicaciter tuentem, neque a Scaligero ſub Yvonis Villiomari nomine meliora edoctum, in Adſertionibus reſipiſcentem, exploſit. ei etiam objecit Scioppius Lib. I. Veriſim. cap. 14. locutionem *exercere laudes* numquam probari poſſe, Latinam eſſe. Sed laterem lavarunt. nam idem ille Titius, erroris tenax, hanc crambem denuo recoxit, contra Scioppium acriter inſurgens in Libris Locor. Controv. apud me ineditis, quos prioribus addere deſtinaverat, jactans ſimul, *ſe corium Scaligero iſtac de re defricuiſſe, eamdemque ſe operam Scioppio praeſtare, quia ſic aſinos ſolebat.* ſed non niſi ampullas & inania contumacis arrogantiae verba effudit. veram lectionem *ludos* probat Ovidiana imitatio Epiſt. XVI. 150. quem locum oportune etiam profert Broukhuſius, ubi de Helena Paris,

More tuae gentis nitida dum nuda palaeſtra
Ludis, & es nudis femina mixta viris.

ſic de eadem Helena infra v. 19.

Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos.

& hinc apud Lucianum Dearum Judicio Tom. I. pag. 264. ed. noviſſ. de eadem: *γυμνὰς τὰ πολλὰ καὶ παλαιστική.* ubi vide Interpretes. quia vero *laudes* male in edd. vetuſtis legebatur, hinc eodem modo locum hunc etiam adferunt plurimi, qui de agonibus gymnaſticis ſcripſerunt, praeter Hier. Mercurialem Lib. I. de Arte Gymnaſt. cap. 7. apud quem *exercet corpore ludos*, ſive ex MS. cod. ſive ex ſua emendatione. *nudas* autem virgines Spartanas ſimul cum viris luctatas

 fuiſſe

Quum pila veloci fallit per brachia jactu,
Increpat & verſi clavis adunca trochi.

Pul-

fuiſſe innuit etiam Euripides in Andromach. v. 595. ubi vide Barneſ. & Paſſerat. ad h. l. quo in loco caſtitatem Laconicarum hac in re deſiderat Euripides, & tamen *non infames ludos* vocat Propertius, nimirum quia eos non libidinoſae voluptatis cauſſa, ſed corporis & virium confirmandarum cauſſa exercebant, idque ex Lycurgi inſtituto, nam apud *Lacaenas virgines palaeſtra, Eurotas, Sol, pulvis, labos, & militia in ſtudio erat*, ut dicitur in veteris poëtae verſibus apud Cicer. II. Tuſc. Quaeſt. cap. 14. vide Cragium Lib. III. de Repub. Laced. Tab. IX. §. 4. neque etiam pudore ſimul cum veſtibus depoſito ita nudae luctabantur, ut oculis non ſuus conſtaret honos, ſed ſubligaculis περὶ τὰ αἰδοῖα tectae ut athletae etiam tali cingulo apud Graecos utebantur. vide Scholia & notas ad Thucyd. Lib. I. cap. 6. P. Fabrum Lib. II. Agoniſt. cap. 2. & 3. conſtet igitur virginibus Spartanis ſua caſtimonia veteribus paſſim laudata, etiamſi nudae cum viris luctarentur. vide Cl. Schraderi Animadv. ad Muſaeum cap. X. p. 199.

5. *Quum pila veloci fallit per brachia jactu,*
Increpat & verſi clavis adunca trochi]

Non pila in Heinſiano. *velocis jactus* in omnibus codicum MSS. Excerptis, Mentel. Regiis, Colbertinis, Heinſiano, Neapol. Borrich. Groning. primo Leid. & quarto Voſſ. D'Orvillianis, meo utroque, & edd. vetuſtis, niſi quod *veloces* in ſec. Leid. tertio Voſſ. & Askew. Guyetus legebat,

Nec pila veloci fallit cum brachia jactu
Increpat aut verſi &c.

adverſi in Heinſiano, Askew. & meo priore. *veloci jactu* ex correctione Scaligeri edidit Broukhuſ. ſed *velocis jactus* praefert Paſſeratius, & exponit de pila, quae velociter jacta inter manus effugit. *clavis adunca* N. Heinſio Lib. III. Adverſ. pag. 478. exponitur, quae aliis ſimpliciter *aes* vocatur. ſic certe Martiali Lib. XI. Ep. 22. *arguto qui ſonat aere trochus.* ſed uberiorem huic loco lucem adfudit Jo. Schefferus Lib. I. de Re Vehic. cap. 6. pag. 57. & ſeqq. qui *clavem aduncam* non conjungit, ſed intelligit clavem, ſeu anſam (quam tenebant illi, qui trochum volvebant currentes) increpare verſi trochi adunca, id eſt, ſtrepitum vel ſonum dare per *adunca trochi*, ſeu annulos ferreos, in trocho volubili diſpoſitos, qui eo circumrotato ſonitum edebant, ut *Cederet argutis obvia turba trochis*, quomodo Martiali dicitur in Apophoretis Ep. 167. ſic *increpare* pro ſonitum dare, Lib. IV. El. 3. 66.

Subdolus & verſis increpat arcus equis.

IV. 7. 12.

Pollicibus fragiles increpuere manus.

idque clarius lectorum oculis facit, ſubjecto trochi ipſius typo, ex Hier. Mercuriali Lib. III. de Arte Gymnaſt. cap. 8. deſumto, unde patebit, hoc exercitii Spartani genus ſimile fuiſſe ludo Batavis noſtris pueris uſitato. *increpare* paſſim Propertius cum caſu quarto adhibet. Lib. I. El. 17. 6.

Adſpice quam ſaevas increpet aura minas.

III. 8. 10.

Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.

& Lib. III. El. 8. 4.

Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.

ſaepe autem *pila* & *trochus*, etiam inter luſus Romanos, conjunguntur apud Ovidium alioſque. & apud Horat. A. P. 380.

Indoctuſque pilae, diſcive trochive quieſcit.

qua in re depravatiſſimum Martialis locum egregia emendatione reſtituit N. Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. XI.

Et pila jam, tereti jam ſubit orbe trochus.

pro abſurda lectione, qua antea edebatur,

Et pilata redit jamque hibitque cohors.

idque firmat Naſonis locus Lib. III. Triſt. 12. 20.

Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus.

ubi *orbis trochi* dicitur, qui aliis *rota* eſt. ut ex Gloſſariis antiquis, aliiſque ſcriptoribus ibidem docet Schefferus. & ſic in meo Gloſſario MS. Voſſiano, & alio Leidenſi poſt Iſidori Etymologias: *Trochus, genus rotae ad luſum.* Emendandus

Pa-

Pulverulentaque ad extremas ſtat femina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio.
Nunc ligat ad caeſtum gaudentia brachia loris,
Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.

Gyrum

Papias in hac voce: ubi enim legitur; *Trochus rota vel quoddam inſtrumentum rotundum ludi. curſus dicitur*, reſtituendum *canthus dicitur.* ſic enim apud Martialem in Apophoretis Ep. 166.

Iſte trochus pueris, at mihi canthus erit.

ut bene correxerunt V. D. pro *cantus.* & vide de hac voce Caſaub. ad Perſium Sat. V. 70. pag. 403. & ſeq. Quod autem Broukhuſius notet puellas Romanas a pilae luſu abſtinuiſſe, verum eſt, ſi de pilis virorum, quae *celeres*, & *veloces* vocantur, capiamus, ut in Ovidii verſibus, quos adfert ex III. A. A. 383.

Materia ludunt uberiore viri:
Sunt illis celereſque pilae, jaculumque trochique.

ſed hae pilae diverſae a *pilis levibus*, ſeu vitreis, reticulo aperto effuſis, quarum luſum puellis ibidem commendat v. 361. ubi vide Patrui mei notas.

7. *Pulverulentaque ad extremas ſtat femina metas,*
Et patitur duro vulnera pancratio.]

ſat femina in D'Orvill. pr. *dat* in ed. Beroaldi, ut jungantur *dat* & *patitur vulnera.* ſed male. nam primo verſu *curſum* ſeu δρόμον in pulvere, indicat, altero *pancratium*, ſeu ludum e pugillatu & lucta conpoſitum. quem nonnulli cum Pentathlo male confuderunt. quos bene refutavit Gothofredus ad l. 7. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. N. Heinſius conjecerat *crudo pancratio.* cui favere poſſet illud Virgilii III. G. 20.

Curſibus & crudo decernet Graecia caeſtu.

ubi *duro* in cod. Romano legi teſtatur Pierius. & Lib. V. Aen. 69.

Seu crudo fidit pugnam committere caeſtu.

ubi Servius explicat *crudeli aut duro quia ex corio duro ſit.* ſed non opus eſt, & vulgatam probaſſe etiam videtur Grotius in verſione Epigrammatis, Alcaei, Lib. IV. Anthol. Gr. pag. 435. & Obſop.

Ἄρτι παρ' αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμᾶς
Ἔντεα, ἤδη γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ.

Laverat a contra certantis ſanguine caeſtus,
Et dederat duro vulnera pancratio.

in codd. Regiis prima Veneta 1475. & Reg. Lep. ed. *Panerato.* quod quidem in Aldinis, aliiſque ſubſecutis edd. correctum, ſed litera majori *Pancratio* excuſum, tamquam viri nomen proprium eſſet, idque fraudi fuit Ant. Perrejo, qui margini Aldinae ed. adſcripſerat pro lemmate *Pancratius.* ridiculo ſatis errore; cui ſimiles commiſerunt ſaepe alii vitioſis illius aetatis editionibus decepti. ſed forte hoc inde natum eſt, quia in vetuſtis Senecae editionibus Lib. V. de Benef. cap. 3. legebatur *Lacedaemonii vetant ſuos Pancratios ceſtu decernere.* tamquam *Pancratius* diceretur pro *Pancratiaſtae.* ita certe verba Senecae adfert Beroaldus ad h. l. ubi de pancratio agit, pro, *vetant ſuos pancratio aut ceſtu decernere.* ut recte in edd. emendatis. ubi de pancratio ejuſque diſcrimine a ceſtu agit Lipſius. illum autem locum ſine dubio Rob. Titius Lib. IV. Locor. Controv. cap. 1. ubi dicit ſe in ſuis ad Senecae libros de Benefic. Commentariis, jam abſolutis & propediem edendis, oſtenſurum Lacedaemonios palaeſtrae operam non dediſſe. quibus argumentis id egerit, dijudicare nobis integrum non eſt, quum in lucem iſti commentarii, ſi recte memini, non prodierint, quos etiam memorat in notis ad Calpurn. Ecl. III. 79. pancratio igitur & caeſtu pugnare apud Lacedaemonios interdictum fuiſſe, ex illis Senecae verbis Propertio contrariis, colligunt, de quo etiam vide P. Fabrum Lib. I. Agoniſt. cap. 9. & 12. Nolim tamen cum Broukhuſio eo decurrere, ut dicatur Propertius *pro libertate poëtica pluſculum hic ſibi indulſiſſe.* Senecae enim verba non indicant Spartanis numquam pancratii aut caeſtuum uſum fuiſſe conceſſum, ſed quia crudelior erat hic ludus, deinde apud eos vetitum, veroſimile ſit. adeo ut diverſa uterque tempora reſpexerit.

9. *Nunc ligat ad caeſtum gaudentia brachia loris*
Miſſile nunc diſci pondus &c.]

pendentia brachia in Borrich. Heinſian. & meo primo. unde *ſplendentia*, oleo nempe, ut *uncta*, *nitida palaeſtra* paſſim, elicere liceret. vel eo

ſenſu

Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit,
Virgineumque cavo praetegit aere caput.

Et

ſenſu capi poſſunt, ut in illo Horatii Lib. I. od. 19. 6.

Urit me Glycerae nitor
Splendentis Pario marmore purius.

flaventia conjecerat D'Orvill. propius ad vulgatam accederet, *Candentia.* ut in margine codicis mei dudum conjeceram, antequam viderem ſic etiam emendaſſe Gruterum Lib. X. Suſpic. cap. 7. in Miſcell. Nov. Lipſ. Vol. III. P. 3. pag. 496. perpetuo fere brachiorum vel humerorum epitheto. ſupra Lib. II. El. 18. 5. *Sive aliquis molli deducit candida geſtu Brachia.* vide Bentlej. ad Horat. I. od. 2. 31. & quae notavi ad Numiſm. Sicul. pag. 398. ſic mox *niveum latus. gaudentia* tamen, ut edidit Broukhuſius, ſuos quoque codices & vetuſtas habent editiones, quibus ſe tueantur. & ſic apud Valer. Fl. 1. 109.

—— facileſque humeris gaudentibus arcus
Geſtat Hylas.

ubi in hoc Propertii loco Broukhuſium vindicaſſe *gaudentia brachia* probavit Patruus meus. idque etiam defendit Struchtmeyerus in Animadv. Critic. pag. 101. quod autem hic *ligare* de caeſtibus dicitur, id *innectere* eſt Virgilio V. Aen. 424.

Tum ſatus Anchiſa caeſtus pater extulit aequos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.

multa vero ad hunc locum facientia de caeſtu & pancratio dedit Lud. la Cerda ad Virg. V. Aen. v. 379. T. II. p. 541. 542. *caeſtum* in contextu dedi, quia vocem hanc cum diphthongo ſcribendam indicat Servius ad Virg. V. Aen. 69. *caeſtus per diphthongum pugilum arma ſignificat: habet etiam numerum pluralem, & eſt formae quartae.* formam ejus cognoſcere, unde ligamenta colligantur, volupe erit ex Tabula apud Hier. Mercurialem Lib. II. de Art. Gymnaſt. pag. 155. & notis Steph. Stephanii ad Saxon. Gramm. Lib. III. Hiſt. Dan. pag. 84. & ſeqq. & ex Numis antiquis, in quibus caeſtu pugnans Eryx conſpicitur, de quibus egi in Comment. ad Numiſm. Sic. p. 397. & ſeq. ab hac autem caeſtuum lucta *maſtrucophori* Lacones apud Prudentium II. contra Symmach. 516. ubi vid. N. Heinſium ceterum *pilae*, *trocho*, *pancratio*, & *caeſtibus* hic *diſcum* adjungit, ut apud Horatium A. P. 380. unde hoc ipſo Propertii loco Patruus meus firmat lectionem codicis Francofurtenſis in verſu corrupto Ovidii II. Triſt. 486.

Ecce canit formas alius jactuſque pilarum,
Hic artem diſci praecipit, ille trochi.

ubi *Hic artem nandi* perperam in vulgatis. illud *pondus diſci miſſile*, ut *Spartani pondera diſci* etiam vocat Martialis in Apophor. Ep. 162., optime percipi poteſt ex illius typo apud Hier. Mercurial. Lib. II. de Arte Gymn. cap. 12. p. 167. 169. & 170. & in Gudii Inſcriptt. Ant. pag. CIX. Inſc. 8.

11. *Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit*] inuſitatum loquendi genus eſſe merito notavit Paſſeratius, & *gyro pulſat equos* conjecit. ſed rectius ſe habet Latini Latinii varians lectio: *Circum pulſat equis*, atque ita Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 159. legendum conjicit, per circum intelligens hippodromum. *equo gyros glomerare* aliis dicitur v. Bentlej. ad Manil. V. 421. *revinxit* male in Menteliano. de hac locutione vide Marklandi notas ad Statium p. 279.

12. *Virgineumque cavo praetegit aere caput*] ita ex Livineji codice edidit Broukhuſius, quum in omnibus manu exaratis & excuſis libris primis edd. *protegit* conſtanter legatur, niſi quod *praetegit* etiam in ſolo Voſſ. quarto. veterem ſcripturam repudiandam non arbitror. Ovidius II. A. A. v. 614.

Ipſa Venus pubem, quoties velamina ponit,
Protegitur laeva ſemireducta manu.

pro *aere* neſcio unde in ed. Douſarum inrepſerit *ore*, niſi typi vitium ſit. quod in nulla alia ed. inveni. *aes* pro galea aerea, ut infra El. XVI. 25.

Ille licet ferro cautus ſe condat & aere,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.

Ovid. VIII. Met. 32.

Cum vero faciem demto nudaverat aere.

13. *Et*

Et modo Taygeti crines adſperſa pruina
Sectatur patrios per juga longa canes.
Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontiacis turma lavatur aquis.

Qua-

13. *Et modo Taygeti crines adſperſa pruina*
Sectatur patrios per juga longa canes]

hoc diſtichon ſequenti poſtponitur in plerisque codd. MSS. & editionibus primis, ceteriſque ante Scaligeranam. ſed praecedere debere in ſuae ed. margine monuit Canterus. certe *Taygeti* mentio & Spartanas puellas, earumque venatum ſpectat, non ad Amazonas. eſt enim *Taygetus Laconices* mons. ſic enim ſcribendum apud Vibium Seq. ut *Eurotas Laconices* fluvius apud eumdem, non *Laconiae.* vide Mauſſacum ad Plutarch. de Fluminib. pag. 305. in illo autem monte venatum exercuiſſe Spartanos, vel unus Virgilii locus indicio eſt, ubi *Taygeti canes* memorat Lib. III. G. 44. qui celebres fuiſſe videntur, ut hoc loco *patrios canes* virginibus Spartanis tribuit. verum *Sectatur* procul dubio corruptum eſt, & nollem ex hoc Propertii verſu Heinſius apud Ovidium Epiſt. IV. 42. repoſuiſſet *Sectari celeres per juga longa canes*, pro *Hortari*; ex cujus imitatione hic potius emendare debuiſſet, *Hortatur celeres per juga longa canes.* ut fecit Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 160. & ſeq. *hortamur* enim canes, *ut feras inveſtigent & curſu conſequantur*, ut loquitur Seneca Epiſt. 76. quod *hortatibus inſtigare* dicit Ovid. III. Met. 242. *monere* noſter ſupra Lib. II. El. 15. 20.

Incipiam captare feras & reddere pinu
Cornua, *& audaces ipſe* monere *canes.*

ſed *ſectamur feras*, ut praeda nobis fiant. *ſequi curſu feras* Auctori Octaviae v. 409. Silius Ital. XIV. 262.

Seu ſilvis ſectere feras, ſeu retibus aequor
Verrere, ſeu coelo libeat traxiſſe volucrem.

ubi vide eruditorum notas. Horatius Lib. I. Sat. 2. 106. *leporem venator ut alta In nive ſectetur.* Seneca Lib. I. de Clement. cap. 16. *idem facit venator; qui inſtituit catulos veſtigia* (*ferarum* additur in cod. MS. Amſtel.) *ſequi, quique jam exercitatis utitur ad excitandas vel perſequendas feras.* adde Cel. Valckenar. ad Euripid. Hippol. 215. & quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 614.

16. *Thermodontiacis turma lavatur aquis*] inveterato errore in multis codd. MSS. & editionibus vetuſtis *Thermodoontiacis*, ut in Voſſ. pr. & quarto. D'Orvill. pr. meo ſecundo, aliiſque, & omnibus fere excuſis. *Thermodontiacis* rectius in Heinſiano. ſed *Thermodoonteis* in primis edd. quod accedit ad veram lectionem *Thermodonteis*, quam praefero ex Mentel. Leid. pr. Groning. & Palatino Gebhardi. qui recte monuit *Thermodon* dici, producta ſecunda, non vero *Thermodoon.* & ita ſcribendum jam ſaepius ab aliis fuit monitum, ſecundamque corripi non poſſe, quia Graecis Θερμώδων. ſic in Inſcriptione inſigni, Herculis geſta continente, apud Donium Cl. I. N. 98. pag. 34. Sponium alioſque, 'ΕΠ' ΑΜΑΖΟΝΑΣ ΗΛΘΕ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΡΜΩΔΟΝΤΑ ΠΟΤΑΜΟΝ ΕΝΙΚΑΣΕ. plura vide apud G. Voſſium Lib. II. de Arte Gram. cap. 33. pag. 300. Guellium ad Virg. XI. Aen. 659. Cioſan. ad Ovid. IX. Met. 188. cujus codex apud noſtrum etiam exhibet *Thermodonteis*; & quae ad hunc locum notavit Broukhuſius. male igitur Graevius ad Juſtin. II. cap. 4. utrumque dici poſſe exiſtimabat. aliter enim docent Ovidii, & hic ipſe Propertii locus, quos in notis Gronovius illic adfert. ſic & infra Lib. IV. El. 4. 69. recte nunc editur,

Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta
Strymonis abſciſſos fertur aperta ſinus.

licet in MSS. *Thermodoonta.* ut vitioſe etiam in ultima Vibii Sequeſtri editione, *Termodoon Colchos & Amazonas dividit* pro *Thermodon.* quod recte in cod. MS. D'Orvilliano. & hoc quidem toties jam a viris doctis notatum non denuo inculcandum putaſſem, niſi vitioſa MSS. & edd. veterum ſcriptura inſignes etiam & primos in his literis viros eluſiſſet, ut in hunc errorem inpingerent, ut de Jo. Joviano Pontano monuit Broukhuſius, cui addere licet principem inter lyricos recentiores poſt Horatium Poëtam Sarbievium, qui in hac voce etiam lapſus eſt Lib. II. od. 1.

Te bellicoſus Thermodoontii
Regnator Hebri, te ſibi deſtinat
Peltatus Eurotas, & aſper
Argolicis Achelous haſtis.

quos

Qualis & Eurotae Pollux & Caſtor arenis,
  Hic victor pugnis, ille futurus equis.
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
  Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos.

Lex

quos tamen qualeſcumque naevos non ideo notare fas eſt, ut inanem inde laureolam captemus, ſed, ut addit fere Broukhuſius, memores ſemper fateamur, nos vel ideo cum magnis Viris ne quidem conparandos eſſe. deinde pro *nudatis mammis* aliquando conjeceram *lunatis bellica parmis*, ut *parmas* pro peltis poſuerit. praeſertim quia *nudis papillis* de Helene mox ſequitur. Silius Ital. Lib. VIII. 432.

—— ubi mille per agmina virgo
Lunatis acies meditatur Martia peltis.

ſed utrumque ſe tueri poteſt loco Virgilii, quem forte ante oculos habuerit noſter, Lib. I. Aen. 490.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet
Aurea ſubnectens exſertae cingula mammae
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.

pro *turma*, ut corrigendum recte jam monuit Janus Gulielmius in Quaeſt. Plautin. pag. 240. male in pleriſque MSS. & edd. vetuſtis legitur *turba.* frequenti errore. ut apud Ovid. Lib. II. Amor. 13. 18.

Qua cingit lauros Gallica turma tuas.

ubi antea *turba* legebatur. vide illic Heinſium, & praeſertim ad Lib. III. A. A. v. 2. *turba vagantur* in meo ſecundo. ſed in hac conparatione Spartanarum virginum per juga Taygeti, & Amazonum turma ad fluvium Thermodonta venantium, non inmerito eumdem Heinſium offendiſſe videtur *turma lavatur aquis*, & ideo emendandum cenſebat *Thermodonteis turma vagatur agris*, vel *equis.* prius omnino probandum videtur. *vagari* enim per montes & agros, venatoribus proprium verbum. Ovidius X. Met. 535.

Per juga, per ſilvas, dumoſaque ſaxa vagatur,
Nuda genas, veſtem ritu ſuccincta Dianae,
Hortaturque canes.

& hoc optime convenit cum Virgilii loco, quem reſpexiſſe Propertium modo notavi, v. 502. de Didone:

Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros: quam mille ſecutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſque Deas ſupereminet omnes.

id noſter ad Pollucem & Caſtora retulit,

Qualis & Eurotae Pollux & Caſtor arenis.

ubi pro *arenis* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vaticano, unoque Voſſii *ad undas*, quod admitti poſſet. inepte *Athenis* in meo ſecundo. *henis* in Heinſiano & meo priore. *habenis* in Regiis Colbertinis, Mentel. Borrich. Neapol. Groning. duobus Leidd. & utroque D'Orv. quod librariis debetur *harenis* ſcribentibus. *habenis* etiam legitur in primis edd. Venetis, Reg. Lep. & Beroaldi, idque Paſſeratius referendum putabat ad lora pugilum & equorum habenas. ſed *arenis* emendandum jam notavit Volſcus. ut *arena* paſſim pro litore vel ripa apud noſtrum. vide ad Lib. I. El. 8. 11. neque male hic conjecerat Francius *Qualis in Eurotae — arenis*, vel *ad arenas.* ad Eurotam vero exercitia palaeſtrae Laconicae inſtituebantur, ut notat Barthius ad Stat. VIII. Theb. 432. huic loco ſimile eſt illud Horatii Lib. II. Sat. 1. 26.

Caſtor gaudet equis, ovo pregnatus eodem
Pugnis.

& utrumque id hauſiſſe ex Homero Il. Γ. 237. Κάςορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα Ἀυτοκασιγνήτω, notavit Cioſanus ad Ovid. VIII. Met. 301. Tibullus Lib. IV. 3. 5. & 11.

Sed procul abducit venanti Delia curas.
O pereant ſilvae deficiantque canes. & ſeqq.
Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari,
Ipſa ego per montes retia torta feram.

19. *Inter quos Helene nudis capere arma papillis*
Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos.]

Helena Mentel. & prim. Leid. ut *Circa*, *Penelopa* & ſim. de quo alibi. *capillis* male in uno Col-

Lex igitur Spartana vetat ſecedere amantes,
  Et licet in triviis ad latus eſſe ſuae.
Nec timor, aut ulla eſt clauſae tutela puellae,
  Nec gravis auſteri poena cavenda viri.
Nullo praemiſſo, de rebus tute loquaris
  Ipſe tuis: longae nulla repulſa morae.

Non

Colbertino, Mentel. Leid. pr. & eod. G. Vlamingii *armata capillis* in meo ſecundo. *capere fertur*, pro *cepiſſe*, etiamſi ſequatur *erubuiſſe*, qualia exempla adfert Bentlejus ad Horat. I. od. 16. 14. *erubuiſſe* cum caſu quarto etiam infra dixit Lib. IV. El. XI. 42.

— nec ulla Labe mea veſtros erubuiſſe focos.

vide Cerdam ad Virg. II. Aen. 542. *fratres duos* legebat Fruterius, forte cogitans Homericum Αὐτοκασιγνήτω; *gemellos fratres.* ſed *fratres Deos* agnoſcunt omnes codices & vetuſtae editiones, & optime ſtabilivit Broukhuſius. ſic CASTORI ET POLLVCI DIIS MAGNIS in vetuſta Inſcriptione apud Gruter. pag. XCVIII. 9. ſeqq.

22. *Et licet in triviis ad latus eſſe ſuae*] *ad latus iſſe* legendum cum Heinſio.

23. *Nec timor, aut ulla eſt clauſae tutela puellae*] *Non timor* Mentel. & unus Colbert. *ulla clauſae* in meo priore. Broukhuſius ſibi vix adparere notans, quo referatur *timor*, legendum conjiciebat, *Nec timor eſt ulli clauſae tutela puellae.* ſed non opus eſt. bene tamen exponit, amatoribus timendos non eſſe cuſtodes, quo minus iis aditus pateat ad puellas Lacaenas. ita *timor* ſimpliciter eodem ſenſu Eleg. X. hujus Lib. v. 17. *Quid faciet nullo munita puella timore*, ut legendum, non *marito* cum Heinſio. Vide quae illic notavi. Lib. II. El. 18. 70. *Cuſtodum & nulla ſepta timere placet.* quomodo in melioribus MSS. non *tumore.* Cl. Schraderus Animadv. ad Muſaeum Cap. XIX. p. 335. intelligebat, nullum parentum aut virorum eſſe *timorem* pro puella, ipſos puellae non timere, aut arta cuſtodia eas continere. Paſſeratius referebat ad cognatorum, invidorum aut rivalium timorem. Sed fruſtra hunc locum ab interpretibus ſollicitari notat Heinſius ad Ovid. III. Am. 4. 30. *clauſa puella* etiam ſupra El. 2. 49. *ut per te clauſas ſciat excantare puellas.* & El. XI. 9. *Haec etiam clauſas expugnant arma puellas.*

25. *Nullo praemiſſo, de rebus tute loquaris Ipſe tuis*] male & contra omnes libros ſcriptos & editos Fruterius emendabat *promiſſo.* neque probo Heinſii conjecturam, quam ed. Aldinae margini adleverat, *Nulli impermiſſum: de rebus* &c. optime Paſſeratius intelligit de famulo, vel puero, adventus tui nuntio, qui de aditu ſciſcitetur. quo refer illud Theophraſti in Charact. pag. 66. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. ubi vid. Caſaub. pag. 120. Tibullus Lib. I. El. 3. 89.

Tunc veniam ſubito, ne quiſquam nuntiet ante:
Sed videar coelo miſſus adeſſe tibi.

ad quem locum in notis ſuis Broukhuſius oſtendit id moris aeque fuiſſe inter amantes, quam conjuges. *de rebus tute loquaris* in omnibus MSS. & edd. antiquis, niſi quod *tutae* in duobus Leidd. forte librarius *tuta loquaris* voluerit, ut eſt in Palatino Gebhardi, qui id perperam amplexus eſt. nam illud *tute* non ſollicitandum eſſe, ex Paſſeratii & Broukhuſii notis conſtabit. locus Priſciani, quem adfert, eſt ex Libro XII. p. 947. ed. Putſch. ſic in fragmento Alphii Aviti ex Lib. II. Virorum Excellentium, quod edidi Tom. I. Anthol. Lat. pag. 452. *Seu tute mavis obſides, Seu tute captivos aves.* ut legend. pro *habes.* particulam hanc Ovidio etiam reſtituendam putabat Oudendorpius, Epiſt. XX. 155. loco corrupto:

Nam quod habes & tute manu verba altera
pacti.

ſed invito, ut opinor, poëta. in vulgatis legitur *& tu humani verba.* in Cod. Leid. *Nam quod habes, habeas & tu verba altera pacti.* unde forte corrigi poſſet,

Nam quod ames, habeas & tu verba altera pacti,
Non erit idcirco par tua cauſſa meae.

ut dicat Acontius, licet Cydippen ames, & alterius pacti foedus, cogente patre, tecum inierit, prima tamen mihi ſe pepigit. de *rebus tuis loqui*

recte

Non Tyriae veſtes errantia lumina fallunt,
  Eſt neque odoratae cura moleſta comae.
At noſtra ingenti vadit circumdata turba,
  Nec digitum anguſta eſt inſeruiſſe via.
Nec quae ſint facies, nec quae ſint verba rogandi
  Invenias. caecum verſat amator iter.

Quod

recte Paſſeratius interpretatur de amoribus tuis. ita capiendum illud Martialis Lib. V. Ep. 62.

Res uxoris agit: res nullas Criſpulus iſte:
Res non uxoris, res agit iſte tuas.

27. *Non Tyriae veſtes — Eſt neque odoratae cura moleſta comae*] *Nec Tyriae* in Voſſ. quarto, Borrich. Groning. Heinſiano, Askew. & meo primo. altero verſu, *Sed neque odoratae* Heinſ. *Aſt neque* in illius codice & meo priore. *adoratae* in quarto Voſſ. *adhortatae* vel *adoratae* in Excerptis Scalig. *adoratae domi* placebat Marklando. *odoratae domi* eſt quidem in Groning. binis Leidd. tribus Voſſ. Askew. duobus D'Orv. & meis *odoratae domus* in Vatic. ſecundo. quod intelligi poſſet, ut illud Plauti *aedes olent arabice.* id eſt Arabum unguentis. & haec lectio probatur a Jano Gulielmio in Quaeſt. Plautin. pag. 240. *adornatae domi* in quinto Vatic. ſed *odoratae comae*, ut in Regiis ceteriſque codd. praeferendum cum Cantero, Heinſio, aliiſque, idque egregie confirmavit Broukhuſius. conferenda haec ſunt cum illis, quae ſupra El. XI. 7.

Et Tyros oſtrinos praebet Cadmea colores,
Cinnamon, & multi coſton odoris, Arabs.

male igitur Paſſeratius ex vitioſa codicis *odiratae* ſcriptura divinabat *obiratae* nempe puellae, propter cujus iram domi moleſta ſibi cura ſit. ſed, ut ſaepe in his fluctuabat, Canteri conjecturam *odoratae comae* tamen probabat.

29. *At noſtra ingenti vadit circumdata turba*] *Ut noſtra* in primo D'Orvill. *Et noſtra* in Heinſiano & meo primo. *ingenii* corrupte in Neapol. *vadit* cum faſtu nempe & magnis paſſibus. ut Lib. II. El. 18. 69. *Contra rejecto quae libera vadit amictu. incedit* Lib. II. El. 2. 58. & *incedit* vel Jove digna ſoror. & ſupra El. XI. v. 11. *Matrona incedit cenſus induta nepotum.* vid. Barthium ad Stat. VIII. Th. 296. & plerumque huic verbo ineſſe ſignificationem concitati greſſus, notat Patruus meus in Comment. ad Phaedr. Lib. IV. fab. 17. 12. deinde pro *anguſta via* Heinſius conjecerat *anguſtae ſerae.* ſed quod ab hoc loco alienum puto. ſenſus enim eſt, Vadit & tanto comitum grege ſe ſtipat euntem, & preſſa incedit, ut digitum quidem interſerere non ſit, hoc eſt non liceat. *non eſt* pro datur, non licet, imitatione Graecorum. vide ad Lib. II. El. 8. 25. *dignum* pro *digitum* vitioſe in Mentel. & primo Leid.

31. *Nec quae ſint facies; nec quae ſint verba rogandi Invenias.*] *ſit facies* Leid. ſec. Voſſ. tert. & meus primus. *Nec quae ſint partes* Heinſius. ſed praefero alteram ejus emendationem *Nec qui ſint aditus.* quod praecedentibus magis adcommodatum eſt. Gebhardus ex Commelini libro adfert *Nec quae ſint faciles.* quod favet conjecturae Patrui mei, qui in notis ad Nemeſian. Cyneg. 94. p. 379. tentabat,

Nec quae ſit facilis, nec quae ſit acerba roganti.

vel, *nec quae det verba roganti.* quod poſtremum praeferrem. nam *verba dare* in rebus amoris frequens apud poëtas. ut ſaepe apud Ovidium vide notas ad Lib. II. Triſt. 138. apud quem in hac locutione corruptus adhuc locus eſt Epiſt. XXI. v. 121. ubi Cydippe Acontio ſcribit,

Verba, quid exſultas, tua ſi mihi verba dederunt;
Sumque parum prudens capta puella dolis.

ubi *verba* bis repetita, diverſa ſignificatione, acumen facere admodum putidum & minime Naſonianum, recte viri docti notant. ſi modo Naſonem Epiſtola illa auctorem habeat. Conjeceram, *Verba, quid exſultas, tua ſi mihi acerba fuerunt.* ſed melius forte geminatio iſta ſtatuenda eſt proveniſſe a librario, qui in margine codicis a gloſſatore adſcriptum invenerat, *Verba dare* fal-

Quod ſi jura fores, pugnaſque imitata Laconum,
Carior hoc eſſes tu mihi, Roma, bono.

ELEG. XIII.

Sic ego non ullos jam norim in amore tumultus,
Nec veniat ſine te nox vigilanda mihi.
Ut mihi praetextae pudor eſt velatus amictu,
Et data libertas noſcere Amoris iter.

5. Illa

fallere, *decipere*. & hinc contextui bis *verba* inſerta fuiſſe, ut forſan auctor ipſe ſcripſerit,

Poma, quid exſultas, tua ſi mihi verba dederunt.

ideoque addiderit *capta puella dolis : Cydippen pomum, pomum Schoeneïde cepit* &c. dein *rogando* in D'Orv. ſec. & ita in margine libri ſui conjecerat Marklandus, illa locutione, ut adſcripſerat, qua *ſolvendo non eſſe* dicitur. quod minus placet. *rogare* proprium verbum, pro, ad amores ſollicitare, de quo vide ad Lib. I. El. 5. 32. pro *caecum* corrupte in Regiis codd. & primis edd. *tecum*. & corruptius in Groningano *orator* pro *amator*. *caecum iter*, ut de Amoris vulneribus Lib. II. El. 1. 76.

Unde tamen veniant tot mala, caeca via eſt.

33. *Quod ſi jura fores, pugnaſque imitata Laconum*] *foves* Neap. *pugnas imitata* in Mentel. Borrich. Voſſ. primo & meo. *inimica* in Voſſ. pr. & quarto, Borrich. *leonum* inepte in Neapol.

Eleg. XIII.] ad cynthiam de lycinna praefigitur in Regiis, Colbertinis, Borrich. meo ſecundo, aliiſque codd. & edd. vetuſtis. ad cynthiam excvsatio lycinnae in meo priore.

v. 1. *Sic ego non ullos jam norim in amore tumultus*] *Hic ego* Neap. *non nullos* in Borrich. Voſſ. tert. & quarto, meis duobus, & primis edd *jam nolim multos* Groning. & alter D'Orv. a manu ſec. *jam nullos nolim* Askew. *jam nullos norim hoc in amore* in ſec. Leid. Broukhuſius legebat, *Sic ego jam nolim nullos* &c. mox *Haec veniat* pr. Leid. *Hic veniat* pr. D'Orv. *veniat nox vigilanda* more Propertiano, pro, ſit, ut apud Tibull.

—— *quum fletu nox vigilanda venit.*

ita *venire* pro eſſe ſaepius apud noſtrum. Lib. II. El. 25. v. 81.

Non tamen haec ulli venient ingrata legenti.

& aliis in locis. vide Pontanum ad Macrob. Lib. III. Saturn. cap. 10. & Menag. ad Taſſi Amintam pag. 213. qui tamen male huc refert locum ex Lib. II. El. 14. 34. *Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.* illic enim *venire* eſt ſui copiam dare. ut ad illum locum exemplis probavi.

3. *Ut mihi praetextae pudor eſt velatus amictu*] Scaligero adhaerens *exvelatus* edidit Broukhuſius, de lectionis varietate nihil notans, nulloque ſcriptoris veteris prolato exemplo, ubi *exvelatus* reperiatur. videamus veterum membranarum ſcripturas, quarum inſignis hic diverſitas eſt. in Regiis & Colbertinis *Ut mihi praetexta pudor eſt velatus amicus*, ſed in altero codice margini alia manu adſcriptum legebatur, *Ut mihi praetextae pudor eſt velatus amictu.* corrupte in Borrichiano, *Ut mihi praetexta pudorem velatus amicus.* in Neapol. *praetexti pudor eſt velatus amictus. praetextae* in primo Leid. Voſſ. pr. & quarto. & meo utroque. *pudor eſt velatus* in duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meo ſecundo. *pudor* omittitur in meo priore, in quo legitur, *praetexta vellatus amictus.* & ſic fere in Heinſiano. *amicus* in pr. & ſec. Leid. tribus Voſſ. & primo D'Orvill. *amictus* in meo & D'Orv. ſec. *eſt velatus*

Illa rudes animos per noctes conſcia primas
Inbuit, heu nullis capta Lycinna datis.
Tertius haud multo minus eſt quum ducitur annus,
Vix memini nobis verba coïſſe decem.

Cuncta

latus etiam in Askew. *Ut mihi praetexta pudor eſt velatus amicus* in Menteliano, & primis edd. *eſt velatus amictus* in Commeliniano Gebhardi, qui *eſt ſpoliatus* in aliis eſſe teſtatur. in Palatino autem *eſt ſublatus*: in nullo horum omnium codicum, ut vides, illud *exvelatur* conſpicitur. ſed plerique conſpirant in *eſt velatus*. hos igitur in textu ſecutus ſum. in Aldinis quoque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque, *Ut mihi praetextae pudor eſt velatus amictu.* Guyeto legendum videbatur, *pudor eſt elatus*. quod minime abſurdum, ut mox *ſepelivit*. ſic *extinctus pudor* Virgilio IV. Aen. v. 322. quod *periit pudor* Plauto eſt in Bacchidib. III. 3. 81. & alio ſenſu *efferre verecundiam* Ciceroni VII. ad Fam. Ep. 18. ſed blanditur valde Heinſii conjectura, quam Aldinae ed. adleverat, *Ut mihi praetexto pudor eſt ablatus amictu*. id eſt poſtquam poſui cum praetexta pudorem, & toga liberiore induta praetextam mutavi. ut recte exponit Livinejus. & ideo addit, *Et data libertas noſcere Amoris iter*. ſive, *Ut data libertas*, non ineleganti repetitione, cum v. c. Perreji. hoc eſt, quod Ovidio dicitur Lib III. Faſt. 778.

—— veſtis quoque libera per te
Sumitur, & vitae liberioris iter.

infra Lib. IV. El. I. 131.

Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo,
Matris & ante Deos libera ſumta toga eſt.

vide Caſaub. ad Perſium Sat. V. p. 375 & 377. *Amoris iter* more Propertiano, ut Ovidio *vitae liberioris iter*, pro aetate, qua amori indulgeri adſolet. quod Italis poëtis in uſu eſſe notavit Menagius ad Caſae Poëmata Carm. IV. pag. 9. Janus Douſa P. huic loco ad marginem ed. Rovillianae iſta adſcripſerat, quae in notis ejus editis non conparent: „ *Ego punctum iſtud poſt* iter „ *inducendum & priori diſticho appingendum* „ *puto; duo enim haec diſticha inter ſe cohaereant* „ *neceſſe eſt, ut ſit ſenſus poëtae; poſtquam ex* „ *ephebis exceſſi, animumque ad puellarum amo-* „ *res adpellere cuſtode tandem amoto licuit, prima* „ *Lycinna virum me fecit*, eique me in diſcipli- „ nam *tradideram, cum qua tamen deinceps nec* „ *joco nec ſerio ullum ſermonem habui, poſtquam* „ *tui amoris compos factus ſum, tantum abeſt ut* „ *iſtuc quod tu me inſimulas, aut cum ea aut* „ *cum quavis alia commercium habuerim, atque* „ *hoc eſt, quod mox ſubjicit, Tertius haud multo* „ *minus eſt etc. nobis, hoc eſt mihi et Lycinnae tuae.*

5. *Illa rudes animos per noctes conſcia primas*
Inbuit, heu nullis capta Lycinna datis]

rudes annos Fruterius. ſenſus eſt, me rudem amoris, & in hac palaeſtra tironem, inbuit, nullis muneribus victa, ſed ipſa conmercii hujus conſcia, & non invita, quamquam *cognita* mallet Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 362. nam haec indicant Propertium cum Lycinna prius conſueviſſe, quam cum Cynthia. pro *datis* in Voſſ. tertio, & Harlejano Muſei Britannici, *malis*. unde forſan *dolis* poſſet corrigi. ſed *datis* pro muneribus recte exponunt Paſſeratius & Broukhuſius. vide notas ad Ovid. I. ex P. Ep. 7. 66. & ita Marklandus, qui adſcripſerat, „ *datis* pro muneribus. utraque conjungit Ovi- „ dius III. A. A. 654.

„ *Munera, crede mihi, capiunt hominesque*
„ *Deoſque;*
„ *Placatur donis Jupiter ipſe datis.*

„ ſic *rogatis* pro petitionibus Faſt. V. 193. *optatis* pro votis, in Ibide v. 68. ut & noſter „ Lib. II. El. 21. 43. *Pro quibus optatis ſacro* „ *me carmine damno.* Ceterum anno aetatis vigeſimo hanc Elegiam ſcripſiſſe Propertium inde colligo, quia paullo ante ſumtae ſibi togae virilis meminit, quam anno aetatis XVII. indutam Scaliger, Salmaſius, Gruchius, aliique oſtenderunt, & mox addat, *Tertius haud multo minus eſt quum ducitur annus*. ubi *aut multo* Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. Askew. D'Orv. uterque, & in primis edd. ac codd. Colbert. niſi quod *haud* in alterius margine. *cum multo* vitioſe in Borrich. & meo primo. *dicitur* male in Mentel. Voſſ. pr. & quarto, meoque priore. in quo & eodem quarto Voſſ. *vobis verba*. Heinſius autem *verba fuiſſe* correxerat. ut innuat, ſe jam tres annos Cynthiae addictum, ne locutum quidem eſſe cum Lycinna.

9. *Cuncta*

Cuncta tuus ſepelivit amor: nec femina poſt te
Ulla dedit collo dulcia vincla meo.
Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſaeva,

Nycteos

9. *Cuncta tuus ſepelivit amor:*] aliarum, inquit, amores obſcuravit & ex animo delevit meus erga te amor. quod ideo noto ut hic locus vindicet veram lectionem apud Ovid. Rem. Am. 484. de Briſeide, altero Agamemnonis poſt Chryſeïda amore:

Dixit; & hanc habuit ſolatia magna prioris;
Et prior eſt cura cura ſepulta nova.

ubi Heinſius codici ſuo adſcripſerat *repenſa*. licet id in editis ejus notis non legatur. ſed verbi elegantiam illic Patruus meus illuſtravit. & confirmat hic locus illud apud noſtrum Lib. I. El. 17. v. 19.

Illic ſi qua meum ſepeliſſent fata dolorem.

ubi in codd. *peperiſſent*. Ovidius Epiſt. VII. 92.

Et mihi concubitus fama ſepulta foret.

Ariadne Epiſt. X. 76.

Vivimus & non ſum, Theſeu, tua. ſi modo vivis
Femina, perjuri fraude ſepulta viri.

ubi vide notas. idem Lib. I. ex P. Ep. 5. 85. *tunc, cum mea fama ſepulta eſt.* Petronius in Fragmentis p. 675.

Tranſverſoſque rapit fama ſepulta probris.

Catullus Carm. LXVII.

Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus.

patria ſepulta noſtro Lib. I. El. 22. 3.

Si Peruſina tibi patriae ſunt nota ſepultae
Italiae duris funera temporibus.

mox *Illa dedit* in Borrich. & meo primo, in quo etiam *verba* pro *vincla*, ut & in Heinſiano, quod ex praecedenti diſticho male repetitum. *vincla* hoc ſenſu paſſim apud poëtas & proprium ea in re *vinciendi* verbum eſt. Tibullus Lib. I. El. 1. v. 55. *Me retinent vinctum formoſae vincla puellae.* ubi vide Broukhuſ.

11. *Teſtis erit Dirce tam vero crimine ſaeva &c.*] Nova hic in meo ſecundo codice incipit Elegia ſub titulo FABVLA ANTHIOPAE. ut in codd. Colbertinis, eademque his verſibus praefigitur epigraphe in Harlejano Muſei Britannici, in quo legitur, HISTORIA ANTHIOPES. ſimiles codicum MSS. titulos, ſeparatis Elegiis inſcriptos, quando hiſtoriae vel Fabulae inſeruntur, ſupra etiam notavi ad h. L. El. VIII. init. & El. IX. v. 21. *Teſtis eris Dirce*, ſeu Dircae, tertio caſu, adfert Beroaldus, ut Cynthiam teſtem Dircae futuram dicat de veritate ejus atrocitatis in Antiopen. ſed in omnibus tamen codicibus *Teſtis erit Dirce* legi ſubjungit. in primis edd. corrupte *Teſtis erit durae.* forte pro *Dircae.* & *laevae* in primo Leid. ad Voſſ. *ſcaeva* in meo priore. *crimine ſerva* in Excerptis Modii. Guyeto hic aliquid deeſſe videbatur. & Broukhuſius in prima editione vacuum reliquit ſpatium inter hunc & praecedentem verſum, atque in notis ſuſpicatur deſiderari hic aliquot diſticha, licet in MSS ut etiam in meis, omnia uno tenore continuata habeantur. Senſum vero optime expoſuit, Propertium nempe, poſtquam confeſſus eſſet, ſe primitias commercii liberioris libaſſe cum Lycinna, ſed ei vale dixiſſe, poſtquam Cynthiae amorem inbibiſſet, pro Lycinna deprecatorem intercedere, ne ſaevire vellet in eam, pro feminarum more atque ingenio, quae rivales puellas acerbius ulciſcuntur, quod Dirces exemplo demonſtrat, ut paſſim in Heroïdum Epiſtolis hanc earum ſaevitiam in pellices, Deïanirae praeſertim propter Omphalen ab Hercule amatam, & Medeae ob Creüſam ab Jaſone ſibi praelatam, depingit Ovidius. Admiſſa hac loci hujus expoſitione, valde, ut opinor, oportuna, non opus erit jacturam aliquot diſtichorum hic ſtatuere, ſed duorum tantum verſuum, qui circa finem hujus Elegiae occurrunt, tranſpoſitione, haec ita connectere:

Cuncta tuus ſepelivit amor; nec femina poſt te
Ulla dedit collo dulcia vincla meo.
At tu non meritam parcas vexare Lycinnam,
Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.
Teſtis erit Dirce & ſeqq.

idque firmat ſimilis plane locus infra El. XVII. 3. & ſeqq.

Vos ubi contemti rupiſtis frena pudoris,
Neſcitis captae mentis habere modum & ſeqq.
Teſtis, Cretaei faſtus quae paſſa juvenci &c.

Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco.

Ah

Dirce igitur teſtis erit, ſolere vos feminas nullum irae modum ponere, aut pedem referre, ſi ſemel in pellices ruëre incepiſtis. ſive ut de mulierum incontinentia dicit infra El. XVII. 3.

Vos ubi contemti rupiſtis frena pudoris,
Neſcitis captae mentis habere modum.

illic autem amoto iſto diſticho nullus ſententiae erit hiatus, ſed ibidem omnia ſic bene cohaerebunt:

Antiope cognoſce Jovem, tibi gloria Dirce
Ducitur &c.
Prata cruentantur Zethi, victorque canebat
Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures. &c.

nam poſt poenas Dirces, quas propter injuriam Antiopae factam luit, deſcriptas, obteſtatur Cynthiam, ne miſerabili hoc exemplo admonita ac deterrita aures nimium credulas praebeat vago & ſiniſtro de ſuis & Lycinnae amoribus rumori. Sed haec ſcripſeram, quum inſpecta Vulpii editione, vidi eamdem ipſi, ut ſaepe fit, transpoſitionem in mentem veniſſe, ſed de reliquis ſuo loco non poſitis nihil admonuit. quod autem Broukhuſii explicationem de *vero crimine* ſugillet, ei injurius eſt, nam confirmatur ex loco Ovidii III. Triſt. El. 2. 5.

Nec mihi quod luſi vero ſine crimine, prodeſt.

ubi vide notas. ſaepe enim *verum* pro juſto & aequo poni docent exempla a Broukhuſio producta. quibus addantur notae Lambini & Daviſii ad Cic. II. Academ. 6. p. 76. & 77. Ceterum tranſpoſitionem illam adeo certam opinor, ut eam fere in contextum admiſiſſem, quod toties a Scaligero factum, ne admonito quidem lectore. Sed & alii in hac Elegia verſus male collocati videntur, quos ab omnibus, ni fallor, Interpretibus ſecure praeteritos miror. quatuor nimirum illi, qui nunc ſequuntur poſt v. 31. *Ac veluti magnos* &c. uſque ad v. 34. *Sic cadit inflexo* &c. ſine idoneo cum ceteris connexu. Melius cohaerebunt omnia, ſi eos hunc in ordinem redigamus,

Saepe vago Aſopi ſonitu permota fluentis
Credebat dominae pone venire pedes.
Ac veluti, magnos quum ponunt aequora motus,
Eurus in adverſos deſinit ire notos,
Litore ſi tacito ſonitus rareſcit arenae:
Sic cadit inflexo lapſa puella genu.

ſed hic excidiſſe opinor verſus nonnullos, quibus poëta deſcripſerit, quomodo duos filios pepererit Antiope, in ſilva expoſitos, ſed a paſtore inventos & enutritos, ad quos poſtea ſe conferens Antiope, ab iis non agnita, ſed repulſa fuit. quod ſuadet copula ſequentium,

Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollem
Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis.
Sera tamen pietas; natis eſt cognitus error. & ſeqq.

ad haec rite dijudicanda, & ad Elegiae totius intellectum, ſciendum eſt, Antiopen, Nyctei filiam, Lyci Thebanorum Regis uxorem, ab Epopeo vitiatam; a marito ejectam, ducta in uxorem Dirce, quae Lycum tamen clam cum Antiope conſueſcere ſuſpicata, eam carceris tenebris incluſit, & captivam indignis vexavit modis (vid. v. 13—8.) Injuriae impatiens Antiope, catenis ruptis fugit in montem Cythaeronem (vid. v. 23 & ſeqq) & a Jove foecundata Zethum atque Amphiona peperit, e quibus Zethus matrem ignorans fugitivam ſtabulis ſuis non recepit, (v. 30.) ſed cognito errore per ſenem paſtorem, qui gemellos expoſitos clam educaverat, matremque edocti, Lyco interfecto, Dircen indomito tauro vinctam, perque Thebanum agrum tractam necarunt. (vid. v. 35—42.) Haec in gratiam eorum, quibus Mythica non adeo explorata, breviter addidi, quae copioſius tradita ſunt ab Apollodor. Lib. III. Bibl. cap. 5. §. 5. Pauſaniam Lib. II. cap. 6. Hyginum Fab. VII. & Scholiaſten Statii ad Lib. IX. Theb. 423. & Lib. II. Ach. 66. ſed diverſo modo fabulam tradentes. & quam Nyctei filiam illi faciunt, aliis Aſopi filia eſt. vid. Homer. Od. Λ. 259. cujus verſus Pauſanias illic adfert. Hinc duas ſtatuerunt, unam Nycteï, alteram Aſopi filiam, Amphionis & Zethi matrem. vide Scholiaſt. Apoll. Rh. I. 735. & Patrui mei notas ad Ovid. II. Met. 592. ex quo patet ſaepe cum Nyctimene confuſam fuiſſe. adde de fabula ipſa Paſſeratium tam ad h. l. quam ad Lib. I. El. 4. p. 159. & Columnam ad Ennium pag. 292. ubi fragmenta ex Euripidis Antiopa exhibet, quae illuſtravit Barneſius ad Eurip. Fab. Addenda pag. 519. ſed majore eruditionis copia Cel. Valckenarius Diatrib.

Ah quoties pulchros uſſit regina capillos,
Molliaque inmites fixit in ora manus.
Ah quoties famulam penſis oneravit iniquis,
Et caput in dura ponere juſſit humo.

Saepe

trib. ad Fragm. ex Euripid. Antiopa cap. VII. Inter Tragicos Latinos etiam Antiopen ſcripſerat Pacuvius, inter cujus Fragmenta, ex Nonio Marcello & aliunde collecta ab Henr. Stephano in Fragm. Poët. Vet. p. 238. & a G. J. Voſſio inter Vet. Tragicor. Fragm. pag. 49. primum occurrit, *Salvete gemini mea propages ſanguinis*, quae verba Antiopes opinor a filiis agnitae. duo ſequentia continent querelas matris de injuria; quam a Dirce perpeſſa erat. tertium *Nonne hinc vos propere ſtabulis amolimini*, verba ſunt duri Zethi, matrem ignotam, cum paſtore ad eum ſe conferentem, e ſtabulis ſuis abigentis. deinde *Miſerabiliterque increpare dictis ſaevis incipit*, ad Dircen referenda, captivam Antiopen convitiis & minis vexantem. & ad alium Pacuvii ex hoc dramate locum reſpicit Perſius Sat. I. v. 78. *Antiopa aerumnis cor luctificabile fulta*, ubi irridet verſum Pacuvii, in quo Antiopam *cor luctificabile aerumnis fultam* dixerat, ut metaphoram duram *aerumnis fultam*, pro, undique cinctam & oppreſſam & *cor luctificabile* ſugillaret. vide illic Caſaubonum. Haec opinor lucem aliquam Elegiae huic Propertianae, & emendationibus, quibus loca nonnulla adfecta indigent, proponendis adferent.

11. *Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco*] vitioſe *Dycteos* in Neap. & *aut iopen* in primo Leid. de *Antiope Nycteïde* vide ad Lib. I. El. 4. 5. *accubuiſſe Jovi* in Vaticano quinto, Leid. ſec. Voſſ. tert. & Askewiano. quod in ſuis etiam codicibus invenit & probavit Beroaldus. ut reſpexerit ad Antiopes & Jovis amores. ſed referendum potius videtur ad vindictam Dirces, quae Antiopen cum viro ſuo Lyco clandeſtinum commercium habere ſuſpicata, atrociter in eam ſaeviit.

13. *Ah quoties pulchros uſſit regina capillos*] totum hoc diſtichon omiſſum eſt in editione Graevii nomen prae ſe ferente. primus codex Regius ex duobus unum facit diſtichon,

Ah quoties pulchros &c.
Et caput in dura &c.

pro *uſſit* in ſecundo Leidenſi, Askew. & unius Colbertini margine *traxit*. ut in ſecunda Aldi, Gryphii, & Wechel. ed. ſed *uſſit* legitur in Groning. primo Vatic. Neap. ſec. Palat. & Commel. apud Gebhardum, ed. Veneta 1475. Reg. Lep. prima Aldi, Juntina, Colin. Rovill. Canteri, aliiſque. & huic lectioni favent codices & edd. veteres, in quibus *juſſit*, ut Regius alter Voſſ. quartus, Heinſianus, unus Gebhardi Palatinus, meus primus, ed. Veneta 1487. & Volſci, Heinſius conjecerat *carpſit*, *ſecuit*, *vellit*, vel *vulſit*, ut El. XXIII. 33. *Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos. vulſit* quoque Rob. Titius. ſed quem caſtigavit Scaliger, ſub Yvonis Villiomari nomine, pag. 22. & 23. cui tamen oblatravit in Aſſertionibus Lib. I. cap. 16. altero verſu *inmittens* in Neap. Borrich. duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meo priore, & Palatinis Gebhardi. *finxit* in Commel. Groning. & D'Orv. ſec. indicat id, quod de irata Cynthia, Propertium cum Phyllide ac Teïa deprehendente, Lib. IV. El. 8. 57. *Phyllidos iratos in vultum conjicit ungues.* ubi *ignes* in aliis edd.

15. *famulam penſis oneravit iniquis*] *impenſis* male in Mentel. primo Leid. & meo ſecundo. quod ex ultima praecedenti vocis litera *m* profluxit. Dircen enim, ut dominam, Antiopae penſa in lanificio graviora quam ceteris ancillis quaſillariis dediſſe innuit. ut Lib. IV. El. 7. 37.

Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.

idque a Theſeo deprecatur Ariadne apud Ovid. Epiſt. X. 90.

Tantum ne religer dura captiva catena,
Neve traham ſerva grandia penſa manu.

ſolebant enim herae ancillis, quas duriter habebant, penſa iniquo & majori pondere partiri. id *famulas velleribus fatigare* vocat Valer. Fl. II. 138. quam lectionem recte Zinzerlingus & alii defendunt pro *litoribus*, nam ſequitur *longo mulcens inſomnia penſo*. & hoc praetuliſſe videtur Gebhardus ad h. l. qui plura notavit de penſis

 lanae-

Saepe illam inmundis paſſa eſt habitare tenebris,
Vilem jejunae ſaepe negavit aquam.
Jupiter Antiopae nuſquam ſuccurris habenti
Tot mala? corrumpit dura catena manus.
Si Deus es, tibi turpe tuam ſervare puellam?
Invocet Antiope quem niſi vincta Jovem?

Sola

lanae ab hera adtributis. hinc *longa ſtamina* & *gravia penſa* jungit Tibullus Lib. I. El. 3. 86.

Deducat plena ſtamina longa colo.
Ac circa gravibus penſis adfixa puella
Paullatim ſomno feſſa remittat opus.

17. *Saepe illam inmundis paſſa eſt habitare tenebris*] de foedo & tenebris horrido carcere exponunt. ſed *latebris* conjecerat Heinſius ad marginem ed. Ald. vel *cavernis* in notis ad Propert. p. 730. quod contumeliam auget, idemque ſignificat quod Lib. II. El. 18. 66.

Cernere uti poſſis vultum cuſtodis avari,
Captus & inmunda ſaepe latere caſa.

ubi notata vide. idem *cubitare* pro *habitare* correxerat. ut *cavernulam incubare* apud Apulejum Lib. VII. Met. in cod. Florentino legi teſtatur Pricaeus in notis pag. 352. ſed codices nihil mutant.

19 *Jupiter Antiopae nuſquam ſuccurris habenti*
Tot mala? corrumpit dura catena manus]

corrupte *ſecurus* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *amanti* in Excerptis Scalig. Heinſius locum ſic conſtituebat,

Jupiter Antiopae nuſquam ſuccurris egenti?
Corrumpit teneras dura catena manus.

nimia certe emendandi libertate. *habenti tot mala* minime ſollicitandum eſt, ut monuit etiam Broukhuſius. & recte Marklandus in libri ſui margine „ exponit pro *patienti tot mala*, Graecorum „ more, quibus ἔχειν pro πάσχειν frequens. ut „ πόνον ἔχειν Luciano in Hermotimo (Tom. I. „ p. 741. ed. noviſſ.) quod mox vocat πόνους „ ἀνέχεσθαι (pag. 746.) Sophocles Philoct. (v. „ 187.) ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων. hinc eſt quod „ Ariſtophanes dixit Οἷον πέπονθας ἀγαθὸν εἰς τὰ „ πράγματα in Equit v. 187. pro Οἷον ἔχεις. ſic „ noſter infra hac Eleg. v. 40. *in multis mortem* „ *habitura locis*. & Lib. IV. El. ult. v. 13. „ *Num minus inmites habui Cornelia Parcas.* *corrupit* in Askewiano.

21. *Si Deus es, tibi turpe tuam ſervare puellam?*] *Si Deus eſt* in cod. Fruter. primo D'Orvill. meo utroque. & primis edd. *tibi* deeſt in Voſſ. pr. *turpe tibi* Askew. *ibi turpe* Voſſ. tert. *ſervare puellam* ex Borrichiano, Groning. & Commeliniano Gebhardi edidit Broukhuſius, probante Patruo meo ad Valer. Fl. VII. 387. ubi ſimili varietate pro vulgata,

——— *nec turpe viro ſervire precanti?*

ſimili oppoſitione: praefert, *nec turpe virum ſervare precantem.* dubitatque, an *ſervire alicui* pro conſulere alicujus vitae ac ſaluti, ſatis Latinum ſit, quod notat etiam Cellarius in Anti-Barb. pag. 215. quamquam tamen *ſervire alterius commodis* dixerit Terentius Hecyr. III. 5. 45. & in Prolog. Heaut. v. 50. & eo ſenſu apud noſtrum Lib. IV. El. 1. 60.

Sed tamen exiguo quodcumque e pectore rivi
Fluxerit, hoc patriae ſerviat omne meae.

ubi vide Paſſeratium p. 559. *ſervare* igitur Broukhuſius & Patruus meus hic praeferunt, & ſimilibus exemplis confirmant, quibus adde illud Ovidii Lib II. Am. 19. 47.

——— *niſi tu ſervare puellam*
Incipis, incipiet deſinere eſſe mea.

Epiſt. XXI. 58.

Me precor, ut ſerves, perdere velle velis.

ubi legendum videtur, *perdere poſſe.* ut Epiſt. XII. 75.

Perdere poſſe ſat eſt. ſi quem juvet ipſa poteſtas,
Sed tibi ſervatus gloria major ero.

apud Tibullum Lib. I. El. 2. v. ult. *nec te poſſe carere velim.* fragmentum vero Medeae Naſonianae

Sola tamen, quaecumque aderant in corpore vires,
Regales manicas rupit utraque manu.
Inde Cithaeronis timido pede currit in arces.
Nox erat, & ſparſo triſte cubile gelu.
Saepe vago Aſopi ſonitu permota fluentis
Credebat dominae pone venire pedes.

Et

nae apud Quinctilian. Lib. X. cap. 1. *Servare potui, perdere an poſſim rogas*, adumbratum videtur è verſu ex Pacuvii Armorum Judicio apud Sueton. Caeſ. cap. 84.

Men' me ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent.

vel ex Euripidis Iphigen. in Tauris v. 975.

Εἰ μή με σώσει Φοῖβος, ὅς μ' ἀπώλεσεν.

vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 149. Hoc tamen in loco amplector potius aliorum codicum & editionum veterum lectionem, *tibi turpe tuam ſervire puellam.* ſine interrogationis nota. ita enim in duobus Leidenſ. Voſſ. primo ac tertio, meoque ſecundo, primis Venetis, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Mureti, Aldina utraque, Juntina, Colinei, Gryphii, Rovilliana, & reliquis. & hoc praeferebat Cel. Valckenarius ad Euripid. Fragm. Antiop. pag. 65. ea autem lectione probata *ſervire* ſimpliciter capiendum, pro captivam, vinculis addictam, (nam *vincta* ſequitur) & Dirces ancillam quaſillariam eſſe, ut paullo ante v. 15. quod certe Jovi turpe erat, ſi Antiopae a ſe amatae non ſuccurreret. ſic *Hercules Omphalae ſerviiſſe* dicitur Terentio Eun. V. 8. 3. & *ſervire puellae* Ovidio Epiſt. XX. 90.

Ipſa tibi dices, ubi videris omnia ferre,
Tam bene qui ſervit, ſerviat ille mihi.

& Lib. II. Am. 17. 1.

Si quis erit, qui turpe putet ſervire puellae.

ſeq. verſu *Advocet* in ſec. D'Orvill. *Invocat* in primo. & *victa* in Neapol. Regiis, Borrich. Gronig. primo & quarto Voſſ. uno Leid. utroque D'Orv. meo ſecundo. & primis edd. *victa* in meo priore. *vita* in Leid. pr. & Mentel.

24. *rupit utraque manu*] vid. ad h. L. El. 2. 36.

25. *Inde Cythaeronis timido pede currit in arces*] *Unde* Borrich. *tumido pede* in ſecundo D'Orvill. ſed *timido* ſatis vindicant ſequentia *ſonitu permota*, & *Credebat dominae pone venire pedes.*

26. *Nox erat, & ſparſo triſte cubile gelu*] haec conſtans codicum ſcriptura eſt. *parſo* in Groning. ut in Poſthiano, qui idem codex eſt, invenit Palmerius, unde ille *paſſo* legebat abſurda conjectura. vide Gebhardum. innuit terram gelu conſtrictam & duram, in qua dormire cogebatur. unde ſupra v. 16. *Et caput in dura ponere juſſit humo.* ſic *cubile* eo ſenſu Lib. II. El. 20. 34. *Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.* ſatis libere hunc verſum imitatus eſt Broukhuſius in Juvenilibus pag. 427. Poëm.

Nam mihi vicinam dum ſpecto ex aggere Woerdam,
Nox erat, & primo ſparſa pruina gelu.

27. *Saepe vago Aſopi ſonitu permota fluentis*
Credebat dominae pone venire pedes.]

Eſopi vel *Aeſopi* librariorum incuria eſt in Neap. Borrich. Askew. primo Leid. Voſſ. & D'Orv. pari fere ſcripturae errore corruptum fluminis hujus *Aſopi* pro *Aeſepi* nomen optime Antimachi verſibus apud Harpocration. in Ἀδράστεια reſtituit Mauſſacus. & Euripidis Supplicibus v. 1150. reddidit Toupius Emend. ad Suidam P. II. p. 189. de Aſopo vid. Scholiaſt Apollon. Rh. I. 117. Rittershuſ. ad Oppian. Cyneg. v. 25. & de aliis ejuſdem nominis fluminibus Spanhem. ad Callim. Hymn. in Del. v. 78. de prima autem vocis ſyllaba producta, non brevi, notas ad Ovid. VII. Met. 616. dein *pene venire pedes* in Heinſiano & meo utroque. ſed *pone* ſignificat, timuiſſe Antiopen dominam Dircen ſibi a tergo inſtare. ut Hero apud Ovid. Epiſt. XIX. 54.

Auribus interdum voces captamus, & omnem
Adventus ſtrepitum credimus eſſe tui.

Ti-

Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollem
  Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis.
Ac veluti magnos quum ponunt aequora motus,
  Eurus in adverſos deſinit ire notos,
Litore ſi tacito ſonitus rareſcit arenae:
  Sic cadit inflexo lapſa puella genu.
Sera tamen pietas, natis eſt cognitus error.
  Digne Jovis natos qui tueare ſenex.

Tu

Tibullus Lib I. El. 7. 68.

Haec foribuſque manet noctu me adfixa, proculque
Cognoſcit ſtrepitus me veniente pedum.

ita paſſim quemcumque ſtrepitum vel in boni ominis ſignum, vel in metu hoſtili, credebant indicium eſſe adventantis illius, quem adfuturum ſperabant vel timebant. vide quae notavi ad Lotichium pag. 61.

29. *Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollem*
Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis]

Heu durum Guyetus. *Nec durum* Heinſius, quod contra auctoris, & fabulae mentem eſt, nam revera *durum* ſeu *trucem*, ut vocat Seneca Herc. Fur. 916. Zethum experta eſt Antiope cum paſtore, a quo educata erat, ad eum ſe conferens, ſed a ſtabulis ejus abacta, quia matrem eſſe non agnoſcebat, unde ſupra huc retuli fragmentum ex Pacuvii Antiopa, *Nonne hinc vos propere ſtabulis amolimini.* corrupte *durum lethum* in primo Voſſ. *Zetem* in v. c. Perreji, & ſecundo Vaticano. *et* deeſt D'Orvill. ſec. *at lacrimis* Marklandus. *lacrimans* Guyetus. quod non diſplicet, Antiope nimirum, lacrimis admitti precata. *durum* enim Zethum & *mollem* Amphiona opponit, propter ingenii utriuſque diverſitatem. neque opus eſt *lacrimis mollem* Amphiona dici, licet de eo, qui facile aliorum calamitati illacrimatur, exponat Paſſeratius. *tabulis* praeterea, ex concurſu literarum *ſt* in praeced. vocula *eſt*, male in Neap. Borrich. Groning. Askew. Voſſ. prim. & quarto, priore D'Orv. meo utroque & primis edd. & ſic in Colbertinis, ſed in alterius margine *ſtabulis.*

31. *Ac veluti magnos quum ponunt aequora motus*] *fluctus* in Vaticano quinto Borrich. Groning. Askew. Voſſ. tertio, & D'Orvill. ſec. in quo etiam *conponunt aequora fluctus.* ut in illo Virgilii *motos praeſtat conponere fluctus.* ſequentem verſum Patruus meus conparavit cum illis Lucani Lib. II. 459.

—— tumidis inmittat fluctibus Eurum,
Quamvis icta novo, ventum tenuere priorem
Aequora, nubiferoque polus quum ceſſerit Euro,
Vindicat unda Notum.

33. *Litore ſi tacito ſonitus rareſcit arenae*] *ſic tacito* in Regiis, Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & vetuſtis edd. tamquam ad *veluti* v. 31. referendum eſſet. *ſit* Mentel. *ſi tacito* correxit Scaliger, quod eſt in Groningano. *quum tacito* in v. c. Perreji, primo & ſec. Vatic. *cum* in Colot. tert. & quart. Vatic. *Litore ſedato* conjecerat Heinſius. ſeq. verſ. *Hic cadit* in Heinſiano, & meo priore. *Si* in meo altero. tum *laſſa* in Groning. Voſſ. tert. & quarto Commeliniano, & meo primo. *Ut cadit inflexo laxa* Askew. ut in Palatino Gebhardi. ſic *lapſa* & *laſſa* paſſim conmutantur. vide ad Lib. IV. El. 4. 62.

35. *Sera tamen pietas, natis eſt cognitus error*] *Vera* Borrich. *Sola tamen p. natis et* Askew. *et* etiam in D'Orv. ſec. ut Guyetus & Heinſius. *cognitus ordo* in Groning. Leid. ſec. Voſſ. tert. & meo ſec. ſed *error.* in utriuſque marg. *ordo* probatur a Gebhardo, qui ſeriem totius rei geſtae exponit. ſed alterum recte tuetur Broukhuſius. *ſenes* in Heinſiano & meo priore.

37. *Tu*

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bovis.
Antiope cognoſce Jovem: tibi gloria Dirce
Ducitur, in multis mortem habitura locis.
Prata cruentantur Zethi, victorque canebat
Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.
At tu non meritam parcas vexare Lycinnam.
Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Te ſolam & lignis funeris uſtus amem.

ELEG.

37. *Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bovis.*]

pueros matri Leid. ſec. Voſſ. quart. Askew. D'Orvill. uterque, & ſuperſcript. in Voſſ. tert. *puerisque trahendam* Voſſ. quart. *Vexerunt* in uno Regio, Neap. & primis edd. tauro alligatam Dircen ex Apollodoro recte notavit Barth. ad Stat. III. Th. 204. & ſic Hyginus fab. 7 & 8. *juvencum* vocat Seneca Phoeniſſ. 20. ut veriſſime correxit Gronovius. de hoc Dirces fato vide Titium & Barth. ad Nemeſian. Cyn. v. 20.

40. *in multis mortem habitura* [*locis*] *obitura* Heinſius. ſed recte Paſſeratius exponit de lacero Dirces corpore multis locis ſparſo. ut de Abſyrto a Medea diſſecto, & in viis per fruſta ſparſo Ovidius III. Triſt. El. 9. 28.

—— divulſaque membra per agros
Diſſipat, in multis invenienda locis.

41 *Prata cruentantur Zethi, victorque canebat Paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua*]

Parca in primo Voſſ. Heinſiano, & meo priore. *Parca cruentatur* vitioſe in Mentel. primo Leid. & Borrich. *cruentatur* etiam in Voſſ. quarto, primo D'Orv. & meo. *Parta* in Regiis, Colbertinis; utroque D'Orvill. & meo ſec. *Parta cruentabat Zetus* in quinto Vatic. *porta* Voſſ. quart. *laeti* corrupte in primo & quarto Voſſ. Livinejus aliter diſtinguens legebat. *Prata cruentantur, Zethi victorque canebat* &c. Beroaldus *Zetho*, pro a Zetho. ſed *Zethi prata* exponit Paſſeratius, in quibus armenta ſua paſcere ſolebat ad montem Cythaerona, ubi tracta fuit Dirce, duri praeſertim Zethi juſſu, dum interim Amphion cytharoedus in Actaeo Aracyntho laetum paeana canebat. ut altero verſu indicatur, quem illluſtrant notata ab Urſino & Valente Guellio ad Virg. Ecl. II. 24. cujus loco & huic Propertiano egregiam prae ceteris lucem contulit Palmerius Grentemeſnilius, ad quem Broukhuſius lectorem remittit.

43. *parcas vexare Lycinnam*] *procax* in altero Regio.

44. *Neſcit veſtra ruens ira referre pedem*] *ire* male in Neap. *furens* conjiciebat Heinſius. ſed *ruens ira* eſt, quae omnem vim ſuam exercet. Horatius Lib. I od. 19. 9. *In me tota ruens Venus*, & Lib. III. od. 4. 57.

Quid contra ſonantem Palladis aegida poſſint ruentes.

vid. Cel. Valckenar. ad Euripid. Hippol. pag. 214. & de locutione *referre pedem* Jureti notas ad Symmach. p. 195.

45. *Fabula nulla tuas de nobis concitet aures*] *concinet* Voſſ. quart. *conciet* in meo ſec. *iras* conjecerat Marklandus. ut Virg. II. Aen. 594. *quis indomitas tantus dolor excitat iras.* Lib. IX. 694 *inmani concitus ira Dardaniam ruit ad portam.* & Lib. X. 263. *ſpes addita ſuſcitat iras.* ſed retineo vulgatam, non tantum, quia *ira* in praeced. verſu, ſed quia illam omnes codices confirmant, niſi quod *artes* in primo Leid. ut Lib. I. El. 1. 17.

In me tardus Amor non ullas cogitat artes.

Nnnn hoc

ELEG. XIV.

Nox media, & dominae mihi venit epiſtola noſtrae:
  Tibure me nulla juſſit adeſſe mora.
Candida qua geminas oſtendunt culmina turres,
  Et cadit in patulos Nympha Aniena lacus.

Quid

hoc autem loco *aures* optime ſe habent. & ſenſus eſt, ne aures tuas facile praebeas ſiniſtris aliorum ſermonibus. Lib. II. El. 16 13.

De te quodcumque ad ſurdas mihi dicitur aures.

& El. 23. 73.

Nuper enim de te noſtras me laedit ad aures
Rumor, & in tota non bonus urbe fuit.

ſeu *noſtras pervenit ad aures*, ut praeferendum eſſe illic notavi.

46. *Te ſolam & lignis funeris uſtus amem*] *Solam & te lignis funeris uſtus* Guyeto placebat. ſed non opus eſt, ſi ita diſtinguatur, ut edidi.

Eleg. XIV. v. 2. *Tibure me nulla juſſit adeſſe mora*] ſic ex binis ſuis MSS. edidit Broukhuſius. quod a Menteliano, Heinſiano, & meo primo firmatur. ſed in reliquis omnibus MSS. & edd. vetuſtis *miſſa*, quibus etiam adſtipulantur Leid. ſec. tres Voſſiani, Askew. uterque D'Orvill. & meus ſecundus. *nulla* etiam *mora* in locis Virg. Ovidii, ac Terentii, quos adfert Broukhuſius, alio ſenſu dicitur, ut & Lib. III. ex P. Ep. 4. 96 *nullas dant tibi bella moras.* & alibi. ſed *miſſa mora* hic ponitur pro omiſſa, ut *mitte moras* poëtis non raro dicitur, &, *mitte hanc de pectore curam* Aen. VI. v. 85. ſaepius enim *mittere* pro *omittere* apud veteres. vide Paſſeratium. unde recte agunt qui apud Horat. Lib. III. od. 29. 11. legunt,

O mitte mirari beatae
Fumum & opes ſtrepitumque Romae.

non, ut vulgo adverſus metrum editur, *Omitte.* primo verſu Heinſius, *en dominae.* ſed praeterea etiam forte legendum & diſtinguendum,

Nox media: en dominae mihi venit epiſtola noſtrae
Tibure, quae miſſa juſſit adeſſe mora.

Cynthiae epiſtola *venit Tibure*, ubi illa tunc degebat. *venire* autem epiſtola dicitur de ſubito ejus adventu. ut apud Statium Lib. IV. Sylv. 8. 36.

Protinus ingenti non venit nuntia curſu
Litera.

ubi vide Barth. & notas ad Ovid. Epiſt. XV. 4.

4. *Et cadit in patulos Nympha Aniena lacus*] *lympha* male in Groning. Askew. D'Orvill. ſec. & reliquis codd. & edd. Aldinis, Juntina, Mureti, Colinaei, Gryphii, Scaligeri aliiſque. ſed *nympha.* in uno Regio & altero Colbertino (nam primus hic deſinit Colbertinus) & in primis edd. Venetis, Reg. Lep. & Volſci, ut legendum, quia id figuratius & recte tam hic praetulit Broukhuſius, quam ſupra Lib. II. El. 23. 49.

Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe.

ubi male etiam *lymphis* eſt in aliis. idque in hoc Propertii loco, ut poëtis magis uſitatum, prolata inſigni exemplorum copia, probarunt N. Heinſius ad Ovid. Epiſt. V. 31. & Bentlejus ad Horat. Lib. III. od. 13. 15. & ſic in multis codd. infra El. 21. 26. *Potaque Pollucis nympha ſalubris equo.* ubi in aliis *lympha.* vitioſe *amoena* in Groning. pro *Aniena.* & corrupte in meo ſecundo *Cadent in patulos.* *cadere nympha* hic dicitur, ut *nymphas cadentes* pro *canentes* legit Cl. Schraderus apud Auctorem Elegiae in Obit. Mae-

Quid faciam? obductis committam mene tenebris?
  Ut timeam audaces in mea membra manus.
At ſi haec diſtulero noſtro mandata timore,
  Nocturno fletus ſaevior hoſte mihi.
Peccaram ſemel, & totum ſum pulſus in annum.
  In me manſuetas non habet illa manus.

Nec

Maecen. v. 33. Tom. I. Anth. Lat. pag. 259.

Maluit umbroſam quercum, Nymphaſque cadentes,
  Paucaque pomoſi jugera certa ſoli.

apud noſtrum Lib. II. El. 23. 48.

Flumina ſuſpenſo quaeque Anione cadunt.

ut pro *ſopito Marone* emendaſſe Marklandum, illic notavi. ſic apud Florum Lib. II. cap. 7. §. 10. *amnem per abrupta cadentem* legit Graevius, pro *vadentem.* Seneca de Brev. vitae cap. 9. *velut ex torrente, rapido, nec ſemper caſuro.* quod male ſollicitat Lipſius, & *curſuro* perperam Latin. Latinius. deinde *ſpecus* hic praeferebat Heinſius ad d. l. Ovidii, & in notis Propertianis p. 730. pro *lacus.* ut in loco Frontini de Aquaeduct. Lib. I. pag. 227. ed. Keuchen. *ubi inter amnem & ſpecum conſiſteret & liqueretur aqua.* quae corrupta ſic emendabat, *ubi in terreno ſpecu*, vel, *in ſubterraneo ſpecu.* idem Frontinus Lib. II. pag. 246. *Inperitia vero aquariorum, deducentium eum* (Anionem) *in alienos ſpecus, frequentius quam explemento opus erat.* ſed & *lacus* bene ſe habent, ut per *lacus* intelligantur receptacula aquarum ad uſum hominum & beſtiarum, in quae nympha Aniena cadebat. idem Frontinus de Anione pag. 247. *Anionis quoque novi vitia exſcindi poſſe vidit. Omiſſo enim flumine repeti ex lacu, qui eſt ſuper villam Neronianam Sublacenſem, ubi limpidiſſima eſt, juſſit.*

5. *Quid faciam? obductis committam mene tenebris?*
  Ut timeam audaces in mea membra manus]

abductis Mentel. & pr. Leid. *objectis* Heinſius. mox *Et timeam* Guyetus. cum vel *Qui timeam* Heinſius, vel *Nec.* forte legendum,

An timeam audaces in mea fata manus?

idque ex imitatione Ovidii, qui haec ante oculos habuiſſe videtur Lib. I. Am. 6. 9. loco adpoſito:

At quondam noctem, ſimulacraque vana timebam:
  Mirabar, tenebris ſi quis iturus erat.
Riſit, ut audirem, tenera cum Matre Cupido,
  Et leviter, fies tu quoque fortis, ait.
Nec mora, venit Amor, non umbras nocte volantes,
  Non timeo ſtrictas in mea fata manus.

illa enim ex hoc Propertii loca adumbrata eſſe ibidem notavit Patruus meus, & *audaces manus* de latronibus exponit in curis ſecundis ad Petron. cap. 21. & *Aut timeam* hic legit. haeret enim Propertius, an noctis tenebris ſe committat, aut domi ſe contineat prae timore graſſatorum & ſicariorum.

8. *Nocturno fletus ſaevior hoſte mihi*] *ſcaevior* in Heinſiano & meo priore.

9. *Peccaram ſemel, & totum ſum pulſus in annum*] *Peccarim* Guyetus. *peccarem* in nonnullis edd. & *tum ſum* in Askewiano. more ſcribendi *tum* pro *totum. paſſus* in uno Regio, Mentel. & pr. Leid. *portus* Neapol. deinde *non habet ulla* male in meo ſecundo. *totum annum* hic cape de longo tempore, quo ſenſu *annus* & *annuus* ſaepe occurrunt. Tibullus Lib. II. El. 5. 109. *jaceo cum ſaucius annum.* quod recte Cl. Heynius confert cum loco noſtri Lib. I. El. 1. 7.

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno.

Virg. Ecl. VII. v. 43.

Si mihi non haec lux toto jam longior anno eſt,

& *nox annua*, pro anni inſtar longa, non obvia valde loquendi ratione, Ovidio Epiſt. XI. 29.

Nec ſomni faciles, & nox erat annua nobis.

Leander Epiſt. XVIII. 25.

Septima nox agitur, ſpatium mihi longius anno.

Nec tamen eſt quiſquam, ſacros qui laedat amantes.
Scironis medias his licet ire vias.
Quiſquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nemo adeo, ut noceat, barbarus eſſe volet.
Luna miniſtrat equis, demonſtrant aſtra ſalebras:
Ipſe

vide Vlitium ad Gratii Cyneg. v. 399. & quae notavi ad Lotich. pag. 510. ſimile huic loco eſt illud Ovidii, ubi ſe quoque in Corinnam peccaſſe, idque multorum dierum abſentia luiſſe dicit Lib. II. A. A. 169.

Me memini iratum dominae turbaſſe capillos.
Hei mihi quam multos abſtulit ira dies.

12. *Scironis medias his licet ire vias*] ita ex emendatione Heinſiana edidit Broukhuſius. nam in pleriſque antea codd. & edd. antiquis legebatur, *media ſi licet ire via.* & ſic in Groning. duobus Leidd. Voſſ. tertio, & meo ſecundo. ſed *vias ire* aeque rectum ac *via.* vide ad Lib. I. El. 1. v. 18. & Lib. II. 19. 50. ſic *ambulare vias* Ovidio vindicavit Heinſius, Lib. I. Faſt. v. 122. *media ſcilicet ire via* in Neapolitano, Askew. primo & quarto Voſſ. & binis D'Orvill. *ſic licet* v. c. Perreji prim. & ſec. Vatic. *ſim licet ipſe* in codice Heinſii, qui ipſe legebat, *media, ſi libet, ite via.* ut amatores adloquatur. de *Scirone latrone* vide ad Ovid. Epiſt. II. 69. VII. 444. & Salvagn. ad Ibin. 410. petras Scironias intelligit Beroaldus. de quibus vide Steph. Byzant. in Σκίρ☉. & Scholiaſt. ac Barneſ. ad Euripid. Hippolyt. 979.

13. *Quiſquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris*] confer Tibullum Lib. I. El. 2. v. 27. & ſeqq.

Quiſquis amore tenetur, eat tutuſque ſacerque
Qua libet, inſidias non timuiſſe decet.
Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis;
Non mihi, quum multa decidit imber aqua.
Non labor hic laedit, reſeret modo Delia poſtes.
Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.

in cujus loci ultimis verſibus falli Interpretes, qui de ſigno nocturno per digitorum concrepationem, intelligunt, ad quam Delia fores amatori reſerare ſe velle oſtendat, notat Kuſterus ad Ariſtoph. Eccleſ. v. 36. & de ſigno, quo amatores ſolebant fores puellarum, ad quas admitti cupiebant, digitis leviter ſcalpere, exponit. quod tamen valde dubito, an Broukhuſianae explicationi praeferendum ſit, propter *digiti ſonum*; nam digitis ſonitum quemdam edentibus ſignum ſui adventus clandeſtinum ante fores dabant.

14. *Nemo adeo, ut noceat, barbarus eſſe volet*] *deo ut noceat* Borrich. Heinſian. Askew. Leid. ſec. tres Voſſiani, duo D'Orvill. & meus uterque. *Deo*, Amori nempe, quod probatum fuit viris doctis. Amorem enim clypeum certum & inviolabilem ſtatuebant, unde mox. Amor faces in tenebris praebere dicitur. vide D'Orvill. ad Chariton. pag. 89. & ſic legebat Hadr. Relandus. ſimili ſcripturae varietate *adeo* & *deo* in aliis quoque auctorum veterum locis confuſa fuiſſe patet ex Miſcell. Obſerv. Vol. IV. T. I. pag. 62. paſſim autem apud veteres contra Deos arma ferre, iiſque ſe opponere, nefas & ἀδύνατον, occurrit. Tibullus Lib. I. El. 7. 30. *Juſſit Amor; contra quis ferat arma Deos?* Juſtinus Lib. II. cap. 12. *ut intelligerent, quam nullae eſſent hominum adverſus Deos vires.* Megaera apud Claudian. I. in Rufin 86.

Signa quidem, o ſociae, Divos adtollere contra
Nec fas eſt, nec poſſe reor.

hoc tamen in loco vulgatam praeferre jubet verborum ſtructura, *nemo adeo barbarus volet eſſe ut noceat*, amatori nempe, iter facienti. *barbarus eſſe valet* in ſec. D'Orvill.

15. *Luna miniſtrat equis*] ſic ex uno cod. Regio edidit Broukhuſius, firmatque è noſtri loco Lib. II. El. 18. 35. *Adſpice uti coelo modo Sol, modo Luna miniſtret.* eadem quidem conſtructione apud Statium VII. Theb. 752. *Ipſe ſedens telis pariterque miniſtrat habenis.* ubi vide Barthium. & in Epigr. vet. Tom. II. Anth. Lat. Lib. III. Epigr. 114. *cineri thura miniſtrat Amor.* ſed in ceteris omnibus codd. & edd. antiquis, *Luna miniſtrat iter.* quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſ. Askew. uterque D'Orvill. & mei; & quidquid eſt priſcarum edd. nec aliter adfert Neſtor in Vocabul. p. 455. b. pari loquendi modo, quo Lib. IV. El. 6. 4. *Et Cyrenaeas*

Ipſe Amor accenſas praecutit ante faces.
Saeva canum rabies morſus avertit hiantes.
Huic generi quovis tempore tuta via eſt.
Sanguine tam parvo quis enim ſpargatur amantis
Inprobus? excluſis fit comes ipſa Venus.
Quod ſi certa meos ſequerentur funera caſus,
Talis mors pretio vel ſit emenda mihi.

Adſe-

renaeas urna miniſtret aquas. eodem colore Leander apud Ovid. Epiſt. XVIII. 59.

Luna mihi tremulum lumen praebebat eunti,
Ut comes in noſtras officioſa vias.

16. *Ipſe Amor accenſas praecutit ante faces*] *excutit* in quinto Vaticano. *perculit*, ut volebat Paſſeratius, recte damnavit Broukhuſius. *percutit* in plurimis codd. & duobus Leidd. tribus Voſſ. Askew. binis D'Orvill. & meis, cum primis ceteriſque priſcis edd. quod *concutere* eſt Senecae Oedipo v. 500. *Concutit taedas geminus Cupido.* & ſic hoc in loco conjecerat Francius. ſed adſentior etiam N. Heinſio *praecutit* legenti. quod & Guyetus volebat, & Marklandus, ut Cupido fingatur ſubire miniſterium illius, qui facem in tenebris praefert. ut in Epigrammate Valerii Aeditui,

Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opu' nobis:
Ibimus: hoc lucet pectore flamma ſatis.

vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 670. & 671. & ad Tom. II. pag. 139. & confer Moſchi Idyll. VIII.

Ἕσπερε, τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας &c.
Χαῖρε φίλος. καί μοι ποτὶ ποίμνια κῶμον ἄγοντι
Ἀντὶ σελαναίας τὺ δίδου φάος. &c.
Ἀλλ' ἐράω. καλὸν δὲ τ' ἐρασαμένῳ συνερᾶσθαι.

quae hic imitatus videtur Propertius. ſic *praelucere* pro faces praeferre in loco Statii Lib. I. Sylv. 2. 89. *cui ſaepe natanti praeluxi.* ubi in ed. Lindenbr. *Praeluſi*, ſed alterum recte vindicat Patruus meus in notis ad Sueton. Aug. cap. 29. ubi *praelucere* de famulo lumina gerente.

17. *Saeva canum rabies morſus avertit hiantes*] *Scaeva* in Heinſiano & meo priore. *advertit* D'Orvill. ſec. *avertat* in meo altero. in quo *hiantis*, ut in Mentel. & primo D'Orv. *eunti* conjecerat Marklandus. de canibus in via occurrentibus poteſt capi, vel, quod malim, de canibus ad limina puellarum cuſtodiae cauſſa excubantibus. infra Lib. IV. El. 5. 71.

Et canis in noſtros nimis experrecta dolores,
Quum fallenda meo pollice clauſtra forent.

vide quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. p. 293. dein *quo vis* disjuncta voce in meo ſecundo, *cuivis* in Voſſ. tertio. amantium generi quovis tempore tutam eſſe viam innuit. vitioſe autem *data via eſt* in Borrich. Voſſ. pr. & quarto, Heinſiano, Askew. primo D'Orvill. & meo. ſeq. verſu *quid enim* Askew. tum *ſit comes* in Mentel. primo Leid. & meo a man. pr. *expulſis* etiam legi poſſet pro *excluſis*, ut ſupra v. 9. *totum ſum pulſus in annum.* ſed vide ad Lib. I. El. 5. 20.

21. *Quod ſi certa meos ſequerentur funera caſus,*
Talis mors pretio vel ſit emenda mihi.]

Quid ſi malim cum Heinſio. ut ſaepe aliis in locis haec commutata ſunt. quod patet ex plurimis exemplis, quae dedi ad T. II. Anth. Lat. p. 271. & ſupra ad Lib. I. El. 5. v. 25. & ſic forte legendum eadem Eleg. v. 9.

Quid ſi forte tuis non eſt contraria votis?
At tibi curarum millia quanta dabit.

in hujus vero formulae uſu *Quid ſi* animadvertendum eſſe, cum indicativo eam poni, ſi adfirmantis ſit, cum ſubjunctivo, ſi optantis, docet Bentlejus ad Horat. Lib. I. Epiſt. 16. 8. *vulnera caſus* in cod. Regio pro *caſus* Marklandus conjecerat *curſus*, id eſt, iter. indicato Ciceronis loco pro Leg. Manil. cap. 12. cujus haec verba ſunt. *Quis enim umquam aut obeundi negotii, aut conſequendi quaeſtus ſtudio, tam brevi tempore tot loca adire, tantos curſus conficere potuit* &c. altero verſu cum eodem Heinſio, aliiſque praeſtiterit, *Tali mors pretio*, ut eſt in

quinto

Adferet huc unguenta mihi, ſertiſque ſepulcrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens.
Dî faciant, mea ne terra locet oſſa frequenti,
Qua facit adſiduo tramite vulgus iter.
Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum.
Me tegat arborea devia terra coma.
Aut humet ignotae tumulus vallatus arenae.
Non juvat in media nomen habere via.

ELEG.

quinto Vatic. Leid. pr. & Aldina Mureti editione. & ſic legebat Marklandus, & Cel. Valckenarius ad Eurip. Hippol. v. 441. pag. 214. *Tali mors ſpatio* Mentel. & prim. Leid. recte vero locum hunc cum illo Virgilii Lib. IX. Aen. 206. conparavit Valens Guellius,

Eſt hic, eſt animus lucis contemtor, & illum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.

23. *Adferet huc unguenta mihi*] *hoc* in primo Leid. & Voſſ. tertio a man. ſec. *haec* legebat Guyetus. Cynthia nempe. totus hic verſus deeſt in Neapolitano.

25. *Dî faciant, mea ne terra locet oſſa frequenti,*
Qua facit adſiduo &c.]

nec terra in Regiis, Mentel. Borrich. Askew. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meo priore, & ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. in ceteris *ne terra*. nimium acuta & longe quaeſita ſunt, quae ad hunc Propertii locum de ſuperſtitione veterum in abſcondendis funebribus ſuis monumentis notavit Fr. Mar. Bonada Diſſert. VI. ad Carm. ex Antiq-Lapid. illuſtrata Vol. II. pag. 93. magnificos enim tumuli honores, & ſepulcra omnibus conſpicua) paſſim deprecantur poëtae tam veteres quam recentiores. vide hic Broukhuſium. & quae notavi ad Lotichium pag. 230. & ſeqq. & ad Tom. II. Anth. Lat. p. 140.

29. *Aut humet ignotae tumulus vallatus arenae,*
Non juvat in media nomen habere via.]

humer ignotae cumulis Vallatus arenae in v. c. Fruterii & Paſſeratii, ſecundo Leid. quinto Vaticano, & Neapol. *humer* etiam in ſec. D'Orv. corrupte in meo altero cod. *Aut ignotae humor cumulis vallatus arenae. humor* in Heinſiano & meo priore. *tumulus* in altero Regio, Mentel. Groning. Voſſ. tert. ut legebat Guyetus. *cumulus* Voſſ. quartus, uterque D'Orvill. ut in primis edd. Hinc quia *humer* & *cumulis* vel *cumulus* in illis codd. MSS. legitur, non incommode recipi poſſet,

Aut humer ignotae cumulis vallatus arenae.

tumuli enim praeced. diſticho. *cumulis arenae vallatus* pro cincto. ut optet ſibi tenue monumentum arenarum ſuggeſtu in modum valli cinctum. de elegantia verbi *vallare* vide notas ad Ovid. Epiſt. IV. 159. ſed praecipue Heinſ. ad Claudian. II. de Laud. Stilic. 247.

Inde Caledonio vallata Britannia monſtro.

ut recte quidem reſtituit pro *velata*. ſed mendum in voce *monſtro* reliquit. in quo alii etiam Interpretes haerent. Emendandum forte *Caledonio vallata Britannia* muro. Britanni enim a Caledoniis ſeu Scotis muro disjuncti jam olim. ut notum eſt. *ignotae arenae*, ut apud Virg. V. Aen. fin.

Nudus in ignota, Palinure, jacebis arena.

ultimo verſu *Me juvat* in meo ſecundo, contra poëtae mentem. *nomen habere* hic non eſt, celebrari fama. ſed *nomen* hic ſignificat epitaphium, ſepulcri inſcriptionem. ut Lib. II. El. I. 82.

Et breve in exiguo marmore nomen ero.

& ſic in libri ſui ora Marklandus, adnotato Ovidii loco ex Lib. III. Faſt. 66.

Non juvat in paucis nomen habere caſis.

ad finem hujus Elegiae commode adjungi poſſe partem Elegiae X. Libri II. a v. 17. ſeqq. quae illic cum praecedentibus male cohaeret, ibidem notavi.

ELEG. XV.

Nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris.
Da mihi bacchato vela ſecunda, pater.
Tu potes inſanae Veneris conpeſcere faſtus,
Curarumque tuo ſit medicina mero.

5. Per

ELEG. XV.] Inter Muſae Propertianae, quae ſuperſunt, monumenta, non ultimo loco cenſenda eſt haec Elegia, inſtar Hymni in Bacchum referens: in quo argumento foecunda Italorum ingenia feliciter etiam ſe exercuerunt, ſed diverſo metri genere, quod Galliambo carmine ad Catulli imitationem Marullus Lib. II. Hymnor. Carm. 6. Flaminius Lib. I. Carm. XIV. & praeſertim Muretus praeſtiterunt, qui ex hoc Propertii Carmine multos colores venuſte aemulatus eſt, Galliambo in Bacchum, quem inſeruit Commentario ad Catull. pag. 85. b. & ſeqq. ed. Aldi, nam in nulla Mureti Poëmatum, ne quidem in ultima Thomaſii editione editum comparet, in quo tam artificioſe Catulli genium expreſſit, ut ex eo nonnulla pro ipſius Catulli verſibus produxerit Delrius Comm. ad Senecae Oedipum v. 493. pag. 116. iiſdemque etiam Mureti verſibus deceptus fuerit Germanus Valens Pimpontius, qui Virgilium Lib. II. G. 392. ex illo Catulli, ut credebat, loco ſua deſumſiſſe exiſtimavit. ut de eo notat Vulpius ad initium Galliambi Catulliani de Cybele & Atti Carm. LXII. his tertium ejuſdem argumenti Galliambum notaverat Broukhuſius exſtare apud Jul. Caeſ. Scaligerum in Hypercritico ſeu Poëtices Lib. VI. & in Georgii Anſelmi Poëmatibus pag. 186. ſimile tramite inſiſtentes, ſed numeris Elegiacis, Propertii veſtigia ſecuti ſunt e Batavis noſtris Daniel Heinſius, cujus Hymnus ad Bacchum exſtat in illius Monobiblo Eleg. XV. p. 236. Poëmat. & de ingenii palma cum patre ſucceſſu invidendo contendens Nicolaus Heinſius, inſigni & eruditiſſima Elegia, quae exſtat inter ejus carmina Juvenilia Lib. I. El. IX.

v. 2. *Da mihi bacchato vela ſecunda, pater*] *pacato* in pleriſque MSS. quibus accedunt Leid. ſec. quartus Voſſ. ſec. D'Orv. & meus uterque & ſic in edd. primis, eaſque ſecutis Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. unde *pacatus* Heinſio placebat. eum vide ad Ovid. IV. Met. v. 31. *bacchato* edidit Broukhuſius ex ſuo codice, quod firmatur a Menteliano & primo Leid. eoque ſpectat libri Groningani ſcriptura *baccato*. Sed quia forte *bacchato* hic ex praecedente *Bacche* ſuppoſitum fuit, licet vox optima ſit, non male etiam legi poſſet, *Da mihi lymphato*. eleganti & propria voce de illis, qui alicujus numinis Bacchi praeſertim, oeſtro contacti aguntur. ut in verſibus poëtae veteris apud Cicer. I. de Divin. cap. 36.

Flexanima tamquam lymphata, aut Bacchi ſacris
Conmota.

Catullus Carm. LXV. 154.

Qui tum alacres paſſim lymphata mente furebant.

Ovidius Halieut. v. 49.

Aut vani quatiunt ſemper lymphata timores,
Aut trahit in praeceps non ſana ferocia mentis.

Seneca Troad. v. 34.

Quaecumque Phoebas ore lymphato furens,
Credi Deo vetante praedixit mala.

& Herc. Oet. 245.

—— conceptum ferens
Maenas Lyaeum, dubia quo greſſus agat,
Haeſit parumper: tum per Herculeos lares
Lymphata rapitur.

ubi vide Delrii Comm. pag. 311. & adde D. Heinſ. & Drakenb. ad Silium Lib. I. 459. & Bentlejum ad Horat. Lib. I. od. 37. 14.

3. *Tu potes inſanae Veneris conpeſcere faſtus*] *conponere curas* in Askewiano. *conponere* etiam ex ſuis Palatinis & Commeliniano profert Gebhardus. & *fluctus* e ſuis Paſſeratius, quod non diſplicebat Broukhuſio.

5. *Per*

Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes.
Tu vitium ex animo dilue, Bacche, meo.
Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in coelum vecta Ariadna tuis.

Hoc

5. *Per te junguntur, per te ſolvuntur amantes*] *Certe junguntur* in nonnullis MSS. & meo priore. quae & aliis in locis conmutantur. vide Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. V. 10. & ſupra ad El. VI. huj. Lib. v. 1. ſed hic quidem elegantiſſimam repetitionem *per te* Propertio adimi nollem, quales ei valde amatas fuiſſe patebit ex illis quae notavit Paſſeratius ad Lib. I. pag. 183. locum hunc forte reſpexit Ovidius Lib. II. A. A. 385.

Hoc bene conpoſitos, hoc firmos ſolvit amores.

ubi in aliis *rumpit.* mox *Tu vinum* in Voſſ. & *delue* in Mentel. ac primo Leid.

7. *Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris*
Lyncibus in coelum vecta Ariadna tuis.]

Teque horum non eſſe rudem conjecerat Heinſius. ſed aliud huic loco inſidere mendum diu ſuſpicatus ſum. *rudis* quidem ſimpliciter pro integro & amorum inexperto recte dici non nego. Lib. I. El. 9. 8. *Atque utinam poſito dicar amore rudis:* ubi vid. Gebhardum, & Paſſerat. p. 180. Lib. IV. El. 3. 12.

Haecne marita fides? hae pactae ſunt mihi noctes?
Quum rudis urgenti brachia victa dedi.

rudes animi ſupra El. XIII. 5. *mulier non rudis* Phaedro Lib. II. Fab. 2. 3. *rudis Iſmene* Statio VII. Th. 535. alia locutione *rudis ad Veneris furtum* Ovidio Epiſt. XVII. 141. & *rudis ad partus* Epiſt. XI. 48. ſed vel ideo non tolluntur ea, quae in hac vulgata lectione me offendunt *teſtatur in aſtris*, & *in coelum vecta*, quae bis idem dicunt, neque ad varietatem geminatae praepoſitionis amovendam ſufficit, ſi ex MSS. codd. reponamus *ad coelum*, ut eſt in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Neap. Groning. Askew. Heinſiano, primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, utroque D'Orv. meis, & priſcis edd. Dudum eſt, quod in notis ad Lotich. pag. 667. conjecerim legendum,

Te quoque enim non eſſe rudem *teſtatur* amoris
Lyncibus in coelum vecta Ariadna tuis.

hoc eſt quod Ariadna ipſa Baccho dicit apud Ovid. III. Faſt. 501.

Nec noceat quod amo: neque enim tibi, Bacche, nocebat,
Quod flammas nobis faſſus es ipſe tuas.

emendationem vero confirmabam ex Avieni Arateis, ubi de eadem hac Ariadna v. 197.

Adſpice ceu rutilis vibret lux Gnoſia flammis,
Haec quondam Bacchi *monumentum fulget* amoris,
Haec Ariadnei capitis teſtatur honorem.

quo loco forte nonnulli etiam propugnare poſſent ſententiam aliorum, qui non ipſum Ariadnen, ſed ejus tantum Coronam in coelum eſſe relatam contendunt. de quo vide Scalig. ad Manil. pag. 412. *rudem amoris* dicit, ut aliis *rudis armorum*, *rudis operum*, *rudis ſomni*, & ſim. vide Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 213. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 697. ſupra Lib. II. El. 5. 22.

Nequitiaeque ſuae noluit eſſe rudes.

& El. XXV. 82.

Sive in amore rudis, ſive peritus erit.

pro *Lyncibus* Heinſius ad Ovid. III. Faſt. 414. adfert *Tigribus.* ſic Lib. I. A. A. 550. ubi Ariadnam a Baccho in coelum avectam deſcribit:

Jam Deus e curru, quem ſummum texerat uvis,
Tigribus adjunctis aurea lora dabat.

ſed ſine codicis ullius conſenſu quid opus erit inmutare, quum res eodem redeat, & *lynces* aeque aliis memorentur Bacchi currui adjunctae, quam tigres. XIII. Met. 413.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho.

& hinc Baccho lynces ſeu pantherae paſſim adjun-

Hoc mihi, quod veteres cuſtodit in oſſibus ignes,
Funera ſanabunt, vel tua vina, malum.
Semper enim vacuos nox ſobria torquet amantes,
Speſque timorque animum verſat utroque meum.
Quod ſi, Bacche, tuis per fervida tempora donis
Arceſſitus erit ſomnus in oſſa mea:
Ipſe ſeram vites, pangamque ex ordine colles,
Quos carpant nullae, me vigilante, ferae.

Dum-

junguntur in Numis vetuſtis. vide ad Numiſm. Sic. p. 356. & 486. ſeqq. ut autem hic Baccho Propertius, ita Dianae veteres amores in memoriam revocat Leander apud Ovidium Epiſt. XVIII. v. 61. & ſeqq. Ceterum eadem abſurditate librarii in codd. MSS. tam hoc in loco quam Lib. II. El. 2. 28. pro *Ariadna* ſcripſerunt *Adriana*, ut eſt in Menteliano, Neapol. primo Leid. duobus Voſſ. uno D'Orvill. & meo priore. ſic paſſim prurientes monachi recentiora amicarum nomina pro vetuſtis ejuſdem ſoni repoſuerunt. exempla dederunt Broukhuſius ad h. Lib. El. XX. 16. & Patruus meus ad Ovid. III. A. A. 35. ubi *Adriana* etiam pro *Ariadna* in MSS. legebatur.

12. *Speſque timorque animum verſat utroque meum*] *animo* in uno Colbert. pr. Leid. Voſſ. pr. & quarto, uno D'Orv. & meo utroque. ſed *animum* in ſec. Voſſ. & altero D'Orv. in quo etiam *utrumque*. *Speſque timor qui animum verſat uterque modo* in Regio priore. *animo verſat utroque modo* in primis aliiſque vetuſtioribus edd. & cod. Askew. ut adferunt etiam Octav. Mirandula in Viridar. Poët. & Albertus Eyb in Margarita Poëtic. cap. XIII. *utroque modo* etiam eſt in duobus Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orvill. & meo utroque. Heinſius in marg. ed. Ald. in qua etiam *animo verſat utroque modo*, conjecerat *animos*, ut in primo Vatic. *animum verſat utrinque meum* in v. c. Perreji, primo. ſec. & quinto Vaticano. *animum vexat utrimque meum* Groning. vera procul dubio eſt lectio recepta *animum verſat utroque meum.* mutata a librariis, qui *utroque* ſimpliciter poni pro utrimque, vel ab utraque parte, hinc illinc, ignorabant. Ovid. Ep. X. 19. *Nunc huc, nunc illuc, & utroque, ſine ordine, curro.* ubi non opus eſt cum Francio aut Vlitio *retroque* vel *iterumque* reponere. Rem. Am. 443:

Secta bipartito cum mens diſcurrit utroque. ubi *utrimque* in Palatino. Lib. X. Met. 376.

Huc levis atque illuc, momentaque ſumit utroque.

ubi etiam *utrimque* in MSS. quae gloſſa eſt. *verſat* vero, non *vexat*, legendum. ut in Medeae Epiſt. 12. Naſoniana v. 211. *qui nunc mea pectora verſat.* vide ſupra ad El. IX. 1.

13. —— *tuis per fervida tempora donis Arceſſitus erit ſomnus* &c.]

Accerſitus, inveterato plerumque in MSS. errore, hic in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. ſed *arceſſitus* ſcribendum ubique eſſe, dudum & ſaepe a viris doctis monitum eſt. *ſomnus* autem *arceſſitus* eleganter dicitur, arte quaeſitus, ut hic beneficio vini. vide notas Interpretum ad Petron. cap. XXXVII. *fervida tempora* firmare poſſent conjecturam N. Heinſio in loco Flori Lib. II. cap. 10. in fin. *quum ſubinde crapula, & capitis fervore lapſaret.* pro *errore.* ubi vide Graevii notas.

15. *Ipſe ſeram vites, pangamque ex ordine colles*] *feram* male in Mentel. & Leid. primo. Tibullus Lib. I. El. 1. v. 7. *Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites.* *ſerere* enim de vitibus & arboribus etiam dicitur. vide notas ad Nemeſian. Ecl. II. 51. dein *peragamque* in eodem Leid. Mentel. & Groning. *pangamque ex ordine cultas*, (*vites* nempe) *Quas carpant* legebat Heinſius. Guyetus vero *Ipſe ſeram colles, pangamque ex ordine vites, Quas carpant.* forte quia apud Virg. Ecl. I. v. 74. *pone ordine vites.* ubi vide la Cerdam. hinc ſaltem patet *colles* non inmerito viſam iis corruptam eſſe lectionem. Melius placet Patrui mei conjectura ad Calpurn. Ecl. II: 49. *Pangamque ex ordine caules.* ut *coles* pro *caules* ſcrip-

Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto,
Et nova preſſantes inquinet uva pedes.

ſcriptum fuerit, & inde alii fecerint *colles.* per *caules* vero intelligantur ſarmenta vel palmites, quae ſemper ex ordine pangebantur, ut ex Rei Ruſticae Scriptoribus ibidem docet, ac prolixe in notis ſuis hanc loci Propertiani emendationem confirmat. quibus deinde, ad librariorem morem, quo *caules*, *coles*, vel *colles* ſcribebant, adſtruendum, margini adſcripſerat locum Martialis Lib. XII. Ep. 25.

Quod mihi non credis veteri, Theleſine, ſodali,
Credis colliculis, arboribuſque meis.

ubi *coliculis* in nonnullis codd. ut edidit Scriverius. hoc eſt *cauliculis.* in agris enim Martialis veroſimilius eſt *caules* fuiſſe, quam *colles.* *codiculis* in Thuaneo. *Quos capiant* in Askewiano. ſed *carpere* & *decerpere* in his propria. vid. ſupra ad El. VII. 49. Douſa notaverat, hic reſpici ad fabulam notiſſimam de capro, qui vitem adroſerat. de quo Ovid. I. Faſt. 357.

Rode caper vitem, tamen hinc, cum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.

opinor Propertium, aeque ac Ovidium, hic in animo habuiſſe notum illud Eveni diſtichon, quod legitur apud Suet. Domit. cap. 14. Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, &c. de quo praeter Politianum Miſcell. cap. 26. vide A. Schottum ad Proverb. Graec. pag. 369. & in hanc ſententiam ineditos jambos Graecos ex diſticho iſto expreſſos adfert Barthius Lib. XXXV. Adverſ. cap. 17.

17. *Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto*] *Jam modo*, vel *Demodo* correxiſſe Guyetum teſtatur Heinſius in notis Propertianis pag. 731. ſed quis ferat illud *Demodo* Propertio obtrudi. Ipſe, ni fallor, praeferret,

Da modo purpureo ſpument mihi dolia muſto.

hoc eſt, Fac modo. ut in illo Horatii Lib. I. Epiſt. 16. 61. *Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri.* & centies apud poëtas. *Tum, modo* conjecerat Marklandus. ſed *Dummodo* potius retinendum. ut oſtendent plurima exempla in notis Heinſii ad Ovid. II. Am. 16. 20. pro *ſpument* male *numerem* in Regiis, & Palatinis Gebhardi. & huic lectioni favet conpendioſa Neapol. codicis ſcriptura, in quo *Nūm.* & aliorum *numen.* ut in Modii Excerptis. in Askewiano *purpuree numeram.* in Veneta 1475. Reg. Lep. Volſci, prima Aldi, Juntina, ac Colinaei etiam *numerem mihi.* & *Dum modo* ſeparatis vocibus, ut in meo cod. ſecundo. ſed in Veneta 1487. & Beroaldina *ſpument mihi.* quod ſecutus Aldus in ſecunda ed. Gryphius & alii. Neque facile elegans hoc verbum Propertio eripi vellem. *ſpumare* enim tam de vino doliis condito dicitur, quam ferveſcente & ſaliente in poculis. ſupra Lib. II. El. 24. 40.

Largius effuſo madeat tibi menſa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice.

Valerius Fl. I. 260.

Illum nec validò ſpumantia pocula Baccho
Sollicitant.

ſpumantem pateram habes apud Virg. I. Aen. 739. & de vindemia Lib. II. G. v. 6. *ſpumat plenis vindemia labris.* quod cum hoc Propertii loco confert Valens Guellius. Columella ſub finem Lib. X. de Re Ruſtica:

Ferveat ut lacus & multo conpleta Falerno
Exudent pingui ſpumantia dolia muſto.

& ſic *ſpumantia pocula* Valerio Flacco Lib. I. 816. ut pro *fumantia* legit Heinſius. Lucanus Lib. X. 163.

——— *gemmaeque capaces*
Excepere merum, ſed non Mareotidos uvae,
Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis
Indomitum Meroë cogens ſpumare Falernum.

ubi vide Patrui mei notas. novi qui illic *fumare Falernum* emendaret, ut in illo Tibulli Lib. II. 1. 27.

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſolvite vincla cado.

ſed contra codicum auctoritatem neque apud Lucanum, neque hoc in loco aliquid tentandum videtur. *mea dolia* in v. c. Perreji.

18. *Et nova preſſantes inquinet uva pedes*] *preſſantis* in Neap. Mentel. Scaligeri Excerptis, Voſſiano pr. Askewiano, meo ſecundo, & primis edd. ut & Volſci ac Beroaldi. *preſentis* vitioſe in Groning. ſed *preſſanteis* vel *preſſantes*

Quod ſupereſt vitae, per te, & tua cornua, vivam:
  Virtutiſque tuae, Bacche, poëta ferar.
Dicam ego maternos Aetnaeo fulmine partus,
  Indica Nyſaeis arma fugata choris:
Veſanumque nova nequidquam in vite Lycurgum:
  Pentheos in triplices funera grata greges.

Cur-

in Aldinis, Juntina, Colinaei, Rovillii, Gryphii, & reliquis. quod poëticum magis. eleganter *inquinet* pedes, quia calcatae uvae novae preſſura pedes reddebat ſordidos. unde Autumnus Ovidio Lib. II. Met. 29. *calcatis ſordidus uvis.* Columella Lib. X. 43.

Cum ſatur Autumnus, quaſſans ſua tempora pomis,
Sordidus & muſto ſpumantes *exprimit uvas.*

ubi vide Schoettgenium. ad hoc autem uvarum preſſandarum officium Bacchum ipſum eleganter invitat Virgil. II. G. 7.

Huc pater o Lenaee, veni; nudataque muſto
Tingue novo mecum direptis crura cothurnis.

20. *Virtutiſque tuae, Bacche, poëta ferar*] *feram* male in Heinſiano, & *virentiſque* corrupte in Voſſ. quarto. eleganti locutione ſe optat ſacrorum patris Bacchi antiſtitem eſſe. & hoc loco firmari poteſt, codicum MSS. lectio apud Ovidium, ubi de ſe, & arte quam lectori praecipit, Lib. II. Am. El. 1. v. 2. *Ille ego nequitiae Naſo poëta tuae.* pro *meae.* vide illic Heinſ. ita noſter Lib. I. El. 7. 14. *Ardoris noſtri magne poëta.* & ſimilia vide in notis Patrui mei ad Naſonis Lib. III. Am. El. 9. 5. verſu praeced. Francius conjecerat, *per te & tua munera vivam.* ut *dona* v. 13. ſed vulgatam vindicat Ovidii locus Lib. III. Faſt. 499. ad Bacchum,

Ceperunt matrem formoſi cornua tauri,
Me tua: at hic laudi eſt, ille pudendus amor.

Quod ſupereſt in te in primis edd.

21. *Dicam ego maternos Aetnaeo fulmine partus*] *aetneo flumine* in meo ſecundo. in altero cod. Regio *aeterno.* ut in primis aliiſque edd. *atento* D'Orvill. pr. *Ethneo maternos* Aſkew; ſed *Aetneo fulmine* in ſec. & quinto Vaticano, ceteriſque codd. bene N. Heinſius legebat, *Aetnaeo a fulmine partus, Indaque Nyſaeis* &c. ut res diverſae disjungantur. lucem egregiam huic loco contulit Delrius Comment. ad Senecae Oedip. v. 403. & ſeqq. p. 105. 106. cujus verſus cum his Propertianis contulit.

23. *Veſanumque nova nequidquam in vite Lycurgum:*
Pentheos in triplices funera grata greges.] *fulmina grata* D'Orv. ſec. quod repetitum ex praecedentibus *Aetnaeo fulmine. tracta* in aliis legi notat Paſſeratius, ſed ipſe *rapta* conjicit, quod placebat etiam Guyeto, qui *triplices greges* de Ino, Agave, & Autonoë interpretatur. ſed alii de Inus & Autonoës materterarum, & matris Autonoës, gregibus intelligunt. quod convenit Ovidio III. Met. 711—728. *carpta greges* vel *in triplices funera ſparſa rogos* legebat Heinſius. *Lycurgum veſanum in vite*, pro *in vitem*, eodem loquendi modo, quo apud Ciceronem pro Dejotar. cap. 5. ex MS. Colon. praefert Graevius, *in eo tyrannum inveniri*, pro *in eum.* de Lycurgo hoc Thracum, vino abutentium, vites exſcindente vide praeter alios Delrium ad Senecae Oedip. v. 471. Barth. ad Stat. IV. Theb. 386. & Matth. Aegyptium ad Sc. de Bacchanal. pag. 94. & 95. ſed plura de eo notavi ad Catonis Diras v. 8. Tom. II. Anthol. Lat. p. 652. ubi duo Epigrammata ex Anthol. Graec. huc facientia ex verſione Grotiana produxi, quorum primum Philippi etiam Latinis numeris jam expreſſit J. Bapt. Pius ad Valer Fl. Lib. I. 729. fol. xxxv. b. ed. an. 1519. His addam nunc Epigramma Leonidae Lib. I. Anthol. Gr. Tit. XX. Ep. 5.

Αὐτοθελεῖς καιπὺς ἀποτέμνομαι, ἀλλὰ πεπείρως
Πάντας. Μὴ σκληροῖς τύπτε με χερμαδίοις.
Μηνίσει καὶ Βάκχος ἐνυβρίζοντι τάχ' εἰνὶ
Ἔργα. Λυκούργειος μὴ λαβέτω σε τύχη.

ut primum diſtichon emendandum cenſuit Lennepius ad Coluthum Lib. II. cap. 3. pro *πάντα*, vel *πάντοτε*, & *τύπτετε* quod ferri nequit prop-

ter

Curvaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas
In vada pampinea deſiluiſſe rate.
Et tibi per mediam bene olenti flumine Naxon,
Unde tuum potant Naxia turba merum,

Can-

ter *-ae* in fine: idque firmat H. Grotius, qui codd. Palatinis uſus eſt; ſic enim interpretatur:

Sponte mea ſolea dare, cum maturuit, uvam,
Quid miſeram ſaxis turba proterva petis?
Ultorem Bromium neſcis & fata Lycurgi?
Contemni graviter fert ſua dona Deus.

utriuſque autem Lycurgi & Pentheos fata ſaepe, ut h. l. conjungunt poëtae. vide Horat. Lib. II. od. 19. 15. Ovidium IV. Met. 22. & Lib. V. Triſt. El. 3. 39.

25. *Curvaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas*
In vada pampinea &c.]

in corpora D'Orvill. ſec. mox corrupte *In vada fluminaque* in Harlejano Muſei Britannici. *deſiliiſſe* in Neapol. *diſſiluiſſe* in primis & aliis vetuſtis edd. ſed *deſiluiſſe* vera eſt ſcriptura in hoc verbo, & *tranſiluiſſe* pro *tranſiliiſſe*. vide ad Tom. I. Anth. Lat. p. 540. fabulam ipſam de Tyrrhenis nautis, Bacchum dormientem e litore auferentibus, & alio, quam in inſulam Naxon, ut juſſerat, devehentibus, ſed ad tigres iis objectas conſternatis, in fluctus ſe praecipitantibus, & mox in delphinos mutatis, ſua elegantia deſcripſit Ovidius III. Met. 629. & ſeqq. ut alios mittam. hinc delphinas *Tyrrhenos greges* vocat Statius I. Achill. v. 56. ubi vide Barth. & Huet. ad Manil. Lib. V. 418. *curva* autem vel *panda corpora* perpetuo apud Poëtas epitheto, de delphinibus. vide notas ad Ovid. Epiſt. XVIII. 131. & Bentlej. ad Lucan. V. 552. ita hac eadem in re Seneca Oedipo v. 466.

Et ſequitur curvus fugientia carbaſa delphin.

hanc autem verborum conſtructionem eſſe *Tyrrhenoſque nautas*, factos *curva corpora delphinum*, *deſiluiſſe pampinea rate*, notaverat Marklandus. intricatior certe verborum eſt ſtructura per appoſitionem *Tyrrhenos Delphinum corpora* explicat Paſſeratius. an forte *Tyrrhenos Delphinum corpora nactos*. non enim addi *nautas* neceſſe eſt, quod ex ipſa fabula ſatis notum, quam narrat Hyginus Fab. 134. cujus verba lucem *pampineae rati* optimam adferunt: *Tyrrheni, qui poſtea Tuſci ſunt dicti, cum piraticam facerent, Liber pater inpubes in navem eorum conſcendit, & rogat eos, ut ſe Naxum deferrent.* &c. *Liber ut vidit in propoſito eos permanere, remos in thyrſos conmutavit, vela in pampinos, rudentes in hederam. deinde leones & pantherae proſiluerunt, quae ut viderunt, timentes in mare ſe praecipitaverunt — & quiſquis ſe praecipitaverat, in delphini effigiem transfiguratus eſt.*

27. *Et tibi per mediam bene olenti flumine Naxon* & ſeqq.] ita correxit Scaliger pro *bene olentia flumina*, ut in primis & reliquis antiquioribus legebatur editionibus, & ſic in omnibus meis codicum MSS. excerptis, quibus accedunt uterque Regius, unus Colbertinus, duo Leidd. tres Voſſ. & uterque D'Orvill. cum meis. *Fuſaque per mediam* Heinſius. quod diſplicet. Senſum loci ſua interpunctione clariorem reddidit Scaliger, *Et tibi per med. ben. fl. Naxon, (unde tuum pot. Nax. turba merum) Candida laxatis onerato col. cor. Cinget Baſſ. Lydia mitra comas.* nam *tibi onerato colla corymbis mitra cinget comas* connectenda ſunt. unde patet male Paſſeratium legiſſe *onerabo*, licet ita in quinto Vaticano, forte quia praeceſſit *Dicam*, & ſequitur *cinget*, *manabit*, *feries*, &c. neque valde adridet emendatio Marklandi *laſcivis corymbis* pro *laxatis*. quia apud Horat. I. od. 36. 20. *Laſcivis hederis ambitioſior*. *laſſatis* ſolita ſcripturae varietate in Excerptis Scalig. & D'Orv. ſec. praeterea, *potat noxia turba* in Groning. *portat noxia* Askew. *potat maxima* in uno Regio. *noxia* etiam in Mentel. primo Leid. ſec. D'Orv. & meo primo. ſed *potant Naxia turba* in ceteris, ut jam in primis eaſque ſecutis edd. legitur. *Naxos* enim Baccho ſacra, ut notum. unde paſſim Bacchus cum cantharo, ad vineam florentem, & cum thyrſo conſpicitur in Naxiorum Nummis. vide ad Numiſm. Sic. pag. 410. deinde *cingit* in Mentel. Regiis, Voſſ. quarto, utroque D'Orv., meis, aliiſque codd. & priſcis edd.

Candida laxatis onerato colla corumbis
    Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.
Laevis odorato cervix manabit olivo;
    Et feries nudos veſte fluente pedes.
Mollia Dircaeae pulſabunt tympana Thebae:
    Capripedes calamo Panes hiante canent.
Vertice turrigero juxta Dea magna Cybebe

31. *Laevis odorato cervix manabit olivo*] *Lenis* in Groning. D'Orv. ſec. *Levis* v. c. Fruter. meus ſec. & alii cum vetuſtis edd. ſed *Laevis* in Leidenſi primo ut haec paſſim variantur. vid. Bentlej. ad Horat. A. P. v. 26. *Cujus odorato manebat cervix* Askew. cum Callimachi verſibus ex Hymn. in Apoll. 38. & 39. confert Cel. Ruhnkenius ad illius Fragm. XII. p. 422.

32. *Et feries nudos veſte fluente pedes*] *udos* legebant Fruterius & Heinſius. *nitidos pedes* Paſſeratius. quod rejicit Broukhuſius; & haec intelligit de Baccho deſcendente de lacu, injecta ſic temere veſte, ne frigus eum labore defeſſum ac ſudantem laedat. Sed hic ad fabulam tranſit poëta, in qua nulla vindemiae ratio; deſcribitque Bacchum, ut ad Ariadnen acceſſerit, cujus ſupra mentionem fecerat v. 8. utque ipſe poëta vindemiator (vid. v. 18.) caneret omnia illa de Bacchi actis, hic memorata. *feries nudos pedes veſte fluente* per hypallagen exponere neceſſe non eſt, pro feries veſtem fluentem nudis pedibus. nam ſimiliter in loco Valerii Flacci, quem Broukhuſius profert, Lib. I. 385. *puniceo cui circumfuſa cothurno Palla imos ferit alta pedes.* ubi vide notas Patrui mei, qui hunc locum ad lectionem vulgatam illic vindicandam adfert. ad hanc *fluentem* Bacchi *veſtem* ſeu laxum ſyrma, refer illud Albinov. Eleg. in Obit. Maecen. v. 57. ſeqq.

Bacche, coloratos poſtquam deviceris Indos,
    Potaſti galea dulce jubante merum.
Et tibi ſecuro tunicae fluxere ſolutae:
    Te puto purpureas tunc habuiſſe duas.

ubi vide notata.

33. *Mollia Dircaeae pulſabunt tympana Thebae*] hoc verſu *cymbala* potius revocanda videntur, ut El. ſeq. v. 6.

Cymbala Thebano concrepuere Deo.

Lib. IV. El. 7. 61.

——— *quaque aera rotunda Cybebes,*
Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris.

mox autem v. 36. reponendum,

Tundet ad Idaeos tympana rauca choros.

ut notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 502. ſic enim Ovidius IV. Faſt. 183. de Cybeles Sacerdotibus:

Ibunt ſemimares & inania tympana tundent.

quae copioſe illuſtravit Perizon. ad Aelian. Lib. IX. Var. Hiſt. c. 8. pag. 538. 539. ibidem *Tundet ad Idaeos* &c. veriſſime a Scaligero reſtitutum, quod loco Ovidii firmatur, & *fundens* ſequitur. & ſic correxerat Fruterius, pro *Fundet*, quod in multis codd. etiam noſtris, & vetuſtiſſimis edd. unde *Fundat* male adfert Valens Guellius ad Virg. IX. Aen. 112. ubi *Idaei chori* etiam occurrunt, ut h. l. nam *thoros* hic male in cod. D'Orv. priore. quod autem Marklandus ad Statii Silvas pag. 325. hoc Propertii verſu illic probet emendationem ſuam *Tundo chelyn*, differre opinor, quia *tundere chelyn* non aeque dicitur, ac *tundere cymbala.* melius convenit illud Virgilii IV. G. 64.

Tinnituſque cie, & matris quate cymbala circum.

ubi *tinnitus* cymbalis datur, ut apud Apulejum VIII. Met. pag. 143. ed. Colv. *Inibi vir principalis, eximie Deûm reverens, tinnitu cymbalorum & ſonitu tympanorum, cantuſque Phrygii mulcentibus modulis excitus, procurrit obviam.* Si quis tamen vulgatae adquieſcendum exiſtimet, non refragabor.

35. *Vertice turrigero juxta Dea magna Cybebe*] *curri gero* corrupte in Voſſ. & *thurigero* in uno Colbertino. eadem in MSS. confuſio apud

Tundet ad Idaeos cymbala rauca choros.
Ante fores templi crater antiſtitis auro
Libatum fundens in tua ſacra merum.
Haec ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.
Tu modo ſervitio vacuum me ſiſte ſuperbo,
Atque hoc ſollicitum vince ſopore caput.

ELEG.

Ovid. IV. Faſt. 219. de Cybebe:

At cur turrita caput eſt ornata corona?
An Phrygiis turres urbibus illa dedit?

ubi *thurifera* in Petaviani, Voſſiani, & alior. codd. apud me Excerptis. ſed quia mox v. 224. *turrigeram Deam* vocat, *turrita* pro *turrifera* recte repoſuit Heinſius, Ut *turritam matrem* X. Met. 696. *Deam turritam* noſter Lib. IV. El. XI. 52. ut paſſim alii. vide hic notas Paſſeratii, & de origine *turrigeri* Cybeles *verticis* Arnob. Lib. V. p. 159. & 165. ibidemque Stewechii Electa. *juſta* autem vitioſe in ed. Scalig. dein *cibele*, *cibelle*, *cibille*, ſolita depravatione in libris manu exaratis. ſed *Cybebe* ſcribendum a plerisque viris doctis probatum eſt. vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 30.

37. *Ante fores templi crater antiſtitis auro*
Libatum fundens &c.

craterque in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *cratere* Groning. *cratera* Vatic. quint. *craterae* D'Orvill. ſec. Heinſius legebat, *cratere antiſtes & auro*, vel *aureo*. ut in noto Virgilii II. G. 192. *pateris libamus & auro*, pro pateris aureis. ſed eodem fere redit vulgata *crater antiſtitis auro*, pro crater ſacerdotis tui aureus, vel antiſtes ex cratere aureo *fundens*, aut *fundet*, ut legi etiam poſſet, quia in hac ſede pentametri etiam ſaepius apud alios producitur ſyllaba, ſequente licet vocali. *crater auro* pro *aureus*, ut Lib. II. El. 23. 11. *Auro ſolis erat ſupra faſtigia currus.* ubi male alii *Aurea*. vide illic notata.

40. *Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat*] frequenti commutatione *ſonat* in Mentel. Groning. Heinſiano, Voſſ. Askew. meo priore D'Orvill. ſec. a manu pr. ſed in quo *tonat* ſuperſcr. ut jam in primis, ceteriſque vetuſtioribus edd. huc refer illud Petronii Sat. cap. 2. *quum Pindarus novemque Lyrici Homericis verſibus tonare timuerunt.* ut egregie illic reſtituit Heinſius, pro *canere*, quod codicis Cujaciani, a Scaligero collati, apud me excerpta ibidem confirmant. vide illic ejuſdem & Patrui mei notas. & ad Claudian. Conſ. Probin. & Olybr. v. 208. Martialis Lib. VIII. Ep. 3. *Aſpera vel paribus bella tonare modis.* Focas carmine de vita Virgilii v. 100. T. I. Anthol. Lat. pag. 370.

Inde cothurnato Teucrorum praelia verſu
Et Rutulûm tonuit.

ubi vide quae notavi. & hoc eſt quod Horatio Lib. IV. od. 2. v. 7. dicitur *inmenſuſque ruit profundo Pindarus ore.* pro altera lectione facere poſſit, illud Sapphus apud Ovid. Epiſt. XV. 30. de Alcaeo:

Nec plus Alcaeus, conſors patriaeque lyraeque,
Laudis habet, quamvis grandius ille ſonet.

niſi & illic *tonet* praeſtiterit.

41. *Tu modo ſervitio vacuum me ſiſte ſuperbo*
Atque hoc ſollicitum vince ſopore caput] *Tu mihi* Mentel. & prim. Leid. *Tu quoque* D'Orvill. ſec. colorem hinc deduxit Marc. Ant. Flaminius in fine optimi Galliambi ad Bacchum, imitatione Catulliana ſcripti, Lib. I. Carm. XIV.

—— *tuo mihi ſaltem munere liceat*
Rabidi furorem amoris compeſcere, pater, &
Da ſervitio gravi dominae vivere vacuum.

ultimo verſu *vincere caput ſopore* Francius poſitum pro *vincire* adſcripſerat. idque etiam Paſſeratio, ſed haeſitanti, in mentem venerat. ſic quidem *vinctus* & *devinctus ſomno* paſſim occurrit. de quo vide Heinſ. ad Ovid. XI. Met. 238. ſed & *victi ſomno ocelli* Lib. III. Faſt. 19. Tibullus Lib. I. El. 2. init.

Adde merum, vinoque graves compeſce dolores,
Occupet ut feſſi lumina victa ſopor.

ubi

ELEG. XVI.

Clauſus ab umbroſo qua ludit Pontus Averno,
Fumida Bajarum ſtagna tepentis aquae,

Qua

ubi male alii *vincta*. nam alterum propter *feſſi* longe praeferendum, quia *victa ſomno lumina* dicuntur, quae curis agitata ſopori quidem obnituntur, ſed fatigata tandem a ſomno obrepente ſuperantur. ideoque optime *victa* illic Gebhardus & Broukhuſius tuentur. *vincta* vero, alto ſomno oppreſſa, & fere ligata. quam diſtinctionem pro ratione rei, de qua agitur, ſemper obſervandam notavi. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 642. eo ſenſu etiam intellexiſſe Scaligerum, patet ex ejus Interpretatione Graeca, qua vertit,

Καὶ μέλιον δάμνᾳ κώματι τοῦτο κάρη.

δαμνάω enim eſt ſomno obruo, domo. ut apud Apollon. Rhod. Lib. II. 419.

Οὐ κνέφας ἤδυμος ὕπνος ἀναιδέα δάμναται ὄσσε.

totam nempe hanc Elegiam Graecis numeris reddidit, quae legitur inter poëmata ſelecta, ex poëtis Latinis Graece ab eo verſa, poſt Viri Illuſtris Poëmata Latina pag. 99. ed. Scriver. Ex his igitur patet, perperam J. Douſam in margine ed. Rovill. conjeciſſe *ſapore*, pro *ſopore*, ut vinum intelligatur.

ELEG. XVI.] in codd. MSS. huic Elegiae praefigitur titulus, QVOD MORS SIT INEVITABILIS, vel MORTEM ESSE INEVITABILEM, ut in Regiis, Colbertino, Mentel. Borrich. meo utroque, & vetuſtiſſ. edd. ſed in veteri cod. Ant. Perreji, DEFLETVR MORS MARCELLI. illius nempe Marcelli, qui Octaviae ſororis Augusti filius, Juliam unicam ejus filiam habuit deſponſatam, & pontificatu atque aedilitate curuli ornatus fuit, ſed inmatura aetate obiit, cujus mortem notis egregiis verſibus deflevit Virgilius VI. Aen. 862. & ſeqq. ubi verba Servii quibus ſcribit Marcellum *anno aetatis decimo octavo* obiiſſe in Bajano, vitioſa in numero eſſe notat Broukh. infra ad v. 15. *Occidit & miſero ſteterat vigeſimus annus*, unde vigeſimo aetatis anno vita functum patet. fata hujus Marcelli quaſi per ſaturam collegit Beroaldus ad h. l. & Muretus Commentar. ad Tacit. Lib. I. Annal. pag. 63—65. ed. Ingolſtad 1604. nam in edd. Taciti vulgatis iſta Mureti non leguntur. & adde Glandorpii Onomaſt. p. 233. ubi tamen male legitur, eum anno aetatis XXIII. obiiſſe. ſubmerſum fuiſſe in ſinu Bajano innuit noſter v. 9. quod praeter Propertium a nullo veterum tradi notavit Scaliger, & ab Auguſti medico Antonio Muſa aquarum frigidarum lotionibus, ſeu *ψυχρολυσίαις*, poſt balnei uſum fuiſſe enectum, docet ex Dione Caſſio Lib. LIII. cap. 30 pag. 725. ed. Reim. ſed Propertium hoc in gratiam Liviae Auguſtae inmutaſſe, quae Marcellum nimis carum omnibus & honoratum eſſe invidens, eum clandeſtino mortis genere de medio tolli curaverit; non vero Bajis, ſed in Stabiano extinctum eſſe affirmat, quod refutat Lipſius ad Tacit. Lib. I. Annal. cap. 3. certe corruptis Servii verbis erravit Scaliger, apud quem edebatur, *periit decimo octavo in Stabiano, cum aedilitatem gereret.* ſed *in Bajano* legendum recte monuit Broukhuſius. plura de hujus Marcelli morte, & anno ejus fatali, notavit Patruus meus ad Virg. Ecl. IV. init.

v. 1. *Clauſus ab umbroſo qua ludit Pontus Averno,*
Fumida Bajarum ſtagna tepentis aquae]

locus varie agitatus. *Clauſus* legitur in Regiis, uno Colbert. duobus Leidd. Voſſ. tertio, Borrich. Groning. primo D'Orvill. meo utroque, & priſcis edd. *Lauſus*, omiſſa litera initiali, Voſſ. pr. & D'Orv. ſec. in Askewiano, *Lauſus ab umbroſo — portus.* Guyetus tentaverat *Clauſus ad umbroſum qua ludit pontus Avernum.* Heinſius vero variis conjecturis locum ſollicitavit, *Obvius umbroſo*, *Hauſtus ab umbroſo*, vel *Julius umbr. qua ludit portus*, de quo portu Julio apud Bajas, inmiſſo in Lucrinum & Avernum lacum mari, vid. Suet. Aug. 16. ſed deinde nihil mutandum, hoc eſt, editionum veterum lectionem *Clauſus* retinendam recte judicavit, nam *Plauſus* ex ed. Scalig. dedit Broukhuſius,

quod

Qua jacet & Trojae tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via:

5. Hic

quod in Scaligeri Excerptis, quarto Voſſ. & uno Gebhardi Palatino legitur. Itaque *Clauſus* contextui reſtituendum exiſtimavi, quia Bajani portus vel Lucrini lacus hic eſt deſcriptio, & *claudi* proprie talia dicuntur loca, objectis contra maris vim molibus. vide quae ad loci hujus illuſtrationem contulit Patruus meus ad Rutil. Lib. I. 247. & ad illud Lucani Lib. I. 421.

——— *qua litore curvo*
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus aequor.

adde quae notavi ſupra ad Lib. I. El. XI. 11. deinde pro *ludit* in v. c. Perreji & ſecundo Vatic. *lidit.* pro *allidit.* ut in Vatic. primo. Auratus vero, Lambinus, & Canterus ad Lycophr. v. 694. & Lib. II. Nov. Lect. cap. 14. legunt *qua alludit pontus Averno.* & ſic excuſum in ed. Douſarum Raphelengiana. indicatur enim Bajarum ſitus, Averno lacu, Miſeno promontorio, & via Herculea definitus *alludit* nempe *ſtagni tepentis aquae Bajarum.* aliter olim Fruterius, qui in Epiſtola ad Canterum in collectione Gabbemae pag. 831. *pontum ludere*, non *alludere*, exponit eo ſenſu, *pontum clauſum ab umbroſo Averno ludere.* ſed eodem fere redit, an *ludit* vel *adludit* legatur, modo intelligamus, pontum, ſeu mare Cumanum, adluere ſtagna Bajarum. utriuſque locutionis exempla, non praeterito hoc Propertii loco, dedit eruditiſſimus Ictus Hermannus Cannegieterus Lib. II. Obſerv. Jur. Rom. cap. 4. p. 154. 155. *umbroſum Avernum* vocat propter lacum hunc denſa arbore obumbratum. Silius Italicus Lib. XII. 121.

Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Avernum,
Tum triſti nemore atque umbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, letaee vomebat
Suffuſo virus coelo.

quem locum optima luce adfundunt Servii verba ad Lib. III. Aen. 443. *Divinoſque lacus & Averna ſonantia ſilvis.* ubi haec notat, *hic lacus ante ſilvarum denſitate ſic ambiebatur, ut exhalans inde per anguſtias aquae ſulphureae odor graviſſimus ſupervolantes aves necaret. unde &* Avernus *dictus eſt, quaſi ἄορνος: quam rem Auguſtus Caeſar intelligens, dejectis ſilvis, ex peſtilentibus amoena reddidit loca.* quae Serviana etiam hic tuentur lectionem Scaligeri *Fumida Bajarum ſtagna* probante Guyeto & Heinſio, pro *Humida*, ut in pleriſque codd. & vetuſtis edd. quibus accedunt duo Leidenſes, tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei. Lucretius Lib. VI. 748.

Aut in aquam, ſi forte lacus ſubſtratus Averno eſt.
Qualis apud Cumas locus eſt montemque Veſevum,
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.

Ovidius I. A. A. 256.

Quid referam Bajas, praetextaque litora velis,
Et quae de calido ſulfure fumat, aquam.

Statius Lib. III. Sylv. 2. 17.

Bajanoſque ſinus & foeta tepentibus undis
Litora.

ſic *fumifer Aponus*, *fumidus Phlegeton*, *fumans Padus*, & ſim. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. VIII. 452. male igitur Paſſeratius, Scaligero ſemper fere obloquens, *Humida* defendit, licet *otioſum epitheton* dicat. de Averno lacu vide Valentem Guellium ad Virg. VI. Aen. v. 242. & plura apud Cluverium Lib. IV. Ital. Antiq. cap. 2. pag. 1127. & ſeqq.

3. *Qua jacet & Trojae tubicen Miſenus arena*] *Trojae tubicen* Paſſeratius pro tubicine Trojano exponit, ſed fere *liticen* e Statio praefert. *Trous tubicen* Heinſius. vel potius *Euboïca arena*, id eſt Cumano litore, Bajis vicino, quod optime adſtruit in notis Propertianis pag. 732. de Miſeni hujus, Aeneae tubicinis fato vide Virg. VI. Aen. 162. 212—235. mox per *viam Herculeo labore ſtructam*, quam *ſonare* dicit, forte quia lapidibus ſtrata erat, intelligit *aggeres*, quibus a lacu Lucrino mare arcebatur, ab Hercule factos, unde *viae Herculeae* vel *Herculanae ſemitae* nomen habuerunt. de qua vide Cluver. Lib. I. Ital. Antiq. cap. 18. pag. 152. & Lib. IV. cap. 2. pag. 1122. nec repetam hic, quae de illis notavi ad Lib. I. El. XI. ipſo initio.

Ecquid te mediis ceſſantem, Cynthia, Bajis,
Qua jacet Herculeis ſemita litoribus.

&

Hic ubi, mortales dextra quum quaereret urbes,
Cymbala Thebano concrepuere Deo:
At nunc inviſae magno cum crimine Bajae,
Quis Deus in veſtra conſtitit hoſtis aqua?

His

& de hoc aggere Herculeo Statii locum ex Lib. V. Sylv. 3. 164. intelligebat Domitius Calderinus, licet aliter eum emendet, & de Baulis Herculeis, vel Herculaneo exponat Marklandus in Notis pag. 307.

5. *Hic ubi mortales dextra cum quaereret urbes*] pro *quaereret* Beroaldus emendavit *conderet*, id eſt aedificaret, quia Pompejos, & Herculanium in Campania condidit Hercules. & ita in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſecundo Vaticano quidem legitur. ſed recte id rejecerunt Scaliger ex Broukhuſius, & *quaerere* pro acquirere occupare, interpretantur. & ſic intelligebat Gruterus in notis ad Senecam auctioribus Epiſt. I. pag. 575. ed. Commelin. quod autem addat Poëta *dextra quaereret*, id ad vim militarem refert idem Broukhuſius, prolato Salluſtii loco ex Jugurth. cap. 4. in fin. *populus Romanus quaſcumque urbes & agros manu ceperat.* ubi Cortius in notis dicit *inter alia non adeo accommodata* id ab eo produci vitioſe *cum quateret urbes* in Harlejano Muſei Britannici. *dexter* in Colbertino. Heinſius in ora ed. Ald. *verteret* conjecerat. Sed vellem Broukhuſius explicuiſſet, quomodo *urbes mortales* hic dicantur. Vulpius multa congeſſit, ut elegantiſſimum epitheton eſſe oſtenderet, quia urbes & oppida *naſci* ac *mori* aeque ac homines, ſaepe apud veteres dicuntur, acumine, ni fallor, vago & nimis longe quaeſito, atque a poëtae mente hic valde alieno; id enim omnibus urbibus, regniſque commune, ut intereant; ſed unicum pro operoſa & loco huic parum conveniente philoſophia ſuffeciſſet ex poëta veteri exemplum, apud quem *mortales urbes* dicantur. Paſſeratius & Guyetus *mortalis* legunt, cum Hercules adhuc mortalis quaereret urbes. & haec ſcriptura eſt in primo & quinto Vaticaeo, meo ſecundo, & primis edd. idque forte nonnihil adſtrui poſſet Fragmento CCLXXI. Callimachi, in quo Ἐδείμαμεν ἄστεα μορτοί. *mortales nos oppida condidimus.* ſimpliciſſima autem videtur emendatio Cl. Schraderi, qui legebat *mortali dextra.* ut Lib. II. El. 23. v. 106.

Altaque mortali deligere aſtra manu.

& apud Virg. IX. Aen. v. 95.

Mortaline manu factae inmortale carinae
Fas habeant.

Sed aliud mendum hic latere ſuſpicatus eſt N. Heinſius, cujus ingenium in emendandis poëtis antiquis Criticae ſagacitatis exemplum eſt. in Notis enim Propertianis p. 733. exiſtimabat olim forte exaratum fuiſſe *Martalas dextro*, & propter eliſionem tres excidiſſe literas, adeoque ſcribendum,

Hic ubi Marte Italas dextro cum quaereret urbes.

quia veroſimile eſt, Herculem, de quo hic agitur, iſto in tractu expugnaſſe urbes, ſi Pompejis, Campaniae civitate, poſt victum & extinctum Geryonem victor ex Hiſpania redux triumphavit, ut teſtatur Servius ad Virg. VII. Aen. 662. & ſic in vicinis Phlegraeis campis Gigantas ſuperavit. neque dubitandum videtur urbi a ſe expugnatae, Pompejos inter & Neapolim, Herculanii nomen inditum fuiſſe. vide Cluverium Lib. IV. Ital. Antiq. cap. 3. pag. 1154 & 1155. propter illas autem victorias dicit Umber, *Hic, ubi, cymbala* Thebano Deo, ſeu Herculi, concrepuere, ſeu in hoc Campaniae tractu, Hercules cymbalis crepitantibus colebatur, ut bene explicuit Beroaldus. ita apud Ovid. III. Faſt. 740.

Aeriferae comitum concrepuere manus.

quod verbum illic, hoc ipſo inter alia Propertii loco, recte vindicavit Heinſius, cum in aliis MSS. eſſet *cum crepuere.* male in meis codicis Juniani Excerptis *cum ſtrepuere.* vide & Douſae praecidan. ad Petron. Lib. I. cap. XI.

7. *At nunc inviſae magno cum crimine Bajae*] ideo *crimine*, quia illic Marcellus interiit. ut Lib. II. El. 21. 2. *Tam formoſa tuum mortua crimen erit.* ubi vide quae notavi. locutionem *magno cum crimine* multis exemplis confirmavit Cuninghamius Anim. in Horat. Bentlej. cap. VI. pag. 145.

 9. *His*

His preſſus Stygias vultum demerſit in undas;
Errat & in veſtro ſpiritus ille lacu.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexo Caeſaris eſſe focos?
Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia geſta manus?

Oc-

9. *His preſſus Stygias vultum demerſit in undas*] N. Heinſius ad oram ed. Aldinae adſcripſerat aliquid deeſſe huic Elegiae, quia Marcelli nomen nuſquam exprimitur. Guyetus etiam ante hunc verſum multa deſiderari cenſebat, & hoc diſtichon habebat ſuſpectum; inprobante tamen Heinſio in notis pag. 733. *Bis preſſus* in Mentel. primo Vatic. Excerpt. Scalig. Borrich. Groning. Askew. primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & primis edd. *Is preſſus* in ed. Volſci. ſed haec indicant literam initialem vel turbatam vel omiſſam. *Hic preſſus* Guyetus. ſed *His*, aquis nempe Bajanis, depreſſus ad undas Stygias vultum demiſit, ut recte exponit Heinſius. *demiſit* enim in quinto Vatic. Borrich. Groning. tribus Voſſ. D'Orvill. utroque, meis, & priſcis edd. *demerſit*, ut edidit Broukhuſius, confirmatur a cod. Regio. ſimile illud de Daphnide apud Theocritum Idyll. I. 140.

—— χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον, ἔκλυσε δίνα
Τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ νύμφαισιν ἀπεχθῆ.

quod hoc Propertii, & Ovidii loco, a Broukhuſio hic prolato, illuſtrat Cel. Valckenarius. eadem variatione apud Silium Lib. V. 17. *Litore correptum ſtagnis demiſit Agylle.* ubi *demerſit* Heinſius. vide iſtic Drakenborchii notas. & ſic *demittere* & *demergere* alibi quoque haud raro conmutata docent notae Interpretum ad Ovid. VI. Met. 664. XV. 105. & ad Ibin v. 387. & Oudend. ad Lucan. III. 41. qui *demerſit* hoc in loco etiam probat.

11. *Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi*
Mater, & amplexo Caeſaris eſſe focos?]

quid optima in Askew. forte pro *quidve optima*. repetitione non invenuſta. *profuit illa Mater* in Neap. a man. pr. Marcello ante diem defuncto matrem Octaviam nil profuiſſe dicit eodem modo, quo hunc locum imitatus Ovidius, Epicedio Tibulli Lib. III. Am. El. 9. 21.

Quid pater Iſmario, quid mater, profuit Orpheo?

Seneca de Octavia Neronis, v. 285.

—— cur a patria
Pelliter aula? ſancta quid illi
Prodeſt pietas, Divuſque pater?
Quid virginitas, caſtuſque pudor?

& in hanc ſententiam Horatius Lib. IV. od. 7. 23.

Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria;
Non, Torquate, genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.

mox pro *amplexo* in Regiis, Colbertino, Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orvill. & meo, ac vetuſtis edd. *amplexum*. ut legitur etiam apud Octavian. Mirandul. in Viridar. Poët. fol. 184. b. vitioſe *amplexos cineres* pro *Caeſaris* in Excerptis Scaligeri, unde ille *amplexo* correxit, quem ſecutus eſt Broukhuſius; & probavit N. Heinſius ad Ovid. Eleg. de Nuce v. 107. ubi hoc loquendi genus pluribus exemplis vindicavit. recte idem Scaliger hunc locum intelligebat de Marcelli adoptione in familiam Juliam, quae ante focos ſeu lares domeſticos fiebat, ſumta toga libera. vide ad Lib. IV. 1. v. 132. ſed Paſſeratius ad vinculum adfinitatis cum Auguſto Caeſare referre maluit, qui filiam Juliam ei deſponſavit.

13. *Aut modo tam pleno fluitantia vela theatro*] *fluctuantia* in primo Leid. de aedilitate Marcelli, quam geſſiſſe eum teſtatur Servius, intelligit Heinſius. Marcellum enim juſſiſſe theatra & fora velis laxis obumbrari contra Solis calorem, e Plinio hic notat Paſſeratius. de his theatrorum velis Ovidius Lib. I. A. A. 103.

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro.

&

Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus.
Tot bona tam parvo clauſit in orbe dies.
I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos,
Stantiaque in plauſum tota theatra juvent.
Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis
Gemmea ſint ludis: ignibus uſta dabis.
Sed tamen huc omnes: huc primus & ultimus ordo.
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via.

Ex-

& noſter Lib. IV. El. 1. 15.

Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro.

ubi *ſinuoſa* vocat, quae hic *fluitantia.* vide & Bulenger. Lib. I. de Theatro cap. 18. & de theatro Marcelli, quod dedicavit Auguſtus, Freinshem. ad Tacit. III. Ann. 64. ſeq. verſu *maternos manes* vitioſiſſime in ed. ſub Graevii nomine excuſa. Paſſeratius haec exponit, quia aedilitatis ſuae adminiſtrationem Octaviae commiſerat Marcellus, cum adverſa valetudine luctans. ſed propter *omnia*, per maternas manus geſta, potior videtur Ant. Volſci interpretatio, quia porticum, templum, Bibliothecam, & ludos ſub Marcelli nomine mater Octavia dedicavit. certe Plutarchus vita Marcelli in fine teſtatur in hujus memoriam & honorem matrem ejus Octaviam Bibliothecam dedicaſſe, Auguſtum vero theatrum, quod nomine Marcelli inſcripſit. a quo tamen diverſus eſt Dio Caſſ. Lib. XLIX. cap. 43. fin. ubi vide Reimari notas.

15. *Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus*] *Ut miſero* Heinſius, & mox *quam parvo. ſat erat* corrigendum cenſuit Livinejus. ſed infeliciter nam *ſteterat* annum aetatis vigeſimum fuiſſe Marcello ultimum vitae terminum notat. ut contra Catroeum alioſque de anno Marcelli fatali fluctuantes notat Patruus meus ad Virg. Ecl. IV. init. dein *parvo orbe* de exiguo vitae ſpatio capiunt Beroaldus & Paſſeratius.

17. *I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos*] male *animo* in meo priore. locum hunc imitatus eſt Ovidius Epiſt. IX. 105. *I nunc, tolle animos & fortia facta recenſe. & centum finge triumphos* in Menteliano, ut de Colbertino teſtatur Broukhuſius. ſed *tecum* vindicat Heinſius in Notis pag. 733. idque praefert Patruus meus Comment ad Phaedr. Lib. II. fab. 5. 25. *finge tumultum* perperam in quarto Voſſiano.

18. *Stantiaque in plauſum tota theatra juvent*] *ſtantia qui* cod. Reg. *impulſu* Voſſ. tert. *in plauſu* duo Leidd. Mentel. & primo Voſſ. ſed alterum vindicat illud Phaedri Lib. V. fab. 7. 28.

Laetare incolumis, Roma, ſalvo Principe
In plauſus conſurrectum eſt.

reſpicitur ad ritum, quo olim ſtabant in theatris, ſed dein ſedebant, & plaudentes conſurgebant. vide quae notavit Mercerus ad Ariſtaenet. pag. 267 pro *juvent* conjecerat Heinſius *move* vel *fove.* aut *in plauſum ſuum*, vel *tuum.* ſed nihil mutandum recte notat Broukhuſius. *tota te theatra* in Askew.

19. *Attalicas ſupera veſtes, atque omnia magnis*
Gemmea ſint ludis: ignibus uſta dabis]

Italicas male in D'Orv. pr. *ſupra veſtes* correxerat Heinſ. in ora ed. Ald. deinde in primo cod. Regio, *Gemmea ſint nudis ignibus* in altero. *Gemmae ſint ludis ignibus. Semina ſunt* in Excerpt. Scalig & meo ſecundo. unde *Segmina* Scaligerum adſcripſiſſe notaverat Heinſius. *Geminea* vel *Gemina ſint nudis* in primis edd. *Gemmea ſint: nudis ignibus* in Harlejano Muſei Britann. *nudis* etiam in Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. Borrich. Heinſiano, & meo priore. *laudis* D'Orv. ſec. *uſta* ex MSS. praetuli, licet *iſta* ediderit Broukhuſius. ſed ſequitur, *iſta terenda via.*

21. *Sed tamen huc omnes, huc primus & ultimus ordo*
Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via.]

Et tamen apud Octavian. Mirandulam. Heinſium offendiſſe videtur ellipſis primo diſtichi hujus

 verſu

Exoranda canis tria ſunt latrantia colla:
  Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.
Ille licet ferro cautus ſe condat, & aere:
  Mors tamen incluſum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
  Croeſum aut, Pactoli quas parit humor, opes.

At

verſu *huc omnes.* nullo alio addito, ideoque conjecerat *Vadimus* vel *Tendimus huc omnes.* ut in illo Orphei apud Ovid. X. Met. 34.

Tendimus huc omnes: haec eſt domus ultima.

& Albinovani Epicedio Druſi v. 359. loco adpoſito,

Fata manent omnes. omnes exſpectat avarus
Portitor, & turbae vix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam,
Omnia ſub leges Mors vocat atra ſuas.

hoc omnes in duobus Regiis, uno Colbert. Neapol. Groning. Leid. ſec. Voſſ. pr. Askew. D'Orv. primo, & meo ſec. & primis edd. *hic* Voſſ. tert. *huc* a man. ſec. in meo priore. *hic primus & ultimus ordo* Voſſ. tert. dein *terenda via eſt* in pleriſque codd. quibus accedunt Askew. Leid. pr. Voſſ. pr. & quart. duo D'Orv. & meus primus, ac vetuſtiſſimae edd. in quibus *Et mala.* *tenenda* pro varia lectione in margine mei ſecundi, vera lectio, *Eſt mala, ſed cunctis iſta terenda via. mala via*, quae ad mortem ducit. vide ad Ovid. II. Am. El. XI. 1.

24. *Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis*] *curvi* in v. c. Fruterii, & quarto Voſſ. unde Heinſius *furvi. torti* in uno Colbert. & meo ſecundo. *troci* Neapol. unde in marg. ed. Gryphianae conjecerat Heinſius, *Et ſcandenda trucis. publica* autem *cymba* Charontis eſt, quae κοινὴ ἄκατος in fragmento Hermeſianactis apud Athenaeum Lib. XIII. p. 597.

"Ενθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων.

ut reſtituit eruditiſſimus Lennepius Animadv. ad Coluth. pag. 162 laudante, & cum hoc verſu Propertiano conferente Cel. Ruhnkenio in Epiſt. II. Critic. pag. 74. his ſimilia ſunt iſta Horatii Lib. II. od. 3. 25.

Omnes eodem cogimur: omnium
Verſatur urna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in aeternum
Exſilium inpoſitura cymbae.

& od. 14. 9.

——— *ſcilicet omnibus,*
Quicumque terrae munere veſcimur,
Enaviganda, ſive reges
Sive inopes erimus coloni.

25. *Ille licet ferro cautus ſe condat & aere*] *tumidus* in Leid. ſec. & marg. Voſſ tertii. forte pro *timidus. tondat* vitioſe in Leid. & Voſſ. pr. *ferro & aere* pro galea ferrea. ut *aes* pro caſſide. ut ſupra El. XII. 12. *Virgineumque cavo praetegit aere caput.* Facit huc Salluſtii locus in Fragm Lib. I. Hiſtor. pag. 418. *Eſtne viris reliqui aliquid quam ſolvere injuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro ſeptis ſtatuit.* ubi vide Douſam, qui *protrahet* ſeq. verſu adfert, ut conjecerant etiam Livinejus & Marklandus.

27. *Nirea non facies, non vis exemit Achillem, Croeſum aut, Pactoli &c.*]

vitioſe *Ferrea non facies* in Heinſiano & meo primo *Terea* in Borrich. *Nerea* in pleriſque codd. Mentel. Neapol. Leid. pr. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. Askew. Harlejano Muſei Britann. meo ſecundo, ut in primis edd. & apud Octavian. Mirandulam. *Nireu* formae ſpecie inſignis ex Homero notus Iliad. B. 673.

Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

ad quam locum reſpicit Ovidius Lib. II. A. A. 109.

Sis licet antiquo Nireus adamatus Homero,
Naiadumque tener crimine raptus Hylas.

ubi *Nereus* etiam in multis codd. ſed vide illic Hein-

At tibi, nauta, pias hominum qui trajicis umbras,
Huc animae portent corpus inane tuae.
Qua Siculae victor telluris Claudius, & qua
Caeſar ab humana ceſſit in aſtra via.

ELEG.

Heinſii notas, qui *Nirei* nomen conjectura ingenio a Apulejo etiam reſtituit, quam confirmare potuerat loco Naſonis, ubi ſimiliter Therſiten & Nirea opponit, IV. ex P. Ep. 13. 15.

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere,
Quam pulchra Nireus conſpiciendus erat.

recte etiam monet *adamatus* non eſſe mutandum in *laudatus*; reſpiciens Tan. Fabrum, ſic emendantem Lib. I. Epiſt. Crit. 55. quem etiam refutavit Daviſ. ad Cic. Lib. I. Acad. cap. 13. *non vix* corrupte in Menteliano. deinde probanda forte eſt codicis quinti Neapolitani, Regii, & Voſſ. primi ſcriptura,

Croeſum haud, Pactoli quas parit humor, opes.

ut adfert etiam Octavian. Mirandula. idque Guyeto & Heinſio placebat, in cujus codice *non* legebatur. pro *parit* in uno Colbertino, Leid. & meo primo *premit*, quod etiam in margine ſecundi mei MS. pro varia lectione habetur. in Askewiano autem *qua fluit humor.* e gloſſa, ni fallor. vel ex Horatio deſumtum eſt Epod. XV. 20.

Sis pecore & multa dives tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat.

29. *At tibi, nauta, pias hominum qui trajicis umbras,*
Huc animae portent corpus inane tuae]

Locus corruptiſſimus, ad quem ſanandum parum opis conferunt codices antiqui. a quo enim verbo pendet illud *tibi?* & quis ſanus ſenſus in illis, *portent animae tuae?* Fruterius adſcripſerat, *id eſt venti.* venti igitur tui, Charon, corpus inane Marcelli, tibi adferant, optat. quae nam haec loquendi ſtribligo? per *animas tuas* intelligit etiam Paſſeratius aut ventos, qui vela cymbae tuae inpellunt; aut umbras, quas tu cymba vehis, quaeque remigant, & *tibi* abundare notat. *At cito* conjecerat Guyetus, & *Hac animae.* ſed ita praeſtaret. *At tu* &c. *Huc animae portes corp. in. ſuae.* ut video Marklandum etiam conjeciſſe. *Huc animae corpus portet* in cod. Regio. in meo priore legitur *in anne* pro *in amne.* ut non diſſimili ſcripturae varietate apud Statium IX. Theb. 602. *Ergo ut inane nefas merſo ter crine piavit* ubi *ut amne*, vel *in amne* in MSS. pro vera ſcriptura *Ergo ut mane nefas* &c. Sed ne moremur, locum hunc adfectum egregie ſanavit Heinſius conjectura ingenio perſpicaciſſimi Critici digniſſima,

Duc *animae*, Porthmeu, *corpus inane* ſuae.

navita Porthmeus paſſim Charon poëtis vocatur. ut in Epigr. vet. apud Fabrettum pag. 702. *Sat fuerat, Porthmeu, cymba vexiſſe maritum.* & in Epitaphio Ariadnae, quod edidi Tom. II. Anth. Lat. pag. 40. & 41.

Vexit aqua Porthmeus, terra hic habet cineres.

ubi multa de hoc Charontis nomine notavi. de conferendus quoque Cl. Valkenarius diatr. ad Eurip. c. XXV. p. 280. & huic lectioni optime convenit *qui trajicis umbras.* nam *trajicere* verbum nauticum, Graecis πορθμεύειν & διαπορθμεύειν vid. Valent. Guellium ad Virg. VI. Aen 536. idemque verbum a Graecis etiam transferri ad res amatorias, ut πορθμεύειν φίλαμα, docet; quod elegantiſſimo Agathiae epigrammate a ſe verſo illuſtrat. de quo etiam vide Jungerman. ad Long. Paſtor. pag. 222. dein *corpus animae ſuae inane* pro Marcelli cadavere, ut apud Ovid. II. Met. 611. *vitam cum ſanguine fudit Corpus inane animae frigus letale ſecutum eſt.* & Lib. XIII. 488.

Quae corpus conplexa animae tam fortis inane.

in Epitaphio veteri apud Gruterum pag. MLI. 2.

Hic vitae metas & inania membra reliquit.

& ſaepe *corpus inane* de cadavere. vide Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 154. Ingenioſiſſima hac emendatione admiſſa etiam corrigendum puto *At tu*, pro *At tibi*, adeoque totus locus ſic in integrum reſtituendus,

At tu, nauta, pias hominum qui trajicis umbras,
Duc *animae*, Porthmeu, *corpus inane* ſuae.

hoc ſenſu, Transfer, o Charon, Marcellum in campos Elyſios, in quos *pias umbras trajicis*, &

ELEG. XVII.

Objicitur toties a te mihi noſtra libido.
Crede mihi, vobis imperat illa magis.
Vos, ubi contemti rupiſtis frena pudoris,
Neſcitis captae mentis habere modum.
Flamma per incenſas citius ſedaret ariſtas,

Flu-

& quo Claudius Marcellus, ex ejus majoribus, qui captis Syracuſis Siciliam domuit, & Caeſar conceſſerunt, quia in familiam Juliam adoptatus fuit hic Marcellus. ſic *Claudius* ſimpliciter, pro Claudio Marcello, etiam occurrit Lib. IV. El. 10. 39. & Κλαύδιος apud Dion. Caſſium Lib. LXI. 17. fin. ubi hic *Siculae telluris victor* etiam indicatur. *At tu* noſtro familiare eſt. ut ſupra El. 5. 71.

At tu, ſaeve Aquilo, numquam mea vela videbis.

El. IX. 71. *At tu, ſive petes portus* &c. El. XIII. 43.

At tu non meritam parcas vexare Licymnam.

& ſaepe alibi. vide Bentlejum ad Horat. Epod. XV. 17. *umbras* autem, *corpus*, & *animam* hic cumulat. de quo vide Cuperum in Apoth. Homer. pag. 20. 21 *retrahit umbras* in uno Regio. Ceterum ante hoc diſtichon in multis codd. & edd. vetuſtis inſeruntur duo verſus, qui nunc leguntur Lib. II. El. 7. 7.

Hic olim ignaros luctus populavit Achivos,
Atridae magno quum ſtetit alter amor.

ultimo verſu *ceſſit ad aſtra* in Regio.

Eleg. XVII. v. 3. *Vos ubi contemti rupiſtis frena pudoris,*
Neſcitis captae mentis habere modum.

Ut ſemel impoſiti rupiſtis adfert Lipſius ad Senec. I. de Benef. cap. 10. neſcio an ex veteri aliquo codice, vel potius memoriae vitio. *Contemtus pudor* eſt neglectus ſeu *praeteritus pudor* ut dicitur Ovidio Lib. II. Triſt. 410. quod recte illic vindicant eruditorum notae. praeſertim vero illud *Vos* eleganter adhibetur, quando aliquid ſiniſtri ac mali moris objicitur, quod ſexui proprium & ingenitum ſit, & optime hic repetitur poſt praeced. verſum, *vobis imperat illa magis.* quod opponit *noſtrae* virorum libidini. aberrant enim hic codd. MSS. in quibus *nobis*. ut mox v. 9. *noſtros reprehendere curſus* male in Colbertino, pro *veſtros*. & Lib. II. El. 24. 42.

Eſt quiddam quod vos quaerere cogat Amor.

ubi male etiam *nos* in aliis codd. ſimile illud ſupra El. XIII. 44.

Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.

ubi vide Paſſeratium. Lib. II. El. 7. 69.

Sed vobis facile eſt verba & conponere fraudes.
Hoc unum didicit femina ſemper opus.

& El. XXII. 32.

Me ſimilem veſtris moribus eſſe putas?

ſic ſaepe apud Ovidium Epiſt. I. 75.

Haec ego dum ſtulte meditor, (quae veſtra libido)
Eſſe peregrino captus amore potes.

ubi vide notas. Ep. XVII. 40.

Verbaque dicuntur veſtra carere fide.

& pari ſententia Lib. I. A. A. 281.

Fortior in nobis nec tam furioſa libido eſt.
Legitimum finem flamma virilis habet.

mox pro *captae mentis* Heinſius conjecerat *caſtae* vel *cupidae*. quod probare non poſſum. *capta mens* eſt furor, inſania amoris, quae vos tamquam mente captas reddit. unde *mente* vel *animo captus* frequens occurrit. & hinc *captus amator*, qui oeſtro amoris ictus & lymphatus praeceps inpellitur *captas mentes*, amore nimirum, etiam de Pyramo & Thiſbe dixit Ovidius IV. Met. 62.

captis ardebant mentibus ambo.

5. *Flamma per incenſas citius ſedaret ariſtas*] *ſedetur* in pleriſque MSS. & edd. antiquis, quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſiani, uterque D'Orv. & mei. nec aliter apud Octavian. Mi-

Fluminaque ad fontis ſint reditura caput:
Et placidum Syrtes portum, & bona litora nautis
Praebeat hoſpitio ſaeva Malea ſuo:
Quam poſſit veſtros quiſquam reprehendere curſus,
Et rabidae ſtimulos frangere nequitiae.
Teſtis, Cretaei faſtus quae paſſa juvenci
Induit abiegnae cornua falſa bovis.

Teſtis

Mirandulam in Viridar. Poët. fol. 185. *ſedatur* in Askewiano. ex Palatino tamen Gebhardi Broukhuſius recepit *ſedaret*, pro ſedaretur. cui ſic etiam praeiverat Berneccerus in notis ad Juſtin. Lib. XXXVI. cap. 2. productis aliis hujus locutionis exemplis. levi unius literae mutatione malim *ſedarit*, pro, ceſſaverit, ut conveniat cum proximo *ſint*; licet hanc temporum mutationem ſatis frequentem poëtis eſſe, notet Gebhardus. idque probavit, & hoc loco ſuam in Severi Aetna v. 480. *liquor ille magis ſedare magiſque* &c. firmavit D'Orvillius in Siculis cap. XIV. p 239. ubi vulgo *ſervare.* pro quo *fervere* Scaliger. ſic navis *ſedare vela* dicitur infra El. XX. 20. *quum feſſa Lechaeo Sedavit placida vela phaſelus aqua.*

7. *Et placidum Syrtes portum, & bona litora nautis*
Praebeat hoſpitio ſaeva Malea ſuo.

pontum male in Mentel. Leid. ſec. & tertio Voſſ. *portum* Syrtibus dat, ut mox *hoſpitium* Maleae. *ſcaeva* in meo priore. *Syrtes* & *Malea* etiam conjunguntur apud Virgil. V. Aen. 193.

—— nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus uſi,
Jonioque mari, Maleaeque ſequacibus undis.

quibus locis egregie firmatur emendatio Heinſiana apud Ovid. II. Amor. El. XI. 19. ubi *Maleam* inter alia periculoſa & naufragiis famoſa loca reſtituit ex codice Regio:

Et vobis alii ventorum praelia narrent;
Quas Scylla infeſtet, quaſve Charybdis aquas:
Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis:
Quo lateant Syrtes, quove Malea ſinu.

pro inepta lectione, qua olim edebatur, *Quo lateant Syrtes magna minorque ſinu.* de media autem ſyllaba in voce *Malea*, vel longa vel brevi, vide Neſtorem in Vocabul. pag. 83. b. & Valentem Guellium ad d. l. Virgilii.

9 *Quam poſſit veſtros quiſquam reprehendere curſus*] *poſſint* in Heinſiano & meo priore. *noſtros* male in Colbertino. *reprendere* primus D'Orvill. meus ſecundus, ed. Beroaldi, Gryph. 1551. & Plantiniana Raphelengii, ut legendum putabat Livinejus. *reprehendere* in Groningano cod. primis edd. Venetis, Reg. Lep Volſci, Aldinis, Juntina, Colin. Gryphii 1573. Canteri & Rovilliana; cui adſcripſerat Douſa pater, *nota antiquam ſignificationem in verbo* reprehendere, *quod hoc loco pro* retinere *ſeu* conpeſcere *poſitum videtur*, *& quod* retinere *eſt apud Ovidium.* male in quinto Vaticano *deprehendere.* apud Octavian. Mirandulam *deprendere* pag. 185. Viridar. Poët. *reprimere*; metro adverſante, in Heinſiano, meoque primo. niſi gloſſa ſit. recte igitur *reprehendere* pro retro prehendere, retrahere ut exponit Guyetus ad Terent Adelph. IV. 4. pag. 242. ſeq. ſeq. verſu *rapidae* in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. ſed *rabidae* in D'Orvill. altero a man. ſec. ut correxerat Douſa, & bene firmavit Broukhuſius. ſupra El. VI. 11.

Quae mulier rabida jactat convicia lingua.

ubi vide.

12. *Induit abiegnae cornua falſa bovis.*
Teſtis Theſſalico &c.

abiegno bovi in Regiis, Fruterii cod. Mentel. Borrich. Groning. Askew duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. quod ineptum Livinejus pronuntiat. *abiegnae bovi* in primis aliiſque vetuſtioribus edd. & apud Octavian. Mirandulam, quod praefert Paſſeratius. de Paſiphaë, quae cum tauro concubuit, nota eſt fabula, ſed quod Volſcus ſequentia *Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo* &c. de Amymone intellexerit, quae cum Neptuno, *Deo* in fluvium Enipeum converſo, ut male addit, coïerit, graviter errat. deceptus forſan fuit alio noſtri loco Lib. II. El.

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
 Quae voluit liquido tota ſubire Deo.
Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta
 Arboris in frondes condita Myrrha novae.
Nam quid Medeae referam, quo tempore matris
 Iram natorum caede piavit amor?
Quidve Clytemneſtrae, propter quam tota Mycenis
 Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus?
Tuque o Minoa venumdata, Scylla, figura,
 Tondens purpurea regna paterna coma.

Hanc

El. 20. 47.

Sed non Neptunus tanto crudelis amori,
Neptunus fratri par in amoae Jovi.
Teſtis Amymone, latices cum ferret in arvis,
Conpreſſa, & Lernae pulſa tridente palus.

Illa enim fabula longe alius Neptuni amor continetur, ut ex notis ad illum locum patebit. ſed hic intelligitur Tyro, Salmonei filia, ab eodem Neptuno, adſcita Enipei fluminis forma, unde *liquidum Deum* vocat, conpreſſa. de qua noſter Lib. I. El. 13. 21.

Non ſic Haemonio Salmonida mixtus Enipeo
Taenarius facili preſſit amore Deus.

ubi vide quae notavi. *Quae vovit*, pro *voluit* conjecerat Heinſius in ora ed. Ald. pro *tota ſubire* Guyeto placebat *nupta* vel *nuda*. ſine ulla neceſſitate. viros doctos, qui pro *ſubire* apud Feſtum, in voce *ſuillum* legendum *ſurire* contendunt, ut notat Paſſeratius, verbo de feminis prurientibus apud priſci aevi ſcriptores uſitato, Propertio tamen illud ingerere non voluiſſe opinor.

15. *Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta*
Arboris in frondes &c.]

Crimine in Groning. *Crimen at illa fuit* in Leid. & Voſſ. primo. de Myrrha ſenis Cinyrae patris inceſto amore ſuccenſa res e fabulis nota, & elegantiſſima Ovidii deſcriptione Lib. X. Met. 298. & ſeqq. pro *Arboris in frondes condita* forte ſcriptum fuerit *Arboris in troncos condita*, hoc eſt *truncos*. non enim in frondes arboris, ſed in ejus corticem & truncum abdita fuit. id firmant illa apud Naſonem v. 491. & ſeqq.

Porrigitur radix, longi firmamina trunci, &c.
Jamque gravem creſcens uterum perſtrinxerat arbor,
Pectoraque obruerat, collumque operire parabat.
Non tulit illa moram: venientique obvia ligno
Subſedit: merſitque ſuos in cortice vultus.

& hinc *obducto cortice preſſa* dicitur Myrrha eidem Lib. I. A. A. 286. & ita de Atti in pinum condito, eodem Lib. X. 105. *truncoque induruit illo.* *novem* pro *novae* vitioſe in Neapol.

17. *Nam quid Medeae referam, quo tempore matris*
Iram natorum caede piavit amor?]

Medeam, & mox *Clytemneſtram*, & *Teque, o Minoa* &c. legebat Guyetus. ut ad haec ſingula repetatur *referam*. ſed *Medeae* & *Clymneſtrae* non mutandum, nam ex praecedenti diſticho *crimen* ſubintelligendum eſt. dein *Tuque, o Minoa*, nempe *infamis*, quod praeceſſerat. *matrem* male in Groning. & *ira* in D'Orvill. pr. *piavit* autem eſt piaculo ſatiavit iram. Auctor Ciris v. 155. *Jurando infelix nequidquam jura piaſſes.* vide Valentem Guellium ad Virg. VI. Aen. 379.

19 ——— *propter quam tota Mycenis*
Infamis ſtupro ſtat Pelopea domus

Mycenes Heinſius.

21. *Tuque o Minoa venumdata, Scylla, figura,*
Tondens purpurea regna paterna coma.]

Condens Borrich. *Tundens* in primo Leid. an forte *prodens* vel *Tradens*. ut ipſa Scylla apud Ovid.

Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti!
Niſe, tuas portas fraude recluſit Amor.
At vos, innuptae, felicius urite taedas;
Pendet Cretaea tracta puella rate.

Non

Ovid. VIII. Met. 90.

—— proles ego regia Niſi
Scylla, tibi trado *patrioſque meoſque penates.*
Praemia nulla peto, niſi te. cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput. ſcelerataque dextrâ
Munera porrexit.

ſed praeſtat forte, ut totus locus ſic conſtituatur,

Tuque o Minoae venumdata, Scylla, figurae,
Tondens purpuream, regna paterna, comam.

ut per adpoſitionem *comam* Niſi *purpuream* vocet *regna paterna* quia ab hoc fatali crine dependebat incolumitas regni & vita Niſi, ut apud Manilium Lib. V. v. 302. de Philoctete:

Hic ſortem pharetram Trojae bellique gerebat.

ut pharetram Philoctetis, vocet ſortem Trojae bellique. *pharetra* praefert Bentlejus. in vulgatis *Hic autem*, vel *Hic ortam*, ut in cod. Gembl. & ſic Marklandum codici ſuo adſcripſiſſe video; *Mallem* purpuream comam. *& ita Dorvillius, ut me per epiſtolam monuit.* eleganter autem Scylla hic dicitur cum patris, capillis ſimul regnum ejus *tondere.* ut Lib. IV. El. XI. 38. *Sub quorum titulis Africa tonſa jaces.* ubi in multis codd. MSS. *tunſa.* ſed vide illic notas. *venumdata Minoae figurae*, quia Minois pulchritudine capta regnum & Patrem Niſum, abſciſſo ejus purpureo crine, velut venalia obtulit. a formae enim ſpecie deſcribitur Minos apud Ovid. v. 24.

Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis,
In galea formoſus erat; ſeu ſumſerat auro
Fulgentem clypeum, clypeum ſumſiſſe decebat. & ſeqq.

quem locum imitatus eſt pſeudoGallus Elegia ab Aldo primum vulgata, cujus initium, *Non fuit Arſacidum* &c. v. 25. inter Poëm. Vet. Pithoei pag. 419.

Filius Europae Minos, ſeu poneret arcum,
Sive comam premeret caſſide, pulcher erat.
Non prius è muris pugnantem Regia virgo
Viderat, ac dirus crimina juſſit amor.
Acer Amor Deus eſt: foetas domet ille leaenas,
Excuſet facinus vindice Scylla Deo.

ſic ſcribe cum Heinſio. *feras* vitio metri editur.

24. *Niſe, tuas portas fraude recluſit amor*] *tuas arces* adfert Octavian. Mirandula, ſine dubio ex aliquo codice veteri, in Viridar. Poët. fol. 185. verſo. ſed recte *portas* in omnibus meis codd. MSS. Excerptis, & vetuſtis edd. quod firmat Ovidius d. L. v. 41.

Turribus e ſummis in Gnoſia mittere corpus
Caſtra, vel aeratas hoſtis recludere portas.

& ſic de ſimili proditione Tarpejae, quae Tatio Romam prodere, ſed pari exitu, amore percita cogitavit, infra Lib. IV. El. 4. 85.

Prodiderat portaeque fidem, patriamque jacentem:
Nubendique petit, quem velit ipſe, diem.

25. *At vos, innuptae, felicius urite taedas;*
Pendet Cretaea tracta puella rate.]
Senſum loci recte expoſuit Paſſeratius, pro, laetioribus auſpiciis nubite. hoc eſt quod Canace apud Ovid. Epiſt. XI. 105.

Nubite felices, Parca meliore, ſorores.

pro *pendet* vitioſe *prendet* in primo Voſſ. & D'Orvill In codice Regio, *Pendet in erecta fracta puella rate. tecta* in Askewiano. *pendet tracta* ſaniſſima lectio eſt. Scylla ipſa apud Ovid. v. 141. ſeqq.

Inſequar invitum, puppimque amplexa recurvam
Per freta longa trahar. *vix dixerat. inſilit undas;*
Gnoſiacaeque haeret comes invidioſa carinae.

Auctor Ciris v. 386.

Ergo metu capiti Scylla eſt inimica paterno;
Tum coma Sidonio florens ſucciditur oſtro:
Tum ſuſpenſa *novo ritu de navibus altis*
Per mare caeruleum trahitur *Niſeia virgo.*

ubi vide Scalig. & nuperas Cl. Heynii notas.

28. Vi-

Non tamen inmerito Minos ſedet arbiter Orci.
Victor erat quamvis, aequus in hoſte fuit.

ELEG. XVIII.

Credis eum jam poſſe tuae meminiſſe figurae,
Vidiſti a lecto quem dare vela tuo?
Durus, qui lucro potuit mutare puellam.

Tan-

28. *Victor erat quamvis, aequus in hoſte fuit*] male in multis edd. vetuſtis diſtinguitur,

Victor erat, quamvis aequus in hoſte fuit.

ut in Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Rovillii, & Gryphii. licet Minos Megaram & Niſum fraude Scyllae viciſſet, aequus tamen in hoſte fuit, punito virginis ſcelere. *aequus in hoſte* pro *in hoſtem.* ut *lenis in hoſte* Ovidio Lib. V. Triſt. 2. 36.

Saepe ſuo victor lenis in hoſte fuit.

contra *ferox in aliis*, pro *in alios*, & ſim. *veſanum in vite Lycurgum* ſupra dixit Eleg. XV. 23. ubi vide. & plura de hac enallage apud Cerdam ad Virg. II. Aen. 541. Gronov. ad Senec. IV. Nat. Quaeſt. praef. pag. 742. Perizon. ad Valer. Max. IV. 1. 10. & in notis Patrui mei ad Ovid. IX. Met. 274. & ad Quinctil. Decl. XV. 6.

Eleg. XVIII.] Nova hic Elegia a praecedenti ſeparata, ſed cum ſequenti connexa, habetur in pleriſque codd. & edd. antiquis, cum inſcriptione de contemtore vel contemtione amicae. vel ad novam amicam Broukhuſius ex his quinque diſtichis, quae in ſola Scaligeri editione adhaerent antecedenti, unum dedit Elegidion, majoris carminis fragmentum eſſe exiſtimans, licet antea conjeciſſet non incommode ea rejici poſſe in finem El. XVI. Lib. II. Mihi ex omnium fere membranarum auctoritate, & primarum reliquarumque veterum editionum cum illis conſenſu his decem verſibus non abſurde adjungi poſſe ſequentem Elegiam, veriſimilius videtur.

3. *Durus, qui lucro potuit mutare puellam. Tantiſne in lacrimis Africa tota fuit?*] Vexatiſſimus hic locus eſt. *Tantine in lucris* ex emendatione Gronovii Lib. III. Obſerv. cap. 17. edidit Broukhuſius, quam vel memorare, vel laudare in notis, & non contextui inſerere, praeſtitiſſet, ſed potius veterem codd. MSS. & edd. lectionem exhibere, in quibus fere omnibus legitur, *Tantiſne in lacrimis.* quod revocandum cenſui. *lucro* enim verſu antecedente, & hic *in lucris*, ſine ulla repetitionis virtute aut venuſtate & ingrato ſono recurrunt. illa certe *qui lucro potuit mutare puellam* jam ſatis manifeſtant, rivalem iſtum, in quem hic invehitur poëta, lucrum amori praetuliſſe, quia forte nactus erat provinciam Africam, aut munus in ea luculentum, & flentem deſeruiſſe Cynthiam, ut de praetore Illyrico Lib. II. El. XIII. & de Poſtumo Gallam linquente hoc Libro III. El. X. Virorum tamen eruditione inſignium conjecturas recenſeamus, quod ratio notarum exigit. *Tantine*, vel *Tantiſne illecebris* Lucas Fruterius divinaverat. Valens Guellius Pimpontius initium hujus Elegiae explicans docto Commentario ad Virg. IV. Aen. 413. putat Propertium hoc verſu reſpicere ad hiſtoriam Aeneae, quem nec lacrimis nec precibus Dido, ejuſque ſoror Anna, aut tota Carthago, a navigatione dimovere potuerunt. *Ire iterum in lacrimas, iterum tentare precando Cogitur. & ſupplex animos ſubmittere amori.* eo igitur modo hic rivalem poëta adducit in odium puellae, quae nullis lacrimis eum a profectione avocare potuerit, eaque amatorem illum diſcedentem largiore fletu proſecuta fuerit, quam Dido & tota olim Africa abeuntem Aeneam. quo ſenſu vetus lectio

Tan-

Tantiſne in lacrimis Africa tota fuit?

5. At

Tantiſne in lacrimis omnino admittenda eſſet. Simile quid ad loci hujus explicationem contulerat Andreas Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 26. ſed a Gronovio operoſe exploſus, probante tamen ejus correctionem *Tantine*, ut interrogantis ſermo ſit. Gronovii tamen emendationi non penitus adquieviſſe Broukhuſium colligo, quia ipſe vix ulla, ut ait, literarum inmutatione refingere malebat,

Tantine, ut lacrimes, Africa tota fuit?

& ſic ad marginem libri ſui conjecerat Marklandus. neque aliter emendaſſe N. Heinſium teſtatur Patruus meus ad illud Ovidii Epiſt. I. 4.

Vix Priamus tanti, totaque Troja fuit.

id profecto longe melius, quam altera ejus conjectura, *Tantine in gazis*, propoſita in notis Propertianis poſt Adverſaria pag. 735. favet certe huic lectioni illud Tibulli, quod adfert, Lib. II. El. 7. 23.

Deſino, ne dominae luctus renoventur acerbi.
Non ego ſum tanti, ploret ut illa ſemel.

Illam tamen Broukhuſii conjecturam, quae etiam Heinſii eſt, & explicationem vehementer exagitavit Perizonius ad Sanctii Minerv. Lib. IV. pag. 572. & 573. qui *in lacrimis* tuetur, & exponit per ellipſin participii *ens* ante praepoſitionem *in*, & locutionis hujus ſimilia profert exempla, *quum tu in lacrimis eſſes*, propter amatoris abitum. ejus obſervatis addi poſſet illud Apuleji Lib. II. Met. p. 126. *quidam moeſtus in lacrimis*. & ex veteri Inſcriptione apud Fabrettum pag. 235. ME RELINQVERES IN LACRIMIS. Sabinus Epiſt. I. 51. *ſi ſunt in fletibus ora.* haec tamen obſervatio Grammatica non tanti erat, ut notae ſuae illa odio & ſucco loliginis atrae inlita adderet verba: *Haec operoſius declarare volui, ut oſtenderem, quam graviter ille & inſcite contaminaverit aliquando ſuos Auctores, inmittendo temere in textum, quae confidentiſſimis aſſeverationibus perperam vera jactabat.* non obſtante tamen odioſo hoc Perizonii judicio, Broukhuſii emendationem & interpretationem utroque pollice laudavit Marklandus, Criticus certe Perizonio non inferior, qui non tantum eam in notis ad Statii Silvas pag. 269. probavit, ſed & olim in ſua Propertii editione ſic ſe editurum promiſit, eo ſenſu, An tanti erant omnes provinciae Africae reditus, ut tu vel unam lacrimulam profunderes? Tantum differunt ſuffragia illorum, qui nullo partium ſtudio ducti de virorum doctorum meritis ex aequo judicant ab aliorum iniquitate, qui odio vel obtrectationis pruritu occaecati malignitate turgentia de aliis ferunt ſuffragia. Donec igitur locum hunc alii felicius curent, ceteris correctionibus atque interpretationibus praeferendum videtur,

Tantine, ut lacrimes, Africa tota fuit?

praeſertim quia haec formula *Tanti eſt*, vel *Non eſt tanti*, Propertio, velut proverbii vicem obtinens, valde amata eſt. ſimilis plane invectiva in eos qui, lucro amores poſtponentes, flentes amicas deſerunt, ſupra hoc Libro El. 10. 3.

Poſtume plorantem, *potuiſti linquere Gallam?*
Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi?
Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi,
Ne faceres Galla multa rogante tua?
Si fas eſt, omnes pariter pereatis avari,
Et quiſquis fido praetulit arma toro.

quos verſus miror pro ſua ſententia corroboranda cum hoc loco non conparaſſe Broukhuſium: & huc advocari merebatur illud ex Lib. I. El. 6. 13.

An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas,
Atque Aſiae veteres cernere divitis?
Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia, & inſanis ora notet manibus.
Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento,
Et nihil infido durius *eſſe viro.*

eodem Libro El. 8. 5. in ſimilem rivalem opulentiorem,

Et tibi jam tanti, quicumque eſt, iſte videtur,
Ut ſine me vento quolibet ire velis?

quod ſimilis coloris eſt, ac initio hujus Elegiae,

Vidiſti a lecto quem dare vela tuo.

& Lib. II. El. 17. 14.

Vidit amatorem pandere vela ſuum.

ſic

At tu, ſtulta, Deos, tu fingis inania verba.
Forſitan ille alio pectus amore terit.
Eſt tibi forma potens, ſunt caſtae Palladis artes,
Splendidaque a docto fama refulget avo.

For-

ſic *ne tibi ſit tanti* Lib. II. El. 13. 55.

Quare ne tibi ſit tanti Sidonia veſtis.

& Lib. IV. El 3. 63.

Ne precor adſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

Ovidius Epiſt. IX. 10.

——— *cui nox (ſic creditur) una*
Non tanti, ut tantus conciperere, fuit.

Remed. Am. 749. 750.

Non tamen hoc tanti eſt, pauper ut eſſe velis.
At tibi ſit tanti, non indulgere theatris.

& ſaepe apud alios. vid. Markland. ad Statium p. 312. & in hac locutione poëtarum Latinorum loca, in quibus frequens illud *non tanti*, cum Graecorum οὐ λύει, vel οὐ λυσιτελεῖ, confert Cel. Valckenarius ad Euripid. Hippol. pag. 213.

5. *At tu, ſtulta,*] *Deos, tu fingis inania verba*
Forſitan ille alio pectus amore terit]

pro *tu* in primo Leidenſi *ubi.* an forte librarius voluit *tibi*? dein *terat* in Mentel. Neapol. Borrich. duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. priore D'Orvill. meo & primis edd. *teret* in Voſſ. quarto. ſic *forſitan* cum ſubjunctivo paſſim apud Ovidium. vide Heinſii notas ad Epiſt. IV. 53. & Patrui mei ad Petron. cap. 130. ſic apud Statium Lib. I. Th. 559. in MSS. legitur *Forſitan — exquirant animi.* pro *exquirunt.* & ſic ſaepe apud Livium. vide Drakenb. ad Lib. V. cap. 52. §. 5. non tamen perpetuo id obtinet, praeſertim apud noſtrum. ſic Lib. II. El. 7. v. 60.

Forſitan & de me verba fuere mala.

& El. 12. 54.

Forſitan includet craſtina fata dies.

& Lib. III. El. 22. 11.

Forſitan haec illis fuerant mandata tabellis.

ubi *fuerint* Heinſius. Quod autem idem Heinſius hic conjiciebat, *Forſitan ille alio tractus amore perit*, probare non poſſum. Eſt enim imitatio Callimachi Epigr. XXVI.

Νῦν δ᾽ ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρὶ, τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης, (ὡς Μεγαρέων) οὐ λόγος, οὔτ᾽ ἀριθμός.

quod ſic vertitur,

Nunc alio cor amore terit, miſeraeque puellae,
Ceu Megarae, ratio eſt nulla, nec ullus honor.

Paſſeratius pag. 525. varie explicat & *terit* verbum libidinis obſcoenioris eſſe notat, ut Lib. II. El. 9. 30. *famulos inter femina trita ſuos.* ubi ejuſdem notas vide. ſimili modo exponunt illud Juvenalis Sat. IX. 4. *dum Rhodopes uda terit inguina barba.* & ita hoc in loco capiebat Gonſalius ad Petron. cap. 81. p. 131. ſed praeſtat potius intelligere, pro alterius amore contabeſcere, quod *alterius amore mori* dicitur Ovidio Lib. II. Am. 7. 10. *alterius dicor amore mori.* vel ſimpliciter pro aliam amare. vide notas Patrui mei ad Petron. cap. 91. pag. 440.

7. *Eſt tibi forma potens, ſunt caſtae Palladis artes,*
Splendidaque a docto fama refulget avo]

Eſt ubi in primo Leid. *Aſt tibi* Neapolit. Cynthiam a formae pulchritudine, doctrina, & generis gloria laudat, quae avum jactare poterat Hoſtium, belli Hiſtrici ſcriptorem, quod opus verſibus conſtitiſſe patet ex fragmentis a Macrobio Lib. VI. Saturn. cap. 3. & 5. ex Lib. II. productis, & a Feſto ex Lib. I. in voce *Teſqua*, quod fragmentum optime digeſſit Scaliger. vide hic Paſſeratium & Broukhuſium, qui recte refutat Voſſium, Cynthiae patrem fuiſſe Hoſtium perperam ſcribentem. ab illo avo ſuo ipſa Cynthia proprio nomine vocabatur *Hoſtia*, non autem, ut male alii cenſent, *Hoſtilia*, in quo errore etiam verſatur Neſtor in Vocabulario pag. 43. in Cynthus. cum ſcribit, *Propertium amaſiam ſuam Cynthiam vocaſſe, quae proprio nomine Hoſtilia dicebatur.* ſed id ſatis refutavi ad initium hujus operis. *forma potens*, ut Lib II. El. 4. 28. *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.* ubi vide quae notavi, & de Cynthiae doctrina ac poëſeos peritia ad Lib. I. El. 2. 27.

9. For-

Fortunata domus, modo ſit tibi fidus amicus.
Fidus ero. in noſtros curre, puella, ſinus.

ELEG. XIX.

Nox mihi prima venit: primae data tempora noctis.
Longius in primo, Luna, morare toro.
Tu quoque, qui aeſtivos ſpatioſius exigis ignes,
Phoebe, moraturae contrahe lucis iter.
Foedera ſunt ponenda prius, ſignandaque jura,
Et ſcribenda mihi lex in amore novo.

Quam

9. *Fortunata domus, modo ſ. t. f. amicus.*
Fidus ero. in noſtros curre, puella, ſinus.]

Fidus ego Heinſius malebat. & ſic Marklandus, qui praeterea in notis ad Statii Silvas pag. 308. legebat,

Fortunata nimis, *modo ſit tibi f. amicus.*
Fidus ego.

ſed *domus* bene ſe habet, ni fallor, quia avi Hoſtii mentio praeceſſerat. deinde *ſinus* recte viri docti praetulerunt, quod a cod. Heinſiano, Borrich. & meo priore firmatur. nam *thoros* male in reliquis codd. quibus conſentiunt duo Leidd. duo D'Orvill. Askew. & meus ſecundus, cum priſcis editionibus.

ELEG. XIX.] ſuperiori adnectitur in omnibus fere ſcriptis & editionibus vetuſtis, quibus conſentiunt Regii codices, Mentelianus, Askew. Groning. duo Leidd. tres Voſſiani, uterque D'Orvill. & mei, in quibus ſecundum diſtichon priori, & quintum quarto praeponitur, ut nonnullos etiam in Elegiae hujus initio verſus aliter ordinat Lipſius Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. Heinſius vero carminis hujus principium ſic legendum conjecerat,

Nox mihi prima veni! primae rata tempora noctis.
Longius in primos, Luna, morare toros.

vel *in primo polo* aut *choro. primae date tempora noctis* in Neapol. Excerpt. Scalig. Askew. Heinſian. Voſſ. pr. & tert. utroque D'Orvill. & meis.

3. *Tu quoque, qui aeſtivos ſpatioſius*] *Tu quoque per* Mentel. *ſpatioſus* in Regio, primo D'Orvill. meo utroque, & primis edd.

5. *Foedera ſunt ponenda prius, ſignandaque jura*] *condenda* Heinſius forte quia *ponere foedera* ipſi videbatur locutio rarior. An *ponere foedera* dicit, ut *ponere jura*, ſupra El. VII. 24. *Et liceat medio ponere jura foro.* & Lib. IV. El. 9. 64. *Ponit vix ſiccis triſtia jura labris.* Praeferrem tamen, *Foedera ſunt pangenda prius.* verbo eleganti & proprio, ſed ſaepe corrupto vel a librariis ejecto, ubi *pactum foedus, pactae nuptiae, pacta fides, pacta jugalia, pacta connubialia,* & ſim. memorantur ut egregie oſtendit Heinſius ad Ovid. VII Met. 700. & XI. 135. cujus alias animadverſiones, quibus hoc verbum multis veterum locis] corruptis reddidit, memorat Graevius in notis ad Florum Lib. I. cap. 15. *pangere pacem* Livio Lib. XXXVII. cap. 19. §. 2. pro *peragere* reſtituerunt viri docti. vide illic notas Drakenborchii. & ad Lib. XXXVIII. cap. 37. §. 7. ubi *pactum foedus. pactae noctes* noſtro Lib. IV. El. 3. 11. ceterum jungenda hic ſunt, *foedera ponenda,* (vel *pangenda*) *prius, antequam multae cedant ſermonibus horae.* ſic Lib. II. El. 14. 12.

Illum ſaepe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quam prius adjunctos ſedula lavit equos.

pro priuſquam & praecedente *prius*, ſequente *quam ante* ut hoc loco, eod. Lib. El. 19. 65.

Aut prius infecto depoſcit praemia curſu,
Septima quam metam triverit ante rota.

 Th

Quam multae ante meis cedant ſermonibus horae,
 Dulcia quam nobis concitet arma Venus.
Haec Amor ipſe ſuo conſtringet pignora ſigno:
 Teſtes ſidereae tota corona Deae.

Nam-

Tibullus Lib. I. El. 3. 9.

Delia non uſquam, quae me quam mitteret urbe,
Dicitur ante *omnes conſuluiſſe Deo.*

ubi vide Broukhuſ. Scaliger vero hoc diſtichon *Foedera ſunt* &c. ſequenti poſtpoſitum malebat. pro *ſignandaque jura* Bentlejus *ſignataque* adfert ad illud Lucani Lib. III. 302.

Non Graja levitate fidem, ſignataque jura,
Et cauſſas, non fata, ſequi.

quod cum hoc loco confert. ubi Modius *ſacrataque jura.* ut apud Virg. II. Aen. 157.

Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura

ubi *ſecreta* legit Gutherius Lib. I. de Offic. Dom. Aug. cap. 33. & ſic alii. ſed recte vulgatam illic vindicat Patruus meus. quae etiam legitur apud Probam Falcon. in Centon. Virgil. in V. Teſt. cap. XVI. 10. & licet *ſacrata jura* etiam ſaepe apud alios dicantur, *ſignata* tamen plus notant, pacto nempe ſancita, & ſigno inpoſito firmata ut ad d. l. Lucani recte diſtinguit Oudendorpius, adeoque & hoc loco *ſignandaque jura* praeſtat, non *ſacrata.* ſcribenda male exponebat Fruterius. nam *ſcripta* & *ſignata jura* inter ſe differre, aeque ac *ſcripta* & *ſignata teſtamemta* in Jure, non opus eſt probare. Livius Lib. I. cap. 20. *eique ſacra exſcripta exſignataque adtribuit.* hic autem *tabulae* nuptiales *ſignatae* intelliguntur. vide Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. II. 119. & Sat. III. 82. tales innuit Petronius cap. 109. *Eumolpus, caſtigato vehementiſſime Lyca, tabulas foederis ſignat, queis haec formula erat, Ex tui animi ſententia.* ubi vide Gonſalium. ſeq. verſu *lex in amore nova* in D'Orvill. ſec. & Groning. *Eſt ſcribenda mihi* Francius.

7. *Quam multae ante meis cedant ſermonibus horae*] *Quum te ante meis cedant* Mentel. *Quam ante cedent* in primo Leidenſi *cedens* D'Orvill. pr. *cedent* in Regio, Neapol. Borrich. Groning. Heinſiano, binis Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meo priore, & primis edd. quod adjuvat conjecturam Heinſii, *meis ſe dent ſermonibus horae.* dein *alma Venus* male in uno Colbertino, Regio & meo ſecundo. Huic autem diſticho ſequens praeponitur in cod. Regio.

9. *Haec Amor ipſe ſuo conſtringet pignora ſigno:*
Teſtis ſidereae tota corona Deae.]

hoc diſtichon praecedenti anteponunt omnes fere codices, quibus accedunt Mentel. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei cum edd. vetuſtis, & in ſingulis legitur, *Teſtis ſidereae torta corona Deae.* ſed recte *Teſtes tota corona* repoſitum eſt. & ex ſuo codice *tota* praetulit Paſſeratius, probante Guyeto. *torta* etiam male in Askew. *corona* hic pro multitudine aſtrorum, Lunam comitata, non autem Corona Ariadnea, ut abſurde Volſcus & Beroaldus. in cujus erroris partem venit etiam Delrius Comment. ad Senec. Herc. Fur. v. 18. p. 219. & Lipſius Lib. V. Antiq. Lect. cap. 20. qui verſum hunc transferebat poſt 13. & pentametrum illic ſequentem *contineant nobis* &c. huc retrahebat. ſed *corona* ſiderum cum Luna lucentium hic intelligenda. Theocritus Idyll. II. in fine:

Χαῖρε Σελαναία λιπαρόχροε. χαίρετε δ' ἄλλοι
Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα νυκτὸς ὀπαδοί.

male igitur N. Heinſius tam ad Ovid. I. Faſt. 287. quam ad Valer. Fl. Lib. I. 46 hic reponendum cenſebat *ſiderei chori*, addens, non adſequi ſe, quid per *ſidereae Deae coronam* intelligendum ſit. ſed Lunae ſiderum Reginae aſtra, velut ignes minores, innui, quae currum ejus comitantur & cingunt, ſatis patet ex loco Theocriti, & Tibulli Lib. II. El. 1. v. 87.

—— *jam nox jungit equos, currumque ſequuntur*
Matris laſcivo ſidera fulva choro.

& hoc bene adſtruit Broukhuſius, praeſertim loco Petronii cap. 100. ubi *Luna innumerabilibus ſideribus comitata* occurrit. cui adde illud ex

car-

Namque ubi non certo vincitur foedere lectus,
  Non habet ultores nox vigilanda Deos.
Et quibus inpoſuit, ſolvit mox vincla libido.
  Contineant nobis omina prima fidem.

Ergo

carmine in Trojae haloſin apud eumdem cap. 89.

Jam plena Phoebe candidum extulerat jubar,
Minora ducens aſtra radianti face.

Boëthius Lib. I. Metr. 2. v. 9. *Viſebat gelidae ſidera Lunae.* ubi tamen *Luna* pro *Nocte* poteſt intelligi. ut ſaepe alibi. Marklandus vero ſequentia codici ſuo adſcripſerat: „ forte legen„ dum, *Teſtis ſidereae tota corona Deae.* Coronam „ ſidereae Deae, ſeu Lunae, vocat ſidera. *coro„ na* proprie ſignificat multitudinem, quae cir„ cumſtat & cingit aliquem. Catullus Carm. LIV.

„ *Riſi neſcio quem modo in corona.*

„ Virgil. IX. Aen. 508.

„ *Qua rara eſt acies, interlucetque corona,*
„ *Non tam ſpiſſa viris.*

„ hinc apud Ovid. III. Faſt. 449.

„ *Jamque ubi caeruleum vallabunt ſidera coelum.*

ſi ea ſit vera lectio. hinc Lunae velut Reginae *ſidereae acies cedere* dicuntur Claudiano Conſul. Probin. & Olybr. v. 22. vide Barth. ad Stat. VIII. Theb. 274. Nollem etiam Heinſius ſubjunxiſſet ibidem in notis ad Valer. Fl. aſtra hic teſtes invocari horarum adloquiis amatoriis a Propertio datarum; nam ita eum haec cepiſſe patet ex Notis poſt Adverſaria pag. 735. ubi adfert locum ex Lib. II. 7. 91. *Sidera ſunt teſtes & matutina pruina.* quod plane contra poëtae mentem, & loci venuſtatem eſt. eleganti enim fictione ad nuptiarum ritus reſpiciens dicit foedus ſuum cum Cynthia pactumque nuptiale ſigno Cupidinis, & teſtibus Sideribus, Lunae velut miniſtris, confirmatum & conſtrictum fuiſſe. *conſtringet* in Askew. Groning, duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. Heinſiano, & meo priore *confringit* Borrich. *conſtringet* Livinejus.

11. *Namque ubi non certo vincitur foedere lectus,*
    Non habet ultores nox vigilanda Deos]

Jamque ubi in Heinſiano, & meo priore. *vincetur* Neapol. *ſociatur* vel *ſancitur foedere* Heinſius. quod aptius foederi verbum, ut paullo ante *Foedera ſunt condenda* idem legebat, pro *ponenda*, vel *pangenda*, ut conjeci. *foedus* autem de amoris commercio frequens apud noſtrum eſt, ut docent exempla ex Propertio producta ab Abramo ad Cic. pro Coelio cap. XIV. p. 340. ed. Graev. pro *nox vigilanda* in v. c. Perreji, primo & ſecundo Vaticano, *violanda.* quod favet Heinſio conjectanti *nox violata.* ſed & *nox vigilanda* ſupra El. XIII. 2.

Nec veniat ſine te nox vigilanda mihi.

& Tibullo Lib. I. El. 1. 64.

Quid Tyrio recubare toro ſine amore ſecundo
  Prodeſt, quum fletu nox vigilanda venit.

vigilanda autem pro *vigilata* poſitum adſcripſerat Marklandus, indicato Ovidii loco I. A. A. 735.

Attenuant juvenum vigilatae corpora noctes.

13. *Et quibus inpoſuit, ſolvit mox vincla libido.*
    Contineant nobis omina prima fidem.]

At quibus in Heinſiano & meo priore. *nox vincla* in uno Regio. in altero *nox vincla cupido.* quod ultimum non diſplicet, ſi *mox* legatur. licet *nox* in omnibus fere codd. MSS. & edd. vetuſtis. niſi quod *mox* in Colotiano, primo & quinto Vaticano. Cupidini enim levitatem illam ſaepe tribuunt poëtae, ut amantium vincula conſtringat, & mox iterum ſolvat. ſive ut Lib. II. El. 14. 5.

——— *ſaepe Cupido*
Huic malus eſſe ſolet. cui bonus ante fuit.

ideo *ventoſas* Cupidini *alas* fuiſſe additas dicit Lib. II. El. 9. 7.

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
  Noſtraque non ullis permanet aura locis.

idem de Baccho ſupra El. XV. 5.

Per te junguntur per te ſolvuntur, amantes.

eſt

Ergo qui tactas in foedera ruperit aras,
Pollueritque novo ſacra marita toro;
Illi ſint, quicumque ſolent, in amore dolores,
Et caput argutae praebeat hiſtoriae.

Nec

mox *Contineant* corruptum arbitror, licet omnes interpretes adquieſcant locutioni, qua *omina continere fidem* ſatis languide dicuntur. Forte legendum *Continuent nobis omina prima fidem.* id eſt ſtabilem perpetuamque firment, & non interruptam reddant. Claudianus Lib. I. de Laud. Stilic. init.

> *Continuant Superi pleno Romana favore*
> *Gaudia, ſucceſſuſque novis ſucceſſibus urguent.*

ſaepe enim hoc verbum cum aliis conmutatum eſt in multis veterum locis apud Ovid. III. Amor. El. 6. 10. *quid nocti continuaſſe diem.* ut in melioris notae codicibus legitur pro *conſeruiſſe.* cum *conjicere* confunduntur Lib. XIV. Met. 240. ubi vide Heinſii notas. & cum *conſociare* Lib. II. Faſt. 243. pro *omina* in multis codd. & pleriſque edd. antiquis *omnia.* ſed *omina* in v. c. Perreji, primo & ſecundo Vaticano, & Heinſiano, ut ubique fere haec variantur. *omina* vero hic emendandum jam monuit Canterus Lib. I. Novar. Lect. cap. 8. & Valens Guellius ad Virg. I. Aen. v. 350.

15. *Ergo qui tactas in foedere ruperit aras*] *tactas* ex cod. Paſſeratii praetulit Broukhuſius, pro *pactas*, ut legitur in omnibus membranis & edd. priſcis. quibus adſtipulantur duo Leidd. tres Voſſ. Askew. duo D'Orvill. & meus uterque. quod pro *fixas* exponit Vulpius in prima edit. in iiſdem ſcriptis omnibus, excepto uno Voſſiano quarto, etiam *in foedera.* quod non mutandum fuiſſe in *foedere*, ut edidit Broukhuſius, & in primis edd. legitur, monet Oudendorpius ad Lucan. II. 151. quem vide. in Aldinis vero, Juntina, Colinaei, Gryphii, ceteriſque *in foedera* excuſum eſt. *rumpere* autem *aras* interpretatur Broukhuſius, pactum conventum in aras ſollemniter ſancitum rumpere. Vellem unicum addidiſſet exemplum, unde doceremur, veteres ſic locutos eſſe. *luſerit* vel *riſerit* conjecerat Heinſius. Sed forte locus ita conſtituendus eſt,

> *Ergo qui tactis haec foedera ruperit aris.*

qui ruperit haec foedera] poſtquam aris tactis ſancita ſunt. *foedera rumpere* obvia locutio eſt. *aras rumpere* ſine exemplo, ut puto. Favent conjecturae haec Virgiliana, quae noſtro forſan obverſabantur, Lib. XII. Aen. 200. & ſeqq.

> *Audiat haec genitor, qui foedera fulmine ſancit:*
> Tango aras, *medioſque ignes, & numina teſtor.*
> *Nulla dies pacem* hanc *Italis*, *nec* foedera rumpet.

Phaedra apud Ovidium Epiſt. IV. 17.

> *Non ego nequitia ſocialia foedera rumpam.*

ſic tactis aris jurat Hercules. apud Statium Lib. III. Sylv. 1. 184.

> *Sic ait: & tangens ſurgentem altaribus ignem* &c.
> *Et Styga, & aetherii juravit fulmina patris.*

& paſſim alibi. de *aris* in quocumque foedere & jurejurando *tactis* vide Modii & Bernecceri notas ad Juſtin. Lib. XXIV. cap. 2. 8. Dauſquej. ad Silium Ital. pag. 5. & Abram. ad Cic. pro Balbo cap. 5. pag. 528. ubi de hoc etiam Graecorum ritu cum mentionem feciſſet Cicero, in fine capitis ſubjungit de Cn. Pompejo: *Hunc quiſquam foedera ſcientem neglexiſſe, violaſſe, rupiſſe dicere audebit?* dein *toro tuo* pro *novo toro* in Voſſ. tertio.

17. *Illi ſint, quicumque ſolent, in amore dolores* & ſeqq.] Dubito an verſuum horum intellectus ſatis omnibus pateat. ſupra dixerat v. 14. *Contineant nobis omina pacta fidem.* utrique igitur violati & rupti foederis poenam hic conſtituit. hoc diſticho contineri opinor poenam Cynthiae in Propertium, qua cum famae jactura malis rumoribus anſam & libelli erotici hiſtoriae materiem praeberet, ut Lib. I. El. 15. 24.

> *Quarum nulla tuos potuit convertere mores,*
> *Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.*
> *Accipit & trabeas, argutae praemia dextrae.*

jure igitur experiretur id, quod de Cynthia dixe-

Nec flenti dominae pateſiant nocte feneſtrae.
Semper amet, fructu ſemper amoris egens.

ELEG.

dixerat ipſe Lib. II. El. 23. 71.

Sed de me minus eſt: famae jactura pudicae
Tanta tibi miſerae, quanta mereris, erit.
Nuper enim de te noſtras pervenit ad aures
Rumor, & in tota non bonus urbe fuit.

huic inprecationi ſimile illud Lib. II. El. 14. 31.

Illi ſub terris fiant mala multa puellae &c.

mox *patefactae nocte feneſtrae* in Groningano. illo autem verſu inter pacti foederis leges ſtatuit, ut flenti & excluſo feneſtrae dominae nocte non pateſiant. quod Cynthiae minatur infra El. XXIII. 35.

Excluſa inque vicem faſtus patiere ſuperbos:
Et quae feciſti, facta quereris anus.

tum Propertius gravem illum in amore dolorem ſentiat, ut ſemper amet, ſed numquam amica potiatur. eo ſenſu, quo in Apuleji Ἀνεχομένῳ, Tom. I. Anthol. Lat. pag. 660. quod Petronio perperam tribuit Paſſeratius, *Amare liceat, ſi potiri non licet.* & apud Ovid. Epiſt. XV. 96.

Non ut ames, oro, verum ut amare ſinas.

& III. Met. 405.

Sic amet iſte, licet, ſic non potiatur amato.

his ita praeiverat Anacreon Od. XLVI.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.
Χαλεπώτερον δὲ πάντων,
Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.

in contrarium ſenſum hunc Propertii verſum imitatum eſſe Janum Secundum Lib. I. El. XI. in fine, patet ex ejus loco, quem adfert Broukhuſius. & quem Douſa quoque margini ed. Rovillianae adſcripſerat. de participio *egens* in ultima pentametri ſede, quod a nonnullis inprobatur, vide eumdem ad Tibull. III. 4. 46. & quae notavi ad Lotich. IV. El. 1. 20.

ELEG. XX.

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas,
Ut me longa gravi ſolvat amore via.
Creſcit enim adſidue ſpectando cura puellae.
Ipſe alimenta ſibi maxima praebet Amor.
Omnia ſunt tentata mihi, quacumque fugari
Poſſit: at ex omni me premit ille Deus.

Vix

Eleg. XX. v. 1. *Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas*] *Nunc iter* in Heinſiano & meo priore, *proficiſci iter* Paſſeratius dictum putat, ut *ire viam.* ſed ſimile locutionis hujus exemplum deſidero. Diſtinctione adjuvari poſſet hic verſus,

Magnum iter. ad doctas proficiſci cogor Athenas.

Non diſſimile colore, licet inverſo verborum ordine, de Caeſaris Auguſti profectione ad Indos, ſupra El. 3. init.

Arma Deus Caeſar dites meditatur ad Indos &c.
Magna viae merces.

taedio amoris adverſi hic doctas Athenas petit, longe aliter ac Lib. I. El. 6. 13.

Ah pereat, ſi quis lentus amare poteſt!
An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas,
Atque Aſiae veteres cernere divitias.

quo etiam in loco *doctas Athenas* perpetuo velut epitheto vocat. vid. Meurſ. de Fortun. Athen. cap. VIII. pag. 64.

3. *Creſcit enim adſidue ſpectando cura puellae*] Legendum forte *puellam.* ſpectando nempe. hinc mox v. 10.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

fixis igitur oculis intentum haerendo in puella, curam ſibi creſcere indicat. quia, ut eleganter dicit Muſaeus de Leandr. & Herus Amorib. v. 94.

Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐςιν. ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Κάλλος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.

& ſimilia vide in locis Heliodori & Ach. Tatii apud Gebhardum ad h. l. *cura* autem hic de amoris aeſtu, quod noſtro frequentiſſimum, ut alibi notatum eſt. & vide Barth. ad Claudian I. in Eutrop. 362. altero verſu malim, Inde *alimenta ſibi maxima praebet Amor.* nam *me premit ipſe* vel *ille*, mox ſequitur. ſic apud Auctorem Epigrammatis veteris in Charites Tom. I. Antholog. Lat. pag. 54.

Inde alitur nudus placida ſub matre Cupido,
Inde voluptates, inde alimenta Dei.

& haec reſpexiſſe videtur Ovidius Lib. II. Amor. El. 19. 24.

Sic mihi durat amor, longoſque adoleſcit in uſus:
Hoc juvat, haec animi ſunt alimenta mei.

5. *Omnia ſunt tentata mihi, quacumque fugari Poſſit. at ex omni me premit ille Deus*] *tentanda* in quinto Vaticano. *tentata modis* in Heinſiano, & meo primo. unde Francius, *omnia ſunt tentata, modo quocumque* &c. ſed proba eſt recepta lectio. pariter Ovidius I. Met. 190.

Cuncta prius tentata, ſed inmedicabile vulnus.

hinc *omnia facere, omnia experiri*, velut proverbiali locutione dicuntur. vide Gonſalium ad Petron. cap. 107. deinde *& ex omni* in Vatic. quinto, Groning. Leid. ſec. Voſſ. quarto, duobus D'Orvill. Askew. & meo ſecundo. *ac ex omni* cod. Reg. hoc eſt, *at*, ut in ceteris codd. & priſcis edd. Heinſius in Notis Propertianis pag. 735. legebat,

Omnia ſunt tentata mihi, quaecumque fugare
Poſſint, aſt omni me premit igne Deus.

idem

Vix tamen aut ſemel admittit, quum ſaepe negavit:
Seu venit, extremo dormit amicta toro.
Unum erit auxilium: mutatis, Cynthia, terris,
Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Nunc

Idem ad oram ed. Ald. conjecerat, *at en*, vel *ecce, omni me premit igne.* vel denique *at exſomnem me premit uſque Deus.* pro *inſomnem.* & ſic in notis ad Virg. VI. Aen. 556. in vulgata nullum ſenſum eſſe addens. quam tamen ſic ſollicitandam non omnes forte adnuent. *quacumque fugari poſſit*, Deus nempe, ſive animo expelli poſſit Cupido, mutari neceſſe non videtur. *ex omni*, ſubintell. *parte*, ut *quacumque*, pro quocumque modo, vel quacumque *arte*, ut pro *ille* vel *ipſe* legitur in Excerptis Scaligeri. ita apud Catullum Carm. LXV. v. 251.

At pater ex alia florens volitabat Jacchus.

ut in codd. MSS. legitur, quod *ex alia parte* exponit Paſſeratius, & cum *ex omni* hoc in loco confert. *ipſe Deus* in omnibus fere ſcriptis & editis antiquis. ſed recte *ille* ex aliis correctum. vid. ad Lib. II. El. 20. 42. & ſic emendaverat etiam Marklandus, vel *uſque.* quod & Heinſius conjecerat. praeſertim *me premit igne* non placet. neque illud *premit* ſibi eripi facile pateretur Propertius ipſe. quod *urguet* vel *inſtat* aliis dicitur, inpoſito velut pede. ut Lib. I. El. 1. 4. *Et caput inpoſitis preſſit Amor pedibus.* quod illic multis illuſtravi. & Libri ejuſd. El. IX. v. 24.

Nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

vide & Cel. Valckenarium ad Euripid. Hippol. v. 443. p. 214. & Diatrib. ad Ejuſd. Fragm. cap. XV. p. 156.

7. *Vix tamen aut ſemel admittit, quum ſaepe negavit:*
Seu venit, extremo dormit amicta toro.]

admittat in Colbertino. *ſaepe negarit* in Neapol. Heinſiano, Leid. ſec. tribus Voſſ. primo D'Orv. & meo. *rogarit* in altero D'Orvill. & *rogarim* pro varia lect. ſuperſcriptum. *ſolvit* pro *dormit* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *dormit amica* in Regiis, Colbertino, Askew, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, ac primis, aliiſque vetuſtis edd. *venit amica* in Palatino Gebhardi. *amicta* bene correctum fuit a Scaligero. priore verſu conjecerat *Vix ea me aut ſemel admittit.* Sed mollior eſt N. Heinſii conjectura, *Vix tandem aut ſemel admittit. tamen* enim & *tandem* ſaepe inter ſe confunduntur. *admittere* amoribus proprium, & poëtis frequens adeo verbum eſt, ut ab augurandi arte & admiſſoriis avibus id repetere cum Broukhuſio neceſſe non ſit. Lib. I. El. 16. 19.

Cur numquam reſerata meos admittis amores.

Lib. II. El. 13. 68.

Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

Ovidius Lib. I. Am. 6. 72.

Qualiſcumque vale, ſentique abeuntis amorem,
Lente, nec admiſſo turpis amante, vale.

III. A. A. 605.

Cum melius foribus poſſis, admitte feneſtra.

& paſſim alibi. minore verſu *Seu venit* vel notat, ſui dat copiam. ut Lib. II. El. XI. 20. *Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri.* ubi vide, & ad El. 14. 24. vel praeferendum hic videtur, *Seu veni*, ut de ſe loquatur poëta, quod melius convenit τῷ *admittit.* nec *dormire* poteſt *amicta*, cum *venit* ad amatorem, ſed quum rogata eum admittit. recte igitur *veni* etiam hoc in loco malebat Koppierſius Obſerv. Philol. cap. XI. p. 147. adde Broukhuſ. infra ad El. XXII. v. 15. ſed quod veterem lectionem *amica* reducendam exiſtimet, & de ſocia lecti amica, quae ſimul cum ea in extremo toro dormiebat, intelligat, non probo. cur *amictam* ſeu veſtitam in toro averſaretur Cynthiam, ſatis patet ex Eleg. XII. Lib. II.

10. *Quantum oculis, animo tam procul ibit amor*] haec cum ſenario veteris poëtae apud Ariſtaenetum Lib. I. Epiſt. 12. prope finem,

Φίλος τοιοῦτος, ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον.

con-

Nunc agite, o ſocii, propellite in aequora navem,
  Remorumque pares ducite ſorte vices:
Jungiteque extremo felicia lintea malo:
  Jam liquidum nautis aura ſecundat iter.
Romanae turres, & vos valeatis amici,
  Qualiſcumque mihi tuque puella vale.
Ergo ego nunc rudis Hadriaci vehar aequoris hoſpes,
  Cogar & undiſonos nunc prece adire Deos.

Deinde

confert Mercerus in notis pag. 235. quem locum, & ſimilem Achillis Tatii etiam hic adfert Gebhardus pag. 274.

11. *Nunc agite, o ſocii, propellite in aequora navem,*
Remorumque pares ducite ſorte vices.]

Ita recte emendatum eſt pro *aequore*, ut eſt in v. c. Fruterii, Neapol. Leid. pr. duobus Voſſ. primo D'Orvill. & meo ſec. navis enim in *aequora propellitur* vel ventorum vel remigum ope. quo reſpicit Cicero IV. Tuſc. cap. 5. *Quærebam igitur, utrum panderem velaorationi ſtatim aneam ante paullulum dialecticorum remis propellerem.* vide notas Oudend. ad Lucan. IX. 319. *navim* praeterea hic quoque agnoſcunt codex Scalig. Heinſian. Leid. ſec. Voſſ. tert. & quart. D'Orv. ſec. & meus primus, ut ex Groning. adfert Broukhuſ. deinde *pari ſorte* legebat Heinſius. quod ad aequales remigum ordines referendum. de quibus vide Scheffer. Lib. II. de Milit. Nav. cap. 2. vel quia ſorte ducti pariter, ſeu per pares vices remigabant. vide Serv. ad Virg. III. Aen. 510.

13. *Jungiteque extremo felicia lintea malo*] *Duciteque* Groning. *Jungite & extremo* in Voſſ. quarto. ut ſcribere potuiſſet Propertius, ſed ſuo judicio uſus alterum praetulit. ſic ſupra Lib. II. El. 23. 67. legendum,

Spargereque alterna communes caede penates.

ut in primo Leidenſi, & ſecundo meo codice eſt: male enim illic eliſionem inſuavem putabat Broukhuſius: quem tamen non offendit illud Tibulli Lib. I. El. 3. 34.

Reddereque antiquo menſtrua thura Lari.

neque ingratum auribus exiſtimavit Lib. IV. El. 4. 26.

Interque oblitas excidit urna manus.

pro *Inter & oblitas.* idque imitatione ſua optimi poëtae Itali ſequuntur, tam in triſyllabis quam biſyllabis. vide quae notavi ad Lotichium Lib. IV. El. 5. 86. pag. 301. & ſupra ad Lib. II. El. XI. 26.

14. *Jam liquidum nautis aura ſecundat iter*] *Nam liquidum* in Regio, Borrich. meo priore. & antiquis edd. ſed recte *Jam* in v. c. Perreji, Colotiano, Neapol. primo Vaticano, Mentel. Excerpt. Scalig. Groning. & reliquis *ſecundet* in Regio. *ſerenat* in D'Orvilliano ſecundo. perperam. vulgatum enim firmatur a Nonio Marcello in *ſecundare* p. 169. ed. Mercer. ubi hunc Propertii verſum adfert; ex quo etiam patet *Nam liquidum* fruſtra in aliis codd. MSS. & edd. haberi. Ovidius Epiſt. XIII. 136. *Blandaque compoſitas aura ſecundet aquas.* Juſtinus Lib. XXVI. cap. 3. §. 4. *quum ſecundante vento celeriter Cyrenas advolaſſet.* quod *ſecunda navigatione pervehi* dicitur Tacito II. Ann. cap. 8. & hinc *ſecundare*, in genere, felicem exitum dare. Papias in Vocabulario, *Secundat, proſperat, in bonum vertit.* vide Drakenb. ad Silium VIII. 124.

18. *Cogar & undiſonos nunc prece adire Deos*] *Cogor* in meo primo. *undoſos* Marklandus ad Statii Silvas p. 276. quia *undiſonum* potius de litore, ſcopulo, & ſim. dicitur, quae undis adliſa ſtrepitum vel ſonum edunt. *undoſi* vero Dii marini, ut Thetis *mater aquoſa* Ovidio. ſed vulgatam vindicavit D'Orvillius Tom. II. Miſcell. Obſerv. pag. 74. docens *undiſonos* dici deos marinos, praeſertim quando in tempeſtate invo-

Deinde per Jonium vectus quum feſſa Lechaeo
Sedarit placida vela phaſelus aqua:
Quod ſupereſt, ſufferte pedes, properate laborem,
Iſthmos qua terris arcet utrumque mare.

Inde

invocantur, ad imitationem Graecorum, quibus Neptunus ἀλίδουπος, & βαρύκτυπος vocatur; quod Moſchi, Orphei, & aliorum exemplis probat. de navigaturis Deos marinos invocantibus vide Interpretes ad Petron. cap. 99. fin. & quae dedi ad Lib. I. El. 17. 18. ubi Tyndaridas, ſeu Dioſcuros praeſertim invocatos fuiſſe notavi, & adde locum Ovidii Lib. I. Triſt. El. 10. 45.

Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit inſula, fratres,
Mite, precor, duplici numen adeſte viae &c.
Vos facite, ut ventos, loca cum diverſa petamus,
Illa ſuos habeat, nec minus illa ſuos.

praeced. verſu Heinſius conjecerat,

Tergo ego nunc rudis Hadriaci vehar aequoris.

ut *tergum aequoris* de plana ejus ſuperficie poëtis ſaepe dicitur. Claudianus Idyl. VI. 35.

Turbidus inpulſu venti quum ſpargitur aër,
Glaucaque fumiferae terga ſerenat aquae.

ubi lege *ſpumiferae. dorſum maris* Virgilio Lib. I. Aen. 110. ſic & *tergum terrae.* de quo vid. Barth. ad Stat. VII. Th. 795. neque tamen receptam lectionem ſollicitandam opinor.

19. *Deinde per Jonium vectus quum feſſa Lechaeo Sedarit placida vela phaſelus aqua*]

Locus difficilior, quam primo videri poſſit intuitu. *vectus* enim, ne dicam *vehar* modo praeceſſiſſe, unde pendeat, vix adparet. an *vectus phaſelus*, genere maſculo, ut in noto Catulli verſu, Ep. 4. *Phaſelus ille, quem videtis hoſpites, Ait fuiſſe navium celerrimus.* & ſic infra Lib. IV. El. 7. v. 59. *Ecce coronato pars altera vecta phaſelo.* ceteri tamen femineo genere hanc vocem efferunt. dubium quoque, an *feſſa vela*, an vero *feſſa phaſelus* jungenda. dura enim ellipſis & loquendi ratio, ut ſuppleatur *quum* repetitio, *quum vectus* ero, & *quum phaſelus vela ſedarit.* an forte in voce *vectus*, latet *pelagus*? per *Jonium pelagus.* licet *Jonium* ſimpliciter, non addito *mare*, ſaepe occurrat. de quo vide Rutgerſ. Venus. Lect. cap. X. & quae ſupra notavi ad El. IX. v. ult. an vero *ventis feſſa* vel *curſu feſſa* poſſet ſubſtitui? ut apud Ovid. Rem. Am. 813.

—— feſſae date ſerta carinae:
Contigimus portum, quo mihi curſus erat.

altero verſu Heinſius cenjecerat,

Crediderit placidae vela phaſelus aquae.

ſed contra poëtae mentem. hujus enim loci ſenſus eſt, quum maritimo itinere uſque ad Lechaeum promontorium confecto, quod ſupereſt viae, pedibus abſolvam. ſic enim ſequitur, *Quod ſupereſt, ſufferte pedes* &c. *Lychaeo* in Neapol. Voſſ. pr. & quart. utroque D'Orvill. *Lyceo* in Mentel. meo ſecundo. & primis edd. *Lycaeo* in Regiis, *Licheo* Askew. & Colbertino. vera ſcriptura *Lechaeo.* ut recte primus Beroaldus ex vitioſa ante ſe lectione *Lyceo* reſtituit, quem de hoc portu Lechaeo videre operae pretium erit. eſt enim Lechaeum promontorium Iſthmo vicinum in ſinu Corinthiaco, ex quo in pontum Ino ſe praecipitavit. unde *Inoum Lechaeum* dicitur Statio Lib. II. Sylv. 2. 35. *ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechaeo.* apud quem in hoc nomine eadem codicum MSS. corruptela eſt Lib. VII. Theb. v. 97. ubi vide Barth. & hanc vocem mendoſo Scylacis loco optime reſtituit Jac. Gronovius, pag. 34. Peripli: μετὰ δὲ Μεγαρεῖς ἡ Κόρινθος, πόλις ἐστὶν, ἱερὸν, Λέχαιον, ἰσθμός. pro vitioſa lectione, ἱερὸν αἴγυον. *feſſa Leckaei* legebant Guyetus & Heinſius. *phaſellus* in meo altero, ut in multis Catulli editionibus.

21. *Quod ſupereſt, ſufferte pedes, properate laborem, Iſthmos qua terris arcet utrumque mare*]

Quod ſupereſt ſufferre pedes, in Neap. Askew. Voſſ. quarto, utroque D'Orv. & meo primo. *properare laborem* in v. c. Fruter. & primo Voſſ.

Inde ubi Piraei capient mea lintea portus,
Scandam ego Theſeae brachia longa viae.

25. Illic

ſufferre pedes, *properare* Groning. tranſpoſitis verbis *properate pedes*, *ſufferte laborem* legit Struchtmeyerus Animadv. Crit. pag. 102. certe *ſufferte laborem* defendi poſſet ex Statio Lib. XII. Th. 407.

Eia agite, inceptum potius, jam ſidera pallent,
Vicino turbata die, perferte laborem.

nihil ad hunc locum notavit Broukhuſius, ſed receptam lectionem ei praelatam fuiſſe, patet ex hac illius imitatione in Juvenilib. pag. 453. Poëm.

Tunc vero ſufferte viri, properate laborem,
Candidaque ad portus vertite vela ſuos.

22. *Iſthmos qua terris arcet utrumque mare*] ita recte edidit & multis veterum locis ſtabilivit Broukhuſius. neque aliter legitur in Neapol. Mentel. Heinſiano, Voſſ. pr. aliiſque codd. & in Veneta utraque, Reg. Lep. Volſci ac Beroaldi edd. perperam *utrinque* vel *utrimque* in Voſſ. quarto, Groning. Borrich. D'Orvill. ſec. Aldi utraque, Juntina, Colinaei, & Gryphii. ſed *utrumque mare*, Aegeum nempe & Jonium, bene probavit Heinſius in Notis Propertianis p. 736. & ad Ovid. VII. Met. 394. & ſic ſaepe eidem Naſoni Epiſt. IV. 105.

Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon.
Et tenuis tellus audit utrumque mare.

ubi Slichtenh. tentabat *claudit*, quamquam pro vulgata faciant loca Senecae & Statii, quae adfert Heinſius ſi quid illic mutandum ex hoc Propertii loco, quem paſſim imitatur, *arcet utrumque mare* etiam poſſet legi. *diſtinere* vocat Ep. VIII. 69.

Qua duo porrectus longe freta diſtinet Iſthmos.

& Epiſt. XII. 104.

Quique maris gemini diſtinet Iſthmos aquas.

repellere Lib. VI. Faſt. 495.

Et ſpatio contracta brevi, freta bina repellit,
Unaque pulſatur terra duobus aquis.

ſic in fragmento ex Attii Atreo, quod inter ejus fragmenta a Stephano & Voſſio non eſt prolatum, apud Senecam Epiſt. 80.

Qua ponto ab Helles atque Jonio mari
Urgetur Iſthmos.

& hinc eadem Epiſt. XII. 25. *Ephyren*, ſeu Corinthum, *bimarem* vocat, ut *Iſthum bimarem* VI. Met. 419. de hoc Iſthmo Corinthiaco in Peloponeſo vide plura apud Sponium Tom. II. Itiner. p. 224. & Whelerum Tom. II. p. 531. & ſeqq.

23. *Inde ubi Piraei capient mea lintea portus,*
Scandam ego Theſeae brachia longa viae]

veterem lectionem ſic inmutavit Broukhuſius ex ſolo Groningano & Gebhardi Palatinis. in ceteris autem codd. & edd. vetuſtis *capient me litora portus*. quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei. *lintea* forte huc invectum & repetitum fuit, quia ſupra v. 13. dixerat *Jungiteque extremo felicia lintea malo*. & quia v. 18. uſque ad 20. maritimi itineris fit mentio. ſed quibus v. 21. & 22. addit iter terreſtre, *qua* ſeu quatenus pedibus a Corintho vel Lechaeo promontorio ad portum Aegei maris ire ſit coactus. nam ſi terra poſſent iter facere, mari ſe non conmittebant. ſic terreſtre & maritimum iter jungit Lib. I. El. 6. 33.

Seu pedibus terras, ſeu portum carpere remis
Ibis.

ita de ſe Ovidius Lib. I. Triſt. 10. 23.

Nam mihi Biſtonios placuit pede currere campos,
Helleſpontiacas illa relegit aquas.

& adpoſite El. X. 5.

Aut poſtquam bimarem curſu ſuperavimus
Iſthmum,
Alteraque eſt noſtrae ſumta carina fugae.

& licet hic iterum indicet ſe navigium conſcendiſſe, quo Piraeum & Athenas contendit, quo minus tamen antiquam ſervemus lectionem *capient*

pient

Illic vel ſtadiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis.

Per-

pient me litora portus, nihil obſtat, licet Broukhuſius *litora portus* abſonum & frigidulum cenſeat, ita tamen etiam Catullus dixit Epith. Pel. & Thetid. v. 74.

Egreſſus curvis e litoribus Piraei.

ubi *litora* pro portu. vid. ad Lib. II. El. XI. 29. altero verſu non male etiam legi poſſet,

Prendam ego Theſeae brachia longa viae.

prendere enim elegans verbum de adpellentibus, qui manibus fere portum vel terram tangunt & adripiunt. vide notas Patrui mei ad Valer. Fl. VII. 84. p. 588. & ad Ovid. II. Am. 9. 32. dein pro *Theſeae* abſurde *Theſſaliae* in Voſſ. quarto. de contractione hac *Theſeae* pro *Theſeiae* vide Bentlej. ad Horat. I. Sat. 2. v. 90. *brachia* haec viae Theſeae, ſeu muros a Piraeo ad Athenas ducentes, bene illuſtrarunt Paſſeratius & Broukhuſius & vide Strabon. IX. pag 605. ed. Almelov. & Meurſium in Piraeo cap. 2. pag. 6. & ſeqq. ſemper autem *Piraeum* ſcribendum non Piraeeum πειραιὲς Graecis. vide Guyetum ad Terent. Eun. III. 4. p. 82. & Muretum ad Platon. Lib. I. de Republ. p. 622.

25. *Illic vel ſtadiis animum emendare Platonis*
Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis.]

ſic edidit Broukhuſius, rejecta lectione, quae olim in omnibus MSS. & editis obtinebat, *ſtudiis animum emendare Platonis.* quibus adſtipulantur duo Leidd. tres Voſſ. Askew. uterque D'Orvill. mei, & quidquid eſt veterum editionum. id *ſtudiis aſperioribus mentem formare*, vel *firmare*, ut legit Bentlejus, vocat Horatius Lib. III. od. 24. 54. quia tamen *ſtudium linguae* mox ſequitur, inconcinnam & politiſſimo poëta indignam repetitionem, cenſens Broukhuſius, primum in notis MSS. forte a Propertio *ſpatiis* ſcriptum fuiſſe conjecit, idque poſtea corruptum in *ſtadiis*, deinde abiiſſe in *ſtudiis* opinabatur. ſed in notis editis praetulit *ſtadiis*, & velut certiſſimam lectionem in contextu exhibuit, locutione ex palaeſtra & gymnaſio ad philoſophorum ſcholas tranſlata. utraque certe vox alibi etiam confuſa eſt. vid. Cl. Ruhnk. ad Rutil. Lup. II. p. 77. Lambin. ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. III. cap. 6. p. 140. ubi emendat *quoniam in eodem virtutis ſtadio ſunt.* pro *ſtudio.* & Lib. IV. cap. 3. reſtituit *Sic ut in ſtadium artis rhetoricae prodire non audeant.* ubi etiam *ſtudium* in pleriſque MSS. ſed illo in loco *ſtadium rhetoricae* (deficiente *artis*) confirmatum inveni a meo antiquiſſimo codice, quem demum poſt edita haec Rhetorica opuſcula nactus ſum. priore loco dubia erat ſcriptura. ſic apud Claudian. II. de Laud. Stilic. 129.

—— *opibuſque fluens, & pauper eodem*
Nititur ad laudem ſtudio.

ubi *ſtadio*, quod τῷ *Nititur* melius convenit, malebat Patruus meus, ſi codices addicerent, & Broukhuſii emendationem in hoc Propertii loco laudat. Vulgatam tamen lectionem olim probaſſe videtur Broukhuſius, ut colligi poteſt ex Carminib. ejus Juvenilib. pag. 425. ubi haec ita imitatur,

Illic vel ſtudiis animum emendare ſeveris
Inciperem, & rerum ſemina prima ſequi.

deinde *docte Epicure*, ut in omnibus ſcriptis & excuſis libris legebatur, quod & mei codices ſervant, non minus eum offendebat, quia *docte Menandre* ſequitur, quam hoc in loco *ſtudiis*, & mox *ſtudium linguae.* edidit itaque & multis veterum locis corroboravit, *dux Epicure*, hoc eſt auctor, ſignifer, princeps ſectae, praeſertim, quia ab eruditione apud veteres non laudatur Epicurus, quamquam ejus doctrinam defendat Gaſſendus de vita & morib. Epicur. Lib. VIII. cap. 2. & 3. ea de re vide Interpretes ad Petron. cap. 132. & nonnulla huc facientia notavi ad Lotich. Lib. II. El. 3. pag. 98. Egit etiam de hoc Propertii loco eruditus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. pag. 114. qui tentabat, relicto hiatu,

—— *ſtudiis animum emendare Platonis*
Incipiam, hortis aut Epicure tuis.

putatque locum corruptum fuiſſe ab illis, qui credebant verſum ſic ſtare non poſſe. ubi in nota ſubjecta Patruus meus tentat reponere *hortis*

Perſequar aut ſtudium linguae, Demoſthenis arma,
Librorumque tuos, docte Menandre, ſales.

Aut

tis note Epicure tuis, obſervatque *docti* epitheton, Epicuro datum, non adeo ad eruditionem referendum eſſe, quam ad illud philoſophiae genus, quod ſectabatur Epicurus, ut quiſque in ſua arte *doctus* dicitur. idque pluribus adſtruit Gulielmus Vlamingius, inedito, ſed luce publica digniſſimo, Commentario ad Boëthium Lib. III. de Conſ. Philoſ. metro XI. in fine. ad hortos denique Epicuri referendus Plinii locus Lib. XIX. cap. 4. *Jam quidam hortorum nomine in ipſa urbe delicias, agros, villaſque poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus hortorum magiſter.* ut illic legitur in MSS. quod neſcio cur alii mutaverint & in contextu repoſuerint, *otii magiſter.* quod & placuit Schotto Lib. IV. Tuſc. Quaeſt. cap. 5. p. 295. ubi plura de *hortis* Epicuri, apud poëtas Latinos, quorum pleroſque ſectae Epicureae facit, ſaepe memoratis. & vide Jac. Pontanum Lib. VII. Philocaliae cap. 10. p. 233.

27. *Perſequar aut ſtudium linguae, Demoſthenis arma,*
Librorumque tuos, docte Menandre, ſales.]

Proſequar in Excerptis Modii, Askewiano. ſed *perſequar* hic poſitum eſt pro ſimplici *ſequar*, more Ciceronis. vide Graevium ad Lib. II. de Offic. cap. 24. p. 276. *aut* deeſt Menteliano & primo Leidenſi. deinde *& Demoſthenis arma* inſeritur in primo Vaticano, Regio, & primis edd. ante Aldinas. ſed male. *ſtudium linguae*, ſeu eloquentiam vocat *Demoſthenis arma*, per adpoſitionem. ut in Epigrammate Petronii Tom. I. Anthol. Lat. pag. 582. legendum conjeci,

— & ingentis quatiat Demoſthenis arma,
Hinc Romana manu circumferat; oraque Grajo
Exonerata (vel *Exornata*) *ſono, madeant ſuffuſa ſapore;*
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

ut utriuſque linguae eloquentiam excolendam innuat. alterum verſum variis modis emendare tentarunt viri eruditi. certe *tuos librorum ſales*, pro *ſales tuorum librorum*, corruptum eſſe non dubito, ne dicam *librorum Menandri* mentionem ineptam eſſe, & fere puerilem. ſed & *docte Menandre* merito etiam viris doctis diſplicet, quia praecedit *docte Epicure.* nam *dux Epicure* ex ſola Broukhuſii conjectura editum eſt. Guyeto in mentem venerat *Grajorumque* vel *Graecorumque tuos.* Heinſius in ora ed. Ald. conjecerat —— *Demoſthenis arma Libera, tumque tuos.* ſed in notis ad Propert pag. 736. *culte Menandre* legebat, vel *Ludorumque tuos.* quod ultimum ipſe aliquando conjeceram, vel *Mimorumque. culte Menandre*, vel *comte*, etiam D'Orvillius propoſuerat in Miſcell. Obſerv. Vol. II. pag. 115. *Menandre* eſt a recto caſu Graeco Μένανδρος. ut apud Ovid. Lib. I. Am. 15. 18.

Dum fallax ſervus, durus pater, inproba lena
Vivent, dum meretrix blanda Menandrus erit.

quo in loco Neſtor in Vocabul. pag. 82. b. ubi de *Menander* & *Menandrus*, *Maeander* & *Maeandrus* agit, ex ſuis codicibus adfert, *Vixerit & meretrix blanda, Menandrus erit.* Iſidorus Lib. I. Orig. cap. 6. *Nomina media dicta, quia ex parte Graeca ſunt, & ex parte Latina. eadem & notha, quia corrumpunt ultimas ſyllabas, manentibus prioribus, ut apud Graecos Alexandros, Menandros. apud nos Alexander, Menander.* ita enim in optimo cod. MS. Groningano. in vulgatis *apud Latinos vero.* Vellejus Paterculus Lib. I. cap. 16. *priſcam illam & veterem ſub Cratino, Ariſtophane, & Eupolide comoediam; ac novam comicam Menandrus, aequaleſque ejus aetatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus invenere intra pauciſſimos annos.* ſic *Phaeder* & *Phaedrus*, *Amber* & *Cimbrus*, & ſim. vide Patrui mei praefat. ad Phaedrum, ejuſque notas ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 446. proprie autem Menandri *ſales*, non *jocos* vocat quia hujus Comici prae ceteris *ſales* ita veteribus laudati fuerunt, ut dicerentur tincti & inundati eſſe eodem mari, ex quo orta fuit Venus, teſte Plutarcho in Comparat. Ariſtophanis & Menandri, quod elegans illius dictum plurimos admiratores & imitatores habuiſſe conſtabit ex Menagianis Tom. III. pag. 49. & ſeqq.

29. Aut

Aut certe tabulae capient mea lumina pictae,
Sive ebore exactae, ſeu magis aere manus.
Aut ſpatia annorum, aut longa intervalla profundi
Lenibunt tacito vulnera noſtra ſitu.

Seu

29. *Aut certe tabulae capient mea lumina pictae,*
Sive ebore exactae, ſeu magis aere manus]

ſeu magis arte manus legebat Livinejus. Heinſius etiam *ſeu magis aere juvent.* ſed male uterque. *picturas* & *ſigna* ex *ebore* vel *aere* vocat *manus* artificum, nam ſaepe *manus* de illorum laudatis operibus dicunt veteres, ut χεῖρας Graeci. Statius Lib. I. Sylv. 3. 47.

Vidi artes, veterumque manus, variiſque metalla
Viva modis.

& v. 50.

Quidquid & argento Mentor, vel in aere Myronis
Luſit, & enormes manus eſt experta coloſſos.

ut legit Marklandus. quem vide pag. 42. & notas Interpretum ad Petron. cap. 83. tales tabulae pictae & imagines *eboreae* vel *aereae* Graecis κατασκευασμαὶ εἰκόνες vocantur. de quibus vide Cuperum Lib. II. Obſerv. cap. 19. quem ad eas illuſtrandas hoc Propertii loco non uſum fuiſſe miror. Salluſtius Catil. cap. XI. §. 6. *ibi primum inſuevit exercitus Rom. ſigna, tabulas pictas, vaſa caelata mirari, ea privatum ac publice rapere.* & cap. XX. §. 12. *cum tabulas, ſigna, toreumata emunt, nova diruunt, alia aedificant.* Sueton. Caeſ. 47. *Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparavit. Aut ebore* Guyetus. *exactae manus*, ut ſupra El. VII. 10. *Exactis Calamis ſe mihi jactat equis.* ubi vide.

31. *Aut ſpatia annorum, & longa intervalla profundi*
Lenibunt tacito vulnera noſtra ſitu.]

aut longa in Regiis Mentel. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, & omnibus fere reliquis codd. & edd. vetuſtis. ideoque ſic edidi, non *& longa*, ut in ed. Scalig. & Broukh. ut correxerat etiam Marklandus. ſed repetitionem illam paſſim quoque in Horatio ex codd. MSS. recepit Bentlejus, quem vide ad Lib. III. od. 19. 11. Epod. IX. 34. Epod. XI. 4. & Lib. I. Sat. 1. 8. *arvorum* in aliis legi notat Paſſeratius, quod ut mendoſum recte rejecit, & *ſpatia annorum* de temporis longinquitate expoſuit. ita hoc Libro El. I. 62.

Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

Longi intervalla profundi conjecerat Heinſius in marg. ed. Ald. dein *tacito ſitu* veriſſime emendavit D. Heinſius ad Silium VIII. 20. ut filius ejus in marg. ed. etiam conjecerat. & ita olim jam correctum fuiſſe patet, quia Ant. Perrejus eidem editioni adſcripſerat *ſitu* in aliis eſſe. D. Heinſii tamen emendationem, ut ei pro more obloqueretur, inprobavit Dauſquejus ad Silium pag. 328. in MSS. tamen omnibus & edd. antiquis *ſinu* reperi, quod probat Paſſeratius, & *tacito ſinu* interpretatur clanculum, nemine advertente, me diſſimulante. ut Lib. II. El. 19. 70. *In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.* vide ad Lib. I. El. 5. 30. hoc tamen in loco *ſitu* admittendum videtur. neque de eo dubitare debuit Broukhuſius, licet lectionem illam excogitatam initio notae probet firmetque. ſic Lib. I. El. 7. 18.

Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

& Lib. IV. El. 5. 70. *& inmundo pallida mitra ſitu.* neque aliter hic legebat Marklandus, adnotato Ovidii loco Lib. V. Triſt. 12. 2.

Ne pereant turpi pectora noſtra ſitu.

ſitus enim de iis omnibus dicitur, quae tractu annorum paullatim minuuntur vel deteruntur, Ovid. I. Am. El. 12. 30.

——— *niſi vos carioſa ſenectus*
Rodat, & inmundo cera ſit alba ſitu.

unde optime etiam hic convenit epitheton *tacito*, ſeu lento ſitu. Ceterum *lenibunt* hoc in loco Jonſton Ariſtarch. Anti-Bentlej. P. II. pag. 38. oppoſuit Bentlejo ad Horat. Lib. III. od. 23. 19. neganti futura quartae declinationis in *ibo* occurrere apud aevi Auguſtei ſcriptores. & ſic *cupibat*, *audibat*, & ſim. de quibus vide Guyetum ad Terent. Eunuch. IV. 1. pag. 88.

Seu moriar, fato, non turpi fractus amore.
Atque erit illa mihi mortis honeſta dies.

E L E G. XXI.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tulle, Propontiaca qua fluit Iſthmos aqua.
Dindymus, & ſacrae fabricata juvenca Cybebae,
Rap-

33. *Seu moriar, fato, non turpi fractus amore &c.*] *Aut moriar* Guyetus. *facto* Mentelian. *fretus amore* in Regio. *turpefactus* vitioſe in quarto Voſſ. *fractus* eſt amoribus debilitatus & exhauſtus. quem vocis uſum bene illuſtravit Stephanius ad Saxon. Gramm. Lib. I. pag. 51. mox *Aeque erit* Heinſius. in ſecundo autem D'Orvilliano legitur,

Atque erit illa mihi non inhoneſta dies.

ut Lib. II. El. 20. 58.

Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.

contra eod. Libro El. 7. 89.

Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura;
Mors inhoneſta quidem, tu moriere tamen.

Eleg. XXI. v. 1. *Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos* &c. duo priora hujus Elegiae diſticha ab interpolatore eſſe putabat Guyetus. cur quaeſo? oportet ſane interpolatorem illum totum ad genium Propertianum factum fuiſſe. an *Iſthmi* mentio Cyzico addita eum offenderit, neſcio. hic autem Iſthmus diverſus ab Iſthmo Corinthiaco in praec. Eleg. v. 22. ſed Editor Elector. Minor. Etonenſ. pag. 126. ubi hanc Elegiam etiam aliis Propertianis inſeruit, notat abſurda eſſe, quae in hunc locum ab Interpretibus ſcripta ſunt de Iſthmis, a quibus longe ſita erat Cyzicus, non enim vulgari ſenſu Iſthmon hic capiendum, ſed intelligendum eſſe fretum illud, quo dividitur a continenti Cyzicus, pontibus tamen conjuncta, quod Aeſchyli & Apollonii Rhod. locis confirmat. cur autem *frigida* hic vocetur *Cyzicus*, inquirit Broukhuſius, & Iſ. Voſſium ſecutus notat *frigidam* dici ratione aëris admodum craſſi, qui difficulter hieme calefiat, licet aeſtate, ſi calefactus ſit, plurimum faciat aeſtum. Sed veriſimilius videtur, *frigidam* vocari *Cyzicum* propter maris vicinitatem, unde aurae & ſpiritus frigidiores. ſic *gelidum verticem* monti Cyllenae tribuit Virgilius VIII. Aen. 139. quem non longe a mari abfuiſſe patet ex Sophoclis Ajac. v. 701. *jam multos* legebat Heinſius, & *Propontiacae aquae.* quod placet, ſi de freto Propontidis capiamus. hinc Ovidius Lib. I. Triſt. El. 10. 29.

Inde Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus.

ubi de Cyzico vide eruditorum notas. vitioſe autem *Cyricus* in codd. Regiis. *Cirricus* in Voſſ. pr. *Garricus* in Mentel. & Groning. *Cirzicus* Borrich. *Cizicus* Neapol. *Cinzicus* Askew. ut & in aliis Propertii codicibus haberi teſtatur Waſſius Addendis ad Thucyd. pag. 676. ubi plura de hac urbe & inſula diligentiſſime diſſerit.

3. *Dindymus & ſacrae fabricata juvenca Cybebae*] *ſacra fabcicata inventa* in omnibus etiam meis codd. & edd. vetuſtis. & apud Neſtorem in Vocabulario in *Dindymus*, quod tuetur Scaliger, & exponit fabricas apud Cyzicenos celebratas, *invecta* in illius Excerptis. *Dindyma qua Argivu* in v. c. Perreji. *Dindyma qua Argivam fabricata juventa Cybele eſt* in ſecundo Vaticano. quod favet Heinſio conjicienti, *Dindymaque Argoae fabricataque templa Cybebae.* quia Strabo templum Cybebes ab Argonautis conditum tradit. vel *Dindymaque ac Phrygiae* legebat. eum vide in notis Propertianis pag. 736. Guyeto autem placebat *Dindymaque Argivae qua ſunt templa alta Cybellae*, vel, *qua ſurgunt templa Cybellae.* Paſſeratius ex ſimili veterum codd. lectio-

Raptoriſque tulit qua via Ditis equos.
Si te forte juvant Helles Athamantidos urbes,
Nec deſiderio, Tulle, movere meo.
Tu licet adſpicias coelum omne Atlanta gerentem,
Sectaque Perſea Phorcidos ora manu,
Gerionae ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna
Herculis Antaeique, Heſperidumque choros:

Tu-

lectione divinaverat, *Dindyma qua Argivae ſunt templa ſacrata Cybelae.* vide Gebhardum. Sed Broukhuſius merito recepit Iſ. Voſſii reſtitutionem, eamque auro contra non caram vocat, qui in Obſerv. ad Catull. pag. 161. legendum monuit *ſacrae fabricata juvenca Cybellae*, quam laudat etiam Waſſius, & a cod. MS. Rich. Meadii confirmari teſtatur in Addendis ad Thucyd. pag. 676. Propertium vero reſpicere putat Voſſius ad juvencam marmoream, quae viſebatur in ſacello Matris Deum Cybebae, quod erat in antro Lobrinae, montis Cyziceni, in quo magnae matri & Attini fiebant taurobolia, de quibus vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 32. & 33.

4. *Raptoriſque tulit qua via Ditis equos*] ſic legitur in Mentel. Vaticano primo, Borrich. Groning. Heinſiano, & primis edd. ut paullo ante, *qua fluit Iſthmos aqua. quae via* in Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. quod etiam Guyeto placebat. reſpicitur ad Proſerpinam, a Plutone ſeu Dite raptam, cui Cyzicus ſacra erat. unde in Luſibus liberis Ep. 77. Tom. II. Anth. Lat. p. 550.

Hennaeae Cererem nurus frequentant:
Raptam Cyzicos oſtreoſa Divam,

ut recte pro *Cocitos* reſtituerunt viri eruditi. vide illic notata. mox *Et deſiderio* in pleriſque codd. & edd. antiquis, ſed in Colotiano, primo & quinto Vaticano, recte *Nec deſiderio*, ut ex Groningano emendavit Broukhuſius, qui malebat *deſiderio mei. tuo* male in Vatic. quinto.

7. *Tu licet adſpicias coelum omne Atlanta gerentem*, & ſeqq] *ferentem* Mentel. & prim. Leid. Senſum horum verſuum an recte adſecuti ſint Interpretes, dubito, qui hic eſt. Licet Helleſponti urbes, Gorgonas ſive Heſperides inſulas, & Balearides, Geryonae habitationem, & Tingin ab Antaeo aedificatam, & Heſperidum hortos, &c. perluſtres, tamen nihil invenies, quod Romae conparari poſſit. facit huc illud Plinii Lib. V. cap. 1. *Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, & Heſperidum horti.* vide totum illud caput, ubi etiam Atlantis, Perſei & Herculis ſequitur mentio: ſic enim poſtea, *per Autololum gentem iter eſt ad montem Africae vel fabuloſiſſimum Atlantem.* & mox, *Haec celebrari auctores prodidere praeter Herculi & Perſeo laborata ibi.* Quapropter legere etiam hic malim *Heſperidumque domos*, non *choros*, aut *thoros*, ut male in Voſſ. quarto. Virgilius Lib. II. G. 115. *Eoaſque domos Arabum.* ſupra Lib. I. El. 6. 4. *Ulteriuſque domos vadere Memnonias.* & Lib. II. El. 8. 20. *Et domus intactae te tremit Arabiae.* ubi vide.

8. *Sectaque Perſea Phorcidos ora manu*] *Phocidos* corrupte Neapol. a manu pr. *Tactaque* in Heinſiano. *Sertaque* in primo Leid. *Tectaque* in meo priore. an forte *Caeſaque*? Lucanus Lib. IX. 677. ubi Perſeum ope Palladis Meduſam adgredientem deſcribit:

Ipſa regit trepidum Pallas, dextraque tremente
Perſeos averſi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit vultus lunari vulnere ferri
Caeſa *caput Gorgon!*

vel ibidem ex veſtigiis codicum, in quibus *Icta colubriferi*, cum Heinſio legendum, *Secta colubriferi rumpens confinia colli.* ut hoc in loco.

9. *Gerionae ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna Herculis Antaeique* &c.]

Geryonis Regius, Colbertinus, Mentelianus, Neap. Borrich. Groning. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. mei, & Askew. in quo male *luctantem.* ſed *Gerionae*, ut recte edidit Broukhuſis, jam in primis, ceteriſque vetuſtis editio-

 nibus

Tuque tuo Colchum propellas remige Phaſim,
Peliacaeque trabis totum iter ipſe legas,
Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba
In faciem prorae pinus adacta novae:
Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri,

Et

nibus legitur. de qua ſcriptura vide Guellium & N. Heinſ. ad Virg. VIII. Aen. 202. Patrui mei notas ad Sueton. Tiber. cap. 14. & quae dedi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 325. & 326. *ſigna luctantum in pulvere* de ſtatuis, in quibus Herculis lucta cum Antaeo conſpiciebatur, exponi poſſe, notavit Paſſeratius. certe Praxitelem inter alias ſtatuas etiam feciſſe Herculis labores, iiſque expreſſam hanc illius & Antaei luctam, teſtatur Pauſanias Lib. IX. cap. XI. p. 733, quae & in plurimis Numis antiquis exhibetur, quos indicavi in Comm. ad Numiſm. Sic. pag. 399. Sed rectius idem Paſſeratius ſubjungit, per *ſigna* indicari veſtigia luctae velut in pulvere exſtantia inpreſſis pedibus, & toto utriuſque corpore, quem videre operae pretium erit. hanc vero explicationem optime firmant Statii verſus, quos adfert, Lib. VI. Theb. 899. de hac ipſa Herculis & Anaei lucta.

Tandem preſſus humi, pronamque extenſus in alvum
Sternitur, & longo maeſtus poſt tempore ſurgit,
Turpia ſignata *linquens veſtigia* terra.

cujus loci primo verſu pro *preſſus* in MSS. & cod. Gul. Vlamingii, quem aliquando contulit Cel. Drakenborchius, legitur *pectus.* ut excuſum in ed. Gronoviana, unde *in pectus humi, pronamque extenſus in alvum* legebat Heinſius. ſic *ſigna* de veſtigiis & indiciis corporis loco inpreſſis, apud noſtrum Lib. II. El. 22. 36.

Apparent non ulla toro veſtigia preſſo
Signa, volutantes nec jacuiſſe duos.

de admirabili poëtae artificio, quo in minoris verſus numeris ipſa fere lucta haec ſyllabarum eliſione exprimitur, egregia ſunt, quae obſervavit Broukhuſius.

11. *Tuque tuo Colchum propellas remige Phaſim*] recte *Colchum*, id eſt *Colchicum*, correxerunt viri docti, quod firmatur a v. c. Perreji, primo & ſec. Vaticano, Mentel. Borrich. Groning. Heinſiano, ceteriſque codd. & primis edd. non *Colchon*, ut in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. *propellere* proprium de remis. ut El. praeced. v. 11.

Nunc agite, o ſocii, propellite in aequora navem.

ubi vide Paſſerat. & ad h. l. & Oudendorp. ad Lucan. IX. 319.

13. *Qua rudis Argoa natat inter ſaxa columba* &c.] *Argea* in Voſſ. tert. Askew. & meo ſecundo. ut alibi etiam peccatum, & *Argoa* atque *Argea* confuſa ſunt. vide Scalig. ad Culicem v. 342. mirifica autem lectio eſt in quinto Vaticano *Argoduce natat.* quae ex gloſſa venit, qua in margine aliquis notaverat, navi Argo ad ſaxa, vel cautes Symplegadum concurrentes, viae ducem fuiſſe columbam, ſupra Lib. II. El. 20. 39.

Et qui moviſtis duo litora, quum rudis Argus
Dux erat ignoto miſſa columba mari.

ubi vide quae notavi. *intra ſaxa* in Askewiano. *pinus ad oſſa* vitioſe in Colbert. & in marg. *adepta. in novae prorae faciem adacta* dicitur pinus, quia Argo prima fuit navis, quae aequor tentare fuit auſa. & *adacta* hic ponitur pro exſtructanti recte explicat Forcellinus in lexico voce *Adoretus.*

15. *Et ſi qua Ortygii viſenda eſt ora Cayſtri*] hanc Iſ. Voſſii in Obſerv. ad Pompon. Melam Lib. I. cap. 17. pag. 85.) emendationem in contextu recepit, multiſque propugnavit Broukhuſius. repudiata altera ejuſdem Voſſii ad Catull. pag. 108. conjectura, *Et ſi qua Phrygii*, quae certe priori poſtponenda, licet ipſe Voſſius eam praeferret: *Ortygium* vero *Cayſtrum* exponit, quia *Ortygiae*, ſeu Epheſo, vicinus eſt Cayſter fluvius. *Phrygium*, quia in Phrygia, aeque ac Maeander, inde etiam *Phrygius* dictus, oritur. Sed videamus codd. veterum diverſas lectio-

Et qua ſeptenas temperat unda vias:
Omnia Romanae cedent miracula terrae.
Natura hic poſuit, quidquid ubique fuit.

Armis

lectiones in uno Regio, *Et ſi qua Ogygiae.* in altero, *At ſi qua Origiae.* ut in primis edd. in Askewiano & meo utroque, *orige viſenda. Et qua Origae* in v. c. Perrejo, ſecundo Vatic. Scaligeri Excerptis, Mentel. Heinſiano, Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ & binis D'Orvillii. in primo Vaticano *Et ſi qua Origi.* in aliis ejuſdem Bibliothecae, *Si quane Lygaei, Si quave Gygaei.* vel denique, *Si quave olorigeri Et qua Gygei* in utraque Aldi, Juntina, Colinaei Rovill. Gryphii, aliiſque. quod ex editione Volſci an. 1488. petitum eſſe indignatur Broukhuſius, Volſco plerumque iniquior, nam ille in notis monuerat alios *cycnei* vel *olorigeri* legere. ſed *Gygaei* in editione Brixiana an 1486. jam exſtare notavit, & hanc lectionem recepit editor Elect. minor. Etonenſ. Scaliger reponebat, *Et ſi quadrigae viſenda eſt ora Cayſtri.* & per *quadrigam Cayſtri* intelligebat quatuor urbes Epheſi nobiliores, Epheſum, Smyrnam, Colophonem, & Miletum. quod nimis longe quaſitum & contortum videtur. & abſurdam hanc interpretationem vocat Editor Elector. Minor. Etonenſium. inde tamen Guyetus formabat, *Et ſi quadrijugi*, id eſt quadruplicis. Heinſius vero in notis Propertianis pag. 737. tentabat, *Quave Ephiraeaei*, vel, *Aut qua Smyrnaei.* vel, *Si qua & olorigeri*, aut, *Si qua & cycnei.* & de *Cycneo Cayſtro* remittebat ad Dalecampii notas in Plinium Lib. V. cap. 29. *cycnei Cayſtri* etiam conjecerat Lipſius Lib. I. Var. Lect. cap. 2. & hoc ultimum prae ceteris virorum doctorum conjecturis calculo ſuo probavit Spanhemius, Broukhuſio laudatus, ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 257. pag. 357. ed. noviſſ. illud itaque praeferendum videtur, vel *olorigeri Cayſtri*, quo epitheto Padum inſignivit Claudian. Epiſt. II. 12. paſſim enim apud poëtas *Cayſtrum*, & vicinum Maeandrum, frequentare dicuntur olores. vid. Dionyſ. Perieg. v. 833—837. & Avieni Deſcript. Orbis v. 996 — 1001. unde *Cayſtrius ales* dicitur olor Ovidio Lib. V. Triſt. I. 11. id pluribus probare, otio eſſet abuti.

16. *Et qua ſeptenas temperat unda vias*] *temperet* Borrich. & Heinſian. *minas* pro *vias* in eodem Heinſiano & meo priore. id quum in ſuo codice etiam reperiſſet Broukhuſius, de ſeptem Nili oſtiis intelligendum notavit, refutans Paſſeratium & Cerdam, qui de Gange ceperant, rogans, *quid Gangi cum Propontide, cum Phaſi, cum Cayſtro?* Poſſent & ad Maeandrum, qui vicinus Cayſtro fluvius eſt, haec referri, qui *temperat* aquas, ſeu fluminis ſui *vias*, per errores & flexus, quae ſi recte fluerent, in mare cito laberentur. itaque *temperat* aquas, ut auriga equos frenis. male enim Guyetus *perforat*, quia *temperat* mox ſequitur v. 22. *ſeptenas* autem, vel incerto numero vocaverit *vias*, pro multas. ut *terque quaterque* ſupra El. V. hujus libr. v. 6. *Obruis inſano terque quaterque mari.* vel *centenas* legendum, eodem ſignificatu, pro plurimas, innumeras. ſic *centenas* Antonii claſſis *naves* vocat Lib. IV. El. 6. 47.

Nec te quod claſſis centenis remiget alis,
Terreat.

ita in codd. MSS. ſupra El. XVI. v. 17.

I nunc, tolle animos, & centum finge triumphos.

pro *tecum finge.* ſed rectius haec & verius de Nilo exponit Broukhuſius, quod & in margine ed. Canteri legitur. & *vias*, non *minas*, quod male etiam recepit Elector. Minor. Etonenſium editor, optime de fluminis ambagibus noſter dicit. pariter *vias* Maeandro tribuit ſupra Lib. II. El. 25. 36.

Atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo
Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.

ſic *puras fluminis ire vias* Tibullo Lib. I. El. 10. 36. & ita ὁδεύειν de Alpheo flumine apud Dionyſ. Perieg. v. 410. & de Pactolo v. 831.

17. *Omnia Romanae cedent miracula terrae*
Natura hic poſuit, quidquid ubique fuit]

cedant Heinſius, & mox *quidquid ubique nitet*, vel *ſui eſt.* ſed nihil tentandum oſtendit imitatio Ovidii Lib. I. A. A. 56. de Roma: *Haec habet, ut dicas, quidquid in orbe fuit.*

 22. victri-

Armis apta magis tellus, quam commoda noxae,
Famam, Roma, tuae non pudet hiſtoriae.
Nam, quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus: victrices temperat illa manus.
Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite, & aeternum Marcius humor opus.

25. Al-

22. *victrices temperat illa manus*] ita edendum cenſui, tam auctoritate codicum, quam virorum eruditorum conſenſu. *illa* enim, *pietas* nempe, quae praecedit, & vi armatae opponitur, legitur in quinto Vaticano, Borrich. Leidenſi ſecundo, & Askewiano, recte omnino. *ira* enim non temperat victrices manus, ſed incitat & acuit. ut Ovidio Lib. I. Amor. 7. 66. *Quamlibet infirmas adjuvet ira manus.* ſed pietas, ratio, & virtus in ipſa victoria irae moderatur. ut de Juſtitia & Clementia in locis Naſonis ex Lib. I. Pontic. & Rutilii Lib. I. Itin. a Broukhuſio hic productis. rectius itaque pietas hic *manus victrices temperare* dicitur, adeoque *illa* legendum confirmat alius Ovidii locus Epiſt. I. 86. ubi de increpantis Icarii ira dicit Penelope,

Ille tamen pietate mea, precibuſque pudicis,
Frangitur, & vires temperat ipſe ſuas.

quamquam & illic *ira* conjecerat Heinſius. alii *inde.* vide iſtic notas, unde patebit, Berſmannum cenſuiſſe Ovidium eo loco hunc Propertianum imitari. pro altera tamen lectione etiam ſtat Gronovius ad Statii Lib. I. Theb. 112. p. 377. & Heinſius illi accedens in notis Propertianis p. 737. eamque Gruterus ineditis Suſpicionum Schedis confirmare conatur loco Livii Lib. XXXVII. cap. 53. in Rhodiorum oratione ad Romanos: *Inducetis in animum negare Eumenis cupiditati, quod juſtiſſimae irae veſtrae negaſtis.* & Claudiani Lib. I. in Eutrop. 364. licet alio ſenſu,

—— lenis faciliſque moveri
Supplicibus, mediaque tamen molliſſimus ira.

ut autem in vulgata lectione *ira* dicitur *victrices manus temperare*, ita *vires* ſuas *frangere* Ovidio Lib. I. Triſt. 1. 94.

—— ſi cuncta videbis
Mitia, ſi vires fregerit ira ſuas.

Seneca Conſol. ad Helviam cap. 1. de animi dolore: *Exſpectabam itaque, dum ipſe vires ſuas frangeret, & ad ſuſtinenda remedia mora mitigatus, tangi ſe ac tractari pateretur.* Lib. I. de Clem. cap. 19. *Utinam quidem eadem homini lex eſſet, & ira cum telo ſuo frangeretur.* eadem notione hic *temperare manus victrices* dicitur *ira.* ut apud Cic. pro Marcello cap. 3. *nulla eſt tanta vis, quae non ferro ac viribus debilitari frangique poſſit. animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare* &c. ubi *victo temperare* male Gruterus. nam cum caſu quarto etiam Ovidio d. l. *vires temperat ipſe ſuas.* neque etiam opus eſt cum Heinſio apud Naſonem Lib. I. Amor. 3. 10. emendare, *Temperat & ſumtu parcus uterque parens.* pro *ſumtui.* ubi recte vulgatam *ſumtus* tuetur Patruus meus, quae hoc etiam loco firmatur. Nihilominus *temperat illa*, *pietas* nimirum, ut modo dixi, hic praeferendum exiſtimavi cum Lipſio & Jo. Mario Mattio, quorum loca indicavit Broukhuſius, qui initio notae iis adſenſus, alterum tamen mox locis Ciceronis defendit. ſed *illa* hic legendum etiam cenſuit Canterus in marg. ad Plantin. & Lipſio obſecutus Paſſeratius, dubitat editor Elect. Minor. Etonenſ. p. 128. ſed *illa* tamen retinuit, quia ſic in uno libro legi edoctus erat, plures vero in hanc lectionem conſentire codices, paullo ante notavi. la Cerda ad Virg. VI. Aen. 854. & Cl. Heynius ad Tibull. L. II. El. VI. v. 2.

23. *Hic Anio Tiburine fluis, Clitumnus ab Umbro*
Tramite, & aeternum Marcius humor opus]

Almo male in meo ſecundo. *Tiberine* Groning. Askew. Palat. Leid. ſec. Voſſ. tert. & alter D'Orvill. *Tiburtine* in Heinſiano, & meo priore. *Tiburine* Mentel. Commel. Borrich. hoc eſt *Tiburne* quod in Neap. & edd. Venetis, Reg. Lep. & Beroaldi. & ſic Scalig. & Guyetus, ut *Tiburnus Anio* dicatur quomodo Tuſcus Tiberis, & ſim. vide hic Paſſeratium. *Tiburte fluis* legebat Mark-

25. Albanuſque lacus ſocii Nemorenſis ab unda,
Potaque Pollucis nympha ſalubris equo.
At non ſquamoſo labuntur ventre ceraſtae,

Marklandus, & Elector. Minor. Etonenſium editor. ut habetur in ed. Volſci, utraque Aldi, Juntina, Colinaei, Rovill. Gryph. & Canteri, ut in quibuſdam codd. legi teſtatur Beroaldus. Tiburte *fluit* placebat Cl. Schradero Emend. cap. VIII. p. 163. idque admittendum videtur, ut *aquaeductum ex regione Tiburti*, hoc eſt Tiburtina, memorat Suet. Calig. 21. ubi vide Torrent. qui *Tiburtem agrum* ex Livio, *Tiburtem viam* Horatio, & *villam in Tiburte* ex Cicerone adfert. *Anionem* enim, vel *Anienem*, *per Tiburtinorum fines decurrere, & in Tiberim defluere* dicit Vibius Sequeſter de Flumin. pag. 7. hinc quia in Tiberim defluit, *Tiberinus*, vel *Tiburinus* recte etiam dicitur Anio, quia *Tiburis Argei pomifer arva rigat*, ut de Anione dicit Ovid. III. Am. 6. 46. vel *pomifera arva*, ut legit Bentlejus ad Horat. I. od. 7. 14. vide infra ad Lib. IV. El. 7. 81. & plura de Anione apud Cluver. Lib. II. Ital. Ant. cap. 10. pag. 711. & ſeqq. & Dempſter. Lib. II. Etrur. Reg. cap. 15. *flues* male in Askew. Groning. Voſſ. pr. & quarto, meoque ſecundo. dein *Liturnus* in Voſſ. pr. *Litumnus* Neap. & Borrich. mox *Martius humor* vitioſe hic quoque ſcribitur in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis, pro *Marcius*, ut paſſim; de quo vide ad h. L. El. 1. 52.

25. *Albanuſque lacus ſocii Nemorenſis ab unda*] *Albanus lacus & ſocii* in Regiis, Mentel. Leid. primo, tribus Voſſ. primo D'Orvilll. meo utroque, & priſcis edd. *Albanus lacus at ſocii* Askew. *Albanuſque lacus ſocia* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & quinto Vaticano. Francius conjecerat,

Albanus lacus, & ſocia Nemorenſis, ab unda.

& unda Groning. *umbra* male in Mentel. Heinſiano, Leidenſi primo & meo. de utroque hoc lacu Albano & Nemorenſi, quos *ſocios* vocat, quia ex iiſdem fontibus oriuntur, vide hic Scalig. & Paſſeratium. ſed Scaligerum refutavit editor Elector. Minor. Etonenſ. p. 129. eumque erraſſe in utriuſque lacus ſitu, & Juturnae ſcaturigine, rejecta etiam ejus emendatione in loco Strabonis, & meliora docuiſſe Cluverium notat, (Lib. II. Ital. Ant. cap. 10. prope fin.) legendumque cenſet. *ſocia* (vicina) *Nemorenſis in unda.* ut *ab* derivatum fuerit ex fine praecedentis verſus *ab Umbro.*

26. *Potaque Pollucis nympha ſalubris equo*] ita correxerunt viri docti, pro *lympha*, quod in pleriſque codd. & edd. vetuſtis. & ſic Heinſius ad Ovid. Epiſt. V. 31. vide ſupra ad El. XIV. 4. intelligi fontem Juturnam, cujus aquam ſaluberrimam Caſtoris & Pollucis equi biberunt, eaque ſe abluerunt (licet ſolum Pollucis equum Cyllarum dictum memoret) poſt victoriam ab A. Poſtumio Dictatore ad lacum Regillum relatam, monuerunt Beroaldus, Paſſeratius, & pluribus adſtruxit Broukhuſius, recte huc referens nummum gentis Poſtumiae, a Torrentio ad Sueton. Ner. c. 1. productum, in quo Dioſcuri equites haſtati, ex hoc fonte equos ſuos refocillant. quem ex eadem hac hiſtoria expoſuerunt Vaillantius in Num. Antiq. Fam. Rom. Tom. I. pag. 305. & Morellius in Theſauro Fam. Rom. Tom. I. p. 358. ad Tab. I. N. 3. de eodem Juturna fonte etiam Beroaldus capiebat locum noſtri ex Lib. IV. El. 4. 14.

——— *ubi nunc eſt Curia ſepta*
Bellicus ex illo fontem bibebat equus.

27. *At non ſquamoſo labuntur ventre ceraſtae*] *lambuntur* in Colbertino, Mentel. Leid. primo, Voſſ. meo ſecundo, prima ed. Veneta, & Reg. Lep. ſed *labuntur* recte in altera Veneta, Volſci, Beroaldi, Aldinis, Juntina, ceteriſque edd. verbo ſerpentibus proprio. in ſolo Askewiano legitur *ſquamoſa veſte*, forte pro pelle ſquamoſa ſerpentum ceraſtarum, quae lectio non adſpernanda, & ni fallor elegantior eſt, quam ut librariis ſuam debeat originem. ſic enim *veſtis* pro ſerpentum pelle non ſemel apud Lucretium occurrit. vide Gebhardi notas ad Tibull. I. 4. 35. pag. 36. reſpicere autem, videtur Propertius illud Virgilii, loco mox indicando, ubi inter laudes Italiae mala illa recenſet, quibus non eſt obnoxia,

Nec rapit inmenſos orbes per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Itala potentis nec furit unda novis.
Non hic Andromedae reſonant pro matre catenae;
Nec tremis Auſonias, Phoebe fugate, dapes.
Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes,
Exitium nato matre movente ſuo.

Pen-

ubi Servius notat: *ſunt quidem ſerpentes in Italia, ſed non tales, quales in Aegypto, & Africa.* forte in animo uterque habebat illud ſerpentis *monſtrum exitiabile*, quo Atilii Reguli exercitus ad Bagradam in Africa fuit infeſtatus, *centum in ulnas porrectum*, ut vocat Silius Ital. VI. 151. & ſeqq. ubi multo cum artificio ſerpentem illum deſcribit. tales igitur ſerpentes, ſeu ceraſtas, ſpecie pro genere poſita, Romano ſolo non infeſtos eſſe innuit, ut nec Italum aequor belluis marinis, vel, ſi *ora* cum Aurato legatur, omnem Italicae regionem monſtris inmanibus ſeu in uſitatis ac novis, non conmoveri addit. de ceraſtis his praeter Beroaldi & Paſſeratii notas ad hunc locum, vide Harduinum ad Plinium VIII. cap. 23. & praeſertim Conr. Geſnerum Lib. V. Hiſt. Anim. pag. 64. & ſeq. ſub finem Tom. III. ubi ſquamoſa pelle inſignis conſpicitur ceraſtes.

28. *Itala portentis nec furit unda novis*] *nec fuit una* in omnibus fere codd. MSS. Regiis, Colbertino, Askew. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis aliiſque vetuſtis edd. *fluit unda* in v. c. Perreji, ut legebat Fruterius, & Canterus. *furit* ex ſuo cod. Scaliger quod recepit Paſſeratius. *portentis nec facit ora novis*, id eſt, non apta eſt, Auratus non male, Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 8. *Non facit ad lacrimas barbitos ulla meas.* ubi *ad lacrimas facit*, ne quis alia conſtructione dici objiciat, etiam tertio caſu apud noſtrum h. libro El. I. 20. *Non faciet capiti dura corona meo*; & in aliis veterum locis, apud Heinſium ad Ovid. Epiſt. II. 39. *furit* tamen cum Paſſeratio, vel *fluit unda* cum Fruterio ſe praeferre notat Valens Guellius ad Virg. II. G. 154. & recte obſervat, noſtrum toto hoc loco in animo habuiſſe egregios Virgilii verſus, quibus illic in laudes Italiae ſe effert, illos autem cum his Propertianis inter ſe conferre, quos non adſcribo, quia prolixiores ſunt, Muſarum cultoribus volupe erit.

30. *Nec tremis Auſonias, Phoebe fugate, dapes*] *Auſoniis* Askew. *Phoebe, fugare* in primo Vatic. Borrich. Groning. Heinſiano, primo Leid. tribus Voſſ. meo priore, & primis edd. innuit cruentas caenas Thyeſteas, & hunc forte locum reſpicit Ovidius Epiſt. XVI. 206.

Non dabimus certe ſocerum tibi, clara fugantem
Lumina, qui trepidos a dape vertat equos.

vel, *cui trepidos Sol dape vertat equos.* ut legit Heinſius, qui memoriae vitio illic in hoc Propertii loco adfert, *Nec fugis Auſonias.* pro *Nec tremis.* quod minime tentandum. ſic enim Lib. I. El. 15. 38. *Nec tremis admiſſae conſcia nequitiae.*

31. *Nec cuiquam abſentes arſerunt in caput ignes,*
Exitium nato matre movente ſuo.]

cuique in meo priore. *cuicumque* D'Orv. pr. *Nequicquam* in primis edd. *abſentis* in Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. ſed recte *abſentes* in Mentel. Borrich. Groning. Heinſiano, aliiſque melioris notae codd. *abſentes ignes.* ut de eodem hoc Meleagro, ad cujus fabulam hic reſpicit, Ovidius in Ibin v. 601.

Natus ut Althaeae flammis abſentibus *arſit*,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.

ubi vide Salvagn. hinc apud Manilium Lib. V. 176.

Te, Meleagre, colunt flammis abſentibus uſtum,
Reddentemque tuae poſt mortem mutua matri.

ut certiſſima conjectura pro *habitantibus*, vel *latitantibus*, reſtituit Gronovius, probante Bentlejo, cujus notas illic vide. *arſerant* vitioſe Borrich. Heinſian. & meus primus. deinde pro *movente* in Voſſ. tertio *parante* ut in ed. Beroald. Gryphii, Rovilliana, Canteri, Raphelengiana Douſarum, aliiſque. ſed *movente* in v. c. Fruteriis, Regiis, Colbertino, primo & quinto Vatic. Neapol. Borrich. Groning. ceteriſque membranis

Penthea non ſaevae venantur in arbore Bacchae:
Nec ſolvit Danaas ſubdita cerva rates
Cornua nec valuit curvare in pellice Juno,
Aut faciem turpi dedecorare bove.
Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.

Haec

nis. cui ſcripturae favent codices & edd. primae, in quibus *monente*, ut in Venetis, Reg. Lep. Volſci, & Colinaei. corrupta vero codicis Askewiano lectio *induente* inrepſit ex gloſſa, qua librarius *movente* expoſuerat, *exitium inducente*. aeque ac *parante* in aliis codd. gloſſam ſimilem ſapit. nam *movere exitium* hic commode exponi poteſt, pro fatalis exitii auctorem eſſe. Tibullus Lib. I. El. 7. 56.

Et canit eventus, quos Dea magna movet.

ut legit Gebhardus, & apud Ovidium Lib. II. Met. 639. *fatorum arcana movebat.* eum vide Lib. II. Crepund. cap. 5. p. 69. ubi plura de hac ſignificatione verbi *movere* notavit. licet *monet* in Tibullo praetulerit Broukhuſius, ſic *movere* & *parare bella* paſſim variantur in MSS. apud Ovid. Epiſt. III. 123. III. Am. 12. 4. Remed. v. 2. & *commovere certamina*, pro excitare, incendere. de quo vid. Drakenb. ad Silium XIV. 141. *matre parante ſua* conjecerat Marklandus. ut ſupra El. VIII. v. 10.

Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.

& Ovid. II. A. A. 66.

Erudit infirmas ut ſua mater aves.

33. *Penthea non ſaevae venantur in arbore Bacchae*] *ſcaevae* in ſec. Leid. Heinſiano, & meo priore. ut ſaepe alibi apud noſtrum codices hanc vocem plerumque a librariis ejectam retinent. *in arbore*, pro in ſilva. ut hoc libro, El. II. 13. *Quum me Caſtalia ſpeculans ex arbore Phoebus.* ubi vide. de Penthei a Maenadibus diſcerpti fato confer cum hoc loco Theocritum Idyll. XXVI. v. 10. & ſeqq. & Ovidium ſub finem Lib. III. Metam. *Danais* in ſec. D'Orvill.

35. *Cornua nec valuit curvare in pellice Juno &c.*] *non valuit* in Mentel. Groning. Leid. pr. & ſec. Voſſ. pr. & tert. totum hoc diſtichon abeſt a primo D'Orvilliano. & certe non bene haec cohaerent, aut procedunt cum ſequentibus. neque hoc in verſu *cornua curvare*, & mox *curvatae trabes* valde concinna recurrunt. Aberraſſe hos verſus ſuſpicor, & forte ſpectare ad Lib. II. El. 21. poſt verſ. 20. ubi haec Jo, Ino, Andromede, & Calliſto memorantur, & ſingularum fatis aliquid honorificum vel non indecorum additur, & Junonis initio Elegiae & v. 13. etiam praecedit mentio: illic igitur eo ordine ſi inſerantur hi verſus, non incommodum ibidem occupare locum videri poſſint:

Jo verſa caput primos mugiverat annos:
Nunc Dea, quae Nili flumine vacca bibit:
Cornua nec valuit curvare in pellice Juno,
Aut faciem turpi dedecorare bove.
Ino etiam prima terras &c.
Hanc miſer inplorat navita Leucotheën.
Andromede monſtris &c.
Haec eadem Perſei nobilis uxor erat.
Calliſto Arcadios &c.
Haec nocturna ſuo ſidere vela regit.

forſan & aliis videbuntur haec tranſponi poſſe eod. Lib. El. 24. poſt v. 14. ſed prior locus videtur aptior. *turpi bovi* in omnibus fere MSS.

37. *Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Grajis Saxa* &c.]

truces vitioſe in Voſſ. tert. & primis edd. ante Bercaldum. nec minus corrupte *Synis* in quarto Vaticano. *ſenis* in quinto, Mentel. Heinſiano, Askewiano, duobus Leidd. Voſſ. pr. & tert. utroque D'Orvill. & meis. in uno Regio, *Arboreas cruces ſenis & non hoſpita.* in altero, *Arboreaſque truces ſenis & in hoſpita. cruces* etiam in Excerpt. Scalig. *ſaevis* Voſſ. quart. *ſaevis & inhoſpita Grajis* in ed. Veneta prima, & Reg. Lep. ut in ed. Brixienſi haberi notavit Elector. Minor. Etonenſ. editor. p. 130. *Sinis* in ſec. Venet. Canteri, & Douſarum Raphelengiana

Haec tibi, Tulle, parens, haec eſt pulcherrima ſedes:
Hic tibi pro digna gente petendus honos.
Hic tibi ad eloquium cives, hic ampla nepotum
Spes, & venturae conjugis aptus amor.

ELEG.

Scinis correxit Beroaldus, ut eſt in ed. Volſci, Aldi utraque, Juntina, Colinei, Rovill. Gryph. Mureti Aldina, aliiſque. *Saxaque curvantes* male in Borrich. Voſſ. primo, D'Orvill. & meo. *curtatas* in v. c. Perreji, qui ex illa lectione forſan hic intelligebat Procruſten, de quo narrat Hyginus fab. XXXVIII. eum hoſpiti, ſi longior eſſet, lectum minorem dediſſe, & reliquam corporis partem extenſam praecidiſſe, ſed brevioris ſtaturae hoſpites, lecto longiore dato, incudibus ſuppoſitis extendiſſe, & dein interfeciſſe quod tamen alios de Sinide tradere, notat illic Munckerus. ſed his *trabes* non conveniunt. pro quibus *curtatos toros* ſubſtituere, nimis forte temerarium eſſet, ut tres iſtos Tyrannos Sinin, Scyronem & Proruſten conjungat. Sed alii Interpretes *curvatas* has *in ſua damna trabes* referunt ad *Scinin*, arboribus adductis homines adligantem, & remiſſis dilacerantem, per *inhoſpita Grajis Saxa* latronem Scyronem, hoſpites e ſcopulis praecipitantem, & *curvatas in ſua fata trabes* exponunt, quia Theſeus eadem ad arbores alligatas & reductas poena Sinin necavit. unde Ovidius Lib. VII. Met. 440.

Occidit ille Sinis, magnis male viribus uſus,
Qui poterat curvare trabes, & *agebat ab alto*
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.

ubi Heinſius & alii ex melioribus codd. etiam praeferunt *Sinis*, pro *Scinis*, ut hic quoque Broukhuſius. & ſic apud eumdem Naſonem Epiſt. II. 69. ubi Phyllis eadem haec tria monſtra, crudelitate inſignia, a Theſeo interfecta, memorat:

Cum fuerit Scyron lectus, torvuſque Procruſtes,
Et Sinis, & tauri mixtaque forma viri.

ubi etiam *Scinis* in multis codd. & edd. vide Salvagn. ad Ibin v. 411. Delr. & Demſter. ad Claudian. I. in Ruf. 252. Muncker. ad Hygin. d. fab. 38. Cel. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 977. p. 268 & Mezeriacum Comment Gall. ad ſecundum Naſonis locum. Quod autem Livinejus quaedam hic deſiderari ſuſpicatus fuerit ex eo patere opinor, diſtichon ei viſum fuiſſe male cum his cohaerere, quod loco alieno hic inſertum modo notavi, & hinc puto Marklando locum hunc viſum eſſe obſcurum & corruptum, ut adſcripſerat. nam quod Broukhuſius repetenda exiſtimet *non valuit curvare*, Sinidi non convenit. Sed accuſativos hic vagos eſſe, *arboreas cruces*, *ſaxa*, & *curvatas trabes*, cum quibus verba e ſuperioribus connecti commode non poſſint, animadvertit D'Orvillius ad Chariton. pag. 708. *non hoſpita Grajis ſaxa* illuſtrat Marklandus ad Statii Silvas pag. 183.

40. *Hic tibi pro digna gente petendus honos*] *parandus* in tertio Voſſ. & pro varia lectione ſuperſcr. *creandus*. ſed reliqui codd. & edd. veteres in vulgatam conſentiunt. *Hinc tibi* legebat Marklandus, exponens, Hinc tibi petendi ſunt honores, Conſulatus, praetura, &c. quemadmodum ſplendor & dignitas gentis & familiae veſtrae poſtulat.

41. *Hic tibi ad eloquium cives, hic ampla nepotum*
Spes, & venturae &c.]

ad eloquium curſus in aliis legi patet ex notis Paſſeratii. Heinſius conjecerat, *Hic tibi ad eloquium via fert*. a recepta lectione minus recederet, *Hic tibi ad eloquium vires*. *cives ad eloquium* pro, eloquentes, capiebat Fruterius, ut *Sobrius ad lites* Lib. IV. El. 2. 29. ſed rectius interpretari videtur Paſſeratius, Hic cives erunt, qui eloquentiam tuam audiant, vel quos facundia tua juvare poſſis. *ampla nepotis ſpes* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *nepotes* Mentel. ut in marg. ed. Ald. conjecerat Heinſius. per adpoſitionem, nepotes tibi, ampla ſpes. ſed editum praefero propter ſonum ingratiorem *nepotes ſpes*. filii vero & nepotes paſſim parentum *ſpes* dicuntur. vid. ad T. II. Anth. Lat. p. 67. & 68. *aptus amor* in omnibus meis codd. non *altus*. ut in ed. Scalig.

E L E G. XXII.

Ergo tam doctae nobis periere tabellae,
Scripta quibus pariter tot periere bona!
Has quondam noſtris manibus detriverat uſus,
Qui non ſignatas juſſit habere fidem.
Illae jam ſine me norant placare puellam,
Et quaedam ſine me verba diſerta loqui.
Non illas fixum caras effecerat aurum:

Vul-

ELEG. XXII.] Hac Elegia forte indicantur tabulae ad Cynthiam miſſae, quae cum ab ea eſſent remiſſae, perditae fuerunt. hinc v. 11. conjicit, quae in illis ſcripta eſſe potuerint, *Forſitan haec illis fuerant mandata tabellis* &c. confer Ovidium, qui ex hac Elegia nonnulla imitatus eſt Lib. I. Amor. El. 12. ubi invehitur in tabellas ſuas, a Corinna remiſſas, quibus aditum negaverat. noſtrum è recentioribus feliciter aemulatus eſt D. Heinſius, non diſſimilis argumenti de carminibus amiſſis Elegia inter Ejus Juvenilia El. IV. tales *tabellae* amatoriae memorantur Horatio Epod. XII. 2. & Juvenali Sat. IX. 36. & de ejuſmodi tabellis ſeu pugillaribus vide Walchium in Actis Literar. Jenenſ. Vol. V. pag. 136.

2. *Scripta quibus pariter tot periere bona!*] *quot periere bona!* emendaverat Heinſius, quod alteri lectioni praeferendum videtur, & ſic conjecerat Marklandus.

3. *Has quondam noſtris manibus detriverat uſus,*
Qui non ſignatas juſſit habere fidem]

navibus vitioſe pro *manibus* in primo Voſſ. mox *Qui modo* in meo priore. *ſignatis juſſit adire fidem* in Excerpt. Scalig. ſenſum loci hunc eſſe adſcripſerat Ant. Perrejus, *habere fidem ut crederentur, & agnoſcerentur a me ſcriptae etiam ſine nota ſigni.* Marklandus ſequentia ad horum intellectum adnotaverat: *Diu has* (tabulas) *habueram, & tam bene notae erant pro meis, ut, licet meum nomen inibi non ſignatum fuiſſet, fides tamen iis haberetur, utpote a me venientibus.* & *fidem habere* hic dici, ut Lib. II. El. 19. 18. *ſed multos non habuiſſe fidem.* Heinſius vero legebat,

Has quondam in noſtros manibus detriverat uſus,
Quae non ſignatas &c.

ut de Cynthia intelligatur. quod firmari poſſet ex v. 11. & ſeqq. ubi quae his tabellis inſcripta fuiſſe ſuſpicatur, ad Cynthiam ſpectant; licet etiam de iiſdem tabellis, ultro citroque miſſis, & quibus remiſſis reſponſum inſcribebatur, adeoque de Propertii ipſius pugillaribus, poſſit intelligi, quos adeo detriverat continuo uſu, qui fidem illis faceret, ita ut facile ex iſto indicio, toties ante jam miſſae cum eſſent, agnoſceret Cynthia, a quo venirent, etiamſi poëtae nomen non adſcriptum, neque ejus ſigillo ſignatae eſſent. locum hunc imitatus eſt P. Lotichius Secundus Lib. III. El. IX. 20.

Tu veterum dulces ſcriptorum ſume libellos,
Adtritos manibus quos juvet eſſe meis.

5. *Illae jam ſine me norant placare puellas,*
Et quaedam ſine me &c.]

placare puellam in Voſſ. quarto, & D'Orvill. ſec. ut ad ſolam referatur Cynthiam. mox *Atque eaedem*, voce in duas ſyllabas contracta, Heinſius. ut ſupra El. IV. 36.

Hac eadem rurſus, Lygdame, curre via.

vide ad Lib. IV. El. 7. 7. ſed *quaedam verba diſerta* tabellis his melius convenire videntur.

Vulgari buxo ſordida cera fuit.
Qualeſcumque mihi ſemper manſere fideles,
Semper & effectus promeruere bonos.
Forſitan haec illis fuerant mandata tabellis:
Iraſcor, quoniam es, lente, moratus heri.
An tibi neſcio quae viſa eſt formoſior? an tu
Non bene de nobis crimina ficta jacis?
Aut dixit: Venias hodie, ceſſabimus una:
Hoſpitium tota nocte paravit Amor.

Et

8. *Vulgari buxo ſordida cera fuit*] *Vulgari e buxo collita cera* conjecerat Heinſius. ſed *ſordida* hic praefero, quia longo manuum uſu detritae, ut dixerat v. 3. *ſordes* contraxerant hae tabellae, ex vili tantum buxo factae. *buxa cerata* Prudentio Periſteph. Hymn. IX. v. 49.

10. *Semper & effectus promeruere bonos*] *affectus* male in Askew. & D'Orvill. ſec. Ovidius II. Am. 3. 16. *Non caret effectu, quod voluere duo.* ſupra El. VII. 17. *Et tibi ad effectum vires dat Caeſar.* ubi *affectum* etiam in aliis MSS. & Lib. I. 10. 28. *Hoc magis effectu ſaepe fruare bono*, ubi *effectu bono*, ut h. l. quamquam tamen hic fere probem cod. Voſſiani lectionem *effectus promeruere ſuos.* pro felices, & optatos. ut *ſuos Deos habere*, *ſuis ventis navigare*, & ſim. pro faventibus & propitiis, apud poëtas frequentiſſima ſunt. vid. Parrhaſ. Quaeſ. per Epiſt. pag. 56. & quae notavi ad Lotich. p. 251.

11. *Forſitan haec illis fuerant mandata tabellis*] *fuerint* emendaverat Heinſius. ut paſſim *forſitan* cum ſubjunctivo. ſed non ſemper apud noſtrum. vide ſupra ad El. XVIII. 6. ſequentia ſunt Cynthiae verba, quae tabulis remiſſis, ſed deperditis, ab ea fuiſſe inſcripta conjicit. *moratus here* in Excerptis Scalig. quod idem ac *heri*. vid. ad Lib. II. El. 18. 1.

13. *An tibi neſcio quae viſa eſt formoſior? an tu*
Non bene de nobis crimina ficta jacis?]

At tibi Voſſ. pr. *Aut* Voſſ. tert. ſed *An* pro varia lectione ſuperſcr. *Et tibi* in meo priore, ut legebat Guyetus. eleganti artificio *neſcio quae*; Lycinna nempe, vel alia quaecumque; ſed quam nominare dedignatur Cynthia, contemtus cauſſa. ut Oenone apud Ovid. Epiſt. V. 127.

Illam de patria Theſeus (niſi nomine fallor)
Neſcio quis Theſeus, abſtulit ante ſua.

Dido Epiſt. VII. 124.

Mille procis placui: qui me colere, querentes
Neſcio quem thalamis praepoſuiſſe ſuis.

altero verſu *Non bona de nobis* in omnibus fere MSS. & edd. antiquis. ſed *Non bene* reſtituit Heinſius ad Ovid. I. Triſt. El. 7. 15. & ſic Guyetus. qui etiam legebat *& tu*. *de nobis* deſunt in meo priore. *de meritis* in ſec. Leid. & Voſſ. tertio. pro *crimina* in margine ſec. D'Orvill *omina*. *carmina* in Regio. *jacere crimina* hic dicitur, ut Lib. II. 1. 87. *mutae jace verba favillae*. & ſic *jacere voces*, *jacere contumelias*, & ſim. vid. Zinzerling. Promulſ. Crit. cap. 48.

15. *Aut dixit: Venias hodie, ceſſabimus una:*
Hoſpitium tota nocte paravit Amor.]

Aut dixti in Regio, primo Vatic. & primis edd. *dixi* Neap. Colbert. Askew. primus Leid. Voſſ. prim. & quartus, & in D'Orv. pr. ac meo utroque. *Haud dixi* Guyetus. *venies* etiam in Regio, Colbert. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis, ac priſcis edd. *ceſſavimus* Askew. primus & quartus Voſſ. uterque D'Orvill. & mei. ſed *ceſſabimus* in pr. & ſec. Vatic. Colbert. Mentel. Groning. ceteriſque. Heinſius ad ed. Ald. in qua *venies* & *ceſſavimus*, ut in aliis, correxerat,

——— *venias hodie, ceſſabimus una:*
Hoſpitium tota nocte parabit Amor.

ceſſabimus etiam in primis edd. quo ſenſu *hoſpitium* hic capiendum ſit, patebit ex nota Paſſeratii ad Plaut.

Et quaecumque volens reperit non ſtulta puella,
    Garrula quum blandis ducitur hora dolis.
Me miſerum, his aliquis rationem ſcribit avarus,
    Et ponit duras inter ephemeridas.
Quas ſi quis mihi retulerit, donabitur auro.
    Quis pro divitiis ligna retenta velit?

I puer

Plaut. Trinum. III. 2. 47. eodem, quo hic Cupidinem, miniſterio Venerem inſtruit noſter ſupra El. 8. 30.

Cum fuerit multis exacta trientibus hora,
Noctis & inſtituet ſacra miniſtra Venus.

ex quo loco *parabit*, ut correxerat Heinſius, firmari poteſt.

17. *Et quaecumque volens reperit non ſtulta puella,*
Garrula quum bl. duc. hora dolis.]

quaecumque dolens in Askew. duobus Leidd. tribus utroque D'Orvill. meis, neque aliter in primis aliiſque antiquis edd. quod defendit Struchtmeyerus Lib. II. Anim. Critic. cap. 2. pag. 103. alio ſenſu *dolens*, pro irata, hic accepiſſe videtur Douſa P. quia huic verſui adſcripſerat illud Virgilii Lib. I. Aen. 9. *Quidve dolens Regina Deûm.* ſed *volens* recte emendavit, & edidit Broukhuſius, pro cupiens, parata. ut apud Ovid. III. Am. El. 7. 5.

Nec potui cupiens, pariter cupiente puella.

idque probat Cl. Heynius ad Tibull. p. 266. *ſolens* conjecerat Guyetus. melius cum Heinſio legeretur, *Et quodcumque doli reperit*, ea tamen lege, ut in minore verſu ex illius codice emendetur *blandis ducitur hora jocis* pro *dolis.* quod a MSS. Perreji, & primo ac ſec. Vaticano firmatur, ejuſque lectionis veſtigia ſunt in Askewiano, in quo *locis.* ſed recepta hac Heinſii emendatione *dicitur* praeterea corrigendum cenſet Cl. Schraderus Emend. cap. VIII. p. 164. pro *conducitur*, ut in illo Terentii, *His nuptiis dictus eſt dies.* de qua verbi *dicere* ſignificatione vide quae notavi ad T. I. Anth. Lat. pag. 502.

19. — *his aliquis rationem ſcribit avarus,*
Et ponit duras inter ephemeridas]

his laqueis in Heinſiano & meo primo. ipſe Heinſius conjecerat, *tabulis rationem inſcribit avarus. rationes* Marklandus. *ſcripſit* in Leid. & & Voſſ. pr. *avari* in multis MSS. ut binis Leidd. tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orvill. meis, & primis, ceteriſque edd. antiquis. ſed *avarus* in Colot. Vatic. ſecundo, & Groning. ut Auratum legiſſe notaverat Douſa. quod firmatur ex imitatione Ovidiana Lib. I. Am. El. 12. 26.

Inter ephemeridas melius tabulaſque jacerent,
In quibus abſumtas fleret avarus opes.

dein *dias ephemeridas* v. c. Fruter. quinto Vatic. Mentel. Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. Heinſiano, utroque D'Orv. & meis. *rigidas* Heinſius. *ponet* in eodem Heinſiano, & meo priore. quod ſi admittatur, etiam *ſcribet* verſu praeced. legendum eſt.

21. *Quas ſi quis mihi retulerit, donabitur auro.*
Quis pro divitiis ligna retenta velit?]

Quas mihi ſi quis retulerit in Askew. & ſec. D'Orvill. & praeterea *attulerit* in eodem Askewiano. *Has ſi quis* Francius. quod probo. ne *Quas* & *Quis* vicino duorum verſuum initio recurrant. inſtar praeconis Propertius proponit mercedem inventori, ſi quis deperditas tabulas ad ſe referat; idque columnae, ut moris erat, proponere ac promulgare famulum jubet. huc refer illa Apuleji, quae velut formulae hac in re uſitatae ſpeciem exhibent, Lib. VI. Met. pag. 93. ubi Mercurius ad Pſychen fugitivam e latibulis excitandam praeconis officio fungitur: *ſi quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conveniet retro metas Murtias Mercurium praedicatorem, accepturus indicii nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuavia, & unum blandientis adpulſum linguae longe mellitum.* quae cum his Propertianis contulit Colvius pag. 78. ibidemque indicavit Moſchi locum, quem ante notas ejus inſpectas etiam exemplari meo adſcripſeram ex initio feſtiviſſimi

 Idyll.

I puer, & citus haec aliqua propone columna:
Et dominum Eſquiliis ſcribe habitare tuum.

ELEG.

Idyll. I. ubi ſimili colore Venus fugitivum Amorem quaerens, inſtar praeconis, perditum filium inclamans, illi, qui eum reperiſſet, munus oſculi ſui, & qui adduxiſſet, aliquod majus εὕρετρον pollicetur. quae elegantiſſime imitatus eſt D. Heinſius Elegia illa, ſupra memorata, qua carmina aliquot amiſſa deplorat, pag. 497. & 498.

Interea tamen haec foribus praefigite noſtris,
Porticus aut ſi quae publica forte patet.
Si quis habes Heinsi teneras monumenta tabellas,
Blandaque feſtiva carmina ducta manu;
Baſia bina Venus roſeis furtiva labellis,
Spondet. & his ſi quid dulcius eſſe poteſt.
& ſeqq.

conferri merentur notata a Gonſalio aliiſque Interpretibus ad Petron. cap. 97. & Meurſio in Mantiſſa ad Libr. de Luxu Rom. cap. 22. illud vero Moſchi elegantiſſimum *Fugitivi Amoris* Idyllium multos ex Italis poëtas imitatione ſua vel interpretatione aemulatos fuiſſe notavit Menagius ad Amintam Taſſi v. 32. quos inter praeteritum nollem Angelum Politianum, qui totum Latinis numeris reddidit, inter Poëmata ſua pag. 622. poſt ejus Opera ed. Baſil. 1553. Ceterum pro *ligna retenta* in pleriſque codd. MSS. *ſigna* legitur, ut in Regiis, Colbertino, Neapol. Mentel. Heinſiano, Askew. Borrich. Groning. duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orv. & meis, cum edd. Venetis, Reg. Lep. & Volſci. ſed recte Marklandus hanc lectionem argutam magis quam veram eſſe notaverat. *ligna* primus emendavit Beroaldus, unde in Aldinas, Juntae, Colinaei, Gryphii, ceteraſque derivatum fuit, ut edidit etiam Broukhuſius. ſed de quo monitum lectorem oportebat. *ligna* vel ideo praeferendum, quia ſupr. v. 8. dixit tabellas has e buxo vulgari fuiſſe, adeoque aureo muneri non conparanda inventori aut retinenda. mox *I puer, i, citus* haec legebat Francius, non male, quia id celeritatem juſſi peragendi auget. ita ſaepe in aliis veterum locis id reſtituit Heinſius. de quo vide ad Tom. I. Anthol. Lat. p. 510. an vero *Exquiliis* vel *Eſquiliis* ſcribendum, vide Dauſquej. Orthogr. P. II. pag. 126. & Demſter. in Paralip. ad Roſin. Lib. I. cap. 8. & de hoc urbis Romae vico praeter Paſſerat. ad h. l. pag. 540. Torrent. ad Horat. Epod. V. 100. p. 357. & ad Lib. I. Sat. 8. 14. pag. 495.

ELEG. XXIII.

Falſa eſt iſta tuae, mulier, fiducia formae,
Olim oculis nimium facta ſuperba meis.
Noſter amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes:
Verſibus inſignem te pudet eſſe meis.
Mixtam te varia laudavi ſaepe figura;
Ut quod non eſſes, eſſe putaret amor.

Et

ELEG. XXIII.] AD CYNTHIAM SVPERBIENTEM inſcribitur in Regio, & priſcis edd. AD AMICAM SVPERBIENTEM in Borrich. & meo priore. pro quo corrupte in Colbertino, AD AMICAM SENTIENTEM. AD AMICAM IMPVDICAM in Menteliano. AD CYNTHIAM in meo ſecundo.

v. 2. *Olim oculis nimium facta ſuperba meis*] omnino legendum*, *oculis nimium facta ſuperba tuis.* non *meis.* ſuos enim oculos laudare, Propertio putidum eſſet. ſed Cynthiae oculis jam olim ſe captum & paſſim, & ſtatim ab initio fatetur Lib. I. El. 1.

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis
Intactum nullis ante cupidinibus.

Faceſſant igitur abſurdae, neſcio cujus, conjecturae, quas auctore non nominato hic adfert Gebhardus, *O joculis nimium* &c. ut ſuperbam factam innuat Cynthiam jocis nugiſque Propertii, numquam ei ſeriis ſed fictis, vel *O titulis* quia verſibus ſuis eam laudaverat. vel etiam *O logulis*, aut denique *Ellogiis.* quae ridicula ſunt. ſic melius eſſet cum Cl. Schradero Emend. cap. VIII. pag. 164. *Olim elegis* reponere. ut mox ſequitur, *Verſibus inſignem te pudet eſſe meis.* *fiducia formae.* bene a Gebhardo illuſtratur, ut *fiducia laudis* de Ulixe Ovidio XII. Met. 625. *mulier* denique hic per contemtum dici notaverat Marklandus indicato Euripidis loco, Med. 614. Καὶ ταῦτα μὴ θέλουσα μωρανεῖς, γύναι. & Athenaei Lib. IV. cap. 4. in animo habens, ni fallor, illud ex Alexidis Thraſone, quod ibidem adfert Athenaeus,

Οὐ πώποτ' εἶδον οὔτε κερκώπην, γύναι.

notum illud Horatii Epod. XII. 1.

Quid tibi vis, mulier, nigris digniſſima barris.

4. *Verſibus inſignem te pudet eſſe meis*] *jam pudet* legebat Heinſius. *me* nempe pudet, quo ſenſu capiebat etiam J. Douſa P. qui adſcripſerat; pudet me, quod te verſibus meis inſignem fecerim. Paſſeratius quoque notaverat *me* ſubintelligendum eſſe, quo ſenſu, te inſignem meis verſibus eſſe, me pudet, recte ſervari poteſt lectio vulgata, in *jam* cum Heinſio non mutata vel *nunc pudet*, ut in notis MSS. olim conjecerat Broukhuſius. male igitur Gebhardus *te pudet* ad Cynthiam referebat, & cum interrogationis nota legebat,

Verſibus inſignem te pudet eſſe meis?

5. *Mixtam te varia laudavi ſaepe figura;*
Ut quod non eſſes, eſſe putaret amor.]

Fictam te Heinſius. ut conjecerat etiam Marklandus. ſed Paſſeratius *mixtam* exponit, quia in forma concilianda, ut candor rubori aequetur, multa miſcenda ſunt. *tam varia* in primo D'Orvill. altero verſu *ſaepe putaret* male in ſec. Leid. primo Voſſ. & tertio in marg. meoque ſecundo quod ex verſ. praeced. male repetitum fuit. *putarat* Neapol. *eſſe putarit amor* idem Heinſius conjecerat. male Francius *eſſe putere tamen.* Amor, puellarum vitia in virtutes convertens, ſibi plures in te animi & corporis dotes eſſe fingebat, & fuco adſcito pulchrior videbaris, quam re vera eras. imitatus hunc locum eſt Ovidius Lib. III. Am. El. 14. 14.

Teque probam, quamvis non eris, eſſe putem.

quaeſitus enim *candor* eſt fuci arte adſumtus, non naturalis, ut *quaerere* eo ſenſu apud Naſonem III. A. A. 199.

Scitis & inducta candorem quaerere *cera,*
Sanguine quae vero non rubet, arte rubet.

Et color eſt toties roſeo collatus Eoo ;
  Quum tibi quaeſitus candor in ore foret.
Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
  Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.
Haec ego non ferro, non igne coactus, & ipſa
  Naufragus Aegaea vera fatebar aqua.
Correptus ſaevo Veneris torrebar aheno :
  Vinctus eram verſas in mea terga manus.

Ecce

id autem *naturae decus mercato perdere cultu*, vel *medicato* aut *fucato vultu*, ut conjeci, vocat noſter Lib. I. El. 2. 5. hinc idem amoris magiſter Lib. III. A. A. 225.

Cur mihi nota tuo cauſſa eſt candoris in ore?
Claude forem thalami, quid rude prodis opus?

9. *Quod mihi non patrii poterant avertere amici,*
Eluere aut vaſto &c.

Cum mihi in libro Commelini, unde Gebhardus tentabat *Cum me non patrii. Quae mihi* Guyetus, & *averrere* pro *avertere*. *avellere* in Voſſ. tertio. *portant* pro *poterant* vitioſe in Voſſ. pr. deinde *Eluere* recte in omnibus codd. MS. & editis vetuſtis praeter ed. Gryph. 1551. in qua *Eruere*. ſed in altera Gryphii 1573. *Fluere* in Neap. & Askew. *Eluere* ut in ceteris, etiam primis edd. ut legendum. Ovidius I. Am. El. 14. 40. *Non anus Haemonia perfida lavit aqua.* ubi vide notas. *Eluere & vaſto* in cod. Regio. Marklandus adſcripſerat illud Sophoclis Oed. Tyr. (v. 1250)

Οἴμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν
Νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην.

vide Livineji notas ad h. l.

11. *Haec ego non ferro, non igne coactus, & ipſa*
Naufragus Aegaea vera fatebar aqua]

ferri prim. D'Orvill. *ferrum* & *ignem* hic conjungit, ut Lib. I. El. 1. 27. *Fortiter & ferrum, ſaevos patiemur & ignes.* at *ipſa* ſec. Vatic. *ut ipſa* in Colotiano. altero verſu *verba* in omnibus ſcriptis editiſque antiquis legebatur ante Paſſeratium, qui primus *vera* reſtituit. & ſic Guyetus. de quo dubitandum non eſt. frequenter haec in MSS. confunduntur, etiam apud noſtrum. vide ad Lib. I. El. 8. 22. & ſic apud Tibullum Lib. III. El. 2. 7. Claudian. II. in Eutr. 470. Juvenal. Sat. I. 161. alioſque. vide notas Patrui mei ad Ovid. Epiſt. XVIII. 119. & ad Phaedrum Lib. II. fab. 6. 14. *fatebor* in v. c. Fruterii, Regiis, Colbertino, Askew. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meo priore, & primis aliiſque vetuſtis edd.

13. *Correptus ſaevo Veneris torrebar aheno*] *ſcaevo* in Heinſiano & meo primo. *terrebar* in Mentel. primo Leid. & pr. Voſſ. perperam. *torrebar* in meo ſecundo. Meleager Epigr. inedito ex cod. Scaligeri & Voſſiano,

Ὄπτασεν κάλλει τύφεσθ' ὑποκαομένοι νῦν
Ἄκρος, ἐπὶ ψυχῆς ἐστι μάγειρος ἔρως.

ubi Ὄπταθ' ὦν Scaliger in margine correxerat. locus hic tueri poſſet Palmerii emendationem ſupra El. IV. huj. Libr. v. 39.

Me quoque conſimili inpoſitum torrerier igni.

pro *torquerier*. & ita *torrere* hac in re poëtis frequens. ut Horatio Lib I. od. 33. 6.

Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor.

Lib. III. od. 9. 13.

Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornithi.

& od. 19. 29.

Me lentus Glycerae torret amor meae.

deinde *Victus eram* male in primo Leid. Voſſ. & utroque D'Orvill. ut in primis aliiſque vetuſtis edd. praeter Rovillianam & Gryphii utramque. in ceteris MSS. & editis *Vinctus*. ut dudum reſtitutum eſt. Ovidius III. ex P. Ep. 2. 72.

Evincti geminas ad ſua terga manus.

huc

Ecce coronatae portum tetigere carinae,
Trajectae Syrtes, anchora jacta mihi eſt.
Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus aeſtu,
Vulneraque ad ſanum nunc coïere mea.
Mens Bona, ſi qua Dea es, tua me in ſacraria condo.
Exciderint ſurdo tot mea vota Jovi.

huc refer illud Tibulli Lib. I. El. 9. 5.

Ipſa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non ſine verberibus.

ubi *religatum*, ut apud Senecam Epiſt. 55. *quem cupiditatum ſuarum infelicitas religavit.* ut legitur in cod. MS. Biblioth. Amſtelaed. pro *relegavit.*

15. *Ecce coronatae portum tetigere carinae* &c.] hoc deſtichon ſequenti poſtponendum olim cenſebat Broukhuſius, ſenſu id exigente. quod tamen in notis editis non memoravit.

17. *Nunc demum vaſto feſſi reſipiſcimus aeſtu*] *inſano* pro *vaſto* conjecerat Heinſius, quia *vaſto mari* praeceſſit v. 10. ſed *inſano aeſtu*, & *ad ſanum*, quae vera lectio eſt, magis adhuc offendit, eodem in diſticho poſitum. *requieſcimus* malebat Francius. obſtantibus omnibus MSS. & vera lectio latet in vitioſa Askewiani codicis ſcriptura *reſempſimus.*

18. *Vulneraque ad ſanum nunc coïere mea*] ſuam Propertio lectionem reddidi, quam tuentur omnes fere mei codices, quibus accedunt Regius, Askew. duo Leidd. tres Voſſiani, uterque D'Orvill. & mei, in quibus conſtanter *Vulneraque ad ſanum*, vel *Vulnera & ad ſanum*, ut in Menteliano. neque aliter in primis, eaſque ſubſecutis edd. antiquis, nulla excepta. *ah ſano* vel *ad planum* conjecerat Heinſius in notis Propertianis pag. 738. remittens ad curas ſuas ſecundas in Ovid. Rem. Am. v. 623. quae tamen in editis ejus notis non leguntur. ex ſolo Groningano *Vulnera & ad ſaniem* edidit Broukhuſius, & exponit de vulneribus bene ſperari jubentibus, quum ad ſaniem maturuerint. id licet Palmerio & Grutero etiam probatum addat, magis tamen medicum, quam poëtam ſapere videtur. *ad ſanum coïere* idem notat, quod *ad ſanitatem venit curatio* in loco Phaedri, quem adfert, qui eſt ex Lib. V. fab. 6. 12. ubi recte Scioppius contra Palmerium Gruterumque hoc in loco *ad ſanum* defendit. ita *ad plenum*, vel *in plenum*, *in tutum*, *ad vanum*, & ſim. adjectivo neutro pro ſubſtantivo, noſtro non infrequens. ſupra hoc Lib. El. 3. 50.

Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.

ubi vide Paſſeratium. *in incertum* Lib. II. El. 20. 36.

Velàque in incertum frigidus Auſter agat.

in vanum Ammiano Marcell. Lib. XXI. 6. *cunctis cum eo in vanum excuſſis.* adde notata ad Lib. II. El. 13. 45. Marklandus notaverat *ad ſanum* hic dici eodem modo, ut εἰς ἀναιδὲς, pro εἰς ἀναιδείαν Sophocli in Philoct. (v. 84.)

19. *Mens Bona, ſi qua Dea es, tua me in ſacraria condo*] *Mens bona ſi qua Deo eſt* vitioſe in Regiis, Mentel. Neap. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. & mox *Exciderant* in iiſdem codd. *Exciderent* edd. primae. *Exciderunt* in aliis. ſed *Exciderint* Livinejus, quod praefert etiam Heinſius ad Ovid. Epiſt. XX 188. ſenſum hujus verſus ſic exponebat Marklandus: *Hactenus ſatis ſit tot mea vota excidiſſe, neglecta fuiſſe vel oblita Jovi.* recte. ſic *ſurda negligere aure preces* dicitur Jupiter ſupra Lib. II. El. 13. 48. *tua me in ſacraria condo* ex conjectura Heinſii edidit Broukhuſius, quum in ſcriptis & editis vetuſtis legeretur *in ſacraria dono.* quod & omnes mei codices ſervant. Sed Marklandus adſcripſerat, „ ſe minore mutatione emendare *tua me in ſacraria pono*, id eſt, dedico, conſecro tibi me „ ipſum velut ἀνάθημα, rem tibi ſacram, utpote

Riſus eram poſitis inter convivia menſis,
Et de me poterat quilibet eſſe loquax.
Quinque tibi potui ſervire fideliter annos :
Ungue meam morſo ſaepe querere fidem.
Nil moveor lacrimis : iſta ſum captus ab arte.
Semper ab inſidiis, Cynthia, flere ſoles.
Flebo ego diſcedens, ſed fletum injuria vincit.

Tu

„ tua ope, o Bona Mens, ex maximis periculis „ ſervatam. *pono* autem proprium eſſe huic rei „ verbum, ut alibi apud noſtrum (Lib. II. „ El. XI. 27)

„ *Has pono ante tuas tibi, Diva, Propertius ae les*
„ *Exuvias.*

„ ubi vide notas Broukhuſii. Graecis ἀνατίθημι „ & τίθημι. *tua in ſacraria*, quia in templis „ haec ἀναθήματα figebantur. Haec Marklandus. Sed licet iſta verbi *ponere* pro dedicare, & conſecrare, notiſſima ſignificatio ſit, dubito tamen valde, an conjectura iſta huic loco conveniat, eique non potius praeferenda ſit Heinſiana *tua me in ſacraria condo*, verbo non minus eleganti, & *ſacrariis* oportuno, quia *condi* res ſacrae dicuntur, quae profanorum oculos celantur. Gellius Lib. I. Noct. Att. cap. 19. *libri tres in ſacrarium conditi.* Plinius Lib. XXXIII. cap. 1. §. 6. *Conditus ille, ut res rara, velut e ſacrario promitur.* Varro in fragmento Lib. III. de vita P. R. apud Nonium Marcell. in *lateres* p. 520. *lateres argentei atque aurei in aerarium conditi.* haec addi poſſunt plurimis aliis veterum locis a Broukhuſio productis. in Bonae igitur Mentis adytum admitti petit, quae veteribus pro Dea fuit culta vid. Lipſ. ad Senec. Epiſt. X. Caſaub. ad Perſ. Sat. II. v. 8. & Cuperum Lib. II. Obſerv. cap. 17. p. 250. 251. elegantiſſimus de Bona Mente locus eſt apud Senecam Epiſt. XXVII. prope finem : *Bona Mens nec commodatur, nec emitur, & puto, ſi venalis eſſet, non haberet emtorem.* ut recte emendavit Lipſius, & in ſuam editionem recepit Gronovius, quod a cod. MS. Biblioth. Amſtelaed. firmatur, non *commendatur.* ut ſimili varietate apud Cic. pro Archia cap. 8. *Ennius ſanctos appellat poëtas, quod quaſi Deorum aliquo dono atque munere commodati nobis eſſe videantur.* ubi *commodati* recte caſtigaſſe Gulielmium, & probaſſe Gruterum, notavi ad Lib. I. El. 2. 27. pag. 30.

21. *Riſus eram poſitis inter convivia menſis*] Haec praecedentibus connectenda monuit Scaliger. quod confirmat vetus Ant. Perreji codex & ſic jam exſtat in ed. Volſci, prima Aldi, Juntina, & Colinei. Sed in omnibus codd. MSS. quorum Excerptis utor, & editionibus, Venetis Reg. Lep. Beroaldina, Gryphii, Rovilliana, aliiſque, nova incipit Elegia cum epigraphe AD CYNTHIAM. corrupte *iſſus* in Mentel. *Miſſus eram* in primo Leid. *Viſus eram* in cod. Ant. Perreji, Regiis, Scaligeri Excerptis, Groning. Leidenſi ſec. Voſſ. tertio & quarto, meoque priore, & in Aldi utraque, Juntina & Colinei. *Riſus eram* in primo Vaticano, edd. Venetis, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Rovill. & Gryphii ut ex Scaligerana recte edidit Broukhuſius.

Riſus eram poſitis inter convicia menſis.

Riſus autem more Graecorum pro *Ridiculus* poni, adſcripſerat Marklandus. ſic enim illis γέλως pro γελοῖος. πάντα γέλως καὶ πάντα κόνις. id eſt πάντα γελοῖα. Lucianus (Dialog. Mort. XIV. §. 5.) ταῦτα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι. ſeq. verſu idem notaverat ſimilem colorem eſſe in illo Ovidii Epiſt. IX. 48. *Et mater de te quaelibet eſſe poteſt.*

24. *Ungue meam morſo ſaepe querere fidem*] *roſo* Heinſius. ut Lib. II. El. 3. 3. etiam legebat, *Et ſaepe inmeritos corrodas dentibus ungues.* ubi tamen vulgatam potius retinendam notavi. *annis* in Voſſ. tert. Heinſiano, & meo priore.

27. *Flebo ego diſcedens, ſed fletum injuria vincit*] *vincet* in v. c. Perreji, *Flebam ego* Guye-

tus

Tu bene conveniens non ſinis ire jugum.
Limina jam noſtris valeant lacrimantia verbis,
Nec tamen irata janua fracta manu.

At

tus. *Flerem* Heinſius. ſed *Flebo ego diſcedens?* cum interrogandi ſigno, malebat Struchtmeyerus in Animadv. Critic. cap. 2. pag. 104. ut in illo Horatii Epod. VI. *Inultus ut flebo puer?* v. ſeq. *ire jugum*, ut in cod. Fruterii, ſecundo & quinto Vatic. Groning. Excerptis Scalig. & Heinſiano. non autem *eſſe jugum.* ut in primo Leid. Voſſ. tertio, meo ſecundo, & pleriſque aliis codd. & edd. vetuſtis. & ita e MSS. Guyetus. Lib. I. El. 5. 2. *Et ſine nos curſu, quo ſumus, ire pares.* paſſim vero *ire* & *eſſe* inter ſe conmutantur. vide Broukh. ad Tibull. I. 10. 36. *Et bene conveniens non ſinit ire jugum*, legendum eſſe margini ed. Rovill. adſcripſerat Douſa P. praeced. verſu in Menteliano *Semper inſidiis*, omiſſo *ab* an forte *in* abſorptum a prima ſyllaba vocis *inſidiis*, & repeti neglectum fuit, pro *in inſidiis.* hoc eſt, quum Cynthia *in inſidiis* eſt, ſeu mihi inſidias ſtruit, & ad lacrymas, feminis ſemper paratas, confugit, ad quas oculos ſuos erudiit. niſi *ab inſidiis* dixerit, pro, poſt inſidias. de quo praepoſitionis hujus uſu vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 26. & notas Interpretum ad Ovid. Epiſt. V. 152. *ab inſidiis Cynthia flere ſolet* in quarto Voſſiano.

29. *Limina jam noſtris valeant lacrimantia verbis*] *Lumina* male in primo Vatic. Regio Mentel. Borrich. Heinſiano, Voſſ. tert. & quarto, D'Orvill. ſecundo, meo utroque. ſed *Limina* conſtanter in primis, ceteriſque vetuſtis edd. Broukhuſius, ut vulgatam tueatur, lacrimantia noſtris verbis Cynthiae *limina* exponit inlacrimantia, ſeu excluſi amatoris miſericordia tacta, adeoque *limina* verbis ejus collacrimantia dicantur, quibus ſaepe commodaverat verba ut ſecum etiam lacrimarentur. quod tamen ſatis contortum videtur. Heinſio quoque *lacrimantia verbis limina* diſplicuiſſe videntur, & ideo *noſtris halantia ſertis* legendum monuit ad Ovid. VIII. Met. 675. & Lib. I. Adverſ. cap. 9. in fine, editam lectionem inſulſam, nec ſatis Latinam eſſe dicens. hac emendatione admiſſa de ſertis ac corollis oſtio Cynthiae adpenſis intelligendum eſt. vide ad Lib. I. El. 16. 7. ſic *variis florentia limina ſertis* Virgilio IV. Aen. 202. Tibullus Lib. I. El. 2. 14.

Te meminiſſe decet, quae plurima voce peregi
Supplice, quum poſti florea ſerta darem.

vulgatae tamen veſtigiis propius forte inſiſtemus, ſi reponatur,

Limina jam lacrimis *valeant* manantia *noſtris.*

ut *limina* —— *manantia lacrimis* dicantur, quomodo *torus manare lacrimis* Ovidio Epiſt. X. 55.

Incumbo, lacrimiſque toro manante profuſis.

ſic Lib. I. Am. El. 6. 18.

Adſpice, & ut videas, inmitia clauſtra relaxa,
Uda ſit ut lacrimis janua facta meis.

eodem, ni fallor, ſenſu *udas Chryſidis fores* dixit Perſius Sat. V. 167. ubi vide Caſaub. Ipſa ſerta etiam amantes lacrimis irrigabant, foribuſque appendebant. ut in epigrammate Aſclepiadae Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 117.

Αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ δικλίσι ταῖσδε κρεμαστοὶ
Μίμνετε, μὴ προπετῶς φύλλα τιναξάμενοι,
Οὓς δακρύοις κατέβρεξα. (κάτομβρα γὰρ ὄμματ' ἐρώντων)
Ἀλλ' ὅτ' ἀνοιγομένης αὐτὸν ἴδητε θύρης,
Στάξαθ' ὑπὲρ κεφαλῆς ἐμὸν ὑετὸν, ὡς ἂν ἄμεινον
Ἡ ξανθή γε κόμη τἀμὰ δάκρυα πίῃ.

quae ſic vertit Hugo Grotius:

His mihi ſuſpenſae foribus remanete coronae,
Nec folia in terram tam cito decutite.
Tincta meis lacrimis (namque humida ſemper amantum
Lumina) ſed veniet cum meus ille foras,
Tunc ſtillate meum ſupra caput illius imbrem,
Ipſa meos fletus ut coma flava bibat.

VVVV 2 ſic

At te celatis aetas gravis urgueat annis ;
Et veniat formae ruga ſiniſtra tuae.

Vel-

ſic de Iphide, amore Anaxaretis ſaucio Ovidius XIV. Met. 708.

Interdum madidas lacrimarum rore coronas
Poſtibus intendit, poſuitque in limine duro
Molle latus, triſtique ſerae convicia fecit.

& v. 733.

—— & ad poſtes ornatos ſaepe coronis,
Humentes oculos & pallida brachia tendens.

his autem *liminibus*, quae, ſi Heinſii conjectura admittatur, *ſertis* ornata erant, ſeq. verſu adjungitur janua, *manu irata fracta*, eodem modo, ut apud Ovidium III. A. A. 71.

Nec tua nocturna frangetur janua rixa,
Sparſa nec invenies limina mane roſa.

& Rem. Am. 31.

Effice nocturna frangatur janua rixa,
Et tegat ornatas multa corona fores.

quibus locis emendatio Heinſiana *halantia ſertis* non parum confirmatur. ſupra Lib. I. El. 16. 7. ubi queritur janua Tarpejae,

Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis,
Pulſata indignis ſaepe queror manibus.
Et mihi non deſunt turpes pendere corollae
Semper, & excluſi ſigna jacere faces.

ubi vide quae notavi. & ad Lib. II. El. 15. 5. *Nulla neque ante tuas orietur rixa feneſtras.* *fracta* autem *janua* ſecuribus nempe & facibus admotis, ut apud Theocritum Idyll. II. 127.

Εἰ δ' ἄλλα μ' ὤθεῖτε, καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ,
Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λάμπαδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας.

fracta igitur optime *iratae manui* convenit, ne quis *tacta* legendum conjiciat ex loco Claudiani ſimillimo Lib. I. in Eutrop. 93. *raro pulſatur janua tactu.* ubi *jactu* in cod. Voſſ. ut in MSS. apud Horat. I. od. 25. 2.

—— quatiunt feneſtras
Jactibus crebris juvenes protervi.

unde Rutgerſius & Heinſius *Tactibus.* ſed recte vulgatam *Ictibus* tuetur Bentlejus, licet ipſe *vectibus* conjeciſſet.

31. *At te celatis aetas gravis urgeat annis*] *Te feſtinatis* conjecerat Heinſius ad marginem ed. Ald. ſed nihil temere inmutandum. *celare annos* dicitur femina, quae, licet florem aetatis amiſerit, adſcititia tamen elegantia formam qualemque adoptare nititur. Phaedrus Lib. II. Fab. 2. 5.

Aetatis mediae quemdam mulier non rudis
Tenebat, celans annos elegantia.

quod hoc ipſo Propertii loco Patruus meus illuſtrat. venuſte Tibullus Lib. I. El. 9. 41. loco cum his conferendo:

Heu ſero revocatur amor, ſeroque juventas,
Quum vetus infecit cana ſenecta caput.
Tum ſtudium formae, coma tum mutatur, ut annos
Diſſimulet viridi cortice tincta nucis.
Tollere tunc albos cura eſt a ſtirpe capillos,
Et faciem demta pelle referre novam.

ubi *diſſimulare annos* vocat, quod *celare* noſtro eſt.

32. *Et veniat formae ruga ſiniſtra tuae*] *veniant* Borrich. Voſſ. quartus, & meus primus. eadem Rhodopae ſuperciliosae inprecatur Rufinus Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 134.

Ἦν ποτε καὶ στεφάνοις περὶ θυρῶν ὑπερεκκρεμάσωμαι,
Ὀργισθεῖσα κατεῖ τοῖς σοβαροῖς ἴχνεσιν.
Ὦ ῥυτίδες, καὶ γῆρας ἀνηλεὲς, ἔλθετε θᾶσσον,
Σπεύσατε. κἂν ὑμεῖς πείσατε τὴν Ῥοδόπην.

id eſt, interprete Grotio,

Illius exornem ſertis ſi limina, flores
Calcat in humano protinus illa pede.
Triſte veni ſenium, rugaeque accurrite: vobis
Aut nulli Rhodopen flectere poſſe datum.

apud

Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos,
Et ſpeculo rugas increpitante tibi.

35. Ex-

apud Horatium Lib. IV. od. 10. 2.

Inſperata tuae cum veniet pluma *ſuperbiae*,
Et quae nunc humeris involitant, deciderint comae:

ita legitur vulgo. & forte *plumam* illic vocat, qui noſtro & Tibullo *albi capilli* ſunt. *bruma* tamen legebat Bentlejus. ſed, ſi quid illic mutandum, praeferenda videtur conjectura Marklandi in Explic. Vet. aliquot Scriptor. poſt Euripid. Supplic. p. 259.

Inſperata tuae cum veniet ruga *ſuperbiae*.

quod hoc Propertii verſu firmat. cujus locum pulchre imitatus eſt Janus Secundus Lib. I. El. 5. 35.

Nam tibi quid proſit faciem corrumpere rugis?
Hae venient fronti, nec mora longa, tuae. &c.
Tempus erit, carioſa ſpecu cum lumina condes,
Canus & in gelido vertice crinis erit.
Tunc fruſtra labris pallentibus oſcula quaeres,
Atque aliquem obtuſis figere luminibus.
Nulla corona tuos ornabit florida poſtes,
Cantabit muto limine nullus amans.

vide etiam ejus Epigr. XXXIV. in Gelliam. altera vero conjectura in Horatii loco, ibidem a Marklando memorata, *veniet* poena *ſuperbiae*, firmari poſſet ex Tibullo Lib. I. El. 9. 81.

At te poena *manet, ni deſinis eſſe ſuperba.*

33. *Vellere tum cupies albos a ſtirpe capillos*] *tunc cupies* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *cum cupies* primus Leid. & quartus Voſſ. *quam cupies* Heinſius. *cupias* Mentel. duo Leidd. tertius & quartus Voſſ. uterque D'Orvill. & meus ſecundus. *cum capias* Neapol. & Colbertinus. *tum cupias* Fruterius. *annoſa a ſtirpe* in Palatino Gebhardi. quod blandiri nonnullis poſſit. ſed recepta lectio in reliquis ſervatur codd. eamque firmat ſcriptura cod. Askewiani, in quo *alboſa ſtirpe*, litera *a* tantum praeced. voci male adhaerente. ſed praeſertim eam tuetur locus Tibulli, paullo ante productus, ex Lib. I. El. 9. 45.

Tollere tunc albos cura eſt a ſtirpe capillos,
Et faciem demta pelle referre novam.

ubi ex hoc loco *Vellere* mallem, ſi codices addicerent, quod majoris emphaſis eſt, praeſertim propter *a ſtirpe*. quod *funditus evellere* vocat Phaedrus Lib. II. fab. 2. 10.

——— *nam funditus*
Canos puella, nigros anus evellerat.

a ſtirpe autem *capillos vellere*, eſt ſimul cum ſtirpe. ut apud Virg. I. G. 20.

Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupreſſum

hoc eſt quod de clava ſua ex Helicone evulſa dicit Hercules apud Theocrit. Idyl. XXV. v. 210.

——— σὺν πυκινῇσιν ὁλοσχερὲς ἔσπασα ῥίζῃσι.

34. *Et ſpeculo rugas increpitante tibi*] *A ſpeculo* in Regiis, Mentel. Scalig. cod. Askew. primo Leid. & primis, aliiſque vetuſtis edd. *E ſpeculo* in Colotiano, & primo Vaticano. quod pro *ad ſpeculum*, rugas tibi increpans, capiebat Douſa P. ſublata diſtinctione in praeced. verſus fine. *Et ſpeculo* Borrich. & Beroaldi liber, quam veram lectionem dicit Paſſeratius. *Ah ſpeculo* cod. Scalig. ſec. Leid. Heinſian. Voſſ. tertius, uterque D'Orvill. & mei. *Has ſpeculo rugas* Heinſius. ſed ex codicum veſtigiis in quibus *A* vel *Ah* ſcribitur, praeſtaret *At ſpeculo rugas increpitante tibi*. vel pro *Et ſpeculo* legendum *Sed ſpeculo*, ut omiſſa fuerit litera initialis, ut paſſim in MSS. hoc eſt, licet a radice canos evelleret, attamen ſpeculum rugas tolli neſcias ei exprobraturum, ſi illud conſuleret. hoc eſt quod de ſe dicit Anacreon od. XI.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων εἶ,
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει
Κόμας μὲν οὐκέτ᾽ οὔσας,
Ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.

Excluſa inque vicem faſtus patiere ſuperbos:
Et quae feciſti, facta quereris anus.

Rap-

& quod anus facta queritur Laïs in Epigrammate Juliani Lib. VI. Anthol. Gr. Tit. 8. Ep. 2.

Λαῒς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφὴν,
Γηραλέης συγέει μαρτυρίην ῥυτίδων.
Ἔνθεν πικρὸν ἔλεγχον ἀπεχθήρασα κατόπτρου,
Ἄνθετο δεσποίνῃ τῆς πάρος ἀγλαΐης.
Ἀλλὰ σύ μοι Κυθέρεια δέχου νεότητος ἑταῖρον
Δίσκον, ἐπεὶ μορφὴ σὴ χρόνον οὐ τρομέει.

quae Latinis numeris ita reddidit Grotius:

Laïs ut amiſit decerptam tempore formam,
Rugarum indicium triſte videre timet.
Cenſuram ſpeculi, qua ſaepe ſuperbiit, odit.
Sume, ait, hoc pulchrae tu Dea culta mihi.
Te decet hic orbis ſocius, Cytherea juventae:
Quippe poteſt aetas nulla nocere tibi.

ſic de eadem Laïde Claudianus I. in Eutrop. v. 90. & ſeqq.

Haud aliter juvenum flammis Ephyreïa Laïs,
E gemino dotata mari, cum ſerta refundit
Canities, jam turba procax, noctiſque recedit
Ambitus, & raro pulſatur janua tactu;
Seque reformidat ſpeculo damnare ſenectus.

ubi vide Barthii & aliorum notas. Ovidius Medic. Faciei v. 45.

—— formam populabitur aetas,
Et placitus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit, quo vos ſpeculum vidiſſe pigebit,
Et veniet rugis altera cauſſa dolor.

& Lib. III. Triſt. 7. 33.

Iſta decens facies longis vitiabitur annis:
Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit &c.
Cumque aliquis dicet, Fuit haec formoſa, dolebis:
Et ſpeculum mendax eſſe querere tuum.

ubi mallem *Nec ſpeculum.* id eſt ſpeculum tibi non illudere, ſed rugas & ſenium tibi ante oculos ponere agnoſces. vide etiam quae notavi ad Lotichium pag. 546.

35. *Excluſa inque vicem faſtus patiere ſuperbos*] *inque vices* in Leid. ſec. Voſſ. pr. & tertio, Heinſiano, D'Orvill. primo, & meo. ut ſaepe variant codices. apud Horatium Lib. III. od. 28. 9. in MSS. eſt,

Nos cantabimus in vices. pro *invicem.*

utrumque veteribus uſitatum, ſed non promiſcue, nam *invicem* rectius apud eumdem Lib. I. od. 25. 9.

In vicem moechos anus arrogantes
Flebis.

ubi *In vices* aures offenderet propter concurſum tot vocum in literam ſibilantem deſinentium. ideoque & hoc in loco *inque vicem* praeferendum. & apud Lucanum Lib. I. 61.

—— poſitis ſibi conſulat armis,
Inque vicem gens omnis amet.

ubi *Inque vices* ingratius ſonaret. metri cauſſa apud Ovidium IV. Met. 191. *Inque vices illum, tectos qui laeſit amores.* ſed ex libris melioribus *Inque vicem* in multis ejuſdem locis praefert Heinſius ad ejuſdem libri v. 68. cujus notas illic vide. eadem metri cauſſa *Inque vicem* apud Horat. Lib. I. Sat. 3. 141.

Inque vicem illorum patiar delicta libenter.

disjunctim vero *in vicem*, pro *invicem* melius ſcribi, & ille Horatii & hic locus docet, ut paſſim quoque interjecta copula *Inque vicem* apud Ovidium. *vicibus* etiam, non *in vicibus*, recte dici patebit ex notis ad Ovid. Lib. I. Met. 626. Totum vero hunc Propertii locum ſine dubio ante oculos habuit idem amoris praeceptor Lib. III. A. A. 69. eleganti imitatione:

Tempus erit, quo tu, quae nunc excludis amantem,
Frigida deſerta nocte jacebis anus:
Nec tua nocturna frangetur janua rixa:
Sparſa nec invenies limina mane roſa.
Quam cito (me miſerum!) laxantur corpora rugis,
Et perit, in nitido qui fuit ore, color!
Quaſque fuiſſe tibi canas a virgine jures,
Spargentur ſubitae per caput omne comae.

vide H. Stephanum Diatrib. in Horat. pag. 79. & 80. & confer cum his Agathiae Epigramma Lib.

Has tibi fatales cecinit mea pagina diras.
 Eventum formae diſce timere tuae.

SEX.

Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 71. quod hoc ipſo Propertii & Ovidii loco illuſtrat Huetius in notis ad Anth. Graec. poſt ejus Poëm. editis pag. 45. dein *patiare* & ſeq. verſu *queraris*, eſt in omnibus fere ſcriptis & editis vetuſtis. *Ut quae feciſti, facta queraris*, in meo ſecundo.

37. *Has tibi fatales cecinit mea pagina diras.*
 Eventum formae diſce timere tuae]

fatalis in v. c. Fruterii, Regiis, Askew. Mentel. Borrich. Groning. Heinſiano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & primis edd. ante Aldinas, in quibus *fataleis*, ut in ſubſequentibus. non enim *fatalis pagina* jungenda, ſed *diras tibi fatales*, hoc eſt, a fatis tibi deſtinatas. de quo eleganti vocis uſu vide Patrui mei Comment. ad Phaedrum Lib. II. fab. ult. v. 18. *pagina* autem pro carmine, noſtro frequens eſt. v. Lib. II. El. 17. 1. El. 25. 89. III. 1. 18. & El. 2. 21. eodemque ſenſu intelligendum apud Calpurn. Ecl. 1. 20.

Sed quaenam ſacra deſcripta eſt pagina fago.

nam v. 25. *deſcriptos verſus*, & *carmen* v. 32. vocat. *Eventum dominae* perperam in meo codice ſecundo. bene hunc locum imitatus eſt Broukhuſius in Juvenilibus, pag. 441. Poëm.

Haec ego non fallax cecini praeludia vates,
 Eventum ſortes credite habere meas.

SEX. AVRELII
PROPERTII
ELEGIARVM
LIBER QVARTVS.
ELEG. I.

Hoc quodcumque vides, hoſpes, qua maxima Roma eſt,
Ante Phrygem Aeneam collis & herba fuit.
Atque ubi Navali ſtant ſacra palatia Phoebo,
Evandri profugae procubuere boves.

5. Ficti-

Eleg. I. v. 1. *Hoc quodcumque vides, hoſpes, qua maxima Roma eſt,*
Ante Phrygem Aeneam collis & herba fuit.]

quae maxima Roma eſt in v. c. Perreji, Colotian. Vatican. pr. & ſec. *quam maxima* Mentel. Groning. Leid. prim. Voſſ. tert. & quart. uterque D'Orvill. mei, & primae aliaeque vetuſtae edd. quod tuetur editor Elector. Etonenſ. Major. pag. 160. quibus haec Elegia inſerta eſt. ſed *qua maxima Roma eſt* recte Scioppius, J. Douſa P. Gronovius, Guyetus, aliique correxerunt. & Gebhardus Lib. I. Antiq. Lect. cap. 5. ſic & infra v. 9. correxerat Heinſius,

Qua gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit olim.

Ovidius III. Faſt. 71.

Jam modo qua fuerant ſilvae, pecorumque receſſus,
Urbs erat.

vide notas Patrui mei ad Lib. III. Am. 15. 12. & ad Rutil. Lib. I. 112. & quae dedi ad Lotichium Lib. II. El. 4. 53. p. 103. initium Elegiae imitatus eſt idem Ovidius Lib. V. Faſt. 93.

Exſul ab Arcadiis Latios Evander in agros
Venerat, inpoſitos adtuleratque Deos.

Hic, ubi nunc Roma eſt, orbis caput, arbor & herbae,
Et paucae pecudes, & caſa rara fuit.

& forte uterque in animo habebat illud poëtae vetuſtioris apud Varron. IV. de L. L. pag. 11.

Hic ubi nunc eſt Roma ſeptem montium demiſſior. Infimus locus.

ubi vide Scaligerum.

3. *Atque ubi Navali ſtant ſacra palatia Phoebo,*
Evandri profugae procubuere boves.]

Ac vel *Aſt ubi* Gebhardus. *Phoebes* vitioſe in Regio, (in quo etiam *navalis*) primis edd. & apud Neſtorem in Vocabul. pag. 155. *Navalis Phoebus* ideo, quia templum hoc Apollinis ab Auguſto, devicta Aegypto, exſtructum & ornatum fuit columnis aereis ex roſtris navium ſubactarum. ut exponit Valens Guellius ad Virg. VI. Aen. 69. cui ſuffragatur Cerda ad Lib. III. Georg. 29. p. 359. ſic fere Ovidius III. A. A. 119.

Quae nunc ſub Phoebo ducibuſque palatia fulgent;
Quid, niſi araturis paſcua bubus erant.

&

Fictilibus crevere Deis haec aurea templa:
Nec fuit opprobrio facta ſine arte caſa.
Tarpejuſque pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis noſtris advena bubus erat.

Quo

& ſimilis coloris ſunt iſta Lib. II. Faſt. 279.

Tranſtulit Evander ſilveſtria numina ſecum.
Hic ubi nunc Urbs eſt, tum locus Urbis erat.

& Lib. VI. Faſt. 401.

Hoc, ubi nunc fora ſunt, udae tenuere paludes,
Amne redundatis foſſa madebat aquis.

Atque ubi navali ſacrata palatia Voſſ. quart. a man. ſec. Francius autem conjecerat,

Stant ubi navali ſacrata palatia Phoebo.

concubuere in Regiis, primo Vatic. Colot. Neap. v. c. Fruter. Palatinis Gebhardi, Mentel. Borrich. Groning. Askew. Leid. pr. Voſſ. quart. D'Orvill. utroque, & meo ſecundo, cum primis edd. Aldina 1502. Colinaei. quod probat Heinſius. ſed *procubuere* in quinto Vatic. ed. Ald. 1515, Rovill. Gryphii utraque, & aliis, quod recepit Broukhuſius. Virgilius Ecl. VIII. 87.

—— qualis cum feſſa juvencum
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva.

Valer. Fl. III. 557. *gratos avidus procumbit ad amnes.* ad quem vide notas Lib. VII. 496.

5. *Fictilibus crevere Deis haec aurea templa:*
Nec fuit opprobrio facta ſine arte caſa.]

librariorum aberrationes ſunt, quae in codd. MSS. exhibent vel *ſuis* pro *Deis*, vel *dies*, vel *Diis*, quod ultimum peccat in metrum, quia in *Diis* prima producitur, in *Deis* corripitur. reſpicit autem illud Virgilii VIII. Aen. 347.

Hinc ad Tarpejam ſedem & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſilveſtribus horrida dumis.

altero verſu *Non fuit opprobrio* in primo Leid. D'Orvill. & meo ſecundo, cum primis & multis aliis vetuſtis edd. *Haec fuit* in Regio. ſed *Nec fuit* in Neapol. Heinſiano, & Borrichiano, ut ex MS. Livineji Guyetus. innuit autem primi temporis ſimplicitate caſam exiguam, ſine ullo ornatu factam, non fuiſſe dedecori aut deſpectui. Ovidius II. Triſt. 445. *Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo.* in Askewiano autem codice *facta habitare caſa.* id forte petitum fuit ex alio noſtri loco Lib. II. El. 13. 20.

Atque utinam Romae nemo eſſet dives, & ipſe
Straminea poſſet Dux habitare caſa.

ſed alterum hic longe magis Propertii genium ſapit. *facta ſine arte caſa* eſt ut de ſimplicibus olim ſpectaculis Ovidio Lib. I. A. A. 106. *Scena ſine arte fuit. caſam* hic pro quacumque domo tenui nec ſplendida capere videtur Barthius ad Claudian. pag. 1143. ſed forte reſpicit Propertius ad celebratam Romuli caſam. & egregie huc faciunt illa Ovidii I. Faſt. 197. & ſeqq.

Pluris opes nunc ſunt, quam priſci temporis annis
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit.
Dum caſa Martigenam capiebat parva Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis ulva torum
Jupiter anguſta vix totus ſtabat in aede,
Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.

ubi vide Interpretum notas. & haec illuſtrantem Gebhardum Lib. I. Antiq. Lect. cap. 5. & huc referri poteſt illud Senecae Epiſt. XXXI. in fin. *Finges autem non auro, non argento, non poteſt ex hac materia imago Deo exprimi ſimilis. Cogita illos, cum propitii eſſent, fictiles fuiſſe.* & ita *fictilis* Jupiter & Hercules a Tarquinio Priſco factus memoratur Plinio Lib. XXXV. cap. 12. de hac autem Romuli caſa vide Lipſium ad Senecae Conſ. ad Helv. cap. 9. pag. 79. Ryckium de Capit. Rom. & Broukhuſ. ad Tibull. II. 5. 26.

7. *Tarpejuſque pater nuda de rupe tonabat,*
Et Tiberis noſtris advena bubus erat.]

vitioſe *Tarpetuiſque* in Neap. & *ſonabat* in Voſſ. quarto, Heinſiano, & meo priore. *tonabat de rupe nuda* intelligendum de monte Tarpejo, antequam illic Capitolium eſſet conditum, ex qua rupe tempeſtates & fulmina oriri credebantur. vide Barthium ad Claudian. p. 726. ſed plura in Patrui mei Differt. de Jove Fulgur. cap. XIV. pag. 318. minore verſu *advena Tibris* tamquam

Quo gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit olim,
Unus erat fratrum maxima regna focus.
Curia, praetexto quae nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit, ruſtica corda, patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.

Cen-

peregrinus, ut apud Ovid. II. Faſt. 68.

Qua petit aequoreas advena Tibris aquas.

& Lib. III. 524.

Haud procul a ripis, advena Tibri, tuis.

& huc faciunt, quae ipſe Tibris apud eumdem Naſonem Lib. V. Faſt. 639. & ſeqq.

Haec loca deſertas vidi ſine moenibus herbas:
Paſcebat ſparſos utraque ripa boves.
Et quem nunc gentes Tyberim noruntque ti-
mentque,
Tunc etiam pecori deſpiciendus eram.
Arcadis Evandri nomen tibi ſaepe refertur,
Ille meas remis advena terſit aquas.

advena Oceanus Valerio Flacco Lib. I. 588.

— Libya cum rumperet advena Calpen
Oceanus.

ubi fluminibus aliis hoc epitheton etiam apud poëtas dari, ex notis Patrui mei patebit. *bobus* in Menteliano, Heinſiano, duobus Leidd. Voſſ. tert. D'Orv. ſec. meo priore, primis & Volſci ac Beroaldi edd. prima Aldi 1502. Juntina, Colinaei, & prima Gryphii, ſed *bubus* in Neap. Vatic. quinto, Borrich. Groning. Aldina ſecunda, Rovilliana, Gryphii altera Canteri, aliiſque. idque à viris doctis fide meliorum membranarum paſſim receptum fuit. *advena tutus* in D'Orvill. primo, ut legendum cenſebat olim Galeottus Martius, refutatus a Roberto Titio, probante Broukhuſio, cujus notas hic conſule.

9. *Quo gradibus domus iſta Remi* &c.] *Qua* Vatic. quintus & Palatinus Gebhardi, ut ad marg. ed. Ald. correxerat Heinſius. & ex cod. MS. Editor. Elect. Etonenſ. Major. *Quod* Neapol. *Qui* in Excerpt. Scalig. *gradibus* Livinejus adverbialiter intelligit pro gradatim, ſenſim. quod pluribus firmat Paſſeratius, & *Remi domum* Romam ipſam explicat. ſed de caſa vel tugurio Fauſtuli, geminorum fratrum educatoris, Volſcus & Beroaldus intelligunt. Broukhuſius vero hunc verſum ita diſtinguendum adſcripſerat,

Quo gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit! olim
Unus erat fratrum &c.

quod in editis ejus notis non conparet.

11. *Curia, praetexto quae nunc nitet alta Senatu,*
Pellitos habuit, ruſtica corda, patres.] hunc locum elegantiſſimis verſibus aemulatus videtur Ovidius III. A. A. 113. & ſeqq.

Simplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma
Edomiti magnas poſſidet orbis opes.
Adſpice, quae nunc ſunt Capitolia, quaeque fuerunt;
Alterius dicas illa fuiſſe Jovis.
Curia, Concilio quae nunc digniſſima tanto eſt,
De ſtipula, Tatio regna tenente, fuit.

praetextum Senatum quo ſenſu Propertius dixerit, licet *praetexta* Senatoribus non fuerit propria, exponit Ferrarius Lib. II. de Re Veſt. cap. 4. p. 141. ut nempe a parte nobiliori totum Senatum *praetextum* adpellaverit, quia in eo omnes magiſtratus praetextati erant, vel a tunica latis clavis purpureis praetexta. *pellitos patres*, agreſtes, pellibus, inſtar aratorum vel paſtorum, indutos interpretatur Paſſeratius. ſic *pellita Getarum Curia* Claudiano Bel. Get. 481. quod de veſtium genere & honoris inſigni, non autem de tegmine contra coeli injuriam, intelligendum monet Harduinus ad Plinium XXXIII. cap. XI. pag. 69. & 87. huc forte referendus eſt Catonis veſtitus, qualem deſcribit Lucanus Lib. II. 386.

Hirtam membra ſuper Romani more Quiritis
Induxiſſe togam.

hoc autem diſtichon ſequenti poſtponitur in nonnullis codd. apud Lactantium, qui hunc locum adfert Lib. II. Inſtit. Div. cap. 6. ut illic notat Gallaeus. idque de codice Gothano etiam teſtatur Heuſingerus Lib. I. Emend. cap. 2. pag. 31.

13. *Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites*] *primos Quirites* Francius. *ad verba* hic ad concionem notare adſcripſerat Ant. Perrejus. Heinſius

vero

Centum illi in prato ſaepe Senatus erant.
Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro.
Pulpita ſollemnes non oluere crocos.

Nulli

vero conjecerat, *ad ſepta*, & mox *in prati ſaepe*, hoc eſt, ſepes includebat congregatos Quirites in comitiis, quae *ſepta* etiam *ovilia* dicebantur ut notum eſt. vid. Demſter. ad Roſin. Lib. VI. in fine: & infra ad El. 4. 13. huc referendus Iſidori locus, qui paullo aliter hunc verſum, & male ſub Perſii nomine ſic adfert, *Buccina jam priſcos cogebat ad arma Quirites.* eum vide Lib. XVIII. Orig. cap. 4. ut de comitiis centuriatis, quae exercitus ſpeciem referebant, capiatur. Sed agit de Senatu extra urbem in agris convocato. quo ſpectat locus Livii de Fulvio Flacco Lib. XXVI. cap. 10. qui, Hannibale urbem premente, *Senatum frequentem circa portas Coelinam Eſquilinamque in foro contineri* juſſit, *ſi quid in tam ſubitis rebus conſulto opus eſſet.* ita de populo per buccinam convocato Philargyrius ad Virg. II. G. 382. loco corrupto: *compita, ut Trebatio placet, locus ex plurimis partibus in ſe, vel in eaſdem partes ex ſe via,* (ex *ſemita* Barthius) *atque itinere dirigens*, &c. *ubi pagani agreſtes, buccina convocati, ſolent certa inire conſilia.* ubi *Trebatio* eſt ex emendatione Salmaſii & Voſſii, pro mendoſa lectione vulgata *relatio. Lutacio* Barthius. ſed VER. FLACCO potius conjecit P. P. Juſti Specim. Obſerv. Critic. cap. XI, pag. 35. confer Dionyſ. Halicarn. Lib. II. pag. 83. & Paſſeratium ad h. l. Broukhuſius huic verſui adſcripſerat illud Lucilii ex Lib. XXVI. Sat. pag. 66. ed. Fr. Douſae: *Rauco concionem ſonitu, & curvis cogant cornibus.* ſeq. verſu recte *erant* emendarunt viri docti, *centum illi* a Romulo lecti patres, in prato coëuntes, *erant Senatus*, non *erat*, ut in omnibus meis codd. & edd. priſcis. ſed *erant* in cod. Gothano etiam legi ait Heuſingerus, & in margine ed. Ald. correxerat Heinſius, quod & probabat Marklandus, adſcripto Ovidii loco Lib. IV. Faſt. 544. *tres illi tota fuere domus.* & ſic edidit Broukhuſius, licet diſſentiente Bunemanno ad d. l. Laſtantii locum. & non ſine verborum contumelia Broukhuſium ea propter exagitat Editor Elect. Etonenſ. Major. qui cenſet *erant* potius reponendum v. 10. *Unus erant fratrum maxima regna focus.* ſic tamen apud Lucan. VII. 543. emendabat Bentlejus *Hi, populus, Romanus erunt.* non *Hic pop. R. erit.* male igitur Livinejus *ille Senatus* erat, legebat. Ayrmannus vero conjecerat *Ac humili in prato ſaepe Senatus erat.* minus feliciter.

15. *Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro,*
Pulpita ſollemnes non oluere crocos.]

Non ſinuoſa Guyetus, ut ſeq. verſu repetitio ſit *non oluere.* pro *cavo* in quinto Vatic. *ſuo.* quod etiam eſt in D'Orvill. pr. & meo ſecundo. locum hunc aperte imitatur Ovidius Lib. I. A. A. 103.

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro:
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

ut notat etiam Valeſius ad Ammian. Marcell. Lib. XIV. cap. 6. pag. 33. pro *crocos* vitioſe *trochos* in Regio. intellige de croco aqua diluto, & per fiſtulas latentes in altum emiſſo, qui roris inſtar deſcendens, populum in theatris reficiebat. Seneca Epiſt. 90. *qui invenit quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat.* vide Lipſium de Amphith. cap. 16. qui de his theatrorum velis plura illic notavit, & de privatarum aedium velis ad Senecae Epiſt. 80. ad crocum in theatris ſparſum & vela reſpicit etiam Martialis Lib. IX. Ep. 38.

Lubrica Corycio quamvis ſint pulpita nimbo,
Et rapiant fortes vela negata Noti.

& de grato croci odore Lib. XI. Ep. 9.

Lapſa quod externi ſpirant opobalſama trunci,
Ultima quod curvo quae cadit aura croco.

ut ex cod. MS. Pirkhaimeri reſtituit Gronovius Diatr. Stat. pag. 405. pro *Laſſa quod heſterni ſp. opob. drauci.* quam emendationem inpenſe laudat Salmaſius Epiſt. XLIV. pag. 95. *curvum crocum* illic etiam nonnulli de theatrali croco per fiſtulas emiſſo, & inſtar curvi arcus decidente, exponunt, ſed inprobante Gronovio. de croco in theatris ſparſo vide etiam Beroaldum ad Suet. Ner. cap. XXV. Marcilium ad Martialis Amphith. pag. 19. & 20. & Oudend. ad Lucan. IX. 808.

Nulli cura fuit externos quaerere divos,
  Quum tremeret patrio pendula turba ſacro.
Annuaque accenſo celebrare Palilia foeno,
  Qualia nunc curto luſtra novantur equo.
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis.
  Ducebant macrae vilia ſacra boves.

Parva

18. *Quum tremeret patrio pendula tuba ſacro*] *fremeret* in Menteliano, Excerptis Modii ſeu Groningano. pro *pendula turba* Livinejo & Guyeto placebat *credula*. quod merito rejicit Heinſius, & *pendula* exponit, quae ab alicujus ore pendet: vel ſuſpenſa Deorum metu & religione, ut Paſſeratius. *extremos divos* male in primo D'Orvill.

20. *Qualia nunc curto luſtra novantur equo*] *curvo* in v. c. Ant. Perreji, Regiis, Mentel. Scaligeri Excerptis, Heinſiano, Borrich. primo Leid. Voſſ. pr. & tert. meoque priore, & edd. primis Venetis, Reg. Lepid. & Beroaldina, *mutilo* in primo Vaticano. ſed *curto* jam edidit Volſcus. & explicuit de equo, qui in campo Martio quotannis inmolabatur Marti, cujus caput abſciſſum in Regiae parietem figebatur, cauda ejus illuc, ſanguine adhuc deſtillante, etiam delata. vide Paſſeratium. qui tamen de Equitum cenſione luſtrica, ſeu quinquennali, potius intelligendum arbitratur, *curtumque equum* exponit, qui auribus, vel cauda, decoris gratia, mutilatus erat. de populi luſtratione quinquennali intelligunt Beroaldus & Scaliger. in ſecundo autem D'Orvilliano erat *Curti*, addita ſingulari hac gloſſa de Metto Curtio: *ad ejus ſimilitudinem fiebant quidam ludi.* locum obſcurum eſſe adſcripſerat Marklandus. ad cujus illuſtrationem haec ad oram ed. Ald. ſubjecerat Ant. Perrejus: „ *luſtra vocat Palilia, quia in his luſtrabatur* „ *urbs.* Ovidius (IV. Faſt. 731.)

„ *I, pete virginea, populus, ſuffimen ab ara:*
„ *Veſta dabit, Veſtae munere purus eris.*
„ *Sanguis equi ſuffimen erat, vitulique favilla,*
„ *Tertia res durae culmen inane fabae.*
„ *Paſtor oves ſaturas ad prima crepuſcula luſtrat.*

„ tunc, inquit, *foeno accenſo* tantum luſtrabant, „ nunc equi ſanguine. *curvo* autem *equo* dixit, „ cernuo, incurvatoque. ſic fere Beroaldus, qui *curvo* in aliis codd. legi notat, facta adluſione ad equi inmolationem, qui curvatus mactabatur. ſed Scaliger de equo Octobri, ſeu caviari hoſtia capiebat, quae quinto quovis anno inmolabatur, notatque Propertium hic ſacrificium equi Octobris cum Palilibus confudiſſe. vide ejuſdem notas ad Feſtum in *caviares hoſtiae.* de quibus ad h. l. etiam agit Paſſeratius. Sed iſta ab hoc loco aliena eſſe cenſet Editor Elect. Etonenſ. Major. pag. 161. praecedenti verſu *accenſum foenum* exponit alius noſtri locus de his Palilibus infra El. IV. 71.

Quumque ſuper raros foeni flammantis acervos
Trajicit inmundos ebria turba pedes.

ſed nihil hac de re addo, quia ritum illum tranſiliendi ignem, e foeno & ſtipulis excitatum, egregie illuſtravit Caſaubonus ad Perſii Sat. I. 72. pag. 115. & 116. *celebrare* pro *celebravere* capit Editor Elector. Eton. Major.

21. *Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis,*
Ducebant macrae vilia ſacra boves.]
matres pro *macrae* praeter Gebhardi Palatinum & Commelinianum etiam eſt in cod. Heinſiano. *ſacrae* in Askewiano. ſed *macras boves* recte Broukhuſius exponit aratro & opere adtenuatas. *ducere* vero *ſacra*, ut Graecis ἱερὰ ἄγειν, eſt ex imitatione Virgilii VIII. Aen. 665.

——— *caſtae ducebant ſacra per urbem*
Pilentis matres in mollibus.

unde forte *matres* huc in nonnullos codices irrepſit. ibidem Guellius hoc in loco etiam *ſacrae boves* adfert. ſed in corrupta ſcriptura *matres* latet vera lectio *macrae*. *julia ſacra* in Neapolitano. priore verſu *coronatos Veſtae aſellos* recte viri docti conparant cum illo Ovidii Lib. VI. Faſt. 311.

Venit in hos annos aliquid de more vetuſto,
Fert miſſos Veſtae pura patella cibos.
Ecce, coronatis panis dependet aſellis;
Et velant ſcabras florida ſerta molas.

Veſtae autem *delicium eſt aſinus* apud Auctorem Copae v. 26. ut reſtituerunt viri docti. ubi vide quae notavi Tom. II. Anth. Lat. pag. 716.

24. *Paſtor*

Parva ſaginati luſtrabant compita porci :
Paſtor & ad calamos exta litabat ovis.
Verbera pellitus ſetoſa movebat arator,
Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet.

Nec

24. *Paſtor & ad calamos exta litabat ovis*] ita conſtanter in omnibus codd. MSS. niſi quod *thalamos* in Heinſiano, & in ſolo meo ſecundo *excalitabat*, quod firmaret opinionem Galeotti Martii, qui in libro de Doctrin. promiſc. cap. 39. ita reponendum cenſebat, alios traducens, qui receptam lectionem ſubſtituerunt, quaſi Latinitati rectae vim feciſſet Propertius, quod *litare exta* dixerit, pro *Deos extis litare*. *excalitare* autem frequentativum conpoſitum facit a *calare* pro vocare. forte id hauſit ex prima ed. an. 1472. in qua *excalitabat oves* legi notavit Vulpius. ſed in utraque Veneta, Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Aldinis, ceteriſque edd. antiquis excuſum eſt *exta litabat ovis*. favere quidem nonnihil ei poſſet, quod in Gloſſario Arab. Lat. pag. 704. ed. Vulc. legitur, *Excalo, elicio*. ubi Scaliger ſuo codici adſcripſerat *Propert*. ſine dubio hunc locum reſpiciens; adeo ut *excalitare* dictum eſſet a Propertio, ab *excalo*, *excalare*; & *excalitare* notaret frequenter elicere, ſeu calamis vel fiſtulis oves evocare. elegantius exprimit El. IV. 5.

——— *quo dulcis ab aeſtu*
Fiſtula poturas ire jubebat oves.

ſed jam Paſſeratius, & poſt eum Broukhuſius monſtrum hoc verbi ad aruſpices deferendum judicarunt, meritoque exploſerunt, & *exta litabat ovis* recte dici docuerunt, remque ipſam optime illuſtrarunt. & locutionem *exta litare*, ut *ſacra litare*, *hoſtias litare*, & ſim. etiam vindicarunt. ſic apud Lucanum Lib. I. 632. ——— *neque enim tibi, ſumme, litavi Jupiter, hoc ſacrum.* quod recte contra Heinſium *hoc ſacro* emendantem, Patruus meus tuetur. vulgatam etiam hoc in loco agnovit Valens Guellius ad Virg. IV. Aen. 50. Laelius Biſciola Lib. II. Horar. Subſec. cap. 22. & praeſertim Delrius Comm. ad Senecae Herc. Fur. v. 1038. p. 290. addens verſum, hunc Propertii apertiorem eſſe, quam ut ficta *excalitandi* voce a Galeotto Martio depravari debuerit. Certe quis ferat tale vocabulum, cujus exemplum neque in aliis Gloſſariis, editis, vel ineditis, neque apud Papiam aut Neſtorem in Vocabulariis, aut Januam in Catholico, ſimileſve vetuſtiſſimos Lexicographos, inveni, ut neque Cangius, aut Carpenterius in Operis Cangiani Supplemento, ne unum quidem vel ex infimi ſeculi ſcriptore aliquo locum produxerunt, ubi tam portentoſum occurrat verbum, multo minus, ut apud ullum melioris aetatis ſcriptorem exſtet, Auguſtei aevi poëtae obtrudi vel ingeri. praecedentem verſum ad capitalia ſacra, in quibus Laribus opimus inmolabatur porcus, refert Voſſius Lib. I. de Idolol. Gent. cap. XI. prope fin. cui adde Paſſerat. ad h. l. & eruditos Interpretes ad Suet. Aug. cap. 31. ubi *ludi Compitalicii*, & *ſacrum Lupercale* etiam junguntur.

25. *Verbera pellitus ſetoſa movebat arator,*
Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet] *Vellera* in Vaticano quinto. ut legendum conjecerat Heinſius. Ovidius Lib. V. Faſt. 102.

Semicaper coleris cinctutis, Faune, Lupercis,
Cum luſtrant celebres vellera ſecta vias.

ubi *verbera* in cod. D'Orvill. aliiſque. quae lectio hic quoque locum ſuum tueatur. ut per *verbera* intelligat ſcuticas, ſeu tergora Lupercorum caprina, quibus plagas inferebant. ſic enim utroque & Ovidii & hoc Propertii loco exponit Cerda ad Virg. II. Aen. 529. & *Verbera movebat* hic prae ceteris firmatur e Silio Ital. XIII. 328.

Dextera laſcivit caeſa Tegeatide capra
Verbera *laeta* movens *feſta per compita cauda.*

ubi *Verbera foeta*, ſeu foecunda, emendabat Heinſius, quia Lupercis, ſe verberandas ad fertilitatem conciliandam praebebant matronae ſteriles. & hinc Broukhuſius, quia *foetoſa* hic in primo ejus codice legebatur (ut in Heinſiano, & meo priore) *foecunda* ſcribendum conjecit. altero verſu *Unde Lyceus Fabius* in primis edd. Venetis, & Reg. Lep. quod provenit ex vitioſa ſcriptura *lycens*, ut excuſum eſt in ed. Volſci & Beroaldi, qui in notis ſuis referebat ad Panem ſeu Faunum Lyceum. ſed recte id abſurdum eſſe notavit Barthius ad Stat. I. Silv. 6. 93. *ciens Fabios* conjecerat Heinſius, ſed *licens* ut in reli-

Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis;
  Miſcebant uſta praelia nuda ſude.
Prima galeritus poſuit praetoria Lucmo:
  Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.
Hinc Tities Ramneſque viri Lucereſque coloni:
  Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Quippe

quis edd. vetuſtis, Aldinis, Juntina, Colinei, Gryphii, aliiſque, hic eſt protervus ac petulans Lupercus. ut ipſe notat Heinſius ad Sabini Epiſt. I. 49. ubi *vina licentia*, pro *liquentia*, hoc quoque loco confirmat. & ad ed. Ald. marginem notaverat Ant. Perrejus, *vetus codex habet unde licens Fabius, id eſt petulans. Fabios dictos eſſe Lupercos Remi, Quintilios Romuli docet Ovidius in Faſtis* (Lib. II. 377.) Editor vero Elector. Etonenſ. Major p. 162. legendum exiſtimabat,

Unde Lycea Fabi ſacra Lupercal habene.

pro *habet* in ſecundo D'Orvill. *erat.*

27. *Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis*] *Et rudis* in Heinſiano, meoque priore. hoc loco inter alia Bentlejus confirmat N. Heinſii emendationem apud Horatium Lib. III. od. 8. 19.

Medus infeſtis ſibi luctuoſus Diſſidet armis.

pro *infeſtus ſibi luctuoſis.* ſed diſſentiente Cuninghamio Animadv. in Horat. Bentlej. cap. XI. p. 170. recte etiam hoc verſu Propertiano Cel. Drakenborchius adſeruit veram lectionem apud Silium Ital. Lib. VIII. 469.

Is primam ante aciem pictis radiabat in armis.

vide notata ad Lib. I. El. 15. 7. & adde Oudend. ad Luc. VII. 214. mox *praelia facta* in primo Leid. Voſſ. D'Orvill. & meo utroque. ſed *nuda praelia* vindicarunt Paſſeratius & Broukhuſ. & exponunt praelia, quae ſine juſtis armis aut ferro peraguntur. forte tamen melius eſt, ut cum doctiſſimo Ant. de Rooy in Spicileg. Critic. cap. XV. pag. 88. legamus *praelia cruda*, ſine juſto ordine acta. ſimili variatione Barthius apud Statium IX. Theb. 20. legebat,

Illis cruda odia & feritas jam non eget armis.

ubi etiam *nuda odia* in vulgatis circumfertur, conſentientibus codd. MSS. *uſta ſude* Valens Guellius confert cum illo Virgilii VII. Aen. 524. *Stipitibus duris agitur, ſudibuſque praeuſtis.*

29. *Prima galeritus*] *poſuit praetoria Lucmo* &c.] *galeratus* vitioſe in uno Regio. *Ligmon* in Askew. & meo ſecundo. *Lucmon* Colotian. *Lygmon* in Regiis, Colbertino, Heinſiano, Livineji Vaticano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meo priore, & priſcis edd. *Lucmo* vera ſcriptura eſt, ex *Lucumone* contracta. ut monuit Scaliger & Turnebus Lib. XXVI. Adverſ. cap. 53. vide Scoppae Collectanea cap. 18. Demſter. Lib. II. Etrur. Reg. 46. & Felician. Buſſi Iſtor. di Viterbo Lib. I. pag. 4. & 5. qui haec & ſequentia cum cura illuſtrarunt. mox *rerum pars magna* eſt divitiarum Tatii praecipua pars erant oves. vide Cuperum Lib. II. Obſerv. cap. 6. pag. 196. pro *Tatio* in Neap. *tacito.* nec minus vitioſe *ſtatuit* in Excerpt. Scalig.

31. *Hinc Tities, Ramneſque viri, Lucereſque coloni:*
Quatuor hinc albos Romulus egit equos]

Tatiens Leid. ſec. & primus D'Orvill. *Hinc Taties, Rhamniſque viri, Lucereſque coloni* adfert Neſtor in Vocabular. pag. 125. corruptiſſime in Askewiano, *Hinc tociens ramnes viri Lucereſque Soloni.* ut *ſoloni* etiam eſt in Neapol. Leid. ſec. primo ac tertio Voſſ. & Palatino Gebhardi, qui ex Commeliniano adfert *Lucereſque Sabini, Ticines* in Groning. *Ticiens* in meo utroque. quod propius accedit ad veram ſcripturam *Titiens*, ut in utraque Veneta, Reg. Lep. Volſci, & aliis aliis vetuſtis edd. *taciens* in Beroaldina. ſed *Titiens* probabat etiam Marklandus. & vide Cluverium Lib. III. Ital. Antiq. p. 857. 858. & Heinſium ad illud Ovidii Lib. III. Faſt. 131. de Romulo:

Quin etiam partes totidem Titienſibus idem,
Quoſque vocant Ramnes, Luceribuſque dedit.

ubi nota primam in *Luceres* productam, quae hic corripitur. *Hinc Tatii* praefert Demſter. Paralip. ad Roſin. Lib. I. cap. 12. ſequente verſu *Quatuor hinc albos* &c. prolepſin eſſe ſtatuunt

Quippe ſuburbanae parva minus urbe Bovillae,
Et, qui nunc nulli, maxima turba Gabii,
Et ſtetit Alba potens, albae ſuis omine nata,
Hac, ubi Fidenas longe erat ire, via.
Nil patrium, niſi nomen, habet Romanus alumnus:
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe Lupam,

Huc

tuunt viri docti, quia Romulus non quadrigis, multo minus albis equis triumphavit. vide Dukeri notas ad Florum Lib. I. cap. 5. prope finem. quia autem albis equis poſt Vejos captos triumphaſſe dicitur Camillus, hinc fuerunt, qui hic emendarent *Quatuor hinc alter Romulus egit equos.* Camillus nempe, poſt Gallos urbe expulſos quaſi alter Romulus dictus. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. El. 8. 8. ubi de albis vel niveis quadrigis triumphalibus agens, notat ejus moris originem hic ad Romulum à Propertio referri, ſed verius ad Camillum referendum eſſe.

33. *parva minus urbe Bovillae*] abſurdam lectionem *violae* pro *Bovillae*, ex literarum tranſpoſitione & vocis ignorantia ortam, etiam exhibent omnes mei codices. *parvae* in aliis, & ſeq. verſ. *Gabi. parva minus* ſingulari loquendi uſu, quem egregie illuſtravit J. Fr. Gronovius Lib. II. Obſerv. cap. 1. *parvae* placet Paſſeratio, ut *minus parvas* ſeu majores, tunc ipſa Roma fuiſſe Bovillas, urbi vicinas, exiguum aetate Propertii oppidulum, innuat. de Bovillis vide Cluverium Lib. III. Ital. Ant. pag. 917. & de Gabiis pag. 954. Locum vero hunc intellectu difficilem ſic corrigere tentat Elector. Etonenſ. Maj. editor p. 163.

Quippe ſuburbanae, parva metus urbe, Bovillae.

hoc ſenſu, Bovillae ſteterunt ſuburbanae, cum parva eſſet urbs Roma, vel cum amico anonymo interpretatur, *minus ſuburbanas* fuiſſe Bovillas, parva adhuc urbe, id eſt, longius diſſitas, quae nunc, inaedificato quidquid agrorum interjacebat, ipſa factae ſunt ſuburbia. mox *qui tunc nulli* J. Douſa P.

36. *Hac, ubi Fidenas longe erat ire, via*] *Atque ubi* Voſſ. tert. ſed *Hac* ſuperſcr. pro varia lect. *Hac tibi* in Heinſiano, & meo priore. *Hac ubi* referendum notat editor Elector. Etonenſ. ad Bovillas, Gabios, atque Albam, ut intelligatur illud Tiberis litus, ubi Latium; Alba enim longa non iſta via petebatur, qua Fidenas ibant. *iſſe* v. c. Perrej. ſec. & quint. Vatic. Neapol. & Leid. ſec. cum tertio & quarto Voſſ. *ipſe* Voſſ. pr. & Borrich. *vias* in duobus Leidd. tribus Voſſ. Groning. utroque D'Orv. meis. & priſcis edd. quod probat Behotius Lib. III. Apoph. cap. 4. in fin. ubi locutionem *ire vias* illuſtrat. de qua vid. ſupra ad Lib. II. El. 19. 50. *longa erat ire via* Colot. & duo Vaticani. *Hanc ubi Fid. longe erat iſſe vias* in Askewiano. *longa via* vel *longae viae* Heinſius. ut J. Auratum etiam conjeciſſe notat Paſſeratius. ante paullo *albae e ſuis* in ſec. Leid. *Fidenas* prima producta, ut apud Silium XV. 90. *modo Roma minanti Impar Fidenae.* & ſic apud alios. ſed corripitur. Virgilio VI. Aen. 773. *Hic tibi Nonentum, & Gabios, urbemque Fidenam.* vide de hac urbe Cluverium Lib. II. Ital. Ant. cap. 9. pag. 654.

37. *Nil patrium, niſi nomen, habet Romanus alumnus:*
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe Lupam]

Nil patrii conjecerat Heinſius, *ſanguinis* nempe, quod ſequitur. ſed praeſtaret forte, *Nil, patrium niſi nomen, habet.* mox *non pudet* in v. c. Perreji & Fruterii, Neap. prim. Vatican. Mentel. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. *non putet* in uno Regio & Colbertino, primo & quarto Voſſ. meo ſecundo, & primis edd. *putat* quintus Vatic. & prim. D'Orvill. *non putat eſſe Lupam*, Romanus nempe a ſimplicitate avita degener, legit J. Douſa Fil. *nunc putet eſſe lupam!* Ayrmannus. & verſ. ſeq. *Haud melius* in altero Regio, *non pudet ire lupam. non pudet eſſe* etiam in Palat. & Commel. Gebhardi, unde ille cum interrogationis nota, *non pudet eſſe lupam?* ſed praeſtat forte,

Sanguinis altricem num *pudet eſſe Lupam?*

ſic Lib. II. El. 17. 3. legebat Heinſius:

Sed tibi num videor Dodona verior augur?

ubi de vocula hac, ſaepius alibi in MSS. apud noſtrum vitiata, plura notavi.

Huc melius profugos miſiſti, Troja, penates.
O quali ducta eſt Dardana puppis ave.
Jam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Laeſerat abiegni venter apertus equi:
Quum pater in gnati trepidus cervice pependit,
Et verita eſt humeros urere flamma pios.

Tunc

40. *O quali ducta eſt Dardana puppis ave.*] *En quali vecta eſt* v. c. Perrej. prim. & ſec. Vatic. *Heu quali ducta eſt.* in Regiis, Colbertino, & primis edd. *Heu quali vecta eſt* in Neap. Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis. *advecta eſt* Heinſius. *ducta* etiam edidit Volſcus. ſed *vecta* Beroaldus, unde in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. propagatum fuit. *En quali* editor Elect. Etonenſ. Maj. Aeneae itineris ducem columbam hic dat poëta, ut navi Argo, & profugis ac terras quaerentibus Heroibus ſaepe aves praevias tribuunt veteres. vide hic Broukhuſ. & quae notata ſunt ad Lib. II. El. 10. 40.

41. *Jam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam*
Laeſerat abiegni &c.]

omnia ſolito errore in variis codd. & primis edd. licet ita legerit Turnebus Lib. XXIII. Adverſ. cap. 6. *huic omina*, vel *cuncta omina* Heinſius, qui etiam margini ed. Ald. adſcripſerat *huic numina.* ſed nihil muto. infra v. 67. *date candida cives Omina.* ubi etiam *Omnia* in MSS. *illam* vero hic mendi ſuſpectam vocem recte cenſuit editor Elector. Etonenſ. Major. quia ad *Trojam* referri non poteſt, adeoque praeced. verſu corrigebat,

O quali vecta eſt Dardana pubis ave!

pro *pubes.* quod merito inprobat Cl. Schraderus Emend. cap. IX. & melius legit *quod nihil illos Laeſerat abiegni* &c. nimirum *penates*, quibus ſuperſtitibus Troja nondum funditus everſa exiſtimabatur. pro *abiegni* in Voſſ. quarto *armati.* in meo ſecundo *ambigui.* & in marg. pro varia lectione *al. ambiegni.* ſupra Lib. III. El. 1. 25.

Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces?

ubi plura notavi.

43. *Quum pater in gnati trepidus cervice pependit,*
Et verita eſt humeros urere flamma pios.]

Tum pater in cod. Fruterii, Askew. Groning. quinto Vatic. & meo primo. *Cum pater* in ſecundo. *trepidus* vero reponendum cenſui ex conſenſu omnium fere codd. MSS. ita enim legitur in v. c. Perreji, Neap. primo Vatic. Regiis, ſecundi Colbertini margine, Borrich. Groning. Askew. Leid. ſec. D'Orv. meo utroque, & primis edd. Venetis, Reg. Lep. Volſci ac Beroaldi. *tremidus* in Mentel. Leid. pr. & Colbert. ſec. a man. pr. ut *intremidum* apud Stat. XI. Th. 325. in ſuis MSS. invenit, neque inprobavit Barthius. ſic & *intremidus* in quarto codice Mediceo eſt apud Ovid. XV. Met. 100. ubi *intrepidus* rectius in aliis MSS. *inpavidus* in vulgatis. & ſic *fremida turba* in MSS. apud eumdem Lib. V. Met. 2. quod miror Heinſio fere probatum fuiſſe, ut *flammidus*, *albidus*, *vapidus*, *rubidus* & ſim. ex aliis adfert. ſed ex nullo melioris aevi ſcriptore aut poëta, & ideo alteram lectionem *fremitu turbae* recte illic Patruus meus vindicavit. Suum itaque Barthio relinquens judicium recte vocem *tremidus* Latinae civitatis expertem ſuſpicatur Broukhuſius, qui tamen male edidit *tremulus*. quod demum, neſcio unde, in Aldinas, earumque ſequaces editiones invectum eſt. & mox ſequitur v. 49. *tremulae cortina Sibyllae.* infeliciter Gebhardus *in nati intremulus*, hoc eſt, valde tremulus. cogitabat noſter locum Virgilii Lib. II. Aen. 683. & ſeqq.

Ecce levis ſummo de vertice viſus Juli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pavidi trepidare *metu, crinemque flagrantem*
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.
At pater Anchiſes &c.

ut illic notavit Valens Guellius. ſic de piis Fratribus Catanenſibus, pari facinore, quo Anchiſen Aeneas, ex incendio urbis parentes humeris

Tunc animi venere Decü, Brutique ſecures,
Vexit & ipſa ſui Caeſaris arma Venus.

Arma

meris inpoſitos eripientibus Claudianus Idyll. VII. 9.

Nonne vides, ut ſaeva ſenex incendia monſtret?
Ut trepido *genetrix invocet ore Deos?*
Erexit formido comam.

trepidus igitur hic praetuli. Sed & verſu ſeq. malim,

Sed *verita eſt humeros urere flamma pios.*

ſimile illud Naſonis Lib. I. ex P. El. I. 33.

Cum foret Aeneae cervix ſubjecta parenti,
Dicitur ipſa viro flamma dediſſe viam.

pari modo Claudianus eodem Epigrammate v. 3. de iiſdem fratribus Catanenſibus:

Juſta quibus rapidae ceſſit reverentia flammae,
Et mirata vagas reppulit Aetna faces.

& Severus in Aetna v. 631.

Erubuere pios juvenes adtingere flammae,
Et quacumque ferunt illi veſtigia, cedunt.

ad quem Severi locum plura notavi in Comment. ad Numiſm. Sic. pag. 317. ubi nummos Catanae, Fratrum illorum pietatem exhibentes, illuſtravi. ad Aeneam vero Anchiſen patrem Trojae incendio exportantem, referendus eſt Statii locus Lib. III. Sylv. 3. 188.

Felix, cui magna patrem cervice vehenti
Sacra Mycenaeae patuit reverentia flammae.

ubi *patuit reverentia flammae*, quod Claudiano ex illius imitatione eſt, *ceſſit reverentia flammae.* ut Severo etiam *cedere flammae* dicuntur. noſtro *urere verita eſt flamma.* Ceterum hunc Propertii locum imitatus eſt Sannazarius venuſtiſſimo Epigrammate XVI in gemmam ſuam, inter Sinueſſae rudera repertam, quae Aeneae, patrem Anchiſen e Troja portantis, pietatem exhibebat, ubi in fine:

Haec eſt Iliacos pietas ſpectata per ignes,
Cum verita eſt profugos laedere flamma Deos.

Adde Claudii Minois notas ad Alciati Emblem. 194. p. 659. Conſtantin Landum Explic. vet. Numiſm. pag. 7. & Jo. Chryſoſt. Scarfo in Epiſt. Ital. qua vet. monum: illuſtr. pag. 84.

45. *Tunc animi venere Decü*] *Hinc magni venere Deci* Heinſius conjecerat, vel *Hinc gemini*, aut *Hüc manes venere Decii*, ut *manes Camilli* apud Juvenal. Sat. II. 154. *quid Fabricius, maneſque Camilli?* ſed *animi* non ſollicitandum, &, ſi quid reponendum, mallem profecto, *Tunc animi crevere Deci*, nam in omnibus fere MSS. *Deci* pro *Decii.* adeoque unum Decium pro utroque ponat, ut *Bruti ſecures. crevere* autem pro vires ſumſerunt. & ſic corrigendum videtur apud Ovid. Epiſt. XVI. 73. *ſubitoque audacia crevit.* pro vulgata *venit.* inſignis hanc in rem locus eſt Manilii Lib. I. 782. & ſeqq.

——— *Romamque Camillus*
Servando poſuit, Brutuſque a Rege receptae
Conditor; & Pyrrhi per bella Papirius ultor;
Fabricius, Curiique pares; & tertia palma
Marcellus, Coſſuſque prior de rege necato:
Certantes Decii votis, ſimileſque triumphis.

ut correxerat Bentlejus, pro *Certanteſque Decii votis,* quia, ut addit, *in nominativo plurali non coaleſcere ſolet ſyllaba.* quod conjecturam meam *Tunc animi crevere Deci*, pro *Decii*, adjuvaret ſed ex vulgata lectione refutaretur, ut ſupra v. 34. *maxima turba Gabii.*

46. *Vexit & ipſa ſui Caeſaris arma Venus*] *Rexit* ad oram ed. Ald. conjecerat Heinſius, ſed poſtea *Duxit* praetulit ex loco Petronii cap. 124.

——— *primumque Dione*
Caeſaris arma ſui ducit.

ut illic pro *acta* ad h. l. emendavit Paſſeratius. *Vexit* tamen hic ſedem ſuam tueri poteſt propter v. 40. *O quali ducta eſt Dardana puppis ave.* ut fingat Venerem Aeneae comitem in claſſe, qua Troja profugus in Latium tendit, & ideo ſuam *avem*, columbam nempe, ducem itineris fecerit ut Aeneae & Anchiſae e Troja excedentibus Stellam, multa cum luce vias ſignantem, de coelo mittit Jupiter apud Virg. II. Aen. 693. & ſeqq. ea igitur nave Caeſari *Arma reſurgentis Trojae*, ſeu Romae, *victricia portaverit Dione.*

Arma reſurgentis portans victricia Trojae.
Felix terra tuos cepit, Jüle, Deos.
Si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae
Dixit Aventino rura pianda Remo:
Aut ſi Pergameae ſero rata carmina vatis
Longaevum ad Priami vera fuere caput.
Vertite equum Danai: male vincitis. Ilia tellus
Vivet, & huic cineri Jupiter arma dabit.

55. Op-

47. *Arma reſurgentis portans victricia Trojae, Felix terra tuos cepit, Jüle, Deos.*]

reſurgenti in priore Palatino Gebhardi. *reſurgentis Trojae*, (*renaſcentis* Horatio Lib. III. od. 3. 61.) ut infra v. 71. *Dicam Troja cades, & Troia Roma reſurges.* & hinc *recidiva Pergama*, non *rediviva*, Virgilio recte adſeruit Valens Guellius, Lib. X. Aen. 58. Ovidius Lib. I. Faſt. 523. *Victa tamen vinces, everſaque Troja reſurges.* apud quem Epiſt. VII. 11. ex codd. MSS. Patruus meus praetulit,

Nec nova Carthago, nec te ſurgentia tangunt
Moenia.

pro *creſcentia.* & ita ROMA RESVRGENS in Numis Veſpaſiani, & Alex. Severi & ROMA RENASCENS in Galbae, Vitellii, & Nervae Numis. mox *tuos coepit habere Deos* in Heinſiano, & meo primo.

49. *Si modo Avernalis tremulae cortina Sibyllae*] *Si modo vera*, vel *Si modo certa olim*, quia *vera* ſequitur, vel denique, *Si modo Averna olim* conjecerat Heinſius. ſed vulgatam ſervo. innuit Sibyllam Cumaeam rura ſanguine Remi Aventini pianda, & jam inde a Priami temporibus futurum imperium Romanum praedixiſſe. vide Barthium ad Claudian. Bel. Gild. v. 29. p. 371. *Avernalis* his vocatur Cumaea Sibylla, ut apud Statium Lib. V. Sil. 3. 172.

Sic ad Avernalis ſcopulos, & opaca Sibyllae
Antra rogaturae veniebant undique gentes:
Illa minas Divûm, Parcarumque acta canebat.

ut idem legebat Heinſius, non *ad Avernales ſcopulos, & opaca* &c. recte Broukhuſius huc contulit Virgilii locum ex Lib. III. Aen. 441.

Huc ubi delatus Cumaeam acceſſeris urbem,
Divinoſque lacus, & Averna ſonantia ſilvis,
Inſanam vatem adſpicies, quae rupe ſub ima
Fata canit &c.

ſed quod auctoritate Servii Sibyllam illic memoratam Phemonoën fuiſſe addat, obſtat Pauſaniae locus Lib. X. cap. 12. ubi ex Hyperocho Cumano Sibyllam Cumaeam Demo nomine adpellatam ſcribit. mox *Duxit* male in cod. Regio. *vera pianda* legendum videbatur Ayrmanno.

51. *Aut ſi Pergameae ſero rata carmina vatis Longaevum ad Priami vera fuere caput.*]

data carmina Groning. vitioſe *nata* in Borrich. Menteſ. primo Leid. Voſſ. & meo. *crimina* in D'Orv. pr. & quinto Vatic. *ſero rata* Caſſandrae *carmina*, ſeu vaticinia, juſſu Apollinis diu non credita Teucris, ſed ſero tamen rata facta, quum vera fuiſſe firmaret excidium Trojae. vide ſupra ad Lib. III. El. XI. 66. *Experta eſt ſeros*, (vel *veros*) *irrita lingua Deos.* *Longaevi* in cod. Regio. *Longum* corrupte in D'Orvill. pr. *ad Priami caput*, pro ad Priamum, exponit Marklandus, adſcripto Ovidii loco in Ibin. v. 6.

Artificis periit cum caput Arte ſua.

idemque adnotaverat, ſequentia *Vertite equum Danai* &c. eſſe Caſſandrae verba ad Priamum & Graecos. recte omnino, & ſic fere Paſſeratius, nam ad hunc Regem, patrem ſuum, mala quaevis de excidio & cladibus Trojae vaticinans Caſſandra, totum fere obſcuriſſimi, inſtar oraculorum, Lycophonis Poëmatis argumentum eſt, in cujus ſtatim initio ad Priamum ſermonem inſtituit haec *verax Pergameis Phoebus habenda malis*, ut noſter loquitur.

53. *Vertite equum Danai: male vincitis. Ilia tellus Vivet, & huic cineri* &c.

Ilia tellus Vincet in ſecundo Leid. Voſſ. tertio, & ed. Scalig. ſimili fere repetitione, qua apud Ovid. VIII. Met. 509. *male vincetis, ſed vincite,*

fra-

Optima nutricum noſtris Lupa Martia rebus,
  Qualia creverunt moenia lacte tuo!
Moenia namque pio conor deſcribere verſu,
  Hei mihi, quod noſtro parvus in ore ſonus.
Sed tamen exiguo quodcumque e pectore rivi
  Fluxerit, hoc patriae ſerviat omne meae.
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona:
  Mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua.

Ut

fratres. idque nonnihil firmari poſſet ex Evandri praedictione de futura Romae magnitudine apud Ovidium Lib. I. Faſt. v. 515 — 530. ubi inter alia:

Victa tamen vinces, everſaque Troja reſurges.
  Obruet hoſtiles iſta ruina domos.
Urite victrices Neptunia Pergama flammae:
  Num minus hic toto eſt altior orbe cinis?
Jam pius Aeneas ſacra, & ſacra altera patrem,
  Adferet, Iliacos excipe, Veſta, Deos.

quia tamen in Regiis, uno Colbert Borrich. Groning. ceteriſque codd. & vetuſtiſſ. edd. *vivet* conſtanter legitur, refragari nolim Broukhuſio lectionem iſtam aptis exemplis tuenti. cui licet obloquatur editor Elector. Etonenſ. illius tamen conjecturam *Ilias urna Vivet* virorum eruditorum calculum ablaturam diffido. *arma dedit* in Heinſiano & meo priore. *haec cineri Jupiter arma dabit* ad oram ed. Ald. conjecerat Heinſius.

57. *Moenia namque pio conor deſcribere verſu*
Hei mihi, quod noſtro parvus in ore ſonus.]

Moenia numne pio coner diſponere in v. c. Perreji, Colot. primo & ſec. Vatic. *coner* etiam in Mentel. Neap. Borrich. ſec. & quinto Vatic. Excerpt. Scalig. duobus Leidd. Palatino & Commel. Gebhardi, tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. & *diſponere* in Groning. Leid. ſec. tribus Voſſ. duobus D'Orv. & meo ſecundo, cum edd. priſcis, nam in primo meo cod. *deſcribere*, ut in Mentel. Heinſiano, & Commeliniano Gebhardi, quod praetulit Broukhuſius. *moenia* autem, ut Ovidius, hic vocat primum Romuli vallum, ut *muros* adpellat infr. v. 66. ſic & alii, ac Livius, ad quem vide Drakenborchii notas, Lib. I. cap. 7. § 2. altero verſu, *quod noſtro eſt* in duob. Leidd. tribus Voſſ. Askew. utroque D'Orv. meis, & edd. antiquis. *quam noſtro eſt* conjecerat Francius. expreſſa haec eſſe ex illo Callimachi Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδὴν, notavit Cel. Ruhnkenius ad illius Fragm. CLXV. pag. 505. contra Ovidius III. Amor El. 1. 64. *Jam nunc contacto magnus in ore ſonus.*

59. *Sed tamen exiguo quodcumque è pectore rivi*
Fluxerit, hoc patriae ſerviat omne meae.]

At tamen in Heinſiano & meo priore. *Si tamen* in Excerpt. Modii ſeu Groning. *quicumque e pectore rivi Fluxerint* Askew. *quodcumque eſt pectore* Voſſ. quart. Groning. & D'Orv. ſec. *quodcumque rivi* dicitur exiguitais augendae cauſſa, ut apud Virg. I. Aen. 78. *Tu mihi quodcumque hoc regni.* non *regnum.* ubi vide Patrui mei notas. *è pectore noſtro* Heinſian. & meus primus. *& patriae* correxerat Fruterius, *id patriae* Heinſius. dein *ſerviet* in Regio, Neap. Mentel. duobus Leidd. tribus Voſſ. D'Orv. pr. & meo ſec. ita apud Ovid. IV. ex P. Ep. 8. 65. ubi hunc Propertii locum imitatur:

Si quid adhuc igitur vivi, Germanice, noſtro
  Reſtat in ingenio, ſerviet omne tibi.

ubi etiam *ſi quid vivum*, & *ſerviat* in aliis codd. & edd. idem Lib. V. Triſt. El. 9. v. ult.

Dumque (quod o breve ſit!) lumen ſolare videbo,
  Serviet officio ſpiritus iſte tuo.

vide ad Lotichium Lib. II. El. 2. 68. ex illis autem locis patet *ſervire* pro commodis & utilitati alterius invigilare, recte dici, licet id minus Latinum nonnulli exiſtiment. de quo ſupra ad Lib. III. El. 13. 21.

61. *Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona*] *hirſutam coronam* Ant. Perrejus ad marg. ed. Ald. exponebat lauream. & ſic Paſſeratius, qui *hirſutam* ex frondibus hirſutis & aſperis contextam, quales myrti & lauri ſunt, interpretatur. ſed optime Broukhuſius ad duram incomtam, rudem

Ennii

Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.
Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros aeſtimet ille meo.
Roma fave, tibi ſurgit opus. date candida cives
Omina, & inceptis dextera cantet avis.
Sacra, dieſque canam, & cognomina priſca locorum:
Has meus ad metas ſudet oportet equus.

Dicam

Ennii Muſam referebat, ut recte etiam Livinejus, *hirſutam coronam*, hiſpidam, & nulla arte plexam intelligens. ut *hirſutos* Ennii *Annales* vocat Ovidius II. Triſt. 259. ubi vide Patrui mei notas, e quibus patebit Pitiſcum hic a Broukhuſio rideri, licet eum nomine non indicet, qui *hirſutos* libidinoſos explicabat, qualem Paſſeratii errorem idem Broukhuſius notavit ad Lib. I. El. 1. 12. *dicta ſua* pro libris, ut mox v. 63. vel carmina ſua, interpretantur. an forte *ſcripta* reponendum? ad alterum verſum de hedera multa poëtarum corona, quia in Bacchi tutela ſunt, congeſſit Cioſanus ad Ovid. Lib. I. Triſt. El. 7. 2.

63. *Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris*] Conjeceram *ſtupefacta* in notis ad Lib. II. El. 10. v. 7. *Sed magis ut noſtro ſtupefiat Cynthia verſu.* neque poenitet conjecturae, poſtquam vidi Marklandum hoc eodem in verſu ſic emendaſſe ad oram ed. Graev. adſcripto Virgilii loco (Ecl. VIII. 3.) *quorum ſtupefactae carmine lynces.* Si quis tamen vulgatam praeferat, cum Paſſeratio exponat de tumore ſuperbis proprio, ut Lib. II. 19. 15.

Qui nunc ſe in tumidum jactando venit honorem.

& ſic de laetitia non vulgari *tumefactus* Lib. III. El. 4. 3.

Num me laetitia tumefactum fallis inani.

65. *Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces &c.*] *quiſquis* in Vatic. quinto, D'Orvill. primo & meo ſecundo. *cernit* in cod. Fruterii, Regio, altero Leid. tribus Voſſ. Heinſiano, D'Orvill. ſec. & meo priore. *cernis* in primo D'Orv. *de collibus* Scioppius in Paradoxis Literariis. mox *Ingenium muris aeſtimet ille meum* conjecerat Marklandus. ſed parum referre arbitror. eadem fere infra v. 125. de Mevania Umbriae, patriae ſuae,

Scandentiſque arcis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

extimet in Borrich. Askew. & meo ſecundo. deinde *date candida cives Omnia* in variis codd. & edd. antiquis, *in tectis* pro *inceptis* in Mentel. Leid. pr. meo ſecundo. & ed. Mureti Aldina, Canteri, Douſarum Raphelengiana, & Graevii nomen venditante, ne in hac una ſic legi cum editore Elector. Etonenſ. exiſtimes. in cujus libelli ſexta editione, vitio typi, *in textis* in iſta Graeviana ed. excuſum eſſe male notatur. ipſe vero in textu dedit *inceptis.* alterum vero defendi poſſet ex Tibullo Lib. I. El. 6. 16. ubi de funeſta ave,

Hanc volitent animae, circum ſua fata querentes
Semper, & e tectis ſtrix violenta canat.

inceptis tamen eſt in Borrich. Groning. ceteriſque codd. & vetuſtioribus edd. nec non in libro Commelini, & Palatinis Gebhardi membranis, ex quarum raſura in voce *dextera* ipſe educebat *dextra recantet avis.*

70. *Has meus ad metas ſudet oportet equus*] *tendat* aliquando conjecerat Heinſius. *ſurgat* male in Voſſ. quarto. ſed eſt imitatio Virgilii Lib. III. G. 202.

Hic vel ad Elei metas & maxima campi
Sudabit ſpatia.

ubi *Circi* pro *campi* Virgilium ſcripſiſſe ſuſpicatur Marklandus ad Stat. Lib. V. Silv. 2. 21. p. 259. quia Servius *ad fines Circi* exponit; & huic conjecturae firmandae cauſſa addit Marklandus:

Dicam, Troja, cades, & Troïa Roma reſurges:
Et maris & terrae longa pericla canam.
Quo ruis inprudens vaga dicere facta Properti?
Non

dus, ſi Virgilius *maxima campi ſpatia* dixiſſet, hoc eſt, jugera, aratorem potius quam curſorem deſcripſiſſet equum. ſed ita intelligere vetat addita vox *Elei*, nam *Eleus campus* eſt Circi circumſcriptio. *Sudare* autem verbum è re Circenſi vel militari deſumtum. eodemque ſenſu apud Claudian. Bel. Get. 280. *alio deſudant Marte cohortes. ſudare* enim & *ſudor* militari labori proprium. vid. Drakenb. ad Silium IV. 435. & *arma ſanguine ſudantia* ſaepe apud poëtas. vid. eumdem ad Lib. II. 455.

71. *Dicam, Troja, cades, & Troïa Roma reſurges:*
Et maris & terrae longa pericla canam.]
diſtichon hoc praecedenti praeponendum cenſet Marcilius ad Horat. pag. 49. ubi & alios hujus Elegiae verſus tranſponit. in variis codd. & edd. vetuſtis legitur poſt v. 108. ſed ubi locum alienum occupaſſe monuerunt Livinejus, & Paſſeratius, qui Scaligeri trajectionem, ita ut nunc recepta eſt, probat, & inſignem ceteroquin temporum perturbationem fore notata qua pronepos Cononis & Trojae excidium, & Arriae filiorum interitum, & fata Propertii praedixerit, ſi illic legerentur hi duo verſus, qui ad Propertium ipſum referendi ſunt. *Victa en Troja cades* ad ed. Ald. marginem conjecerat Heinſius. *Troica Roma* in omnibus fere MSS. & priſcis edd. ſed *Troïa* dudum viri docti apud Virgil. Ovidium, alioſque ſcriptores correxerunt. deinde *Et maris & terrae longa pericla canam* edendum cenſui ex Heinſiano & meo priore, non *longa ſepulcra*, ut in ed. Broukhuſii excuſum eſt. & ſic emendandum, & in ſua editione ſe exhibiturum eſſe, notat Marklandus ad Statii Silvas pag. 214. quia aperta imitatio eſt Virgilii Lib. X. 57. *Totque maris vaſtaeque exhauſta pericula terrae.* & ſic ipſe noſter Lib. II. 20. 64. *Et maris & terrae caeca pericla viae.* ubi tamen *terrae viae* corruptum & cum Heinſio emendandum *durae*], vel *vaſtae* ex Virgilio legendum, notavi. intelligi hic Graecos, qui terra marique perierunt, notavit Livinejus. ſed referre malim ad Aeneae errores, quibus Troja profugus ſacra & penates Latio Romaeque, tamquam Trojae reſurgenti, poſt longae viae pericula invexit. ſic enim ſupra v. 31,

Huc melius profugos miſiſti, Troja, penates.
O quali ducta eſt Dardana puppis ave.

huc refer illa Tibulli Lib. II. El. 5. 39. & ſeqq.

Inpiger Aenea, volitantis frater Amoris,
Troïa qui profugis ſacra vehis ratibus,
Jam tibi Laurentes adſignat Jupiter agros,
Jam vocat errantes hoſpita terra Lares.
Troja quidem tum ſe mirabitur, & ſibi dicet
Vos bene tam longa conſuluiſſe via.

73. *Quo ruis inprudens vaga dicere facta Properti?*] varie hunc locum ſollicitarunt viri eruditi, neque parum variant codices ſcripti & editi. *impudens* in uno Regio, in quo etiam *vage diſcere ſacra, Properti*, ut in v. c. Perreji, Colot. pr. & ſec. Vatic. in Colbertino & D'Orvill. pr. *vaga diſcere fata. vage dicere fata* Neap. & Borrich. in altero Regio *vaga dicere verba*, ut in Leid. pr. *vaga dicere fata* in cod. Fruterii, Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. Heinſiano, D'Orvill. ſec. meo utroque. *facta* Voſſ. quart. a man. ſec. *vaga facta* vel *feſta* Heinſius. Marcilius ad Horat. pag. 43. ex MSS. legit, *Quo ruis, inprudens, age dicere.* Livinejo placebat, *Quo ruis inprudens? fuge dicere facta, Properti.* Sed amplector etiam N. Heinſii emendationem, ad Ovid. III. A. A. 672. Lib. I. Adverſ. cap. 2. & in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Sylloges Epiſt. pag. 299. quam in contextu dedit Broukhuſius,

Quo ruis inprudens vaga dicere facta Properti?

eamque certam eſſe dicit D'Orvill. ad Charit pag. 773. *feſta* etiam conjecerat Heinſius. *Quo ruis inprudens* confert Caſaubonus cum illo Perſii Sat. V. 143.

——— *quo deinde inſane ruis? quo?*
Quid tibi vis?

Marklandus ad horum & ſequentium verſuum intellectum codici ſuo adſcripſerat: *inducitur nova perſona Horus Babylonius, Hori filius, qui primo Propertii magniloquentiam reprimit; deinde peritiam ſuam in praedictionibus jactat & exem-*

 plis

Non ſunt ah dextra condita fila colo.
Averſis Chariſin cantas: averſus Apollo
Poſcitur invita verba pigenda lyra.

Certa

plis confirmat, poſtremo vitam & fortunam Propertii praedicit. Ant. Perrejus ed. Aldinae adleverat, *Inducit Genethliacum deterrentem a gravi ſcriptione.*

74. *Non ſunt ah dextra condita fila colo*] ita edidit Broukhuſius. *a dextra* in quint. Vatic. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo primo. in ſecundo *a dextro colo*, ut in Regiis, altero Colbert. Borrich. Groning. Askew. & edd. vetuſtis. *Non ſunt tam dextro* Heinſius. *candida* autem cur textui inſeruerit Broukhuſius, cauſſam non video. in omnibus enim codd. ſcriptis *condita.* quibus conſentiunt Borrich Groning. Leidenſes, Voſſiani, D'Orvilliani, ac mei, cum priſcis edd. hoc itaque repoſui *condere fila* de ſtamine minus recte dictum addit Broukhuſius. ſed probam locutionem eſſe conſtabit ex notis Patrui mei ad Valer. Fl. I. 531. ad Ovid. III. A. A. 672. & Lib. I. Faſt. 186 ubi *condita fila* quae hic dicuntur, confert cum illo Statii Lib. I. Silv. 2. 23. *dies Parcarum conditus albo vellere.* ſimile eſt *conponere fatum* apud noſtrum Lib. III. El. XI. 63.

Sola Parin Phrygiae fatum conponere, ſola
Fallacem patriae ſerpere dixit equum.

Marklandus etiam adſcripſerat male editum fuiſſe *candida*, additis his veterum locis. „ ſic *condere* „ *fata* Virgilio X. Aen. 35. *aut cur nova condere* „ *fata. condere ſecula* Lib. VI. 793. *conditum* „ *genus humanum* Juſtino Lib. II. c. 6. *condere* „ *feſta* Ovid. VI. Faſt. 24. ubi forte legendum, „ *Cui placuit numeris condere feſta tuis.* pro *Cum* „ *placuit.* & ut hic *condita fila*, ſic *facta ſtami-* „ *na* IV. Triſt. I. 64. haec ille. ultimo tamen Ovidii loco mallem,

Stamina de nigro vellere tracta mihi.

vel *ducta.*

75. *Averſis Chariſin cantas: averſus Apollo*
Poſcitur invita verba pigenda lyra]

optimam hanc N. Heinſii emendationem recepit Broukhuſius. corruptiſſimae enim codd. MSS. & vetuſtiſſimarum edd. lectiones locum valde deturpaverant. *Accerſis lacrimis cantas* in Neapol. duobus Leidd. tribus Voſſ. Heinſiano, utroque D'Orvill. & meo primo. niſi quod *lacrimas* in Neap. & D'Orvill. pr. *cantus* in primo Leid. & Neap. *canis* Voſſ. quart. *Arceſſis lacrimis cantus*, *adverſus* in Groning. *Arceſſis lacrimas cantus adverſus Ap.* in Askewiano. Fluctuat valde & ſe torquet Paſſeratius, ut veterem edd. lectioni, *Accerſis lacrimis cantus, adverſus Apollo*, (quod & in Venetis Reg. Lep. Volſci & aliis antiquis edd. eſt) commodum aliquem ſenſum adfingat. & abſurda ſatis eſt Theod. Marcilii conjectura, qui in notis ad Horat. p. 43. legebat, *An cretus lacrimis cantas.* Beroaldus emendabat, *Adverſis Muſis cantas*, quod ſic inprobat Scaliger, ut notet, *ſi omnibus hoc modo omnia pervertere in bonis ſcriptoribus licet, nihil eſt quod in illorum ſcriptis difficultatem nobis pariat.* & ex ſuo codice adfert *Arceſſis lacrimis Charites.* quod ultimum *Charites* etiam eſt in ſec. Leid. neque tamen Beroaldus ſolo audacioris ingenii ductu ſic divinaſſe videtur, ſed forte membranas veteres inſpexit, in quibus ita invenerit. Certe in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſecundo Vaticano clare legitur *Averſis Muſis cantas, averſus Apollo eſt.* & ſic in quinto Vatic. ſed in quo *Adverſis*, & pro *cantas* in eodem *charites*, *cantus* in ſecundo. *adverſus Apollo* in duobus D'Orvill. & meo altero. Heinſius olim divinaverat in margine ed. Ald. *Averſae Lacheſi cantas.* ſed poſtea *Averſis Chariſin cantas: averſus Apollo Poſcitur* &c. praetuliſſe videtur. eum vide in notis Propertianis p. 740. in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. p. 299. & Lib. I. Adverſ. cap. 2. ubi multa in hac Elegia emendat. & praeclaram hanc Heinſii reſtitutionem inpenſe laudarunt Marklandus ad Statii Silvas pag. 74. & D'Orvillius ad Charit. pag. 773. *Averſis* enim firmatur ex Ovidii III. Am. 12. 17.

Averſis utinam tetigiſſem carmina Muſis.

Chariſin praeterea inhaeret codicibus, *Charites.* & Graecus ille datrivus genio Propertii convenit, ut *Dryaſin*, *Troaſin*, *Lemniaſin*, & ſim. vid. Heinſium ad Ovid. III A. A. 672. ubi hunc locum ſanavit, & Salmaſium de L. Helleniſt. pag. 142. *averſus Apollo* etiam melius, quam *adverſus* repetitionis cauſſa. ut *averſi Dii* & *adverſi* ſaepe

con-

Certa feram certis auctoribus; aut ego vates
Neſcius aerata ſigna movere pila.

confunduntur, licet differant vid. ad Lib. I. El. 1. v. 8. & Markland. ad Statii Silvas p. 282. & *Poſcitur* recte idem Heinſius reſtituit pro eo quod in omnibus antea ſcriptis excuſiſque *Poſcis ab invita*, ut praeter alios in duobus Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orvill. & meo utroque. & ſic adfert Neſtor in Vocabular. pag. 106, b. *Poſcit & Palatinus* Gebhardi, Askew. & D'Orv. ſec. ſed *Poſcitur*, ut in illo Horatii Lib. I. od. 32. 1. etiam correxerunt viri eruditi, *Poſcimur, ſi quid vacui ſub umbra Luſimus.* ubi vide Bentlejum, & Graevium in Epiſt. ad Heinſ. pag. 302. ita apud Statium XI. Theb. 365. in cod. Taurinenſi legitur *ſic annua pacta fidemque Poſcimur* pro *Poſcimus*. & in MSS. apud Plinium Lib. VII. Epiſt. 17. *Lyrica quae non lectorem, ſed chorum & Lyram Poſcuntur. invita Lyra* confirmare poteſt veram lectionem a viris doctis reſtitutam Ovidio III. Am. 9. 24. *Dicitur invita concinuiſſe lyra*, ubi antea male *invicta* edebatur. *verba pingenda* vitioſe in Palatino, & primis edd. Palmerianum *pagenda* merito rejecit Gebhardus. *pigenda verba*, quorum Apollinem & ipſum Propertium pigebit. Ovidius Epiſt. VII. 110. *Adde fidem, nulla parte pigendus erit.* & Epiſt. V. 44. *Praeterito magis eſt iſte pigendus amor.* ut pro *pudendus* ex cod. Puteaneo caſtigavit Heinſius, cujus notas illic vide.

77. —— *aut ego vates Neſcius aerata ſigna movere pila*] ſic legitur etiam in Regiis Borrich. Groning. utraque ed. Veneta, Reg. Lep. Volſci in ipſo contextu (ſed in notis *haud*) utraque Aldi, Juntina, & Gryphii. ſed *haud ego* in Colot. Vatic. pr. ſec. & quinto, Leid. ſec. Voſſ. tert. altero D'Orv. & ed. Beroald. Colin. Rovill. Mureti Aldina, Canter. Scalig. Douſar. Rapheleng. aliiſque. prius tamen a Paſſeratio & Broukhuſio adſeritur loco Virgilii X. Aen. 630.

Nunc manet inſontem gravis exitus: aut ego veri
Vana feror.

ubi etiam *haud* in aliis MSS. ut ſemper fere haec variantur. ſed ſenſu ſaepe unum pro altero requirente. vide notas ad Lib. III. Aen. 43. ita hoc in loco *aut* viris doctis praeferendum videtur, ut minuat artis ſuae jactantiam; aut ego vera praedicam, aut genethliacae & aſtrologiae inperitus ſum, & verſare neſcio ſigna coeleſtia in *pila aerata*, ſeu ſphaera ex aere rotunda, ut recte exponit Paſſeratius. *pilam aeratam* Gellio Lib. III. cap. 10. vocari κρικώτην *ſphaeram*, notavit viri eruditi manus ad oram ed. Scaligeranae, & ſequentia, ſubſcripto *Th. Marcilii* nomine addiderat, „ σφαίρᾳ κικωτῇ ex cincellis, quae „ σφαῖρας καλάμου Luciano in Nigrino (Tom. I. „ pag. 41. ed. Hemſterh.) καλάμου ſcilicet χαλκοῦ, „ ac ſi populariter diceres, ex filo orichalci. ſic „ muſicum inſtrumentum ἐκ χαλκῶν καλάμων „ Theodoreto de Provid. pag. 48. apud Lucianum locus ille in mendo nam ſcriptum ibi „ Καλανοῦ σφαῖρα. Rob. Titius crp. 17. Lib. II. „ Loc. Controv. corrigit incorrecte *Calani ſphaera.* Nec Scaliger in Titium expedivit. Mens „ itaque Propertii eſt, Non ſum ego vates rudis ſphaerae, ſive inſcius Aſtrologiae, *movere* „ *ſigna aerata pila* eſt ſigna Zodiaci movere, „ vertere, ut ſolitum Aſtrologis, in pila ſive „ ſphaera aerata, ſive ἐκ καλάμων χαλκῶν. qualis „ motatio illa ſignorum ſive curſio infra v. 103. & ſeqq. quae forte ſunt illa, quorum indicium facit Joh. Brodaeus in notis ad d. l. Luciani, ubi ſcribit, Theod. Marcilium de hac ſphaera κάλάμου plura moniturum. alteram vero lectionem *haud ego vates Neſcius* tueri poteſt Homeri locus, e quo haec & ſequentia videntur deducta eſſe, ubi Halitherſes vates & augur Ithacenſibus praedicit, Ulixem poſt peractos errores in patriam rediturum, & de procis uxoris vindictam ſumturum, adfirmatque ſe vaticinandi artem bene edoctum certa ſeu vera dixiſſe, eaque ab eventu *fidem* inveniſſe, ut hic etiam Horos jactat in libris ſuis *nil prius eſſe fide*, ſeu veritate. & v. 88. *meam firmant nunc duo buſta fidem.* quomodo conjectaneis ſuis fidem acquirebant veridici. Locus eſt Lib. II. Odyſſ. 170. & ſeqq.

Οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι. ἀλλ' εὖ εἰδώς.
Καὶ γὰρ ἐκείνῳ φημὶ τελευτηθῆναι ἅπαντα,
Ὥς οἱ ἐμυθεόμην. ——
Φῆν κακὰ πολλὰ παθόντ', ὀλέσαντ', ἀπὸ πάντας
ἑταίρους, &c.
Οἴκαδ' ἐλεύσεσθαι. τάδε δὴ νῦν πάντα τελεῖται.

& huic regerens Eurymachus ſuam quoque augurandi doctrinam longe majorem adfirmat v. 180.

Ταῦτα δ' ἐγὼ σέο πολλὸν ἀμείνων μαντεύεσθαι.
Ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο.
Φοιτῶσ'. —— additque v. 187.
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τόδε καὶ τετελεσμένον ἔσται.

Me creat Archytae ſoboles Babylonius Horos,
Horos, & a proavo ducta Conone domus.
Dü mihi ſunt teſtes, non degeneraſſe propinquos,
Inque meis libris nil prius eſſe fide.
Nunc precium fecere Deos & fallitur auro
Jupiter, obliquae ſigna iterata rotae.

Dixi

79. *Me creat Archytae ſoboles Babylonius Horos, Horos, & a proavo ducta Conone domus*] *Horops*, *herops*, vel *Orops* in meis MSS. Leid. pr. & ſec. Voſſ. pr. tert. & quarto, ſec. D'Orv. meiſque. *orobs* Borrich. *Oros* Colot. & pr. Vatic. *heros* Neap. a man. ſec. *Orops* Regii, Groning. Mentel. Heinſian. & primae edd. *Herops* in cod. Harlej. Muſei Britann. *Arch. proles B. orops* in Aſkewiano. *Horus*, vel *Horos*, Aſtrologi nomen, genus ſe deducere jactans ab Archyta, Geometra inſigni, cujus mentio apud Horat. I. od. 28. 2. ubi vid. Torrent. mox *Oron et* Regius, vel *Horon et*, in primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, D'Orv. ſec. *Herops* & Leid. ſec. & Voſſ. tert. a man. ſec. ſed *Heron et* a man. pr. *Horon* v. c. Fruter. *Oron* Groning. Borrich. *Oros et* Colot. pr. & quint. Vatic. *Horon*, at Heinſius in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. p. 297. probante Graevio Ep. ſeq. vel *Heroum a proavo* in marg. ed. Ald. Marklandus adſcripſerat, „ *Diu eſt quod* „ *vidi legendum eſſe*, Horon, *ex ſenſu. Horos* „ *Babylonius creavit me* Horon, *id eſt filium* „ *ſuum*, *& ejuſdem nominis. ſum* Horos ab „ Horo *confirmat codex D'Orvillii*, *& prima ed.* „ *an.* 1472. pro *Conone* male in primo Leid. Voſſ. Heinſiano, & meo utroque *canone*. de Conone vide Cerdam, Guellium, alioſque interpretes ad Virg. Ecl. III. 40. & ad notas ſuas ineditas ad Catull. Carm. LXIII. 7. remittebat Broukhuſius, in quibus alios indicavit, qui de Conone egerunt. & vide ibidem Vulpium. deinde *Babylonius Horos* non a patria ſed profeſſione dicitur. ut in Epigr. vet. Tom. I. Anth. Lat. pag. 32.

Perſidicique Mithrae Antiſtes Babylonie templi.

ut recte obſervavit Cl. van Goens ad Porphyr. de Antro Nymphar. pag. 16. & ad hunc locum monuerat Scaliger.

81. *Dü mihi ſunt teſtes, non degeneraſſe propinquos*] *ſint teſtes* in Borrich. Commeliniano Gebhardi, & primo Voſſ. ut variant etiam codices apud Ovid. Epiſt. XVII. 142.

——— *nullaque fidelem*
(*Di mihi ſint teſtes*) *luſimus arte virum.*

ubi *ſunt teſtis* in aliis. recte *degeneraſſe propinquos* in Regio, Neap. quinto Vatic. Mentel. Voſſ. Heinſiano, Groning. aliiſque codd. male *propinquis* in primis, & reliquis vetuſtis edd. quod poſterioris aevi ſcriptoribus magis uſitatum eſſe, oſtendunt exempla a Broukhuſio producta. ſed *degenerare* cum caſu quarto melioris ſeculi ſcriptores dicere amant. vide Heinſ. ad Ovid. III. ex P. Ep. 1. 45. & in Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. p. 297. & adde Barthium ac Marklandi notas ad Stat. Lib. III. Silv. 1. v. 160.

83. *Nunc pretium fecere Deos* &c.] *In pretium* Borrich. D'Orvill. pr. & meus ſec. & ſic in ed. Beroald. Perrejus adſcripſerat ſenſum loci hunc eſſe, *Lucratur ex mendaciis ſuis aſtrologiae & planetarum*, *quae ipſi non ad verum*, *ſed ad libidinem conſulentium proferunt. pis.* his fere ſimilia adſcripſerat ed. Scaligeranae eadem manus erudita, addito Marcilii nomine: *At nunc infidi ſunt Genethliaci*, *& auro accepto aut ſpe praemii reſpondent illi Planetarii Jovem eſſe in horoſcopo*, *qui Saturnus eſt. hinc Jupiter ipſe auro fallitur & Deos*, *id eſt planetas*, *Saturnum*, *Jovem*, *alios ſibi mercimonium fecere. & ſigna iterata obliquae rotae*, *id eſt orbis ſigniferi*, *cujus duodecim ſigna identidem iterantur*, *nempe a primo puncto in primum punctum arietis.* vide etiam hic Vulpii notas. ſeq. verſu forte legendum,

——— *& fallitur auro*
Jupiter. obliquae ſigna iteranda rotae.

ut major diſtinctio ponatur poſt *Jupiter*. Zodiacum ſignari idem Perrejus notaverat, & ſic Livinejus, & Paſſeratius ad v. 104. hujus Elegiae. *iterata* vero Zodiaci *ſigna* Vulpius exponit duplicata, quia ſex ad Boream, ſex ad Auſtrum vergunt. In multis autem codicibus MSS. & edd.

hic

Dixi ego quum geminos produceret Arria natos,
(Illa dabat natis arma vetante Deo.)
Non poſſe ad patrios ſua pila referre penates.
Nempe meam firmant nunc duo buſta fidem.
Quippe Lupercus, equi dum ſaucia protegit ora,
Heu ſibi prolapſo non bene cavit equo.
Gallus at in caſtris dum credita ſigna tuetur,
Concidit ante aquilae roſtra cruenta ſuae.
Fatales pueri, duo funera matris avarae,
Vera, ſed invito, contigit iſta fides.

Idem

hic ſequuntur verſus 105. uſque ad v. 108. quos excipiunt v. 71. & 72. ſed de ordine horum verſuum vide Th. Marcilium ad Horat. Lib. II. od. 17. pag. 49. qui ita diſponendos cenſet, ut exhibuit Broukhuſius, ita ut poſt hunc verſum ſequatur, *Dixi ego quum geminos* &c. & poſt v. 104. etiam collocat Marcilius v. 105. *Feliceſque Jovis ſtellae* &c. cum tribus ſequentibus, ut edidit Scaliger.

85. *quum geminos produceret Arria natos*] *Actia* Mentel & Leid. pr. *Accia* in meo ſecundo. *perduceret* in ſola Gryphii ed. an. 1551. inveni, quum tamen in omnibus ſcriptis editiſque antiquis conſtanter *produceret* legatur. illam igitur Gryphianam oportet ſecutam eſſe Wechelianam Francofurtenſem, unde Gebhardus operam luſit, quum in notis *produceret* legendum monuit. non recte Paſſeratius interpretari videtur, quum Arria filios ſuos ad bellum ſequeretur, verbo funeſto, praedixiſſe aſtrologum, fore ut ſalvi domum non redirent. nam *produceret* eſt proſequeretur, honoris cauſſa comitaretur extra domum. Ovidius Epiſt. XIII. 139. & ſeqq. loco ſimillimo:

Ipſa ſuis manibus forti nova nupta marito
Inponet galeam, barbaraque arma dabit.
Arma dabit: dumque arma dabit, ſimul oſcula ſumet.
(*Hos genus officii dulce duobus erit.*)
Producetque *virum; dabit & mandata reverti:*
Et dicet: Referas iſta, face, arma Jovi.

ubi de hac ſignificatione verbi *producere* vide Patrui mei notas. & ad Valer. Fl. V. 382. *deducere* Senecae de Tranq. Anim. cap. XI. de Sejano, *Quo die illum Senatus deduxerat, populus in fruſta diviſit.* de quo vid. Broukhuſ. ad Tibull. I. 4. 80 & Oudend. ad Cic. II. de Invent. cap. 1. *dabit natis* in primo D'Orvill. & meo ſecundo.

87. *ſua pila referre penates, Nempe meam firmant* &c.] *ſua fila* Mentel. Leid. pr. Voſſ. & D'Orvill. ſec. *Nempe* recte ſervant codices, non *Namque*, licet haec ſaepe inter ſe conmutentur. amat noſter hanc vocem in certa adfirmatione. infra El. V. 42. *Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.* & El. XI. 4. *Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.* vide Patrui mei notas ad Ovid. II. Met. 474.

89. *Quippe Lupercus, equi dum ſaucia protegit ora*] optime Heinſius & Marklandus emendabant *eques dum ſaucia protegit ora*, hoc puto ſenſu, dum ipſe equo inſidens, ſed vulneratus, ora ſua protegit, equum regere & flectere ita neglexit, ut eo prolapſo ipſe etiam ceciderit. vulgata lectio quam incommoda ſit, ex contorta Paſſeratii expoſitione colligere licet. qui *Lupercum* nomen viri Romani, non ſacerdotis eſſe, monuit, & mox *Gallum*, Luperci fratrem, qui ſignifer, dum conmiſſam ſibi Aquilam tuetur, corruit. *tibi prolapſo* Borrich. Groning. Voſſ. pr. & meus.

91. *Gallus at in caſtris* &c. *Concidit ante aquilae roſtra cruenta ſuae*] *Gallus &* in utroque D'Orv. & meo ſecundo. mox *ſigna cruenta* in Borrich. Groning. ſecundo Leid. Voſſ. pr. & quarto, & in tertio pro varia lectione ſuperſcr. meoque priore. nec aliter laudat hoc diſtichon Donatus in vita Virgilii.

93. *Fatales pueri*] *Ferales* Heinſius ex conjectura.

94. *Vera, ſed invito, contigit iſta fides*] *in uno* vitioſe in primo D'Orv. & meo altero. legendum cum Heinſio *invitae*, matri nempe, aliter vulgata referenda ad aretalogum, ut ille dicat,

Zzzz ma-

Idem ego, quum Cinarae traheret Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram,
Junoni votum facite inpetrabile, dixi.
Illa parit. libris eſt data palma meis.
Hoc neque arenoſum Libyae Jovis explicat antrum,
Aut ſibi conmiſſos fibra locuta Deos.

Aut

maluiſſe ſe libros ſuos fide caruiſſe. *conſtitit* mallem pro *contigit.* male *concidit* in priore Gebhardi Palatino.

95. *quum Cinarae traheret Lucina dolores*] *Cinyrae* Groning. *Cinarae* Neapol. *Cynarae* in meo priore. *concinarae* in Venet. 1475. & Reg. Lep. *Cinaram* hanc eamdem eſſe, quam amavit Horatius, notat Scaliger. certe ſimilis nominis puella ei memoratur Lib. IV. od. 1. 4. & od. 13. 21. aliiſque in locis. ſed recte codici ſuo adſcripſerat Broukhuſius, eodem jure *Lalagen* Horatii Lib. I. od. 22. 23. & Lib. II. od. 5. 16. eamdem eſſe, cujus meminit noſter infra El. VII. 41. Sine dubio ab antiquioribus puellis nomina amicarum ſuarum deducere amabant veteres.

96. *Et facerent uteri pondera lenta moram*] *humeri* vitioſe in Borrich. Groning. Heinſiano, & meo priore. ex hoc loco forte apud Ovid. Epiſt. XI. 38. ex MSS. praeferendum,

Jamque tumeſcebam vitiati pondere ventris,
Pigraque *furtivum membra gravabat onus.*

primus verſus eſt ex conjectura Patrui mei, quia *venter* rectius dicitur *pondere tumeſcere*, quam *pondera ventris tumeſcere*, licet etiam legi poſſet,

Jamque tumeſcebat vitiatus pondere venter.

ut Epiſt. XVI. 44.

Jam gravidus juſto pondere venter erat.

& ſic forte corrigendum apud Martialem Spectacul. Ep. XIV.

Sus fera jam gravior maturi pondere ventris.

non *pignora*. licet alibi *pignora uteri* apud poëtas occurrant. altero verſu *Aegraque* in vulgatis Ovidii editionibus circumfertur. ſed *Pigraque* in meis codicum Lovan. & Hafnienſ. Excerptis. ut Lib. II. Am. 13. 20.

Quarum tarda latens corpora tendit onus.

97. *Junoni votum facite inpetrabile, dixi*] *Junonis facite votum* in Mentel. primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, binis D'Orvillii, ac meis. *Junonis* etiam in Regiis, & Askew. quomodo in aliis ſaepe locutionibus variatur in MSS. ut *ad vota Herculi* vel *Herculis reddenda* apud Juſtin. Lib. XI. c. 10. & *Herculi* vel *Herculis decumas ferre* Lib. XVIII. cap. 7. & ſim. vide ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 361. mallem vero hic emendari *Junoni votum facito*, ut ad Cinaram referatur. quod ſuadent ſequentia, *Illa parit.* neque Paſſeratii conjecturam probo, *votum facite, inpetrabite, dixi.* quum ipſe è Plauto & Livio, exempla adferat, e quibus conſtet *inpetrabile* vocem eſſe probam. de qua vide Dur. Caſellium Lib. I. Variar. cap. 9. & Vales. ad Ammian. Marc. XIV. 8. neque ſequenti verſu cum N. Heinſio reponendum *verbis meis*; *libros* enim aretalogus vocat praedictiones e libris ſuis petitas. ut ſupra v. 82. *Inque meis libris nil prius eſſe fide.* inepte *labris* in codd. Regiis. *& data palma* in Borrich. & Heinſiano.

99. *Hoc neque arenoſum Libyae Jovis explicat antrum*] *Hoc quoque* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *Libyci Jovis* in Regio, ſecundo Leid. & Voſſ. tert. ut in Aldina altera, Rovill. Gryph. Canter. Rapheleng. Douſarum, aliiſque. Ovidius in Ibin v. 315.

Utque Jovis Libyci templum violare parantis.

& ſic Voſſius Lib. II. de Idol. Gent. cap. XI. & D. Heinſius ad Silium. Lib. I. 88. cujus filius apud eumdem v. 189. illius libri, praetulit *Primi ductorum Libyes* pro *Libyci. Jovis Libiae* verbis male tranſpoſitis, in ed. Venet. 1475. & Reg. Lep. pro *Libyae Jovis*, quod in Mentel. Heinſian. Leidenſib. Voſſianis, Groning. Borrich. prima Ald. Juntina, & Colin. *Libie* Neapolit. *Libyae genus* in Voſſ. quart. *Libyos Jovis explicet antrum* ad oram ed. Ald. conjecerat Heinſius. in notis autem Propertianis pag. 741. emendabat,

Hoc neque arenoſo Libye Jovis explicet antro.

ad

Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas :
  Umbra neque haec magicis mortua prodit aquis.
Adſpicienda via eſt coeli, verſuſque per aſtra
  Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.
Feliceſque Jovis ſtellae, Martiſque rapacis,
  Et grave Saturni ſidus in omne caput.

Quid

ad loci hujus illuſtrationem faciunt, quae notavit Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 9. 3. *arenoſum* Jovis Ammonis in Libya *antrum* vocat, ut Catullo Carm. VII. *Oraclum Jovis inter aeſtuoſi.* ubi vide Vulpium, & Dauſquejum ad Silium Ital. pag. 155. dein *fibra locuta* opponitur *mutis* & *tacentibus fibris*, quae mali ominis ſigna portendebant ut Silio Ital. I. 138. *fibraeque repente Conticuere.* ubi vid. D. Heinſ. Ovid. Lib. VII. Met. 600.

Fibra quoque aegra notas veri monituſque Deorum Prodiderat.

vide ſupra ad Lib. II. El. 21. 36.

101. *motas cornicis ſenſerit alas*] *ſenſerat* in Groning. & primo Voſſ. illuſtrant hunc locum quae obſervat Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Pall. v. 124. pag. 715.

102. *Umbra neque haec magicis mortua prodit aquis*] *Umbraque ne magicis* in Colbertino, Mentel. primo Leid. & meo ſecundo. *Umbra neque &* v. c. Perreji. *Umbraque nec magicis* in primo Regio. D'Orvill. priore, & ed. Mureti. *Umbra neque a magicis* in altero. *Umbra neque e magicis* in primo & ſec. Vatic. *Umbra nec haec* in quinto. *Umbra nec in* Borrich. *Umbrane quae* Neapol. *Umbrave quae* Turnebus XXIII. Adverſ. 6. *prodita venit* in Askew. *Umbraque cui magicis* Heinſius. per *magicas aquas* quid intelligendum, obſcurum eſſe dicit Barthius ad Stat. III. Theb. 559. ad hydromantiam referunt Caſaub. ad Apulej. Apolog. pag. 154. & Pricaeus pag 110. de aqua Avernali, ſeu Stygia, qua magae in ſacris ſuis utebantur, quaque adſpergebant ea, quibus nocere volebant, capiendum monuit Patruus meus ad Ovidium Lib. I. Am. 14. 40.

103. *Adſpicienda via eſt coeli, verſuſque per aſtra Trames, & ab Zonis quinque petenda fides.*]

verſuſque in Mentel. Borrich. Colbert. Heinſiano, Askew. primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis *urſuſque* corrupte quidem in ſecundo Leid. ſed quod favet Heinſio *ſurſuſque* conjicienti ad oram ed. Ald. *via coeli* optime illuſtratur a Paſſeratio, ut paſſim *coeli*, *Solis*, & *ſiderum viae* dicuntur poëtis, apud quos ſaepe *vices* ſubſtituerunt alii. vide Patrui mei notas ad Virg. I. G. 418. & Drakenb. ad Silium Ital. Lib. XV. 812. nihil tamen hic variant codices, neque apud Virg. II. G. 477.

—— *coelique vias & ſidera monſtrent.*

Manilius Lib. I. 525. de Sole, *nec mutare vias & in artum vertere curſus.* & plus ſemel apud eumdem diverſo nonnihil ſenſu *Solis* & *anni viae* notant extremos terminos. Virgil. VI. Aen. 797. *Extra anni ſoliſque vias.* Minutius Felix cap. 6. *ſic imperium ſuum ultra ſolis vias & ipſius Oceani limites propagavit.* vid. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 186. ſequente verſu *& a ſtellis quinque* emendat Scaliger, quia Zonae non faciunt ad genethliacen, ſed ſtellae. Eum vide in notis ad h. l. & ad Manil. p. 384. ſed Janus Douſa Fil. erudita nota oſtendit nihil mutandum, & *Zonas* hic pro ipſis ſtellis, ſive earum orbibus, poni, vel planetis quinque, quia in harum numerum ſeptenarium Solem & Lunam non admiſerunt veteres. locis ab eo prolatis adde illud Senecae Lib. II. Nat. Quaeſt. cap. 32. *quinque ſtellarum poteſtatem Chaldaeorum obſervatio excepit. Quid tu? tot millia ſiderum judicas otioſa lucere?* vide & Cicer. I. Tuſc. Diſp. cap. 28. *petunda fides* in meo cod. ſecundo.

105. *Feliceſque Jovis ſtellae, Martiſque rapacis*] hoc & ſequens diſtichon, quod antea in codd. MSS. & edd. vetuſtis legebantur ſupra poſt v. 84 huc tranſpoſuit Scaliger, & Th. Marcilius ad Horat. pag. 49. & hunc ordinem recepit Broukhuſius. *ſtellas* in Regiis, Groning. Askew. primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis. *rapaces* emendabant Livinejus & Marklandus. propter praecedens *Felices*.

Quid moveant Piſces, animoſaque ſigna Leonis,
  Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.
Exemplum grave erit Calchas: namque Aulide ſolvit
  Ille bene haerentes ad pia ſaxa rates.
Idem Agamemnoniae ferrum cervice puellae
  Tinxit, & Atrides vela cruenta dedit.
Nec rediere tamen Danai. tu diruta fletum
  Supprime, & Euboïcos reſpice, Troja, ſinus.

15. Nau-

107. *Quid moveant Piſces, anim. ſigna Leonis,*] *moneant* legendum putabat Livinejus. idque a tertio & quarto Voſſiano: meo ſecundo, & libris Paſſeratii confirmatur, & ab edit. Beroaldina. idque Guyeto placebat. eo ſenſu *monere* pro praedicere ſaepe occurrit, de auguriis, prodigiis, oraculis, & ſim. ſed paſſim cum *movere* permutatur. Virg. I. G. 353.

Ipſe Pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret,
Quo ſigno caderent Auſtri.

ubi in aliis *movere*. vide illic notas. ſic apud Ovidium II. Met. 639. *fatorum arcana monebat* ex MSS. praeferunt viri docti, pro *movebat*, vel *canebat*. & apud Lucanum Lib. I. 631.

—— *ſuperi, quaecumque monetis*
Pandere me populis.

ut legitur in MSS. pro *movetis*, quod tamen tam in illo quam hoc Propertii loco, *Quid moveant Piſces*, tuetur, & exemplis aliis adſtruit Oudendorpius. apud Statium Lib. III. Sylv. 2. 52. legebat Gronovius, *quamvis monet ominis horror* pro *movet*, quod multis tamen defendit Marklandus, qui huic etiam verſui adſcripſerat, *movere* hic idem notare, quod *captare* apud noſtrum Lib. III. El. 3. 51. *quid flamine captet Eurus*. Virgilio Lib. I. G. 462. *quid cogitet humidus Auſter*. & *parare* eodem ſenſu Lib. II. Aen. 121.

—— *quid fata parent, quem poſcat Apollo.*

ita enim legendum cenſebat, non *cui fata parent*.

108. *Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua*] *Laetus* ex ſuo MS. ſecundo edidit Broukhuſius. cui ex noſtris codicibus favent Mentelianus, primus Leid. & quartus Voſſ. ſed in reliquis omnibus, & edd. vetuſtis *Lotus* ſuum locum conſtanter poſſidet. *lotus aqua Heſperia*, id eſt, Heſperio mari merſus, quia Capricorno occaſum ſeu occidentis partes adſignant. vide hic Livinejum & Scaligerum tam in notis ad h. l. quam ad Manil. pag. 361. & optime hanc lectionem defendit Withofius in Miſcell. Obſerv. Novis Tom. I. pag. 146. 147. ubi in loco Manilii Lib. V. 67. ſimiliter emendat *lotus ab undis Heniochus*. firmatque ex Seneca in Hippol. v. 750. *modo lotus undis Heſperus*. quo loco *lotus* hic etiam tuetur Vulpius. Germanicus in Arateis v. 288. de Capricorno:

Cum primum Aegocero ſemper properare videtur
Oceano merſus ſopitas condere flammas.

& auctor Epigrammatis veteris de XII. ſignis in Zodiaco, T. II. Anthol. Lat. pag. 321.

Dum ſurgit Cancer, Capricornus mergitur undis.

Propertio igitur ſuam ſcripturam reſtituendam cenſui.

109. *Exemplum grave erit Calchas: namque Aulide ſolvit* &c.] in meo utroque male ſic interpungitur, *Exemplum grave erit: Calchas* &c. & in ſecundo *nam quae*. mox pro *rates* in quinto Vaticano & Voſſ. tertio *trabes*. de Aulidis portu claſſibus & navibus ſolventibus iniquo vide quae Scaliger notavit ſupra ad Lib. III. El. 5. 53. ubi ſimul illuſtrat locum Senecae in Medea v. 622. ad quem vide Gronov.

113. *Nec rediere tamen Danai. tu diruta fletum*
Supprime, & Euboïcos reſpice, Troja, ſinus.]

Supprime, *Troja* male repetitur in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *Euboïcos*, ſeu Caphareos, *ſinus* vocat, quas *cautes Euboïcas* Virg. XI. Aen. 260.

—— *ſcit triſte Minervae*
Sidus & Euboïcae cautes, ultorque Caphareus.

quae illic Graeco Baſſi Epigrammate & Propertii locis

Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Graecia preſſa tuis.
Victor Oïlide, rape nunc, & dilige vatem,
Quam vetat avelli veſte Minerva ſua.
Hactenus hiſtoriae. nunc ad tua devehor aſtra.

In-

locis optime illuſtrat Valens Guellius. *ſinum Euboïcum* etiam dixit Ovidius in Ibin. v. 342.

Viſcera ſic aliquis ſcopulus tua figat, ut olim
Fixa ſub Euboïco Graja fuere ſinu.

& Sabinus Epiſt. I. 76.

Illum Troja virum non laeſerat: ille furentem
Nauplion, Euboïcos tranſieratque ſinus.

& huic loco vicem commentarii praebet Auctor Culicis v. 354.

Inmoriturque ſuper fluctus & ſaxa Capharei,
Euboïcas & per cautes, Aegeaque late
Litora, cum Phrygiae paſſim vaga praeda peremtae
Fluctuat omnis in aequoreo jam naufraga tractu.

ubi vide Scaligerum. & confer noſtrum Lib. III. El. 5. 54. & ſeqq.

—— *claſſem non ſolvit Atrides,*
Pro qua mactata eſt Iphigenia mora:
Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga quum vaſto Graecia tracta ſalo eſt.

de Nauplii dolo, ignibus accenſis Graecorum claſſem in perniciem adtrahente, illic nonnulla notata ſunt, quibus adde Meurſ. ad Lycophr. v. 385. & Broukhuſ. ad h. l. *ultorem ignem* in uno Regio *exuviis ſuis* Neapol. duo Regii, Colbertinus, Mentel. Modianus ſeu Groning. duo Leidenſes, tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, cum primis edd. *En natat* Heinſius.

117. *Victor Oïlide, rape nunc, & dilige vatem,*
Quam vetat avelli veſte Minerva ſua]

O *Iliade* in Regiis, Colbertino, Mentel. Excerpt. Scalig. Heinſiano, Askew. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meiſque, & Veneta 1475. Reg. Lep. ac Volſci edd. quibus fere conſentit cod. Neapol. in quo *Oiliade.* ut corrigebat Paſſeratius. *Oilide* in Beroaldina, utraque Aldi, Juntina, Colin. Rovill. Gryph. aliiſque. *Oliade victor* in Groningano, quod ex Poſthiano, qui idem codex eſt, etiam adfert Livinejus, ſed lectionem ineptiſſimam vocat. *dilige navem* in primo Leid. *ratem* in Voſſ. pr. *rape nunc & dilige raptam* in Vatic. quinto, & Beroaldi codicibus. Caſſandram nempe, quam rapuit Ajax Oilius, vel *Oileus* nomine Patris ita dictus, licet ipſe Ajax non fuerit *Oileus*, ſed *Oilides*, ut hic magis proprie vocatur. de qua vocis ſcriptura vide Heinſ. ad Ovid. XII. Met. 622. & Patrui mei notas ad Gratii Cyn. v. 103. unde patet recte editum *Victor Oïlide. raptam nunc dilige vatem* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. *dirige* vitioſe in Askewiano. *Quem vetat* male in Regiis, Colbertino, & primis edd. pro *veſte* in v. c. Ant. Perreji *ſede*, ut in Colotiano, primo & ſec. Vatic. & libris Paſſeratii, qui ex aliis etiam profert *avelli ex aede.* ſed quod gloſſema opinor lectionis *ſede.* idque Heinſius in ſuis etiam codd. inveniſſe teſtatur Lib. I. Adverſ. cap. 2. cui hoc praeferendum videtur pro *veſte*, quod defendit Broukhuſius, & de amiculo, quo contectum erat Palladis ſimulacrum, interpretatur. *aedes* vero & *ſedes* paſſim inter ſe permutantur, ubi de templis vel locis, quae a Diis incoluntur, & *ſedes* eleganter dicuntur, ſermo eſt. vide notas eruditorum interpretum ad Ovid. X. Met. 229. & ad Claudian. Epith. Honor. v. 254. στέγην, ſeu *domum*, vocat Lycophron Caſſandr. v. 361. ubi vide Canteri & Meurſii notas. & quae hic *ſedes Minervae* eſt Propertio, eadem in re *templum* & *adyta* dicit Virg. II. Aen. 404.

Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo
Crinibus à templo Caſſandra, adytiſque Minervae.

ad hunc Caſſandrae raptum, navemque Ajacis ira Palladis naufragium paſſam, refert Domit. Calderinus illud Statii Lib. II. Silv. 7. 50.

Nocturnas alii Phrygum ruinas,
Et tarde reducis vias Ulixi,
Et puppem temerariam Minervae,
Tritâ vatibus orbitâ, ſequantur.

119. *nunc ad tua devehor aſtra*] *devear* in Neapol. hoc eſt, *devehar*, ut in Regiis, Colbertino, Groningano, duobus Leidd. tribus Voſſ. Heinſiano, utroque D'Orv. meis, & primis edd.

Incipe tu lacrimis aequus adeſſe novis.
Umbria te notis antiqua penatibus edit.
Mentior? an patriae tangitur ora tuae?
Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo,
Et lacus aeſtivis intepet Umber aquis,
Scandentiſque arcis conſurgit vertice murus,
Murus ab ingenio notior ille tuo.

Oſſa-

non ad tua in Voſſ. tertio. altero verſu *tu lacrimis aequus adeſſe tuis* exſenſu ipſo correxerat Marklandus, & *tuis lacrimis* interpretabatur tuis fatis lacrimoſis vel lugubribus, quae in ſequentibus praecinit vates; addens, ſaepe has voces in MSS. conmutari. *tum lacrimis* Voſſ. tert.

121. *Umbria te notis antiqua penatibus edit*] *noctis* corrupte in Heinſiano & meo priore. *natis* D'Orv. ſec. ſed in Menteliano & primo Leidenſi legitur, ſ*votis*. *noti penates* & mox *tenues lares* v. 128. an bene hic conveniant viderint alii. deinde Marklandus legebat,

——— *an patriae* tenditur *ora tuae,*
Qua nebuloſa cavo &c.

123. *Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo, Et lacus aeſtivis intepet Umber aquis,*]

Quam nebuloſa in meo utroque, & Heinſiano, ex quo ſuo vetuſto, ut ait, codice ſic legit ad Claudian. I. in Rufin. v. 383. ut *rorare*, pro irrorare, ponatur cum quarto caſu. quemadmodum *manare*, *ſudare mella*, & ſim. de quibus vide ad Anthol. Lat. Tom. I. pag. 10. ſed recte Broukhuſius *Qua* praefert, pro, quo loco, qua parte, Mevania patriam tuam campo nebuloſo irrorat. Heinſianam emendationem etiam rejecit Schurzfleiſch. in notulis ad Th. Donnolam de Patr. Propertii pag. 39. qui *rorat* non eo ſenſu, quo alii, ad rorem refert, quem vetant nebulae, ſed ad loci declivitatem, & *qua* de loco ſeu ea parte intelligit. in cod. Regio, *Quam nemoroſa cavo rotat.* corrupte, ut & in meo priore *canis rotat.* ſequenti verſu, *Et ſacer aeſtivis intepet imber aquis* in primo Vaticano, & Perreji codice. ut in ſuis MSS. inveniſſe Jo. Metellum ſcribit Sciopius in Paradoxis Liter. Epiſt. XIII. aegre licet credente Broukhuſio, tale quid haberi in codicibus, qui ad hunc uſque diem eruditis innotuerunt. *imber* etiam in Voſſ. tertio *Et labor* Leid. ſec. *aeſtivus* Voſſ. pr. *Ut lacus aeſtivis intempet* vitioſe in Heinſiano, & meo priore *uber* in Askew. ſec. Leid. & altero D'Orvill.

125. *Scandentiſque arcis conſurgit vertice murus, Murus ab ingenio notior ille tuo*]

Locus variis difficultatibus, ad Propertii patriam ſpectantibus, obnoxius. *Scandentiſque axis* in pleriſque codd. & Vaticano quinto, Askew. Leid. ſec. tribuſque Voſſ. & ed. Volſci ac Beroaldi, qui per *axem* clivum adſurgentem intelligunt. & ſic in Aldi utraque, Juntina, Colin. Rovill. Gryphii, aliiſque. *Scandentiſque aſis* in Neapolitano, Groning. primo Leid. & D'Orvill. ſec. primis edd. Venetis, & Reg. Lep. quod ex codice Puccii etiam adſcripſerat Ant. Perrejus, addens, *forte nomen oppiduli ſui natalis, poſiti in vertice montis.* Gyraldus Dial. IV. de Hiſt. Poët. adfert hoc modo,

Scandentiſque Aſſis conſurgit vertice murus.

idemque conjicit ſupra v. 65 legendum,

Scandentem ſi quis cernet de vallibus Aſſem.

licet ipſe fateatur audaciorem eſſe conjecturam. refert autem ad *Aſſiſiam* vel *Eſſiſiam*, (*Axim* vel *Aſſim* dictam) unde ortum adfirmat Propertium. *Aſis* etiam nomen montis proprium videbatur Lipſio, a quo dictum oppidum *Aſiſium* Propertii patriam ſtatuit, Lib. V. Antiq. Lect. cap. 10. ſed quem refutavit Scaliger, qui axes pro collibus aut clivis editis capit, & non Mevaniam, ſed Ameriam, Propertii patriam, intelligendam, multis contendit. Scaligero non ſine verborum acrimonia ſe oppoſuit Scioppius in Paradoxis Literariis, negatque *axes* illa ſignificatione apud ullum optimi aevi ſcriptorem occurrere, neque Ameriam, intelligi poſſe & praeterea *ſacer imber* non *lacus Umber* verſu praeced.

idem-

Oſſaque legiſti non illa aetate legenda
Patris, & in tenues cogeris ipſe Lares.
Nam tua quum multi verſarent rura juvenci,
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.
Mox ubi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo,
Matris & ante Deos libera ſumta toga:

Tum

ex vetuſtis exemplaribus legit. cujus partibus adhaeret Vulpius in Prolegomenis primae editionis. forte Tudertinum fuiſſe Propertium adſcripſerat Heinſius ad v. 65. huj. Eleg. remittens ad Silium Ital. VI. 645. illis verſibus:

Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis
Projecta in campis nebulas exhalat minertes,
Et ſedet ingrentem paſcens Mevania taurum.

Scandentique altus in Perreji cod. & primo Vaticano, ut ex MSS. Jo. Metelli Scioppius d. l. & ſic codex Iſaaco Voſſio inſpectus. Sed haec omnia operoſe diſcuſſit Thaddaeus Donnola in libro de patria Propertii §. XL. uſque ad §. XCII. qui Hiſpellum ejus natale ſolum fuiſſe ducuit, de quo plura in fronte hujus editionis ad initium Libri I. notata ſunt. *arcis* contra Scaligerum praefert etiam Huetius ad Manil. III. 351. Heinſius etiam ad oram ed. Ald. conjecerat *Candentiſque arcis*, vel, *Scandentis ſaxi*. altero verſu male in Excerptis Scalig. & D'Orvill. ſecundo, *Murus ab ingenio notior ille meo.* quod petitum ex v. 65. huj. Eleg. hic enim loquitur aretalogus, quem ſcommate pulcherrimo ad illa ipſius Propertii verba,

Scandentes ſi quis cernet de vallibus arces,
Ingenio muros aeſtimet ille meo.

hic adludere, & tacite poëtae jactantiam perſtringere notaverat Marklandus. *Purus ab ingenio* vitioſe in Heinſiano & meo priore.

128. *& in tenues cogeris ipſe Lares*] *congeris* vitioſe in Borrich. & tertio Voſſ. *colligis* in Regio. *eſſe Lares* Voſſ. quart. & Askew. *iſſe* in v. c. Perreji, primo & ſec. Vatic. ac D'Orv. ſec. quod & Lipſio placuit. & Palmerio ex MS. in Spicilegiis pag. 812. *ire* legiſſe Meurſium notat Gebhardus, ſed cum aliqua viri eruditiſſimi contumelia. *ipſe* in primis aliiſque antiquioribus edd. quod recte a Broukhuſio probatur. *Matris* in Heinſiano & meo primo.

129. *Nam tua quum multi verſarent rura juvenci,*
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.]

non multi in meo ſecundo. an voluit librarius *Quum tua non multi?* ſed huic lectioni obſtant *excultae opes.* *ſervarent* in Colbertino. *terga* vitioſe in Askew. altero verſu male in Voſſ. quarto *occultas.* & corrupte *Parthica* in meo altero, & *partica* in Askewiano. Salmaſius ad Solin. Tom. I. pag. 673. profert,

Abſtulerat patrias pertica triſtis opes.

& perticam de groma agrimenſoria exponit. Ant. Perrejus orae ed Ald. adſcripſerat, „ *an de haſta* „ *auctionaria belli civilis loquitur, an de pertica* „ *manipulari, ut direptionem militarem ſignifi-* „ *cet.* Ovid. (III. Faſt. 117)

„ *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,*
„ *Unde maniplaris nomina miles habet.*

male etiam Lipſius Lib. III. Variar. Lect. c. 23. explicat tamquam bona patris Propertii haſtae fuiſſent ſubjecta, quum agros militibus adſignatos, eique ablatos fuiſſe indicet. ut in Valerii Catonis Diris v. 45.

Pertica quae noſtros metata eſt inpia agellos,
Qua noſtri fines olim, cinis omnia fiant.

ubi memoriae vitio Scaliger in hoc Propertii verſu adfert, *Abſtulerat miſeras.* vide quae illic notavi Tom. II. Anthol. Lat. p. 658. 659.

131. *Mox ubi bulla rudi demiſſa eſt aurea collo,*
Matris & ante Deos libera ſumta toga]

demiſſa in majori codicum & veterum editionum numero. licet Marklandus *dimiſſa* praeferret ut edidit Broukhuſius, hoc eſt, collo ademta, exuta. & hoc probat Marcilius ad Perſ. pag. 126.

ante

Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat Apollo,
Et vetat inſano verba tonare foro.
At tu finge elegos, fallax opus: haec tua caſtra:
Scribat ut exemplo cetera turba tuo.
Militiam Veneris blandis patiere ſub armis,

Et

ante Deos matris ad ſacra in Capitolio peracta refert Berneccerus ad Suet. Aug. cap. 26. pag. 133. *collo matris* abſurde ab aliis jungi notavit Paſſeratius. ſed *Matris ante Deos* notat, ante lares & penates Matris, quibus in materna domo bullam auream puerilem adpendiſſe & dedicaſſe, & ante eoſdem Lares liberam ſeu virilem togam ex matris arbitrio induiſſe, innuitur, patre jam mortuo, ut patet ex v. 127. vide Turneb. Lib. XXIII. Adverſ. cap. 6. Caſaub. ad Perſium Sat. V. v. 30. p. 376. & 377. & Abram. ad Cic. pro Caelio cap. 4. p. 297. 298. ita de Marcellij adoptione in familiam Juliam, quae ante lares domeſticos fiebat, ſumta virili toga, locum noſtri ex Lib. III. El. 16. 12. *amplexo Caeſaris eſſe focos*, interpretabatur Scaliger. togam vero puram, depoſita bulla aurea & praetexta, die tyrocinii induebant pueri ingenui ex voluntate patris, vel, eo defuncto, ex arbitrio matris vel tutorum, ut notum eſt. tunc enim vitae liberioris iter ingrediebantur, unde *libera* dicebatur haec toga virilis. ſupra Lib. III. El. 13. 3.

Ut mihi praetextae pudor eſt velatus amictu,
Et data libertas noſcere amoris iter.

ubi vide notata, & Paſſeratium ad h. l.

133. *Tum tibi pauca ſuo de carmine dictat Apollo,*
Et vetat inſano &c.]

de crimine cantat in Regio. forte legendum *de culmine dictat.* de vertice montis Parnaſi. receptam lectionem *ſuo de carmine* Marklandus exponebat pro de ſuis carminibus, mutato numero. *cantat* etiam pro varia lectione in Excerptis Scalig. Leidenſi altero, & in margine tertii Voſſ. ac ſecundo D'Orvill. Sed vide ad Lib. II. El. 1. 3. ubi pari variatione in MSS.

Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo.

quod illic etiam praetuli pro *cantat*. deinde pro *inſano foro* perperam *foco* in Voſſ. tertio, *toro* in altero D'Orvill. imitari videtur Virgilium Lib. II. G. 502.

Inſanumque forum & populi tabularia vidit.

quod cum hoc loco etiam confert Valens Guellius. elegantiam verbi *tonare* illuſtrant Heinſii notae ad Claudian. Conſul. Prob. & Olybr. v. 208. & vide quae ſupra notavi ad Lib. III. El. 15. 40.

135. *At tu finge elegos, fallax opus*] *Et tu* in Regio altero, Colbertino, & Borrich. *Ac tu* in D'Orvill. primo, & meo ſec. *Aut* Groning. ſed recte *At tu* in Colot. & primo ac ſec. Vatic. *felix opus* olim conjecerat Broukhuſius. ſed rejeciſſe poſtea videtur. *pellax opus* Heinſius emendabat in notis ad Virg. IV. G. 443. aptum nempe ad puellas exorandas. & ſic apud Horatium Lib. III. od. 7. v. 20 legebat Bentlejus, *Et peccare docentis Pellax hiſtorias movet.* pro *Fallax*, ubi plura de hac voce. ita paſſim *pellax Ulixes*, pro *fallax*, Virgilio aliiſque ſaepe reſtituere amabat Heinſius. de quo vide ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 540. dein *Scribat & exemplo* in ſec. Leid. & Voſſ. tertio *cetera verba* in primo D'Orvill.

137. *Militiam Veneris blandis patiere ſub armis*] *phtiare* in Mentel. Regio, Groning. & primo Leid. in quo etiam *eras* in fine ſeq. verſus. *ſub annis* primum in Aldinis, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque edd. excuſum conparuit. nam in cod. Perreji, ſecundo Vatic. Mentel. Heinſiano, utraque Veneta, Reg. Lep. Volſci, & Beroaldi ed. *ſub armis* legitur. quod recte praetulit Gebhardus, & edidit Broukhuſius, quia hoc & ſeq. diſticho perpetua eſt a re militari tranſlatio. & remittit ad Ovidii Lib. I. Am El. 9. qua tota Elegia caſtra Amoris & Martis elegantiſſime conferuntur. hinc *mereri ſub Amore* apud eumdem Lib. II. El. 9. 23.

Me quoque, qui toties merui ſub amore puellae,
Defunctum placide vivere tempus erat.

ſed

Et Veneris pueris utilis hoſtis eris.
Nam tibi victrices, quaſcumque labore paraſti,
Eludet palmas una puella tuas.
Et bene quum fixum mento decuſſeris uncum,
Nil erit hoc. roſtro te premet anſa ſuo.

Illius

ſed de ſinceritate locutionis *mereri ſub amore puellae* non inmerito illic in notis ſuis dubitat Patruus meus, cum *mereri ſub aliquo* frequens ſit, ideoque emendat,

Me quoque, qui toties merui ſub Amore, puella Defunctum &c.

ut *defunctus puella* dicatur, quomodo *defungi amore, defungi militia*, & ſim. *defunctus puella* eſt, qui *puellis nuper idoneus* Horatio. id certe praeferendum conjecturae Marklandi, qua in notis ad Statium Lib. IV. Silv. 5. pag. 217. ſcribendum cenſet.

Me quoque, qui toties merui ſub Amore, duello *Defunctum* &c.

quod probabo, quamprimum aliquis oſtendat Ovidium uſquam *duelli* voce uſum fuiſſe, aut ullum aevi Auguſtei poëtam elegiacum. idem Marklandus orae codicis ſui Propertiani adſcripſerat, obſervandum eſſe in hoc diſticho occurrere octo voces in *is* exeuntes. talia homoioteleuta ſaepe apud alios poëtas inveniuntur, quorum numerum hic non inibo, ſed uno tantum huic non diſſimili defungar exemplo, in quo eodem in diſticho quinquies idem eſt ſonus apud Tibullum Lib. I. El. 8. 13.

—— *tacitis qui leniter undis,*
Caeruleis placidus per vada ſerpis aquis.

altero verſu *utilis hoſpes eris* in tribus Vaticanis.

139. *Nam tibi victrices, quaſcumque labore paraſti,*
Eludet palmas una puella tuas.

Jam tibi v. c. Perreji, & primus Vatic. *victrici labore* Heinſius, forte quia *tibi victrices palmas tuas* inconcinnius exiſtimabat. id certe valde inconcinnum adſentior. ſed vel ideo emendandum arbitror,

Eludet palmas una puella duas.

Eludit in Neap. Borrich. Mentel. Excerpt. Scalig. Heinſiano, Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. in codd. Regiis *eludit* & *eludat.* quod ultimum etiam eſt in primis aliiſque vetuſtis edd. *Elidet* in quinto Vatic. oppoſitione inter *unam* & *duas* non invenuſta. ut praedicat horoſcopus, Cynthiam ſolam de Lycinna, aliaque ejus Phyllide, quas primis annis amarat, triumphaturam. hinc Lib. II. El. 1. 57.

Una meos quoniam praedata eſt femina ſenſus.

certe triumphum inſignem de Propertio, cum duabus puellis Teïa & Phyllide deprenſo, egit Cynthia, quod elegantiſſima Elegia deſcribitur infra hoc libro El. VIII.

141. *Et bene quum fixum mento decuſſeris uncum*] *Ut bene* in Colotiano, primo & quinto Vatic. *confixum* in eodem Colot. primo, ſecundo, & quinto Vatic. Perreji codice, Mentel. Groning. Heinſiano, Regiis, Colbertino, Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. & meo priore. *merito* pro *mento* in Excerpt. Scalig. Borrich. Voſſ. pr. & tert. Heinſian. & meo primo. *confixum merito diſcuſſerit* in meo ſecundo. *confixo merito diſcuſſerit* in altero D'Orvill. & ſuperſcr: *confixum mento. diſcuſſerit* etiam in utroque Leid. tribus Voſſ. Askew. & primis edd. in quibus etiam *confixum merito. deſcuſſeris* vel *deſcuſſerit* in aliis. *diſcuſſerit* tamen non admittendum. illuſtrant hunc locum, quae notarunt Th. Marcilius & Caſaub. ad Perſium Sat. V. 160. & vide Crucquium ad Horat. I. od. 35. 20. ubi adfert, *Ut bene cum fixum mento diſcuſſeris uncum. diſcuſſeris* etiam producit Abramus ad Cic. I. Philip. cap. 2. & *fixum diſcuſſeris uncum* probaſſe videtur Heinſius ad Ovid. Lib. I. Am. 6. 25. *decuſſeris* optimum videtur. dein *Nil premit hoc* in Mentel. primo Leid. & D'Orv. & meo ſecundo. *haec* in v. c. Fruter. & primo Vatic. & mox *noſtro te premat auſa* in Mentel. Askew. Heinſian. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. *noſtro te premat auſa tuo* Neapol. *mento te premat* D'Orvill. ſec. *premit* in Regiis, & pro varia lect. *premat* ut in Borrich.

Illius arbitrio noctem, lucemque videbis,
Gutta quoque ex oculis non niſi juſſa cadet.
Nec mille excubiae, nec te ſignata juvabunt
Limina: perſuaſae fallere rima ſat eſt.
Nunc tua vel mediis puppis luctetur in undis,
Vel licet armatis hoſtis inermis eas,
Vel tremefacta cavo tellus diducat hiatu.
Octipedis Cancri terga ſiniſtra time.

ELEG.

143 —— *noctem, lucemque videbis,*
Gutta quoque ex oculis non niſi juſſa cadet]

lucemque ſubibis Heinſius. *Gutta quidem* in Vatic. quinto, & meo ſecundo. *nunc niſi juſſa* Neap. *juſta* D'Orvill. pr. *juſſae lacrimae*, ut apud Martial. Lib. I. Ep. 34.

Si quis adeſt juſſae proſiliunt lacrimae.

& Ovid. Epiſt. II. 52.

Credidimus lacrimis, an & hae ſimulare docentur?
Hae quoque habent artes, quaque jubentur, eunt.

145. *Nec mille excubiae, nec te ſignata juvabunt*
Limina, perſuaſae fallere rima ſat eſt.]

Nec nullae excubiae Mentel. Leid. pr. Voſſ. quart. & meus ſec. ut in primis edd. *nec ter ſignata* Excerptis Scalig. *ſignata* forte dicit obſignata, clauſa; ut explicat etiam Gruterus Lib. III. Suſpic. cap. 9. in fin. *Lumina* in Neap. Regio D'Orv. pr. meo altero, & primis edd. *perſuade* Borrich. Heinſian. & meus prior. pro *rima* vitioſe *prima* in Mentel. Modian. Neap. Borrich. duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, cum primis edd. ſupra Lib. I. El. 16. 27.

O utinam trajecta cava mea vocula rima
Percuſſas dominae vertat in auriculas.

ubi vide notata. & ad Lib. II. El. 13. 72.

Aut per rimoſas mittere verba fores.

49. *Vel tremefacta cavo tellus diducat hiatu*] *cavum* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vatic. *diducat* in Neap. & Borrich. *deducat hiatum* duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & meus ſecundus cum primis edd. *te ducat* Heinſius. vera lectio *diducat hiatu*, ut edidit Broukhuſius. & ſic praeter Groninganum in Voſſ. quarto, & meo primo. Auctor Octaviae v. 725.

Diducta ſubito patuit mihi
Tellus hiatu.

ubi *ſubducta* male in Leidenſi, & Trajectino a manu pr. vide Ciofani & Patrui mei notas ad Ovid. VIII. Met. 586.

150. *Octipedis Cancri terga ſiniſtra time*] *Occipitis contra terga* in meo ſecundo, ſed in marg. *at. octipedis. contra* etiam in primis edd. & *cave* pro *time* in primo D'Orv. meoque altero. *cautus* in Commeliniano Gebhardi. *Octipedem Cancrum* vocat, ut Ovid. I. Faſt. 313.

Octipedis fruſtra quaeruntur cornua Cancri:
Praeceps occiduas ille ſubivit aquas.

Ὀκτάπους πάγουρος in Epigrammate Statyllii Flacci Lib. VI. Anthol. Graec. Tit. 3. Ep. 14. Lucem huic loco optimam conciliant, quae viri eruditi manus adnotaverat ad ed. Scaligeranae marginem, addito *Marcilii* nomine: „ Tangit genituram Propertii Babylonius ille, ſub ſigno „ nempe Cancri, nam is teſtudine oritur ſive „ tergo. cujus quae *terga* vocat, Manilius *teſtudinem* dicit Lib. II. (v. 199.) bene ibi „ Scaliger *teſtam* & *teſtudinem* ψαλίδα eſſe notat, ſed non exprimit mentem Manilii poëtae ſui, diſtinguentis ortus Tauri, Geminorum, Cancri. at oportuit. nam ex ortus „ illius varietate pendent natalitia praedicta & „ apoteleſmata. *ſiniſtra* vero cancri orientis „ *terga* dicit, quia ſidus Cancri infelix, ut „ patet ex Julio Firmico Lib. VIII. cap. 20. par-

ELEG. II.

Quid mirare meas tot in uno corpore formas?
Accipe Vertumni ſigna paterna Dei.
Tuſcus ego, & Tuſcis orior: nec poenitet inter
Praelia Volſanos deſeruiſſe focos.

5. Haec

„ partes pleraeque omnes Cancri infauſtae.
„ Manilius Lib. IV. (459.)

„ *Nec Cancri prima immunis, nec tertia pars eſt.*
„ *Nec ſexta, octavae ſimilis, decimaeque peracta*
„ *Prima rapit* &c.

„ *Octipes Cancer* capiendus chelis exceptis, „ nam hae ſi numerentur, Cancri decem „ pedes ſunt. poſſunt tamen *Octipedes* vocari „ *Cancri* abuſione, chelis quoque ipſis adnu- „ meratis. *Octipes* enim pro *multipes* dicitur. „ Gloſſae ὀκτάπους, *millepes.* & in Excerptis, „ *Polypus*, ὀκτάπους. item, πολύπους. ὁ ὀκτάπους, „ *Poulypus*, *Multipes.* Senſus igitur loci eſt, Propertio neque naufragium, neque bellum, nec terrae hiatum timendum, ſed Cancri ſignum infauſtum ei cavendum eſſe, ſive id illius geniturae ſidus fuerit, ut cenſet etiam Beroaldus, ſive Cynthiae aſtrum natale, ut putat Paſſeratius.

ELEG. II.] FABVLA VERTVMNI inſcribitur in pleriſque codd. & edd. antiquis. DE DEO VERTVMNO in meo primo. confer cum hac Elegia Ovidium XIV. Met. 642. & ſeqq. ſcriptum eſſe hoc carmen a Propertio in ſtatuam Vertumni, in ejus templo, unde proſpectus patebat in forum Romanum, ut patet ex v. 6. notat Hotoman. ad Cic. I. Verr. cap. 59. pag. 559 ed. Graev. ubi in verbis Aſconii Pediani legitur *Signum Vortumni in ultimo vico Thaurario eſt*, ſed corrigendum *vico Turario.* quod firmat Acronis Horatii Scholiaſtae locus, quem adfert Broukhuſius ad v. 50. ubi & inſcriptionem marmoris Vertumno poſiti, & in iſto vico Tuſco inventi producit. de qua agit Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. pag. 516. vide & Cruſii probab. Critic. p. 139. nonnulla ad hanc Elegiam notavit editor Elector. Etonenſ. Minor. pag. 131 & ſeqq. Commentarius vero ille Jo. Annii Viterbienſis *in Vertumnianam Propertii* (hunc enim titulum praefixit) quem memorat Vulpius, ſed non inmerito *hominem fanaticae eruditionis & ſtrigoſae Latinitatis* vocat, editus exſtat in ed. Pariſienſi in fol. an 1604. ubi pag. 805. & ſeqq. inſertus habetur poſt Beroaldi adnotationes, qui in eo egit, ut oſtenderet Vertumnum cum Jano eumdem eſſe, & omnia Jani ac Vertumni epitheta Noacho convenire. qualia acumina nugacia ſuo libenter relinquimus auctori.

1. *Quid mirare meas tot in uno* &c.] *Qui mirare* Heinſius & Oudendorpius, ut in aliis libris eſſe teſtatur Paſſeratius. vid. & Cl. Schrader. cap. V. Emend. p. 90. & ſic Marklandus, id eſt, *tu qui miraris.* & addiderat, „ Scio „ iſtud Lib. III. El. 9. 1.

„ *Quid mirare meam ſi verſat femina vitam.*

„ ſed ibi eſt alia ratio. Horatius (Lib. I. od. 5. 1.) „ *Qui multa gracilis te puer in roſa. Quur mirare* in primo D'Orvill. *ſigna paterna mei* in Borrich. Heinſiano, & meo priore. pro *paterna* in Regio, primo D'Orvill. & meo ſecundo *petenda.*

3. *Tuſcus ego & Tuſcis orior, nec poenitet inter Praelia Volſanos* &c.]

a Tuſcis orior in primo Vatic. *& Tuſcis* Askew. Groning. D'Orv. ſec. *Tuſcus ego, Tuſcis orior* D'Orv. pr. in Regiis, Colbertino, meoque ſecundo, *Thuſcus ego, Thuſcis* &c. *et*, vel *è Tuſcis orior* Heinſius. male Broukhuſius edidit, *Tuſcus ego. Tuſcis orior.* & quamvis nihil difficultatis aut mendae in hac lectione ſtatuat Gebhardus, ultima tamen in *ego* non producitur apud Propertium, niſi locis corruptis, ut notatum eſt ad

Haec me turba juvat: nec templo laetor eburno:
Romanum ſatis eſt poſſe videre forum.
Hac quondam Tiberinus iter faciebat: & ajunt
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.
At poſtquam ille ſuis tantum conceſſit alumnis,
Vertumnus verſo dicor ab amne Deus.
Seu, quia vertentis fructum praecepimus anni,
Ver-

Lib. I. El. 8. 31. edidi itaque *Tuſcus ego & Tuſcis orior.* ut ad marginem ed. Graev. etiam correxerat Marklandus. metri igitur cauſſa hic inſerendum erat *& Thuſcis* vel *è Thuſcis orior.* quamquam Latinitatis ratione *Thuſcis orior* aeque rectum ſit ac *è Thuſcis.* ut docent Livii & Horatii loca a Broukhuſio producta. quibus adde, quae notavit Drakenb. ad Livium Lib. II. 6. 1. dein *Praedia* conjecerat Heinſius. *Volſinos* in quinto Vatic. v. c. Perreji & Borrich. *Volſanios* in Regiis, Neapol. meo ſecundo, & primis edd. *Volſcinios* in altero Leid. Voſſ. tertio, & D'Orv. ſec. *Volſcanios* Askew. ſed *Volſanos* in Mentel. Heinſiano, Groning. & meo primo (vid. Demſter. Etrur. Regal.) *Cluſinos* in primo Vaticano. quod ſoli Volſco veroſimilius videbatur. *Volſinos* praetulit editor Elector. Etonenſ. Minor.

5. *Haec me turba juvat*] *Haec mea turba* in Neapol. *Nec me turba juvat* primus Leid. tres Voſſ. & meus uterque, ut legebat Ayrmannus. *Ne me* Leid. ſec. *Haec me templa juvant* D'Orvill. pr. *Nec me tura juvant* conjecerat Paſſeratius, praeferens tamen Lipſianum *Haec me turba juvat.* quod à Colbertino, uno Regio Colot. Vatic. pr. & ſec. Groning. & primis edd. firmatur. *lector* in Mentel. & duobus Leidd. id eſt, *oblector*, ut legiſſe Annium Viterbienſem notat editor Elector. Etonenſ. Minor. *ſatis &* in Leid. & Voſſ. pr.

8. *Remorum auditos per vada pulſa ſonos*] *per vada ſulſa* in Mentel. & primo Leid. unde quis *ſalſa* poſſet elicere. ſed *pulſa* optime ſe habet. ita apud Horatium A. P. v. 65. *ſterilisve palus pulſataque remis* emendavit Marklandus in Explic. vet. Script. poſt notas ad Eurip. Suppl. pag. 262. 263. pro eo quod nunc editur *prius aptaque remis.* & ſic legendum conjecerat Cuningham Animadv. in Horat. Bentl. p. 209. & 210. aut *verſataque* vel *dudum actaque.* in Epitaphio, quod inſerui T. II. Anth. Lat. pag. XI.

Non ego caeruleam remo pulſabo carinam.

ut apud Gruterum, Fabrettum, alioſque legitur pro *ſulcabo.* Ovidius Lib. IV. Triſt. El. 1. 10.

Quique ferens pariter lentos ad pectora remos
In numerum pulſa brachia verſat aqua.

Tibullus Lib. II. El. 5. 34.

At qua Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulſa per vada linter aqua.

ubi *pulſa aqua* egregie pro inepta aliorum lectione *pulla*, id eſt, parva, vindicatur a Broukhuſio, probante Cl. Heynio, quod a meis codicis Schefferiani excerptis illic firmatur.

10. *Vertumnus verſo dicor ab amne Deus*] reſpicere volunt Propertium ad ſtatuam Vertumni ab Agrippa poſitam in ripa Tiberis, quum ille alveum vertiſſet, vel quia Vertumnus lacum Curtium in Tiberim averterit. Ovidius VI. Faſt. 410.

Nondum conveniens diverſis ille figuris
Nomen ab averſo ceperat amne Deus.

vide G. Fabricium ad Horat. p. 126. & hic Paſſeratium pag. 574. 575. paullo ante *tandem conceſſit* apud Annium legi notat editor Elect. Etonenſ. Minor. *rurſum conceſſit* Ayrmanno placebat. *ſuis campum* (vel *ſpatium*) *conceſſit alumnis* legebat Heinſius. Campum Martium intellige, quem ambit Tiberis, Varro IV. de L. L. pag. 12. *Itaque Tiberis amnis, qui ambit Martium campum & urbem. Oppidum Interamna dictum.*

11. *Seu quia vertentis fructum praecepimus anni*] ſic v. c. Fruter. Mentel. Leid. pr. & meus ſe-

Vertumni rurſus creditur eſſe ſacrum.
Prima mihi variat liventibus uva racemis,
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet.

15. Hic

ſecundus. *percepimus* in ſec. Leid. Voſſ. tertio & quarto, altero D'Orvill. meo primo, aliiſque & primis ac ceteris vetuſtis edd. ſed alterum recte admiſit & exemplis probavit Broukhuſius. adde Heinſii notas ad Ovid. Epiſt. XVII. 107. & ad IV. Faſt. 940. qui *praecepimus* ex cod. Voſſ. & Menteliano etiam praefert Lib. I. Adverſ. cap. 2. ut de primitiis fructuum, quae Diis agricolis offerebantur, quos inter etiam Vertumnus erat, intelligatur. vid Gebhard. I. Crep. 1. *Praecerpſimus* etiam legi poſſet. ut apud eumdem Ovid. Epiſt. XX. 143. *Quis tibi permiſit noſtras praecerpere meſſes.* ubi ſimilis in MSS. varietas. vide illic notas.

12. *Vertumni rurſus creditur eſſe ſacrum*] *credidit* in pleriſque codd. quibus accedunt Askew. Groning. Borrich. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orv. mei. & edd. primae. *creditur* in v. c. Perreji. mendum procul dubio in voce *rurſus. vulgus credidit* in aliis MSS. legi notat Paſſeratius. *Vertumnum rurſum* apud Annium haberi notat editor Elect. Etonenſ. Min. & ipſe tentat *Vertumni, rus hunc credidit eſſe ſacrum*, eo ſeuſu, homines ruſtici crediderunt hunc anni vertentis fructum ſacrum eſſe Vertumni. ſed quis uſquam *rus credidit* pro ruſticis dixerit, probari nequit. addit autem, amicum ſe admonuiſſe legendum eſſe, *Vertumni fructum credidit* &c. ingrata vocis *fructum* iteratione. Ayrmanno etiam corrigendum videbatur,

Seu (ſubintell. *dicor*) *quia vertentis fructum praecepimus anni,*
Vertumno fructus creditur eſſe ſacer.

Vertumni rus ſe credidit eſſe ſacrum corrigit Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. ut *rus Vertumni ſacrum* dicatur pro *Vertumno ſacrum.* de quo vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 361. & quae ſupra notata ſunt ad El. I. huj. Lib. v. 97. idem tamen Heinſius *Vertumni Thuſcus credidit* etiam conjecerat in notis Propertianis pag. 741.

13. *Prima mihi variat liventibus uva racemis,*
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet]
hoc loco Heinſius opportune ſtabilivit emendationem ſuam apud Silium Ital. Lib. VII. 208.

Uviferis late florebat Maſſicus arvis
Miratus nemora & liventes ſole racemos,

pro *lucentes.* quae voces alibi etiam confunduntur. vid. Markland. ad Statii Silvas p. 65. ubi *liventes racemos* hoc in loco recte explicat illis Horatii Lib. II. od. 5. 10.

——— *jam tibi* lividos
Diſtinguet Autumnus racemos
Purpureo varios colore.

ſic enim vere reſtituit Bentlejus, & hoc Propertii verſu adſtruit, non *varius colore.* Auctor Epigrammatis Graeci de Vere (quod *Meleagro* in MSS. tribuitur) ſub finem Lib. I. Anthol. Gr. Tit. 91. v. 11.

Ἤδη δ' εὐάζουσι φερεσταφύλῳ Διονύσῳ
Ἄνθεϊ βοτρυόεντος ἐρεψάμενοι τρίχα κισσοῦ.

quod ſic vertit Hugo Grotius:

Velatique hedera caput & livente racemo
Niſaei celebrant ovantes orgia myſtae.

cujus elegantiſſimi epigrammatis integram interpretationem Grotianam dedi in notis ad T. II. Anth. Lat. p. 351. praeferendam, ni fallor, Rittershuſianae ad Oppian. Lib. I. Halieut. pag. 200. & 201. ſic *liventes uvae, liventia pocula,* & ſim. ſaepe apud poëtas. & *pruna nigro liventia ſuco* apud Ovid. XIII. Met. 817. ubi etiam *lucentia* male in codd. MSS. ut ſaepe hoc verbum a librariis in alia fuit mutatum, atque e MSS. reſtituendum Martiali Lib. XIV. Ep. 157. *Nec tantum pullo liventes vellere lanas* pro *lugentes.* vel *lucentes*, ut in aliis. *variat* Gr. περκάζεται exponebat Douſa P. notis MSS. ad marg. ed. Rovillianae. de uſu verbi *variare* abſolute poſiti praeter Paſſeratium ad h. l. vide Cuningham ad Horat. Bentleji pag. 264. minore verſu *latenti* vitioſe in Voſſ. quarto. *lectenti* in tertio, & Leid. ſec. *ſpicea fronde* pro varia lectione in Exc. Scalig. reſpexiſſe videtur poëta illud Virgilii Lib. I. G. 315.

Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.

vide Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 633. his autem

Hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna
Cernis & aeſtivo mora rubere die.
Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona,
Quum pirus invito ſtipite mala tulit.
Mendax fama noces. alius mihi nominis index.
De ſe narranti tu modo crede Deo.
Opportuna mea eſt cunctis natura figuris:
In quamcumque voles verte, decorus ero.
Indue me Cois, fiam non dura puella:
Meque virum ſumta quis neget eſſe toga?

Da

---

tem verſibus indicari frugum primitias quae Vertumno libabantur, recte docuit Broukhuſius ad Tibull. Lib. I. El. I. v. 18.

Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,
Libatum agricolae ponitur ante Deo.

ubi *agricolam Deum* non de quocumque ruris numine, ſed ſolo Vertumno exponit. & ſic Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 8. qui etiam ad Terminum, de quo proxime praeceſſerat apud Tibullum, referri poſſe cenſebat.

15. *autumnalia pruna*] *poma* in Borrich. Voſſ. quarto, Heinſiano, & meo priore. & ſic adfert Bernard. Cyllenius ad Tibull. Lib. I. El. 1. 8. ſed ſequitur *pomoſa corona.* & *pruna*, quod & in Mentel. & reliquis codd. recte tuetur Broukhuſius, adducto inter alia hoc loco ex Copae Auctore v. 18.

Sunt & caſeoli, quos juncea fiſcina ſiccat:
Sunt autumnali cerea pruna die.

vide quae illic notavi. ibidem ſequitur v. 21.

Sunt & mora cruenta, & lentis uva racemis.

ubi *cruenta* vocat *mora*, quae Propertio *rubere* hic dicuntur.

18. *Quum pirus invito ſtipite mala tulit*] *Quum prius* corrupte in Borrich. Heinſiano, Askew. & primis edd. ſed recte Beroaldus emendavit *pirus*: quia reſpicit ad inſitionem, de qua loquitur Virgilius Lib. II. G. 33.

Et ſaepe alterius ramos inpune videmus
Vertere in alterius, mutatamque inſita mala
Ferre pirum.

Volſcus etiam licet in illius editionis textu *prius* legatur, in notis tamen ſuis *pirus* agnoſcit, quum exponit *pirus tulit mala, malum in pirum adoptatur. in muto ſtipite.* Vatic. quintus, & primus D'Orvill. *injuncto* in Colot.

19. *Mendax fama noces*] *vaces* in quinto Vatic. primo D'Orv. & meo ſecundo. *voces* in Voſſ. pr. minore verſu Gebhardum *veranti* pro *narranti*, ex veſtigiis cod. Pal. in quo *varianti*, reponentem merito exploſit Broukhuſius.

22. *In quamcumque voles verte, decorus ero*] ita recte editur, *figuram* nempe, male enim in ſec. Leid. & tribus Voſſ. *In quaecumque.* ut ex codice Livineji Guyetus, & ex Commeliniano praefert Gebhardus, in Heinſiano & meo primo *quemcumque.* in Palatino primo D'Orvill Askew. & meo ſecundo *In quacumque.* proba eſt recepta lectio *In quamcumque voles verte.* ut infra v. 47.

Quod formas unus vertebar in omnes.

ubi vide.

23. *Indue me Cois, fiam non dura puella:*
Meque virum ſumta &c.]

Chois in Neapol. primo Leid. primo & quarto Voſſ. & meo utroque. *Caeis* in primis edd. *fiam modo dura puella* in quarto Voſſ. ſed male. *non dura puella* eſt facilis, non ruſtica, nec votis adverſa, quia Coas veſtes gerere erat libidinoſarum; de molli inceſſu capit Douſa probante Livinejo. vide ad Lib. I. El. 2. 2. altero verſu praetuli *Meque virum ſumta quis neget eſſe toga?* licet *Atque virum* ex editionibus antiquis ediderit Broukhuſius, cui ſcripturae proxime accedit Borrichianus, in quo *Aeque virum. Jamque virum* in

Da falcem, & torto frontem mihi conprime foeno:
Jurabis noſtra gramina ſecta manu.
Arma tuli quondam, &, memini, laudabar in illis:
Corbis in inpoſito pondere meſſor eram.

Sobrius

in cod. Perreji, & primo ac ſecundo Vatic. ſed *Meque virum* agnoſcit longe major ſcriptorum codicum & editionum priſcarum numerus. ita enim in Colbertino, altero Regio, quinto Vaticano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. idque quinque codicum auctoritate probabat Marklandus, ad Statii Silvas pag. 289. & ſe ita editurum promittit. recte igitur me in ipſo Propertii textu ſic exhibuiſſe opinor, praeſertim quum ita jam editum fuerit in Aldina ſecunda an. 1515. Gryphianis 1551. 1561. Mureti Veneta 1558. Lugdunenſi Rovilliana 1559, Canteri, Douſarum Raphelengiana, & Wecheliana.

25. *Da falcem, & torto frontem mihi conprime foeno*] *Da facilem* vitioſe in Askew. ſenſum loci optime exponunt, quae ad oram libri ſui adnotaverat Lucas Fruterius, tranſlata a Ger. Falkenburgio in editionis Mureti exemplar, quod eſt in Biblioth. Leidenſi: „ *Veteres, quum „ illis, quae vulgo ferimus, caputiis & pileis „ carerent, & vel nudo capite eſſent, vel caput „ cucullo veſtis operirent, idcirco in magno aeſtu, „ qui foenum ſecabant, contra ardorem ſolis caput torto foeno tegebant. itaque ex foeno torto „ foeniſecem Propertius ſignificavit.* ſed haec totidem verbis leguntur apud Turneb. Lib XXIII. Adverſ. cap. 6. dein *germina* male in Voſſ. tertio. *gramina facta* in D'Orvill. pr. meo altero, & primis edd. *ſemina jacta* in Groning. & ſecundo D'Orv. in cujus tamen margine *gramina ſecta*. quae veriſſima lectio. *falx* enim non convenit illi, qui ſemina jacit. & ſic Ovidius XIV. Met. 645 de Vertumno:

Tempora ſaepe gerens foeno religata virenti
Deſectum poterat gramen verſaſſe videri.

gramina ſecta etiam Lib. II. El. I. 74. *Non Perimedea gramina ſecta manu.*

27. *Arma tuli quondam, &, memini, laudabar in illis:*
Corbis in inpoſito pondere meſſor eram.] Non diſplicet conjectura P. Francii, qui legendum putabat, *Arma tuli quondam, memini, & laudabar in illis.* Marklandus adſcripſerat, *argutius eſſet* in armis. *ut Virg. Aen. II.* 314. Arma amens capio, nec ſat rationis in armis. *ſed forte ſimplicitati Propertianae illud melius convenit.* locutionem *in illis* armis nempe, ſeu quum arma gererem, armatus eſſem, egregie illuſtrant quae praeter Paſſeratium ad h. l. notarunt Heinſius & Patruus meus ad Ovid. VIII. Met. v. 313. ubi bene reſtituerunt primis Neſtor in *armis*. & vid. Withof. in Specim. Gunther. pag. 42. *arma tuliſſe* Vertumnum inter alias ſpecies adſumtas, quum ad Pomonam aditum quaereret, indicat etiam Ovidius XIV. M. 651. *Miles erat gladio, piſcator arundine ſumta.* altero verſu *in illis meſſor eram* mendum latere olim ſuſpicatus fuit Broukhuſius, nam codici ſuo adſcripſerat: *atqui meſſorem egit diſticho praecedente. latet hic mendum.* ſed in editis notis nihil ea de re monuit. *meſſis* in Voſſ. tertio. An hinc legi poſſet *meſſis erat*? quia meſſem in corbe colligebant. & primo loco forte frondatorem innuit torto foeno etiam caput a ſolis ardore defendentem, hoc autem diſticho meſſorem. quod colligo ex illis Ovidii, quae vindicant lectionem receptam, Lib. XIV. Met. 643.

O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit, verique fuit meſſoris imago.

& v. 649.

Falce data frondator erat vitiſque putator.

Corbis ab inpoſito. in Colot. & quinto Vatic. D'Orvill. pr. & meo ſecundo. ut correxerat Heinſius, vel *at inpoſito. oppoſito* in primo Regio. *Corbis inpoſito* Borrich. & Askew. neglecta repetitione τοῦ *in*, nam in cod. Perreji, Menteliano, Colbertino, altero Regio, Groningano, primiſque edd. Venetis, Reg. Lep. Volſci & Beroaldi, *Corbis in inpoſito. Corbis & inpoſito* in Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Gryphii, aliiſque. ſed recte Broukhuſius *in inpoſito* tuetur, & loquendi elegantiam exemplis illuſtrat; quibus adde quae adfert Heinſius ad Valer. Fl. Lib. I. 486. & ad Lib. V. 349. qui hic tentaverat *Corbis item inpoſito.* alterum *in inpoſito* praeferebat Marklandus, non *at* neque *et*, ut alii. idque non

in-

Sobrius ad lites: at quum eſt inpoſta corona,
Clamabis capiti vina ſubiſſe meo.
Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Jäcchi:
Furabor Phoebi, ſi modo plectra dabis.

Caſſibus

inprobat Electorum Etonenſium editor, ſed vel hic *inpoſito*, vel ſequente verſu *inpoſta* ſuſpectum habet. & certe mox v. 33. iterum ſequitur *Caſſibus inpoſitis.* & v. 46. *flos inpoſitus fronti.* an forte hic ſubſtitui poſſet, ut abundantiam meſſis ſuae ſolito majorem jactet:

Corbis in inſolito pondere meſſor eram.

29. *Sobrius ad lites: at quum eſt inpoſta corona,*
Clamabis capiti vina ſubiſſe meo]

Sobrium ad lites Turnebus Lib. III. Adverſ. cap. 23. & Lib. XIII. cap. 6. exponit cauſſidicum, ſeu aptum ad cauſſas & advocationes. & eo fere ſenſu Volſcus jam interpretabatur *interdum in patronum* (vertebar nempe) *ſobrius, ab eo interdum ſumpta corona male ſobrium convivam me putabis.* adde Torrent ad Horat. Lib. I. Epiſt. 19 8. de locutione ipſa *Sobrius ad lites*, ut *Lygdamus ad cyathos*, & ſim. praeter ea quae Turnebus dedit, vide etiam quae notavi ſupra ad Lib. III. 21. 41. ſed praefero potius Paſſeratii interpretationem, ut profiteatur Vertumnus, ſe litibus & jurgiis, quae ebrioſorum ſunt, abſtinere, ſi ſobrius eſſet, ſed quum coronatus Baccho indulgeret, in jurgia pronum. Heinſium quoque offendiſſe videtur *inpoſta corona*, propter praecedens *inpoſito pondere*, & conjecerat, *at quum mihi ſumta corona eſt.* ſed mox ſequitur *arundine ſumta.* pro *clamabis* in Heinſiano & meo priore *Jurabis.* quod male repetitum ex v. 26. pro *ſubiſſe* in Groning. Askew. & tertio Voſſ. *ſubeſſe.* ut Livinej.

31. *Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Jäcchi:*
Furabor Phoebi, ſi modo plectra dabis.]

pro *mitra in* Borrichiano *myrto.* ſed ſinceritatem receptae lectionis tuetur Ovidius XIV. M. 654. de Vertumno:

Ille etiam picta redimitus tempora mitra.

& Baccho *mitra* optime convenit. ſupra Lib. III. El. 15. 30. hymno ad Bacchum:

Candida laxatis onerato colla corymbis.
Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.

pro *Jäcchi* vitioſe in Regiis *Achivi* & *Achei.* quorum unum etiam eſt in primis edd. alterum in omnibus fere codd. ut in Neapol. Excerpt. Scalig. Groning. Borrich. Askew. primo Leid. pr. & quarto Voſſ. ſecundo D'Orv. & meo utroque. altero verſu *Si mihi plectra dabis* legebat Francius. huic loco ſimile, eſt illud Sapphus apud Ovid. Epiſt. XV. 23.

Sume fidem & pharetram, fies manifeſtus Apollo:
Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

& conferri merentur quae in Epitaphio eleganti occurrunt ex Fabretto aliiſque edito in Tom. II. Anthol. Lat.

Si libeat thyrſum gravidis onerare corymbis,
Et velare comam palmite, Liber eris.
Paſcere ſi crinem & lauro redimire capillos,
Arcum cum pharetra ſumere, Phoebus eris.

hoc autem diſticho forte aptius ſequeretur poſt v. 24. illo ordine,

Indue me Cois, fiam non dura puella:
Meque virum ſumta quis neget eſſe toga?
Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Jäcchi:
Furabor Phoebi, ſi modo plectra dabis.

ſpeciem Jäcchi pro forma ponit. vid. Rhodium in Lexico Scribon. p. 443. forte tamen hic melius eſſet,

——— *faciem furabor Jäcchi.*

quia mox ſequitur, *Eſt etiam aurigae ſpecies Vertumnus* Ovidius XI. Met. 653.

—— *poſitiſque e corpore pennis*
In faciem Ceycis abit, formaque ſub illa
Luridus.

frequenter enim *ſpecies* & *facies* inter ſe commutantur in MSS. ut patebit ex locis Virgilii IV. G. 361. Ovidii Epiſt. II. 91. XV. Met. 252. Lucani VI. 758. Manilii Lib. I. 836. & apud alios paſſim. vel mox ſcribendum *Eſt etiam aurigae facies Vertumnus.* ut olim conjecerat Broukhuſius.

33. *Caſſi-*

Caſſibus inpoſitis venor: ſed arundine ſumta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.
Eſt etiam aurigae ſpecies Vertumnus, & ejus,
Trajicit alterno qui leve pondus equo.

Sup-

33. *Caſſibus inpoſitis venor: ſed arundine ſumta Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.*] *Caſſibus aſſumtis venor*, at in Askew. quod forte non ſpernendum propter frequentem vocis *inpoſitis* in hac Elegia recurſum, ut notavi ſupra ad v. 27. *aſt* in Regio. corrupte *rerior* in Borrich. & *verior* in meo priore. Fauni, qui aucupii Deus eſt, formam ſe induere dicit Vertumnus *ſumta arundine*, ut piſcatorem Vertumnus deſcribens Ovidius d. l. v. 651. *Miles erat gladio, piſcator arundine ſumta.* qua in re *calamum* vocat noſter mox v. 37. *piſces calamo praedabor.* ſic *calamum* de aucupio idem Ovidius Rem. Am. 802.

——— *alite capta*
Aut lino aut calamis praemia parva ſequi.

ubi imitatur noſtrum Lib. III. El. XI. 46.

Sive petas calamo praemia, ſive cane.

poſſis etiam *arundine ſtructa.* ut Lib. II. El. 15. 24.

Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles
Excipere, & ſtructo figere avem calamo.

optima N. Heinſii hoc in verſu conjectura, quam Aldinae editioni adſcripſerat,

Faunus viſcoſo *ſum Deus aucupio.*

quae egregie etiam adſtrui poteſt loco Petronii cap. 109. *Ecce etiam per antennam pelagiae conſederant volucres, quas textis arundinibus peritus artifex tetigit. Illae viſcatis illigatae viminibus deferebantur ad manus.* ubi Gonſalius *viſcatum* illud *aucupium* bene illuſtrat, & inter alia Graecum Eryeii Epigramma adfert, in quo *ἰξευτὴς δόναξ*, *viſcoſa arundo*, dicitur, Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. 12. Ep. 84.

Οἵ τε λίνοις βαίνοιτε πεποιθότες, οἵ τε σιδάρῳ,
Οἵ τε καὶ ἰξευτῇ λαθροβόλῳ δόνακι.

quos verſus male reddentem Interpretem caſtigat Gonſalius. plura de hoc aucupio vide ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 178. Ceterum quatuor verſus, qui apud noſtrum Lib. III. El. XI. v. 43. a v. 43. uſque ad v. 46. loco non ſuo aberrarunt, hic collocandos eſſe, illic ſuſpicatus ſum, ut ad venatorem & aucupem Vertumnum referantur, eo ordine,

Caſſibus inpoſitis venor: ſed arundine ſumta
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.
Et leporem, quicumque venis, venaberis, hoſpes.
Et ſi forte meo tramite quaeris avem:
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato:
Sive petas calamo praemia, ſive cane.

ſic enim & Fauni & Panis figuram induet Vertumnus, ſive aucupio ſive venatu opus ſit.

35. *Eſt etiam aurigae ſpecies Vertumnus, & ejus, Trajicit alterno qui leve pondus equo.*] *ſed etiam* in Regio. *auriga* in Heinſiano, & meo primo. *Eſt etiam aurigae ſpeciem* conjecerat Heinſius, vel, quia ſemper in prima perſona hic de ſe loquitur Vertumnus, *Eſt etiam aurigae ſpecie.* pro *& ejus* in variis MSS. & edd. priſcis *& haelus*, vel *aelus*, aut *elus*, tamquam *ejus* librariorum auribus ingratum ſonaſſet. unde infeliciter Paſſeratius formabat *& ollus* pro *& ille.* certe *ejus* vocem velut humi ſerpentem, a Virgilio aliiſque poëtis Epicis numquam adhibitam, Elegiacis rariſſimam, ex Horatii Lyrico carmine ejecit Bentlejus ad Lib. III. od. XI. 18. unico tantum producto Ovidii loco Lib. III. Triſt. 4. 27. licet Naſonem bis hac vocula uſum addat. alter illius locus eſt Lib. VIII. Met. 16. *ſaxo ſonus ejus inhaeſit.* ubi in duobus MSS. legi *ſaxo ſonus haeſit in illo*, Patruus meus notavit, qui licet vocem non facile adhibendam in carminibus agnoſcat, tamen non temere etiam ſine codicum auctoritate apud veteres ejiciendam cenſet, producens alium Tibulli locum Lib. I. 7. 25. & ipſius Propertii, ubi etiam in fine verſus, ut h. l. occurrit, infra El. 6. 67.

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.

Addi poteſt tertius Ovidii locus Lib. IV. ex P. Epiſt. 15. 6.

A meritis ejus pars mihi nulla vacat.

Bbbbb

neque

Suppetat hoc, piſces calamo praedabor, & ibo
Mundus demiſſis inſtitor in tunicis.
Paſtorem ad baculum poſſum curvare, vel idem
Sirpiculis medio pulvere ferre roſam.

Nam

neque refugit Gratius Cyneg. v. 224.

——— *ſi qua eſt, qua fallitur ejus*
Turba loci.

ſic *hujus* apud Virg. IV. G. 321. *quae gurgitis hujus Ima tenes.* & Ovid. IV. Met. 744. *tactuque induruit hujus.* eum quoque initio periodi non raro adhibuiſſe Virgilium notavi ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 396. noſter Lib. III. El. 18. init.

Credis eum jam poſſe tuae meminiſſe figurae.

recte igitur Bentlejus hoc in loco Propertii *ejus* ſine ſententiae diſpendio non poſſe abeſſe animadvertit, ſequente praeſertim *qui.* ut apud Horatium Lib. IV. od. 8. 18. *Ejus, qui domita nomen ab Africa Lucratus.* minore verſu *deſultorem* intelligi manifeſtum eſt. de quo vide Cael. Rhodiginum Lib. XXI. Lect. Antiq. cap. 30. Scalig. ad Manil. p. 391. & Lipſium Lib. III. de Milit. Rom. pag. 147. *Trajicit adverſo* in cod. Regio. *Trajicit alternos qui leve pondus equos* Heinſius in ora ed. Ald. pro *leve pondus* Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 166. *leve corpus* malebat: ut in margine libri ſui etiam correxerat Marklandus. & ſic olim Broukhuſius legendum ſuſpicabatur, ſed poſtea rejecit, & *pondus* ideo hic dici adnotavit, quia iſti deſultores erant armati.

37. *Suppetat hoc, piſces calamo praedabor*] corrupta ſcriptura eſt in nonnullis codd. in quibus *Suppet.* ut in Mentel. primo Leid. Heinſiano, & meo priore, in quo ſuppletum *Suppetat* a manu ſecunda. *Superat* Borrich. *ſupperat* Neap. Heinſius in marg. ed. Ald. conjecerat *Suppar huic. Suppetat, hoc piſces calamo* &c. Paſſeratius, ſubintellecto *ſi ſuppetat.* ſed rectius idem Heinſius & Marklandus *Suppetat hic*, calamus nempe. *ſuppetat* enim hic eſt, ſi uſu veniat. & ita edidiſſe Annium Viterb., nec aliter legere debuiſſe, qui interpunxerunt *Suppetat hac, piſces* &c. notavit editor Elect. Etonenſ. Minor. qui ipſe interpungit: *Suppetat; hoc piſces* &c. *Suppetat huc calamus, piſces praedabor* Guyeto placebat. deinde *mundus inſtitor*, pro eleganti & nitido, ut contra *inmundae Sabinae* Ovidio Lib. I. Am. 8. 39. quomodo praefert Heinſius pro *incultae*, & hoc loco firmat. & *tunicis* in D'Orvill. pr. *tunicis demiſſis* vide Ferrar. Lib. III. de Re Veſt. cap. 6. p. 190.

39. *Paſtorem ad baculum poſſum curvare*] ſic legitur in primo & quinto Vaticano, & ex cod. vetuſto protulit ac probavit Paſſeratius. quod ſecutus eſt editor Elect. Etonenſ. Minor. & ita conjeciſſe Francium notavit, atque adſenſus eſt Broukhuſius, licet *curare* ediderit, ut placuit olim Palmerio in Spicilegiis pag. 181. & Turnebo Lib. III. Adverſ. cap. 23. & Lib. XXIII. cap. 6. quod in multis MSS. & primis, aliiſque vetuſtis edd. etiam exſtat. & ſic Caſaub. ad Suet. Tib. cap. XI. circa fin. ubi locutionem verbi *curare* cum quarto caſu illuſtrat. Valens Acidalius ad Vellej. l. I. c. 95. & jam olim Volſcus *curare paſtorem* ita interpretatus eſt, ut dicat Vertumnus, ſe Pana fieri poſſe, cum libuerit, quia *Pan curat oves, oviumque magiſtros.* & inde *pecoris Deus & armenti cuſtos* Pan dicitur Ovidio II. Faſt. 271. 277. aliter Heinſius, cui id minus Latinum videbatur, ideoque *Paſtori ad baculum poſſim certare* emendabat Lib. I. Adverſ. cap. 2. & in notis Propertianis p. 742. hoc eſt, Paſtori certare poſſum ejus formam habitumque exhibendo. idem quoque Francius tentaverat *formare.* ſed quod minus adridet. *curvare* vera lectio eſt, quae Marklando etiam ſe commendabat, ut habitum paſtoris baculo incumbentis referat. Ovidius IV. Triſt. El. I. v. 11.

Feſſus ut incubuit baculo ſaxove reſedit
Paſtor, arundineo carmine mulcet oves.

Paſtor me ad baculum poſſum curvare, legebat Ayrmannus.

40. *Sirpiculis medio pulvere ferre roſam*] *Serpiculis* in pleriſque codd. & vetuſtis edd. niſi quod *Sepiculis* in Neap. *Scirpiculis* in Colot. *Serpiculus* in uno Regio, Askew. ſecundo Leid. primo & quarto Voſſ. & ſec. D'Orvil. de *Sirpiculis*

ſeu

Nam quid ego adjiciam, de quo mihi maxima cura eſt,
Hortorum in manibus dona probata meis?
Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre
Me notat, & junco braſſica vincta levi.

45. Nec

ſeu caniſtris vimineis, a *ſirpando*, ſeu ligando dictis, vide hic Beroaldum, & Interpretes ad illud Columellae Lib. X. v. 305.

Et vos agreſtes, duro qui pollice molles.
Demetitis flores, cano jam vimine textum
Sirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.

ubi *Surpiculum* ſcribitur in vetuſtiſſimo S. Germani codice. pro *cano* autem *raro vimine* conjecerat Heinſius. *ferre roſam* D'Orvillius exponebat, coronis nempe faciendis, quarum cum multus fuerit in urbe uſus & in his roſarum, hinc veroſimile videri notaverat, nonnullos agreſtes victitaſſe floribus, quos in urbem adportabant. certe Ovidius non obſcure indicat Romae peculiarem vicum fuiſſe ubi coronae nectebantur, Lib. VI. Faſt. 791.

Lucifero ſubeunte lares delubra tulerunt,
Hic ubi fit docta multa corona manu.

Plinius XXXV. 11. Glyceram memorat, quae venditando coronas ſuſtentaverat parpertatem. *medio pulvere* pro media aeſtate, vel media via pulverulenta exponit Paſſeratius, ſed Propertium, de Circo loqui, ubi ludorum ſpectatoribus roſae aliique flores vendebantur, notat Vulpius. certe Ant. Perrejus ed. Aldinae etiam adſcripſerat, *an medio pulvere, media arena theatri. ibi enim florales divendebant roſam.* & haec explicatio adjuvari poſſet loco Ciceronis I. in Verr. cap. 95. ex quo patet in Circum maximum iter fuiſſe ex vico Tuſco ac ſigno Vertumni.

41. *de quo mihi maxima cura eſt*] ſic in Broukhuſii editione, ex cod. Borrich. & Groning. & hanc lectionem probabat Marklandus ex imitatione Ovidii Lib. IV. Triſt. 3. 17. *Eſſe tui memorem, de quo mihi maxima cura eſt.* in aliis *fama.* ut in primo Leid. & pr. D'Orv. *fama eſt* in meo ſecundo. *maxima vis eſt.* in v. c. Fruterii. *quorum mihi* Francius. quod autem Broukhuſius interpretetur de Vertumni obſequio adverſus Pomonam, non ſine cauſſa rejicitur ab editore Elector. Etonenſ. Minor. pag. 135., quia nunc non de amoribus Vertumni, aut variis figuris ab eo adſumtis, ut aditum ſibi ad eam pararet, & *caperet ſpectatae gaudia formae*, ut ait Ovidius, ſed de oleribus hortorum agitur, & ideo intelligit curam quovis menſe ſaepius redeuntem ob infinitas ſationes & meſſes hortenſes, prae quibus ſimplex & rara arborum cura. *Tortorum in manibus* inepte in Groningano. ex hoc loco patet Vertumnum hortis eorumque proventui etiam praefuiſſe. quo referebat Heinſius locum Columellae Lib. X. 308. *Mercibus ut vernis dives Vortumnus abundet.* ut emendandum pro *Portumnus* notat Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 9. quod jam monuit Baptiſta Pius, & in noviſſima editione receptum eſt. Hoc autem diſtichon & duo ſequentia a librariis ſua ſede mota, & tranſponenda poſt v. 18. cenſet Cl. Schraderus Emend. cap. IX. pag. 167. 168.

43. *Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre*
Me notat &c.]

adfert hunc verſum Neſtor in Vocabulario pag. 34. in *caeruleus*, & pag. 40. b. in *cucumis.* & imitatur auctor Copae v. 22. Tom. I. Anthol. Lat. p. 715.

Eſt pendens junco caeruleus cucumis.

ubi vide. *caeruleus cucumis* eſt flavus ac caereus, non cyaneus. de quo vid. Micyll. ad Ovid. III. A. A. 184. ad hunc locum Gorius in Obſerv. ad Donii Inſcript. pag. 73. & 74. refert Tabulam IX., in qua Vertumnale ſacrum exhiberi cenſet, quia illic etiam *cucumeres*, *cucurbitae*, & *braſſicae* habentur. Tabula ipſa meretur inſpici, inſerta Inſcriptionum illarum Operi pag. 143. altero verſu *Me necat* in meo ſecundo. An forte *Me vocat*? id eſt curam meam poſtulat. hortorum enim *maximam* ſibi *curam* eſſe dixerat. deinde *junco braſſica juncta levi* in meo altero codice & primis edd. Heinſius vero ad ed. Aldinae marginem legendum conjecerat, & *tunica braſſica vincta levi.* „ ut *tunicae bulborum* Statio, & *tunicatum caepe. tunicae oculorum* Plinio Lib. XI. 37. & XII. 19. *tenues tunicae* Virgilio II. Georg. Juvenali Sat. XIV.

Bbbbb 2 „ tu-

Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter
Inpoſitus fronti langueat ante meae.
At mihi, quod formas unus vertebar in omnes,

Nomen

„ *tunica Lupini.* & *tunicae teſticulorum* Celſo „ Lib. VII. 24. Sed vulgatam *junco* non ſollicitari jubet locus ille ex Copae auctore modo prolatus. nam *junco* in faſcem flores, olera, & alia ligare ſolebant. Ovid. IV. Faſt. 870.

Textaque conpoſita juncea vincla roſa.

Columella Lib. X. 306.

Jam roſa diſtendat contorti ſtamina junci.

intelligit autem braſſicae caput expanſum junco vinctum. cujus uſus propter levitatem flexilem in vinciendo vel texendo erat multus. ſic *vimine junci detexta fiſcella* Tibullo Lib. II. El. 3. 15. *Tunc fiſcella levi* (*levis* ad h. l. legit Paſſeratius) *detexta eſt vimine junci*, ubi vid. Broukhuſ.

45. *Nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter Inpoſitus fronti langueat ante meae*] hoc etiam loco uſus eſt Heinſius ad ſtabiliendam egregiam in Ovidio emendationem Lib. II. A. A. 115. *Nec violae ſemper, nec hiantia lilia florent. hiare* enim de floribus patulis paſſim apud poëtas. vide quae notavi ad Lotich. pag. 103. ubi haec ita imitatur:

Nec lego purpureos in ſerta recentia flores,
Nec mihi flos pratis mollibus ullus hiat.

pro *decenter* Heinſius conjecerat *recenter. Inpoſuit* corrupte in Mentel. & Leid. pr. *inponere flores fronti* pro caput praecingere & coronare floribus vid. Bentlej. ad Horat. Lib. I. od. 7. 7. uno verſu hoc diſtichon expreſſiſſe Janum Secundum notavit Douſa P. (Lib. I. Eleg. Sollem. 2. pag. 22.)

Inpoſitae fronti mecum languete corollae.

47. *At mihi, quod formas unus vertebar in omnes*] diſtichon hoc Guyeto ſuſpectum fuiſſe notat Heinſius. vellem cauſſam addidiſſet Guyetus. *Et mihi* in primo & ſec. Vatic. *ſic mihi* editio Annii Viterb. *Ac mihi* Ayrmannus. *vertebat* in Leid. ſec. *formas in omnes* ſe unum verti hic dicit Vertumnus, ut apud Ovid. XIV. Met. 685. *formaſque apte fingetur in omnes.* & *multas figuras* ei tribuit v. 652. *per multas aditum ſibi ſaepe figuras Reperit.* XI. Met. 653.

In faciem Ceycis abit, formaque ſub illa Luridus.

vel, ut olim edebatur, *ſumtaque figura.* noſter ſupra v. 21.

Opportuna mea eſt cunctis natura figuris:
In quamcumque voles verte, decorus ero.

corruptus eſt Senecae locus de Periclymeno in varias formas, inſtar Vertumni, a Neptuno converſo, in Medea v. 636.

Sumere innumeras ſolitum figuras.

quod repugnat Sapphici verſus legibus. Reponendum arbitror,

Sumere inverſas ſolitum figuras.

nam *innumeras* depravatum fuit ex ſimili ſono praecedentis verbi *Sumere.* imitatur autem illud Ovidii XII. Met. 557. de eodem:

——— *cui poſſe figuras*
Sumere, quot vellet, rurſuſque reponere ſumtas,
Neptunus dederat.

ſic *ſumere vultus* de Fortuna Lib. V. Triſt. El. 8. 18. *formas* autem Vertumno reſtituendas opinor elegantiſſimo Tibulli loco Lib. IV. 2. 13.

Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
Mille habet ornatus, mille decenter habet.

ubi *decenter habet* ex Ovidii imitatione eſſe notarunt Douſa & Broukhuſius. ſed nihil mendi latere ſuſpicati ſunt, ut nec alii poëtae cultiſſimi editores vel interpretes. In minoris verſus ſecunda ſede alteram deſiderari puto vocem, quae variam Vertumni figuram augeat, praeſertim quum in Sulpicia non ſolum ornatum, ſed non unam venuſtatis, & diverſam decoris dotem, qua conſpicienda omnium oculos in ſe convertebat puella, enumerat in praecedentibus. in vulgata autem lectione *mille decenter habet* vel repetendum *ornatus*, vel aliud quid ſubintelligendum, aut *ornatus* non modo *habere*, ſed & illos *decenter habere* innuitur. Quanto aptior inter Sulpiciam & Vertumnum & elegantior erit comparatio, ſi ductum vulgatae lectionis ſecuti reponamus, *Mille* habitus, formas *mille decenter habet.*

neque

Nomen ab eventu patria lingua dedit.
Et tu, Roma, meis tribuiſti praemia Tuſcis:
(Unde hodie vicus nomina Tuſcus habet.)
Tempore quo ſociis venit Lucumonius armis,
Atque Sabina feri contudit arma Tatî.

Vidi

neque enim *habet* repeti neceſſe eſt, in quo latet *habitus*, cujus ultimam ſyllabam retraho ex ſequente *ornatus*, & ex ſuperſtitibus quatuor literis *orna* apertis ejuſdem vocis veſtigiis, ultro elicere *formas* quis mecum dubitabit? certe non tantum *ornatus*, ſed magis adhuc *habitus* & *formae*, quas varia mutatione adoptat, Vertumno conveniunt. ſic *habitum* ei aptat Ovidius XIV. Met. 643.

O quoties habitu *duri meſſoris ariſtas*
Corbe tulit.

eidemque *omnes formas* adſcribit v. 685. & paſſim apud poëtas *habitus* & *forma*, *habitus* & *vultus*, *habitus* & *ora* conjunguntur, Lucan. VIII. 666.

—— nihil ultima mortis
Ex habitu vultuque viri mutaſſe fatentur.

ſed prior vox *habitus* ſaepiſſime a librariis fuit deturpata, ut multis exemplis probat Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 12. pag. 372. & in notis ad Tacit. & corruptis aliquot Statii locis *habitum* reddidit Marklandus in notis ad ejus Silvas. pag. 121. & 289. *habitum* & *formam* etiam conjungit Gellius Lib. XIV. cap. 1. *formae* vero, ſeu *figurae* optime Vertumno dantur, ut ex noſtri & Ovidii locis, initio hujus notae prolatis patet, quae propriae de varia corporum ac perſonarum mutatione dicuntur. notum illud initio Metamorph. Naſonis, *mutatas dicere formas.* idemque opus ipſe vocat, *mutatae ter quinque volumina formae. verſam formam* dicit Lib. IV. 131. ubi notas vide. Habeat igitur pro *ornatu* Vertumnus apud Tibullum *habitus* & *formas* ei congruas. & hanc meam emendationem, vel, ſi mavis, conjecturam, egregie confirmat auctor Epigrammatis veteris, qui aperte iſta Tibulliana imitatur, editi Tom. I. Anthol. Lat. pag. 617.

Cum quatit & caudam Junonius explicat ales,
Mille oculos, gemmas mille decenter habet.

ubi ſimiliter duos ornatus, qui pavonis caudam reddunt magis inſignem, cumulat, ut varios Vertumni *habitus* & *formas* cum diverſa Sulpiciae pulchritudine ac decore, oculorum nempe ardore, inceſſu eleganti, ſolutis vel comtis crinibus, ac veſtitu non eodem, melius quam ſolos *ornatus* confert Tibullus.

48. *Nomen ab eventu patria lingua dedit*] *patria longa* in Askewiano. *ab eventu* Paſſeratius exponit ab effectu, a vertendo nempe, quia quae efficiuntur, eveniunt. ſed certiſſimam puto Cl. Schraderi reſtitutionem, qui Emend. cap. IX. pag. 169. hic reponendum judicabat,

Nomen (vel *Nomina*) Vertumni *patria lingua dedit.*

praeſertim quia in hac eadem Elegia ſimiles a *Vertendo*, nomine ſuo addito, reddit cauſſas. ut v. 10. & 11.

— Vertumnus verſo dicor ab amne Deus.
Seu, quia vertentis fructus praecepimus anni,
Vertumni Tuſcus credidit eſſe ſacrum.

corruptae igitur lectioni patrocinium ne quis petat ex illis Donati ad Terent. Hecyr. Act. I. Sc. 2. 121. *Saepe res eveniunt aliter quam volumus, & ideo Vertumnus colitur, qui* (ſ. *quia*) *praeeſt rebus vertentibus.* nam illic corrigendum, *Saepe res* vertunt *aliter, quam volumus.* ut paſſim res *bene* vel *male vertere* dicuntur. praeſertim quia in ipſo Terentii textu eſt,

Di vortant bene, quod agas.

49. *Et tu, Roma, meis tribuiſti praemia Tuſcis*] *At tu* in Askew. duobus Leidd. primo & tertio Voſſ. utroque D'Orvill. meis; & primis edd. & ſequente verſu, *Unde hodie Tuſcus nomina vicus habet.* in Borrich. ſec. Leidenſi, primo, tertio, & quarto Voſſ. Heinſiano, meoque priore.

51. *Tempore quo ſociis venit Lucumonius armis,*
Atque Sabina feri contudit arma Tati.]

Socii veniet in aliis edd. *venit ſociis Lycomedius* in cod. Regio. *Lucumonius* edendum cenſui, ut le-

Vidi ego labentes acies, & tela caduca,
Atque hoſtes turpi terga dediſſe fugae.

55. Sed

legendum jam monuit Scoppa Collect. cap. XVIII. & Turnebus Lib. XXVI. Adverſ. cap. 35. idque Annii Viterbienſis auctoritate recepit editor Elector. Etonenſ. Major. ſed majoris ponderis ſunt illa Servii ad Virg. V. Aen. 560. ubi ex Varrone tradit, *Romulum dimicantem contra Titum Tatium, a Lucumonibus, id eſt Tuſcis, auxilia poſtulaſſe, unde quidam venit cum exercitu, cui, recepto jam Tatio, pars urbis eſt data: unde in urbe Tuſcus dictus eſt vicus.* quibus in verbis illud *quidam* forte a librariis ignaris ſuppoſitum fuit pro nomine proprio, quod vel neſciebant vel in exemplari, unde deſcribebant, legere vix poterant, & quia e Varrone haec deſumſit Servius, forte proprium ex eo nomen ſubſtituendum erit, & pro *unde quidam* legendum *a Lucumonibus, id eſt, Tuſcis, auxilia poſtulaſſe. Lucumo*, vel *Lucumo Vibennus venit cum exercitu.* nam *unde* illic bis inepte repetitur. ſic autem Varro Lib. IV. de L. L. vid. edit. Vertranii pag. 14. *In Suburana regionis parte princeps eſt Coelius mons, a Coelio Vibenno, Tuſco duce nobili, qui cum ſua manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Sabinum Regem.* & paullo poſt, *Ab eis* (Tuſcis) *dictus vicus Tuſcus, & ideo ibi Vortumnum ſtare, quod is Deus Etruriae.* in editione Scaligeri habetur contra *Sabinum Regem.* male enim in vetuſtioribus *contra Latinum*, vel *Latium regem.* unde *Tatium* emendari poſſet. *Lucmo* dicitur ſupra El. I. huj. Lib. v. 29.

Prima galeritus poſuit praetoria Lucmo,
Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.

ſed plura ad hunc locum dedit Felicianus Buſſi in Hiſtoria Viterbi, Italice ſcripta, Romae edita, pag 5. & ſeqq. ubi oſtendit hic *Lucumonius*, non vero *Lycomedius* legendum eſſe. *Lucumo pius* Ayrmanno in mentem venerat. *contulit* male in Borrich. duobus Leidd. Voſſ. primo, Heinſiano, & meo ſec. ut in Palatino, ſed *contudit* recte tuetur Gebhardus. *contulit arma Thraci* in Regio. *Taci* in Borrich. & meo ſecundo.

53. *Vidi ego labentes acies, & tela caduca,*
Atque hoſtes &c.]

labentes galeas ad marg. ed. Ald. conjecerat Heinſius: non probo. *labentes acies* ſunt inclinatae. ut *verſas acies* dixit Lib. III. El. 9. 69.

Leucadius verſas acies memorabit Apollo.

infra El. IV. 57. *Commiſſas acies ego poſſum ſolvere. tela caduca* a fugientibus abjecta interpretatur Paſſeratius. ſed caſſa & nullo impetu torta rectius exponit Bentlejus ad Horat. III. od. 4. 44. ubi pro *fulmine caduco* ſubſtituit *coruſco.* licet vulgata illic defendi poſſit ex iis, quae ad hunc locum Paſſeratius, & Patruus meus ad Ovid. III. Am. 6. 91. notarunt. *tela* igitur *caduca* ſunt irrita, quae manu emiſſa hoſtes non laedebant, ut *preces caducae*, nil proficientes, vanae. vid. Neapolin ad Ovid. I. Faſt. 181. & Salvagn. ad Ibin v. 88. *auſpicia caduca*, infauſta, ſi quid inauſpicato excidiſſet. ut explicuit Caſaub. ad Theophr. Charact. cap. περὶ δυσχερείας pag. 312. & ad Suet. Galb. cap. 18. hoc ſenſu *verba caduca* Ovidio Epiſt. XV. 208. & *vota cadunt*, quae irrito ſucceſſu concipiuntur. vid. ſupr. ad Lib. I. El. 17. 4. minore verſu *Totque hoſtes* Francius. ſed, ſi quid corrigendum, altera ejus conjectura *Vidi hoſtes* praeferenda eſſet. quia haec repetitio ad genium Propertii eſt. ut Lib. I. El. 13. v. 14.

Vidi ego, me, quaeſo, teſte negare potes?
Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo.

Lib. IV. El. 5. 59.

Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti & ſeqq.

& v. 65.

Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo.

ſic & apud Ovidium Lib. I. Amor. El. 2. v. 11. & 12.

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Atque hoſtes non dubito hic repetitum ex praeced. pentametro *Atque Sabina feri* &c. *turpi fuga* legebat Paſſeratius. ſed in locis Virgilii, quae adfert, *fuga* regitur a *verſa*, ut in illo ex Lib. IV. G. 85.

Aut hos verſa fuga victor dare terga coëgit.

ubi tamen Heinſius *fugae* malebat ex Ovid. XIII. Met. 870. *Terga fugae dederat converſa.* & in al-

Sed facias, divum ſator, ut Romana per aevum
Tranſeat ante meos turba togata pedes.
Sex ſuperant verſus. te, qui ad vadimonia curris,
Non moror. haec ſpatiis ultima meta meis.
*Stipes acernus eram properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.
At tibi, Mamuri, formae caelator ahenae,
Tellus artifices ne terat Oſca manus:*

Qui

altero Virgilii loco *fuga verſos agere hoſtes.* occurrit *fugae dare terga* paſſim apud Ovidium alioſque.

55. *Sed facias, divum ſator, ut Romana per aevum* &c.] Broukhuſius codici ſuo adſcripſerat, *lege Sic facias. id eſt, ita tu facias, o Jupiter, ut Romani tot jam partis victoriis aeterna fruantur pace. hoc dicit ex occaſione memoratae victoriae de Tatio Rege Sabinorum.* quae tamen in editas notas non tranſtulit. *ut tua Roma*, in ſec. D'Orvillii, & *turba rogata* in illius utroque codice. *pedes* recte ad Vertumni ſtatuam ſeu ſignum refert Paſſeratius. ut Lib. II. El. 8. 26.

*Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes.*

ubi vide quae notavi.

58. *haec ſpatiis ultima meta meis*] *ultima creta* Scaligero placebat, & Lipſio Lib. V. Antiq. Lect. cap. 10. quod in multis quidem codicibus habetur, ut in Neap. Mentel. Livineji Vaticano, primo Leid. tribus Voſſ. meo ſecundo, & primis edd. Venetis, Reg. Lep. & Volſci. eoque ducunt MSS. in quibus *certa*, ut in Borrich. Leid. ſec. Heinſiano, & meo priore. ſed *meta* in reliquis, & vetuſtis poſt Beroaldinam editionibus, & Volſcus, licet in textu editionis ejus ſit *creta*, in notis tamen *meta* habet, addens, *tranſlationem eſſe a currentibus in ſtadio.* & hanc lectionem recte tuetur Broukhuſius, veterumque locis confirmat, quos inter eum praeteriiſſe miror illud Ovidii Lib. III. Am. El. 15. v. 2.

*Quaere novum vatem, tenerorum mater Amorum,
Raditur hic Elegis ultima meta meis.*

quod recte contra Juretum in notis ad Symmach. Lib. I. Epiſt. 39. illic etiam *ultima creta* legentem vindicat Heinſius, & in hoc Propertii loco non admittere videtur. vide quae notata ſunt ad Lib. I. El. 3. v. ult. ubi etiam pro *lacrimis ultima meta meis* Scaliger malebat *ultima creta.* in meo autem primo *hei ſpatiis*, hoc eſt *heic*, pro *hic ſpatiis.* quod illo Ovidii loco ſe commendare poſſet. ſed ex veteri codice Ant. Perrejus hic adſcripſerat *ultima cera*, addens, *in ceratis enim tabulis ſcribebant.* quam lectionis varietatem a nullo alio productam inveni.

59. *Stipes acernus eram properanti falce dolatus,
Ante Numam grata* &c.]

Stipis acervus in multis MSS. & edd. vetuſtis. locum hunc adfert Neſtor in Vocabul. pag. 5. in *acer* & *acernus.* & pag. 48. ubi de voce *dolatus*, ejuſque prima correpta. vide hic Paſſeratium. An forte ad haec, licet alia in re, oculos habuit Calpurnius Ecl. I. v. 21.

*Sed quaenam ſacra deſcripta eſt pagina fago,
Quam modo neſcio quis properanti falce notavit?*

ſimile illud de Priapi ſimulacro apud Horat. Lib. I. Sat. 8. init.

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber, incertus ſcamnum faceretne Priapum,
Maluit eſſe Deum.*

mox *Ante tamen grata* in Mentel. & primo Leid. ſed *Ante Numam* indicat jam Romuli tempore Vertumnum pro Deo cultum.

61. *At tibi, Mamuri, formae caelator ahenae
Tellus artifices ne terat Oſca manus:*]

corrupte in ed. Volſci, *At tibi Marmurii formae caelator ahanae. Marmurii* etiam in ed. Reg. Lep. *Mamurii* in Veneta 1475. ſed *Mamuri* recte in Venet. 1487. Beroaldina, Aldi, Juntae,

&

Qui me tam dociles potuiſti fundere in uſus.
Unum opus eſt, operi non datur unus honos.

ELEG.

& ceteris vetuſtioribus. ſecundam in *Mamuri* a Propertio produci, quam tribus locis corripit Ovidius III. Faſt. v. 383. 389. & 392. notavit Broukhuſius, idemque ed. Aldinae adſcripſerat Perrejus. Μαμούριος Graecis eſt. aereum hoc fuiſſe Vertumni ſignum, a Mamurio caelatum, hic locus docet, ut aerea fuerunt ancilia ſacra, ab eodem fabricata. vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 275. altero verſu *me terat* in meo altero. *me terat oſſa* in cod. Regio. *nec terat oſſa* D'Orvill. ſec. *oſſa* etiam in Askew. *ne premat* ex conjectura Livinejus. forte ſic etiam legit Volſcus, qui exponit, *non te premat tellus patria ſed levis tua oſſa adoperiat.* hoc eſt quod apud noſtrum Lib. I. El. 17. 24. *Tum mihi non ullo pondere terra foret.* explicat hos duos verſus Turnebus Lib. XXIII. Adverſ. cap. 6. ſed longe alio ſenſu; ut optet Vertumnus, ne Mamurius artifex umquam è luto fictilia ſigna faciat, ſed ſemper ſtatuas ex aere, quia apud Oſcos praecipuae erant figulinae. prior tamen Livineji explicatio videtur praeferenda, quae Beroaldo & Paſſeratio etiam placuit, cum quo tamen nolim dicere de tanto viro, quantus Turnebus fuit, eum *inſigniter in hoc loco exponendo nugari.* vide & de hoc loco Camillum Peregr. de Campan. Felic. Diſſ. IV. §. 5.

63. *Qui me tam dociles potuiſti fundere in uſus. Unum opus eſt, operi non datur unus honos.*]

Quod me in quinto Vatic. D'Orvill. pr. & meo ſec. *docilis* in meo utroque, & pleriſque codd. atque edd. vetuſtioribus. *facilis* in tertio Voſſiano. ſed *dociles uſus* indicant ſollertiam artificis, uſu vocis eleganti, ut patebit ex nota Patrui mei ad Calpurn. Ecl. 1. 18. *findere* in D'Orvill. ſec. *infundere* in Mentel. & primo Leid. *fundere* proprium verbum de ſtatuis ex aere liquefacto ductis. vide hic Paſſeratium. ultimo verſu amplector Marklandi conjecturam,

Unum opus: aſt operi non datur unus honos.

non diſſimile illud ipſius Mamurii apud Ovid. III. Faſt. 389.

Tum ſic Mamurius: Merces mihi gloria detur,
Nominaque extremo carmine noſtra ſonent.

ELEG. III.

Haec Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotae,
Quum toties abſis, ſi potes eſſe meus.

Si

ELEG. III.] in codd. MSS. habetur titulus a librariis praefixus, EPISTOLA ARETHVSAE AD LICOTEM, ut in Regiis, meo ſecundo, aliiſque, & priſcis edd. ARETHVSA LYCOTHE S. PL. in Heinſiano, & meo primo. in Borrichiano ARETVSE AD LYCOTEM. mirifice Volſcus in argumento hujus Elegiae notat, *Lycotam hunc ſecutum Tiberii caſtra, qui in Armeniam & Parthos inierat expeditionem. annis quatuor ab urbe abſuerat. reliquerat ſtatim poſt nuptias uxorem Arethuſam, quae hac Epiſtola mariti abſentiam queritur, & conjugii fidem promittit.* Valde mihi blanditur Paſſeratii ſententia, ſub Arethuſae nomine latere Aeliam Gallam, & per Lycotam (ſeu *Lycortam*, ut praetuliſſe videtur) intelligendum eſſe Poſtumum, de quibus ſupra Lib. III. El. 10.

Poſtume, plorantem potuiſti linquere Gallam?
Miles & Auguſti fortia ſigna ſequi. & ſeqq.

idque ex conparatione utriuſque Elegiae manifeſtum erit. Quod autem N. Heinſius initio notarum ad Naſonianas Heroïdum Epiſtolas, ejuſque auctoritate Broukhuſius, adfirmavit, *Epiſtolam Arethuſae ad Lycotam, quae apud Propertium exſtat, ad imitationem Ovidii conſcriptam fuiſſe*, ut illius nimirum exemplo ſimile ſcribendi genus aemularetur, invitus ab utroque rei poëticae arbitro peritiſſimo diſſentire cogor. fundum opinionis ponunt in loco Naſonis Lib. III. A. A. 345.

Vel tibi conpoſita cantetur Epiſtola voce;
Ignotum hoc aliis ille novavit opus.

ubi *novavit* eſt ab aliis neglectum & omiſſum rurſus in uſum induxit, non vero primum inveniſſe indicat, ut male illic Micyllus cenſet. Potius videtur ſtatuendum, Ovidium lecta hac una Propertii Elegia excitatum fuiſſe, ut juſtum opus Heroïdum adgrederetur & quum Propertius Romanae feminae epiſtolam felici adeo ſucceſſu ſcripſerat, Naſonem pro ubertate ingenii excogitaſſe & conpoſuiſſe epiſtolas illuſtrium feminarum ex temporibus heroïcis petitarum quale opus aliis ignotum ſe *novaſſe* ſine falſa jactantia profiteri potuit. huic argumento addit Vulpius (qui & in Prolegomenis ſuis ab Heinſii ſententia diſſentit) in ſecundis Notarum curis rem optime hic agens, Ovidium ſimiliter totam Eleg. 8. Lib. I. Amor. quae invectiva eſt in anum Dipſadem, imitatum fuiſſe ex Propertii noſtri Eleg. V. hujus Libri, ſcriptam in ſimilem lenam Acanthidem; & Faſtorum libros ſcribere cogitaſſe, quum valde ei placuiſſent nonnullae Propertii Elegiae de Rerum Romanarum origine, hoc in libro exſtantes; quemadmodum El. XVIII. Lib. II. qua ſe multarum amoribus obnoxium profitetur Propertius, Ovidio ſimile argumentum Lib. II. Am. El. 4. ſuppeditaſſe, in Prolegomenis idem cenſet Vulpius. Sed controverſiam omnem dirimit aetas Naſonis, qui loco inſigni Lib. IV. Triſt. El. 10. teſtatur Propertium ſaepe Elegias ſibi recitaſſe, Tibullum Gallo, Tibullo Propertium, ſe vero Propertio in ſcribendis Elegis ſucceſſiſſe, quartumque ab his ſerie temporis fuiſſe, & Lib. II. Triſt. v. 445. & ſeqq. quum Gallum, Tibullum & Propertium memoraſſet, v. 467. ſubjungit: *His ego ſucceſſi* &c. & hoc quoque ordine ſe poſt Tibullum, Gallum, & Propertium recenſet Lib. V. Triſt. El. 1. 15. loco vexatiſſimo, quem integritati reſtituere conatus eſt J. H. Withofius in Praemet. Critic. cap. X. pag. 139 — 142. Ex his igitur conſtare opinor, Propertium minime hac Elegia imitatum fuiſſe Ovidium, ſed huic potius ſcribendi ampliorem dediſſe materiem, quod praecipue patet ex innumeris locis, quae ex Propertio paſſim imitatum eſſe Naſonem, toties in hoc Commentario notavi, quorum Broukhuſius, licet diligentiſſimus utriuſque poëtae lector, nullam fecerat mentionem; quod vel ideo adcuratius egi, quia memineram & alios viros doctos, illorum loca conferentes, in eo ſaepe verſatos fuiſſe errore, ut notarent Propertium ex Ovidio ſuos derivaſſe colores.

Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,
Haec erit e lacrimis facta litura meis.

5. Aut

v. 1. *Haec Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotae,*
Quum toties abſis, ſi potes eſſe meus.
Si qua tamen tibi lecturo &c.]

Haec initio deeſt in primo & quarto Voſſiano, Veneta 1475. Reg. Lep. & Volſci edd. *Hac* in Aldi ſecunda. deinde *Ne toties abſis* in Heinſiano, meo priore, & Voſſiani tertii margine. an forte legendum,

Cum toties abſis, qui potes eſſe meus?

Qui totiens abſis perperam Guyetus. non diſſimile illud Sapphus apud Ovid. Epiſt. XV. 204.

Abſtulit omne Phaon, quod vobis ante placebat,
Me miſeram! dixi quam modo paene meus!

& pari colore idem Naſo Lib. I. ex P. Epiſt. 3. init.

Hanc tibi Naſo tuus mittit, Rufine ſalutem:
Qui miſer eſt, ulli ſi ſuus eſſe poteſt.

Ex hoc autem Elegiae Propertianae principio Janus Douſa Pater colligi poſſe exiſtimabat, duos verſus deeſſe Epiſt. XI. Canaces Ovidianae, Macareo ſcriptae, quae ſic incipit,

Si qua tamen caecis errabunt ſcripta lituris,
Oblitus a dominae caede libellus erit,

quae ex ſecundo hujus Epiſtolae diſticho adumbrata ſunt: & ita jam olim alios cenſuiſſe adparet, quia in nonnullis Ovidii edd. praefixum fuit hoc diſtichon, quod deſiderari putabant:

Aeolis Aeolidae, quam non habet ipſa, ſalutem
Mittit, & armata verba notata manu.
Si qua tamen caecis &c.

Sed illud ex interpolatorum officina proveniſſe recte quidem notant Micyllus & Heinſius, & addere potuiſſent, deſumtum eſſe ex initio Epiſt. IV. Phaedrae ad Hippolytum:

Qua, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa ſalutem
Mittit Amazonio Creſſa puella viro.

vel ex Byblidis Epiſtola ad Caunum Lib. IX. Met. 529.

Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura, ſalutem
Mittit amans.

quibus etiam locis rejicitur Guyeti emendatio, *meo mitto mandata Lycotae.* ſono auribus ingratiſſimo. Singulari autem artificio Ovidius Canacen, in ipſo velut mortis confinio conſtitutam, tam abrupto initio Epiſtolam ſuam inchoantem inducit propter animum ex inceſtus crimine deſperatum, ex crudeli patris Aeoli munere, ſeu gladio, quo ſe ipſa interficeret, miſſo, ex nuntio adlato de partu ſuo expoſito & feris beſtiis in eſcam dato: qualem animi vehementius agitati confuſionem non requirit haec Arethuſae Epiſtola, qua mariti Lycotae abſentiam tantum queritur, dum militiae operam daret, ſollicita, ne pactam conjugii fidem laederet. & hinc non *ſanguine oblitam*, ſeu maculatam, epiſtolam, ut Canace, ſed e *lacrimis ſuis factas lituras* excuſat Arethuſa, ut Briſeis apud Ovid. Epiſt. III. 3.

Quaſcumque adſpicies, lacrimae fecere lituras.

Haeſerunt viri docti ad initium Epiſtolae Naſoniae, a vocibus illis *Si qua tamen* incipientis, tamquam illud *tamen* indicium eſſet nonnulla praeceſſiſſe, unde Guyetus male *Si qua notae* tentaverat. ſed tale ἀνακόλουθον elegantiae cauſſa adhiberi, non praecedente *licet, quamvis, etſi*, vel ſim. docent notae ad illum locum, idque contra Bentlejum, Terentii locum male ideo emendantem, multis exemplis probat Vir eruditus in Miſcell. Obſerv. Vol. III. T. III. p. 388. & hoc veterum artificium poëticum, quo in acerbiſſimo dolore carmina tam conciſo initio lectorem abripiunt, recte imitati aliquando ſunt recentiores, praeſertim Angelus Politianus initio egregii Epicedii in funere Albieriae, & Brouckhuſius Epicedio in obitum Theodori Graevii, filii J. G. Graevii, immaturis exſequiis elati. Sed deſino.

3. *tibi lecturo pars oblita deerit*] vitioſe in Leid. & Voſſ. primo *oblitura*. Heinſius vero conjecerat;

Si qua tamen tibi lecturo fors oblita deerunt.

ſed ſequentia *Haec erit e lacrimis facta litura* vulgatam tuentur. *Haec eſt* in Askewiano forte quia *erunt* ſequitur. *oblita* pro a lacrimis deleta vel madefacta, vocem a librariis non raro corruptam viri eruditi ſaepe reſtituerunt. ut apud Ovid.

Aut ſi qua incerto fallet te litera tractu,
Signa meae dextrae jam morientis erunt.
Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus;
Te modo munito Sericus hoſtis equo;
Hibernique Getae; pictoque Britannia curru;
Uſtus & Eoo decolor Indus equo.

Haecne

Ovid. IV. Met. 97.

——— *ecce recenti*
Caede leaena boum ſpumantes oblita rictus.

ubi male in MSS. *ſpumanti fervida rictu. oblitus parricidio* Ciceroni XI. Philip. 12. *oblitus muſto* Tibullo II. 5. 85. deinde docet hic locus, ut alios praeteream, ſemper apud aevi melioris poëtas *deerit* & *deeſt*, prima longa, duabus conſtare ſyllabis, quod non monerem, niſi recentiores frequenter in eo peccaſſent. vide Gronovii Guſtum ad Statii Lib. II. Thebaid. 551. pag. 381. Barth. ad Lib. VIII. 236. & X. 230.

5. *Aut ſi qua incerto fallet te litera tractu*] *Ac ſi qua* in meo ſecundo. *At* in aliis edd. pro *tractu* Heinſius malebat *ductu*. quod probo. ſic enim *literas ducere*, pro formare, ſcribere, & ſaepe *ductus literarum* veteribus dicuntur. vide notas ad Quinctilian. Lib. I. cap. 1. pag. 20. in fine minoris verſus *erant* in Groningano. ut apud Ovid. Epiſt. Canaces v. 2. pro *Oblitus a dominae caede libellus erit*, in cod. Bernenſi *eat*. forte pro *erat*.

8. *Te modo munito Sericus hoſtis equo*] mira in hoc proprio nomine eſt codicum veterum diverſitas. *Naricus* eſt in v. c. Petreji, primo & ſec. Vaticano, ut caſtigandum cenſebat Volſcus. *Noricus* in aliis. *Herricus* in Mentel. & Regio. *Tu modo munitus hericus* Borrich. Neapol. Aſkew. Harlejanus Muſei Britan. Leid. ſec. Voſſiani tres, D'Orv. ſec. & meus primus. cum priſcis edd. in meo ſecundo *munitus hernicus*. Scaliger *Beticus* ex ſuo cod. probabat. *Sericus* ex Beroaldi emendatione receptum eſt, pro Parthicus; quia *Seres* & *Bactra* etiam apud alios junguntur, ut docent loca a Broukhuſio adducta. neque enim placet *Ibericus*, ut in marg. ed. Scalig. conjecerat manus erudita. *Rhaeticus* legendum cenſebat Triſtanus Tom. I. Comment. pag. 474. intelligens Rhaetos auſpiciis Auguſti per Tiberium & Druſum victos. quam expeditionem innuit Ovidius II. Triſt. 226.

Nunc tibi Pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda;
Rhaetica nunc praebent Thraciaque arma metum.

& hanc Triſtani conjecturam adjuvat codex Aſkewianus, in quo *Raericus*. & illi codices in quibus *Hericus*.

9. *pictoque Britannia curru*] *pictaque Britannia carne* conjecerat Cl. Herm. Cannegieterus. ſed *picto vultu* malebat Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 170. utrumque admitti poteſt, quia Britanni veteres non tantum vultum, ſed & totum corpus caeruleo colore fucabant, de quo vid. Iſ. Voſſii Obſerv. ad Pomp. Melam III. pag. 5. circa finem. & ſic Britannia *picta genas* Claudiano II. de Laud. Stil. 248.

10. *Uſtus & Eoo decolor Indus equo*] *Eoa aqua* in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis, in quibus etiam *diſcolor* pro *decolor*. Gruterus Lib. XVI. Suſpic. inedit. cap. 10. ſcribit ſe *Eoo equo* aliquando ſubſtituiſſe pro *Eoa aqua*, ut uſtus dicatur Indus a Sole, cujus equus unus *Eoi* nomine dictus eſt. Ovidius II. Met. 153.

Interea volucres Pyroeis, Eous, & Aethon
Solis equi, quartuſque Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis inplent.

Sed poſtea ſe repudiaſſe addit, quia praecedens diſtichon in eamdem vocem terminetur, ſed diſquirendum aliis relinquens, an Indiae aquae urant homines aut atro colore inficiant. haec ipſa Gruteri verba ſunt. & tamen Gebhardus in notis pag. 286. adfirmat, *Gruterum deſideratiſſimo Suſpicionum opere docuiſſe, aqua etiam homines plurimum plerumque colorari.* cum tamen neque in editis, aut ineditis hujus operis libris, quos ipſe ex ſchedis ejus autographis, e Bibliotheca Remonſtrantium apud Amſtelodamenſes a Santenio

 meo

Haecne marita fides? hae pactae ſunt mihi noctes?
 Quum rudis urguenti brachia victa dedi.
Quae mihi deductae fax omen praetulit, illa
 Traxit ab everſo lumina nigra rogo.

15. Et

meo erutis, aliquando deſcripſi, illud docuerit, ſed id diſquirendum aliis reliquerit. ſic & Broukhuſius hoc Philoſophis tractandum committit, ſed quia nobis cum poëta res eſt, illud poëtice explicandum addit, & *Eois equis* vel *Eoo equo* cum Paſſeratio praefert, adductis Tibulli & aliorum poëtarum locis, qui nigrum Indorum colorem ſemper Soli, numquam aquae adſcripſerunt. in primo tamen Tibulli loco ex Lib. IV. El. 2. 20. quod adfert,

Et quaſcumque niger rubro de litore conchas
 Proximus Eois colligit Indus equis;

ex ſola Scaligeri emendatione eſt. nam *aquis* in MSS. & editis antiquiſſimis legitur. & hoc praefert Cl. Heynius in Obſerv. ad Tibull. pag. 388. neque nos dubitare ſinit Ovidius III, A A. 130.

Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
 Quos legit in viridi decolor Indus aqua.

quo loco *decolor* hic quoque vindicatur, quod recte tuetur Broukhuſius. cui tamen minime refragari velim, ut *Indus Eoo equo uſtus* Propertio dicatur. vel *Eois equis*. & ſic Heinſius in notis Propertianis p. 743. nam & ita Ennius VI. Annal. apud Macrob. Lib. VI. Saturn. cap. 2. —— *& laetus Eois Eurus equis*. noſter ſupra Lib. III. El. XI. 16. de Indis:

Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.

ubi vide quae notavi. & ad Lotich. pag. 154. & Tom. I. Anthol. Lat. p. 318.

11. *Haecne marita fides? hae pactae ſunt mihi noctes?*] *& pactae ſunt mihi noctes* olim edebatür. *hae num pactae mihi noctes* in v. c. Perreji, Colot. & ſec. Vatic. unde Heinſius *hae pactae num mihi noctes? & pacatae mihi noctes* in Mentel. Regio uno, Colbertino, Borrich. Heinſiano, meo priore. corrupte in Neapolitano *& parce avia mihi noctes. & paccatae* in primo Leid. quarto Voſſ. ſec. D'Orv. *& paratae* ſuperſcr. in Leid. *& peccatae* Askew. *& haec ſunt pactae mihi noctes* D'Orv. prim. *& pactae ſunt mihi noctes* in altero Regio. *& pactae jam mihi noctes* Voſſ. pr. ut correxerat Marklandus. *hae ſunt pactae mihi noctes* in Leid. ſec. Voſſ. tertio & meo altero. *& pactae ſunt mihi noctes* in primis & aliis vetuſtioribus edd. *pactae heu ubi nunc mihi noctes* legit Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IV. 150. vel, *ubi pactae jam mihi noctes?* Lib. I. Adverſ. cap. 2. ſimile illud Hypſipyles Epiſt. VI. 41.

Heu ubi pacta fides? ubi connubialia jura?
 Faxque ſub arſuros dignior ire rogos?

marita fides, ut *ſacra marita* Lib. III. El. 19. 16.

Pollueritque novo ſacra marita toro.

ubi vid. Broukhuſ. & ſic *faces maritae, torus maritus, maritum foedus*, & ſim. Ovidio paſſim dicuntur. ut ſaepe ad illum notavit Heinſius. altero verſu *ingenti* in pr. & quarto Voſſ. Commeliniano Gebhardi, & Borrich. *brachia nuda* in Askew. ſec. Leid. & in margine tertii Voſſ. *victa brachia dare* idem, quod frequenter apud poëtas *victas manus dare in vota*. ut Cydippe apud Ovid. Epiſt. XXI. 240.

Doque libens victas in tua vota manus.

vide hic Paſſeratii notas pag. 586. & infra ad El. ult. v. 84. pag. 710.

13. —— *deductae fax omen praetulit, illa*
 Traxit ab everſo lumina nigra rogo]

deducti fax omen pertulit in D'Orvill. ſec. *protulit* prim. Voſſ. Livinejus legebat *fax lumen praetulit*, firmabatque ex Senecae Octavia v. 25.

Illa illa meis triſtis Erinnys
 Thalamis Stygios praetulit ignes.

ſed quia facem nuptialem colore poëtis ſollemni fingit ab igne rogali raptam, ideo pronubam infauſtum *omen* ſibi praetuliſſe dicit, ut Proſerpinam *igne rogali* fulgurantem inducit Statius Lib. I. Theb. 112. quod ut male *ominoſum* illic illuſtrat Barthius. ſic de Hymenaeo *non felix omen* Orpheo adferente Ovid. X. Met. 5.

Adfuit ille quidem, ſed nec ſollemnia verba,
 Nec laetos vultus, nec felix adtulit omen.

Jo-

Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt: nupſi non comitante Deo.
Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.
Texitur haec caſtris quarta lacerna tuis.

Occi-

Joſephus Iſcanus Lib. II. de Bel. Troj. 149. de Heſione infauſtum torum praeſagiente,

— — Stygioque ſatas Acheronte ſorores
Funeſtas geſſiſſe (ſic ſcribend. non *ceſſiſſe*) *faces: heu caeca futuri*
Quam ſaevum patris paritura nepotibus hoſtem!

pro *everſo* in Excerptis codicis Scaligerani *averſo.* in Modiano ſeu Groningano *adverſo.* unde *arſuro rogo* legebat Heinſius. ſic apud Ovidium Epiſt. VI. 42. *Faxque ſub arſuros dignior ire rogos.* II. Metam. 620. XIV. Metam. 747. IV. Triſt. I, 102. IV. Faſt. 853. Albinov. ad Liv. v. 169. Tibull. I. 1, 75. Stat. XII. Theb. 572.

15. *Et Stygio ſum ſparſa lacu*] male Guyetus *E Stygio.* copulanda haec ſunt praecedentibus, & *ſparſa lacu Stygio* eſt, aqua Stygia ſum adſperſa, quia in nuptiarum ſollemnitate, ut in omnibus ſacris, aqua luſtrali adſpergebantur. vide Livinejum.

17. *Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.*
Texitur haec caſtris quarta lacerna tuis]

pendebant noxia vota in Excerpt. Scalig. pendent *mea maxima vota* in Mentel. & primo Leid. *pendent obnoxia vota* legebat Heinſius. quo ſenſu videtur cepiſſe Ant. Perrejus, qui adſcripſerat *noxia* poni pro obnoxia. quid ſi legamus *mea pendent anxia vota?* de vitae tuae ſalute, & de felici reditu ſollicita Lib. I. El. 15. 17.

Non ſic Aeſoniden rapientibus anxia ventis
Hypſipyle vacuo conſtitit in thalamo.

& Lib. II. 16. 2.

Quid fles abducta gravius Briſeïde, quid fles
Anxia captiva triſtius Andromacha.

ita in margine libri mei dudum emendaveram; quum poſtea inſpectis Paſſeratii notis vidi conjecturam hanc ab ejus codd. confirmari. deinde *Texerit* male in primo Voſſiano. indicatur ritus ille, quo ſolebant veteres matronae viris ſuis ad bellum profectis lacernas texere. ut Lucretia Collatino apud Ovid. II. Faſt. 745.

Mittenda eſt domino (nunc nunc properate puellae)
Quam primum noſtra facta lacerna manu.

vide Gebhardi notas. mater Euryali apud Virg. IX. Aen 488.

Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina dieſque
Urguebam, & tela curas ſolabar aniles.

de Ilia Tiberi pallam texente Claudianus Conſul. Probin. & Olybr. v. 224.

Palla graves humeros velat, quam neverat uxor
Ilia, percurrens vitreo ſub gurgite telas.

ut pro *Illi* recte praeter Delrium emendarunt Demſterus ad Roſin. Lib. I. cap. 1. & Torrent. ad Horat. I. od. 2. 17. *lacerna* vero uſos olim in caſtris fuiſſe Romanos, hic locus, ut alios mittam, docet. hinc Scholiaſtes Perſii ad Sat. I. v. 54. notat, *Lacerna pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites utebantur.* quae ad verbum ut paſſim, deſcripſit ex Iſidoro Lib. XIX. Orig. cap. 24. & recte *olim ſoli milites*, quia ſub Impp. etiam in urbe lacernis uſi ſunt, unde toga depoſita vix diſtinctio veſtitus erat inter ſervos & liberos, licet togarum uſum reducere voluerit Auguſtus. vide Salmaſ. ad Tertull. de Pallio pag. 81. & ſeqq. erat autem breve indumentum quod pectus & brachia tegebat. vide Scriver. ad Martial. pag. 189. & Rubenium Lib. II. Elect. cap. 12. Ceterum imitatus eſt hunc locum poëta Cornelii vel Aſinii Galli nomen venditans in Elegia (cujus initium *Non fuit Arſacidum* &c.) quae vulgo praefigitur ante PſeudoGalli vel Maximiani Elegias v. 50.

Quin etiam argento puroque intexitur auro
Altera jam caſtris parta (*pacta* Heinſius) *lacerna meis.*

ut recte pro *intexit in auro* legit Ferrarius P. II. Lib. I. de Re Veſt. pag. 2. quamquam ita jam ediderit Pithoeus in Catalectis p. 420. illam vero Elegiam ſuo tempore Florentiae editam, ſed a Manutio fictam notavit Paſſeratius in notis ad h. l. p. 588. titulumque mentiri auctoris Corn.

 Galli

Occidat, inmerita qui carpſit ab arbore vallum,
Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas:
Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno:
Aeternuſque tuam paſcat, aſelle, famem.

Dic

Galli nomen ſuſpicatus eſt Rob. Titius ad Nemeſiani Ecl. II. 99. & in fucum poſteritati factum obtruſis ſub Galli nomine iſtis Elegiis Maximiani, *ſcriptoris barbari*, & ut ait, *tantum non ſtercorei*, exploſo Rapini judicio, graviter invehitur Broukhuſius ſupra ad Lib. II. El. 25. 92. non inmerito igitur eam *ſuppoſititiam & recentis ſcriptoris commentum* vocat Patruus meus ad Ovid. Epiſt. I. 4.

19. *Occidat, inmerita qui carpſit ab arbore vallum*] *Occidet* male in Voſſ. quarto. pro *inmerita* corrupte in primo D'Orvill. *minerva*. in qua tamen ſcriptura aliquid forſan latet, *inventa*, vel ſim. *inmerita* tamen *arbore* non ſollicito, hoc eſt quae non merebatur ramis ſuis propterea mutilari. infra El. IV. 21. *Saepe illa inmeritae cauſſata eſt omina Lunae. qui carpſerit arbore* in Palatino, D'Orvill. ſecundo, & Askew. *quae carpſit* Neapol. *in arbore* alii. Heinſius vero conjecit *qui ſepſit*, vel *raſit ab arbore vallum*. eſt enim mala inprecatio in illum, qui primus caſtra munivit vallo, & ſepſit, ſtipitibus ex arbore decerptis, raſis ſeu dolatis. eum vide Lib. III. Adverſ. cap. 14. pag. 510. hoc eſt quod infra El. IV. 7. dicit

—— vallo praecingit acerno,
Fidaque ſuggeſta caſtra coronat humo.

dein *rauca per ora* in Vatic. quinto & D'Orvill. ſec. *aera* in v. c. Perreji, Colot. primo & ſec. Vatic. ut in aliis codd. legi etiam teſtatur Paſſeratius. vulgatum exponunt de tubis vel tibiis oſſeis ſeu corneis, quibus antiquiſſimo tempore, ſed poſtea aeneis, utebantur. noſter Lib. III. El. 2. 41.

Nil tibi ſit rauco praetoria claſſica cornu
Flare.

vide hic Volſcum & Beroaldum. & Barthium ad Stat. VI. Th. 404.

21. *Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno: Aeternuſque tuam paſcat, aſelle, famem.*] *Segnior* in Heinſiano & meo priore. *Oblito* Fruterius, & pro fatuo vel extremo capiebat. ſed recte Livinejus *obliquo* exponit de poſitu corporis illorum, qui funes torquent, & in illam partem, qua torquetur funis, incumbunt. *torquet aeno* Mentel. Groning. Palatinus Gebhardi, Heinſian. Voſſ. tert. & Askew. *torqueat oeno* Commelinianus, Borrich. Leid. ſec. primus & quartus Voſſ. cum meo ſecundo. quod confirmat *Ocno* legendum, ut recte quidem notat Gebhardus, ſed neſcio quam Colinaei editionem memorat, in qua legatur,

Dignior obliquum funem qui torqueat oeno.

nam in illa, qua utor, Pariſiis apud Simonem Colinaeum excuſa an. 1529. cui variantes lectiones de Heinſiano exemplari adſcripſit Broukhuſius, & in edit. 1534. editum inveni,

Dignior obliquo funem qui torqueat ocno.

orno in codd. Regiis, Colbertino, & primis edd. Venetis, Reg. Lep. & Volſci quomodo Robertus Titius Lib. II. Locor. Controv. 15. legendum contendit, locumque hunc, repudiato Politiano, qui in Miſcellaneis cap. 81. ex loco Plinii de pigro Ocno, expoſuerat, mire interpolavit, *ornum* pro torno ſeu inſtrumento ex arbore orno, quo ſpartum, cannabin, vel aliam materiam in funes contrahebant, explicans, ſed falſe propterea a Villiomaro ſeu Scaligero caſtigatus eſt Animadv. in Titium pag. 42. & 43. & in Sylva Carminum pag. 23. Poëm. & licet in Aſſertione ſua pag. 50. & ſeqq. contra Scaligerum Titius ſententiam ſuam mordicus tueatur, neminem tamen ſibi adſentientem invenit. Recte puto Beroaldum, Volſcum, Politianum, Paſſeratium, alioſque intellectum loci expoſuiſſe e Plinii loco Lib. XXXV. c. 11. §. 40. ubi tradit, in tabula Socratica pictum fuiſſe Ocnum funes torquentem, quos continuo arrodebat aſellus, & tamen Ocnum tam obliquae fuiſſe inertiae, ut aſinum non abigeret, adeoque inſtar Danaïdum, continuato labore irrito ſe fatigaſſe, quam poenam Arethuſa hic inprecatur primo valli & tubae caſtrenſis ſeu belli inventori. eo facit proverbium Jonum ὁ ἀνὴρ οὗτος συνάγει τοῦ Ὄκνου τὴν θώμιγγα, quod refert Pauſanias Lib. X. pag. 868. 869. Legi etiam merentur quae ad loci hujus

Dic mihi, num teneros urit lorica lacertos?
Num gravis inbelles adterit haſta manus?
Haec noceant potius, quam dentibus ulla puella
Det mihi plorandas per tua colla notas.
Diceris & macie vultum tenuaſſe, ſed opto,
E deſiderio ſit color ille meo.
At mihi quum noctes induxit veſper amaras,
Si qua relicta jacent, oſculor arma tua.
Tum queror, in toto non ſidere pallia lecto,

Lucis

jus illuſtrationem contulerunt Turnebus Lib. VIII. Adverſ. cap. 1. Scalig. ad Catalect. p. 187. Leopardus Lib. IX. Emend. cap. XI. Eraſmus Adagio *ocnos funem torquet* pag. 153. 154. Sciop-pius Lib. I. Veriſ. cap. 14. Claud. Minos ad Alciati Emblem. 91. Demſterus ad Roſin. Lib. V. cap. 29. p. 370. Geſnerus Lib. I. Hiſt. Anim. pag. 19. Harduinus ad Plinium T. V. p. 231. & 233. ad quem Hermolaus Barbarus ſcri-bit Romae exſtare duo marmora in quibus Ocni fabula inciſa videbatur.

23. *Dic mihi, num teneros urit lorica lacertos*] *dum teneros* in Regiis, Colbertino, Mentel. Borrich. Heinſiano, primo Leid. primo & quar-to Voſſ. meo ſecundo, & primis edd. *cum* in Askew. hoc loco confirmatur codicis Ambroſiani lectio apud Ovidium Epiſt. IV. 21.

Scilicet ut teneros urunt juga prima juvencos.

pro *laedunt*, quod è gloſſemate natum. vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. Epiſt. 13. 6. & quae notavi in Addendis ad Lotich. pag. 663. & ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 311.

25. *Haec noceant potius, quam dentibus ulla puella*] *potius noceant* in cod. Regio, *puellae. Nec noceant*, & *puellae* in Voſſ. pr. alterum verſum illuſtrant quae notabuntur infra ad El. V. 39.

27. *Diceris & macie vultum tenuaſſe, ſed opto,
E deſiderio ſit color ille meo.*]

macre in Excerpt. Scalig. *collum tenuaſſe* in Mentel. tribus Voſſ. Heinſiano, & meo priore, in quibus duobus vitioſe etiam *collum tenuiſſe*, ut & in Borrich. ſed alterum adhaeret Virgilio IV. G. 254. *horrida vultum deformat macies.* ut *macie tenuaſſe* eidem Lib. III, 129. *Dicitur & macies* conjecerat Heinſius. ſimile illud Canaces apud Ovid. Epiſt. XI. 27. *Fugerat ore color, macies adduxerat artus.* deinde *Ut deſiderio* Mentel. Leid. pr. & Voſſ. quart. *Et deſiderio* Leid. ſec. primus Voſſ. D'Orvill. alter, meus primus, & edd. priſcae. *color iſte* in primo Leid. D'Orv. meo & primis edd. *ipſe* in ſec. D'Orvill. & Askew. *deſiderio mei* multis Ciceronis exem-plis legi etiam poſſe docet Broukhuſius, quam-quam & alterum non damnet. & ſic conjecerat Lib. III. El. 21. v. 6. *Et deſiderio, Tulle, movere mei*, pro *meo*. nam ſi propria loquendi obſervetur ratio, *deſiderium mei* notat deſiderium erga me, *deſiderium meum* indicat amorem, quo te reducem videre deſidero. ſed illa promiſcue poni ac confundi notat Paſſeratius tam ad d. l. ex Lib. III. El. 21. 6 quam ad Lib. I. El. pe-nult. v. 3. p. 241. ſic *tua cura* pro *cura tui* apud Claudian. Bel. Get. 96. *Conſulitur dum Roma tibi, tua cura coëgit Incluſis aperire fugam.* alia dedit Daviſ. ad. J. Caeſ. I. de B. G. 4.

29. *At mihi quum noctes induxit veſper ama-ras*] *Et mihi nunc noctes* in primo Leid. *indixit* Askew. *reduxit* ex Palatinis Gebhardus. ſed quod merito rejecit Broukhuſius propter locutionem *inducere noctem*, veteribus uſitatiſſimam. *noctes amarae* noſtro ſaepe de illis, quas inſomnes ſibi tranſigi queruntur amantes. vide ad Lib. I. El. 1. 33.

31 *in toto non ſidere pallia lecto*] *ſcindere* vi-tioſe in meo ſecundo. dura ſibi ſtrata, neque in lecto pallia ſua ſedere queritur, ut Ovid. I. Amor. El. 2. init. *pallia* autem ſunt lectorum ſtragulae & veſtimenta. vide Lipſium ad Senec. Epiſt. 67.

32. Lu-

Lucis & auctores non dare carmen aves.
Noctibus hibernis caſtrenſia penſa laboro,
Et Tyria in radios vellera ducta ſuos.

35. Co-

32. *Lucis & auctores non dare carmen aves*] *per auctores lucis aves* recte Paſſeratius & Broukhuſius intelligunt gallos, diei adventantis praenuntios, quos nondum canere queritur Arethuſa, dum noctes amaras & inſomnes traheret. *matutinas alites* vocat Lib. I. El. 16. 46. ubi vide quae notavi. recte etiam notat Broukhuſius *auctores lucis* dici gallos, pro, lucis praenuntios, ut *graculus aquae auctor* Ovidio, quod bene tuetur contra Heinſium, *augur* emendantem. Haec autem ideo adnoto, quia locutio haec inpropria viſa fuit Grutero, ideoque locum emendatrice conjectura ſollicitandum cenſuit. Lectori igitur non ingratum fore arbitror, ſi proferam quae ad hunc locum animadvertit in libris Suſpicionum ineditis, ubi Lib. XV. cap. 14. haec occurrunt:
„ Illud Senis apud Plautum, *Priuſquam Galli* „ *cantent*, revocavit mihi in mentem verſum „ Propertii Lib. IV. El. 3.

„ *Lucis & auctores non dare carmen aves.*

„ non ſatis proprie dici videbantur galli *auctores* „ *lucis*. quare confugiebam ad ſuſpiciones, quae „ non abhorrebant ab *Lucis & Aurorae non* „ *dare carmen aves.* ſic Ovidius Lib. II. „ Met. (597).

„ *Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris*
„ *Evocat Auroram.*

„ Sed tamen inclinare magis videbantur ad iſtud,

„ *Lucis & auctori non dare carmen aves*,

„ ut promiſcue dicatur de quibuſvis avibus, non „ peculiariter de gallo. Sicut & illa Lib. I. El. 16.

„ *Haec ille, & ſi quae miſeri noviſtis amantes.*
„ *Et matutinis obſtrepit alitibus.*

„ quamvis tamen haec argute de gallis ſolis di- „ cantur, quae ſane *lucis aves*. Martialis Lib. „ XIV. Epigr. ultimo,

„ *Surgite: jam vendit pueris jentacula piſtor,*
„ *Criſtataeque ſonant undique lucis aves.*

„ Prudentius (Hymn. I. Cathem. init.)

„ *Ales diei nuntius*
„ *Lucem propinquam praecinit.*

„ Ovidius Lib. I. Faſt. (455)

„ *Nocte Deae noctis criſtatus caeditur ales*,
„ *Quod tepidum vigili provocat ore diem.*

Sed neutram Gruteri emendationem probare poſſum. nam in prima videtur magis inpropria eſſe locutio, ut Galli dicantur *Lucis & Aurorae aves*, quam *lucis auctores*, hoc eſt, *praenuntii*, licet *Aurorae* in aliis legi teſtatur Latinus Latinius. & valde differt Ovidii locus, in quo gallus *evocare Auroram* eleganter dicitur. aliis *provocare*, *praecinere diem*. vide ad Eleg. de Phoenice v. 46. poſt Claudian. altera magis, conveniret poëtae Chriſtiano, ut galli dicantur ante lucis adventum carmen dare *Lucis auctori*, ſive Deo, qui *luciſator* dicitur Prudentio Hymno III. Cathem. init. ubi in vetuſtiſſimo meo cod. Egmondano *lucis auctor* & in marg. *lucis ſator.* & *aves* in genere intelligendae eſſent. omnes *matutinae alites.* ut eidem Prudentio Hymno I. v. 13.

Vox iſta, qua ſtrepunt aves
Stantes ſub ipſo culmine,
Paullo antequam lux emicet.

dare carmen hic dicuntur galli, ut Ovidio II. Faſt. 767.

Jam dederat cantum lucis praenuntius ales.

34. *Et Tyria in radios vellera ducta ſuos*] ita recte a viris eruditis reſtitutum pro *gladios*, ut legebatur in codd. MSS. & edd. vetuſtis. in quam lectionem licet conſpirent Askew. Groning. duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orv. & mei cum reliquis codd. *radios* tamen agnoſcunt v. c. Perreji, Colotianus, & primus ac ſecund. Vaticanus. quod optime vindicavit Broukhuſius. deinde *vellera ſecta* male in duobus Leidd. tribus Voſſ. binis D'Orvill. meo utroque & priſcis edd. ſed *texta* in aliis MSS. ut ex codd. Iſ. Voſſii, in quibus etiam *radios*, legendum adſcripſerat Oudendorpius. N. Heinſius in notis Propertianis p. 744. ex vet. codice legebat *in radios vellera texta*, vel *pexa*, aut *neta.* ſed Lib. II. Adverſ. cap. 4. p. 236. & in notis ad Valer. Fl. VI. 223. *in radios texta*, vel in *calathos vellera*

lecta

35. Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos,
Qualis & haec docti ſit poſitura Dei.

Et

lecta ſuos emendabat. ut *legere fila* paſſim apud Poëtas. Broukhuſius e conjectura edidit *vellera ducta. lanas* enim *ducere*, & *ſtamina deducere filo*, non minus obvia locutio. quod probavit & multis adſtruxit Patruus meus ad Ovid. Lib. I. Am. 14. 7. & huic lectioni firmandae plurima alia ex Ovidio, Catullo, & Tibullo adferri posſent exempla, ſed textui ſine ulla codicum auctoritate conjecturas inſerere, temerarium ſemper judicarunt viri eruditi. quia igitur *ſecta* in plerisque codd. MSS. & vetuſtis edd. legitur, unius literae *ſ* in *l* mutatione, *lecta* praeferendum cenſui, quod propius ſcripturae veteri inhaeret, quam ex *ſecta* formare *ſucta*, & inde *ducta*, reponere. Ceterum *Noctibus hibernis* quod Arethuſam fingat *penſa* ſua *laborare*, ut Lycotae in caſtris degenti lacernas texeret, auget laudem continentiae matronalis, quia lanificio ac telae operam dabant nocturno tempore. unde in loco Valerii Flacci. ut emendabat Heinſius

—— cui plurima telis
Pervigilat nocturna ſoror, cultuſque laborat.

ſic Lucretia lanificio cum ancillis *lumen ad exiguum* nocte operatur apud Ovid. II. Faſt. 743. & hinc Tibullus Lib. I. El. 3. 85.

—— poſitaque lucerna
Deducat plena ſtamina longa colu.
Ac circa gravibus penſis adfixa puella
Paullatim ſomno feſſa remittat opus.

35. *Cogor & e tabula pictos ediſcere mundos*] hoc diſtichon ſequenti poſtponitur in multis codd. MSS. & edd. vetuſtis. ſed ita ut repoſuit Broukhuſius, etiam ſe adoleſcentem jam collocandum cenſuiſſe notat Vulpius. *Conor* conjecerat Broukhuſius. *Cogor* tamen melius Arethuſae convenit, quae ut inquireret in ſitum & diſtantiam locorum longinquorum, in quibus militabat Lycotas, utque ſciret, quid ſibi de reditu ejus ſperandum foret, cogebatur tabulas geographicas oculis perluſtrare, quas abſque deſiderio abſentis mariti non curaret. *cognoſcere* pro *ediſcere* in aliis legi teſtatur Latinus Latinius p. 63. non male forſan, quia mox ſequitur *Et diſco, qua parte fluat* &c.

36. *Qualis & haec docti ſit poſitura Dei*] *ponitura* corrupte in Voſſ. pr. voci *poſiturae*, licet non valde obviae, controverſiam ne quis moveat cavent Paſſeratii & Broukhuſii notae. Senſum loci non eodem modo Interpretes exponunt. Volſcus intelligebat de Arethuſa, diſcere cupida, quo pacto mundum Deus diſpoſuerit. Paſſeratius mundum ipſum *Deum doctum*, ſeu ſapientem, ex Stoicorum ſententia dici exiſtimabat, quod ſatis abſurdum videtur; licet hoc ſibi etiam in mentem aliquando veniſſe dicat Vulpius; ſed poſtea *doctum Deum* ſolem ſive Phoebum omnia ſcientem interpretatus eſt. Hoc demum eſt poëtas poëtice explicare! de Deo autem rerum omnium ſatore & mundi conditore intelligere, Philoſophiae & rerum naturalium indagatori decentius eſſet, quod ſtudium, poſtquam amoribus defunctus eſſet, ſenectuti ſuae ſe deſtinaſſe profitetur noſter Lib. III. El. 3. 45.

Atque ubi jam Venerem gravis interceperit aetas,
Sparſerit & nigras alba ſenecta comas;
Tum mihi Naturae libeat perdiſcere mores,
Quis Deus hanc mundi temperet arte domum

ex quo loco forte Dei mundum diſponentis mentio huc irrepſit, & ad Arethuſam, amore viri tabeſcentem, incommode relata fuit. ſed vel ideo Lynceum, amores inſanientem, irridet Lib. II. El. 25. 27.

Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris
Proderit, aut rerum diſcere poſſe vias?

talis vero ſapientia minus apte cadit in feminam mariti ſui abſentiam inpatientius ferentem, ut de puellis dicit noſter Lib. II. El. 25. 51.

Harum nulla ſolet rationem quaerere mundi,
Nec cur fraternis Luna laboret equis.

Arethuſa igitur ex amoris adfectu tabulas vel mappas geographicas inſpicere coacta à Propertio fingitur, ut ſitum locorum, in quibus militabat maritus, cognoſceret, ſi forte, licet more Romano feminis in caſtra non pateret aditus, deſiderium viri abſentis pertaeſa eum ſequi vellet. ut v. 47.

Nec me tardarent Scythiae juga &c.

An igitur philoſophari, & in machinam totius mundi a Deo conditi inquirere, convenit feminae, quae, ut taedium ſolitudinis leniret, lanificio

Et diſco, qua parte fluat vincendus Araxes,
Quot ſine aqua Parthus millia currat eques.

Quae

ficio unice operam dabat, & inſtar caſtae Penelopes ab Ulixe relictae, uxoris domiſedae officio fungebatur, & id tantum ſtudebat, ut ſibi, *quaerenti ſpatioſam fallere noctem, Laſſaret viduas pendula tela manus.* Haec, ni fallor, lectoribus rei poëticae gnaris perſuadebunt a ſano ſenſu, & argumento Epiſtolae, quod in amoribus verſatur, valde aliena eſſe, adeoque receptae hactenus lectionis ſinceritatem non inmerito in dubium vocari poſſe. Sed cum codices ſcripti & editiones primae nullam hic opem adferant, dubius haereo, & ad conjecturas confugio. An forte ſcripſerit poëta,

Cogor & è tabula pictos ediſcere mundos,
Qualis & haec doctis *ſit poſitura* viris.

ut per *viros doctos* intelligat geographiae peritos, qui tabulas illas, univerſi poſituram indicantes, confecerunt, quales Anaximandri Mileſii, & aliorum habebant. de quibus vide Broukhuſii notas, & adde Zonaram Tom. II. Annal. in Domitiano. in vocibus autem *Dei* & *Viri* alibi etiam aberraſſe librarios, patet ex locis Ovidii Epiſt. IV. 56. & XV. Met. 104. Hoc ſi minus placeat, locumque a deſcriptoribus Monachis, de Deo creatore cogitantibus, gravius vulneratum quis exiſtimet, ſubſtituere poſſet,

Qualis & hinc *longis ſit poſitura viis.*

ut *poſitura* pro locorum diſtantia & ſitu dicatur, ſeu poſitione, quemadmodum loca ſub hoc vel illo coeli cardine *poſita* dicuntur, hoc eſt *ſita.* vel ſi quis *poſiturae* vocem in poëta Elegiaco minus ferat, quam in Lucretii poëmate de Rerum Natura, liberiore conjectura divinare ei liceret,

Quave ſit hinc longis puppis itura viis.

ſive, quo itinere maritimo ad te per terras *longas*, id eſt longinquas conferre me poſſem. & huic reſpondeat mox, quod de reditu Lycotae vovet, v. 40.

Ventus in Italiam qui bene vela ferat.

& ideo fluminis Araxis mentio ſubjungitur, ut ex locorum & fluminum indagatione itineris curſum detegeret. pari fere colore, quo in Epiſtola Penelopes Ovidiana aliquis in menſa, tamquam in tabula, Trojanae regionis ſitum depingit. v. 31. & ſeqq.

Atque aliquis poſita monſtrat fera praelia menſa,
Pingit & exiguo Pergama tota mero.
Hac ibat Simoïs, hic eſt Sigeïa tellus,
Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis.

Quia vero has conjecturas ipſe audaciores & nimis longe quaeſitas agnoſco, neque facile eas alicui obtrudi velim, meam tantum de hoc loco ſententiam peritis rerum poëticarum & poëtae noſtri exactoribus propoſui, ut in re dubia certius quid excogitent & conſtituant. Ceterum hunc Propertii & illum Ovidii locum pulchro imitationis artificio aemulatus eſt Jacobus Wallius Eleg. III. Olivae Pacis pag. 243. Poëmat.

E tabula nuper veteres ediſcere clades
Mens fuit: in tabula maximus orbis erat.
Spectabam terras, quas Sol, quas frigus adurit:
Spectabam portus, velivolumque mare. & ſeqq.
Sed mihi quo tabulae? me convenientius illis
Effoſſus regum pulvis & urna docet.
Hoc ego terrarum tractus in pulvere pingam,
Pingimus ut modico regia caſtra mero.

38. *Quot ſine aqua Parthus millia currat eques*] *equus* in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis. quibus conſentiunt duo Leidenſes, tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei, cum Harlejano Muſei Britann. & Askewiano a man. ſec. & ſic legebat Livinejus, & in margine libri ſui Marklandus. idque firmari poſſet ex Ovidio Lib. V. Faſt 592. de Parthis:

Quid tibi nunc ſolitae mitti poſt terga ſagittae,
Quid loca, quid rapidi profuit uſus equi?

parum itaque differre puto an *equus Parthus* vel *eques* hic legatur, non illam tamen ob cauſſam, ut cum Broukhuſio ſtatuamus, veteres & hominem equo inſidentem, & equum ipſum promiſcue *equitem* dixiſſe, quod multis refutavit Patruus meus ad Virg. III. G. 117. neque apud Jul. Caeſarem II. de B. C. cap. 39. facile damnaverim, *capti homines equique.* ubi *equiteſque* praeferunt alii, niſi per *homines* intelligamus pedites,

Quae tellus ſit lenta gelu, quae putris ab aeſtu,
Ventus in Italiam qui bene vela ferat.
Adſidet una ſoror, curis & pallida nutrix
Dejerat hiberni temporis eſſe moras.

Felix

ſites, ſic *equus* & *eques* dubiae lectionis eſt apud Minuc. Fel. cap. 7. ubi vide eruditorum notas. ſed quia vix intereſt, an *eques* vel *equus* Parthicus dicatur aliquot millia in ſiccis & aridis illis locis currere poſſe ſine aquae potu, ſitimque diu tolerare poſſe. hunc enim loci hujus ſenſum eſſe, Paſſeratio facile adſentior prae magni Scaligeri interpretatione, qui equum Parthicum *ſine aqua* tantum viae currere exponebat ſine ſtrigatione ad emittendam urinam. Sed haec aliter intelligebat eruditus antiſtes Cordubenſis Martinus de Roa Lib. VI. Singular. cap. 7. qui rejecta Scaligeri ſententia refert ad morem, quo equis ex curſu longo vel rapido fatigatis & ſudantibus aqua frigida infundebatur. ſed quod ab hoc loco alienum arbitror. ſimpliciori ſenſu haec cepiſſe Hadr. Relandum patet inde, quod codici ſuo edit. Broukhuſianae adſcripſerat locum Apollonii Dyſcoli cap. XXV. Hiſt. Mirab. [Ἀνδρων Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ξηρὰ, δι' ὅλȣ τȣ̃ βίȣ ἄδιψος καὶ ἄποτος διετέλεσεν. & videndum eſſe Diog. Laërtium in vita Pyrrhonis, addiderat.

39. *Quae tellus ſit lenta gelu, quae putris ab aeſtu,*] *lentam gelu tellurem* Fruterius exponebat pigram. in Excerpt. cod. Scaligerani *pura*. forte pro *dura*. Sed Iſ. Voſſius ad Catullum pag. 214. *lentam* explicat lubricam. dein *putris ab aeſtu* ex imitatione Virgilii eſt, Lib. I. G. 44. *Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* inquirebat igitur in regiones ſub diverſis Zonis vel frigida vel torrida ſitis, in quibus marito Lycotae vel cum frigore vel calore nimio luctandum eſſet.

41. *Adſidet una ſoror curis, & callida nutrix, Dejerat* &c.]

Adſit in primo Voſſ. *Aſſidat* corrupte in Mentel. & primo Leid. fidelitatis & ſolatii verbum eſt *adſidere*. Petronius cap. CXI. *Adſidebat aegrae fidiſſima ancilla, ſimulque & lacrimas commodabat lugenti.* Apulejus Lib. I Metam. pag. 30. ed. Delphin. *Adſidebat pedes ejus uxor.* dein *pallida nutrix* in pleriſque membranis, quibus accedunt Leidenſes, Voſſiani, D'Orvilliani, & mei. & in vetuſtis edd. ut utraque Aldi, Juntina, Colin. Gryphii, Rovill. Scalig. Canteri, & Douſarum Raphelengiana, diſtinguitur,

Adſidet una ſoror, curis & pallida nutrix.

quod praetuli, & ſic adfert Gebhardus Lib. I. Antiq. Lect. cap. 23. qui ab *aſſidendo* nutrices *aſſedas* dictas cenſet. eſt autem proprium verbum de iis, qui vel aegris vel adflictis auxilii vel ſolatii cauſſa adſunt. vide notas ad Ovid. Epiſt. XX. 134. *callida nutrix* Broukhuſius textui ingeſſit ex emendatione Heinſii ad Ovid. VI. Met. 576. ubi *pejerat* profert, ut in omnibus fere MSS. & edd. antiquis legitur. ſed ad marginem ed. Ald. emendandum adſcripſerat *Dejerat.* & ſic Livinejus. quod amplexus eſt Broukhuſius, & notionem verbi *dejerare* pro ſancte adfirmare exemplis recte illuſtravit. Apulejus. Lib. X. Met. *His & ſimilibus altercati conviciis, dejerant uterque, nullam ſe prorſus fraudem, nullam denique ſubreptionem factitaſſe.* ſed & *falſum dejerare*, vel, ut in cod. Regio eſt, *dejurare* dixit Gellius, Lib. I. cap. 3. ubi vid. Gronov. & Patrui mei notas ad Suet. Ner. cap. 28. idem tamen Broukhuſius in loco Catulli Ep. 49. haeſitabat an legendum eſſet *Per conſulatum dejerat Vatinius.* ſed poſtea *pejerat* praetulit ex Cic. in Vatin. cap. 1. Papias in Vocabulario: *Dejurat, ſatis jurat, verum jurat.* forte *Dejerat.* idem corrigendus in *Egerare*, ubi legitur, *Egerare, ſpernere, deteſtari.* ſcribendum enim *Ejerare.* ut in Gloſſis MSS. Leidenſ. *Ejerare, diſpernere, deteſtari. callida* vero *nutrix*, ut correxit Heinſius, magis mihi probaretur, ſi de amore clandeſtino & furtivo ageretur, ut paſſim in inceſtis Canaces, Byblidis, Myrrhae, & ſimilium amoribus nutrices aſtutae, vafrae, & rerum conſciae ab Ovidio inducuntur, ſed *pallida*, quae vetus codicum & edd. lectio eſt, hic aptius convenit Arethuſae, cum qua ſoro & nutrix curarum & ſollicitudinis de Lycotae vita vel reditu particeps, & timore pallida rectius ſedere fingitur. talis, Penelope apud Ovid. Epiſt. I. v. 11. & ſeqq.

Quando ego non timui graviora pericula veris?
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

In

Felix Hippolyte! nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis!
Eſſem militiae ſarcina fida tuae.
Nec me tardarent Scythiae juga, quum pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.

Omnis

In te fingebam violentos Troas ituros,
Nomine in Hectoreo pallida *ſemper eram.*

ſic utraque haec vox mutatur apud Sabinum Epiſt. I. 54. *Et coeptum revoces callida ſemper opus.* ut illic aptius, quia ad Penelopes dolum retextae lanae reſpicitur, emendavit idem Heinſius, pro *Pallida.* eadem igitur non ubique conveniunt.

43. —— *nuda tulit arma papilla,*
Et texit galea barbara molle caput.]

mamilla in Borrich. Heinſiano, & meo priore. deinde *barbare mole caput* in primo Leid. unde cum Gebhardus etiam *mole* in Palatinis reperiſſet, id avide amplexus eſt, & *galeae mole* legendum cenſet, atque ideo dici putat, quia hujus Amazonis galea aerata & gravis erat. ſed conparatio tantum ducitur a femina militante, cui *molle caput* convenit, quae cum *barbara* eſſet, ideo magis queritur puellis Romanis caſtra non patere, de quo vide D'orleans ad Tacitum pag. 119. Rittershuſ. ad Guntheri Ligurin. Lib. VII. 282. pag. 139. & quae notavi ad Lib. II. El. 6. 15. mox *Iſſem militiae* conjecerat Heinſius.

47. *Nec me tardarent Scythiae juga, quum pater altas*
Africus in glaciem frigore nectit aquas.]

initio hujus diſtichi adhaeret Virgilio Ecl. X. 50.

—— *non me ulla vetabunt*
Frigora Parthenios canibus circumdare ſaltus.

ut notat illic Valens Guellius. ſed in reliquis non exigua verae lectionis conſtituendae difficultas eſt. *Atlas* pro *altas* in v. c. Perreji, ſecundo & quinto Vaticano, & primis edd. *niger Atlas* in eod. ſec. Vatic. pro *pater* corrupte in primo Voſſ. *patere.* ſed in Groningano *cum parat altas.* quae ſcriptura verſu ſeq. *nectere* exigeret, ut Heinſius in notis Propertianis pag. 744. qui etiam conjecerat *cum patrio altas,* non mirum igitur eſt, Livinejum codicis Poſthiani, hoc eſt Groningani, lectionem *parat* ineptam pronuntiaſſe, quia ſequitur *nectit.* Cum vero *pater Africus,* quem pro Septemtrione poni exemplis probandum eſſet, vix dici poſſet Scythiae flumina in glaciem conſtringere, hinc Janus Helvetius olim mecum communicaverat emendandum ſibi videri,

—— *quum pater altas,*
Thraſcias in glaciem frigore nectit aquas.

Thraſcias ventus Graecis dicitur, qui Latinis *Circius.* vide Jo. Bapt. Pium in Adnot. Poſter. cap. 78. Tom. I. Fac. Crit. & Brodaeum ad Lib. I. Anthol. Graec. pag. 105. hinc in Epigr. veteri de Ventis Tom. II. Anth. Lat. p. 387.

Circius hinc dextro gelidus circum tonat antro:
Thraſcian Graeci propria dixere loquela.

ubi hanc amici eruditiſſimi conjecturam memoravi. vel legebat *Thracius in glaciem* &c. ut Aquilo intelligatur, quomodo apud Horatium Lib. I. od. 25. 11.

Thracio bacchante magis ſub interlunia vento.

Lucanus Lib. I. 389.

—— *piniferi Boreas quum Thracius Oſſae*
Rupibus incubuit:

ſed quia *pater* Aeolo potius, (qui *ventorum pater* dicitur Horatio Lib. I. od. 3. 3.) quam vento cuicumque convenire cenſebat Eldikius, alia conjectura hunc locum ſic refingendum judicabat,

—— *quum Pater alta*
Adſtrictas glacie frigore nectit aquas

ut *Pater* ſit Jupiter, quo nomine Virgilio, Horatio, aliiſque ſaepe inſignitur, & hoc conferebat cum illo Horatii Lib. III. od. 10. 7.

Ventis & poſitas ut glaciet nives
Puro numine Jupiter.

Sed quia duo caſus ſimiles *glacie frigore* non valde

Omnis amor magnus; ſed aperto in conjuge major.
Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.

Nam

valde eleganter junguntur, neque *in glaciem* Propertio eripi vellem, locum his tentaminibus bene conſtitutum adfirmare non auſim. *pater Africus* mendi ſedem faciunt procul dubio, & forte *frigore*, quod abeſſe poteſt, a librariis additum fuerit. Hinc quum pro *pater* optimus codex Groninganus *parat* nobis ſuppeditet, non incommode ſubſtitui poſſe videtur,

Nec me tardarent Scythiae juga, quum parat *altas*
Arcticus *in glaciem* nectere ventus *aquas.*

ut *Arcticus ventus*, Boreas, propius inhaereat voci *Africus* & *ventus* ex *nectit* non violenta certe mutatione eliciatur. *ventus* enim neceſſario addi debet τῷ *Arcticus*, ut in loco Horatii, *Thracio bacchante magis vento.* contra loco non ſuo a librariis *Aquilo ventus* ingeſtus fuit noſtro Lib. II. El. 4 4. Qui feliciorem loco adfecto medicinam adtulerit, lubenter ei adſurgam. *nectere aquas in glaciem*, ut in Epigr. Aſmeni de quatuor anni tempeſtatibus T. II. Anth. Lat. p. 343.

Labentes haec durat aquas, haec flumina nectit.

quod *alligare* ibidem Baſilio,

Vis hiemis glacie currentes alligat undas.

ubi vide quae notavi. idque *frigore jungere* vel *vincire aquas* aliis dicitur: ut Pompejanus Epigrammate de amni glacie concreto, *poſtquam triſtis hiems frigore junxit aquas.* vel *vinxit*, ubi plura.

49. *Omnis amor magnus, ſed aperto in conjuge major*
Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem]

Marklandus codici ſuo adſcripſerat, *Non recte capio veritatem hujus ſententiae*, obſcurum certe eſt, cur, dicat *amorem in aperto conjuge majorem eſſe.* Paſſeratius in loci corrupti explicatione valde aeſtuat, & *apertum conjugem* dici putat, quia etiam amantes citra legitimas nuptias ſe vocant *conjuges*, moechus autem tectus amator, ſed maritus apertus, ideoque *conjugem apertum* interpretatur manifeſtum, & in MSS. legi *apto in conjuge* teſtatur, ac bene convenientem amorem exponit. ſed tales coactae interpretationes loci obſcuritatem & corruptelae ſuſpicionem augent. procul dubio eum fefellit ſcripturae conpendium *apto*, id eſt, *aperto*, hinc tamen, *in apta conjuge* deduxit Cl. Schraderus Emend. cap. IX. pag. 171. & hanc correctionem ſuam loci incommodis, quia *conjux apertus* non convenit, & *amor in conjuge* pro *erga maritum* non recte dicitur, mederi adfirmat. ſed quam facile tranſpoſitis literis ex *ſed aperto*, deletis tantum *a* & *p*, elici poteſt vera, niſi mihi blandior, verſus reſtitutio, ſi legamus,

Omnis amor magnus, deſerta *in conjuge major.*

id enim optime Arethuſae, a marito Lycota relictae, congruit. & hoc eſt illud quod ſupra Lib. II. El. 24. 43.

Semper in abſentes felicior aeſtus amantes:
Elevat adſiduos copia longa viros:

Briſeis apud Ovid. Epiſt. III. 82.

Ibis & (o miſeram!) cui me, violente, relinques?
Quis mihi deſertae mite levamen erit?

Epiſt. V. 75.

Sic Helene doleat, deſertaque conjuge ploret.

Sappho Epiſt. XV. 155.

Ales Ityn, Sappho deſertos cantat amores.

& paſſim in Epiſtolis Ovidianis Heroïdes ſe deſertas cum queruntur, majorem amoris aeſtum manifeſtant. ideo addit Propertius, Venerem ipſam *hanc facem ventilare*, ut magis vividam reddat, & eo ardentius luceſcat, quomodo flamma & ignis *vivere*, & contra *mori* pro extingui ſaepe a poëtis dicitur. vide Lambin. ad Lucret. IV. 924. Heinſii & Patrui mei notas ad Ovid. VII. Met. 77. face enim commota & agitata flamma vivit & augetur, non mota moritur ſeu extinguitur. eleganter Ovidius Lib. I. Am. El. 2. 11.

Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

ſic *vivere* ipſe amor dicitur Naſoni Lib. II. A. A. 101.

Non facient, ut vivat amor, Medeïdes herbae.

ubi *duret* in MSS. quae gloſſa videtur. *Vincat*

male

Nam mihi quo, Poenis ſi purpura fulgeat oſtris,
Cryſtalluſque ſuas ornet aquoſa manus?

Omnia

male in aliis. Rem. Am. 732.

Ut paene extinctum cinerem ſi ſulfure tangas,
Vivet, & e minimo maximus ignis erit.

Ventilare autem hoc loco eſt, quod *quatere*, concutere Lib. I. El. 3. 10. *Et quaterent ſera nocte facem pueri.* & *quaſſare* Petronio cap. 97. *Intrat ſtabulum praeco cum ſervo publico, facem fumoſam magis, quam lucidam quaſſans.* Douſa P. adſcripſerat locum Plinii Lib. IV. Epiſt. *ut enim faces ignis adſidua concuſſione cuſtodiuntur, dimiſſae aegerrime reparantur, ſic & dicentis calor & audientis intentio continuationem ſervat, intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit.* verſum hunc ita ut legitur adfert etiam Neſtor in Vocabulario pag. 130. b. in *ventilare.* Ignem igitur majorem Arethuſae amori, & ſimul carmini Propertiano, addere poteſt haec emendatio prae languida illa & frigida *aperti* vel *apti conjugis* explicatione, eamque adjuvant non parum praecedentia. *Eſſem militiae ſarcina fida tuae. Nec me tardarent Scythiae juga*, &c. quo minus nempe eo fides & amor ſuus in Lycotam ſequeretur, pari colore, quo Lib. II. El. 23. 53.

Quo fugis, ah demens? nulla eſt fuga. tu licet uſque
Ad Tanain fugias, uſque ſequetur amor.

51. *Nam mihi quo, Poenis ſi purpura fulgeat oſtris,*
Cryſtalluſque ſuas ornet aquoſa manus]

Poenis tibi & ſeq. verſ. *Cryſtalluſque tuas*, in omnibus antea codd. MSS. & editis legebatur, unde plerique Interpretes haec ad Lycotam retulerunt. *ſi* correxit Heinſius ad Ovid. I. ex P. 5. 79. *te purpura* Neap. quod margini codicis ſui etiam adſcripſerat Marklandus. *ſuas* Broukhuſius ex ſua emendatione, non autem è codice aliquo veteri, in textu dedit, hoc eſt manus, quae eam geſtant. *meas* tamen ex cod. Neapolitano praeferrem. Sed in explicatione loci fluctuant valde viri eruditi, Paſſeratius cryſtallum capiebat de vaſe vel poculo cryſtallino, quo manus Lycotae ornaretur, cum biberet, & *aquoſam cryſtallum* interpretatur, quae conſtat ex aqua & humore gelu concreto. ſic fere Volſcus & Beroaldus. *Chryſolithuſque* vel *Berylluſque ſuas* conjecit Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. ut infra El. VII. 9. *Et ſolitam digito beryllon adederat ignis.* qui haec ad ſe referri ab Arethuſa, non ad Lycotam, exiſtimat. Broukhuſius de pila cryſtallina, quam manu verſabat Arethuſa, intelligebat, ſed talem pilam manu tenebant puellae Romanae aeſtatis calore, ad refrigerandum, (de quo ſupra ad Lib. II. El. 18. 60.) hanc vero Arethuſae epiſtolam hieme ſcriptam indicat v. 42. *Dejerat hiberni temporis eſſe moras.* Recte igitur Vulpius, qui in prima editione de capulo enſis Lycotae cryſtallino, vel de ſpeculo cogitaverat, ſecundis curis, a Broukhuſio diſſentiens, explicuit de annulo, cui beryllus, vel adamas, vel alia gemma cryſtallo ſimilis fuerit inſerta, & *aquoſam* interpretatur (Iſidor. XIII. 16.) gemmam coloris valde diluti, *aquam marinam* Italis dictam. certe nihil ad rem faciunt quae contulit Paſſeratius, ut *aquoſam cryſtallum* illuſtret. vera vocis vis & notio explicanda eſt ex ſeptem Claudiani Epigrammatibus Latinis de *Cryſtallo cui aqua inerat*, vel, ut Graecis ejuſdem duobus Epigrammatibus praefigitur, εἰς Κρύςαλλον ἐντὸς ὕδωρ ἔχουσαν. vide Claverium ad Claudian. Ep. VI. & ſeqq. qui alterum Graecum Εἶπ' ἄγε μοι, Κρύςαλλε, λίθε &c. ſic Latine reddidit,

Quis lapidi cognate latex te ſtringere quivit
Parte tui? Boreas. quis ſolviſſe? Notus.

ſed elegantius Muſa Grotiana, in Graecis vertendis feliciſſima,

Dic aqua ſub lapidis glaciali tegmine, quo tu
Conpacta es Borea, vel reſoluta Noto?

primum vero ſic interpretabatur vir maximus,

Aëris ingenio glacies ſortita figuram
Exhibet immenſum nobis in imagine mundum,
Aethera qui fluctus pelagi conplectitur in ſe.

utrumque Graecum legitur Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. 18. Ep. 2. & 3. recte igitur Hadr. Relandus margini edit. Broukhuſianae adſcripſerat, *aquam cryſtalli adpellant gentes Orientales ſplendorem, uti nos ab iis edocti aquam gemmae dicimus.*

53. *Om.*

Omnia ſurda tacent: raris adſueta Kalendis
Vix aperit clauſos una puella lares.
Glaucidos & catulae vox eſt mihi grata querentis:
Illa tui partem vindicat una tori.

Flore

53. *Omnia ſurda tacent: raris adſueta Kalendis Vix aperit clauſos una puella lares.*]

Omina in quarto Voſſiano. ſed *omnia* hic eo ſenſu quo El. ſeq. v. 83. *Omnia praebebant ſomnos. rariſque* in ſingulis fere codicum veterum apud me Excerptis, & edd. vetuſtis. *rariſque aſſuta* in Askewiano. ſed hic quoque locus tenebris obſitus eſt, ſi ad lectionis vulgatae ſenſum intelligendum Interpretes conſulamus. *Kalendas raras* Paſſeratius ad h. l. exponit paucas vel raro venientes, ſed annuas, ſeu quotannis ſemel redeuntes, intelligit ad Eleg. VIII. 4. p. 656. ubi *horam rarae morae* Broukhuſius etiam interpretatur, *cujus copia ſemel dumtaxat in anno fit.* Volſcus *raras Kalendas* explicat *quae vix ſemel quoque menſe* Arethuſae *domeſticos lares aperiunt.* alia commenti fuerunt Beroaldus, ceterique. haerebat etiam ad hunc ſcopulum Marklandus, nam adſcripſerat, *Quaere de hoc loco, & quaenam ſint* rarae Kalendae. *an ſcribendum ſit* Martis Kalendis? *quo die munera accipiebant feminae.* id puto ei ex nota Paſſeratii in mentem venit, qui de muneribus ad feminas Kalendis Martiis miſſis agit pag. 593. ſed irrita haec conamina arbitror. Ad ſanandum grave ulcus huic verſui inflictum feliciore ſucceſſu Heinſius ingenii ſui critici εὐςοχίαν adhibuit, quum emendaret,

—— *radiis adſueta coliſque*
Vix aperit clauſos una puella lares.

ut innuat Arethuſa, nec ſibi janitorem neque ancillam, ad fores aperiendas in promtu eſſe; quamquam ſenſus mihi alius videatur, nempe vix una ex ancillis meis lanificio adſuetis & unice intentis domum aperit, me ſola a te relicta. id jubent praecedentia hujus Elegiae v. 18.

Texitur haec caſtris quarta lacerna tuis.

& v. 33.

Noctibus hibernis caſtrenſia penſa laboro,
Et Tyria in radios vellera lecta ſuos.

ubi de *radiis* in textrina vide Broukhuſium. Haec praeclara & Heinſio digniſſima emendatio, quae legitur in ejus Adverſariis Lib. I. cap. 2. & notis Propertianis p. 744. anſam praebuit Struchtmeyero in Animadv. Crit. p. 166. Wakkero in Amoen. Liter. pag. 103. & Cl. Schradero Emend. cap. IX. pag. 172. ut hoc in loco emendarent,

—— *laniſque adſueta colendis.*

ſed quamvis *lanas colere* probe dictum concedam, Heinſianum tamen *coliſque* praeferendum videtur, praeſertim propter Virgilii locum a Cl. Schradero adductum ex Lib. VII. Aen. 805. de Camilla:

— *non illa* colo, calathiſque *Minervae.*
Femineas adſueta *manus.*

quem locum ſi ante oculus habuerit Propertius, *calathis adſueta coliſque* non male etiam hic legi poſſe videtur. praeterea idem Heinſius conjecerat *Limina ſurda tacent.* vel *Janua ſurda tacet.* quod autem *arvis colendis* antea tentaverat, & Graevius *agris colendis*, in T. IV. Syll. Epiſt. p. 227. 29. aliena ſunt, & cum emendatione modo laudata non conparanda.

55. *Glaucidos & catulae vox eſt m. g. q. Illa tui partem vindicat una tori*]

optime ſic emendavit Scaliger, pro lectione codd. MSS. & edd. veterum, *Graucidos*, ut etiam in meorum codicum Excerptis habetur, quod Beroaldus dictum exiſtimat a γραῦς, vetula. *Grancidos* Mentel. Leid. pr. & meus ſecundus. ſed *Glaucidos* nomen catulae ſuae inpoſuit Arethuſa a glaucis, ſeu caeſiis, ejus oculis, ut Minerva γλαυκῶπις Ἀθήνη Homero paſſim dicitur. vide Gellium Lib. II. cap. 26. fruſtra tentavit Heinſius *Raucidula & catulae vox*. licet in ſecundo Regio *Raucidos.* nam in Colbertino & primo Regio *Graucidos.* ut in ceteris. *querenti* in D'Orvill. ſec. altero verſu *toro* legitur in Mentel. Excerptis Scalig. Neapol. Groning. primo Leid. & Voſſ. D'Orvill. ſec. & le-

Flore ſacella tego, verbenis compita velo,
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.
Sive in finitimo gemuit ſtans noctua tigno,
Seu voluit tangi parca lucerna mero:
Illa dies hornis caedem denuntiat agnis,
Succinctique calent ad nova lucra popae.

Ne

meo utroque, cum uno Palatino Gebhardi, & primis edd. *Illa mihi partem* in altero Palat. fruſtra Paſſeratius *ſibi partem vindicat*. neque probo Gebhardi conjecturam legentis, *Illa tuam partem vind. una toro*.

59. *Sive in finitimo gemuit ſtans noctua tigno,*
Seu voluit tangi parca lucerna mero]

in furtivo Regii, meus ſecundus, & primae edd. Venetae, Reg. Lep. Aldinae, Juntinae & Colinaei, *finitimo* in Vaticano ſec. & ceteris codd. atque ed. Beroaldina, Gryph. Rovill. & Canteri. vitioſe *genuit* in primo Voſſ. Borrich. & D'Orvill. pro *tigno* conjeceram *tecto*, in domus culmine. ut apud Virg. I. G. 402.

—— de culmine ſummo
Nequidquam ſeros exercet noctua cantus.

ſic hae voces & aliis in locis variantur. ut apud Cicer. pro domo cap. 23. *Caementis ac teſtis tectorum meorum*. ubi in edd. vet. *tectis*. ſed *tignis* in MSS. quod illic praeferendum. vide Gruteri & Graevii notas. & Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 534. & IV. Faſt. 233. ubi hoc in loco praeferre videtur *tigno*, pro tabulato, ut *tigna cava* infra El. VI. 50. adde Markland. ad Statii Silvas pag. 47. altero verſu pro *voluit* Scaliger ad Cirin v. 344. adfert *metuit*, quod in aliis legi, vel *doluit*, notat Paſſeratius, ſed utrumque rejicit, & *voluit* tuetur, eo ſenſu, ſeu lucerna jam fere extincta mero injecto flammam ali & reſuſcitari exegit. ut apud Ovid. Epiſt. XIII. 114.

Ut ſolet adfuſo ſurgere flamma mero.

inde vero omina captaſſe, praeſertim ſi lucerna infuſo mero ſternutando crepitaret, patet ex Epiſt. XIX. 151. & ſeqq.

Sternuit & lumen (poſito nam ſcribimus illo)
Sternuit, & nobis proſpera ſigna dedit.
Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes;
Cras erimus plures, inquit, & ipſa bibit.

vide Paſſeratium ad h. l. pag. 594. & huc ſpectat elegans Epigramma Lib. VII. Anthol. Graec. N. 179.

Ἤδη φίλτατε λύχνε τρὶς ἔπταρες· ἦ τάχα τερπνὴν
Ἐς θαλάμους ἥξειν Ἀντιγόνην προλέγεις.
Εἰ γὰρ ἄναξ εἴη τόδ' ἐτήτυμον, οἷος Ἀπόλλων,
Θνητοῖς μάντις ἔσῃ καὶ σὺ παρὰ τρίποδι.

quod his Latinis numeris reddidit Hugo Grotius,

Jam ſternutaſti ter fida lucerna: venitne
Antigona ad noſtrum, te mihi vate, torum?
Si ſignum res ipſa probat, ceu magnus Apollo
Tu quoque fatidicos ſtabis apud tripodas.

tingi autem praefero pro *tangi*, cum quia id rei huic magis proprium eſt, tum quia ſic legitur in v. c. Perreji, Colotiano, tribus Vaticanis, & tertio Voſſ. licet alterum probaſſe videatur Scriverius ad Martialem pag. 149. & Heinſius ad Ovid. IV. Faſt. 740. J. Douſa P. editioni Canteri adſcripſerat *tingi*, & notaverat interpretationem hujus moris ex Ovidianis exemplis petendam, adſcripto verſu ex d. Epiſt. XIX. 153. *Ecce merum nutrix* &c. & altero ex Lib. I. ex P. Ep. 3. 10.

—— ſic ad tua verba revixi,
Ut ſolet infuſo creſcere flamma mero.

ſed ubi in vetuſtis edd. legitur *flamma redire*, & in aliis *vena redire*, quod viri docti praetulerunt.

61. *Illa dies hornis caedem denuntiat agnis,*
Succinctique calent ad nova lucra popae]

hornis eadem in Groning. & D'Orvill. ſec. *ornis* in binis Leidenſib. & Voſſianis, & pro *agnis* vitioſe etiam *ignis* in Voſſ. quarto. *ſuccinctaeque* perperam in pleriſque MSS. & edd. vetuſtis. ut & *cadent* in Mentel. duobus Leidd. & tertio Voſſ. *calunt* in altero D'Orv. ſed optime ad *nova ſacra* in v. c. Perreji, Colot & primo ac ſec. Vatic. & ſic adfert Turnebus XVIII. Adverſ.

Ne, precor, adſcenſis tanti ſit gloria Bactris,

Raptave

verſ. cap. 5. & Hermol. Barbarus Caſtig. ad Plinium Lib. VII. cap. 12. pag. 434. vide Abramum ad Cic. pro Milon. c. 24. p. 893. *Succinctaeque cadent ad tua* Askew. unde legi poſſet *Succinctique calent ad tua ſacra popae.* Miror Broukhuſium hunc locum interpretari de victimis novis, quibus Arethuſa purgatura erat malum omen gementis noctuae, & lucernae deficientis. eo referenda puto, quae praeceſſerant, *Flore ſacella tego* &c. *Et crepat ad veteres herba Sabina focos.* quod tamen diſtichon melius praecedenti anteponeretur hoc modo:

Sive in finitimo gemuit ſtans noctua tigno,
Seu voluit tangi parca lucerna mero;
Flore ſacella tego, verbenis compita velo,
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.

Sed magis adhuc miror, nemini Interpretum ſuboluiſſe, duos hos verſus *Illa dies hornis* &c. ſede ſua motos & infra collocandos eſſe poſt verſum 70. ubi longe aptius poſt mentionem reditus Lycotae ſequerentur iſto ordine:

Incorrupta mei conſerva foedera lecti.
Hac ego te ſola lege rediſſe velim.
Illa dies hornis caedem denuntiat agnis,
Succinctique calent ad nova ſacra popae.
Armaque quum tulero portae votiva Capenae.
&c.

vel *ad tua ſacra* ex cod. Askewiano. ſic enim elegantiſſime reſpiciet ritum, quo ſolebant amicis vel maritis, e longinquo itinere, & bellica praeſertim expeditione domum redeuntibus, tenerum agnum, juvencum in epulas caedere, vel ad ſacrificium immolare. Horatius Lib. I. Epiſt. 3. v. ult.

Paſcitur in veſtrum reditum votiva juvenca.

& eo refer illud ejuſdem Flacci ad Pompejum, è militia reducem, Lib. II. od. 7. 17.

Ergo obligatam redde Jovi dapem,
Longaque feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea.

ubi per *dapem obligatam* intelligit ſacrificium, Jovi votum. quo loco Patruus meus firmare potuiſſet conjecturam ſuam apud Ovid. XIII. Met. 589. —— *non ut delubra dapeſque Des mihi ſacrificas.* pro *dieſque.* Vide quam bene tunc omnia cohaerebunt: Arethuſa nempe, ſi Lycotas conſervato lecti foedere intemerato, reverteretur, vovet ei hornum agnum in ſacrificium pro ſalvo reditu, additque ſe vota, quae portis adfixa pro felici ejus expeditione & reditu ſe ſuſcepiſſe dixerat v. 17. perſoluturam, ut in Penelopes Epiſtola apud Ovid. Epiſt. I. 27. *Grata ferunt Nymphae pro ſalvis dona maritis.* ita Arethuſa nunc reducis mariti arma bello defuncta in aede Martis extra portam Capenam (Veneris Erycinae illic templum fuiſſe adſcripſerat Heinſius) ſuſpenſuram ſe dicit addita ſubſcriptione, SALVO GRATA PVELLA VIRO. ubi eriges tituli vim, ſi pro GRATA reponas SALVO SALVA PVELLA VIRO. ut in illius ſalute ſuam quoque ſalutem poſitam innuat. ut apud Ovid. II. ex P. Ep. 3. 98.

Sed ſi ſola mihi dentur tua vota, precabor,
Ut tibi ſit ſalvo Caeſare ſalva parens.

& Epiſt. XX. 112.

Et ſalvam ſalva te cupit eſſe fide.

ita Tibullus ſe ſalvum ac felicem, ſi ſalva fuiſſet puella, dicit Lib. I. El. 5. 19.

At mihi felicem vitam, ſi ſalva fuiſſes,
Fingebam demens.

ipſe Propertius tale votum pro Cynthia ſuſcipiens Lib. II. El. 21. 41. ſeqq.

Si non unius, quaeſo, miſerere duorum:
Vivam, ſi vivet: ſi cadet illa, cadam.
Pro quibus optatis ſacro me carmine damno:
Scribam ego, per magnum ſalva puella Jovem.

& pro Corinna Ovidius Lib. II. Am. 13. 25.

Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris,
Ipſe feram ante tuos munera vota pedes:
Adjiciam titulum, SERVATA NASO CORINNA.

& Lib. I. El. XI. 27.

Subſcribam; Veneri, fidas ſibi Naſo miniſtras
Dedicat.

quibus in locis nomen ſuum proprium ſubſcribit Naſo, ut moris erat, de quo vide Interpretum notas ad Juſtin. IX. 7. 13. ubi Olympias gladium, quo percuſſus erat Philippus, Apollini conſecrat, ſubſcripto MYRTALES nomine, quod antea geſſerat. ſic & Propertius hic ſcribere potuiſ-

Raptave odorato carbaſa lina duci,
Plumbea quum tortae ſparguntur pondera fundae,
Subdolus & verſis increpat arcus equis.

Sed

tuiſſet, *ſalvo ſalva* ARETHVSA *viro.* nam in altero loco *ſalva puella* non eſt ſubſcribentis nomen adeoque illic minus recte *Cynthia ſalva* poneretur. forte tamen cum Heinſio praeſtiterit *Armaque cum tuleris*, ut innuat Lycotam ipſum e bello reducem, arma, quibus uſus erat, in aede Martis prope portam Capenam ſuſpenſurum, titulo ab Arethuſa ſubſcripto. *illam* vero *diem*, reditus Lycotae, quanto ardore voveat, adparet eo quod ipſos popas ad haec ejus ſacra inſtituenda jam *ſuccinctos*, id eſt, paratos calere dicat. *ſuccincti* enim poprie ſunt ὑψίζωνοι, ad agendum expediti, Ovid. IV. Faſt. 319.

Nominis eſſe potes ſuccinctus cauſſa miniſter.

& Lib. IV. 413.

A bove ſuccincti cultros removete miniſtri.

Lucanus Lib. I. 612.

Cornua ſuccincti premerent cum torva miniſtri.

& paſſim alibi. vid. B. Pium ad Lucret. I. 91. & Gonſal. ad Petron. p. 56. unde patet quam infeliciter Beroaldus, quia *ſuccinctae* male in MSS. legebatur & editionibus primis, *ſuccinctas popas* exiſtimaverit a poëta dictas pro minutis victimis, vel pinguioribus extis. Sed virum in primo literarum diluculo magnum decepit Codicum vel editionum, quibus utebatur, corruptela.

63. *Ne, precor, adſcenſis tanti ſit gloria Bactris, Raptave odorato* &c.]

Nec precor in utroque D'Orvill. *Te precor* Borrich. *adſcenſis* recte a viris doctis reſtitutum eſt pro lectione, quae in aliis obtinebat codd. & in Palatinis membranis inventa fuit a Gebhardo, quamque non ineptam vocat, *accenſis.* ſic quidem in ſec. D'Orvill. etiam legitur, ſed alterum optime tuetur Broukhuſius, &, ut alii Interpretes, intelligit de Arethuſa maritum admonente, ne gloriae & laudis ardore primus hoſtium moenia adſcendat. ſed aliter cepiſſe Douſam P. patet ex ejus adnotatione, qua margini ed. Rovill. adſcripſerat, *adſcenſis recte, nam adſcendimus in Orientem.* ſed alterum rectius videtur, quia de rei militaris virtute ac praemio hic agitur. *gloria Parthis* perperam in Askewiano. quod ſatis rejicitur ex v. 7. hujus Elegiae, *Te modo viderunt iteratos Bactra per ortus.* altero verſu laudo conjecturam Heinſii ingenioſiſſimam *Raptave Oronteo.* ut *Orontea myrrha* Lib. I. El. 2. 3. *Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.* eum vide Lib. I. Adverſ. 2. pag. 12. ubi cenſet, Propertium reſpexiſſe expeditionem C. Caſſii Longini, qui tempore Craſſi in Syria Quaeſtor, poſt ejus cladem, collectis exercitus reliquiis, Oſacem praefectum regium ad flumen Orontem ſuperavit, teſtibus Dione, Plutarcho, Cicerone, aliiſque. *Orondotae duci* etiam orae ed. Ald. adleverat. ſed prius praefero. de carbaſinis veſtibus, quibus Arabes & Indi utebantur, intelligendum adſcripſerat Ant. Perrejus. & ſic Beroaldus, Paſſeratius, aliique. ſed ſi antecedens verſus ad moenia hoſtilia primum adſcenſa ſpectet, ut recte capiunt Interpretes, *Rapta* non adeo ad veſtes duci odorato ademtas, quam ad ejus vexilla militaria, luxus cauſſa e carbaſo, auro & purpura diſtincto, facta, vel ad ejus praetorium velis pretioſis expanſum poſſent referri. *vexilla* autem hoſtibus erepta in donum bene meritis data fuiſſe patet ex Silio Ital. XV. 261.

65. *Plumbea quum tortae ſparg. pondera fundae Subdolus & verſis increpat arcus equis*]

ſpargantur & *increpet* in Voſſ. quarto, utroque hujus diſtichi verſu videtur duo Virgilii loca in animo habuiſſe, primum ex Lib. VII. Aen. 686. *pars maxima glandes Liventis plumbi ſpargit.* quod illic cum hoc Propertiano confert Valens Guellius, ut & minorem verſum cum Lib. III. G. 31. *Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* de hac Parthorum pugnandi ratione, a Scythis deſumta, vide ſupra ad Lib. III. 7. 54. *Parthorum aſtutae tela remiſſa fugae.* in cod. Regio *verbera fundae.* quod forte petitum ex Virg. I. G. 309. *Stuppea torquentem Baliaris verbera fundae.* Silius Ital. Lib. I. 314. *Hic crebram fundit Baliari verbere glandem. pondera* tamen hic non muto. nam ſic eodem libro Silius v. 523. *librataque pondera plumbi Certatim jaciunt.*

67. *Sed*,

Sed, (tua ſic domitis Parthae telluris alumnis
Pura triumphantes haſta ſequatur equos!)
Incorrupta mei conſerva foedera lecti.
Hac ego te ſola lege rediſſe velim.
Armaque quum tulero portae votiva Capenae,
Subſcribam, *Salvo grata puella viro.*

ELEG.

67. *Sed, (tua ſic domitis Parthae telluris alumnis Pura triumphantes haſta ſeq. equos*] ita haec diſtinxit Broukhuſius. in primis ac vetuſtioribus aliis edd. excudebatur *Sed tua ſit domitis*, ut in Venetis, Reg. Lep. Volſci, Aldi utraque, Juntina, aliiſque. *Sed tua ſit* vitio typi in ed. Colin. *ſit domitis* etiam in meo cod. ſecundo. *Sed tua ſic* correxit Beroaldus, nulla tamen interpunctione addita. *Sic tua, ſic domitis* Heinſius ad oram ed. Ald. *Sed tua ſubdomitis* Guyetus. *Et tua ſic dominis per te* pro *Parthae* in meo priore, & Borrichiano. dein, *triumphantis* in Mentel. Exc. Scalig. Borrich. Askew. Voſſ. Heinſiano, meo utroque, & primis edd. Arethuſam hic dehortari Lycotam à certaminis diſcrimine notat Valens Guellius ad Virg. VI. Aen. 760. & ideo *puram haſtam* incruentam & innoxiam exponit. ſed videtur potius ei victoriam de Parthis relatam adprecari & in virtutis bellicae praemium *haſtam puram* ominari, quae *pura* dicebatur, quia ſine cuſpide ferrea erat, & inter dona militaria, viris fortibus conceſſa, non minimi erat honoris. vide Paſſeratium ad h. l. pag. 596. & quae viri eruditi notarunt ad Silium Ital. XV. 261.

— — *tunc haſta viris, & Martia cuique*
Vexilla, ut meritum, & praedae libamina dantur.

70. *Hac ego te ſola lege rediſſe velim*] poſt hunc verſum inſerendum eſſe diſtichon, quod ſupra legitur v. 61. *Illa dies hornis caedem denuntiat agnis* &c. illic conjeci, ut reduci marito, ſed caſti conjugii lege ſervata, promittat agnorum tenellorum ſacrificium, ad quod popas jam ſuccinctos ſeu paratos eſſe fingit, longe alio ſenſu, quam quo explicarant Interpretes, votaque ſua portae Capenae adfixa, addita pro ſalvi viri reditu inſcriptione, ſe perſoluturam; ubi plura ad Elegiae hujus finem notavi.

E L E G. IV.

Tarpejum nemus, & Tarpejae turpe ſepulcrum
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.
Lucus erat felix hederoſo conſitus antro,

Mul-

Eleg. IV.] FABVLA TARPEIAE inſcribitur in Regiis, Borrichiano, meo ſecundo, & antiquis edd. DE MORTE TARPEIAE in meo priore. loca plurima in hac Elegia emendat Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. & multa ad ejus illuſtrationem contulit Juſtus Ryckius de Capitol. Rom. cap. III.

1. *Tarpejum nemus, & Tarpejae turpe ſepulcrum*
Fabor, & antiqui limina capta Jovis.]

Tarpejum turpe ſepulcrum Voſſ. quart. *Tarpeja rupe* emendabat D. Heinſius ad Silium Lib. I. 541. quem ad eundem locum pro more refutat Dauſquejus in Comment. pag. 47. & *turpe ſepulcrum* infame propter Tarpejae proditionem ac perfidiam dici notat, ut jam expoſuerat Paſſeratius. & hoc agnoſcunt omnes codices & veteres edd. vide Broukhuſium, qui Tarpejam in Capitolio ſepultam docet ex Varrone, cujus verba D. Heinſio favere quidem poſſent, ex Lib. IV. de L. L. pag. 13. *Hic mons ante Tarpejus dictus, a virgine Veſtali Tarpeja, quae ibi ab Sabineis necata armeis & ſepulta: ejus nominis monumentum relictum, quod etiam nunc ejus* rupes *Tarpejum appellatur ſaxum. Tarpeja in rupe* patrem ſuum emendaſſe dicit Nicolaus filius ad Ovid. II. ex P. I. 57. qui ipſe in margine ed. Ald. praeterea conjecerat: *Tarpeja vepre ſepulcrum.* ſed recte facere videntur illi, qui receptam lectionem non tentandam cenſent. *crimen & ſcelus* vocatur ejus proditio v. 41. & 87. praeſertim quia *aeternos ignes extingui* paſſa erat haec virgo Veſtalis. vide v. 43. & 92. id vero capital non tantum morte luendum, ſed vivam Virginem terrae infoſſam fuiſſe, notum eſt. recte igitur *turpe* ejus *ſepulcrum* dixit Propertius. *Fabor* pro canam, deſcribam, exemplo Virgilii L. Aen. 261.

Hic tibi, fabor enim, quando haec te cura remordet.

antiqui Jovis, ut Lib. II. El. 23. 18.

Et canere antiqui dulcia furta Jovis.

ubi vide. dein *lumina* perperam in Heinſiano & meo priore. per *limina Jovis* intelligit Capitolii portas a Tarpeja apertas. ut v. 85. *Prodiderat portaeque fidem.* hinc de eadem Silius Ital. XIII. 843. *pactis reſeravit clauſtra Sabinis.* ideo autem hic *antiquus Jupiter* dicitur, ut fingat eum jam tunc habuiſſe templum in Tarpejo monte, quod poſtea demum a Tarquinio aedificatum. ut cenſet Ryckius de Capitol. Rom. cap. 8.

3. *Lucus erat felix hederoſo conſitus antro*] *ederoſo conditus* in plerisque MSS. & edd. antiquis, ut in Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, ſed *conſitus* in Colot. & primo ac quarto Vaticano. ut legebant Fruterius, Canterus, Bentlejus ad Horat. III. od. 10. 6. & qui pluribus exemplis id adſtruit. N. Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 12. pag. 297. & in notis Propertianis pag. 745. qui praeterea *herboſo* legebat ex veſtigiis unius codicis Voſſiani, in quo *edorſo.* vel etiam *umbroſo* conjecerat ad marg. ed. Ald. *conditus* tamen ex loco Aeliani tuetur Vulpius. Valeat autem Guyetus cum *umbroſa ancra*, quam gemmam antiquatam etiam noſtro inſerere tentabat Lib. I. El. I. 11. ſed merito irriſus a Broukhuſio, quem vide, & quae illic ipſe notavi. Ceterum hic intelligi lucum Streniae, ex quo verbenas felicis arboris primus accepit Rex Tatius, cenſet Pignorius in Symbolis Epiſtolicis pag. 199. de quo Metellus in Quirinalibus Carm. V.

Rex dignis procerum dabat,
Urbi quas Latiae tum juveni dedit
Rex Titus Tatius prior
Feſtas accipiens paupere munere
Verbenas ſtudio patrum,
Solers territat quas creat aureas,
Servant dona tamen notam
A luco veteri nomine Streniae.

4. Mul-

Multaque nativis obſtrepit arbor aquis.
Silvani ramoſa domus, quo dulcis ab aeſtu
Fiſtula poturas ire jubebat oves.
Hunc Tatius fontem vallo praecingit acerno,
Fidaque ſuggeſta caſtra coronat humo.

Quid

4. *Multaque nativis obſtrepit arbor aquis*] *Multa ubi* in Colotiano. quod neſcio quo modo blanditur. & ſic ed. Douſarum Raphelengiana, & Pariſina an 1604. in fol. quamquam pro altera lectione ſit locus noſtri infra El. IX. 30.

Populus & longis ornabat frondibus aedem,
Multaque cantantes umbra tegebat aves.

Obſtrepit ales aquis legebat Heinſius, & aptis poëtarum locis adſtruit. cui favent praeſertim illa ex Virgilii Culice v. 144.

At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus,
His ſuberat gelidis manans è fontibus unda &c.
Et quamquam geminas avium vox obſtrepit aures.

vel legebat *Motaque nativis obſtrepit arbor aquis.* *obſtrepit* eodem ſenſu apud noſtrum Lib. I. El. 16. 46.

Et matutinis obſtrepit alitibus.

& Lib. II. El. 16. 6.

Non tam nocturna volucris funeſta querela
Attica Cecropiis obſtrepit in foliis.

praeterire non poſſum, quae ad hunc verſum Graevianae editioni adnotaverat Marklandus: „ Hinc emendo Horatium Epod. II. 27. *Fonteſque lymphis obſtrepunt ſonantibus.* pro quo lege „ *Frondeſque.* ut hoc loco *arbor obſtrepit aquis*, „ ita ibi *frondes obſtrepunt lymphis* & *aquae* paullo ante meminerat Horatius. vide locum. clare „ confirmat hanc emendationem Rutilius alicubi „ in Itinerario. ſed liber nunc non eſt ad manum. haec ille. Eamdem hanc apud Horatium emendationem propoſuit, & hoc loco firmavit in Explic. vet. locor. poſt Euripidis Supplices p. 253. & 254. ſed pro Heinſiana conjectura facere poſſet Rutilii locus Lib. I. 112.

Quid loquar incluſas inter laquearia ſilvas,
Vernula qua vario carmine ludit avis.

pro vulgata *arbor* illud Nemeſiani Ecl. I. 30.

Dic age, ſed nobis ne vento garrula pinus
Obſtrepat.

& Calpurnii Ecl. II. 55.

Jam reſonant frondes, jam cantibus obſtrepit arbos.

5. *Silvani ramoſa domus*] *Sillani* corrupte in Neapol. *domus* pro luco. ut apud Senec. Agam. 676.

6. *Fiſtula poturas ire jubebat oves*] *videbat* in Borrich. Askew. Heinſiano; Voſſ. pr. D'Orv. ſec. & meo priore.

7. *Hunc Tatius fontem vallo praecingit acerno*] *Nunc Tatius* Mentel. & Voſſ. pr. *Hunc fontem Tacius* Voſſ. tert. *Hic Tatius fontem* Guyetus: quod placet. quo enim *Hunc* referas, nihil anteceſſit. niſi in *poturas* fons indicetur. *praecinxit* Groning. & D'Orv. ſec. ſimile illud de Aenea apud Virg. VII. Aen. 159.

Moliturque locum, primaſque in litore ſedes
Caſtrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.

acervo Borrich. *acuto* Heinſianus & meus primus. ſed *fontem vallo cingere* Heinſio minus placebat, ideoque *montem* legebat. certe *Hunc Tatius fontem* petitum videtur ex v. 15. *Hinc Tarpeja Deae fontem libavit.* & forte per *montem*, ut conjicit Heinſius, rupem Tarpejam, cujus mentio praecedit initio Elegiae, intelligi praeſtiterit, ut totum montem Tarpejum caſtris praecinxiſſe dicatur Tatius. pro *Fidaque* in aliis *Fictaque.* ſic enim in ed. Mureti Aldina. *Fixaque* ex conjectura Canterus & Paſſeratius. *caſtra figere*, *figere tentoria*, ut *moenia figere* Ovidio Epiſt. VII. 119.

Urbem conſtitui, lateque patentia fixi
Moenia.

ubi tamen viri docti de locutione dubitant, an *figere moenia* probae Latinitatis ſit & ideo vel *jeci* vel *ſtruxi* legendum conjiciunt. ſed ex Virgiliana imitatione illic emendandum, *lateque patentia*

Quid tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis
Quum quateret lento murmure ſaxa Jovis?
Atque ubi nunc terris dicuntur jura ſubactis
Stabant Romano pila Sabina Foro.
Murus erant montes: ubi nunc eſt Curia ſepta,
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.

Hinc

tentia vidi Moenia notavi ad Lib. II. El. 25. 63. *Et ſua ſuggeſta* adfert Salmaſ. ad Tertull. de Pall. pag. 364. *congeſta* in Askew.

9. *Quid tum Roma fuit*] *Quid cum Roma fuit* in primo Voſſ. & meo ſec. ſed in quo nihil latet unde aliquid mutandum ſit. vide Markland. ad Stat. III. Sylv. 1. pag. 134. Ayrmannus vero legebat & interpungebat,

—— ſuggeſta caſtra coronat humo,
Qua tum Roma fuit.

deleta interrogationis nota in fine diſtichi. altero verſu *quereret* in Borrich. Heinſiano, & meo primo. *facta Jovis* in D'Orvill. pr. & meo ſecundo.

12. *Stabant Romano pila Sabina Foro*] ita recte editur, licet in Neapol. Regio, Modiano, primo D'Orvill. & meo ſecundo *foco.* ſed *foro* in ceteris MSS. & primis, aliiſque vetuſtioribus edd.

13. *Murus erant montes: ubi nunc eſt Curia ſepta*] locus procul dubio corruptus, ſequente enim verſu *ex illo fonte* referri vix poſſunt ad v. 7. *Hunc Tatius fontem.* illic enim *montem* cum Heinſio legere praeſtiterit. *erat* in Mentel. pro *montes* in Borrich. Heinſiano, & meo primo *fontes.* ſed in Colotiano, & primo Vatic. *Murus erat fons hic.* quod favere poſſet Paſſeratio *Purus erat fons hic* legenti. D. Heinſius ad Silium Ital. Lib. I. 541. emendabat, *Murus erant montes, ubi nunc eſt Curia, ſeptem.* ut de Roma ſeptem montibus inſidente capiatur. Joſephi Caſtalionis lectio, *ubi nunc eſt Curia, ſepta*, nempe, ubi olim ſepta ſeu caſtra Sabinorum erant, nunc Curia eſt, alia interpretatione poſſet admitti, ſi intelligamus de ſeptis, quibus olim Romulus in pratis incluſerat Quirites ad Comitia, vel Patres ad agendum Senatum. ut Eleg. I. huj. Libr. v. 11. & ſeqq.

Curia, praetexto quae nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit, ruſtica corda, Patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.
Centum illi in prato ſaepe Senatus erant.

ubi *priſcos ad ſepta Quirites*, & *in prati ſepe*, conjeciſſe N. Heinſium notavi. poſſent etiam hic *ſepta* de boum ſtabulis intelligi, ubi antiquo tempore *Evandri profugae procubuere boves.* ut ibidem initio Elegiae dicitur. ſed prius malim, quia de loco Curiae agitur. idem N. Heinſius Lib I. Adverſ. cap. 2. legebat,

Purus erat fons hic, ubi nunc eſt Curia, Veſtae.

quia aliter obſcurum eſt, cui Deae aquam e fonte libaverit Tarpeja. vel potius,

Purus erat fons hic, ubi nunc eſt Curia, ſaepe
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.

& hanc conjecturam ceteris ſuis & aliorum praeponebat. certe *illo fonte* exigere videtur, ut *fontis* mentio praecedat. quamvis ſic ter, tribus in verſibus, eadem vox recurrat, quam ob cauſſam Paſſeratii emendationem *Purus erat fons hic* rejecit Broukhuſius. *fontem* vero Juturnae intelligit Beroaldus, ex quo Caſtoris & Pollucis equi poſt victoriam ad lacum Regillum relatam biberunt. vide ad Lib. III. El. 21. 26. non mirum igitur Tarpejam ex *Puro fonte*, Paſſeratii haec ſi lectio admittatur, libaſſe aquam ad Deae Veſtae ſacra. mox *Hic Tarpeja Deae* Groning. & D'Orvill. ſec. *Hunc* legebat Ayrmannus. ſic ſupra v. 7. *Hic Tatius fontem* praeferebat Guyetus. qui male hoc in loco *Hic Tarpeja Dei fontem* corrigebat, & ad fontem Silvani referebat. Heinſius vero conjecerat,

Hinc Tarpeja Deae rorem libavit.

offenſus ſine dubio nimio vocis *fontis* recurſu. *fictilis urna* apud Ovid. III. Faſt. 14. loco ſimili de Ilia Veſtali ad ſacra peragenda ex amne Numico aquam petente:

Ilia Veſtalis (quid enim vetat inde moveri?)
Sacra lavaturas mane petebat aquas.

Ven

Hinc Tarpeja Deae fontem libavit: at illi
Urguebat medium fictilis urna caput.
Vidit arenoſis Tatium proludere campis,
Pictaque per flavas arma levare jubas.
Obſtupuit regis facie, & regalibus armis,
Interque oblitas excidit urna manus.
Saepe illa inmeritae cauſſata eſt omina Lunae:
Et ſibi tinguendas dixit in amne comas.

Saepe

Ventum erat ad molli declivem tramite ripam,
Ponitur e ſumma fictilis urna coma.

ubi hunc Propertii locum adfert etiam Neapolis. ſed ex verbis Servii, ab Heinſio illic productis, hic, pro Juturnae fonte, intelligi eumdem fontem Numicum colligi poſſet, quia addit, *Numicus ingens antea fluvius, paullatim decreſcens, in fontem redactus eſt.* —— *Veſtae libari non niſi de hoc fluvio licebat.* Livius tantum dicit Tarpejam cum Tatio de prodenda urbe *pactam eſſe, quum aquam forte ſacris* (Veſtae nempe) *extra moenia petitum ierat.* hanc vero urnam medio capite geſtaſſe hic fingitur Tarpeja, ut de Amymone latices ferente Lib. II. El. 20. 47. ubi vide Gebhardi notas p. 213. 214. poſt hunc verſum in multis codd. & edd. vetuſtis ſequitur diſtichon, quod Broukhuſius aptiore loco tranſponendum cenſuit poſt v. 90. multum inprobante Vulpio, qui putat illis duobus verſibus *Et ſatis una malae potuit* &c. ſi hic retineantur, contineri quamdam πρόληψιν eorum, quae de proditione Tarpejae deinceps adduntur.

17. *Vidit arenoſis Tatium proludere campis*] *proludere velis* Fruterius. *perludere* in edd. antiquis. *praeludere* in v. c. Perreji, & pro varia lectione in Excerpt. Scalig. *proludere* in cod. Puccii, Colot. Neapol. Vatic. quinto Mentel. Voſſ. Heinſiano, Borrich. & Groning. idque praefert Heinſius ad Ovid. III. A. A. 515. quamquam in diverſa abeant viri eruditi, an in ejuſmodi locutionibus *proludere* an *praeludere* praeferendum ſit. ut ſaepe notatum eſt; vide notas Patrui mei ad Virg. XII. Aen. 106. & ad Rutil. I. Itin. 257. *producere* in D'Orvill. ſec. & Askewiano.

18. *Pictaque per flavas arma levare jubas*] *vias* vitioſe in cod. Regio, & primis edd. Ovidius II. Am. 16. 50.

Ipſa per admiſſas concute lora jubas.

Victaque in Heinſiano & meo primo. ipſe Heinſius conjecerat *picta aera levare*, ut galeam aeream intelligat, & ad jubas referatur. vel legebat,

Ictaque per flavas ora levare jubas.

ut *jubae flavae* intelligantur de caeſarie Tatii, quam ventus in ora ejus equitantis reverberabat. ſed vulgatam minime ſollicito. *picta arma* etiam Silio Ital. Lib. VIII. 468.

Is primam ante aciem pictis radiabat in armis.

20. *Interque oblitas excidit urna*] *Inter & oblitas* in cod. Perreji Colot. primo & ſec. Vatic. & Askew. ſed ſuum Propertio numerum eripiunt, qui talia mutant, &, ut ſibi videntur, mollire tentant. quare miror Broukhuſium, artificii Propertiani adeo gnarum, alterum noſtri locum hoc Libro El. 8. 14. *Clamantque agricolae, fertilis annus erit.* ut duriuſculum neque pro poëtae noſtri venuſtate, damnaſſe, & mutare voluiſſe in *Clamante agricola.* ſed vide quae notavi ad Lotichium pag. 217. & in Addendis pag. 687. ita ſaepe aliis in locis corruperunt poëtae noſtri verſus, in quibus eliſionem propter copulam putabant inſuavem. vide ad Lib. II. El. 23. 67. *excidit urna* ſtupefactae Tarpejae optime convenit. ut apud Tibullum Lib. IV. El. 2. 4.

—— *at tu, violente, caveto,*
Ne tibi miranti turpiter arma cadant.

ubi vide Broukhuſ.

21. *Saepe illa inmeritae cauſſata eſt omina Lunae:*
Et ſibi tinguendas dixit in amne comas.] *cantata eſt* D'Orv. ſec. *lumina Lunae* ex Pontani cod. notaverat Perrejus. ut in Excerpt. Scalig.

Vatic.

Saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis,
Romula ne faciem laederet haſta Tatî.
Dumque ſubit primo Capitolia nubila fumo,
Retulit hirſutis brachia ſecta rubis.
Et ſua Tarpeja reſidens ita flevit ab arce
Vulnera, vicino non patienda Jovi.

Ignes

Vatic. pr. & ſec. Groning. Askew. Leid. ſec. Voſſ. tert. & altero D'Orvill. *crimina* in Mentel. & primo Leid. *omnia* in Heinſiano, meo ſecundo, & primis edd. ſed *omina* in ceteris vetuſtioribus. & ſic in Voſſ. tert. vel *cornua* in margine. *omina* autem firmantur ex illis, quae notavit Heinſius ad Sabini Epiſt. III. 82. deinde *tinguendas finxit* ex eodem Pontani codice adſcripſerat Perrejus, ut legitur etiam in primo & ſec. Vatic. quod procul dubio praeferendum vulgatae *dixit.* & placebat Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 13. & ex MS. Puccii in notis Propert. pag. 746. ſed pro *Puccii codice*, cujus variantes idem etiam adſcripſerat Perrejus, *Pontani* codicem, ab altero diverſum, voluiſſe Heinſium, ex ipſa ed. Ald. in qua illae codicum veterum lectiones a Perrejo excerptae habentur, mihi patuit.

24. *Romula ne faciem laederet haſta Tati*] locus hic favere poſſet Paſſeratio paullo ante v. 19. *Obſtupuit Regis facie* explicanti de vultu Tatii formoſo, & oris decore, licet Broukhuſius *faciem* potius intelligat de toto corporis habitu & forma rege digna, quae non adeo in vultu, quam in apta membrorum omnium conpoſitione conſiſtit, & ad oris pulchritudinem non eſt referenda: ſed hic praecipue ſollicita eſt Tarpeja, ne haſta Romuli laederet faciem vultumque Tatii, cujus decore obſtupefacta in Regis Sabini amorem exarſit. & ideo Nymphis alba lilia ſaepe tuliſſe fingitur. ſic infra v. 32. *Dum captiva mei conſpicer ora Tati.* & huc refer illud Caeſaris in praelio Pharſalico pugnantis, ſuiſque praecipientis, *miles*, *faciem feri.* quod nonnulli exponunt, ut praecipue mucrones converterent in ora militum & ducum elegantius comtorum, quam viros militares decebat, vid. Joh. Jov. Pontanum Lib. V. de Prudent. pag. 397. ſeq. quamquam id alii ſenſu valde diverſo intelligant. ut videbis apud Rutgerſ. Lib. I. Var. Lect. cap. 4. & Freinshem. ad Florum IV. cap. 2. §. 50.

25. *Dumque ſubit primo Capitolia nubila fumo*] ita in codd. MSS. & edd. vetuſtis. ſed in aliis libris legi *primis flammis* teſtatur Paſſeratius, & de prima noctis face explicat. quamquam dubitanter aliam antea propoſuerat interpretationem, ut de veſpera intelligatur, quando ad coenam adparandam fumus e tecto ſurgit. Perrejus adſcripſerat *prima facie noctis.* forte pro *face.* favere poſſet illud Virgilii Ecl. I. 83. *Et jam ſumma procul villarum culmina fumant.* ubi Servius, *id eſt*, *ad veſperam coena praeparanda.* ſed alia excogitavit criticum Heinſii acumen, cui, quia *Capitolia fumo nubila* ei diſplicebant, ſcripſiſſe Propertius videbatur,

Dumque ſubit primo Capitolia nubila Eoo.

vel *Capitolia lubrica dumo.* ut in illo Virgilii Lib. VIII.

Galli per dumos aderant, arcemque tenebant.

lubrica dumo, ut mox v. 47. *Lubrica tota via eſt.* eum vide Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 13. & in notis Propertianis p. 746. ubi etiam tentabat, *primo Capitolia in invia dumo*, ut de Capitoliis apud eumdem Maronem,

Aurea nunc, olim ſilveſtribus obſita dumis.

ſed videtur poſtea adquieviſſe vulgatae, & *primo fumo* de matutina caligine intellexiſſe. ad quod tempus referendus v. 61.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Marklandus vero conjecerat *primo ſomno*, hoc eſt, prima nocte. *traherent cum ſera crepuſcula noctem*, ut ait Ovid. I. Met. 219. & de *ſomno* pro nocte, remittebat ad notas ſuas in Statium. id forte firmari poſſet ex v. 63.

Experiar ſomnum: de te mihi ſomnia quaeram.

mox *brachia ſepta* in Voſſ. pr. & D'Orvill. ſec. a manu pr. ſed alterum optime vindicatur ab Heinſio ad Ovid. I. Met. 509. *crura rubetis ſcindere* dixit Calpurnius Ecl. III. 5.

28. *vicino non patienda Jovi*] *conpatienda* in Excerpt. Scalig. Leid. ſec. Voſſ. tert. a manu ſec. D'Orvill. pr. & meo ſec. *Jovis* Askew.

29. *Ignes*

Ignes caſtrorum, & Tatiae praetoria turmae,
Et formoſa oculis arma Sabina meis,
O utinam ad veſtros ſedeam captiva penates,
Dum captiva mei conſpicer ora Tatî.
Romani montes, & montibus addita Roma,
Et valeat probro Veſta pudenda meo.

35. Ille

29. *Ignes caſtrorum, & Tatiae praetoria turnae, Et formoſa oculis* &c.]

vitioſe *tacitae* in Groning. & Voſſ. pr. forte pro *Taciae*, hoc eſt *Tatiae* ut v. 7. *Tacitus* pro *Tatius* in Askewiano legebatur. per *ignes caſtrorum* intelliguntur vigilum ignes in praetorio ex more rei militaris Romanorum. vide Rutgerſium ad Horat. pag. 418. poſt Lect. Venuſinas. & de his caſtrorum ignibus Patrui mei notas ad Valer. Fl. IV. 755. & ad Ovid. XII. M. 149. imitatus eſt hunc locum Petrus Lotichius Secundus Lib. I. El. 4. 45.

Ignes caſtrorum, voſque hoſtibus undique cincti &c.

altero verſu *Et famoſa* in Neapolitano, Colbertino, Groningano, Palatino Gebhardi, & Askewiano, ſollemni confuſione.

31. *O utinam ad veſtros ſedeam captiva penates,*] *ad noſtros* male in Colbertino. & minus bene *adverſos* Gebhardus. ut *ſedere adverſos*, ſeu hoſtiles, *penates* dicatur, cum caſu quarto, quomodo alibi apud noſtrum, *laſſus requieſcat avenam.* & *geminas requieverat Arctos.* quod merito rejecit Gronovius Lib. IV. Obſerv. cap. 6. pag. 86. qui in notis ad Gellium Lib. II. cap. 23. hinc firmat emendationem ſuam in verſu Caecilii, *qui quaſi ad hoſtes captus liber ſervio.* pro *ab hoſte.* ſedere proprium lugentium, ſupplicantium, & captivorum verbum bene hic illuſtravit Paſſeratius. infra El. V. 37. *Supplex ille ſedet.* Lib. II. El. 21. 45. *Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit.* vide Bernartii notas ad Stat. XII. Theb. 550. hinc in Numis vetuſtis captivi ad tropaea ſedentes conſpiciuntur. de quo vide ad Lib. III. El. 3. 18. *Et ſubter captos arma ſedere Duces.* ubi plura idem Paſſeratius notavit. & vide Lud. la Cerdam in Adverſ. Sacris cap. 177. ſic & in Numis cadentis Imperii, ut in raro & eleganti Licinii Junioris Numo, duo captivi ſedent ad tropaeum, ſeu labarum, quem exhibet Triſtanus Tom. III. Comment.. pag. 484. in alio Conſtantini apud eumdem pag. 550. & Criſpi p. 566. 567.

32. *Dum captiva mei conſpicer ora Tati*] N. Heinſius ad Ovid. I. Faſt. 260. tam hoc in loco, quam ſupra v. 24. *Titi* reſcribendum judicabat, illic autem Broukhuſius *Titi* edidit, hic vero *Tati.* ſed quia in omnibus fere codd. MSS. & edd. antiquiſſimis *Taci*, vel *Tacii*, hoc eſt *Tati*, vel *Tatii*, utroque loco conſtanter legitur, ideo etiam *Tati* edidi, praeſertim quia in tota hac Elegia ubique *Tatium* non praenomine *Titum* vocat. v. 7. *Hunc Tatius fontem vallo praecingit acerno.* v. 17. *Vidit arenoſis Tatium proludere campis.* v. 29. *Tatiae praetoria turmae.* v. 87. *At Tatius, neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem.* & ſic ſupra El. II. 52. *Atque Sabina feri contudit arma Tati.* vide & Dorleans ad Tacitum p. 134. *conſpicor eſſe* in Mentel. & primo Leid. captiva nempe, quod pro *captivam eſſe* per Graeciſmum interpretabatur Scaliger, inprobante Paſſeratio. *ſuſpicor eſſe* in Palatino Gebhardi. *eſſe* etiam pro *ora* in altero Leid. utroque D'Orvill. meo ſecundo, & primis aliiſque vetuſtis edd. *arma* in Borrich. Groning. Excerpt. Scalig. pro varia lectione, & in Voſſ. pr. ac tertio, meoque priore. *ora* recte emendavit J. Fr. Gronovius, ad d. l. Ovidii, laudante Heinſio, & in textum recipiente Broukhuſio.

33. *Romani montes, & montibus addita Roma*] *Septeni montes* conjecerat Heinſius, *abdita* in Groning. & utroque D'Orvill. ut in ed. Beroaldina. ſed alterum adhaeret Virgilio III. Aen. 336. *Pergamaque, Iliacamque jugis hanc addidit arcem. montibus edita Roma* Heinſius, id eſt, inpoſita, & altior ſeptem jugis. quod nonnihil firmari poſſet ex Lib. III. 9. 57.

Septem urbs alta jugis, toto quae praeſidet orbi.

& Ovidio Lib. I. Triſt. El. 5. 69.

Sed quae de ſeptem totum circumſpicit orbem
Montibus, imperii Roma Deûmque locus.

 35. *Ille*

Ille equus ille meos in caſtra reponet amores,
Cui Tatius dextras collocat ipſe jubas.
Quid mirum in patrios Scyllam ſaeviſſe capillos?
Candidaque in ſaevos inguina verſa canes?

Prodita

35. *Ille equus ille meos in caſtra reponet amores*] ita edendum cenſui, nam ex ſola Douſae P. conjectura *reportet* edidit Broukhuſius, licet Livinejus, inprobata Douſae emendatione, nihil mutandum notaſſet. certe in omnibus fere MSS. & primis ceteriſque edd. vetuſtis *reponet*. quibus conſentiunt ſingulorum codicum meorum Excerpta, niſi quod in Askewiano *reducet honores*. *reponet* etiam hic tuetur Patruus meus ad Suet. Tib. cap. 18. & ad Virg. IX. Aen. 502. & ſic adfert Valens Guellius ad Lib. III. G. 86. *meos amores* recte Broukhuſius exponit me amantem, ut optet Tarpeja illo dilecto Tatii equo in caſtra ejus vehi. ſic *amor* pro amante paſſim, ut Graecis ἔρως v. D'Orvill. Charit. p. 194.

36. *Cui Tatius dextras collocat ipſe jubas*] *Quoi Tacius dextras collocat ipſe comas* in Excerpt. Scalig. ſed *comas* gloſſator adſcripſiſſe videtur, ut *jubas* equi explicaret. *colligat* vel *compſerit* Heinſius. ſed *collocat* Paſſeratius recte explicat, pro apte diſponit. *dextra* legitur in aliis. & ſic adfert Guellius ad d. l. Virgilii III. G. 86. Quid ſi pro *dextras* reponamus *pexas jubas*? ut reſpiciat ad ritum, quo amabant Heroës veteres equorum dilectorum jubas ipſi manu ſua ponere & pectere, collumque plaudere & mulcere. unde *depexas jubas* & *plauſa colla* de equis generoſis dicit Ovid. I. A. A. 630.

Quadrupedes inter rapidi certamina curſus
Depexaeque jubae, plauſaque colla, juvant.

ubi male *Depreſſaeque* legit Clercquius Prodromo ad Lucanum pag. 37. Virgilius XII. Aen. 85.

Circumſtant properi aurigae, manibuſque laceſſunt
Pectora plauſa cavis, & colla comantia pectunt.

hinc *plaudere equum* eſt manu percutere & palpare. vid. Caſaub. ad Perſium pag. 515. Auctor Elegiae in Obitum Maecen. v. 127. *Tu mulcere jubam, cum jam torſiſſet habenas.* vide Heinſium ad Ovid. II. Met. 867. & Drakenb. ad Silium Ital. Lib. IV. 265. id *tactu mulcere* vocat Gratius Cyneg. 362. *Sed tactu inpoſitis mulcent pecuaria palmis.* ita enim illic praefero, non *tractu*, propter locum Senecae Lib. I. de Clem. cap. 16. de equo, *fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente permulſeris.* ubi *blande & actu* in MS. cod. Biblioth. Amſtelaedamenſis. *dextras* tamen *jubas* hic probavit Turnebus Lib. VIII. Adverſ. cap. 1. eo ſenſu, ut jubae equi a Tatio ita poſitae fuerint, ut in dextrum armum pronae caderent, idque firmat eodem Virgilii loco, paullo ante indicato, III. G. 86.

Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo.

ubi etiam Cerda hic *dextras* legendum monuit. ita apud Naſonem Lib. II. Met. 674. de Ocyrhoë,

—— *utque vagi crines per colla jacebant,*
In dextras abiere jubas.

& in hac explicatione Turnebo conſentit Paſſeratius. ſed *dextra* probaſſe videtur Guellius, quia ſic adfert. & hoc praeferebat Marklandus. Europa a tauro rapta *jubam* ejus *dextra*, laeva amictus retinuiſſe fingitur ab eodem Ovidio V. Faſt. 607.

37. *Quid mirum in patrios Scyllam ſaeviſſe capillos?*
Candidaque in ſaevos inguina verſa canes?]

patrios capillos agnoſcunt omnes MSS. & editi veteres, *patris* male in ed. Gryph. 1551. dein *ſaeviſſe* & *ſaevos* eodem diſticho cumulari invenuſtum eſſe nemo non ſentit. *ſcaevos* in Heinſiano, & meo priore. *foedos* legebat Heinſius. poſſis etiam *tetros*. aut cum Ovidio *rabidos* Lib. I. A. A. 331.

Filia purpureos Niſo furata capillos
Pube premit rabidos inguinibuſque canes.

aptiſſime Tarpejam, Capitolium ejuſque praefectum Sp. Tarpejum, patrem ſuum, Tatio & Sabinis prodentem, confert cum facinore Scyllae, patrem Niſum abſciſſo purpureo ejus capillo, prodentem Minoi, urbem Alcathoën obſidenti, cujus amore erat capta. ut deſcribit Ovidius Lib. VIII. Met. init. & Virgilius toto

Ciris

Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri,
  Quum patuit lecto ſtamine torta via?
Quantum ego ſum Auſoniis crimen factura puellis,
  Inproba virgineo lecta miniſtra foco?
Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes,
  Ignoſcat: lacrimis ſpargitur ara meis.

Cras

Ciris carmine. noſter Lib. III. El. 17. 21.

Tuque o Minoa venumdata, Scylla, figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti,
Niſe, tuas portas fraude recluſit amor.

Candida inguina debet Virgilio Ecl. VI. 75.

Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris.

ſive, ut alii, legunt,

Scyllam Niſi, aut quam fama ſecuta eſt.

ut duas Scyllas unam Niſi, alteram Phorci filiam diſtinguat, quas hic confundit Propertius, quum Scyllae Niſi tribuit *inguina in canes verſa*, quod Scyllae Phorcidos fabulae convenit. notum eſt in hunc errorem Ovidium etiam incidiſſe tam loco paullo ante producto, quam Lib. III. Am. 12. 21. & Epiſt. XII. 124. utriuſque diſtinctionem manifeſtam facit Hyginus Fab. 148. & 149. qua de re vide notas doctorum ad Gellium Lib. II. cap. 6. p. 134. ſed operoſius N. Heinſium ad Sabini Epiſt. I. 33.

39. *Prodita quid mirum fraterni cornua monſtri, Quum patuit lecto ſtamine torta via?*] mendoſe in primis edd. *frater in cornua monſtri*, ut in Veneta 1475. Reg. Lep. & Volſci. ſed in Veneta 1487, Beroaldina, & reliquis *fraterni cornua monſtri.* Minotauri nempe. dein *recto ſtamine* in primo & ſec. Vaticano. *recto ſtamine certa via* v. c. Perreji. *lento ſtamine* D'Orvill. ſec. *certa via* etiam in Regio. *tecto*, vel *recto*, *ſtamine* Fruterius Epiſt. ad Canterum inter Epiſtolas a Gabbema collectas pag. 637. *lecto ſtamine* minime ſollicitandum. ſic enim de hoc filo ſuo ipſa Ariadne apud Ovidium Epiſt. X. 103.

Nec tibi, quae reditus monſtrarent, fila dediſſem,
Fila per adductas ſaepe relecta *manus.*

ut pro *recepta* illic melius legit Heinſius, & hoc Propertii loco firmat. vide etiam illius & Ciofani notas ad Lib. VIII. Met. 173. & ad III. Faſt. 462. *torta via* eſt inflexa per ambages Labyrinthi, cujus curva tecta vocat Phaedra apud Ovid. Epiſt. IV. 60. & Ariadne Epiſt. X. 71.

42. *Inproba virgineo lecta miniſtra foco*] perperam videtur Livinejus *lecta miniſtra* interpretari, *ſi legar inproba Veſtalis fuiſſe* in Annalibus nempe Populi Romani. eo ſenſu, quo apud Ovid. III. ex P. Ep. 2. 30. *a memori poſteritate legar.* *lecta* hic de Virgine Veſtali pro *electa*, vel, ut proprium erat verbum, *capta.* ſic apud Livium Lib. I. cap. 3. in fin. *fratris filiae Rheae Silviae per ſpeciem honoris, quum Veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus adimit.* & cap. 20. de Numa: *Virgineſque Veſtae legit; Alba oriundum ſacerdotium.* vide hic Paſſeratium. praecedenti verſu *crimen factura* locutio proba eſt, de qua vid Salmaſ. ad Lamprid Commod. cap. 7.

43. *Pallados extinctos ſi quis mirabitur ignes*] *Pallidos & tinctos* corrupte in primo Voſſiano. Lipſio Lib. III. Var. Lect. cap. 8. dum juvenis eſſet, emendanti *Pallidus*, hic inſultant plerique, idque ut temerarium & ineptum traducit Livinejus. ſed forte anſam huic conjecturae ipſi dederunt codices MSS. in quibus talem vel non multum inde abeuntem ſcripturam invenerit. ut hic *Pallidos* in Voſſ. ſic ſupra Lib. II. El. 23. v. 86. *Turpia quum faceret Palladis ora tumor.* ubi *palladus* in MSS. hunc Lipſii errorem a Paſſeratio etiam caſtigatum, recoquit Matth. Aegyptius in Epiſtolis pag. 169. quaſi ignoraverit Lipſius *Pallada* & *Veſtam* eamdem eſſe, & praeter ignem aeternum etiam a Veſtalibus cuſtoditum fuiſſe Palladium. quod ſatis ipſi notum erat vel ex illo Ovidii Lib. III. Triſt. El. I. 29.

Hic focus eſt Veſtae: qui Pallada ſervat & ignem.

ut recte illic ſubſtitutum eſſe, pro *Hic locus eſt*,

ex

Cras, ut rumor ait, tota pugnabitur urbe:
Tu cave ſpinoſi rorida terga jugi.
Lubrica tota via eſt, & perfida: quippe tacentes
Fallaci celat limite ſemper aquas.
O utinam magicae noſſem cantamina Muſae!
Haec quoque formoſo lingua tuliſſet opem.

Te

ex his verſibus Propertianis manifeſtum eſt. vide etiam Barthium ad Stat. II. Theb. 739. & Lud. D'Orleans ad Tacitum pag. 34. Candidius & magis ingenue egit Broukhuſius, dum notat Lipſium provectiori aetate in Syntagmate de Veſta cap. 9 errorem correxiſſe, & recte expoſuiſſe. ut egregie etiam fecit Janus Douſa Pater Paralipomenis notar. ad Propert. p. 139. & 140. Neſcio an huc referri poſſit, quod Iſ. Voſſius ad Catulli Carm. I. per *Patroam virginem* prolixa nota contendat intelligendam eſſe Veſtam, non Minervam Athenienſium, ſub cujus tutela erant Romani, ejuſque ope inplorata omnia auſpicabantur, & tamen in fine notae obſervat, ut apud Athenienſes Minerva patroa dicebatur, ita apud Romanos dictam eſſe Veſtam. quod ipſum indicio eſſe poſſit, a Catullo igitur per *patroam Virginem* intelligi Pallada. Sed longe plura ad illum Catulli locum, & an illic *patrona*, vel *patrima*, aut cum aliis *perenna*, vel cum H. Grotio in notis marginalibus MSS. ad Stat. III. Achill. 151. (qui liber eſt in Bibl. Leidenſi) *paterna virgo*, id eſt, Pallas, legendum ſit, adjici poſſent, ſi hujus loci eſſent. Ceterum hoc in loco Propertium, ut ſaepe alibi facit, colorem deſumſiſſe ex verbis Ciceronis Orat. pro Fontejo, cap. 17. notavit Broukhuſius. pari etiam modo utriuſque locum imitatum eſſe Jacobum Wallium in Oliva pacis, adſcripſerat Francius. Credo eum indicaſſe hos Wallii verſus ex Eleg. IV. iſtius Poëmatis pag. m. 247.

Di melius! medioque precor deſtricta Senatu
Excidat adtonita perfida ſica manu.
Nec Capitolinis ſervatos arcibus ignes
Extingui videat ſanguine Veſta tuo.

45. *Cras, ut rumor ait, tota pugnabitur urbe:*
Tu cave ſpinoſi &c.

& *rumor ait* Voſſ. pr. *luſtrabitur urbe* in Askewiano. *Tu cave* recte emendatum eſt a viris eruditis, pro *cape*, quod in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis. vid. Heinſ. ad Ovid. II. A. A. 531. verba eſſe Tarpejae ad Tatium, cui amans cavet, notaverat Ant. Perrejus. dein *rorida*, ut edidit Broukhuſius, etiam eſt in Mentel. Colbertino, Neap. Borrich. Groning. Voſſ. pr. Heinſiano, Harlejano Muſei Britannici, D'Orvill. pr. aliiſque. & ſic Fruterius. *roſida* in codd. Regiis & primis edd. *roſcida* in utraque Aldi, Juntae, Mureti, Colin. Rovill. Canteri, Douſarum Raphel. & Gryphii an. 1561. & 1573. nam in prima Gryphiana 1551. excuſum *roſida*. vide ad Lib. II. El. 23. 28. *Roſcida muſcoſis antra tenere jugis*, ubi ſimilis in ſcriptis & editis eſt varietas.

49. *O utinam magicae noſſem cantamina Muſae*] *certamina* male in D'Orvill. ſec. & Palatino Gebhardi. *cantamina Lunae* Voſſ. tert. Paſſeratius per *Muſam* intelligit carmen ſeu cantamen, adeoque *cantamina magicae Muſae noſcere* optat Tarpeja, ut formoſo Tatio talem tuliſſet opem, qualem Medea carminibus ſuis praeſtitiſſe Jaſoni jactat apud Ovidium Epiſt. XII. Rogat autem Paſſeratius, *quae eſt Muſa magica, an Urania. magne* Neapol. forte pro *magae*, aberrante librarii calamo. Quid ſi ſcripſerit Propertius?

O utinam ſagae *noſſem cantamina* Marſae!

ut *ſaga Theſſala* ſupra Lib. III. El. 23. 10. *Marſi cantus, naenia Marſa*, & ſim. apud poëtas paſſim. Ovidius II. A. A. 102.

Mixtaque cum magicis naenia Marſa ſonis.

ut egregie reſtituit Heinſius, pro *merſa venena*, cujus notas ſi quis conſulat, non difficilem forſan huic conjecturae praebebit adſenſum, quam ne multis aliorum exemplis confirmem, otium faciunt veterum poëtarum loca ab eo ibidem prolata. altero verſu *Hac quoque*, id eſt, hac via legebat Marklandus.

51. *Te*

Te toga picta decet: non quem, ſine matris honore,
Nutrit inhumanae dura papilla lupae.
Sic hoſpes, pariamne tua regina ſub aula,

Dos

51. *Te toga picta decet: non quem ſine matris honore*
Nutrit inhumanae dura papilla lupae.]

docet vitioſe in primo Voſſ. *Nutriit humanae* in aliis libris apud Gebhardum, qui tamen id minime probat, ſed rejicit, quia perſtringi putat barbaros mores Romuli ex inhumana lupae educatione. unde efferos homines a lupa nutritos dici protritum eſt. & hoc ſenſu intellexiſſe Broukhuſium, ex adductis ab eo poëtarum locis patet, quos inter verſus aliquos *neſcio cujus*, ut ait, ex pulcherrimo Scazonte,

Num te leaena montibus Libyſtinis &c.

ſed inpoſuit memoria Viro in Catulli lectione verſatiſſimo, illius enim ſunt verſus ex Carm. LXI. Mihi vero minime diſplicet iſta librorum aliorum lectio non tantum a Gebhardo, ſed & Paſſeratio memorata. *Nutriit* enim hic requiri videtur, & forte *humanam* ideo vocaverit *lupam*, quia ubera gemellis fratribus, e furtivo Iliae coitu editis ac projectis, praebuit, & in eo humana fuit, ſed *ſine matris honore*, ſeu, cum ſummo matris dedecore, quia lupa matris vices, *dura* licet *papilla*, in illis nutriendis ſuſcepit. adeoque laudabile epitheton lupae additum matris infamiam eleganti oppoſitione auget. male enim J. Douſa P. ad marginem ed. Rovill. *honore* exponebat *officio & uſu*. hinc ſupra El. I. huj. Libr. v. 55.

Optima nutricum noſtris Lupa Martia rebus,
Qualia creverunt moenia lacte tuo!

& ideo mores ſui temporis, priſtinae ſimplicitati adverſos, notans ibidem v. 37.

Nil patrium, niſi nomen, habet Romanus alumnus:
Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam.

& hanc Lupae, gemellorum nutricis, *humanitatem*, ſic deſcribit Livius Lib. I. cap. 4. *Tenet fama, quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſummiſſas infantibus adeo mitem praebuiſſe mammas, ut lingua lambentem pueros magiſter regii pecoris invenerit*, qui locus hanc lectionem non parum adjuvat. quamtumvis retinendam eſſe alteram cenſeat Vulpius. pro *dura papilla* Heinſius conjecerat *cruda*. *dira* eſt in illius codice & meo primo. ſed *dura* non mutandum. Lib. II. El. 7. 14.

Nutritus durae, Romule, lacte lupae.

Guyeti igitur conjectura *Nutriit inmanis* carere poſſumus. de *toga picta*, ſeu triumphali, quam hic Romulo tribuit, licet a Tarquinio Priſco vel Tullo Hoſtilio demum introducta ſit, vide Aldi Manutii Quaeſt. per Epiſt. III. 1. pag. 278. Tom. IV. Facis Critic. & Cael. Calcagninum Lib. III. Epiſt. I. pag. 34.

53. *Sic hoſpes, pariamne tua regina ſub aula*] turbant hic admodum codd. vetuſti. &, ut vere notat Scaliger, varie hunc locum cruciarunt βιβλιοςρέβλαι. *Si conjux, pariamve tua Regina ſub aula* in ſec. Vatic. & v. c. Perreji, qui ex Pontani libro etiam adſcripſerat, *Sic hoſpes patiare una regnem ipſa ſub aula.* & ſic fere in primo Vaticano, niſi quod in eo, *patiare tua.* in Modiano ſeu Groningano, *Sic hoſpes pariam tua ne regina ſub aula.* in Menteliano, *Sic hoſpes peream tua ne. Si ſim hoſpes* cod. Fruter. *Sic hoſpes pariamne* Excerpt. Scalig. qui germanam hanc lectionem eſſe adfirmat. *patriamne* Voſſ. pr. *pariam nec te* Borrich. & Voſſ. quart. *periam tua ne* Leid. prim. quod & ſuperſcriptum in tertio Voſſ. *tua pariamne* Leid. ſec. *pariam ne te* in in Heinſiano. *patiar tua mi* D'Orv. ſecundus. in primo, *pariam quam te. patiare* in cod. Regio & meo altero. *Si poſſum ſpatiare* in Colotiano. quod favere poſſet conjecturae N. Heinſii, quam ed. Aldinae adſcripſerat, *Dic hoſpes: ſpatiorne tuam Regina ſub aulam.* adſcripto Ovidii verſu, ex Epiſt. Paridis, *Ibis Dardanias ingens Regina per urbes.* & ſic idem Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 14. addito Virgilii loco Lib. II. An. *ibit parto Regina triumpho.* In edd. Venetis, Volſci & Beroaldi, *Sic hoſpes patiare tua regina ſub aula.* ut in Aldinis, Juntina, Colin. Gryph. aliiſque. in Canteri Plantiniana, *Si ſim, hoſpes, patiare tua regina ſub aula.* Gebhardus ex Commelini

Dos tibi non humilis prodita Roma venit.

55. Sin

melini membranis adfert,

Sic hoſpes pariam duce te regina ſub aula.

quod amplectitur, & exponit, te mihi duce ac marito futuro, peregrina ſive hoſpes ego Tarpeja regina faciam pulchra te prole parentem. ſic fere Paſſeratius, niſi quod hoc amplius conjiciat, *Dic, hoſpes, pariamne tua regina ſub aula.* & *ſub aula*, pro *in aula* exponit. vel *Sic*, ea ea nempe conditione, ut prodita Roma tibi in dotem cedat. Ayrmannus legebat, *Sive hoſpes pariamve tua.* & ita Marklandus. *pariamve* etiam conjecerat D'Orvillius, & exponebat, „ *Sic* eſt „ precantis vel conteſtantis. dixerat *togam pi-* „ *ctam* magis decere Tatium, quam Romulum. „ addit, ut hoc opto, victo Romulo, ut in- „ duaris ipſe toga picta, ſic ego vel hoſpes, „ vel ut Regina a te recipiar. Ita in loco difficili conſtituendo non parum torquent ſe viri docti, & tamen parum profligant. neque etiam ſatisfacit eruditus Britannus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. I. pag. 115. qui interpretatur, *Num ego, ſi* ſic *ſim* hoſpes, *ſi me in tuas manus tradam, prodita patria, tua uxor ero.* ubi in nota ſubjecta Patruus meus Heinſianam emendationem probat, *Dic, hoſpes, pariamne.* quam Paſſeratio etiam in mentem veniſſe, modo notavi, ut *hoſpes* ad Tatium referatur, vel cum Scaligero legit, *Dic, hoſpes pariamve tua.* ut Tarpeja intelligatur, merito tamen dubitans, an hoſpes ſenſu ſubſtantivo pro *hoſpita* recte dicatur. Scaligero adquievit Broukhuſius, locumque intactum reliquit. ſic enim in notis MSS. *rectiſſime hunc verſum reſtituit Scaliger, monſtra lectionum habent & ſcripti & inpreſſi codices.* Sed longe alio modo, & quidem ſimpliciſſima curatione verſum adfectum ſanandum exiſtimo. Tot enim variantium lectionum farragini cauſſam dediſſe unicam vocem *hoſpes*, eamque & librariis & eruditis Criticis tantum negotii faceſſiviſſe opinor. nam ſive *hoſpes* ad Tarpejam, ſive ad Tatium adcommodetur, ſenſum commodum non reddit. Praecedentia Tarpejam de vita ac incolumitate Tatii ſollicitam, dum pugnaretur, manifeſtant, ideoque ſe opem ipſi, vel per incantationes magicas, ferre poſſe vovet. Loco obſcuro & mendoſo lucem ac medicinam adferemus, ſi reſtituamus,

Sis ſoſpes, pariamque *tua Regina ſub aula,*
Dos tibi non humilis prodita Roma venit.

ut in aulam Regis Tatii, poſt praelii pericula ſoſpitis, Reginam non ſterilem admitti ſe roget, matremque ſe ab eo futuram ominetur, quo magis Tatium ſalvum & ſuperſtitem fore optat, ut ſobolis quaerendae cauſſa connubio ſtabili cum eo jungatur, in dotem Regi offerens Romam a ſe proditam. additque *Sin minus*, hoc eſt, ſi hac conditione oblatae proditionis uti, & ſic ultro eam recipere in aulam nolit, rapi Tarpejam jubeat, ut Romulo virginum Sabinarum raptum rependat, & vicem ei referat, quod adjungit in ardentiſſimi amoris ſignum. Sic omnia ſenſum ſanum, & colorem vere poëticum habebunt, non diſſimile illud Hypſipyles ad Jaſonem apud Ovidium Epiſt. VI. 117.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti,
Me quoque res tales inter habere potes.
Nunc etiam peperi: gratare ambobus, Jăſon,
Dulce mihi gravidae fecerat auctor opus.

Conferendus eſt noſtri locus de Scylla, ſimilem dotem, regnum Niſi paternum, pari facinore Minoi ſpondente, Lib. III. El. 17. 21. & ſeqq.

Tuque o Minoa venumdata Scylla figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti,
Niſe, tuas portas fraude recluſit amor.

Formula autem illa *Sis ſoſpes* hic valde opportuna in ejuſmodi voto & promiſſo dotalis Romae. ſic Medea Jaſoni incolumitatem ſua ope partam, tamquam dotem, adtuliſſe, in memoriam revocat apud Naſonem Epiſt. XII. 199. & ſeqq.

Dos ubi ſit, quaeris? campo numeravimus illo,
Qui tibi, laturo vellus, arandus erat &c.
Dos mea, tu ſoſpes: *dos eſt mea Graja juventus.*
I nunc, Siſyphias, inprobe, confer opes.

& de eodem poſt multa pericula exhauſta ſalvo, & victore, eadem Epiſt. v. 127.

Soſpes ad Haemonias victorque reverteris urbes.
Ponitur ad patrios aurea lana Deos.

Votum igitur Tarpejae eſt, ut praelio ſoſpes de Romulo triumphet Tatius, ſimiliter fere ut de Craſſo Lucanus Lib. II. 552.

— Parthorum utinam poſt praelia ſoſpes,
Et Scythicis Craſſus victor remeaſſet ab oris.

ſed

Sin minus; at, raptae ne ſint inpune Sabinae,
Me rape, & alterna lege repende vices.
Commiſſas acies ego poſſum ſolvere: nuptae,
Vos medium palla foedus inite mea.
Adde Hymenaee modos: tubicen fera murmura conde:
Credite, veſtra meus molliet arma torus.
Et jam quarta canit venturam buccina lucem;

Ipſa-

ſed & aliis in rebus *Sis ſoſpes* frequens bene precantis formula eſt. Ovid. IV. F. 525.

Sic tibi, quam raptam quereris, ſit filia ſoſpes.

Lib. IV. Triſt. El. 9. 13. de Auguſto:

Et patriam, modo ſit ſoſpes, ſperamus ab illo.

I. ex P. Ep. 7. 15.

Cetera ſit ſoſpes cultorum turba tuorum.

Lib. II. Ep. 8. 45.

Sic tibi vir ſoſpes, ſic ſint cum prole nepotes.

& apud alios paſſim. ejuſdemque notionis eſt *Sis felix.* de qua vide Briſſon Lib. I. de Form. §. CXIII. pag. 62. & quae notavi ad Lib. I. El. 7. 3.

55. *Sin minus, at, raptae ne ſint inpune Sabinae, Me rape*, &c.]

ita ex Gryphiana edidit Broukhuſius, quum male in codd. MSS. & edd. vetuſtis *Si minus* legeretur. ut in omnibus fere meis librorum MSS. excerptis, & primis edd. vitioſe *Si manus aut* in Groning. praeter Gryphianam tamen *Sin minus* etiam excuſum eſt in Aldina ſecunda an 1515. Canteri Plantiniania 1569 & Douſarum Raphelengiana 1592. *aut raptae* in Borrich. Heinſiano, & Neap. a man. pr. tribus Voſſ. & meo priore. *ac captae non ſint* in ſecundo. *captae* in Regiis codd. ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. locutionem *rependere vices* illuſtrant notae Heinſii ad Ovid. I. Am. 8. 80.

57. *Commiſſas acies ego poſſum ſolvere: nuptae, Vos medium palla foedus inite mea.*]

Commiſtas D'Orvill. prim. ſed recte Paſſeratius *commiſſas acies* exponit jam confligtantes & manum conſerentes. ita apud Lucanum Lib. IV. 489. legebat Bentlejus,

Ut cum commiſſas acies ſua tela tenebris
Involvunt.

quod autem hic *commiſſas acies ſolvere* Propertio dicitur, id Livio *infeſtas acies dirimere* Lib. I. cap. 13. *poſſim* in Heinſiano & meo priore. vide ad Lib. II. El. 25. 18.

58. *Vos medium palla foedus inite mea*] *palla* deeſt in eodem Heinſiano & meo primo, neque ſe capere, quid *palla* hic denotet, adſcripſerat D'Orvillius. peplum Junonis, quo nubentes ſe tegebant, intelligit D'Orleans ad Tacitum p. 599. *Parca mea* vel *thalamo meo* conjecerat Heinſius in notis Propertianis pag. 747. *palma*, id eſt, manu mea, legendum cenſebat Cl. Schraderus. *meo flammeo* interpretabatur Ant. Perrejus ad oram ed. Ald. ſed recte forſan expoſuit Volſcus, *vos meo cum Tatio conjugio foedus firmetis. Nubentis puellae ſtola matrimonii pignus adhibebatur in ſponſione. palla* igitur matrimonii inſigne. Horatius Epod. V. 65. de Medeae munere ad Creuſam miſſo;

Cum palla, tabo munus inbutum, novam
Incendio nuptam abſtulit.

vid. Marcilium ad Apulej. Florid. pag. 20. *inire* in codd. Regiis.

59. *Adde, Hymenaee, modos*] *Ede* conjecerat Heinſius ad oram ed. Ald. ſed in notis Propertianis Guyetum ſic emendantem rejicit. mox *Cedite* ad oram libri ſui Jan. Douſa P. *Credita* male in Voſſ. tert.

61. *Et jam quarta canit venturam buccina lucem*] cum hoc Propertii loco confert Scaliger, &, exploſa Mariang. Accurſii expoſitione, optime explicat illud Auſonii in Grypho ternario v. 26. *ter clara inſtantis Eoi Signa canit ſerus depenſo Marte ſatelles.* de quatuor caſtrorum vigiliis buccina indicatis omnia nota ſunt, & abun-

de

Ipſaque in Oceanum ſidera lapſa cadunt.
Experiar ſomnum: de te mihi ſomnia quaeram:
Fac venias oculis umbra benigna meis.
Dixit & incerto permiſit brachia ſomno,
Neſcia ſe furiis accubuiſſe novis.

Nam

de de iis egerunt Stewech. ad Veget. p. 179. 180. Delrius ad Senec. Trag. pag. 456. Boſius ad Nep. Eum. cap. 9. Schelius ad Polyb. de Caſtris p. 188—190. & Dauſquejus ac Drakenb. ad Silium Ital. IV. 89.

62. *Ipſaque in Oceanum ſidera lapſa cadunt*] *Spiſſaque in Oceanum* Heinſius ad marg. ed. Ald. *ſidera lapſa* in Groning. duobus Leidd. Voſſ. tribus, utroque D'Orvill. & meis, quibus conſentiunt reliqui codices, & omnes fere edd. vetuſtae. vide Valentem Guellium ad illud Virgilii II. Aen. 9. *ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.* & Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 635. & hanc lectionem aptis veterum locis ſtabilivit Broukhuſius, ſimul tamen codicis Borrichiani ſcripturam, in quo *laſſa* legitur, ita confirmans, ut in illam inclinaſſe videatur. ſed alterum vindicavit Patruus meus ad Ovid. II. Triſt. 85. utraque vox paſſim in codd. MSS. permiſcetur. *laxa* in Askew. *prona ſidera* vocat noſter Lib. I. El. 16. 23. ubi aliis *plena* placebat. quod recte inprobavit Marklandus ad Statii Silvas pag. 234. & pluribus illic in notis *ſidera prona* vindicavi. locum hunc imitatus eſt Lotichius Lib. II. El. 8. 74.

Da mihi vina, puer, lenes facientia ſomnos,
Donec in Oceanum ſidera prona cadant.

ubi vide quae in Addendis notata ſunt pag. 680.

63. *Experiar ſomnum: de te mihi ſomnia quaeram:*
Fac venias oculis umbra benigna meis]

oculis venias in D'Orv. pr. & meo ſecundo. minorem verſum expreſſit Lotichius Lib. III. El. 3. v. 58.

Tu quoque ſi veterum memor eſt & pulvis amorum,
Occurras oculis ſaepe videnda meis.

vide illic notarum Addenda pag. 684.

65. — *& incerto permiſit brachia ſomno,*
Neſcia ſe furiis accubuiſſe novis.]

promiſit Mentel. & Leid. pr. *permittit* Voſſ. quart. *lumina* vel *pectora ſomno* Marklandus ad Statii Silvas in praef. pag. 10. *incerto ſomno* cur dicat, ratio peti poteſt ex notis Broukhuſii ad illud Tibulli Lib. II. El. 1. 90.

Poſtque venit tacitus fuſcis circumdatus alis
Somnus, & incerto ſomnia vara pede.

ubi *furvis alis* & *ſomnia pigra* legebat Heinſius ad Silium Ital. III. 682. & ad Claudian. II. in Rufin. 325. altero verſu ex editione Scaligeri Broukhuſius dedit *Neſcia ne furiis* duplici negatione, pro *ſe furiis.* depravata codd. MSS. & veterum inpreſſorum lectio eſt *nefariis*, ut in Regiis, Colbertino, Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. & utroque D'Orvill. vel *nephariis*, ut in Borrich. & meo primo, ac priſcis edd. id tamen viris doctis inpoſuit. nam ſic locum, tamquam ſana lectio eſſet, adfert Pincierus Lib. IV. Parag. cap. 24. & quod majus eſt inde deceptus Beroaldus magno ſatis errore adfirmat *nefaria* abſolute dici pro flagitiis, ſacra polluentibus. ſed Propertium duplici vitio metrico obruit una in voce. unde alii ex hac corrupta lectione putarunt primam in *nefarius* produci poſſe, quae brevis eſt, ſecunda longa, Horatio aliiſque. ut optime monuit J. Baptiſta Pius in Anot. Poſt. cap. XXV. pag. 423. Tom. I. Fac. Crit. Gruter. & vide Voſſium Lib. II. de Art. Gramm. cap. 20. quod inſigne praebet ſpecimen, in quos ſcopulos ex vitioſis editionibus inpingere poſſint viri eruditi, licet ſua aetate maximi, quae certe laus Beroaldo debetur. veram lectionem eſſe *Neſcia ſe flammis accubuiſſe novis*, contendit ibidem Baptiſta Pius, ſenſumque loci bene expoſuit, Tarpejam nempe Veſtalem, aeterni ignis cuſtodem, nunc *novis flammis*, amore Tatii ardentem, agitari, ſed neſciam ſe accubare duabus flammis, ignis nempe Veſtalis & inceſti amoris. & haec lectio firmatur a Colotiano, quam ex Pontani codice etiam adſcripſerat Perrejus. & ſic editum fuit a Paſſeratio, ut adfert etiam ad Lib. I. El. 3. p. 151. ſed in notis ad h. l. praefert *ſe furiis accubuiſſe* & ſic Livinejus. N. Heinſius ad marginem ed. Ald. conjecerat, *ſe furiis ſuccubuiſſe novis. vaſanis* eſt in quinto Vaticano.

67. *Nam*

Nam Veſta, Iliacae felix tutela favillae,
Culpam alit, & plures condit in oſſa faces.
Illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta
Strymonis abſciſſos fertur aperta ſinus.

Urbi

67. *Nam Veſta, Iliacae felix tutela favillae, Culpam alit, & plures condit in oſſa faces.*]

Culpa mali in Mentel. & Leid. primo. *Curam alit* Heinſius ad oram ed. Ald. qui tamen vulgatam *Culpam alit* recte contra Guyetum, cui inepta videbatur locutio, tuetur. *pluris* in Excerptis Scalig. pro *faces* in D'Orvill. ſec. *focos. diras faces* conjecerat Heinſius, quem *plures faces* offendiſſe videntur. neque id inmerito, quamquam *diras faces* nimium ab altera ſcriptura recedit. Si lectionem illam duorum codicum *Culpa mali*, quae eadem fere literarum elementa habet, a librariis non profectam quis opinetur, forte ſubſtituere poſſet,

Culpa mali, inpuras condit in oſſa faces.

ut *Cauſſa mali tanti conjux* Virgilio VI. Aen. 93. *Inpuras* autem *faces* Veſtali virgine indignas & inceſtas intellige. Sed nihil adfirmo. *alit* enim eleganter dictum, ut apud Virg. IV. Aen. 2.

At Regina gravi jam dudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & caeco carpitur igni.

ubi adpoſita ad hunc locum ſunt Servii verba: *Vulnus alit, id eſt, curam paſcit, & bene adludit ad Cupidinis tela, ut paullo poſt ad faculam, caeco carpitur igni: nam ſagittarum vulnus eſt, facis incendium. cura, amore intolerabili, quem ferre non poſſet, & cura, quod cor urat.* quae Heinſianam emendationem *Curam alit* nonnihil juvare poſſent. forte ad hanc *Iliacam favillam* reſpexit Ovidius Lib. III. Faſt. 423.

Ignibus aeternis aeterni numina praeſunt
Caeſaris, imperii pignora juncta vides.
De veteris Trojae digniſſima praeda favilla,
Qua gravis Aeneas tutus ab hoſte fuit.

vide illic Heinſium. *Iliacos focos* vocat VI. F. 456. & *Troicum ignem* Statius Lib. I. Sylv. 1. 35.

69. — — *qualis celerem prope Thermodonta Strymonis abſciſſos fertur aperta ſinus*]

aperte imitatur Virgilium XI. Aen. 659. *Qualis Threicii cum flumina Thermodontis pulſant, & pictis bellantur Amazones armis,* &c. imitationis comitem habet Silium Ital. II. 73.

Quales Threiciae Rhodopen Pangaeaque luſtrant
Saxoſis nemora alta jugis, curſuque fatigant
Hebrum innupta manus. — religata fluentem
Heſperidum dono crinem, dextrumque feroci
Nuda latus Marti, & fulgentem tegmine laevam
Thermodontiaca munita in praelia pelta
Fumantem rapidis quatiebat curſibus axem.

quibus in locis recte eruditi Interpretes correxerunt vulgarem librariorum errorem, inſigni pertinacia ubique fere in omnibus veterum auctorum locis *Thermodoonta*, & *Thermodoontica* ſcribentium, ſecunda brevi, quae producenda eſt, quod licet jam ſaepius monitum ſit a viris doctis, a nonnullis tamen adhuc negligitur. pari modo hic loci in plerifque codd. MSS. & edd. antiquis legitur *Thermodoonta.* & Lib. III. El. 12. 16.

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontiacis turma lavatur aquis.

ubi plura notavi. in loco autem Silii Italici *dextrumque feroci Nuda latus Marti* firmat Broukhuſii emendationem *abſciſſos fertur aperta ſinus*, eleganti Graeciſmo pro *abſciſſo ſinu*, quod in meis etiam codicibus, & vetuſtioribus excuſis habebatur. ſed alterum longe elegantius. Ovidius Lib. I. Faſt. 408.

Altera diſſuto pectus aperta ſinu.

Claudianus Conſul. Prob. & Olybr. v. 87.

Dextrum nuda latus, niveos exſuta lacertos.

Joſephus Iſcanus Lib. II. de B. Troj. 608. *Nuda humeros, exſerta ſinus.* ſed a Volſco & Beroaldo *Strymonis* exponitur Maenas, quae Bacchi orgia per inſaniam celebrabat. quibus Vulpius, certe Scaliger etiam hic difficultatem movet rogatque, *quomodo Strymonis prope Thermodontem? An ibi Thermodon, ubi & Strymon? Itane Amazon dicetur Strymonis?* mendoſam igitur hanc vocem ſuſpicabatur, quod & Guyeto viſum fuit. ſed an *abſciſſi ſinus*, ſeu mammae, Maenadi conveniunt? Amazonem intelligi adſcripſerat ed.

 Aldi-

Urbi feſtus erat. dixere Parilia patres.
Hic primus coepit moenibus eſſe dies.
Annua paſtorum convivia, luſus in urbe,
Quum pagana madent fercula deliciis.

75. Quum-

Aldinae Ant. Perrejus: *Strymonis de Amazone intellige ſe ferente in bellum abſciſſo nempe ſinu ob exertam mammam.* neque cauſſam video, cur *Strymonis* non dici poſſit Amazon, pro Thracia aut Threïſſa, quia Strymon aeque ac Thermodon Thraciae fluvius, ut ex Strabone, Geographis aliis, & Vibio Sequeſtro conſtat. de quo vide Barth. ad Stat. Lib. I. Sylv. 1. 21. & Paſſerat. ſupra ad Lib. III. El. 12. p. 495. hinc toties *Threſſa* vel *Threiciae* vocantur Amazones vid. Vinetum ad Auſon. Epigr. I. & N. Heinſ. Lib. III. Adverſ. cap. 16. *ruit* vero & *fertur* etiam conjungit Ovidius, loco a Broukhuſio indicato, Lib. II. A. A.

In ferrum flammaſque ruit, poſitoque decore
Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.

impetus nempe indicandi cauſſa. ut Virgilio XI. Aen. 678. *& equo venator Japyge fertur.* & alibi

Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

71. —— *dixere Parilia patres,*
Hic primus coepit moenibus eſſe dies]

Parilia quidem hic eſt in v. c. Perreji, & Neap. quod veterum Grammaticorum auctoritate in contextu praetulit Broukhuſius, idque ſcripti agnoſcunt codices apud Plinium teſte Harduino Tom. III. p. 583. vide quae ex Varrone Scholiaſtes vetus Perſii notat ad Sat. I. 72. & Valens Guellius ad Virg. III. G. 2. *Palilia* tamen edidit Broukhuſius El. I. hujus Libri v. 19.

Annuaque accenſo celebrare Palilia foeno.

idque hic loci omnes noſtri tuentur codices, & edd. vetuſtae, quod ab aliis praefertur, quia paſtorum Deae Pali haec ſacra fiebant, ut notum eſt. vid. Drakenb. ad Livium Lib. XI. c. 2. notas ad Suet. Calig. cap. 16. & prae ceteris Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 721. *matres* in cod. Heinſiano. deinde *Hinc primus coepit moenibus ire dies* legebat Heinſius, in marg. ed. Ald. vel *iſſe* ad Ovid. IV. Faſt. 727. quod malim. ut apud Rutil. Lib. I. Itin. 200. idem legebat Heinſius,

—— *ipſe videtur,*
Quem ſibi Roma facit, purior iſſe dies.

pro *eſſe.* & alibi ſaepius haec, etiam apud noſtrum, permutantur. *primum* vero ab his Palilibus, quae celebravit Romulus, Urbis *diem* incepiſſe, quod dicat Propertius, reſpicit ad Romae diem natalem XI. Kal. Maji, de quo praeter alios vide Ciofan. ad Ovid. XIV. Met. 774.

73. —— *luſus in urbe,*
Quum pagana madent fercula deliciis]

luxus in Heinſiano, quod & in D'Orvill. ſecundo ſuperſcriptum erat. *urbem* Leid. alter. *divitiis* in omnibus fere codd. & edd. priſcis. ſed *deliciis* recte emendavit Heinſius, & edidit Broukhuſius, ut in codd. ſuis invenerat Beroaldus. idque & praeferebant Francius & Marklandus. frequentem harum vocum permutationem eſſe conſtabit ex notis ad Tom. I. Anthol. Lat. 42. & 595. *fictilibus* etiam conjecerat Heinſius, forte propter additum *madent*, ut pocula agreſtium intelligantur. notum illud Tibulli Lib. I. El. 1. 29. ſeqq.

Adſitis Divi, neu vos de paupere menſa
Dona, nec e puris ſpernite fictilibus.
Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
Pocula, de facili conpoſuitque luto.

forte autem hic intelligit Paſtorum ludos *Cernualia* dictos, de quibus illud Varronis fragmentum adfert Nonius Marc. in *cernuus. etiam pellis bubulas, oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant a quo ille verſus vetus eſt in Carminibus: Sibi paſtores ludos faciunt coriis Conſualia.* ſic enim locum legendum monet Cerda ad Virgil. II. G. 384. quem verſum veterem ex Carminibus forte Saliaribus adfert Nonius; quid autem intelligat Varro per *carnes bubulas, oleo perfuſas*, optime explicat ille Virgilii locus, *atque inter pocula laeti Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.* cui lucem optimam adferunt, quae notavit Gorius ad Tom. II. Inſcript. Florent. pag. 105. & ſeqq.

Quumque ſuper raros foeni flammantis acervos
  Trajicit inmundos ebria turba pedes.
Romulus excubias decrevit in otia ſolvi,
  Atque intermiſſa caſtra ſilere tuba.
Hoc Tarpeja, ſuum tempus rata, convenit hoſtem.
  Pacta ligat, pactis ipſa futura comes.

Mons

75. *Quumque ſuper raros foeni flammantis acervos*
Trajicit inmundos ebria turba pedes.]

inmundas dapes male legebatur olim in MSS. & edd. priſcis. ut habent etiam codicum meorum Excerpta, quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſiani, Askew. uterque D'Orvill. & mei. *pedes* tamen in Colotiano & primo Vaticano. inepta enim locutio *trajicere dapes*. & hanc lectionem firmat Ovidius Lib. IV. Faſt. 781. de his Palilibus:

Moxque per ardentes ſtipulae crepitantis acervos
Trajicias celeri ſtrenua membra pede.

ubi *inmundos pedes* hic legendum monuit Heinſius. & hoc ſua imitatione probaſſe videtur Sannazarius Lib. I. El. 2. 11. & ſeqq. verſibus elegantiſſimis:

Plenaque pellitus luſtrabit ovilia paſtor,
Ponet & agricolis ruſtica liba Deis.
Stabunt capripedes abiegno robore Fauni:
Stabit & indocta falce dolata Pales &c.
Tum milium, & niveo ſtatuet fumantia lacte
Pocula, votivas concipietque preces;
Et ter tranſiliet flammantes potus ariſtas,
Ter quoque non tardo ruſtica turba pede.

& ſic de eodem hoc paſtorum feſto Tibullus Lib. II. El. 5. 87.

At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Concinet. a ſtabulis tunc procul eſte lupi.
Ille levis ſtipulae ſollemnes potus acervos
Accendet. flammas tranſilietque ſacras.

ex quo loco forte hic pro *raros acervos* cum Paſſeratio ſubſtitui poſſet *ſacros*, quia hi ludi Deae erant ſacri. plura de hoc Palilium ritu, & inde deducto, poſterioribus etiam temporibus, more tranſiliendi per ignem, expiationis cauſſa, vide apud Caſaub. ad Perſium pag. 115 & 116. & Octav. Ferrarium Lib. II. Elect. cap. 24. eleganter vero haec ſacra paſtoritia in ſuo Arcadiae dramate Italico deſcripſit Jacobus Sannazarius. *flammans foenum* hic dicitur, quod *accenſum* ſupra El. I. 19. ſic verbum *flammare* hoc ſenſu licet non ubique obvium, eſt in MSS. apud Ovid. II. Met. 297.

Vixque ſuis humeris flammantem ſuſtinet axem.

Lib. XIII. 421. *patriae flammantia tecta relinquunt*. pro *fumantia*. & XIV. 534. *incurvae flammabant tranſtra carinae*. ubi vid. Heinſ.

77. —— *excubias decrevit in otia ſolvi,*
Atque intermiſſa caſtra ſilere tuba]

hoc loco firmari poſſet vulgata lectio apud Ovid. Epiſt. XIII. 116.

Languida laetitia ſolvar ab ipſa mea.

neque illic opus eſſe *triſtitia* ſubſtituere. *ſolvi in otia*, & *gaudia*, eſt genio hilariter, triſtitia omni amota, indulgere. ſive ut Statius Lib. V. Sylv. 3. 33.

—— *vix haec in munera ſolvo*
Primum animum, tacitiſque ſitum depellere curis.

ita *ſolutus gaudio*, *luxuria*, & ſim. vide Interpretes ad Petron. cap. 79. *feſto remiſſus* infra v. 81. ita *ſolvere*, pro in laetitiam permovere, apud Martialem Lib. IX. Ep. 29. de mimo:

Qui ſpectatorem potui feciſſe Catonem,
Solvere qui Curios, Fabricioſque graves.

innuit igitur id quod Ovidio dicitur Lib. II. Faſt. 724.

Dum vacat, & metuunt hoſtes conmittere pugnam,
Luditur in caſtris, otia miles agit.

intermiſta D'Orvill. pr. & in ſecundo *caſtra movere* pro *ſilere*.

79. —— *convenit hoſtem,*
Pacta ligat, pactis ipſa futura comes.]

pulchre ad rem faciunt iſta Silii Italici Lib. XIII. 842.

—— *hoſtibus arcem*
Virgo (inmane nefas) adamato prodidit auro
Tarpeja, & pactis reſeravit clauſtra Sabinis.

ubi

Mons erat adſcenſu dubius, feſtoque remiſſus.
 Nec mora, vocales occupat enſe canes.
Omnia praebebant ſomnos. ſed Jupiter unus
 Decrevit poenis invigilare ſuis.
Prodiderat portaeque fidem, patriamque jacentem:
 Nubendique petit, quem velit ipſe, diem.

At

ubi quod *aurum*, & *pacta* memorat, intelligit connubium Tatii, & Sabinorum armillas. Livius Lib. I. cap. XI. *Sp. Tarpejus Romanae praeerat arci. Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat*, &c. *Additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo, gemmatoſque magna ſpecie annulos habuerint, pepegiſſe eam quod in ſiniſtris manibus haberent, ſcuta illi* pro *aureis donis congeſta.* Ovidius I. Amor. El. 10. 49.

Non fuit armillas tanti pepigiſſe Sabinas,
Ut premerent ſacrae virginis arma caput.

Scholiaſtes ineditus Voſſianus ad Juvenalis Sat. VI. 47. *Tarpejus mons dictus a Tarpeja filia Tarpeji Conſulis, quae ibi ſepulta eſt. Cum enim tota Roma olim praeter Capitolium capta eſſet, illudque obſideretur ab hoſtibus, haec interrogans quid ſibi darent, ſi portam aperiret, illiſque reſpondentibus, quidquid vellet; illa dixit, ſibi ſiniſtrarum manuum ornamenta dari, id eſt, armillas, quibus eaſdem pollicentibus, aperuit januam clavibus paternis, quas ipſa ſervabat. Tum illi ingreſſi porrexere ei ſcuta ſiniſtrarum manuum, quibus eſt oppreſſa ibique ſepulta.*

81. *Mons erat adſcenſu dubius*] deëſt hoc diſtichon in D'Orvill. *acſcenſu* in meo ſecundo. forte *acceſſu* voluit librarius. ſed *adſcenſu* optime ſe habet. Lib. IV. El. 3. 63.

Ne precor adſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

ubi etiam *accenſis* vel *acceſſis* in MSS.

83. *Omnia praebebant ſomnos. ſed Jupiter unus*
Decrevit poenis invigilare ſuis]

Marklandus codici ſuo adſcripſerat legendum *Omnia praebebat ſomnus.* idque ſe olim explicaturum addiderat. qua egregia conjectura Marklandus hunc forte ſenſum loco dare voluit: *ſomnus faciebat, ut omnia occupatu facilia eſſent, ſomnus omnia velut in manus hoſtium dabat.* quod certe vulgatae praeſtat, quae non niſi coacte hunc in modum explicari poſſet, dum Romulidae feſto Palilium in otia hilariora ſoluti, ſecurius agunt, & excubias negligunt genio indulgentes, poſt convivia, pocula inter & ſaltantium choreas peracta, eo facilius in ſomnos labuntur, hac occaſione captata Tarpeja certum proditionis ſucceſſum ſibi ſpondèt per tacitae noctis ſilentia, ut ſupra El. III. v. 53. *Omnia ſurda tacent.* & votis ejus favere videbatur rei oportunitas, niſi ſolus Jupiter, excubiis ſomno oppreſſis, pro ſalute Romae cuſtodienda vigilaſſet, poenis ſuis de Tarpejae proditione ſumendis intentus. unde patet perperam in multis codd. & edd. antiquis legi *poenis tuis*, & Paſſeratium exponere *invigilare tuis poenis, excubare, ut te ulciſceretur.* ſermo enim ad Tarpejam non dirigitur. Haec autem colores ſuos debent Homero, initio Iliad. B.

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι· Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.

85. *Prodiderat portaeque fidem, patriamque jacentem*] *portae fidem* dixit, ut Ovidius Lib. III. Am. El. 1. 50.

Per me decepto didicit cuſtode Corinna
Liminis adſtricti ſollicitare fidem.

nam ſic optime pro *forem* reſtituit Heinſius, & hoc Propertii loco firmavit. *patriamque tacentem* in Askewiano. cui lectioni favere nonnihil poſſent *caſtra ſilentia* v. 80. & ubique fere haec verba in MSS. confunduntur. ſed recte Paſſeratius *jacentem patriam* explicat, cives ſomno vinoque ſepultos, ut ſupra *in otia ſolutos*, & *feſto remiſſos* dixit. Hypermneſtra apud Ovidium Epiſt. XIV. 33.

Jamque cibo vinoque graves ſomnoque jacebant,
Securumque quies alta per Argos erat.

ubi v. 57. *Quin age, dumque licet, fortes imitare ſorores* perperam in cod. Jun. Scriveriano, aliiſque MSS. & edd. legitur, pro *dumque jacet.* notum

At Tatius, neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem,
Nube, ait, & regni ſcande cubile mei.
Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis.
Haec, virgo, officiis dos erat apta tuis.

Et

tum illud Lib. III. A. A. 795. *Turpe jacens mulier, multo madefacta Lyaeo*, apud Auctorem Octaviae v. 455. *Calcat jacentem vulgus*, remiſſum, torpentem exponit Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 14. p. 507. & non ſollicitandum monet. Delrius enim *placentem* male conjecerat. deinde *quem velit ipſe, diem*, edidi, Tatius nempe, ut correxerant etiam Heinſius & Marklandus, non *ipſa*, Tarpeja, ut edidit Broukhuſius.

88. *Nube, ait, & regni ſcande cubile mei*] *thori ſcande* in Askew. Heinſius conjecerat *lecti*. *Regium meum cubile* interpretabatur Marklandus. ut Regum cubilia erant altiora, hinc apud Virg. XII. Aen. 144.

Magnanimi Jovis ingratum adſcendere cubile.

ubi Valens [Guellius ex Graecis poëtis, apud quos εἰσαναβαίνειν eodem ſenſu frequens, id illuſtrat. vulgaria autem erant humiliora & depreſſa. vide Senec. Epiſt. V. & illic Lipſ. eſt autem hic contractus loquendi modus, pro, non tantum cubile, ſed & regni ſolium mecum conſcende, & thalamum & regnum mecum communia cape. eodem modo quo Lib. III. El. 17. 22. de Scylla,

Tondens purpurea regna paterna coma.

hoc eſt, detonſo patris Niſi capillo Scylla ſimul ejus regnum prodidit. & ita paullo ante *prodere portae fidem* exponi etiam poteſt, portam reſerare & fidem patri debitam prodere.

89. *Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis*] *ingreſſus* in Borrich. Heinſiano, ac meo priore. *ingreſſis* Voſſ. prim. *ingeſtos* Mentel. & prior Leid. *ſuperhorruit* D'Orvill. ſec. voluerunt forte librarii *ingreſſu comitum*. ut in verbis Scholiaſtae Voſſiani ad locum Juvenalis ſupra productis: *tum illi ingreſſi porrexere ei ſcuta ſiniſtrarum manuum, quibus eſt oppreſſa.* ſed *ingeſtis armis* ſinceriſſima lectio eſt. ut *ingerere haſtas* Virg. XII. Aen. 330. *aut raptas fugientibus ingerit haſtas.* & Silius Ital. IX. 327.

——— coelumque & ſidera pendens
Abſtulit ingeſtis nox denſa ſub aethere telis.

apud Livium quoque Lib. I. cap. 51. in fin. *crate ſuperne injecta, ſaxiſque ingeſtis mergitur*, ut in ſecundo Leid. haberi monet Drakenb. quem etiam vide ad ejuſdem Lib. IX. c. 35. 4. *Romanus contra nunc tela nunc ſcuta, quibus eos adfatim locus ipſe armabat, ingerere.* vide Cortium ad Salluſt Jug. cap. 60. & Patrui mei Comm. ad Phaedr. Lib. III. fab. 2. 3. *congeſtis armis* de eadem hac Tarpeja Ovid. XIV. Met. 777.

——— feſtiſque Palilibus urbis
Moenia conduntur, Tatiuſque patreſque Sabini
Bella gerunt: arciſque via Tarpeja recluſa
Digna animam poena congeſtis exſuit armis.

Livius Lib. I. cap. XI. *Accepti obrutam armis necavere &c. eo ſcuta illi pro aureis donis congeſta.* ubi *obrutam armis* etiam dicit, ut hoc loco *ſuperobruit armis*, & Florus Lib. I. I. §. 12. *Sabinis proditae portae per virginem: nec dolo: ſed puella pretium rei, quae gerebant in ſiniſtris, petierat. dubium clypeos, an armillas. Illi ut & fidem ſolverent, & ulciſcerentur, clypeis obruere.* ad quem locum in editione Graeviana exhibetur inſignis ille denarius gentis Tituriae, in quo conſpicitur Tarpeja, Sabinorum duorum ſcutis obruta, arrectis prae horrore comis. qualem ediderunt Urſinus, Vaillantius, aliique. vide & Ryckium de Capitol. Rom. cap. III. pag. 13. hanc vero proditione dignam mercedem, juſſu Tatii Tarpejae datam, recte Broukhuſius confert cum Piſidice, quae Achillis, Methymnam, Lesbi urbem, obſidentis, amore correpta, nuptias etiam pacta, & urbem & patrem prodidit, ſed lapidibus a victore obruta fuit. qua de re verſus è Lesbiacis poëtae veteris deſumtos ex Parthenii Eroticis cap. XXI. adfert Delrius Comm. ad Senecae Troadas v. 205. pag. 431. quos ita ut Th. Galeus in notis ſuis emendavit, etiam correctos a Scaligeri manu inveni ad marginem ed. Commelinianae. mox *Nec virgo male* in Borrichiano.

91. Et

Et ſatis una malae potuit mors eſſe puellae,
Quae voluit flammas fallere, Veſta, tuas?
A duce Tarpejo mons eſt cognomen adeptus.
O vigil, injuſtae praemia ſortis habes.

ELEG.

91. *Et ſatis una malae potuit mors eſſe puellae, Quae voluit* &c.] hoc diſtichon, a Broukhuſio huc revocatum, in MSS. codd. & excuſis libris antea legebatur poſt v. 16. *Haud ſatis* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vaticano. *An ſatis una mali potuit mors eſſe puellae?* vel *Haud ſatis* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 1. pag. 13. ut innuat mortem ſceleri Tarpejae non ſuffeciſſe propter proditionem, & extinctos aeternos Veſtae ignes, hinc ipſa Tarpeja ſupra v. 41.

Quantum ego ſum Auſoniis crimen factura puellis,
Inproba virgineo lecta miniſtra foco.

93. *A duce Tarpejo mons eſt cognomen adeptus.*
O vigil, injuſtae praemia ſortis habes.]

Locus non tantum obſcurus, ſed procul dubio etiam corruptus. *A duce Tarpeja* in Excerptis Scaligeri, & Voſſ. quarto. ſed licet *Tarpejo*, vel *Tarpeja* cum Paſſeratio legatur, quod probabat etiam Francius, neutri certe *dux* convenit, ſive de Sp. Tarpejo, Arcis praefecto, virginis patre, ſive de Tarpeja ipſa, quae ductu ſuo Tatium in arcem admiſerit, intelligamus. non invitis igitur Muſis mihi videtur Andreas Baſſanus, duabus Epiſtolis, ad Vulpium ſcriptis, ejuſque commentario inſertis, hic emendandum cenſuiſſe, *A* nece *Tarpejae mons eſt cognomen adeptus.* neque enim a Tarpejo ejus patre, ſed a Tarpeja illic ſepulta nomen habuiſſe montem Tarpejum Feſti verbis docet. eam in rem pluribus inquirit Juſt. Rycquius de Capitol. Rom. cap. 3. Sed non minori difficultati obnoxius eſt ultimus verſus, in quo exponendo valde aeſtuaſſe Paſſeratium notat Broukhuſius, quem tamen non felicius hic verſatum eſſe opinor, dum vocem *vigil* refert ad canes, Capitolii cuſtodes, quos Tarpejam ferro necaſſe, ne latratu rem proderent, dixerat v. 82. & quod addat, Propertium duas hiſtorias de canibus a Tarpeja occiſis, & tempore M. Manlii Capitolini punitis confudiſſe, plane ἀπροσδιόνυσον eſt. fuerunt etiam, qui ad Jovem referri poſſe exiſtimarent propter v. 84.

—— *ſed Jupiter unus*
Decrevit poenis invigilare ſuis.

neque ſatisfacit Heinſius, qui conjecerat *Quae vigil, Tarpeja* nempe, ex praec. verſu. Francius conjecerat, *O vigil, hic juſtae*, vel *haec juſtae.* & notaverat, *vigil* non ſatis commode de canibus accipi poſſe. Sed has turbas commovit, ni fallor, unica vox *vigil*, quam in mendo cubare dudum ſuſpicatus ſum; & conjeceram *virgo*, quum inſpectis Heinſii notis vidi id Guyeto etiam in mentem veniſſe. id vero ſi admittatur, nondum tamen rem confectam, ſenſumque explanatum habebimus. quid enim hic ſignificabit *injuſtae ſortis praemia habere?* (*inviſae* legitur in primo Leid.) ſive de Tarpejo patre aut Tarpeja filia, ſive de canibus, vel de Jove intelligendo hoc ſaxum volvamus, ad irritum res redibit laborem. ſaepe vexatiſſimis locis tutiſſima curatio petitur a ſimpliciore medicina; ea propter hic non ad interpretationes anxie quaeſitas & contortas, ſed ad levem mutationem confugiendum exiſtimo. Norunt, qui codices manuſcriptos tractarunt, quam frequens *ſortis*, *mortis*, & *martis* confuſio ſit in plurimis veterum locis. pro *ſortis* igitur ſcriptum a librariis fuiſſe *mortis* ſuſpicor, ſed depravantibus meliorem & fortaſſe veram ipſius auctoris manum, quem nobis dediſſe opinor,

O virgo, *injuſti praemia* Martis *habes.*

hinc enim ſanus & apertus eruitur ſenſus, & ſermo dirigitur ad Tarpejam ipſam; quae licet in rei nefariae memoriam mons Tarpejus ab ea ibidem ſepulta (unde initio Elegiae *Tarpejae turpe ſepulcrum*) cognomen adeptus ſit, tamen dicatur *injuſti* vel *inviſi* ex cod. Leid. *Martis praemia* a Tatio retuliſſe, quum proditionis ſcelere non juſtis pugnetur armis, & proditio quidem ab hoſte ametur utilitatis gratia, ſed proditor ipſe odio & deteſtationi ſit. hinc ſupra v. 87.

At Tatius, neque enim ſceleri dedit hoſtis honorem,
Nube, ait &c.

&

ELEG. V.

Terra tuum ſpinis obducat lena ſepulcrum,
Et tua, quod non vis, ſentiat umbra ſitim:
Nec

& in hac hiſtoria Livius Lib. I. cap. XI. §. 8. *Accepti obrutam necavere, ſeu ut vi capta potius arx videretur, ſeu prodendi exempli cauſſa, ne quid uſquam fidum proditori eſſet.* jure igitur Tatius ipſe paullo ante dixit, *Haec, virgo, officiis dos erat apta tuis.* eodem modo Scyllam, Megaram urbem & patrem Niſum prodentem, dignum proditionis praemium accepiſſe deſcribit noſter Lib. III. El. 17. 20. & ſeqq.

Hanc igitur dotem virgo deſponderat hoſti!
Niſe, tuas portas fraude recluſit Amor. &c.
Non tamen inmerito Minos ſedet arbiter Orci.
Victor erat quamvis, aequus in hoſte fuit.

Qui felicius nodum hunc extricaverint ac ſolverint, illis lubentiſſimo animo adſurgam.

ELEG. V.] AD LAENAM inſcribitur in pleriſque codd. & edd. antiquis. EPISTOLA AD LENAM in v. c. Perreji. & Regio. DE MORIBVS ET DISCIPLINA ACANTHIDIS LENAE in Heinſiano & meo priore. Conferenda Ovidii Elegia VIII. Lib. I. Amor. quae invectiva eſt in lenam, ejuſdem quidem argumenti, ſed coloribus multo artificio variatis. injurius enim Naſoni fuit Vulpius, qui in prima editione Elegiam ejus ex Propertio *more pueri dictata excipientis* derivatam notabat ad v. 29. hujus Eleg. ſed in curis ſecundis, quae ſapientiores vulgo feruntur, recte id delevit. elegantiſſimis etiam verſibus in lenam invehitur Tibullus Lib. I. El. 6. 12. & ſeqq. & Lib. II. El. 7. 26. uſque ad fin. Utriuſque poëtae loca cum his Propertianis conponere, poëticae voluptatis eſt.

v. 2. *Et tua, quod non vis, ſentiat umbra ſitim*] non inmerito illud *quod non vis* inconcinnius, & ad elegantiam Propertii non accedere judicabat Heinſius. & frigidum videbatur Broukhuſio, qui conjicit enatum eſſe ex vitioſa ſcriptura *quod ne vis*, pro quo olim ſcriptum fuerit *quod metuis*, ideoque legendum cenſet,

Et tua, quam meruit, *ſentiat umbra ſitim.*

Minori molimine refingi poſſet,

Et tua, quod nolis, *ſentiat umbra ſitim.*

ſic Lib. I. El. 7. 16.

Quod nolim noſtros evoluiſſe deos.

apud Ovidium Epiſt. XX. 100.]

Cum ſua, quod nolim, numina laeſa videt.

ut recte e MSS. reſtitutum fuit, vel *nolit*, Dea nempe, pro, *quod non vult.* ubi de hac formula in avertendo omine veteribus uſitata legendae interpretum notae. ita *quod nolim* Ciceroni frequens. vide Lib. II. ad Fam. Ep. 3. VII. ad Att. Ep. 17. & alibi. ingenioſa quidem, ſed a vulgatae veſtigiis nimium recedens eſt Heinſii conjectura Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 14. qua emendabat,

Et vetula inviſam ſentiat umbra ſitim.

elegantiſſima autem haec inprecatio in manes bibacis vetulae. hinc infra v. 73. *Sit tumulus* (vel ut legendum reor *Sit tumulo*) *lenae curto vetus amphora collo.* confer tria quatuorve Epitaphia Graeca in temulentas anus, quae calicem inanem, & Bromii munere vacuum tumulo ſuo adpoſitum queruntur, Lib. III. Anthol. Gr. Tit. XX. praeſertim vero cum hoc verſu Propertiano convenit illud Antipatri Sidonii in vetulam multibibam Maronida, Ep. 2. in cujus fine eam de inſolita & invita ſiti ſic querentem inducit:

Ἓν δὲ τόδ' αἰάζει καὶ ὑπ' ἠρίον, ὅτι τὸ Βάκχου
Ἄρθμιον οὐ Βάκχου πλῆρες ἔπεστι τάφῳ.

quod ſic vertit Obſopaeus:

Unum hoc deplorat, quod ſic ſcyphus aptus Jaccho
Ad tumulum Bacchi munere ſit vacuus.

neque minoris elegantiae eſt ſequens Argentarii Ep. 4. in Ariſtomachen, quae ſpiritum omnem, multo calice antea ſuſtentatum, nunc contabuiſſe querens ad Minoa ſe convertit, ut ſaltem urnam

Nec ſedeant cineri manes, at Cerberus ultor
Turpia jejuno terreat oſſa ſono,

5. Docta

urnam miniſtrari juberet, qua ex Acheronte latices ſitienti ſibi hauriret,

Εἶπε τάδε Μίνωϊ πάλαι: φέρε κάλπιν ἐλαφρήν.
Οἴσω κυάνεον τοὔξ Ἀχέροντος ὕδωρ.
Κᾀυτὴ παρθενίην γὰρ ἀπώλεσα. τοῦτο δ᾽ ἔλεξε
Ψευδὲς, ἵν᾽ αὐγάζῃ κᾀν φθιμένοισι πίθον.

quod ſic vertit H. Grotius:

Alloquitur Minoa: levem mihi da precor urnam,
Ut nigro latices ex Acheronte feram.
Virginitas etiam periit mihi. finxerat illud,
Nempe ut & umbra tamen dolia conſpiceret.

ſed tertio verſu vitioſam lectionem ſecutus male interpretatur, *Virginitas etiam periit mihi.* recte *παρθένιον* emendat Munckerus ad Antonin. Liber. cap. XI. & ideo vertendum eſt,

Ipſa meum occidi nam ſponſum. &c.

ut Danaïdum ſcelus ſuo conparet, ſimilemque poenam fundendi aquam velut in dolium pertuſum ſibi inprecetur. contra ſobriorum cineribus & oſſibus vina infundebant. ut in Epitaphio veteri Tom. II. Anth. Lat. pag. 284.

Oſſibus infundam, quae numquam, vina, bibiſti.

ubi vide.

3. *Nec ſedeant cineri manes, at Cerberus ultor*
Turpia jejuno terreat oſſa ſono:]

cedant Fruterius. id eſt, inſurgant in tuos cineres. *Nec ſe dent cineri manes* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. ne te admittant, vel ne ſe propitios praeſtent; ibidemque hanc phraſin *ſe dare*, etiam noſtro, infra El. VIII. 78. aliiſque auctorum veterum locis reſtituit, quam ſaepe a librariis ejectam vel vitiatam negari non poteſt, ut conſtat ex notis Marklandi ad Statii Silvas pag. 57. & vide quae dedi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 581. & 637. hic tamen eam minus recte inculcari, receptamque lectionem, quam omnes codices & editiones veteres agnoſcunt, non ſollicitandam arbitror. Optat enim, ut manes lenae non quieſcant ſimul cum ejus cinere, ſed errent ac vagentur, adeoque cineri ejus non inſideant tamquam ſepulcri cuſtodes, ſed eos effugiant, ut ipſe Heinſius poſtea ibidem pag. 16 exponit vulgatam *ſedeant* ſervans. vide etiam hic Livinejum & Paſſeratium, qui recte legendum cenſebat, *at Cerberus ultor*, optima oppoſitione, quod in textu repoſui, quia id a v. c. Perreji, Colotiano, & duobus Vaticanis firmatur, & adſtipulatur Askewianus, in quo *ſed Cerberus ultor.* quod autem Gebhardus ſcribit Paſſeratium legere *at Cerberus ore*, in illius notis non inveni, & *ultor* veriſſima lectio eſt, quam omnes codices ſcripti & editi tuentur. inepta certe locutio eſſet *Cerberus ore terreat jejuno ſono.* quae ſi ex vitioſis codd. huc irrepſiſſet, bene de poëta mereretur, qui *ultor* ex emendatiore libro reponeret. dein *tergemino ſono* maluiſſe Waſſium notaverat Marklandus. ut apud Virg. VI. Aen. 417.

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Perſonat.

Ovid. VII. Met. 414.

Cerberon abſtraxit, rabida qui concitus ira
Implevit pariter ternis latratibus auras.

Seneca Thyeſte v. 676. in deſcriptione infernae ſedis;

——— *ſaepe latratu nemus*
Trino remugit.

innumera poëtarum loca potuiſſet addere, in quibus *Cerberi trifaucis* mentio & *tria* ejus *ora* paſſim occurrunt, Sed quae hic nihil ad rem faciunt, ne quid de nimia mutatione vocis *jejuno* in *tergemino* addam, optimo enim judicio ſitienti Acanthidis umbrae jejuno ore adlatrare Cerberum, eamque terrere fingit Propertius. jejunorum enim & eſurientium canum gravis ululatus. *terreat ora* male etiam in Excerpt. Scalig. Leid. ſec. & Voſſ. tert. adhaeret Virgilio VI, Aen. 401.

——— *licet ingens janitor antro*
Aeternum latrans exſangues terreat umbras.

ubi vide Valentis Guellii notas.

5. Docta

Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,
    Concordique toro peſſima ſemper avis.
Penelopen quoque neglecto rumore mariti
    Nubere laſcivo cogeret Antinoo.
Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum,
    Et volucris nidis eſſe noverca ſuis.

Quip-

5. *Docta vel Hippolytum Veneri mollire negantem,*
Concordique toro peſſima ſemper avis.]

Nocte vitioſe in D'Orvill. primo & meo ſecundo, in quo etiam *molire*. *Veneri mollire vaganti* in Excerptis Scalig. ſed *negantem* abſolute ponit, ut ſaepe in re amoris apud Ovidium. ſic I. A. A. 344.

Vix erit e multis quae neget una tibi.
Quae dant, quaeque negant, gaudent tamen eſſe rogatae.

vide notas ad Lib. XIII. Met. 741. *Concordique choro* Groning. deinde *peſſima ſemper anus* in v. c. Perreji, Colotiano, binis Vaticanis, Regio, Borrichiano, Heinſiano, tribus Voſſ. D'Orvill. ſec. & meo priore. & ita ex MSS. legit Domitius Marius ad Ovid. I. Am El. 8. 2. qui hanc Elegiam paſſim cum illa Naſoniana confert. ſic etiam edidit Beroaldus. ſed in Veneta utraque, Reg. Lepidi, Volſci, Aldinis, Juntina, Colin. Rovill. Gryph. ceteriſque *peſſima ſemper avis*, hoc eſt, ſiniſtri augurii, infauſti ominis. quod recepit Broukhuſius, & probaſſe videtur Marklandus, qui adſcripſerat locum Ariſtophanis Plut. τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τῷ θεῷ. ita certe ὄρνις eodem ſenſu Graecis paſſim dicitur. vid. Heinſium IV. Adverſ. c. 1. p. 563. & in notis ad Catull. p. 650. & quae notavi ad Lib. III. El. 8. 11. *avis* etiam hic praetulit Douſa P. nam margini ed. Rovill. adleverat *peſſima avis* omen ſive auſpicium eſt, quam veteres *malam* & *ſcaevam avem* appellitare erant ſoliti.

7. *Penelopen quoque neglecto rumore mariti*
Nubere laſcivo cogeret Antinoo.]

Penelopen quod in primo Voſſ. forte pro *quae*, ut volebat Guyetus. *maritum* Mentel. & Leid. pr. *marito* vel *maritae rumore* Paſſeratius. *Penelopen maritam*, vel *pudicam*, Heinſius. pro *Antinoo* in Voſſ. quarto, & meo primo *Alcinoo*. *Antimacho* D'Orvill. ſec. & in marg. *Autolico*. ſed *Antinous* hic intelligitur procus Penelopes, quae tamen illum odio prae ceteris inſigni proſequebatur, quia reliquis protervior erat, & a reduce Ulixe primus omnium interfectus dicitur Homero; unde hic *laſcivus Antinous* vocatur. & hunc enumerat Penelope inter illos, de quibus apud Ulixem queritur in Epiſt. Ovidiana v. 92.

Quid tibi Piſandrum, Polybumque, Medontaque dirum,
Eurymachique avidas, Antinoique manus,
Atque alios referam?

ubi ſimiliter *Alcinoique* in cod. Reg. *Antoniique* vel *Antenorique* in aliis. Auſonius Perioch. Odyſſ. XXII. de Ulixe; *Quum primum omnium confeciſſet Antinoum, qui audacia & petulantia ceteros ſuperaverat.* ubi Mariangelus Accurſius in loco Ovidii ex Homero Odyſſ. X. 242. emendabat, *Quid tibi Piſandrum, Polybum, Amphimedontaque dirum.* quia hunc procum cum Piſandro & Polybo etiam enumerat Homerus, quod miror Heinſio ſcrupulum moviſſe propter Sabini Epiſt. Reſponſ. v. 47.

Certe ego cum Antinoum, Polybumque Medontaque legi.

illic enim Homerici loci auctoritate ſubſtitui etiam poſſet, *Polybum Amphimedontaque legi.*

9. *Illa velit, poterit magnes non ducere ferrum,*
Et volucris nidis eſſe noverca ſuis.]

velud in Mentel. & primo Leid. in quibus etiam male *inducere ferrum*, ut in cod. Regio, Palatinis Gebhardi membranis, & primis edd. ſenſum loci ſic exponebat Marklandus, „ Si illa velit, „ magnes non ducet ferrum, & quaelibet avis „ negliget ſuos pullos, hoc eſt, mutabit leges „ naturae. „ *ducere ferrum* eſt adtrahere, ut Orpheus *duxiſſe feras & ſilvas* paſſim dicitur. neque opus eſt cum Gebhardo *inducere* pro non ducere, ut *invidere* pro non videre, hic interpretari.

 pretari.

Quippe & Collinas ad foſſam moverit herbas,
Stantia currenti diluerentur aqua.
Audax cantatae leges inponere Lunae,
Et ſua nocturno fallere terga lupo,

Poſſit

pretari. *Et volucris*) *indis* corrupte, & inverſis literis, in Heinſiano, & meo priore. *nidos* pro pullis ponunt poëtae & alii auctores veteres, ut ſaepe notarunt viri docti. vide Barth. ad Claudian. p. 471. Cerdam ad Virg. XII. Aen. 475. p. 728. Lindenbrog. ad Ammian. Marc. Lib. XXII. cap. 15. p. 368. Marklandum ad Statii Silvas pag. 179. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. p. 139. adde locum Joſephi Iſcani Lib. III. de B. Troj. 431. — *non fulminis ales ſic gemit elinguis inopina ſilentia nidi.* ſic enim ſcribendum, non *e linguis* ut contra Virgil. XII. Aen. 475. de hirundine: *Pabula parva legens, nidiſque loquacibus eſcas.*

11. *Quippe & Collinas ad foſſam moverit herbas, Stantia currenti* &c.]

ut Collinas in v. c. Perreji, & primo Vaticano. *ad Collirias* in Voſſianis & Askew. *Coltrinas* Borrich. *noverit* in Regio, D'Orv. ſec. & Borrich. *noverit hebrus* in Heinſiano, & meo primo. *noverit* Paſſeratius non inprobat, pro perite ſciverit ac tenuerit. ut Tibullo Lib. I. El. 2.

Sola tenere malas Medeae dicitur herbas.

mox *Stantia* agnoſcunt Neap. Borrich. Groning. Mentel. Excerpt. Scalig. Heinſian. & alii codd. cum primis edd. quod recepit Broukhuſius, & *ſtantia* exponit arboris frutices, ac ſegetes creſcentes, & ſupra terram ſtantes, quae ſubitis imbribus ad interitum dantur. & ſic fere Paſſeratius, qui *ſtantia* explicat, exſtantia, excelſa perfunderentur fluviis retro adſcendentibus. ſed idoneis optimi aevi exemplis adſtrui vellem *ſtantia* hac notione ſimpliciter ſic dici, quia veteres malunt *obvia quaeque*, vel ſim. dicere, & ſic praeſtaret *diruerentur.* ut ſaepe nimbi & torrentes fluviorum, ventique turbines dicuntur obvia quaeque, arbuſta, & ſim. praecipiti raptu diruere. vid. ad T. I. Anth. L. pag. 566. Volſcus exponebat, *induceret fluvium praecipitem, ubi eſt ſumma ſiccitas.* eo ſenſu mallem *Stantes torrenti diluerentur aquae.* Beroaldus exponebat, *ſolida terra in aquam converteretur, mutata rerum natura.* Sane *ſtantia* hic legitur in primis edd. Venetis, Rep. Lep. Volſci, Beroaldi & prima Aldina, eamque ſecuta Juntina & Colinaei. ſed in ſecunda Aldi editione *Stagnaque currenti*, ut in Gryphianis 1551. 1573. Rovilliana 1559. Antverp. Chriſt. Plantin. 1560. & 1569. aliiſque. *Stantia* in ed. Douſarum Raphelengiana, & Scaligeri. Sed totum locum conclamatum, & inter utrumque verſum nonnulla excidiſſe ſuſpicabatur Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 18. qui emendabat,

Quippe ut Collinas ad foſſam admoverit herbas,
Stagna & currenti deficiantur aqua.

hoc eſt, etiam ſtagna deficientur aqua, ſi Collinas, ſeu malas herbas ex ſepulcretis prope portam Collinam lectas, ad *foſſam* vel ſcroben magicam admoverit, ſacris Stygialibus operata. vel *Collinas ad foſſam civerit umbras*, & altero verſu, *Saxa in currentes diſſoluentur aquas.* Vulpius *Stantia* explicat paludes & ſtagna, in quibus torpet aqua, quae, ſi velit ſaga, ſubito deriventur, & more vivorum fluminum diſcurrant. ſed eadem ratione *ſtantia* ſimpliciter recte dici poſſe dubito, quas *ſtantes paludes* vocat Horatius. Quia igitur *ut Collinas* in MSS. & *Stagnaque* in variis edd. vetuſtis legitur, prae ceteris conjecturis forte praeſtiterit,

Quippe ubi Collinas ad foſſam admoverit herbas,
Stagna a currenti diluerentur aqua.

ut *Stantia* ex *Stagna a* derivatum fuerit. niſi loci ſenſum veramque lectionem adhuc in obſcuro latere ſtatuamus.

13. *Audax cantatae leges inponere Lunae, Et ſua nocturno fallere terga lupo.*]

Quamquam in diverſa non abeant ſcripti aut editi veteres, niſi quod *linguae* pro *Lunae* in margine codicis Askewiani, amplector tamen emendationem Cel. Valckenarii in Epiſt. Crit. ad Matth. Rover. pag. 55. legentis,

Auſa excantatae leges inponere Lunae.

praeſertim propter illa Horatii Epod. V. 45.

de

Poſſit ut intentos aſtu caecare maritos,
Cornicum inmeritas eruit ungue genas.

Con-

de Canidia:

Quae ſidera excantata voce Theſſala
Lunamque coelo deripit.

forte etiam apud Apulejum in Apolog. pag. 48. emendandum: *Igitur ad praeſcriptum opinionis & famae, confinxere puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, ſecreto loco, arcula & lucerna, & paucis conſciis teſtibus ubi incantatus ſit, corruiſſe, poſtea neſcientem ſui, excantatum.* non, ut nunc editur, *excitatum* ubi Priceus in Notis pag. 109 ex Varrone adfert, *ubi vident ſe cantando ex arca* (ſic legit, non *ara*) *excantare non poſſe, diripere incipiunt.* hinc locutione ab hac excantatione magica ad amores tranſlata noſter ſupra Lib. III. El. 2. 49.

Ut per te clauſas ſciat excantare puellas.

quod optime pro aliorum codicum languida lectione, *exorare* vindicavit Broukhuſius, cujus notae plura ſuppeditabunt, & ad Tibull. Lib. I. El. 9. 19. ſimile de lena Philaenide eſt illud Martialis Lib. IX. Ep. 30.

Quae nunc Theſſalico Lunam deducere rhombo,
Quae ſciet hos illos vendere lena toros?

mox *fallere terga lupo* pro ſimulare, recte exponit, & ad *λυκανθρωπίαν* refert Valens Guellius ad Virg. I. Aen. 672. 684. de qua vide Hier. Mercurialem Lib. VI. Variar. Lect. cap. 20. & huc ſpectat illud, Virg. Ecl. IX. 97.

His ego ſaepe lupum fieri, & ſe condere ſilvis
Moerin, ſaepe animas imis excire ſepulcris,
Atque ſatas alio vidi traducere meſſes.

ſic *fallitur auro Jupiter*, pro ſimulatur a mathematicis, exponit Vulpius ſupra hoc Lib. IV. El. I. 83. *nocturnum* vero *lupum νυκτιπόρον λύκον* dicit Oppianus, ut notat G. d'Arnaud Lect. Graec. Lib. II. cap. 10.

15. *Poſſit ut intentos aſtu caecare maritos,*
Cornicum inmeritas eruit ungue genas.]

Poſſe & Leid. ſec. tres Voſſ. duo D'Orvill. & meus uterque cum vetuſtis edd. *Poſſit ut* v. c. Perreji, & duo Vaticani. *Poſſet & ra tentos* in Mentel. & primo Leid. an voluit librarius *Poſſet & iratos?* vel *adtentos? Poſſet & intectos arcu* in Askewiano. ſed *intentos* bene ſe habet, id eſt inſtar Argi ſuas cuſtodientes. ut Lib. I. El. 3. 19.

Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos.

vide Gruterum Lib. IX. Suſpic. cap. 13. ita apud Silium Ital. Lib. VII. v. 362. *Quam multa intentus coelo ſub nocte ſerena Fluctibus e mediis ſulcator navita Ponti Aſtra videt.* ut illic praeferunt Dauſquejus, & Cerda ad Virg. V. Aen. 853. ſed ab aliis rejicitur ut ſuppoſititium pro *adfixus.* pro *caecare* male in Regio *certare. immeritas genas* conſtanter tuentur omnes codices ſcripti & editi. nam ex ſola conjectura Broukhuſius edidit *emeritas*, hoc eſt, veteres & annoſas, deducta locutione e re caſtrenſi, ut *emeritum rogum*, qui deſiit ardere, dixit noſter infra El. XI. 98. potuiſſet etiam addere emeritum vinum pro vetuſto dici Joſepho Iſcano Lib. I. v. 254. Sed tales conjecturas in notis proponere ſatius erat, quam in ipſo contextu exhibere. antiquam igitur lectionem reduxi. & *inmeritas* expono, quae oculis ut orbarentur, nihil erant meritae, ſed innocentes. ſupra El. III. 19.

Occidat, inmerita qui carpſit ab arbore vallum.

El. IV. 21.

Saepe illa immeritae cauſſata eſt omina Lunae.

Lib. II. El. 3. 3.

Et ſaepe inmeritos corrumpas dentibus ungues.

Lib. IV. El. 7. 66. de Andromede, *nec meritas frigida ſaxa manus.* Horatius Lib. I. od. 17. in fine:

Et ſcindat haerentem coronam
Crinibus, inmeritamque veſtem.

Lib. II. Sat. 3. 17.

Culpantur fruſtra calami inmerituſque laborat
Iratis natus paries Dis atque poëtis.

Lib. I. Epiſt. 14. 12.

Stultus uterque locum inmeritum cauſſatur inique.

& alibi ſaepe. recte igitur a Broukhuſio diſſentit, & *inmeritas genas* hic praefert Patruus meus ad

Ne-

Conſuluitque ſtriges noſtro de ſanguine, & in me
Hippomanes foetae ſemina legit equae.
Exornabat opus verbis, ceu blanda perurat,
Saxoſamque terat ſedula culpa viam:

Si

Nemeſian. v. 195. ubi etiam de proverbio illo *cornicum oculos configere.* quod diverſo ab aliis modo explicat Conr. Geſnerus de Animalib. Lib. III. pag. 291. & de vario ejus intellectu vide Interpretes ad Quinctilian. Lib. VIII. cap. 3. §. 12. ſed quod ad hunc locum adtinet, recte ad eundem Quinctiliani locum obſervare videtur Geſnerus, hic agi de venefica, quae dicitur *eruere genas cornicum*, ut maritum caecum reddat ad furta & amores conjugis, atque inde *oculos configere cornici*, ſi quis fallit hominem alioquin intentum & cautiſſimum. *genas* pro oculis, de ave dici non tam frequens, quam de hominibus, quod apud poëtas tritiſſimum.

17. *Conſuluitque ſtriges noſtro de ſanguine & in me Hippomanes foetae ſemina legit equae.*]
Conſuluit ſtriges male in Mentel. Leid. primo & D'Orvill. ſec. primam enim corripi vetant metri leges. dein *Hippomenes* in Neapol. Leid. pr. & Voſſ. D'Orvill. & meo ſec. *Hippomones* D'Orv. prim. *Hippomenes foeta ſemita legit aqua* in Borrichiano. de veneno hoc equae in libidinem concitatae omnia nota, & abunde a viris doctis illuſtrata. confer Guellium ad Virg. III. G. 282. & IV. Aen. 515. Salmaſ. ad Solin. pag. 939. Meurſii Spicileg. ad Theocr. pag. 12. Interpretes Tibulli Lib. II. 4. 58. & Jacobon. Adpend. ad Fontej. de priſca Caeſior. gente pag. 92.

19. *Exornabat opus verbis, ceu blanda perurat,*] Locus obſcuritate perplexus. *Exorabat* in Regiis, Neapol. Mentel. Groning. Heinſiano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis, cum edd. Veneta 1475. Reg. Lep. Volſci, & Beroaldina, Rovilliana, Gryphii 1561. & 1573. & Canteri. *Exornabit* ſec. Vatic. *Exorabit* v. c. Perreji, Excerpt. Scalig. Vatic. quint. Askew. & Veneta 1487. ſed *Exornabat* in utraque Aldi, Juntae, Colinaei, Gryphii 1551., ceteriſque edd. quae vera lectio eſt, licet *Exorabat* nauci non eſſe putaverit Broukhuſius, neque etiam Paſſeratius, ut dicat lenam puellae perſuadere conatam, ut *operis*, ſeu concubitus copiam alicui faceret. ſed *verbis* ſuum lenandi opus callida anus *exornaſſe* dicitur, ut de ſimili vetula Ovidius Lib. I. Amor. El. 8. 20.

Haec ſibi propoſuit thalamos temerare pudicos,
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.

notum illud Terentii Eun. II. 1. 8. *munus noſtrum ornato verbis.* & hinc forte ſtabiliri poſſet elegans Graevii & Perizonii emendatio in P. Melae prooemio: ubi orbis ſitum deſcribere vocat *inpeditum opus, facundiae minime capax, &c. & quod, ſi non ope ingenii ornantis, at ipſa ſui contemplatione pretium operae adtendentium abſolvat.* ubi in vulgatis *ingenii orantis* ſenſu abſurdo legitur. eadem ſcripturae diverſitate apud Silium Ital. XI. 552. *tot titulis totque exorata tropaeis*, ut nunc legitur ex Modii & Heinſii emendatione, pro *exornata*, quod olim edebatur. ſed forte illic praeſtiterit conjectura Patrui mei, quam codici ſuo adleverat, *exarmata*. mox *ceu blanda perurat* in mendo cubare opinor. *ſeu blanda* eſt in priſcis edd. uſque ad Beroaldinam. *perurret* in Mentel. Excerpt. Scalig. Heinſiano, Borrich. Askew. duobus Leidd. Voſſ. pr. & quarto, D'Orvill. priore, & meo. *praeiret* in v. c. Perreji, & duobus Vatic. *perurerat* Neapol. *periret* in Voſſ. tertio, & ſecundo D'Orvill. *pararet* conjiciebat Livinejus. Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. pag. 104. tentabat *ceu blanda pererrat*. & ſic fere Struchtmeyerus Animadv. Crit. Lib. II. cap. 12. p. 165. cui *perurat* ideo corruptum videtur, quia obſcurum eſt, quo referatur. requiritur certe vox, quae cum τῷ *perurat* jungatur, itaque verbum *perurat* minime ſollicitandum, ſed *blanda* vitioſum eſſe videtur, manifeſtam enim conparationem exigit locus, quid perurat lena. Legendum ſuſpicor,

Exornabat opus verbis, ceu (vel *ut*) *corda perurat.*

corda nempe puellae amoris face incendat. quod *exſtimulare* infra v. 29. *pectora urere* Ovidio IX. Met. 624. & centies apud poëtas.

20. *Saxoſamque terat ſedula culpa viam*] neque hic verſus a corruptela inmunis eſt. *ferat* in omnibus codicum meorum excerptis, & primis ante

Be-

Si te Eoa, Doroxanium juvat aurea ripa ,
Et quae ſub Tyria concha ſuperbit aqua :

Eu-

Beroaldum edd. *Saxoſa facit* in primo D'Orvill. dein *ſedula turba* in Colotiano, Vatic. quinto, & Voſſ. quarto. Livinejus intelligebat ſacram viam, lapidibus ſtratam, quam ſibi terendam fingebat expoſcendae Deûm pacis. hunc innuit Broukhuſius, interpretationem iſtam abjiciens, qui rectius cum Scaligero exiſtimat proverbii ſpeciem eſſe, de re ardua ac difficili, in qua verſabatur lena, ut animum puellae ad amores incenderet. *ſedula lympha* eſt in Borrichiano, quod placebat Wakkero Amoen. Liter. d. l. eo ſenſu, quo ſaxa crebro guttarum ictu teri & cavari dicuntur. adſcripſeram codici meo pro *culpa* forte legendum *cupa* vel *copa*, tunc non inſpectis Heinſii Adverſariis Lib. I. cap. 2. pag. 18. ubi ſic emendandum monuit, vel *ſubdola copa*, ut in Notis legit p. 748. & hanc viri perſpicaciſſimi emendationem palmariam vocat Struchtmeyerus in Animadv. Criticis, *ſedula* autem firmatur ex Ovidii & Tibulli locis, quae in Adverſariis adfert Heinſius.

21. *Si te Eoa, Doroxanium, juvat aurea ripa,*] Locum hunc *in bonis libris ſtellatum, prope conclamatum, & varie cruciatum a Grammaticis*, merito vocat Turnebus Lib. XXI. Adverſ. cap. 16. prope finem. Variantium lectionum monſtra, in codd. MSS. obvia, ſeu membranarum hallucinationes memorare non libuit Broukhuſio, quia extra oleam nimis ſpatiari ei videbantur, & ideo locum intactum praeteriit. Eas tamen adſcribere non taedebit, ut videamus an ex hoc velut ſterquilinio nonnihil auri colligi poſſit, vel ut vulneri, quod huic verſui inflictum eſt, medicinam inde eliciant, quibus me ſagacius divinandi acumen criticum eſt. *Dorozantum* eſt in v. c. Perreji, primo & ſec. Vaticano. *Si te Coa derorantem juvat* in Menteliano. in aliis *deroratque* vel *decorantemque.* in Regiis, *Si te Eoa juvat derorantem aurea ripa*, ut editum in Veneta utraque, Reg. Lep. & Beroaldi. *Si te aeoa doroxanthum juvat*, in Modii Excerptis, ſeu Groningano. *Si te Eoa doriſantum juvat* codex Scaligeri. *ſed te Eoa* Voſſ. quart. deficiente voce ſequenti, & relicto hiatu. *Si te Coa derorantem* prim. Leid. *dorogantum* vero legitur in Voſſ. tertio. *derorantum* Voſſ. pr. & pr. D'Orvill. *decoratum* in meo priore. *decorantum* in altero. J. Douſa Pater ed. Rovillianae adſcripſerat, Auratum legere *Si te Eoa juvat Nabathorumque aurea ripa*, idque ex veteri quodam codice, in quo *Dabathanumque* ſcriptum occurrebat, ut Indos intelligat. quod forte non rejiciendum videtur. in Volſci editione, *Si te Eoa juvat debarumque.* ut in notis legendum dicit, quia *Debae* populi Arabiae poſt Nabathaeos, per quos flumen labitur, quod auri ſtrigilem defert; additque alios *Oritarum* emendare, qui ſunt Caramaniae populi, a quibus non procul fluit Bitanis, flumen auro fertile, ſed *Debarum* praefert, eo ſenſu, ſi te delectant aurea ornamenta, vel aurum, quale in Debarum ripis legitur, ſi purpurea veſtis &c., non te facilem amatoribus praebeas. hinc forte deceptus Loydius in Lexico Geogr. & Poët. ſcribit *Debas* eſſe Arabiae populos, qui *Debatae* hic a Propertio dicuntur, & adfert, *Si te Eoa juvat, Debatarumque aurea ripa.* ita certe in prima Aldi, ejuſque ſequaci Juntina, legitur excuſum, & in ed. Colinaei. *Dorozantumque aurea ripa* in altera Aldina, Gryphii, Canteri, aliiſque (*Doroxantumque* in Rovilliana) quod in nonnullis codd. haberi etiam teſtatur Beroaldus, ſcribens *Dorozantes* eſſe Indiae populos, ubi aurum vehunt flumina, ad Curtium auctorem provocans. idque, non nominato Beroaldo, iiſdem verbis adfirmat Livinejus, ſed nihil tale apud Curtium invenitur. ut nec apud Arrianum, tam in Expeditionum Alexandri, quam Rerum Indicarum opere. verba Beroaldi ita ſe habent: *Sunt autem Dorozantes Indiae populi, ubi aurum flumina vehunt, ut auctor eſt Curtius.* reſpicit procul dubio locum Curtii ex Lib. VIII. cap. 9. ubi Indiae incolas & luxum deſcribit §. 18. *Aurum flumina vehunt, quae leni modicoque lapſu ſegnes aquas ducunt. gemmas margaritaſque mare litoribus infundit.* Dorozantes vero populi illic non memorantur. Turnebus excogitavit, *Si te Eoa, Doroxanium,* vel *Dorozanium*, ut ſit nomen proprium amicae, quemadmodum *Acanthis* lenae eſt. *Doroxantum* vero inprobat, quia haec nominis forma mulieri non convenit. & optime quidem Turnebum emendaſſe, Gebhardi judicium eſt. Scaliger *Dorixanium* legebat, exiſtimans nomen puellae comice ſic fingi, ut *Philocomaſium*, & ſim. illius certe terminationis nomina feminarum, originis Graecae, plerumque ſunt blanditiarum cauſſa conficta, & ſaepe amantium vel conjugum propria. ut *Erotium*, *Philenium*, *Philetiam*, *Glyce-*

rium,

Eurypylique placet Coae textura Minervae,
Sectaque ab Attalicis putria ſigna toris:

25. Seu

rium, *Sophronium*, & ſim. de quibus vide Murator. ad Anecd. Graec. pag 64. & Tom. I. Anecd. Lat. pag. 147. & adde quae notavi ad Antholog. Lat. Vol. II. pag. 118. Haec autem omnia uſque ad v. 61. ſunt vetulae ipſius verba ad puellam, quam lenociniis ſuis illaqueare ſtudet, ideoque illam blando *Doroxanii* nomine adpellare, fingendum eſt. Nic. Heinſio tamen nomen illud proprium, a Turnebo vel Scaligero formatum, diſplicuiſſe videtur; variis enim conjecturis aliter loco corrupto mederi conatur in notis ad Propert. pag. 748. Sed quarum neutra ſcopum ferit, & manifeſtant tantum, conjecturas nimis longe quaeſitas, vel anxie excogitatas, raro feliciſſimas eſſe. Si liceat mihi a tantis Viris, habito tamen honore ſemper illis debito, diſcedere, pro nomine illo *Doroxanium*, quod textui ingeſſit Broukhuſius, mallem ſimpliciore via codicum MSS. veſtigia premere, quo nos ducunt. In ſcriptura enim illa, quae in cod. tertio Voſſiano conparet, *dorogantum*, forte latet ipſius Gangis auriferi Indiae fluvii nomen, quod vel ideo non diſpliceret, quia tot nomina propria ſequentes verſus, ubi pretioſa puellis adpetita deſcribit, velut grandiore ſpiritu adflant, & quum reliquae lectionum varietates pleraeque in *antum*, vel *atum*, deſinant, inde forte *avidam* elici poſſet, adeoque ſic refingi,

Si te Eoa avidam Gangis *juvat aurea ripa.*

vel hoc modo:

Si te Eoa avidam doni *juvat aurea ripa.*

ut Ganges ſubintelligatur, & ex *Doroxanium*, vel dicta Voſſiani cod. ſcriptura *dorogantum*, tranſpoſitae mutentur ſyllabae. ſed prius praefero. ſic *avidae* paſſim poëtis dicuntur puellae, lucro & donis inhiantes. ut noſtro Lib. III. El. XI. 1.

Quaeritis unde avidis *nox ſit pretioſa puellis,*

vel latet alterius fluvii Indici auriferi nomen, librariorum inperitia ejectum, (ut plurima Indiae loca & flumina eadem de cauſſa ex ſcriptis veterum evanuerunt) quod in aliarum membranarum lectione *Dorozanium* deliteſcat, ſed non minus obſcurum, quam Δορσάνης Hercules ab Indis dictus, teſte Heſychio, de cujus nominis ratione valde illic aeſtuant Interpretes. Fuerit forte olim in India fluvius *Doroſanii*, vel contracta voce *Dorſani* nomine dictus, a quo Hercules ſit cognominatus, quod conſtare poſſet, ſi ſupereſſent tot veteres ſcriptores Graeci, qui Indica, & de Fluminibus ſcripſerunt, quales memorat Arrianus & (niſi hi ficti ſint) Auctor libelli de Fluminibus, qui Plutarcho tribuitur, & plures alii, quos in Prolegomenis Notarum recenſet Mauſſacus, & Raderus ad Curtium d. l. Sed praeſtiterit potius manum continere ab ulcere inſanabili. non tamen cum Guyeto nodus hic Gordius enſe ſecandus eſt, qui totum diſtichon ſpurium pronuntiabat. Id tantum addam haec Propertiana, quibus lena animum puellae ad dona captanda inſtruit, conparanda eſſe cum loco Tibulli Lib. II. El. 4. 27. & ſeqq.

O pereat, quicumque legit virideſque zmaragdos,
Et niveam Tyrio murice tinguit ovem.
Hic dat avaritiae ſtimulos: hinc Coa puellis
Veſtis, & e Rubro lucida concha *mari.*

talem *doni avidam* Cynthiam deſcribit noſter Lib. II. El. 13. 15.

Cynthia non ſequitur faſces, non curat honores:
Semper amatorum ponderat illa ſinus &c.
Ergo muneribus quivis mercatur amorem,
Jupiter, indigna merce puella perit.
Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas
Et jubet ex ipſa tollere dona Tyro.

ubi per *amatorum ſinus* intelligit illum togae ſinum, in quo pecuniam gerebant. idemque innuit quod apud Ovid. Lib. I. Am. 8. 37.

Cum bene dejectis gremium ſpectaris ocellis,
Quantum quiſque ferat, reſpiciendus erit.

ubi vide notas. ejuſmodi ſanguiſugas & amatorum ſpoliatrices exagitat noſter Lib. III. El. XI. vide Gebhardum Lib. III. Crepund. cap. 22.

23. *Eurypylique placet Coae textura Minervae,*
Sectaque ab Attalicis putria ſigna toris.]

Nihil variant codd. MSS. niſi quod *Euripidique* in Excerpt. Modii. *placent textura* in Askew. *Choae* in Neap. & meo utroque. ſed mira videtur locutio, *textura Minervae Coae Eurypyli*, quae

Seu quae palmiferae mittunt venalia Thebae,
Murreaque in Parthis pocula cocta focis:
Sperne fidem, provolve Deos, mendacia vincant,
Frange & damnoſae jura pudicitiae.

Et

quae corrigi poteſt levi mutatione Heinſiana, Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 19.

Eurypyliſque placet Coae textura Minervae.

Eurypylis textura, pro *Eurypylea*, ab Eurypylo, Rege Coo. de quo late agunt eruditorum Interpretum notae ad Ovid. VII. Met. 363. & XIII. 357. deinde pro *Sectaque* in v. c. Perreji, Colotiano, duobus Vaticanis, & Regio, *Textaque*, ut correxerat Marklandus. Heinſius vel *Secta* vendita exponebat, & per *ſigna* imagines in tapetibus expreſſas intelligebat, vel conjecerat *Netaque in Attalicis*, aut,

Lectaque ab Attalicis putria vela toris.

forſan vela Aegyptiaca intelligenda ſunt, de quibus agunt eruditi Interpretes ad Claudian. I. in Eutrop. 355.

25. *Seu quae palmiferae mittunt venalia Thebae,*
Murreaque in Parthis pocula cocta focis.]

quam in duobus Leidd. Voſſ. tert. & quarto Askew. & vetuſtis edd. ſed *quae* in v. c. Perrej. Colot. duobus Vaticanis. & D'Orvill. altero a manu ſec. ut legendum monuit Livinejus. *quem* Voſſ. prim. *qui* in Heinſiano, & meo priore. dein *Muricaque* in Excerp. Scalig. *Aureaque* Borrich. *pocula cocta* in omnibus MSS. & vetuſtis edd. ut adfert etiam Neſtor in Vocabular. pag. 85. Intelligi autem Aegyptiaca & Parthica pocula volunt, *murrina cocta*, non gemmea. vide Scaligeri curas ſecundas, & J. Douſae Patris notas pag. 140. Turnebus Lib. VIII. Adverſ. cap. 1. putat Propertium cenſuiſſe, myrrhea vaſa fictilia in fornace cocta fuiſſe. ſed ab eo diſſentit Caſp. Hofmannus Lib. III. Var. Lect. 29. qui ex Plinio coctionem naturalem, non artificioſam intelligendam ſcribit, & *ſuis* adfert pro *focis*, quod illi ſententiae anſam praebuit. *focis* tamen conſtans omnium veterum librorum lectio eſt. praefigitur autem illic apud Hofmannum hic verſus, *Denſa juba & dextro jactata recumbit in armo*, qui ex Virgilio praecedit apud Turnebum, ſed alio ſpectat. unde patet eum non inſpecto ipſo Propertii textu Turnebum fuiſſe ſecutum. *pocla cocta* *ſuis* adfert Salmaſius in Exerc. Plinian. pag. 267. ed. Pariſ. qui in Addendis pag. 1341. putat Propertium hic confudiſſe Parthica ſeu Carmanica murrina cum vitreis murrinis, quae in Aegypto coquebantur. Sed plura huc facientia praeter Paſſeratium, alioſque hujus loci Interpretes, dabunt D'Orleans ad Tacitum pag. 253. Bellonius Lib. II. Obſerv. cap. 71. & Barth. ad Statium Lib. I. Th. 330.

27 *Sperne fidem, provolve Deos,*] ſenſus eſt, ſimul cum fide Deos ipſos viola, eoſque flocci habens pedibus velut a ſacrariis proturbare ne dubites. ut recte notionem verbi *provolve* hic exponit Paſſeratius. Janus Douſa P. editioni Rovillianae adſcripſerat verſus ex Epigrammate Graeco, (quod legitur Lib. IV. Anthol. Gr. Tit. X. Ep. 22.)

Ἀργείης Ἑλένης ἱρόεις τύπος, ἣν ποτε βώτης
Ἥρπασε, τὸν ξείνιον Ζῆνα παρωσάμενος.

id eſt, interprete Hugone Grotio,

Haec Helenae pulchra effigies, quam paſtor ab Ida
Hoſpitii violans jura, Jovemque, rapit.

28. *Frange & damnoſae jura pudicitiae*] *Franget* in Leid. ſec. Voſſ. quarto, Heinſiano, & meo priore. *Frange &* v. c. Perreji, primus & ſec. Vatic. Excerpt. Scalig. Groning. *Frangent* Neap. Borrich. Voſſ. pr. & tert. meuſque ſecundus, & priſcae edd. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. *Frangeat* D'Orvill. prim. hoc eſt, *Frange at*. *Frange ac* Venet. an. 1487. *Frange age* conjecerat Heinſius. *Cedant* vel *caedant damnoſae*. in Beroaldina, Aldina utraque, Juntina, Colinaei, Rovilliana, Gryphii, Canteri, aliiſque. hinc Gebhardi ingenium fabricare conabatur,

Caede & damnoſa dura pudicitiae.

ut *dura pudicitiae* dicat, quomodo *levitatis dura* Lib. I. El. 15. init.

Saepe ego multa tuae levitatis dura timebam.

duro ſane palati ſtupore.

29. Et

Et ſimulare virum, pretium facit. utere cauſſis:
Major dilata nocte recurret amor.
Si tibi forte comas vexaverit utilis ira,
Poſt modo mercata pace premendus erit.
Denique ubi amplexu Venerem promiſeris emto,
Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies.

In-

29. *Et ſimulare virum, pretium facit. utere cauſſis*] locus Heinſio de corruptela ſuſpectus, ideoque conjecerat, *ſimulare metum*, nempe ne maritus ſuperveniat. quo ſenſu ſine emendatione ulla capere poſſumus, pro *ſimulare virum* adventurum, & ſic locum intellexiſſe videtur Ant. Perrejus, nam margini ed. Ald. adſcripſerat, *metu mariti*. & ſic Livinejus. neque aliter Janus Douſa in Schediaſmate Succid. p. 72. explicabat, & haec conferebat cum alio noſtri loco Lib. II. El. 18. 75.

Nec dicet. Timeo, propera jam ſurgere, quaeſo:
Infelix, hodie vir mihi rure venit.

ubi vide quae notavi. aliter Paſſeratius, qui interpretabatur, fingere te nuptam, vel tibi maritum eſſe, augebit quaeſtum, qui ab amatoribus, nuptas carius adpetentibus, major eſt, ſed *dilata nocte* priorem explicationem confirmat, ut ſe propter metum interventuri mariti excuſando, differat noctem, & ita magis amatorem incendat, ut *differre ſpem Veneris* Ovidio XI. Met. 306. neque altera Heinſii emendatio, qua *Exſtimulare virum* legebat Lib. I. Adverſ. cap. 2. vel *Et ſimulare iram* in Notis Propert. p. 748. neceſſaria eſt, quia mox ſequitur, *utilis ira*. idem in Aldidinae ed. ora conjecerat *pretium dabit. pretium fecit* vitioſe in cod. Heinſiano. *urere* in meo priore. *utere clauſis*, & mox *decurret*, male in priſcis edd. *cauſſas* recte Douſa P. pro cauſſationibus ſeu praetextibus hic poni adſcripſerat. ne quis *clauſas* puellas intelligat, ſeu domi cuſtoditas. ut Lib. III. El. 2. 49.

Ut per te clauſas ſciat excantare puellas.

ubi *cauſſas* eadem aberratione ſcripſit codicis Menteliani librarius. lena enim hic puellam, non amatorem, inſtruit. pro minore verſu *Major dilata nocte* &c. in primo cod. D'Orvill. locum occupavit verſus huj. Eleg. 56. *Ipſius tibi ſit ſurda ſine arte lyra. delata* in Mentel. & pr. Leid. *recurrat* D'Orv. ſec.

31. *Si tibi forte comas vexaverit utilis ira,*] rectius in Modiano ſeu Groningano diſtinguitur, *Si tibi forte comas vexaverit: utilis ira.* quare interpungendum,

Si tibi forte comas vexaverit, utilis ira eſt.

ut Heinſio etiam placebat Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 19. eo nimirum ſenſu, ſi forte tibi capillos amator a te aſperatus invaſerit, utili quaeſtu gravem iram prae te feres, ut pace pretio pacto redintegrata mox eum in ordinem redigas. *utilis ora* corrupte in Voſſ. tertio. *vexare comas*, ut apud Ovid. I. Am. 14. 24.

Heu mala vexatae quanta tulere comae.

Juvenalem Sat. XI. 187.

Vexataſque comas, & vultum auremque calentem.

ſic *carpere crines* in ira apud noſtrum ſupra Lib. II. El. 4. 23. mox *premendus erit* a Paſſeratio varie exponitur, vel urgendus, vel mulgendus, ut *ubera preſſare*, vel denique onerandus damnis. mihi potius videtur *premendus* poni pro vexandus, vel pro reprimendus, frenandus. ut in Epigrammate veteri Tom. I. Anth. Lat. pag. 657.

Dum ſtupet, ac novus eſt, & adhuc non novit amorem,
Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

ubi notas vide.

33. *amplexu Venerem promiſeris emto,*] *antro* corrupte in primo Voſſiano.

34. *Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies,*] *Fac puros ſimules* D'Orvill. pr. *Fac puros.... ſideris eſſe deos* in meo ſecundo, relicto hiatu. *ſimiles* in Neap. Borrich. meo primo, & vetuſtis edd. *ſidens* in omnibus codd. ut in ſingulis meis, & edd. priſcis legebatur ante Beroaldum, qui primus *Iſidis* legendum recte monuit. male enim Volſcus notavit, tranſlationem a ſereno Sole eſſe. de praetextu

35. Ingerat Apriles Jöle tibi: tundat Amycle,
Natalem Majis Idibus eſſe tuum.
Supplex ille ſedet: poſita tu ſcribe cathedra
Quidlibet. has artes ſi pavet ille, tenes.

Sem-

textu illo, quo amantibus copiam ſui negabant puellae, tamquam propter Iſidis caſtum ſecubaturae, in cujus tamen fano Veneri magis, quam Iſidi, puellae & lenae operabantur. vide quae notata ſunt ad Lib. II. El. 15. 10. & adde Triſtanum Tom. I. Comm. pag. 286. notas ad Ovid. I. A. A. 78. & Valeſiana pag. 179. *puros dies* dicit, quia id proprie vocabant *pure ſe habere*. vide Douſam ad Plaut. Aſinar. IV. 1. 61. & Scalig. ac Sciopp. ad Priapej Ep. XIV. hinc in loco Tibulli vexato Lib. I. El. 3. 11. ubi nunc legitur,

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi
Retulit e triviis omina certa puer.

inutili certe vocis *pueri* & *puer* repetitione, forte reponendum

Illa ſacras pure *ſortes ter ſuſtulit, illi*
Retulit e triviis (vel *e trinis* cum Broukhuſio) *omina certa puer.*

ut eadem Eleg. v. 25.

— *pureque lavari*
Te memini & puro ſecubuiſſe toro.

iſſe dies ex MSS. Paſſeratii Guyetus.

35. *Ingerat Apriles Jöle tibi: tundat Amycle, Natalem Majis Idibus eſſe tuum.*]

tundat non ſine cauſſa viris doctis corruptum videtur. *tibi tendat* in uno Vaticano. *tondat omincle* in D'Orvill. pr. & meo ſecundo. *condat* in margine ed. Ald. adſcripſerat Ant. Perrejus, id eſt, ponat diem tuum natalem Idibus Majis. Heinſius in ejuſdem libri ora conjecerat, *Ingerat Apriles Jöle, contendat Amycle.* vel *& addat Amycle.* in Notis vero pag. 749. *praetendat Amycle.* vel *Ingerat Apriles Idus tibi, juret Amycle* aut *mandet Amycle.* ex quibus conjecturis praeferrem *contendat Amycle*, quia id a quarto Vaticano firmatur. *fingat Amycle* Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. p. 105. Eldikius vero, ſuis ad me literis, legebat,

Ingerat Apriles Jöle: te obtundat Amycle.

obtundere enim eſt ſaepe idem dicere ac repetere, ut exponit Donatus ad Terent. *malis Idibus* corrupte in omnibus fere MSS. ſed in Voſſ. primo & quarto recte *Majis.* vide hic Paſſeratium & Vulpium, qui bene monent haec conferenda cum Ovidianis Lib. I. A. A. 405. & ſeqq.

Sive dies aderit natalis; ſive Kalendae,
Quas Venerem Marti continuaſſe juvat:

& paullo poſt v. 417.

Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amicae:
Quaque aliquid dandum eſt, illa ſit atra dies.
Cum bene vitaris, tamen auferet. invenit artem
Femina, qua cupidi carpat amantis opes.

& v. 429.

Quid? quaſi natali quum poſcit munera libo;
Et quoties opus eſt, naſcitur illa ſibi?

37. *Supplex ille ſedet: poſita tu ſcribe cathedra Quidlibet.*] *Supplex ille adeat* male Heinſius conjecerat. ſubintelligitur enim *ſi ſedet.* de verbo *ſedere*, ſupplicibus proprio, vide ſupra ad El. 4. hujus Libr. v. 31. *tu ſede* vitioſe in Voſſ. tert. *Quilibet* in meo utroque. *Quid libet* in vetuſtis edd. *Quod libet* Voſſ. prim. & tert. quod favet Gebhardo in notis ad Lib. II. El. 5. 18. ſeparatis vocibus legenti *Quod libet. tenes* eleganti ſignificatione, pro totus tui erit arbitrii, eumque irretitum & velut captivum habes. ut *teneri* dicuntur convicti, qui ad anguſtias, elabendi ademta ſpe, adducuntur. Cic. V. Verr. cap. 51. fin. *quae ſi dices, tenebere.* Ovid. VII. Met. 742. *me, perfida, teſte teneris. paves* in Voſſ. pr. *ipſe* in tertio. de cathedris feminarum ad ſcribendum poſitis vide hic Paſſeratium.

Semper habe morſus circum tua colla recentes,
Litibus alternis quos putet eſſe datos.
Nec te Medeae delectent probra ſequacis:
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.
Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri,
Quum ferit aſtutos comica moecha Getas.

In

39. *Semper habe morſus circum tua colla recentes, Litibus alternis quos putet eſſe datos.*] *circa tua colla* edidit Broukhuſ. ut in vetuſtioribus edd. ſed *circum* euphoniae cauſſa praetuli ex Voſſ. tertio. vide infra ad El. VI. v. 6. *Litibus alterius* in v. c. Perreji, & tribus Vaticanis. *Luſibus* vel *Rictibus* conjeciſſe Guyetum, notavit Heinſius, qui legebat *Dentibus alterius*, ex Tibullo Lib. I. El. 7. 14.

—— quis livor abiret,
Quem facit inpreſſo mutua dente *Venus.*

quod etiam adjuvare poſſet Ovidii locus Lib. I. Am. El. 7. 42.

Aptius inpreſſis erat os livere labellis,
Et collo blandi dentis *habere notam.*

& Lib. III. El. 14. 34.

Cur plus, quam ſomno, turbatos eſſe capillos,
Collaque, conſpicio, dentis *habere notam?*

& noſter ipſe ſupra El. III. 25.

—— quam dentibus *ulla puella*
Det mihi plorandas per tua colla notas.

intelliguntur hic enim morſus illi ex laſcivia & rixis amatoriis ac petulantibus collo inpreſſi. de quibus vide ad Lib. III. El. 6. 21. *quo putet* in Palatino priore, quod non inconcinnum videtur Gebhardo.

41. *Nec te Medeae delectent probra ſequacis:*] ita in Colot. Neap. Vatic. primo, Groning. Heinſiano, Voſſianis, & reliquis. in plerisque edd. vetuſtis *Non te. delectant* in Askewiano. *Medeae probra*, pro Medea probroſa, quae alium, Jaſonem nempe, ultro ſecuta eſt, exponebat Marklandus. perperam igitur *auſa negare* in Menteliano. vide ad Lib. II. El. 25. 8. ubi legendum conjeci, *Colchis & ignotum ſponte ſecuta Virum.*

43. *Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri, Quum ferit aſtutos comica moecha Getas.*] *ſpecioſa* in v. c. Perreji, duobus Vatic. Excerpt. Scalig. ſecundo Leid. primo & tert. Voſſ. & altero D'Orvill. quod cum in ſuis membranis etiam reperiſſet Gebhardus, inde pro ſuo his in rebus guſtu ei placuit *Thais ſpatioſa.* & ne quis ſenſu nequiore id intelligat, caute explicat, quae multo temporis ſpatio & promiſſis differat amantes, ut eorum cupiditatem irritet, quo ſenſu *ſpatioſam* recta Latinitate dici puellam, uno ſaltem exemplo probandum eſſet. *pdoſa* in D'Orv. prim. id eſt *praedoſa*, ut clare in primo Vatic. quod in codicibus aliis etiam a ſe inventum Beroaldo placere potuit, ſed invito Broukhuſio, qui recte vulgatam tuetur, & *pretioſam* Thaidem interpretatur noctes ſuas magno vendentem. & ſic Heinſius in notis pag. 749. Marklandus emendaverat, *Sis potius.* cui ex D'Orvilliani codicis ſcriptura *praedoſa* non parum arridebat, & de hac voce quaerendum adſcripſerat. neque id ſine cauſſa. nam vocabuli hujus exempla ex Auguſtei aevi ſcriptore deſidero; *pretioſa* igitur non ſollicitandum. pro *mundi* male in Regio *blandi*, & pejus *nudi* in uno Vatic. quae tamen ſcriptura verae lectioni *mundi* favet. *Meandri* vitioſe in Voſſ. tert. quod mihi in mentem vocat locum Tertulliani de Pallio cap. 4. ubi vulgo legitur; *Prorſus ſi quis Maeandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat, audiat pone ſe quod & Comicus, qualem demens iſte chlamydem diſperdit?* ubi Salmaſius legebat *Menandrico fluxu*, quam firmabat loco Phaedri de elegantia & munditie Menandri, qui eum *veſtitu adfluentem* vocat, idque non inprobat Lud. la Cerda in notis ad Tertullian. pag. 50. poſt Adverſaria Sacra. minus bene Fr. Junius in Notis ſuis pag. 59. legit *Menandri confluxu*, ut reſpiciat confluentis populi multitudinem, qualis fuit Athenis, quum Menander Comoediam ſuam Thaida ſpectandam exhiberet, & eo referebat illud noſtri Lib II.

El.

In mores te verte viri: ſi brachia jactat,
  I comes, & voces ebria junge tuas.
Janitor ad dantes vigilet: ſi pulſet inanis,
  Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram.

Nec

El. 5. 3.

Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

ſed quod valde alienum eſt, quia clare de luxu veſtium delicato agit Tertullianus, & merito id etiam refutat Marcilius in ſuis notis pag. 94. notatque in illo noſtri loco non populi ſpectantis, ſed in Thaide ludentium amatorum copiam intelligi. Tertullianus vero videtur Virgilium ante oculos habuiſſe V. Aen. 250.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.

mundum vero *Menandrum*, unguentis delibutum exponit Broukhuſius. ſed epitheton hoc potius ad ſermonis elegantiam refert Patruus meus ad Phaedrum Lib. V. fab. 1. 12. quem etiam vide ad Ovid. III. A. A. 479. ubi *blanda* & *munda verba* ſimiliter confunduntur; & ſequente verſu firmat explicationem ſuam loci ejuſdem Naſonis Lib. III. A. A. 332. *Cuive pater vafri luditur arte Getae*, ubi Menandrum potius quam Terentium intelligi docet. & recte *ferit aſtutos Getas*, tranſlatione de ludo gladiatorio deducta, exponit Broukhuſius de moecha vaferrima ſervum fraudulentum fallente & emungente. nam *aſtutos Getas* dixit, ut *pellax Geta* vocatur Auſonio in Technopaegnio p. 486. ed. Toll. ubi vide notas. ſic enim illic legitur in codd. MSS. non *ſervus Geta*, aut *bellax*, ut Tollius, qui tamen *pellax* mox bene defendit. vide Heinſ. ad Virg. IV. G. 443. ita *ridiculum Getam* apud Sedulium initio Carminis Paſchalis veriſſime viri docti, duce J. Fr. Gronovio, ad Menandri vel Terentii Comoediam referunt. *comis amica* Guyeto legendum videbatur.

45. *In mores te verte viri: ſi brachia jactat, I comes* &c.]

morem tert. Voſſ. *tu verte* in Voſſ. quarto. *brachia jactat* ex conjectura Heinſiana edidit Broukhuſius, & in notis ſuis ita adſtruit, ut fere difficile ſit adſenſum non praebere. utrumque etiam in ebriorum turba jungit Ovid. III. Faſt 535.

Illic & cantant, quidquid didicere theatris,
Et jactant faciles ad ſua verba manus.

quin & confirmari poſſet alio noſtri loco Lib. II. El. 18. 5.

Sive aliquis molli deducit candida geſtu
Brachia, ſeu varios incinit ore modos.

ſed *brachia* a nullo codice aut ed. vetuſta confirmatur. Marklandus adnotaverat veram lectionem eſſe *cantica*, non bene a Broukhuſio ex Heinſii conjectura mutatam in *brachia*. & ſic *cantica* contra Heinſium praefert Cuningham. in Horat. Bentlej. cap. XIV. pag. 254. ut admoneatur puella ſuccinendum eſſe, ſi vir canere incipiat. quod ſuadent ſequentia *voces junge tuas*. & hoc quoque defendit Eruditiſſ. H. Boltius in Silva Critic. pag. 80. & 81. & ad hunc locum Vulpius.

47. *Janitor ad dantes vigilet: ſi pulſet inanis, Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram.*]

pulſat in ſec. Leid. & Voſſ. tert. Legendum videtur,

Janitor ad dantem vigilet: ſi pulſet inanis.

ad dantem, amatorem, ſi grande ferat pretium, ut loquitur Tibullus Lib. II. El. 4. 33.

Sed pretium ſi grande feras, cuſtodia victa eſt:
Nec prohibent claves, & canis ipſe tacet.

Apulejus Apolog. pag. 84. *neque enim ulli ad introëundum metus eſt, niſi qui pretium marito non adtulit.* quod cum hoc Propertii & illo Tibulli loco confert Pricaeus in Notis p. 168. ut *danti* opponatur *inanis*, qui vacua manu janitorem exorare fruſtra nititur, ut aditum ad puellam concedat. niſi *dantes* ſtudio dixerit, ut divites & munificos numero plures admitti innuat, *inanem* vero vix unum aut alterum. hoc eſt quod dicit Ovid. II. A. A. 280.

Ipſe licet Muſis venias comitatus, Homere,
Si nihil adtuleris, ibis, Homere, foras.

quem

Nec tibi diſpliceat miles non factus amori;

50. Nauta

quem Naſonis locum juvabit conferre cum elegantiſſimo Antipatri Theſſalonicenſis epigrammate, cujus particulam ex Mureti Scholiis tantum dedit Broukhuſius ad Tibullum, Lib. VII. Anthol. Gr. Ep. 162.

Πάντα καλῶς, τό γε μὴν χρυσῆν ἔτι τὴν Ἀφροδίτην,
Ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ Μαιονίδης.
Ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς φίλος, οὔτε θυρωρὸς
Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
Ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος· ὦ πλεονέκται
Οἱ πλοῦτοι, πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι.

cui verſionem Grotii ſubjungam:

Omnia Maeonides cecinit bene: nil tamen umquam
Tam bene, quam quando eſt aurea dicta Venus.
Si tuleris nummos, nullus te janitor intus
Ire vetat, vinctus nec canis ante fores.
Si nihil, ipſe fugat vos Cerberus: o periniquae
Divitiae, facitis quot mala pauperibus!

ubi in fine pro πενίην quod Obſopaeus Παφίην legendum conjiciat, dicti acumen tollere videtur; queritur enim poëta ſolis tantum pecunioſis patere januas puellarum, poëtas vero, non tam beatos, excludi. hinc noſter mox addit v. 55.

Qui verſus, Coae dederit nec munera veſtis,
Iſtius tibi ſit ſurda ſine arte lyra.

ubi non inepte in nonnullis codd. *ſurda ſine aere lyra.* ut edidit Broukhuſius, quod praeferrem, niſi paullo ante praeceſſiſſet, v. 50.

Nauta nec adtrita, ſi ferat aera, manu.

mox *in obducta ſera* legendum adſcripſerat Marklandus. & „ *in obducta ſera ſomniet* intelligebat „ pro *obducta ſera*, ut Lib. I. El. 1. 20. *in magicis ſacra piare focis*, pro, *magicis focis.* ubi „ & alia notavit. vel *in obducta ſera* exponebat „ *ad* aut *juxta ſeram obductam.* ut Lib. I. El. 3. 6.

Qualis in herboſo concidit Apidano.

„ id eſt, juxta. Ovid. II. Faſt. 832. de Lu„ cretia:

Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.

Vir ſummus Jo. Fred. Gronovius Diatr. Stat. cap. 51. pag. 336. ita exponit: *Si ſomniet inclinatus in ſeram, jaceat acclinis ſerae obductae, ceu ſomniet.* ſed illum carpit & refutat Emericus Cruceus in Frondatione, ſeu Antidiatribe cap. VIII. qui locum hunc aliter interpretatur. Verba ejus, quia libellus rariſſimus in paucorum manibus eſt, adponam: *inprobae lenae verba ſunt, quibus monet inperare oſtiario, ut excludat amatores vacuis manibus ad ſe interdiu ventitantes. Admittat*, inquit, *pecunioſos & liberales, ſed ſi quis pulſet januam aere dirutus, illum excludat janitor, ſeque ſimulet nihil audire quaſi ſurdum, ſitque dormienti ac ſimulanti ſimilis uſque in ſeram obductam, id eſt, uſque ad noctem. Sera enim obducitur noctu, cum fores clauduntur obditis peſſulis, vectibus aut repagulis, quae interdiu ſolent removeri, ut facilius januae aperiantur.* Sed ipſe verum loci ſenſum non adſecutus eſt, dum intelligit de amatore ad janitorem interdiu venientе, qui, ſi nihil adtulerit, ſomnum ſimulabit uſque ad *ſeram obductam*, cum fores clauduntur, hoc eſt, uſque ad ſeram veſperam ſeu noctem. Mihi probanda videtur ſcriptura cod. Voſſiani quarti, in quo *abductam*, non vero cum Heinſio legendum eſſe *adductam.* quod idem ſignificaret ac *adpoſitam ſeram*, vel *admotam*, ut aliis in locis emendat ad Ovid. III. Am. 14. 10. *ſed abductam ſeram* hic intelligo ſeram veniente die remotam. ut innuat, janitorem, quem nullo munere amator non interdiu, ſed nocte aditum quaerens, ſuum reddere conatur, ſomnum tota nocte ſimulaturum uſque ad tempus matutinum, donec ſera abducatur, & elapſo introitus tempore abire cogatur amator *inanis*, hoc eſt *ἀνάργυρος*; ſed dantibus januam tota nocte patentem & reſeratam, ut de divite praetore Illyrico Lib. II. El. 13. 6.

Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa,
Nunc ſine me tota janua nocte patet.

talem janitorem amanti iniquum innuit Ovidius III. A. A. 587.

Obde forem; & duro dicat tibi janitor ore,
Non potes. excluſum te quoque tanget amor.

ubi *duro aere* Gronovio placuiſſe miror, ut de catenis oſtiarii intelligatur, quod ſatis ex addito verbo *dicat* refutatur. neque cum Withofio in Miſcell. Obſerv. Novis Tom. I. pag. 145. illic

Vade

Nauta nec adtrita, ſi ferat aera,. manu.
Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cretati medio quum ſaluere foro.

Aurum

Vade foras ſubſtituendum puto, cum recepta lectio vindicari poſſit ex notis Heinſii ad Lib. II. A. A. 636. *inanis* autem amator *danti* hic eleganter opponitur, ut apud Apulejum in Apolog. pag. 85. ed. Pricaei: *qui amplam ſtipem mulieri detulerunt, nemo eos obſervat, ſuo arbitratu adſcendunt, qui* inaniores *venere, ſigno dato pro adulteris deprehenduntur, & non prius abeunt, quam aliquid ſcripſerint.* quae ultima *quam aliquid ſcripſerint*, id eſt ſyngrapha de ampliori mercede caverint, egregie illuſtrantur ex Patrui mei notis ad illud Ovidii I. A. A. 428.

Si non eſſe domi, quos des, cauſſabere nummos,
Litera poſcetur. &c.

49. *Nec tibi diſpliceat miles non factus amori*;] *Non tibi* v. c. Fruter. *miles modo factus* codex Perreji, ſecundus Vatic. Borrich. & Groning. *non factus* eſt in Menteliano, Voſſ. Heinſiano, Palatinis & Commeliniano Gebhardi, & antiquis edd. quod probaſſe videtur Marklandus, addita hac interpretatione, „ *non factus* uſu & exercitatione non edoctus, opponitur τῷ *natus*. Aſconius Pedianus ad iſta Ciceronis in Verrem de praet. urb. p. 89. „ *Homo factus ad iſtius libidines, in naſcendo ſors eſt* &c. clare diſtinguit Ovidius II. Pont. 3. 71.

„ *Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus.*

Haec ille. vide quae notavi ad Lib. I. El: 6. 29. militi vero hic addit *nautam*, ut innuat quemcumque admittendum, ſi gravis aere accedat. ut *inſtitoris* & *nautae* dona Pythiadae data memorat Simonides Lib. VII. Anthol. Graec. Ep. 12. quod hoc etiam Propertii loco, aliiſque illuſtrat Huetius in notis ad Anthol. Gr. poſt ejus Poëmata a Graevio editis pag. 43.

51. *Aut quorum titulus per barbara colla pependit,*
Cretati medio quum ſaliere foro.]

pro *Cretati* in omnibus fere codd. MSS. & edd. vetuſtis legitur *Caelati*, vel *Celati*. & ad marginem ed. Ald. adſcripſerat Ant. Perrejus, *venalitios & ſtigmaticos ſignificat. venalitiis in cataſta proſcriptionis titulus appendebatur in collo. Stigmatici traducebantur per forum & celebria urbis loca ad exemplum.* Scaliger *Caelatos* creta ſignatos interpretatur, & egregie illuſtrat ritum, quo ſervi venales expoſiti a praecone jubebantur ſaltare in circulum, & currere per forum, cum cujus nota confer quae habet Caſaubonus ad Suet. Aug. cap. 69. & adde D'Orvill. ad Charit. pag. 147. id autem factum fuiſſe, ut ab emtoribus accuratius inſpicerentur, contra Scaligerum docet Gronovius Diatr. Stat. cap. XVI. pag. 85. *toro* vitioſe in Voſſ. tertio. perperam *Elati* legendum videbatur N. Heinſio ad Valer. Fl. II. 270. & Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 20. qui praeterea in notis ad Propert. pag. 749. conjecerat *Calati*, vel *Clamati*, aut denique *Venales cum ſaluere*. *ſiluere* in Voſſ. primo. *ſaluere* in Neapol. Leid. ſec. Voſſ. tertio & quarto, & D'Orvill. ſec. quod praetuli pro *ſaliere*, ut edidit Broukhuſius. & paſſim in aliis veterum locis probarunt viri docti vid. ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 540. 541. de titulo venalium mancipiorum, collis adpenſo, vide Claver. ad Claudian. I. in Eutrop. 41. Caſaub. ad Suet. de Illuſtr. Gramm. cap. 4. & eruditos Interpretes ad Petron. cap. 29. hinc *titulus* pro inſcriptione ac tabella cujuſque rei venalis. de quo Heinſius ad Ovid. Rem. Am. v. 301. & haec inſcriptio cauterio inurebatur ſervis fugitivis, ſi venderentur, quae minime eos commendabat. verba Aedilitii edicti huc facientia, adfert Scaliger, quae habentur apud Gellium Lib. IV. cap. 2. ubi monuit Jac. Gronovius in eo legendum eſſe TITVLVS SCRIPTORVM SINGVLORVM VTEI SCRIPTVS SIT. pro SERVORVM SINGVLORVM. quia voce illa opus non fuiſſe exiſtimat propter praecedentia QVI MANCIPIA VENDVNT. ſed merentur legi, quae ad verba edicti illius Aedilitii ſcripſit Jacobus (Janus male in notis Broukh. editur) Durantius Caſellius Lib. I. Variar. c. 10. ipſos autem ſervos *caelatos*, id eſt, cauterio inuſtos, ſeu ἐγκαύστους, hic exponit Jo. Rhodius ad Scribon. Larg. p. 310. quod tamen huic loco non convenire recte cenſet Broukhuſius. non enim de ſervis e fuga retractis, ideoque ſtigmaticis, hic agitur, ſed quibuſcumque venalitiis, quorum *pedes gypſati* erant in ſignum

Aurum ſpectato, non quae manus adferat aurum.
Verſibus auditis quid, niſi verba, feres?
Qui verſus, Coae dederit nec munera veſtis,
Iſtius tibi ſit ſurda ſine arte lyra.

Dum

emtionis & in cataſta exponebantur. vide H. Columnam ad Ennium pag. 203. notas Interpretum ad Cic. VII. ad Fam. Ep. 6. & ad illud Tibulli Lib. II. 6. v. ult.

——— quem ſaepe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Viris eruditis a Broukhuſio illic indicatis etiam addantur, quae de *gypſatis* ſervorum *pedibus* & *cataſta*, ſcripſerunt Dom. Calderinus ad Statii Silvas pag. 37. ed. Lindenbr. Gruterus Lib. XIV. Suſpic. ined. cap. 8. Holſtenius ad Paſſion. Perpet. & Felic. pag. 131. & Cel. Valckenarius ad Ammon. pag. 44. Senſum igitur loci hujus ita intelligendum edit. Rovillianae adſcripſerat Janus Douſa Pater, quae lectori non invidebo: *Nec eos quidem, inquit, amatores aſperneris & refugias, quos titulo de collo pendente venales in foro haſtae ſuppoſitos, vel ad lapidem praeconis, ut venum irent, non ſolum ſtantes, verum etiam quod fieri adſolet, cum grex venalium venditur, ſaltantes in foro ſerviliter videris, quos quidam ad ſpeciem omni mangonio pingere & caelare omni lenocinio ſolent venalitiarii. Alii occultare intelligunt. In foro ſaltare ingenuo turpe erat, quod ſervitia, cum venibant, faciebant.* medio *autem* foro, *ut in illo Martialis, Quam nudus medio ſi ſpatiere foro.* ex quibus patet, lectionem *Caelati* etiam Douſae probatam fuiſſe. licet Paſſeratium, & Caſellium ſecutus Broukhuſius ediderit *Cretati*, ut in ed. Graev. etiam correxerat Marklandus. quod firmare poteſt locus Juvenalis, ubi *albos* talium ſervorum *pedes* vocat, Sat. I. 111. quod Scholiaſtes Voſſianus ineditus melius explicat, quam vulgatus: *Pedibus albis cum dicit, diſcernit nobiles a ſervis.* ſed *Caelatos* rejecta tamen Scaligeri interpretatione, de ſervis e fuga reductis & ſtigmate inuſtis, contra Paſſeratium & Broukhuſium vindicavit Vulpius in curis ſecundis minus ſuperciliose quam in prima editione.

54. *quid, niſi verba, feres?*] *feram* in Voſſ. tertio poſt hunc verſum in v. c. Perreji, Excerptis Modii, Voſſiano, Heinſiano, altero Regio, Askewiano, meo utroque, & priſcis edd. inſeritur primum diſtichon ex Lib. I. El. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veſte movere ſinus.

ſed *Coa veſte novare ſinus* legitur in cod. Perreji, *tenere* in Regio, & antiqq. edd. id autem inde provenit, quia hic *Coae veſtis* mentio fit, ut & ſupra v. 23.

55. *Qui verſus, Coae dederit nec munera veſtis,*] *Quid verſus* D'Orv. prim. *dederat* Voſſ. tert. *ne munera* Voſſ. pr. *Coae veſti* conjecerat Broukhuſius, & exponit, qui verſibus ſuis non addiderit aurum ad emendam Coam veſtem. quod conparat cum illo Naſonis Lib. I. A. A. 429.

Quid? quaſi natali quum poſcit munera libo.

nempe, munera ad emendum libum. ſed recte vulgatam ferri etiam poſſe addit. *aurum* enim jam praeceſſerat, & huic ſubjungit pretioſas veſtes, ut paſſim apud poëtas, quando puellas auri & veſtium muneribus inhiantes deſcribunt. vide quae notata ſunt ad Lib. II. El. 13. 18.

56. *Iſtius tibi ſit ſurda ſine arte lyra*] ita repoſui ex Borrichiano, Voſſ. pr. & quarto, meo priore, & omnibus vetuſtis edd. licet *ſine aere* ex Groningano ediderit Broukhuſius, ut ex Poſthiano, qui idem codex, adfert Livinejus, & ex priore Palatino, & Commeliniano Gebhardus. idque in ſua editione dedit Canterus. & ita legendum jam monuit Ant. Volſcus. *aere* etiam eſt in v. c. Perreji, Colot. Vatic. pr. ſec. & Neapol. & ita in aliis vett. libris eſſe teſtatur Achill. Statius ad Catull. Ep. LXX. in Rufum illo verſu,

Non ſi illam rarae labefactes munere veſtis.

& huic lectioni favere poſſet cod. Askew. in quo *ſine era.* Sed alterum recepi, quia paullo ante v. 50. praeceſſit,

Nauta nec adtrita, ſi ferat aera, manu.

vide ſupra ad v. 47. adſentientem habeo Marklandum, qui margini codicis ſui adleverat, *recte* arte. *male* aere *edidit Broukhuſius.* & hoc unice verum

Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus,
Utere, ne quid cras libet ab ore dies.

Vidi

verum eſſe, adfirmat eruditiſſ. Wakkerus in Amoen. Liter. pag. 105. *aure* in Mentel. cui ſimilis ſcriptura Leid. primi, in quo *aurae*. id enim librarius ex *ſurda* elicuit. *ſurda* autem lyra hic ponitur pro *muta*. ut Lib. I. El. 7. 18. ad Ponticum:

Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem
Flebis in aeterno ſurda jacere ſitu.

ubi tamen *muta* legendum conjeci. σιωπηλὴν κίθαριν vocat Callimach. Hymn. in Apoll. v. 12. vel per hypallagen dicitur pro *ipſa ad lyram nihil dantis ſis ſurda*, ut exponit Valens Guellius ad Virg. V. Aen. 278. *Ipſius* in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis, ut adfert etiam Ach. Statius. hic verſus in cod. primo D'Orvill. locum ſuum mutaverat cum ſecundo hujus Elegiae verſu, *Et tua, quod non vis*, &c. ubi hunc non minore librarii incuria habet infertum. totum vero hunc locum conferre juvabit cum illis Ovidii Lib. II. A. A. 161. & ſeqq.

Non ego divitibus venio praeceptor amoris.
Nil opus eſt illi, qui dabit, arte mea.
Secum habet ingenium, qui, cum libet, Accipe, dicit.
Cedimus. inventis plus placet ille meis.
Pauperibus vates ego ſum, quia pauper amavi.
Quum dare non poſſem munera, verba dabam.

ubi ex MSS. Puteaneo & Scaligerano praefero *inventis plus valet ille meis*. quod & in cod. Huydecoperiano inveni, in quo etiam *verba dedi*. *verba* autem *dare* illic Naſoni eſt, quod noſtro, *Verſibus auditis, quid, niſi verba, feres?*

57. *Dum vernat ſanguis, dum rugis integer annus,*
Utere, ne quid cras libet ab ore dies.]

veniat ſanguis corrupte in Voſſ. pr. *vernare* elegantiſſime dicitur *integer aevi ſanguis*, ut ait Virgilius, & ſimile eſt illud Tibulli Lib. I. El. 9. 47.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere. non tardo labitur illa pede.

& Lib. I. El. 7. 37.

Neſcio quid furtivus amor parat. utere quaeſo,
Dum licet. in liquida nat tibi linter aqua.

& Ovidii Lib. III. A. A. 62.

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Ludite: eunt anni more fluentis aquae.

ubi *vernos annos* ex hoc Propertii verſu conjiciebat Heinſius. *dum rugis integra frons eſt*, vel *dum rugis integra es*., *annis Utere* conjecerat Heinſius in notis ad Propert. p. 749. Egit de hoc loco Robertus Titius Lib. II. Locor. Controv. cap. 8. & licet fateatur commodum ſenſum ex vulgata lectione elici poſſe, ex libro tamen Marcelli Cervini, ejuſque conjectura, praefert:

Dum vernat ſanguis, dum rugis integer, annis
Utere, ne quid cras libet ab ore dies.

ut *ſanguis integer rugis* dicatur. quod Latinitatem admittere, recte negat Villiomarus Animadverſ. in Titium pag. 33. defendere tamen conatur Titius in Aſſertionibus pag. 41. & locutionem probare adnititur noto Virgilii verſu Lib. II. Aen. 638. *vos o, quibus integer aevi Sanguis*. ubi vide Val. Guellium. id vero ſenſu communi caret. quid enim differant *ſanguis rugis integer*, & *annus rugis integer*, vel pueri vident. *annus* pro aetate ponitur, ut apud Gratium Cyneg. *inventaque ſimplicis anni*. *annis* in cod. Pontani, & ſec. Vatic. altero verſu lectionem nunc receptam *ne quid cras libet ab ore dies* confirmant omnes membranae veteres. quo tendunt corruptarum quoque ſcripturarum veſtigia. nam *qui cras labet ab ore* in Menteliano. *quid eras labet ab ore* in Heinſiano. *ne quid eras* etiam in ſec. Vatic. ſed in ceteris *ne* vel *nec quid cras libet ab ore dies*, ut in Neap. v. c. Fruterii, Borrich. Groning. Askew. Leid. pr. tribus Voſſ. D'Orv. utroque, & meo primo, in quo tamen *labet*, ut in priore Leid. Volſci vero interpolationem, qua rectius ei legendum videbatur, *ne quis eat liber amore dies*, rejecit Broukhuſius. & probavi olim in notis ad Lotichium pag. 546. illum tamen eo duxiſſe videntur editiones, quae ad ſuam uſque aetatem prodierant, nam in Veneta 1475. & Reg. Lep. 1481. excuſum eſt, *nec quid eras liber ab ore dies*. unde non difficile fuit ſubſtituere *ne quis eat liber amore dies*. quod a genio Propertii abhorrere, non auſim dicere. neque aliter editum in Beroaldina, Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Rovilliana, Gryphii, ceteriſque edd,

&

Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti,
Sub matutino cocta jacere Noto.
His animum noſtrae dum verſat Acanthis amicae,

. . * . * . * . .

Sed

& Scaligerana. in editione tamen omnium principe alteram lectionem haberi, teſtatur Vulpius.

59. *Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti,*
Sub matutino cocta jacere Noto.]

nihil variant codices, neque Neſtor in Vocabulario p. 107. ubi hunc verſum adfert, niſi quod *adorati* ex Modianis Excerptis notaverat Heinſius. cui pro *victura roſaria* legendum videbatur *vix orta*, quod ſi a codice quodam confirmaretur, lubens amplecterer. praecedentibus enim optime adjungitur conparatio a roſa mane vix ſe exſerente, ſed brevi poſt vel nimio ſolis ardore vel venti turbine disjecta & marcida facta. quod pulchra imitatione expreſſit auctor Idyllii de Roſa Tom. I. Anth. Lat. pag. 703.

Vidi Paeſtano candere roſaria cultu
Exoriente novo roſcida Lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis,
Ad primi radios interitura die.

adde elegans Argentarii Epigramma Lib. VII. Anth. Gr. N. 172.

Ἰσιὰς ἡδύπνοιε, καὶ εἰ δεκάκις μύρον εὔδεις,
Ἔγρεο, καὶ δέξαι χερσὶ φίλαις ϛέφανον.
Ὃν νῦν μὲν θάλλοντα, μαραινόμενον δὲ πρὸς ἠῶ
Ὄψεαι, ἡμετέρης σύμβολον ἡλικίας.

quod ſic vertebat H. Grotius:

Quamquam Arabum meſſes ſomnus tuus, Iſias, halat,
Sis vigil, & capias haec, rogo, ſerta manu.
Si ſapis, haec noſtrae tibi ſint aetatis imago:
Sic hodie florent, cras ſine honore jacent.

praeſertim in vernae aetatis pulchritudine deſcribenda ſaepe *Paeſti roſaria* poëtis memorantur. exempla dedit Erythraeus Indice Virgiliano in *roſaria Paeſti biferi* ex IV. G. 11. quod imitatus Martialis Lib. XII. Ep. 31. *Prataque nec bifero ceſſura roſaria Paeſto.* vide quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 751. Paeſtum enim, Calabriae olim civitas, cujus nunc niſi tenues ruinae ſunt, roſis praeſertim, bis in anno florentibus, celebrata fuit. unde illius urbis numi antiqui roſis inſigniti ſunt. ejus reliquias eleganti elegia deſcripſit Berardinus Rota, Patricius Neapolitanus, Lib. III. El. 8. pag. 21. & ſeqq. Carminum, Neapoli editorum 1572. *cocta* vero nonnullis de mendo ſuſpecta ſunt. unde *cuncta* tentabat Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. p. 106. *ſtricta* legendum videtur Eldikio. ſed *cocta* defendi poſſunt ex iis, quae notavit Salmaſius ad Lamprid. Alex. Sever. cap. 59.

61. *His animum noſtrae dum verſat Acanthis amicae,*
. . * . * . * . .]

His animus in Neap. Mentel. primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, ac D'Orvill. primo. *His animos* in nonnullis codd. ut legit Paſſeratius infra ad El. VII. 11. *animam* in aliis. *animis* in meo utroque, & primis edd. *His animum* Borrich. *animum veſtrae* Groning. de eleganti uſu verbi *verſare* vide notata ad Lib. III. El. 6. 19. & El. 9. 1. Lacunam ſequentis verſus libri ſcripti & antiquitus excuſi, abſque ullo hiatus indicio, ſic omnes fere ſupplent,

Per tenues oſſa ſunt numerata cutes.

quod ſomnium otioſi monachi eſſe adſcripſerat Broukhuſius. Scaliger enim notaverat, *Quidam hunc verſum* ὀβελίζουσιν, *& mihi certe* οὐ γνήσιος *videtur.* ſed forte tamen hic pannus inſititius non eſt, & ſuſpicionem praebere poſſit, unum & alterum excidiſſe verſum, in quibus ſubitam, ſed optatam lenae mortem deſcripſerit. Ponamus itaque illorum, qui deſiderantur, verſuum hunc ultimum fuiſſe,

Oſſaque per tenues ſunt numerata cutes.

vel *per tenuem cutem.* ut de ſe Ovidius Lib. IV. Triſt. El. 6. 40.

Nam neque ſunt vires, nec qui color ante ſolebat:
Vixque habeo tenuem, quae tegat oſſa, cutem.

id proverbii ſpeciem habebit, quo macilenti, famelici & aetate exhauſti dicuntur *vix oſſibus haerere, non niſi oſſa & pellem eſſe*, vel, per cutem oſſa inſpicienda perlucere, ut in locis

Plauti

Sed cape torquatae, Venus o regina, columbae
Ob meritum ante tuos guttura ſecta focos.
Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo,
Sputaque per dentes ire cruenta cavos:
Atque animam in tegetes putrem exſpirare paternas.
Horruit algenti tegula curta foco.

Ex-

Plauti a Paſſeratio productis. Senſum quidem adſequi, ſed non ipſos Propertii verſus ex tenebris excitare, quis poſſet, ſi hoc vel ſimili modo interpolare liceret,

His animum noſtrae dum verſat Acanthis amicae,
Ipſa repentino corruit icta malo:
Concidit exſuccas macie conſumta medullas,
Oſſaque per tenues ſunt numerata cutes.

in quibus *exſuccas*, vel *exſuctas*, *conſumta medullas* vetulae Acanthidi optime conveniunt, ut de Canidia Horatius Epod. V. 37.

Exſucta uti medulla, & aridum jecur
Amoris eſſet poculum.

Voto igitur Veneri, cujus merito & beneficio id adſcribit, ſoluto, (quod tamen diſtichon non incommode forſan in finem Elegiae tranſponi poſſet) mortem vetulae elegantiſſimis coloribus deinceps depingit, & quia puellae paullo ante lena dixerat, *Vidi ego odorati victura roſaria Paeſti — jacere*, eo adludens ſubjungit,

Vidi ego rugoſo tuſſim &c.
Sputaque per dentes &c.
Atque animam in tegetes & ſeqq.

Sed haec tantum exercitii poëtici, non autem temere ſupplendi poëtae veteris cauſſa, a me ſcripta ſint, qui loci mutilati medelam felicioribus ingeniis excogitandam libenter relinquo, contentus, ſi illorum, quae interierunt, ſenſum non inepte divinaverim.

63. *Sed cape torquatae, Venus o regina, columbae* &c.] eleganter Veneri mactat palumbem, quam per *columbam torquatam* intelligit. ut docent Interpretum notae ad Petron. cap. 85. & Bentlejus ad Horat. Lib. I. od. 2. 10. Veneri enim columbae immolabantur, ut notum vel ex illo Ovidii Lib. I. Faſt. 452.

Uritur Idaliis alba columba focis.

ubi vid. N. Heinſium, & Lib. I. Adverſ. cap. 1.

65. *Vidi ego rugoſo tuſſim concreſcere collo,*
Sputaque per dentes ire cruenta cavos:
Atque animam in tegetes & ſeqq.]

Haec & ſequentia vividam referunt deſcriptionem anus egentiſſimae, quae exſcreando putrem animam cum ſanguine mixtam evomit in paternas tegetes. ideo *ſputa cruenta* dicit, id eſt, ſanguine & ſanie foedata. unde *periculoſam ſalivam* vocat auctor Carminis Liberi Ep. XXVI.

Confectuſque, macerque, pallidusque, &c.
Defecit latus, & periculoſam
Cum tuſſi miſer exſpuo ſalivam.

ubi vide notas, T. II. Anth. L. p. 502. & convenit huic lenae ſimilis deſcriptio aridae & exſuccae feminae ibidem Ep. XXXIII.

Cujus viſcera non aperta Tuſcus
Per pellem poterit videre aruſpex:
Quae ſucco caret, ut pereſa pumex,
Nemo viderit hanc ut exſpuentem:
Quam pro ſanguine pulverem ſcobemque
In venis medici putant habere.

talem Aeliam dentium reliquias cum tuſſi exſpuentem deſcribit Martialis Lib. I. Ep. 20.

Si memini fuerant tibi quatuor, Aelia, dentes,
Exſpuit una duos tuſſis & una duos.

ubi *Expulit* in codd. MSS. in aliis *Abſtulit*. mox *animam exſputare* ex conjectura Gebhardi velut certa & minime arbitraria edidit Broukhuſius. ſed *ſputa* & *exſputare* junctim minus concinne ponuntur, praeſertim cum omnium codicum & edd. veterum conſenſus *exſpirare* tueatur, exemplo Virgilii XI. Aen. 883.

Moenibus in patriis, atque inter tuta domorum
Confixi exſpirant animas.

ſingulorum igitur librorum MSS. & editorum auctoritatem conjecturae Gebhardianae praetuli, cujus duo Palatini eamdem lectionem ſervant, & mei omnes, quibus proxime accedit Leidenſis

Exſequiae fuerunt rari furtiva capilli
Vincula, & inmundo pallida mitra ſitu:

Et

ſis ſecundi ſcriptura *expiare. tegetes patrimas* in meo ſecundo. reliqui conſentiunt in *paternas.* male enim in tribus Vaticanis *patentes*, quod a Beroaldo & Paſſeratio in codd. etiam inventum recte repudiavit Broukhuſius. auget enim vetulae egeſtatem, ſi *tegetes*, quae plebis infimae & mendicorum ſupellex erat, a patre hereditarias habuerit, & cubile ei praebuerint, quo nihil dici potuit mordacius. ut contra *paternum ſalinum* laudi eſt illi, qui in honeſta ſimplicitate parvo contentus vivit, apud Horatium. & *teſta paterna*, nato merum fundens, Tibullo Lib. I. El. XI. 48. *tegetem* alii de exili tugurio dici volunt aut mendici caſula, & ſemper de ultima egeſtate. ita *teges* pro ſtoria ex calamis, ῥίψ Graecis, vid Flor. Chriſtian. ad Ariſtoph. Pacem v. 698. Juvenalis Sat IX. 140.

—— *quo ſit mihi tuta ſenectus*
A tegete & baculo.

ubi Scholiaſtes MS. Voſſianus : *id eſt, tugurio & baculo, per quod ſuam oſtendit paupertatem a tegete, a mendicitate paupertatis.* deinde *pocula curva* in Borrich. Groning. Leid. pr. Heinſiano, & priſcis edd. *pocula curta* Vatic. ſec. *pocula curva* in Voſſ. quarto & meo primo, & ſic in Regiis & Colbertino *pergula*, *pocula* vel *parvula* hic variantur. *pergula curva* in Askew. *pertica curta* Colot. & quint. Vatic. *pergula curta* in tribus Vatic. & Perreji cod. *percula curva* in Mentel. duobus Leidd. Voſſ. tert. & meo ſec. in cujus margine pro varia lectione *parvula.* Scaliger tam in Caſtig. ad h. l. quam Lib. II. Lect. Auſon. cap. 12. *pergula* praefert, & intelligit de paupertino habitaculo, arundinibus tecto. vera lectio eſt *algenti tegula curta foco.* ut recte cum Salmaſio ad Tertull. de Pall. p. 296. & N. Heinſio ad Ovid. II. Faſt. 645. recepit, & de confracta tegula, in qua igniculum habebant egeni, exponit Broukhuſius. in tali enim teſta foculum geſtaſſe pauperes, indicat etiam Petronii locus cap. 136. ubi vide Interpretum notas. & adde illud Ovidii VI. Faſt. 316.

Suppoſitum cineri panem focus ipſe parabat,
Strataque erat tepido tegula quaſſa ſolo.

infra El. VII. 22.

Laeſit & objectum tegula curta caput.

quae ibidem v. 46. *ignea teſta* dicitur. ubi vide Paſſeratium. *Horruit* igitur non cum Paſſeratio intelligendum, quaſi pergula haec cum horrore adſpexerit talem vetulae exitum, ſed referendum eſt ad extremam lenae inopiam, quae frigore & inedia conſumta fuerit, adeoque ipſa teſta igne deſtituta indicatur, quod patet ex *foco algenti.* & ſic paſſim *horrere*, *horror* & *horridus*, de frigore, vid. Heinſ. ad Ovid. II. Am. El. 16. 19. & II. A. A. 213. ubi ſimiliter *horrere algenti manu* conjunguntur,

Saepe etiam dominae, quamvis horrebis & ipſe,
Algentis manus eſt calfacienda ſinu.

ad quem locum hunc Propertii verſum adferens eodem modo intelligendum oſtendit.

69. *Exſequiae fuerunt rari furtiva capilli*
Vincula, & inmundo pallida mitra ſitu.]

fuerant in pleriſque codd. & edd. vetuſtis. *Exequias ierunt* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. in fine. *pallida* in omnibus membranis, & editis. *pallia* in Neap. Heinſio tamen *ſquallida* placebat. quae voces frequenter commutantur. vid. ad Luſus Ithyphallicos Tom. II. Anth. Lat. Epigr. XXVI. & Ep. 83. v. 16. Broukhuſius *pallida* propugnat, & exponit mitram, quae longo ſitu colorem luridum induerat. ſed ab eo diſſentit Patruus meus in notis ad Lucan. Lib. V. 628. & *ſquallida* praefert, quia *immundo ſitu* additur, & *pallida* poterat eſſe mitra ſine ſordibus, ita Bentlejus ad Lucan. pag. 98. in loco Virgilii VIII. Aen. 197. emendat, *Ora virum triſti pendebant ſquallida tabo.* pro *pallida.* quod illic a codice Mediceo firmatur. *ſinu* pro *ſitu* male in Voſſ. pr. *mitra* autem lenae huic apte tribuitur, quae vetularum propria erat, ut notavit Scaliger ad initium Copae, praeſertim quia bibacula & Baccho dedita erat. unde de Baccho noſter ſupra El 2. 31.

Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Jäcchi.

& Lib. III. 15. 30.

Candida laxatis onerato colla corymbis
Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas.

& apud alios paſſim.

71. Et

Et canis in noſtros nimis experrecta dolores,
Quum fallenda meo pollice clauſtra forent.
Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo:
Urgeat hanc ſupra vis, caprifice, tua.

75. Quiſ-

71. *Et canis in noſtros nimis experrecta dolores, Quum fallenda meo pollice clauſtra forent.*] *At canis* in Excerpt. Modii & D'Orvill. ſec. *exporrecta* in Neap. Borrich. Askew. Heinſiano, Leid. ſec. Voſſ. pr. & quarto, ſecundo D'Orv. & meo priore. *expectata* in Leid. pr. Voſſ. tert. & primo D'Orvill. pro *experrecta*, ut bene in vetuſtis edd. optima fictione praecipuum pompae exſequialis in lenae funere locum adſignat cani, *nimis experrectae*, hoc eſt nimium vigilaci, adeoque votis ſuis obſtanti, ne januam dominae pollice admoto reſeraret, quum aditum ad eam quaereret. ſive ut Tibullo dicitur Lib. I. El. 7. 32.

Inſtabat tota cui tua nocte canis.

ubi de his canibus ad limina inpudicarum cuſtodibus vide Broukhuſium, & adde quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 293. *coltra forent* in Mentel. & primo Leid. *culta* in altero. *cultra* in Borrich. uno Regio, Voſſ. tert. & quart. cum meo priore. *clara* in Regio altero. *cultura* prim. Voſſ. ſed *caltra* in v. c. Perreji, Neap. Vatic. ſec. Colbertino, D'Orvill. utroque, & meo ſecundo. unde litera una tranſpoſita vera patet lectio *clatra*. ut in Colot. & primo Vaticano legitur. & ſic jam Beroaldus, vel *clauſtra*, ſed alteram lectionem venuſtiorem dicit, cui propter Grammatici Capri, *clatros* tantum agnoſcentis, auctoritatem non auſcultavit Broukhuſius. ſed vide Scheffer. ad Petron. cap. 56. p. 279. ubi hunc quoque locum adfert, in quo *clatra* etiam legit Andr. Querneus Egregior. cap. VI. pag. 33. eamdemque vocem reſtituit Silio Ital. Lib. I. 569. ubi vide N. Heinſ. & ad Claudian. II. Conſ. Stilic. 272. Volſcus autem totum hoc diſtichon adulterinum, inportune huic loco inſertum, & abjiciendum pronuntiat, nulla ratione reddita, propter quam obtemperandum eſſet juſſo ejus nimis ſuperciliofo, quum reliquis elegantia nihil cedat.

73. *Sit tumulus lenae curto vetus amphora collo:*] *cincto* vel *cinto* in Voſſ. pr. & Groning. unde *trito* Heinſius. ut apud Virg. de Sileno, *Et gravis adtrita pendebat cantharus anſa.* Sed inpropie dictum videtur, ut amphora vetus collo trito totus lenae tumulus ſit. Legendum videtur,

Sit tumulo lenae curto vetus amphora collo.

pro *in tumulo* adpoſita ſit amphora, ſed *curto collo*, ne bibacitati ſuae indulgere poſſet, ſed ſitiret lenae temulentae umbra. ut initio hujus Elegiae:

Terra tuum ſpinis obducat, lena, ſepulcrum,
Et tua, quod non vis, ſentiat umbra ſitim.

ubi vide Epigrammata, quae ex Anthologia Graeca illic produxi, emendationem hanc confirmantia, in quibus vacuus & nullo Bacchi munere inpletus ſcyphus in tumulis vetularum bibacium poſitus deſcribitur. receptam tamen lectionem tueri etiam poſſet illud in Mortada, anum bibacem, eodem Lib. III. Anth. Gr. Tit. 20. Ep. 1.

Μορτάδα τὴν ἱεραῖς με Διωνύσου παρὰ ληνοῖς
Ἄφθονον ἀκρήτου σπασαμένην κύλικος,
Οὐ κεύθει φθιμένην βαιὴ κόνις. ἀλλὰ πίθος μοι,
Σύμβολον εὐφροσύνης, τερπνὸς ἔχει τάφος.

quod ſic vertit H. Grotius:

Mortada, quae Bromii toties ad praela ſolebam
Ducere purpureo pocula plena mero,
Nunc tenuis me terra tegit: ſed dulce ſepulcrum
Eſt mihi, qui ſignat gaudia noſtra, cadus.

male igitur Volſcus interpretatus eſt de amphoris, in quibus cineres recondebantur.

74. *Urgeat hanc ſupra vis, caprifice, tua.*] *hunc ſupra* in plerisque codd. MSS. & edd. vetuſtis, tumulum nempe. Heinſius conjecerat, *Urgeat hunc umbrae vis, caprifice, tuae.* ut voveat caprificum umbra ſua tumulo gravem fore. *caprificum* ſaxis enaſci ſolitam inprecatur lenae, ut tumulum ejus premat, ut apud Tibullum Lib. I. El. 4. 54. *urgeat oſſa lapis.* vel potius perfringat, & deſtruat. haec enim caprifici vis eſt. Martialis Lib. X. Ep. 2.

Marmora Meſſalae findit caprificus.

 ubi

Quiſquis amas, ſcabris hoc buſtum caedite ſaxis,
Mixtaque cum ſaxis addite verba mala.

ELEG.

ubi *ſcindit* in cod. Modian. Horatius Epod. V. 17. de Canidia:

Jubet ſepulcris caprificos erutas,
Jubet cupreſſus funebres.

ubi Acro Scholiaſtes: *Caprificus ſpecies eſt fici ſilveſtris, adeo penetrabilis, ut ſaxa etiam ſepulcrorum perrumpat.* Sed plura huc facientia vide apud Turnebum Lib. XXIII. Adverſ. cap. 6. Caſaub. ad Perſium Sat. I. pag. 85. & Marcilium pag. 18. Gatakerum in Adverſar. Poſtum. cap. XXXIV. pag. 786. & in Chevraeanis P. 2. p. 227.

75. *Quiſquis amas, ſcabris hoc buſtum caedite ſaxis,*
Mixtaque cum ſaxis addite verba mala.]

Quiſquis amat male in Heinſiano, & meo priore. *caedito* & mox *adjice* in plerîſque codd. MSS. & edd. antiquis. quod mutarunt, quia id requirere vocem *quiſquis* putabant, cui tamen plurale ſaepiſſime adjungitur, ut notum eſt. vide hic Broukhuſium. recte igitur jam monuit Livinejus *caedite* & *addite*, non *caedito* & *adjice* legendum eſſe. vel *addito*, ut in vetuſtis edd. *huic buſtum* Heinſius. confer cum hoc loco illud Horatii Epod. V. 97.

Vos turba vicatim, hinc & hinc ſaxis petens
Contundet obſcaenas anus.
Poſt, inſepulta membra different lupi,
Et Eſquilinae alites.

& de lapidatione ſepulcrorum locum Dionyſii Halic. Lib. III. pag. 158. ed. Wechel. & Jac. Gutherium Lib. II. de Jure Manium cap. 15. p. 266.

ELEG. VI.

Sacra facit vates, ſint ora faventia ſacris,
Et cadat ante meos icta juvenca focos.
Serta Philetaeis certent Romana corymbis,
Et Cyrenaeas urna miniſtret aquas.

5. Coſtum

Eleg. VI.] de sacrificio inſcribitur in v. c. Perreji, Regiis, Colb. Borrich. & meo priore. praecedenti connectitur in D'Orvill. pr. & meo ſecundo, in quibus poſt v. 10. nova incipit Elegia, praeſcripto titulo ad jovem decem priores verſus etiam in aliis codd. & primis edd. ſeparatim editi, cum epigraphe de sacrificio. reliqua aliam quoque Elegiam de caesare inſcriptam conſtituunt. Sed jam in ed. Volſci omnia uno tenore juncta exhibentur, ut in Aldinis, Juntina, ceteriſque, in quibus titulus eſt de pvgna actiaca navali. inſerta quoque, additis notis nonnullis, legitur in Electis Etonenſ. Major. pag. 163 & ſeqq.

v. 1. *Sacra facit vates, ſint ora faventia ſacris,*
Et cadat ante meos icta juvenca focos.]

facis vates Voſſ. prim. & quart. in quibus etiam *ſunt orta.* dein *Et cadet* in D'Orv. prim. & meo altero. *En cadit* legebat Marklandus. *tuos* Voſſ. quart. *pedes* pro *focos* pro varia lect. in Excerpt. Scalig. *icta juvenca* etiam ſaepe Ovidio dicitur. vide Heinſii notas ad Lib. I. Faſt. 720. Sed omittere nolo, quae in notis ſuis MSS. ad Elegiae hujus initium adnotaverat Broukhuſius: *Videtur haec Elegia ſcripta fuiſſe circa dedicationem Apollinis Palatini, uti & Horatii ode Lib. I. 37 non tamen eo anno quo parta eſt victoria Actiaca. quod recte obſervatum a Tanaq. Fabro Not. ad Horat. p. 310. & Lib. II. Epiſt. p. 144. ejuſdem aetatis videtur El. XIII. Lib. II.* quibus addiderat: *Haec quidem olim ſic videbantur. nunc autem hanc Elegiam eſſe tempore poſteriorem evincit v. 81. qui conferri debet cum Inſcriptione antiqua, quam exhibet Rupertus Epiſt. 28. ad Reineſ. p. 129.*

3. *Serta Philetaeis certent Romana corymbis,*
Et Cyrenaeas urna miniſtret aquas.]

Hujus loci reſtitutio debetur Antonio Volſco, ante quem in omnibus codicibus & ad ſuae aetatis tempora excuſis editionibus inepte legebatur *Philippeis.* ut eſt etiam in cod. Colbertino, uno Regio, Neapolitano, Menteliano, Borrichiano, Heinſiano, Askewiano, duobus Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. optime igitur & veriſſime Volſcus ex ingenio emendavit *Philetaeis*, & hoc modo interpretatus eſt, nam merentur ejus verba adponi, quia editio Volſci in paucorum manibus eſt: „ *duo hi verſus mendoſe leguntur. nos ita caſtigamus:*

„ Cera Philetaeis certet Romana corymbis,
„ Atque Cirenaeas urna miniſtret aquas.

„ *provocent, inquit, noſtri libelli in canendi Octavii rebus Philetam Coum, atque dicendi miniſtrum habeant Callimachum Cyreneum, quos diximus Propertium aemulari. Cera Romana, elegia Latina, diximus ceratis tabellis majores noſtros ſcribere conſueviſſe.*" Codicibus tamen vetuſtis deceptus ſcribebat *Atque Cyreneas*, ut legitur etiam in v. c. Perreji, & duobus Vaticanis. prima enim in hac voce producitur. ſed *Philetaeis* etiam firmatur a ſecundo Vaticano, in quo *Philethaeis*, & quinto, in quo *philiteis.* & hanc emendationem inſigni cum gloriatione a ſe inventam propinat Beroaldus, quem tamen poſt Volſcum ſcripſiſſe in Propertium, ex teſtimonio M. Antonii Sabellici probat Broukhuſius, Volſcumque ſua laude non fraudandum notat. Philetas igitur Cous indicatur, & cum Callimacho ſeq. verſu conjungitur, ut Lib. II. 25. 31. & Lib. III. El. 1. init. ubi vide. Hac autem ſola, eaque palmaria emendatione conpenſavit Volſcus errores, quos in illa literarum elegantiorum, quae ſuo ſeculo demum illuceſcere coepit, aurora commiſit, & nonnullis aliis minime infelicis ingenii conjecturis (quas indicavi ſupra ad Lib. II. El. 2. 32.) non tam male de Propertio fuit meritus, ut ſaepe ei *putidum caput* & *ſiniſtrum*

Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores,
Terque focum circa laneus orbis eat.

Spar-

acumen objecerit Broukhuſius. noſter ſupra Lib. III. El. 3. in fine:

Talia Calliope, lymphiſque a fonte petitis
Ora Philetaea noſtra rigavit aqua.

hunc locum cogitabat D. Heinſius in Monobiblo El. VI. p. 217. Poëm. ubi de Propertio:

Felix in roſeis ſemper qui tempora ſertis,
Inque Philetaeis ſemper habet foliis.

praeterea in iiſdem modo memoratis codicibus *Cera P. certet Romana*, quod in omnibus vetuſtis ante Scaligerum edd. legitur, qui recte ſubſtituit *Serta*, de cujus emendationis probitate dubitare non debebat ipſe vir illuſtris, & pro vulgata lectione *Cera* aliquid addere; ut de poëtae imagine intelligatur, dicatque ſuam imaginem cum Philetae effigie certare. Infeliciſſimum editoris Electorum Etonenſium Majorum conatum, quo in ſpecimen facultatis ſuae criticae hic legebat: *E'dra Philetaeis certet Romana corymbis*, ex merito caſtigavit Cl. Schraderus Emend. cap. V. p. 98. quod forte ei in mentem venit ex Scaligeri verbis, quibus ſenſum lectionis vulgatae *Cera* explicans, addit, poëtam indicare, *ederas ſuas cum corymbis Philetae certare.* & hinc Propertio vocem inficete contractans ingerere tentavit. ſed potius ex Paſſeratii notis hauſit, qui *edra* in veteri libro legi teſtatur. & recte Broukhuſius *edram* hanc veteri iſti libro redonatam libenter volebat. *Cirenaeas* male in Leid. ſec. & meo. *Cirreneas* in Borrich. *Atque Cyrenaeas* in v. c. Perreji, & duobus Vatic. ut primam in hac voce corripit Catullus Carm. VII. ubi id Callimachi & Hermeſianactis exemplis confirmat Scaliger; ſed quod Iſ. Voſſius illic notet, corripi etiam a Virgilio in Elegia ad Meſſalam, *humiles & adire Cyrenas*, aliter legi conſtabit ex notis ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 301. *urna miniſter* in ed. Reg. Lep. utraque Aldi, Juntina, & Colinaei, quod miror, cum jam in Veneta an. 1475. *miniſtret* excuſum habeatur. *miniſtrat* in Heinſiano & meo priore.

5. *Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores,*
Terque focum circa laneus orbis eat.]

munus pro *thuris* in ſecundo D'Orvill. *turvis* vitioſe in Askew. & meo priore. *blandum thus* Broukhuſio dici potius videtur propter ſuavem odorem, quam quod Diis gratum eſſet. ſed aliter cenſuiſſe videtur Heinſius ad Ovid. Epiſt. V. 60. ubi conparat cum Horatiano *blandior hoſtia* Lib. III. od. 23. 18. ut Naſoni etiam dicitur Lib. V. Faſt. 300. *Et pro delictis hoſtia blanda fuit.* ubi *grata* in Moreti codice, quae gloſſa eſt. Miror vero Broukhuſio alterum verſum non expoſitum fuiſſe de vitta, qua cingebatur ara, & quidem lanea. Virgilius Ecl. VIII. 64. *& molli cinge haec altaria vitta.* ubi Servius, *lanea ſcilicet.* & ita intellexit Paſſeratius. cujus auctoritas ſi eum permovere non potuiſſet, certe debuiſſet Caſauboni Lect. Theocrit cap. 3. & poſt illum Graevii Lect. Heſiod. cap. 23. qui recte hunc locum explicarunt. *coronatas aras* vocat noſter Lib. III. El. 8. 19. neque tantum aras, ſed & Deorum imagines, vittis laneis coronabant. de quo vide P. Nannium Lib. VII. Miſcell. cap. 16. Forte etiam reſpexiſſe potuit ad Ereſionen, vel Pyanepſia, Athenienſium feſtum, Apollini ſacrum. in quo ramus lana coronatus ferebatur ad aedem Apollinis. de quo vide Jo. Bapt. Pium in Adnot. Poſter. cap. LXXV. ſed operoſius Meurſium in Graecia Feriata Lib. V. pag. 241. & ſeqq. & Barneſ. ad Homer. Epigr. 48. recte praeterea Paſſeratius *orbem laneum* interpretatur vittam laneam *in orbem* circumactam. ut capillorum cirros *orbem tortum* vocat Ovidius I. Am. 14. 26. & hanc ejus explicationem ſequitur Grangaeus ad Juvenal. Sat. XII. 85. ubi male *orbis erit* hoc in verſu adfert pro *eat.* *circum* quidem non male Demſterus ad Roſin. Lib. IV. cap. 9. legit. nam ſic apud Virgil. I. G. 345.

Terque novas circum felix eat hoſtia fruges.

& VIII. Aen. 285.

Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum,
Populeis adſunt evincti tempora ramis.

ſed *Terque focum circum* euphoniae cauſſa vitaſſe videtur Propertius. eandem ob cauſſam infra in hac Eleg. v. 62. corrigebat Marklandus & Francius,

Plauſerunt circum libera ſigna Deae.

pro *circa.* contra apud Senec. Herc. Fur. 149. ubi recte legebatur. *turbaque circum Confuſa ſo-*

nat

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.
Ite procul fraudes: alio ſint aëre noxae:
Pura novum vati laurea mollit iter.
Muſa, Palatini referamus Apollinis aedem:
Res eſt, Calliope, digna favore tuo.

Cae-

nat, ita ſcriptum ab aliis fuiſſe ſoni variandi gratia, cenſebat Gronovius, & *circa* praetulit. ſimile exemplum in Oedipo v. 312.

An latera circa ſerpit incertus viae.

ubi *circum* in cod. Traject. nam hic frequens illius voculae uſus eſt. ut in loco Tibulli, de quo ſupra ad El. IV. v. 15. & ſic El. V. 39. praetuli, *Semper habe morſus circum tua colla recentes*, non, *circa tua colla*. ut in aliis.

7. —— *carmenque recentibus aris*
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.]

Mygdomis modis in v. c. Perreji, Colot. & tribus Vaticanis. ſed *cadis* in ceteris codd. & edd. vetuſtis, quod placebat Beroaldo, qui *cadis*, de vino Apollini libato intelligebat, vel *modis* legebat. ſed Paſſeratius de tibia Phrygia explicabat, quia Mygdones, & Phryges vicini ſunt, probante Caſp. Bartholino de Tibiis Veter. Lib. III. cap. 7. p. 412. & 413. Scaliger in notis ad h. l. *Cados* interpretabatur populum urbemque Mygdoniae, & *tibiam Mygdoniis Cadis* dici exiſtimabat, ut *vinum Lesbo*, *hoſpes Zacyntho*, & ſim. hoc etiam modo intellexiſſe videtur Caſaubonus ad Strabon. Lib. XII. ubi Cadorum populorum cum fiat mentio, in Notis ſuis pag. 220. hunc Propertii locum adpoſuit. antea idem Scaliger in Comm. ad Aetnam, ſeu Catalect. Vet. Poët. pag. 118. de Pithaulis, & quidem doliorum ſeu cadorum tibicinibus, expoſuerat. quem, nomine licet non expreſſo, traduxit Salmaſ. ad Vopiſci Carin. cap. 19. p. 821. qui alterum praetulit, ut *Cados* de Lydiae urbe intelligamus, & reſipuiſſe poſtea, ac melioribus locum dediſſe Scaligerum, (in notis nempe ad h. l.) addit. ibidem Scaliger adfert *Tibia Mygdoniis cantat eburna cadis*. ſed *libet* unice vera lectio eſt, quae a Voſſianis quatuor, binis Leidd. utroque D'Orv. meo codice & reliquis membranis firmatur, & quia *libet tibia* hic dicitur, de tibicine, libationibus accinente, quem σπονδαύλην Graeci vocant, accipiendum notavi ad Inſcript. marmoris Rheginenſis, poſt D'Orvillii Sicula editi, pag. 572. ubi plura huc facientia, ſi tanti ſint, videri poſſunt. Sed Marklandus in margine ed. Graev. conjecerat legendum *Mygdoniis modis*, ut in nonnullis codd. legi modo indicavi. idque firmabat ex Luciano in Harmonide p. 585. (Tom. I. pag. 851. ed. noviſſ.) Ovidii Lib. I. A. A. 508. IV. Faſt. 214. in Ibin v. 454. & Martial. Lib. XI. Ep. 85. quibus in locis *Phrygii modi*, ut paſſim alibi, memorantur.

9. —— *alio ſint aëre noxae:*
Pura novum vati laurea mollit iter.]

pro *Pura* in Borrich. *Aura.* & *movit* pro *mollit* in Menteliano.

11. *Muſa, Palatini referamus Apollinis aedem:*] Nova hic Elegia eſt in pleriſque codd. & edd. antiquis cum titulo DE CAESARE, vel AD JOVEM. ut in meo ſecundo, ſed in primo, DE ATTICA (ſcrib. ACTIACA) VICTORIA ET TEMPLO APOLLINIS. vide ad initium Elegiae. *referemus* in multis MSS. & primis edd. Sed legendum *referamus*, id eſt, aperimus, templum Apollinis Palatini. idque requirere videntur ſequentia, *Caeſaris in nomen ducuntur carmina*, non *ducentur*. eleganter autem poëta, velut ſacerdos Apollinis, aperire ſe hoc templum fingit, & carmina in Auguſti laudem victoriamque ejus Actiacam Romulae genti praecinere. ut Horatius Lib. III. od. I.

—— *carmina non prius*
Audita Muſarum ſacerdos
Virginibus puerisque canto.

intelligit hic *aedem* ſeu templum Apollini Actio in Palatio, ſeu domo Auguſti Palatina, conditum, vid. Rutgerſii notas ad Horat. poſt Venuſin. Lect. pag. 420. & 421. & operoſius de hac Palatini Apollinis aede agentem Bentlejum ad Carm. ſec. v. 65. & ad Lib. II. Epiſt. 2. 92. & de hac aede Palatini Apollinis confer notata ad

Caeſaris in nomen ducuntur carmina: Caeſar
Dum canitur, quaeſo, Jupiter ipſe vaces.
Eſt Phoebi fugiens Athamana ad litora portus,
(Qua ſinus Joniae murmura condit aquae.)
Actia Jülaeae pelagus monumenta carinae,
Nautarum votis non operoſa via.

Huc

ad Lib. II. El. 23. quaeque ad illius illuſtrationem contulit Silveſter Lurſenius in Diſſert. de Templo Apollinis Palatini. ſeq. verſ. *digna furore* in Voſſ. pr.

13. *Caeſaris in nomen ducuntur carmina:*] *dicuntur* in quinto Vaticano. ſed *ducuntur* in reliquis codd. & edd. vetuſtis. quod Gul. Vlamingius interpretabatur, ut innuat poëta, ſe Palatino Apollini *ducere* ſua *carmina*, quae in laudem Auguſti Caeſaris ſcripſerat. ut apud Horat. Lib. I. Epiſt. 3. 17.

Scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo.

ſic ſpolia opima Jovi *ducuntur* apud Ovid.

Ducite & ultori bina tropaea Jovi.

& plura ſe notaſſe addiderat ad Perſii Prolog. v. 7.

Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum.

ſed quia v. 69. dicit *Bella ſatis cecini*, ideo *ducuntur* pro ſcribuntur rectius exponetur. ut Lib. I. El. 7. 1.

Dum tibi Cadmeae ducuntur, Pontice, Thebae,
Armaque fraternae triſtia militiae.

ubi etiam *dicuntur* in multis MSS. vide illic notata. *ducuntur* etiam hic praetulit Paſſeratius. illud *Jupiter ipſe vaces* dupliciter intelligebat Ant. Perrejus, qui ed. Aldinae adſcripſerat, *vel, aures adtentas praebeas & faveas, vel, vaces a cantibus Muſarum, quae pauliſper, dum canitur Caeſar, tibi accinere deſinant.*

15. *Eſt Phoebi fugiens Athamana ad litora portus,*
Qua ſinus Joniae murmura condit aquae.]

Athamanta in Voſſ. pr. *Athamani* in cod. Reg. Askew. & priſcis edd. vide hic Paſſerat. & notas Interpretum ad Ovid. XV. Met. 311. dein *Qua famis* vel *fanus* in Voſſ. pr. *ſamis* in quarto. & *Samos* in marg. tertii. *ſinus* hic ut El. I. huj. Libr. v. 114. *Euboici ſinus.* ubi vide. & in loco Servii ad ſeq. verſ. producendo, de Leucate: *in promontorio Epiri, juxta Ambraciam, ſinum & civitatem.* portus igitur hic ſe ſubtrahebat ad litora Athamana, ſeu Epirotica Phoebi, ut *Actia litora Phoebi* Lib. II. El. 25. 61. ubi maris Jonii murmura conpeſcit. ſic enim intelligenda ſunt verba hujus & ſequentis diſtichi, quibus locum pugnae Actiacae deſcribit. non opus igitur cum Heinſio ſubſtituere,

Eſt Phoebi efficiens *Ath. ad litora portus,*
Qua ſinus Joniae marmora *condit aquae.*

17. *Actia Jüleae pelagus monumenta carinae,*
Nautarum votis non operoſa via.]

quamquam ita in ſcriptis & editis habeatur libris, locum tamen corruptelae ſuſpectum habuit Marklandus, qui mendi ſedem in voce *pelagus* latere recte cenſuit, pro qua ſcriptum fuerit *Leugas*, hoc eſt, *Leucas.* idque ſe pluribus probaturum adſcripſerat. idem indicavit ad Statii Silvas pag. 307. & in Explic. vet. locor. poſt Euripid. Suppl. pag. 257. quum igitur ejus notis Propertianis deſtituimur, optimam conjecturam fulciamus auctoritate Virgilii VIII. Aen. 675.

In medio claſſes aeratas, Actia bella
Cernere erat: totumque inſtructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

ubi Servius: *in promontorio Epiri eſt mons Leucate,* quod quia ſaxa (forte *Leucate, qui quod ſaxa* &c.) *nuda in cacumine habuit, ex horum candore Leucates appellatus eſt.* & lucem utrique verſui egregiam conciliat alter Maronis locus Lib. III. 274.

Mox & Leucatae nimboſa cacumina montis
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

ubi notanda ſunt ejuſdem Servii verba: *Leucate eſt mons altiſſimus, prope peninſula, in promontorio Epiri, juxta Ambraciam, ſinum & civitatem: quam Auguſtus Nicopolin appellavit, victis*

illic

Huc mundi coïere manus. ſtetit aequore moles
Pinea, nec remis aequa favebat avis.
Altera claſſis erat tenero damnata Quirino,
Pilaque feminea turpiter apta manu.

Hinc

illic Antonio & Cleopatra. ibi & templum Actiaco in promontorio Apollini conſtituit, & ludos Actiacos. ibidemque Valens Guellius *formidatum nautis Apollinem* cum hoc loco Propertiano, quo *nautarum votis non operoſam viam* vocat, contulit. quod tamen ita intelligendum, ut olim *formidatus nautis* fuerit hic portus propter aſperitatem loci ſaxoſi, non, ut addit Servius, quia illic moris erat, aliquem de nautis inmolari, nunc vero *nautis viam non operoſam* dicat Propertius propter portum ab Auguſto munitum, nautiſque faciles aditus tunc praebentem. vide hic Paſſeratium. per *Jüleam* vero *carinam* Auguſti claſſem intelligendam, quia a Julio Caeſare reliqui Imperatores Juli & *gens Jülaea* adpellati ſunt, notat Colomeſius in κειμηλ. Liter. cap. XXII. ſic de Germanico Ovidius II. ex P. Ep. 5. 49.

Surgit Jüleo juvenis cognomine dignus,
Qualis ab Eois Lucifer exit aquis.

& ipſe Auguſtus paſſim in nummis & Inſcriptionibus vetuſtis C. IVL. DIVI F. C. N. CAES. vocatur. ut prae reliquis in illa, quam adfert Rupertus Epiſt. XXVIII. ad Reineſ. p. 130. & 131. HOC ANNO EX A. D. IIII. NON. SEPT. QVO DIE APVD ACTIVM VICTVS EST M. ANTONIVS M. F. M. N. IIIVIR R. P. C. II. C. IVL. DIVI. F. C. N. CAESAR OCTAV. VII. IMPERII INITIVM IMP. CAES. DIVI F. C. N. OCTAV. VII. QVI IN HOC HONORE APPELL. EST AVG. ET M. VIPSANIVS L. P. C. POTESTATEM. IN. DECENNIVM ACCEPIT. Ex his patet, aequo animo nos carere poſſe conjectura Ayrmanni, cui pro *pelagus* legendum videbatur *plangens. Actium Jüleae* Guyetus, quod Paſſeratius etiam conjecerat ſed *Actia monumenta* jungenda ſunt, hoc eſt monumenta victoriae navalis Auguſti Caeſaris, *Accia* ſcribitur in meo ſecundo, ut in antiquis codicibus fere paſſim legi notat Pierius ad primum Virgilii locum, quocum uſque ad libri finem conponenda eſt haec Propertii Elegia, qua cum Epicorum poëtarum principe de ingenii palma contendiſſe videtur, & utrumque pulcherrima claſſis Cleopatrae & Antonii deſcriptione è recentioribus aemulatus eſt Sidronius Hoſchius Lib. I. Eleg. 2.

19. *Huc mundi coïere manus. ſtetit aequore moles*
Pinea, nec remis aequa favebat avis.]

Nunc mundi male in primis edd. *conere* pr. Voſſ. *coiere moles* in Heinſiano & Borrichiano. *ne remis* D'Orv. pr. *favebit* in ſecundo. *favebet aquae* Vatic. quint. *equis* in tribus Voſſ. ſed *avis* recte in ceteris & antiquis edd. vide ſupra ad El. V. 6.

21. *Altera claſſis erat tenero damnata Quirino,*
Pilaque feminea turpiter apta manu.]

teucro Quirino etiam in codicum meorum excerptis, Neapolitano, primo Vaticano, Regio ſecundo, Colbertino, Groning. Harlejano Muſei Britann. duobus Leidd. Voſſ. tert. & quarto, vetuſtioribus edd. & primo meo codice ac ſecundo, in cujus tamen margine *tenero* pro varia lect. *tenero dampnata* Askew. primus Beroaldus *tenero* emendavit, laudante Broukhuſio. ut effeminatus Antonius intelligatur. ſed damnavit editor Electo, Etonenſium Major. locumque ſic interpretatur, *Claſſes uſae ſunt auſpiciis nequaquam paribus: altera enim in gratiam Quirini, cujus pila femineis manibus deturpaverat, Teucris oriundi, & eiſdem orto divis, Auguſto faventis, ejus, inquam, in gratiam triſti a ſuperis ave damnata eſt.* Haec ille. ſed de ipſo Antonio intelligere praeſtat, qui dicitur *Quirinus* pro Romano, ut a Romulo *populus Quirini* vocantur Romani. vide notas ad Ovid. I. Faſt. 69. Bentlej. ad Horat. IV. od. 15. 9. & Illuſtr. Buherium ad Cic. II. de Nat. Deor. c. 24. Longe tamen aliam, & a recepta multum diverſam, lectionem ſuppeditat, licet corruptam, codicis Menteliani, quem omnium librorum MSS. optimum judicarunt Heinſius & Broukhuſius, ſcriptura, in quo legebatur, *tauero damnata Perino.* in qua ſcriptura quin verum lateat, nondum tamen a me inventum, nullus dubito.

Hinc Auguſta ratis, plenis Jovis omine velis,
Signaque jam patriae vincere docta ſuae.
Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus:
Armorum radiis picta tremebat aqua.

Quum

damnata claſſis recte ab eodem Broukhuſio confertur cum alio noſtri loco Lib. II. El. 13. 38.

Cerne ducem, modo qui fremitu conplevit inani
Actia damnatis aequora militibus.

infra El. VII. 46.

Ducet damnatas ignea teſta manus.

ita apud Joſeph. Iſcanum Lib. II. 121.

Damnatis quas Cacus opes abſconderat antris.

ut legendum pro *Damnantis. damnatae noctes* infra El. XI. 15. altero verſu *Pilaque feminea turpiter acta manu* praeferendum videtur, quod licet rejecerit Broukhuſius a Colotiano tamen, tribus Vaticanis, Voſſ. pr. Borrich. Groning. D'Orvill. pr. & Askewiano firmatur, & in ed. Aldinae margine conjecerat Heinſius. nec aliter adfert Dauſquejus ad Silium Ital. pag. 421. non opus igitur eſt cum Marklando emendare *femineae turpiter apta manu.* pro *manui.* ut Lib. I. El. XI. 12.

Alternae facilis cedere lympha manu.

& Lib. II. El. I. 68.

Tantaleae poterit tradere poma manu.

23. *Hinc Auguſta ratis, plenis Jovis omine velis,*
Signaque jam patriae vincere docta ſuae.]

male *Hic* in Excerptis Modii. ab una parte erat claſſis Antonii, cujus remis *non aequa favebat avis*, ab altera Auguſti, cui favebat Jupiter. ſic Διὸς αἰετὸν *Jovis avem*, aquilam pro Jovis omine dixit Theocritus Idyll. XVI. 72.

—— αἴσιος αἰετὸς ὄρνις,
Ζηνός πυ τόδε σῆμα.

& XXVI. 31.

Ἐκ Διὸς αἰγιόχω τιμὰν ἔχει αἰετὸς ἔτος.

deinde *vincere patriae ſuae* Marklandus exponebat *vincere pro patria ſua.* ut mox v. 39. *tibi militat arcus.* & v. 76. *Bacche, ſoles Phoebo fertilis eſſe tuo.* eſt elegantiſſimus loquendi modus, qualis apud Juſtinum Lib. II. cap. 8. de Piſiſtrato: *quaſi ſibi, non patriae, viciſſet, tyrannidem per dolum occupat.* & hinc praeferendum apud Claudian. praef. Conſ. ſec. Stilic. v. 16. de Scipione:

Quumque triumpharet gemina Carthagine victa,
Hanc vindex patri vicerat, hanc patriae.

ad gloriam patris vindicandam. ubi in aliis *patris.* plura notavi ad vetus epitaphium Ruſi Verginii, T. I. Anth. L. p. 219.

Imperium adſeruit non ſibi, ſed patriae.

Paſſeratium itaque ſic exponentem fruſtra Broukhuſius traducit, tamquam peſſime rem egerit, ſed videtur ipſe, quum Antonium bello Peruſino ex ſenatus auctoritate hoſtem judicatum, atque illo in bello profligatum fuiſſe notat, duos Antonios confundere, quum Peruſinum a fratre Triumviri Luc. Antonio motum fuerit, quod qui Antonio Triumviro adſcripſerunt, decepti ſunt loco Flori Lib. IV. cap. 5. cujus errorem illic Salmaſius & Freinshemius notarunt.

25. *Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus:*
Armorum radiis picta tremebat aqua.]

aciem, praeter codices Broukhuſio memoratos, etiam habent Mentelianus, Neapol. Colbertinus, duo Leidd. tres Voſſiani, & meus uterque. ſed *acies* in reliquis. an forte *acies geminas*? Antonii & Octaviani. ut dicat, utramque aciem ordinatam fuiſſe in formam Lunae corniculatae. pro *Nereus* corrupte *Lineus* in Mentel. Borrich. duobus Leidd. & Voſſianis, in quorum primo *mſus* in marg. & adſcriptum, *l. Nereus. nervis* in Voſſ. pr. & D'Orvill. *nervis limarat* in Neap. & meo ſecundo. altero verſu *Armorum & radiis* in multis codd. quibus conſentiunt primus Leid. & Voſſ. uterque D'Orv. meus ſecundus, & pri-

mae

Quum Phoebus linquens ſtantem ſe vindice Delon,
(Nam tulit iratos mobilis ante Notos)
Adſtitit Auguſti puppem ſuper: & nova flamma
Luxit in obliquam ter ſinuata facem.

Non

mae edd. *Armorumque* Leid. ſec. & alter Voſſ. ſed copulam omittunt Borrich. Groning. Heinſianus, Voſſ. quartus, & meus primus. deinde *Armorum radiis icta tremebat aqua* praeferendum videtur, pro *picta*, ut clare in meo ſecundo legitur. & ita conjecerat Dauſquejus ad Silium Ital. Lib. XIV. 210. pag. 614. & Heinſius in notis ad Propert. pag. 750. ut innuat Solis radios armorum auratorum fulgore in aqua repercuſſos, ſeu *auro refulgere fluctus*. ut ait Virgilius in pugnae Actiacae deſcriptione, loco ſupra prolato ad v. 17. favet huic lectioni illud Lucani Lib. VII. 214.

Miles ut adverſo Phoebi radiatus ab ictu.

& apud Tibullum Lib. I. El. I. 49.

Sed Canis aeſtivos ictus vitare ſub umbra.

legebat Bentlejus ad Horat. Lib. I. Sat. 6. 126. pro *ortus*. ſic *ictus Solis*, pro quo in aliis *jactus*. vid. ad T. II. Anth. L. pag. 390. Marklando etiam *icta* legendum videbatur, nam codici ſuo adſcripſerat; ,, mallem *icta*. ſic Solinus cap. 33. ,, *quae radiis icta Solis coeleſtis arcus ex ſeſe fa-* ,, *cit ſpeciem.* ſic *ictus radiorum Solis* Lucretio. ,, *plura vide in notis Heinſii & Burmanni ad* ,, *Ovid. Metam. V.* 389. Armorum radiis *pro* ,, armis radiantibus. *pulcre vero* icta tremebat ,, aqua. *quaſi metueret has armorum coruſca-* ,, *tiones.*

27. *Quum Phoebus linquens ſtantem ſe vindice Delon,*
(Nam tulit iratos mobilis ante Notos.)]

pro *linquens* in Voſſ. quarto *vincens*. male omnino. nam *linquens Delon* hic dicitur, ut Peleus *linquens Tempe* & *Cranona* Catullo Epith. Pelei & Thetid. v. 287. ubi vide Scaligerum, & eodem carmine v. 35. *linquunt Phthiotica Tempe, Cranoniſque domos. ſtantem linquens* Leid. ſec. & Voſſ. tert. *ſeu* pro *ſe* in D'Orv. pr. *ſe judice* ſolita confuſione in Mentel. Borrich. Modii Excerptis, Heinſiano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo priore. *Dolon* corrupte in Veneta 1475. mox *mobilis una* in aliis. & Groning. a man. ſec. *illa* v. c. Perreji, & ſec. Vatic. *unda* in Neap. Vatic. primo, Regiis, Colbertino, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & priſcis edd. ut in marg. ed. Rovill. pro *unde* correxerat Douſa P. *nobilis unda* prave in Askewiano. *Non tulit iratos mobilis unda Notos* legebat Lipſius Lib. II. Ant. Lect. 20. ut dicat, Apollinem ventos iratos in Antonium duxiſſe. ſed contra poëtae mentem. Veriſſima eſt recepta lectio,

Stantem ſe vindice Delon,
Nam tulit iratos mobilis ante *Notos.*

& ſic Francius legebat. Delos enim, antea ventorum furorem paſſa, mobilis in mari natabat, ſed ab Apolline terrae revincta, & ſtabilis facta eſt. & hoc locis Virgilii & Senecae bene vindicavit Broukhuſius, cujus animadverſionibus adde Barthium Lib. XLIX. Adverſ. cap. 5. & quae notavi ad vetus Epigramma Tom. I. Anth. Lat. pag. 460.

Delos jam ſtabili revincta terra
Olim purpureo mari natabat,
Et moto levis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta ſummis;
Mox illam geminis Deus catenis
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Conſtanti Mycono dedit tenendam.

hunc vero locum refero ad opinionem veterum, qua credebant Apollinem partem anni Delum incolere, & alteram, Delo relicta, apud Lyciam degere. & forte *linquentem* Delon *Apollinem* dicit, ut exprimat Callimachi Φοῖβον ἐπιδημήσαντα, Hymn. in Apoll. v. 13. ubi vide Interpretes.

29. *Adſtitit Auguſti puppem ſuper:* &c.] *puppim* Mentel. Neap. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. mox male *ſimulata* pro varia lect. in margine codicis mei ſecundi. *Luxerit obliquam ter ſinuante* in Askewiano.

Non ille adtulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineae carmen inerme lyrae.
Sed quali adſpexit Pelopeum Agamemnona vultu,
Egeſſitque avidis Dorica caſtra rogis.
Aut qualis flexos ſolvit Pythona per orbes
Serpentem, inbelles quem timuere lyrae.

Mox

31. *Non ille adtulerat* [*crines in colla ſolutos*, &c.
Sed quali adſpexit Pel. Agam. vultu,]

Non adſpernanda videtur Voſſiani tertii lectio *crines in terga ſolutos.* ut intelligantur intonſi Apollinis crines longa cervice in tergum fluentes, quales in monumentis antiquis comato Phoebo dantur. vide Broukhuſ. ad Tibull. Lib. III. El. 4. 27. & notas ad T. I. Anth. L. p. 683. ſic apud Lucanum Lib. V. 143.

Stringit vitta comas, crineſque in terga ſolutos
Candida Phocaica complectitur infula lauro.

Adtulerat autem non caput prolixa caeſarie ornatum, neque cytharam tenens, tamquam Σωτὴρ ſed vultum adtulit ira tremendum quo adſpexit Antonium, non aliter ac quo intuebatur Agamemnonem in bello Trojano, & ſuper Auguſti navem adſtitit, arcu & pharetra infeſtus Paean, ut deſcribitur Homero Il. A. 45.

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.

talis enim diverſo hoc adfectu animatus paſſim inducitur Apollo, etiam in Nummis antiquis. vide ad Numiſm. Sicul. pag. 327. Non diſſimili loquendi elegantia de Popillio a Senatu R. ad Antiochum miſſo dixit Cicero VIII. Phil. cap. 8. *Senatus enim faciem ſecum adtulerat, auctoritatem P. R.* quod fere, ut alibi ſaepe, imitatus videtur Propertius. Haec igitur referenda ad Deos, quum irati hominibus adparent forma truculenta & ſolito majores. quod bene illuſtravit Broukhuſius ad Tibull. III. 6. 22. & eruditiſſ. Wakkerus in Amoen. Liter. cap. VI. circa finem.

34. *Egeſſitque avidis Dorica caſtra rogis.*] *Egiſſetque* vitioſe in Neap. Voſſ. pr. & quarto Askew. D'Orvi. ſec. meo utroque, & edd. Venetis, Regienſi ac Volſci. ſed recte viri docti *Egeſſit* exponunt caedibus evacuavit, multis funeribus exhauſit, ut jam monuit Beroaldus. & vide Barth. ad Stat. I. Theb. 37. ubi *egeſtas alternis mortibus urbes* cum hoc loco compoſuit. Seneca Agam. 612.

Vidimus patriam ruentem nocte funeſta,
Cum Dardana tecta Dorici raperetis ignes.

Dorica nox Trojae fatalis, qua equus in moenia adtractus eſt, non *Durica*, Valerio Fl. II. 573. *Dorica caſtra*, ut Virgilio VI. Aen. 88. *nec Dorica caſtra Defuerint. Dorici ignes* vide Marcilium ad Martial. Ep. XXIII. Amph. pag. 50.

35. *Aut qualis flexos ſolvit Pythona per orbes*
Serpentem, inbelles quem timuere lyrae.]

feſſos corrupte in D'Orv. pr. *Titana* Askew. *Serpentum* male in ed. Graev. jungenda enim ſunt *Pythona ſerpentem per orbes flexos*, ſeu flexis gyris volutantem. ut ſaepe in numis antiquis contorti in gyros conſpiciuntur ſerpentes. *quum timuere* in Vatic. quinto. Ayrmannus vero interpungebat,

—— flexos ſolvit Pythona per orbes,
Serpentem inbelles quum timuere lyrae.

ſed abſque neceſſitate. *inbelles quem cecinere* Guyeto placebat. *cui renuere* Heinſio. *tremuere* forſan non male reponeretur. ut apud Ovid. IX. Met. 241. ex MSS. praeferendum videtur, *tremuere Dei pro vindice terrae.* non *timuere*, ut in vulgatis. & apud Martialem Lib. V. Ep. 24. *Hermes, quem tremit Helius, ſed unum.* pro *timet.* & ſic alibi non ſemel haec confunduntur. vide quos laudat Drakenb. ad Silium IV. 603. *inbelles lyras* exemplo Horatii Lib. I. od. 6. 10. pro lyris laudes pacis canentibus exponit Barthius ad Stat. II. Th. 389. ſed hoc in loco *lyrae*, & paullo ante *carmen inerme lyrae* offendebant editorem Elector. Etonenſ. Major. qui ex illius verſus propinquitate *lyrae* hic repetitum cenſebat, legendum conjectans, *quem timuere deae*, Muſae nempe. Marklandus adſcripſerat,

Mox ait, o longa mundi ſervator ab Alba,
  Auguſte, Hectoreis cognite major avis,
Vince mari: jam terra tua eſt. tibi militat arcus,
  Et favet ex humeris hoc onus omne meis.
Solve metu patriam, quae nunc te vindice freta
  Inpoſuit prorae publica vota tuae,

Quam

pſerat, „ *inbelles lyrae* pro Muſae inbelles. ut „ *lyra* pro *lyriſta* alibi. & *εὔλυρος Μῦσα* Ari- „ ſtoph. in Ranis v. 231. & *muſa* pro poëta „ Ovidio ex Pont. IV. 3. 16. *palma* pro victo- „ re Virg. V. 339. Ceterum artificii poëtici obſervandi cauſſa non inutile fuerit cum hoc loco compatare verſus Senecae in Troadib. v. 444. & ſeqq. ubi Hectoris umbra conjugi adparens deſcribitur:

Cum ſubito noſtros Hector ante oculos ſtetit,
Non qualis ultro bella in Argivos ferens,
Nec caede multa qualis in Danaos furens,
Non ille vultus flammeum intendens jubar,
Sed feſſus ac dejectus, & fletu gravis,
Similiſque noſtro, ſqualida obtectus coma.

39. *Vince mari: jam terra tua eſt. tibi militat arcus,*
Et favet ex humeris hoc onus omne meis.]

mare Voſſ. quart. *nam terra tua eſt* Mentel. & primus Leid. utrumque probum eſt. idem de Hercule Deianira apud Ovid. Epiſt. IX. 13.

Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Qua latam Nereus caerulus ambit humum.
Se tibi pax terrae, tibi ſe tuta aequora debent.

ſic enim legenti Heinſio adſentiendum videtur, pro *ſe tibi pars terrae, tibi ſe tota aequora debent.* quod firmant ejuſdem notae ad Virg. VI. Aen. 604. & locus Senecae Medea v. 637. de Hercule,

Ipſe poſt terrae pelagique pacem,
Poſt feri Ditis patefacta regna &c.

hinc Alcmena Herculem *vindicem terrae pelagique* vocat apud eumdem in Herc. Oet. 1837. adde Drakenb. ad Silium II. 483. dein *mihi militat arcus* in Groning. & Voſſ. pr. male. *tibi militat*, in tuae ſpem gratiae. ut ſupra v. 24. *patriae vincere.* ſeq. verſu malim, En *favet ex humeris hoc onus omne meis.* Voſſiani enim codicis primi librarius quum ſcriberet *hoc onus eſſe meis*, procul dubio voluit *hoc onus ecce meis.* ſed prius praefero, quia *hoc onus omne* magis Propertianum eſt. Lib. I. El. 14. 5. *Et nemus omne ſatas intendat vertice ſilvas.* Lib. III. El. 5. 28. *Et tibi pro tumulo Carpathium omne mare.* III. 21. 7. *Tu licet adſpicias coelum omne Atlanta gerentem.* IV. 1. 60. *hoc patriae ſerviat omne meae.* infra El. 8. 6. *tale iter omne cave.*

41. —— *quae nunc te vindice freta*
Inpoſuit prorae publica vota tuae,]

prorae ſuae in primo & quarto Voſſiano. quod non facile rejiciendum, ut innuat navem Auguſti praetoriam, velut Reipublicae ipſius navem eſſe. *publica vota* referunt ad vota, quae in proris navium adfixa erant ſtatuae illius Dei, cujus tutelae navis erat credita. vide D'orleans ad Tacitum pag 298. Colvium ad Apulej. pag. 153. Rutgerſium Lib. V. Variar. Lect. cap. 5. pag. 463. Sentflebium in notis ad Catulli Phaſel. pag. 55. Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. Lib. III. 175. ut alios plures taceam. & hoc etiam loco uſus eſt Stanlejus ad Aeſchyl. Sept. contra Theb. v. 214. ut utramque navis partem habuiſſe *παράσημον*, Deoſque tutelares prorae inpoſitos fuiſſe oſtenderet. de quo non una aut eadem eſt virorum eruditorum opinio, his tutelam in puppi, aliis in prora navium fuiſſe contendentibus, & *παράσημον*, cum Tutela confundentibus, quam non uni difficultati obnoxiam materiem, diverſaſque ſententias egregie excuſſit & pertractavit Joannes Enſchedius, auctor eruditae Diſſertationis de Tutelis & Inſignibus Navium, Leidae ante paucos abhinc annos ſub Cel. Ruhnkenii praeſidio ventilatae, ubi in cap. 11. pag 33. de hoc etiam Propertii loco contra Stanlejum egit. Sed forte laudanda eſt Livineji conjectura, cui legendum videbatur,

Inpoſuit prorae publica Fata *tuae.*

 quo-

Quam niſi defendes, murorum Romulus augur
 Ire Palatinas non bene vidit aves.
Et nimium remis audent, proh turpe, Latinis,
 Principe te, fluctus regia vela pati.

Nec

quomodo & codici meo, non inſpectis Livineji notis, adſcripſeram ut intelligantur publica Romae populique Romani fata, ſeu Fortuna, quibus, tamquam navis Auguſti Deis tutelaribus, infra v. 49. Centauri, proris claſſis Antonii & Cleopatrae adpicti, opponuntur. unicuique autem genti ac populo, quin & Heroibus, ſua *Fata* erant adtributa, majora & minora, de quibus copioſe egit Patruus meus ad Ovid. Epiſt. I. Heroïd. 28. ad Lucanum Lib. V. 189. & VII. 113. his eadem illa *Pop. Rom. Fortuna*, quae cum virtute de condendo inperio Romano certaſſe dicitur Floro in prooemio: unde ſaepius in Numis vetuſtis F. P. R. *Fata* vel *Fortuna* Pop. Romani. vide Spanhem. ad Julian. Orat. I. pag. 300. Urſin. & Abram. ad Cic. II. Philip. 35. p. 581.

43. *Quam niſi defendes, murorum Romulus augur*
Ire Palatinas non bene vidit aves.]

Quae in altero Regio, Colbertino, & ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci: ut ad *publica vota* referatur, & ita ex ed. Brixiana adfert editor Etonenſ. *mihi defendens* in Excerpt. Modianis *murorum Romulus auctor* in Regio ſecundo, quod in uno codice, neſcio an Regium hunc ex Broukhuſio indicet, haberi notat editor Elect. Etonenſ. & ſic legebat Ayrmannus, & ante eum Bentlejus ad Horat. Lib. III. od. 3. 65. qui optimis exemplis hanc lectionem adſtruxit. & olim ita conjecerat Heinſius in ed. Aldinae margine, ſed poſtea deleverat, forte quia mox v. 33. ſequitur *temporis auctor. augur* tamen videtur ſuppoſitum propter *Palatinas aves*, ſive augurium Romuli in colle Palatino. ſed *murorum augur* an eadem ratione, & caſu ſecundo recte dictum ſit, qua infra *temporis auctor* Apollo, vellem docuiſſent Paſſeratius & Broukhuſius. longe enim iſta differunt, neque paria eſſent, etiamſi illic *temporis augur* diceretur. nam eo in verſu *temporis auctor* eſt ſuaſor utendi occaſione & opportunitate temporis, *Tempus adeſt, committe rates ego temporis auctor*, neque enim recte illic Paſſeratio *temporis auctor* exponitur Apollo, origo, fons, & parens aevi, quia Sol, idem ac Apollo, annum conficit, cui explicationi firmandae ſi quis patrocinium quaereret ex Nemeſiani Cyneg. 104. ubi Janus *temporis auctor* dicitur, ut recte emendatum eſt, pro *ſanus*, operam perderet. Neque eos adjuvat Ciceronis locus, in quo Romulus *optimus augur* occurrit. quod aliis etiam exemplis probare potuiſſent. ſed is ipſe Ciceronis locus, ex Lib. I. de Divin. cap. 2. alteram lectionem propugnat, quia illic *urbis parens Romulus* dicitur. ut bene obſervat Bentlejus, & ſimiliter *murorum parentem, murorum ſatorem* Silio Italico dici, atque exemplo Virgilii, cui *Trojae Cynthius auctor* Apollo, hic *murorum auctorem* adpellari Romulum oſtendit. *murorum auctor* ſana magis ratione & Latinitate vocatur Romulus, quam *murorum augur* ut *templi auctor*, pro conditore, Ovidio IV. Faſt. 347. & *auctor ſanguinis, generis*, & ſim. paſſim, de eo qui primam originem dedit. ſic Lib. II. El. 7. 13. *tu criminis auctor Nutritus durae, Romule, lacte lupae. murorum* igitur *auctor* Romulus eſt aeternae urbis formator. ut Tibullo Lib. II. El. 5. 23.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis
Moenia, conſorti non habitanda Remo.

ut recte edidit Broukhuſius, & a cod. MS. Schefferiano conprobatur. male enim Ach. Statius *firmaverat.* vide ad Claudian. I. R. P. 236.

45. *Et nimium remis audent, proh turpe, Latinis,*
Principe te, fluctus regia vela pati.]

Et numen vitioſe in primo D'Orvill. & meo ſec. in cujus margine *lumen* pro varia lectione. *En nimium* in Vatic. ſecundo. *remos* Leid. ſec. & Voſſ. tert. dein vetus lectio fuit *prope turpe*, ut eſt etiam in Mentel. Regiis, Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis codd. cum edd. antiquis. unde *audent quoque* conjecerat Heinſius. Douſa in marg. ed. Rovill. diſtinguebat *audent prope, turpe, Latinis.* ſed e ſuo codice Scaliger edidit *proh turpe.* ut in primo Vatic. & a Lipſio correctum fuit Lib. II. Antiq.

Nec te, quod claſſis centenis remigat alis,
Terreat: invito labitur illa mari.

Quod-

tiq. Lect. cap. 20. fruſtra reclamante Etonenſ. Elector. editore. ſcribendum ex Perreji & Puccii codice ac Vatic. ſec. *pro turpe!* & interpungendum, *Et*, vel *En*, *nimium remis audent*, (*pro turpe!*) de quibus interjectis exclamationibus vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 204. fruſtra igitur aeſtuat Paſſeratius an jungenda ſint vel *nimium fluctus audent*, vel *nimium prope*, Italiam nempe. Legendum praeterea *Latinos fluctus.* vel cum Marklando emendandum & diſtinguendum eſt,

En! nimium remis audent! proh turpe, Latinos,
Principe te, fluctus regia vela pati!

ut oppoſitio ſit inter *Latinos fluctus*, & *regia vela*, ſeu inter Romanos & Regios, dicatque, turpe eſſe in Romano mari videre & pati naves regias, ut eadem indignatione *ſceptra* vocat infra v. 58. non diſſimilis oppoſitio eſt Lib. II. 14. 30. *Turpis Romano Belgicus ore color.* & haec explicatio egregie adjuvatur loco Ovidii, qui noſtrum imitatus videtur Lib. II. Triſt. 205.

Fas prohibet Latio quemquam de ſanguine natum,
Caeſaribus ſalvis, barbara vincla pati.

pro *Principe te* corrupte *Incipit* in D'Orv. pr. tamquam, omiſſis prioribus literis, & tranſpoſitis in vocula *te* voluiſſet librarius, *Incipit & fluctus* &c. *Vindice te* in Askewiano. quod petitum ex v. 27. idem Marklandus *principe te* explicabat, *Dum tu princeps es, ſub te principe. hoc enim nomen Auguſtus adſumſit.* illum vero *Principis* titulum non habuit Auguſtus, niſi demum ſexto ſuo Conſulatu, Collega M. Agrippa. vid. Tanaq. Fabri notas ad Horat. p. 294.

47. *Nec te, quod claſſis centenis remigat alis,*
Terreat, invito labitur illa mari.]

pro vulgato *remiget*, Leid. ſec. & Voſſ. tertius a manu ſec. exhibent *remigat*, ut legendum monuit Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 173. quia mox ſequitur *Quodque vehunt. centenis alis* eſt ex imitatione Virgiliana Lib. X. Aen. 207. *centenaque arbore fluctum Verberat.* ubi vide Valentem Guellium. *alas* pro velis capiebat J. Douſa. ſed de remis ipſis intelligit Canterus ad Lycophr. v. 25. cui perperam inſultare Rob. Titium, notat ibidem Meurſius, & hoc quoque in loco *alas* de remis accipit. *& invito* in ſec. Leid. *& multo* in Mentel. quinto Vatic. Borrich. Groning. Heinſiano, primo Leid. tertio & quarto Voſſ. D'Orv. ſec. & meo priore. *invicto* in Regio, Colbert. ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. quod forte quis probare poſſet, tamquam certam ſponderet victoriam. ſed praefero *invito* ex Veneta 1487. Beroaldina, & reliquis. hoc eſt, immanes claſſis Antoniae moles navium ferre negante, ſive, ut declamatorio more Florus dicit noto loco, & a Broukhuſio ſupra ad v. 19. prolato, *quae non ſine gemitu maris & labore ventorum ferebantur.* elegantiori certe gravitate Virgilius VIII. Aen. 691. de numeroſa Antonii claſſis mole,

—— pelago credas innare revolſas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos,
Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.

Petronius Carmine de Bello Civ. cap. 121. Satyr.

Jam fragor armorum trepidantes perſonat aures,
Et Libyae cerno, & tua, Nile, gementia clauſtra,
Actiacoſque ſinus, & Apollinis arma frementis.

vel *tumentis*, ut Ill. Joh. Buherio placebat. Ceterum aemulatus haec eſt Statius Lib. III. Silv. I. 110.

Nec te, quod ſolidus contra riget umbo maligni
Montis, & inmenſo non umquam exciſus ab aevo,
Terreat; ipſe adero, & conamina tanta juvabo.

quae cum hoc loco contulit Marklandus. & e recentioribus feliciter Propertianis veſtigiis inſiſtit N. Heinſius Lib. I. El. 10. pag. 26.

Cauſſa tibi, coelum tibi militat, adjuvat ipſe,
(Vincere quid dubitas?) adjuvat ipſe Deus.
Neu te millenis externet carbaſus alis,
Barbaraque innumero remige mota ratis.

& alio colore Broukhuſius Lib. II. El. 6. p. 32.

Neu te, quod duri provincia plena laboris,
Sumta quod eſt humeris ſarcina magna tuis,
Quodque fremunt torva vervecum fronte maniplì,
Terreat. auctores mens habet iſta Deos.

talia autem recentiorum poëtarum, ſed optimorum,

Quodque vehunt prorae Centauros ſaxa minantes:
Tigna cava, & pictos experiere metus.
Frangit, & adtollit vires in milite cauſſa:
Quae niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor:
Tempus adeſt, committe rates: ego temporis auctor
Ducam

rum, exempla, oblata occaſione, vel ideo plus ſemel huic commentario inſerenda duxi, ut ingenuae & ad poëtices laudem adſpiranti juventuti in oculos incurrant ſincerae & artificioſae veterum imitationis, non autem furtivae compilationis, ſpecimina.

49. *Quodque vehunt prorae Centauros ſaxa minantes,*
Tigna cava, & pictos experiere metus.]

ſic recte ex Guyeti conjectura edidit Broukhuſius, quum in MSS. & vetuſtis editionibus legatur *Centaurica ſaxa*, ut intelligatur figura Centauri, ingentia ſaxa projicere minantis, in prora navis Antonii & Cleopatrae depicta, quaeque ab ea forſan nomen habuerit. ut apud Virg. V. Aen. 122. *Sergeſtuſque — Centauro invehitur magna, Scyllaque Cleanthus Caerulea.* & Lib. X. 195. *Ingentem remis Centaurum promovet.* ubi Servius: *aut nomen navis, aut qui erat in navi pictus.* vid. Erythraeum Indice Virgiliano in *Scylla.* & de nominibus, quae inponebantur navibus a tutelis & inſignibus, Reineſ. Comm. ad Inſcript. Ant. Cl. VIII. 46. Ant. Perrejus ed. Aldinae adſcripſerat, *ideo* Centaurica ſaxa, *quia adpicta erat Centauromachia puppi Reginae.* quod ex Beroaldo hauſit. minus placet Heinſii conjectura *Centaurica monſtra*, quia Centauris *ſaxa* magis conveniunt, ut vel ex ſolo Ovidii loco Lib. XII. Met. 283. quem Paſſeratius adfert, patet. *Centaurea ſaxa* Askew. *Ceraunica* corrupte in primo D'Orv. *Centauria* in Neap. a m. pr. forſan pro *Centauri*, quia *minantis* in pleriſque aliis codd. ut in Colb. Mentel. Borrich. Heinſiano, primo Leid. & Voſſ. D'Orvill. altero, meo priore, & utraque ed. Veneta, Reg. Lep. ac Volſci. *minante* vitioſe in Aldina utraque, Junt. & Colin. omiſſa litera ultima, pro *minantes*, ut eſt in Beroaldina, Rovill. Gryph. Canter. aliiſque. *numantis* in meo ſec. ſed in margine *minantes* pro varia lect. *Centaurica ſigna* conjecerat Marklandus, & quia haec ut inanes formidines contemtim vocat, adnotaverat per Centauros vere dementiam ſignificaſſe veteres, remittens ad Ariſtoph. Plutum v. 349. & Nubes v. 38. ſed credo ipſius animo obverſatum fuiſſe locum ex Nubib. v. 345. & 349. & *κενταυρικᾶς* inſultare pro ferociter & inſane, in Ranis dixit v. 38. *Centaurica* vero mutari non debere addiderat. *Signa cava* in Borrich. ſed male. vide Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. v. 534. *experiare* in Voſſ. pr. meo ſec. & ed. Venet. 1475. Reg. Lep. Volſci, Aldinis, Junt. Colin. & Gryph. ſed *experiere* in Excerpt. Modii, Neap. Vatic. quinto, Borrich. ed. Venet. 1487. Beroald. & Rovill. & ſic Guyetus. quod recte admiſit Broukhuſius. initio hujus diſtichi *Quaque vehunt* in Colotiano, & primo Vaticano. *Quique* in Colbertino. ſed *Quodque* pro quamvis, etſi, bene expoſuit Vulpius. de qua vocis ſignificatione, ſequente ſemper indicativo, unde *remigat* paullo ante ſcribendum notavi, plura dedi ad T. II. Anth. L. p. 484. & 551.

51. *Frangit, & adtollit vires in milite cauſſa,*
Quae niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.]

diſcutit in Askewiano. male. ſingularem verbi *excutere* elegantiam & vim illuſtrat Broukhuſius ad Tibull. II. 6. 12. *juſtam* belli *cauſſam* animos plerumque addere Martemque laceſſere, frequens apud veteres effatum eſt. Confer cum hoc loco illa Naſonis VIII. Met 58. & ſeqq.

Juſta facit certe pro nato bella peremto,
In cauſſaque valet. Cauſſamque tuentibus armis,
Ut puto, vincemur.

& illud Laodamiae Epiſt. XIII. 75. de Menelao Helenam armis a Paride repetente;

Irruat, & cauſſa quem vincit, vincat & armis.
Hoſtibus e mediis nupta petenda viro eſt.
Cauſſa tua eſt diſpar. tu tantum vivere pugna.

vide praeter ea, quae hic notarunt Gebhardus ac Broukhuſius, Abramium ad Cicer. pro Ligar. cap. IX. p. 218. & Bentlej. ad Lucan. II. 599.

53. *ego temporis auctor*] vide ſupra ad v. 48.

55. *Dixe*

Ducam laurigera Julia roſtra manu.
Dixerat, & pharetrae pondus conſumit in arcus.
Proxima poſt arcus Caeſaris haſta furit.
Vincit Roma fide Phoebi, dat femina poenas:
Sceptra per Jonias fracta vehuntur aquas.

At

55. *Dixerat, & pharetrae pondus conſumit in arcus.*] *pharetrae pondus conſumit & arcus* Groning. & D'Orvill. ſec. Conjeceram aliquando *conſumit in ictus.* ſane elegantiſſimus loquendi modus eſt *pharetram conſumit in arcus*, vel *ictus*, cujus particulae vim optime, hujus loci non oblitus, expoſuit Gronovius Diatr. Stat. pag. 336. *pondus pharetrae* dictum, pro pharetra ponderoſa, ſagittis plena. ut ſupra v. 40.

Et favet ex humeris hoc onus omne meis.

conſumit vero pro exinanivit. ut apud Joſeph. Iſcanum Lib. VI. de Bel. Troj. 783. *conſumtis pariter moriuntur in armis.* conſumit igitur *omne pharetrae pondus in arcus* exprimit auxilium Apollinis divinum, quo graviſſimis ictibus in gratiam Auguſti percuſſit Antonii & Cleopatrae naves; nam cogitabat, ni fallor, illa Virgilii in pugnae Actiacae deſcriptione, VIII. Aen. 704. verſibus eximiis:

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper: omnis eo terrore Aegyptus & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.
Ipſa videbatur ventis Regina vocatis
Vela dare, & laxos jam jamque immittere funes.
Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens undis & Japyge ferri.

non poterat ſane vividis magis coloribus depingi vis illa & effectus Apollinis *omne pharetrae ſuae pondus in arcus conſumentis.* quo ſolo ictu Cleopatra cum Antonio exitium claſſis ſuae ſenſerunt, unde mox vulnere iſto humanas vires ſuperante,

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci.

& Phoebi *Una decem vicit miſſa ſagitta rates* v. 68. praecipue *in arcus conſumit* Graecorum more dictum, qui ἀναλίσκειν εἰς eodem modo adhibent, & optime Valens Guellius illud Virgilii ex Lib. VII. Aen. 301.

Abſumtae in Teucros *vires coelique mariſque.*

hoc loco illuſtrat, ſed adfert *conſumpſit*, additque ſimiliter poëtam Graecum queri in ſe arcum pharetramque Amoris exhauſtam & conſumtam, εἰς ἑαυτὸν φαρέτραν ἀναλωμένην Ἔρωτος. Forſan in animo habebat illud Pauli Silentiarii Lib. VII. Antholog. Graec. Ep. 49.

Μηκέτι τις πλήξειε πόθῳ βέλος· ἰοδόκην γὰρ
Εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.

quod ſic vertit H. Grotius:

Flammea ne quiſquam timeat jam tela: pharetram
In mea nam vacuam vulnera fecit Amor.

& haec Apollinis pharetram in arcus exhaurientis deſcriptio etiam conparari poteſt cum illo Leonidae de arcu Cupidinis in ſe exinanito, eodem Libro Ep. XIX.

Οὐκ ἀδικῶ τὸν Ἔρωτα· γλυκὺς. μαρτύρομαι αὐτὴν
Κύπριν. βέβλημαι δ' ἐκ δολίου κέρατος.
Καὶ πᾶς τεφροῦμαι. θερμῷ δ' ἔπι θερμὸν ἰάλλει
Ἄτρακτον. λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβόλος.

hoc eſt, eodem Interprete,

Per Venerem, res dulcis Amor. quem laedere nolim.
Sed qui me feriit, perfidus arcus erat.
Sum cinis en totus. tamen ecce ſagitta ſagittam
Subſequitur: pharetrae nec datur ulla quies.

56. *Proxima poſt arcus Caeſaris haſta furit.*] ſic edidit Broukhuſius ex emendatione N. Heinſii, quem vide ad Ovid. II. Faſt. 751. & Valer. Fl. I. 144. &, ita Guyetus, quum in editionibus antea vulgatis legeretur *haſta fuit*, quod certe languidius, & licet hoc in omnibus codicibus MSS. conſtanter habeatur, *furit* tamen praeferendum videtur, etiamſi vetet & intercedat Vulpius.

57. *Vincit Roma fide Phoebi, dat femina poenas:*] editiones principes, eaſque ſecutae hoc modo interpungunt,

Vincit Roma, fide Phoebi dat femina poenas.

in aliis,

Vincit Roma, fide Phoebi, dat femina poenas.

ſed

At pater Idalio miratus Caeſar ab aſtro,
Sum Deus, en noſtri ſanguinis iſta fides.
Proſequitur cantu Triton, omneſque marinae
Plauſerunt circa libera ſigna Deae.

Illa

ſed prius longe praeferendum, *fide enim Phoebi vincere* hic dicitur Roma, quia Apollo ſupra promiſerat Auguſto v. 39.

Vince mari: jam terra tua eſt. tibi militat arcus.

niſi *fide* pro augurio Phoebi Auguſto opem adferentis, interpretari quis malit.

59. *At pater Idalio miratus Caeſar ab aſtro,*
Sum Deus, en noſtri ſanguinis iſta fides.]

Et pater in Borrich. utraque Aldi, Juntina, Colin. & Gryph. Aut *pater* in Harlejano Muſei Britannici. ſed *At pater* in Mentel. Heinſiano, Groning. & reliquis fere omnibus MSS. quibus conſentiunt primae editiones uſque ad Beroaldinam. *Italio* vitioſe in cod. Neap. *miratur* in Mentel. Groning. Leid. pr. tres Voſſ. Askew. D'Orvill. utroque, & meis, cum priſcis edd. de aſtro illo Idalio, ſeu Dioneo in antiquis Jul. Caeſaris numiſmatibus obvio, de quo veterum Scriptorum loca huc contulit Broukhuſius, vide Triſtanum Tom. I. Comm. pag. 92. minore verſu, *eſt noſtri ſanguinis* in Colot. Vatic. pr. & quinto, & utroque D'Orvill. & *noſtri* in binis Leidd. Voſſ. tribus, meo priore, & primis ceteriſque edd. antiquis. & *veſtri* in meo ſecundo. *eſt veſtri* D'Orv. pr. Marklandus adſcripſerat, forte legendum, *Et*, (vel *En*) *noſtri ſanguinis iſte, fides*. hoc ſenſu, Deus ſum: & iſte ex ſanguine noſtro probat hoc. ſed addiderat, nihil tamen temere mutandum, adpoſito Valerii Flacci loco ex Lib. I. 383. *Hic vates, Phoebique fides non vana parentis, Mopſus. fides* hic, diverſa ſignificatione ac paullo ante v. 57. ponitur pro indicio & ſigno, quo aliquid probetur. ut apud Juſtin. XIII. 1. *ut mortis ejus fides adfuit.* & XVII. 1. *fides oſtentis non defuit.* vide Patrui mei notas ad Ovid. XII. Met. 365. & ad Lucan. VIII. 688. lucem etiam huic loco adferunt, quae notavit Caſtalio Dec. V. Obſerv. cap. 3. ubi de Caeſare non ab Auguſto, ſed ab Antonio ad Senatum referente, ſtella ſeu aſtro Idalio opinionem populi confirmante, inter Deos relato differit.

61. *Proſequitur cantu Triton, omneſque marinae Plauſerunt circa libera ſigna Deae.*]

Perſequitur male in D'Orvill. ſec. *proſequi* enim hic, ut alibi, verbum honoris eſt. ut Lib. III. El. 7. 53.

Proſequar & currus utroque ab litore ovantes.

ubi vide. dein blanditur admodum lectio, quam ex ſuo optimae notae cod. MS. adfert & probat Dempſterus Lib. III. Etrur. Reg. cap. 67. circa fin.

Proſequitur conclia *Triton, omneſque marinae*
Plauſerunt &c.

ut innuat, Tritonem, Dearum marinarum comitatu cinctum, triumphali ſonitu victoriam Auguſti celebrare, quod confirmat oportunis poëtarum locis, in quibus Tritones tamquam tubicines ſuis conchis accinentes Heroibus inducuntur. alia de Tritone, concha canente, veterum loca vide apud Cerdam ad Virg. X. Aen. 209. & adde Maring. Accurſ. ad Ovid. I. Met. 331. Facit huc locus Claudiani inſignis, quo Tritonem omnemque Dearum marinarum chorum nuptiis Honorii adplaudentem deſcribit in illius Epithalamio v. 153.

Proſequitur *late volucrum comitatus Amorum,*
Tranquillumque choris quatitur mare & ſeqq.

ſimulque enumerat ſingulas maris Deas ſua munera per Venerem ſponſae Honorii mittentes, & Tritonem, qui v. 132. *concha Libycum circumtonat aequor.* receptae lectioni favere poſſet locus Senecae in Troadibus v. 202. ubi non diſſimili colore, de nuptiis Polyxenae: *Tritonum ab alto cecinit hymenaeum chorus.* & illa Statii quae ibidem adfert Gronovius, Lib. I. Achill. 55.

——— *cantuque quieto*
Armigeri Tritones eunt.

mox *circum libera ſigna*, pro *circa*, euphoniae gratia, legebant Francius & Marklandus. de quo vide ſupra ad Eleg. VI. 6.

63. *Illa*

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,
  Hoc unum, juſſo non moritura die.
65. Dî melius! quantus mulier foret una triumphus,
  Ductus erat per quas ante Jugurtha vias.

Actius

63. *Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,*
Hoc unum juſſo non moritura die.]

viſo in Heinſiano, & Askew. *viſo non peritura* in Borrich. & meo priore. *nocitura* Voſſ. quart. quod de Cleopatra hoc in loco dicit Propertius, & ſupra Lib. III. El. 9. 51.

Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili &c.

de Antonio Lib. II. El. 13. 37.

Cerne ducem, modo qui fremitu complevit inani
Actia damnatis aequora militibus,
Hunc infamis amor verſis dare terga carinis
Juſſit, & extremo quaerere in orbe fugam.

& Auctor Elegiae in Obit. Maecen. v. 47. Tom. I. Anth. L. p. 262.

Militis Eoi fugientia terga ſecutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput.

Hoc unum recte ſupplet Paſſeratius, Hoc unum triumpho Auguſti deerat, quod Cleopatra mortem non fuerit adepta die, quo eam plectere deſtinaverat Auguſtus, poſtquam Reginam hanc in triumphum duxiſſet, ſed ipſa ſibi mortem antea intulerit. tales βραχυλογίαι Propertio frequentes ſunt, ut mox *Ductus erat per quas ante Jugurtha vias,* pro ſi ducta foret Cleopatra per eaſdem vias, per quas ductus erat Jugurtha. ſic El. XI. huj. Libr. v. 13.

Si fuerint caſtae, redeunt in colla parentum.

ubi deeſt oppoſitio, ſed ſi inceſtae & inpudicae fuerint, plectuntur, ut ſupplet Vulpius. quod autem *viſo* pro *juſſo* hic in nonnullis MSS. ſit, non infrequens eſt, & ſaepe illud *juſſo* in aliam vocem commutatum fuiſſe, patet ex nota inſigni J. Fr. Gronovii ad Senecae Med. 668.

65. *Dî melius! quantus mulier foret una triumphus,*
Ductus erat per quas ante Jugurtha vias.]

tantus in Colbertino. *quantum* Voſſ. tert. illud *Dî melius* hic poni in voto optantis, quum ſemper hujus formulae uſus ſit in deprecatione malorum ac calamitatum, animadvertit Broukhuſius, neque id alibi ſibi lectum notat. non tamen ſine exemplo eſſe docent Ovidii & Lucani loca, quae adfert Livinejus. ſed & ſolita deprecandi ſignificatione exponi poſſit, ſi cum Paſſeratio & Vulpio hi verſus ironice dicti intelligantur, ut innuat, turpe nomini Romano, & exiguam Auguſto fore gloriam, ſi de muliere triumpharet, ideoque Deos *juſſiſſe*, alio die eam morituram, ne tam vilis triumphus Romanum nomen dedecoraret. Dubito tamen valde, an ita capiendum ſit, nam quia haec Aegypti Regina, cum Antonio Romam ſibi dotalem reddere meditata fuit, tanti profecto erat, praeſertim ſi ſimul cum Antonio, Reipublicae hoſte, in triumphum duceretur. certe non infra majeſtatem Imperatoriam habuit Auguſtus, quum morte properata hoc ejus votum eluſiſſet Cleopatra, imaginem hujus feminae in triumpho circumducere. vide ad Lib. III. El. 9. 49. & ſeqq. *Si mulier patienda fuit, cape, Roma triumphum.* quin & ſuperbum hujus *mulieris triumphum* vocare, Romano nomini non indecorum habuit Horatius Lib. I. od. 37. in fine, de Cleopatra:

Deliberata morte ferocior:
Saevis Liburnis ſcilicet invidens
Privata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

ſimilem in his loquendi modum Propertianum; qualis paullò ante occurrit v. 64. notandum adſcripſerat Marklandus, ita enim ſupplendum, *ſi ducta foret per vias, per quas antea* (ſeu olim, non vero *ante currum*, ut Paſſeratius etiam explicabat) *ductus erat Jugurtha*, & per *vias* illas intelligendam eſſe Viam Sacram, per quam agebantur triumphantium rotae. quo ſpectat noſtri locus Lib. II. El. 1. v. 31. & ſeqq.

Aut canerem Aegyptum & Nilum, quum tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis;
Aut Regum auratis circumdata colla catenis,
Actiaque in Sacra currere roſtra Via.

ubi vide quae notata ſunt, & ad Lib. III. El. 3. 22.

 67. *Actius*

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.
Bella ſatis cecini: citharam jam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.
Candida nunc molli ſubeant convivia luco,

Blan-

67. *Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus Una decem vicit* &c.]

Phoebi in Voſſ. quarto, & tertio pro varia lect. Heinſiano, Borrich. & meo primo. *quid ejus* in ed. Ven. 1475. & Regienſi. *quot ejus.* ed. Volſci *vincit* in Colbertino, & Voſſ. quarto. Sed lectionem illam *quod ejus una decem vicit miſſa ſagittas rates*, Broukhuſium valde olim offendiſſe patet ex his, quae libro ſuo, Notarum primitias continente, inſcripſerat; „ *putida eſt* „ *haec lectio*, *&* *verſum reddit inſuavem.* quod „ illic *lego. ſi tamen vulgatam retineamus*, ejus „ una ſagitta *erit per enallagen*, *pro* ejus unius „ ſagitta. *ut ſupra v.* 55. arcus *pro* arcum. *porro* „ *quid ſibi velit cum ſuis* decem ratibus, *prorſus ignoro. conſtat enim ex hiſtoriis, immenſam* „ *iſtam Antonii & Cleopatrae claſſem toto mari* „ *fuiſſe disjectam; erat autem ducentarum non* „ *minus navium, inmani & portentoſa mole, videndus Florus cum cura, & ceteri qui hoc bellum deſcripſerunt. Beroaldus & Volſcus haec* „ *ad verbum capiunt. ſed quid inde efficiatur, non* „ *video. vel ſi ad verbum haec capi debent, intelligenda de dedicatione navium captarum. vide* „ *Dionem apud Gonſalium de Salas ad Petron.* „ *p.* 333. Videtur poſtea ſententiam mutaſſe, quia in editis haec non leguntur. digna tamen videbantur, quae hic memorarem. ſi illud *ejus* nimis humile & putidum in elegis cenſuerit, ignorare tamen non poterat, uſum illius etiam Tibullum, alioſque, & ipſum Propertium non refugiſſe. ut contra Bentlejum, voculam hanc a carminibus etiam removentem, oſtendit, hoc ipſo loco non omiſſo, Patruus meus ad Ovid. VIII. Met. 16. & vide quae ſupra notavi ad hujus Libri Eleg. II. v. 35. *decem* illae *rates* etiam nonnihil ſollicitum habuiſſe videntur Paſſeratium; notat enim *de decem ratibus, ictu ſagittae victis nihil Plutarchus in Antonio, nec Dio Lib.* 50. Dionis locus quem adfert Gonſalius ad Petronii carmen de Bello Civ. cap. 121. Satyr. eſt initio Lib. 51. ubi memorat Auguſtum Apollini *triremem, quadriremem, & alia navium genera uſque ad decciremem, ex captis navibus conſecraſſe.* & templum Apollinis Actii ampliaſſe, Ludos quinquennales inſtituiſſe, & illic urbem Nicopolim condidiſſe. quo referri hic poſſent *Actia Monumenta.* Haec igitur numero indefinito, poëtarum more, capienda, nam ſi una tantum Apollinis ſagitta decem Antoniae claſſis naves tantum viciſſet, putidum eſſet fingere Phoebum hoc uno tantum telo emiſſo totum *pharetrae ſuae pondus conſumſiſſe in arcus*, ut ſupra v. 55. vel ſi ad verbum intelligenda, colori poëtico ſua tamen conſtabit ſana mens, victis decem Antonii navibus ictu unius ſagittae, ab Apolline ex arcu emiſſae, totam ejus claſſem panico terrore ita correptam fuiſſe, ut, Auguſto & claſſis ejus ducibus reliquas conficientibus, tota Regia claſſis fuerit diſſipata, & in fugam acta. ſic enim hac in re Virgilius VIII. Aen. 704.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper; omnis eo terrore Aegyptus & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

69. *Bella ſatis cecini: citharam jam poſcit Apollo Victor, & ad placidos exuit arma choros.*]

Bella ſatis tecum in Veneta 1475. Regienſi, & Volſci ed. *jam* deeſt D'Orvill. *exerit* in Heinſiano & meo primo. *thoros* D'Orv. pr. & in mei ſecundi margine pro varia lect. *ad placidos eximit arma thoros* in Palatino legi, notat Gebhardus ad Lib. II. pag. 229.

71. *Candida nunc molli ſubeant convivia luco,*] *ſubeam* v. c. Perreji, primus & ſec. Vaticanus, ut conjecerant Heinſius & Broukhuſius. pro *luco* in primo Vatic. *Baccho.* ut apud Tibullum Lib. I. 10. 61. *convivia ducere Baccho.* lecto Ayrmannus. idem Heinſius legebat,

Condita (vel *Candida*) *nunc molli ſubeam convivia ludo.*

ludo etiam placebat Livinejo, probante Patruo meo ad Valer. Fl. Lib. I. 251. quod firmari poſſet e Virgilio III. G. 379. *Hi noctem ludo*

Blanditaeque fluant per mea colla roſae.
Vinaque fundantur praelis eliſa Falernis,
Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas.

75. In-

de ducunt. & IX. Aen. 338. —— *ſi pretinus illum Aequaſſet nocti ludum.* ſic *noctem ducere ludo* Claudian. Epithal. Pall. 97. Valer. Fl. I: 294. *Jamque mero ludoque modus.* ita paſſim *convivia* & *ludus* junguntur. Silius Ital. XV. 273.

Tum vacui curis vicino litore menſas
Inſtituunt, feſtoque agitant convivia ludo.

Juvenalis Sat. XI. 177.

Noſtra dabunt alios hodie convivia ludos.

Statius Lib. V. Theb. 195.

Conticuere chori, dapibus ludoque recenti
Fit modus.

ut autem hic Propertius poſt egregiam pugnae Actiacae deſcriptionem ſubjungit, ea propter genio indulgendum per convivia, ludos, & Laetitiae datorem, & ſe totum in hilaritatem effundit, idemque ſibi poſcit, quod Euripideis verſibus habetur apud Polybium pag. 667. ed. Caſaub.

Καὶ καλλιχόρους ἀοιδὰς
Φιλοστεφάνους τε κώμους.

eodem modo Horatius Lib. I. od. 37. hanc ipſam Auguſti victoriam de Cleopatra & Antonio relatam lyrae aptans initio odes,

Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus, ſodales. & ſeqq.

72. *Blanditaeque fluant per mea colla roſae.*] Haec eſt Scaligeri emendatio a Broukhuſio recepta, quae innititur loco Plinii Lib. XXV. cap. 2. *Radicem ſilveſtris roſae, quam Cynorrhodon vocant, blanditam ſibi adſpectu in frutecto.* nam quod ex Tibullo Lib. I. El. 4. 65. adferat, & edidit Scaliger,

Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis:
Supplicibus miſeris fletibus ipſa favet.

adeo recedit ab elegantia Tibulliana, ut locum illum a Scaligero corruptum fuiſſe jure illic agnoſcat Broukhuſius, qui emendatius quidem edidit,

Blanditiis vult eſſe locum Venus ipſa: querelis
Supplicibus, miſeris fletibus illa favet.

ſed neque ita perſanatos eſſe verſus Tibulli opinor, quem, ſi genium ejus capio, ſcripſiſſe non dubito,

Blanditiis vult eſſe locum Venus ipſa, querelis
Supplicis, & *miſeris fletibus illa favet.*

Scaligeri etiam veſtigia, tam in hoc noſtri, quam Tibulli loco, preſſo pede male ſecutus eſt Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. XI. & Paſſeratius ad h. l. Eſt enim longe alia hujus loci ratio. *Blanditiaeque* in pleriſque codd. & vetuſtioribus edd. quibus paria faciunt Regius, Colbert. Groning. duo Leidd. tres Voſſ. & uterque D'Orvill. *Blandiciaeque* in Askew. & meo primo. *Blandidutaeque* duo Vaticani, & v. c. Ant. Perreji, qui etiam adſcripſerat Pontanum legiſſe *Blanduſiaeque fluent.* cogitabat, ni fallor, fontem *Blanduſiae*, vel, ut ex vetuſtioribus codicibus praetulit Bentlejus, *Banduſiae*, Horatio celebratum Lib. III. od. 13. init. quem vocat *dulci mero dignum, non ſine floribus.* nomen certe roſis celebrioribus proprium requiri videtur, & blanditur admodum Lucae Fruterii conjectura, quam tranſcripſerat Ger. Falcoburgius in ſuum librum, qui eſt in Biblioth. Leidenſi,

Blandinaeque *fluant per mea colla roſae:*

addideratque, *Blanda urbs eſt Brutiorum & Lucaniae, utraque floribus abundans.* G. Fabric. *III. Partit. Gramm.* eamdem quoque emendationem margini ed. Rovillianae adleverat Janus Douſa P. de hoc oppido *Blanda* vide Cluver. Lib. IV. Ital. Antiq. cap. 14. pag. 1263. & hanc emendationem admittam lubenter, ſi *Blandinarum roſarum* celebritas aliquo veteris ſcriptoris loco probata occurrat. *fluent* in Mentel. & primo Leid.

73. *Vinaque fundantur praelis eliſa Falernis,*
Terque lavet noſtras ſpica Ciliſſa comas.]

plenis Falernis in Borrich & Heinſiano. *praelis elixa* Askew. *Perque lavet* in Neap. Borrich.

 Askew.

Ingenium potis irritat Muſa poëtis.
Bacche, ſoles Phoebo fertilis eſſe tuo.
Ille paludoſos memoret ſervire Sicambros:

Cepheam

Askew. Voſſ. pr. D'Orvill. ſecundo & meo. quod ſi in ſuis codd. reperiſſet Gebhardus, ſine dubio amplexus fuiſſet tamquam tmeſeos gemmulam *Perque lavet* pro *perlavet*. *Terque velet* in Voſſ. quarto. dein *ſpica caliſſa* Mentel & Askew. *Caliſa* in Borrich. Heinſ. & meo primo. *Cyliſſa* in ſecundo, ut in vetuſtiſſ. edd. vel *Cyliſca.* *ſpica* haec *Ciliſſa* viris doctis diverſarum opinionum campum aperuit. *Crocum*, cujus Cilicia ferax, erudita animadverſione intellexit Scaliger; & ante eum Volſcus, licet dubitanter, nam *Syriſca* etiam legendum conjecit, de nardo *Syriaco* explicans. nardinum unguentum, ex ſpica nardi confectum expoſuit Beroaldus. unde & ſic per *ſpicam Ciliſſam* indicari *nardinum unguentum*, margini ed. Ald. adſcripſerat Ant. Perrejus, Beroaldum procul dubio ſecutus. crocinum unguentum, quo comas perfundebant, intelligi Paſſeratio placebat, quod rejicit editor Elector. Etonenſ. Maj. p. 168. quamquam id minime abſurdum videatur. pro nardo, cum inſigni verborum in Scaligerum contumelia, digladiatus eſt Joannes Faber, Bambergenſis, Medicus Romanus, in Diſputatione de Nardo & Epithymo, Scioppio ſuo inſcripta, & edita Romae 1607. Scaligeri tamen ſententiam amplectuntur Ciofanus & Neapolis ad Ovid. I. Faſt. 76. & N. Heinſius, qui vitio memoriae hunc Propertii locum ſic adfert,

Et lavet accenſas ſpica Ciliſſa comas.

manu aberrante & confundente cum *accenſis focis*, a Naſone illic memoratis, quia croci etiam uſus in ſacrificiis. eidem quoque Scaligero ſuum calculum adjecit Salvagnius Boëſſius ad Naſonis Ibin v. 202. ſed Hieron. Mercurialis, Medicorum Italorum vir olim eruditiſſimus, non quidem de mero croco, ſed potius de crocino unguento, quod in Cilicia laudatiſſimum, exponit Lib. VI. Variar. Lect. cap. 7. licet addat, non inconcinne etiam de nardo intelligi poſſe, ut ſub *ſpicae Ciliſſae* nomine nardum Syriacum innuerit poëta, quod Volſco placuiſſe modo notavi. plura dabunt Turnebus Lib. VIII. Adverſ. cap. 2. & Salmaſius ad Solin. p. 747. & ſeqq. ſed ſingulorum diverſas ſententias rerum harum peritis diſcutiendas relinquamus.

75. *Ingenium potis irritat Muſa poëtis.*] *poſitis irritet* male in Neap. Regio, Colbert. Borrich. Groning. Excerptt Scalig. primo Leid. Voſſ. pr. & quarto, D'Orv. ſec. meo priore, ed. Veneta 1475. Rhegienſi, ac Volſci. Aldi prima, Juntae, & Colinei, & ſic adfert Neſtor in Vocabular. pag. 71. ſed *potis* in cod. Vatic. ſec. ed. Ven. 1487. Aldina ſecunda, Mureti, Rovill. Gryph. Canteri, & aliis. *potos* pro temulentis, vinoſis, etiam dixit Lib. I. El. 16. 5.

Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis.

& IV. El. 8. 32. *potae non ſatis unus erit.* Ovid. III. Faſt. 542. *ſenem potum pota trahebat anus.* ita *potus paſtor* Tibullo Lib. II. El. 5. 89. & ibid. v. 101.

Ingeret hic potus juvenis maledicta puellae.

& ſaepe apud alios. non opus igitur *poſitis* cum Paſſeratio defendere ex alio noſtri loco Lib. I. El. 3. 15.

Subjecto leviter poſitam tentare lacerto.

ubi *poſita lacerto*, ſeu, *cubito ſubnixa*, ut dicitur Auctori Culicis v. 348. alio ſignificatu ponitur, ut ex notis patebit. *irritat* recte Scaliger, Livinejus, & Paſſeratius, diſſentientibus licet ſcriptis & editis. *Phoebo tuo fertilis* Marklandus exponebat in gratiam Phoebi, fratris tui. ut apud Virg. VII. Aen. 724. *Turnoque feroces Mille rapit populos.* id eſt, in gratiam Turni. vide ſupra ad v. 24. *patriae vincere docta ſuae.*

77. *Ille paludoſos memoret ſervire Sicambros:*] *Illa* D'Orv. pr. *ſevire* Voſſ. quart. Groning. Askew. & D'Orv. ſec. *Licambros* in Borrich. & meo primo. *Sycambros* in primo Leid. & priſcis edd. *Sygambros* ſcribendum praeferunt viri eruditi. vide Interpretes ad Ovid. I. Am. 14. 49. & Valeſiana pag. 91. & hos plerumque cum Suëvis & Britannis confuſos notat Oudend. ad Suet. Aug. cap. 21. pag. 187. vide ſupra ad Lib. II. El. 14. 25. dein *Cephean Merom* Neap. *Cephean hic Myron* in Excerpt. Modii. *mirum* meus primus. *mirim* Borrich. *Cephean* in Mentel. & Leid. pr. *Cepheam hinc merorin* ed. Ven. 1475.

Cepheam hic Meroën, fuſcaque regna canat.
Hic referat ſero confeſſum foedere Parthum:
Reddat ſigna Remi: mox dabit ipſe ſua.
Sive aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois,
Differat in pueros iſta tropaea ſuos.
Gaude, Craſſe, nigras ſi quid ſapis inter arenas:
Ire per Euphraten ad tua buſta licet.

Sic

1475. & Regienſis, Aethiopum populos innuit. Ovidius IV. Met. 668. *Aethiopum populos, Cephea conſpicit arva.* ubi *Cephenam Meroën* hoc in loco adfert Heinſius. ſubintelligitur autem ex praeced. verſu *ſervire*, in ſervitutem redactos eſſe canat. per *fuſca regna* Indos indicare videtur, vel Aegyptios. Tibullus Lib. II. 6. 37.

Illi ſint comites fuſci, quos India torret.

noſter Lib. II. El. 24. 15.

An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis.

ubi vide. *fuſcaque ſigna* male in Voſſ. quarto, Heinſiano, & meo priore. *fuſca* horum populorum *regna* vocat, quae poëtis *ſole peruſta* paſſim dicuntur. vid. ſupra ad El. III. huj. Lib. v. 10. hinc *Meroën in peruſtam Syënen recedere* dicit Macrob. II. in Somn. Scip. cap. 8. Meroën vero *ſedem Aegypti* vocat P. Mela Lib. III. c. 9. init. ubi vide Vadianum & Iſ. Voſſium.

79. *Hic referat ſero confeſſum foedere Parthum. Reddat ſigna Remi, mox dabit ipſe ſua.*]

Hinc referat fero in primis edd. *Hoc referat* pr. Leid. *Hec referat ferro* in meo ſec. *confoſſum* Askew. *cedere Parthum* D'Orvill. ſec. variis conjecturis hunc locum ſollicitabat Heinſius in notis ad Propert. p. 750. vel enim tentabat *confeſſum foedera*, aut *ſero confectum foedere.* vel *Hic referat Seras, confeſſum & foedera Parthum.* vel denique *Hic referat ſero confeſſa in foedera Partho Reddere ſigna Remi.* e quibus, *ſero confectum foedere* prae ceteris placet. vel, *Seras, confeſſum & foedera Parthum.* ut Lib. III. El. 3. 5. pulchre emendavit,

Seres & Auſoniis venient provincia virgis,
Adſueſcent Latio Partha tropaea Jovi.

confectum voluerat quoque Livinejus. conferenda autem haec ſunt cum illis Virgilii VII. Aen. 606. de Romanis:

Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,
Hyrcaniſve Arabiſve parant, ſeu tendere ad Indos,
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna.

ubi vide Valentem Guellium. *Reddit ſigna* Groning. ut legebat Ayrmannus. *ipſa ſua* Voſſ. quart. de ſignis Parthorum receptis vide ad Lib. III. 3. 70.

81. *Sive aliquid pharetris Auguſtus parcet Eois, Differat in pueros iſta tropaea ſuos.*]

Sive aliquis in pleriſque codd. Neapol. Mentel. Groning. Heinſiano, Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. meis, & priſcis edd. uſque ad Beroaldinam, in qua *aliquid*, ut in reliquis. *Sive aliquis* v. c. Perreji, & duo Vaticani. *paret* in Voſſ. quarto, & meo primo. *parcit* in Heinſiano. *Deferat* D'Orvill. pr. *Differet* correxerat Francius. quod probo. ſenſum recte Interpretes exponunt *Differet in pueros*, filios ſeu progeniem ſuam, & quidem, ut puto, intelligit Cajum Caeſarem, Agrippae filium, qui adoptatus ab Auguſto in Parthos expeditionem ſuſcepit. niſi per *pueros* ſimul etiam Germanicum & Tiberium ab eo adoptatum intelligamus. Facit huc adpoſitus Ovidii locus Lib. I. A. A. 179. & ſeqq. ubi forte haec Propertii reſpicit:

Parthe, dabis poenas: Craſſi gaudete ſepulti,
Signaque barbaricas non bene paſſa manus.
Ultor adeſt: primiſque ducem profitetur in annis:
Bellaque non puero tractat agenda puer. &c.
Auſpiciis animiſque patris, puer, arma movebis:
Et vinces animis auſpiciiſque patris.

ubi vide eruditorum notas. e quibus patebit *Craſſi buſta* hic inproprie dici, quia Craſſi inſepulti honore tumuli caruerunt; unde *nudos Craſſorum cineres*

Sic noctem patera, ſic ducam carmine, donec
Injiciat radios in mea vina dies.

ELEG.

cineres vocat Lucanus Lib. IX. 64. vide Patrui mei notas ad ejuſdem Lib. I. 11.

85. *Sic noctem patera, ſic ducam carmine, donec*
Injiciat radios in mea vina dies.]

Sic vocem male in Voſſ. pr. & D'Orvill. *fallam carmine* referre Paſſeratium notat editor Elect. Etonenſ. quod tamen apud Paſſeratium non reperi. *ducere* vel *producere noctem patera*, ludo, vel cantibus, elegantiſſima locutio eſt, pro extendere, proferre. vid. ad Lib. I. El. 4. 39. & El. XI. 5. Virgil. III. G. 379. *Hi noctem ludo ducunt.* Joſephus Iſcanus VI. de Bel. Troj. 777.

At quibus in menſas noctis productior uſus,
Aut verbis vigilata quies.

ubi legendum, *Aut* ludis *vigilata quies.* quod ſuadet locus Hygini Fab. 108. de hac eadem Trojanorum caede. *quum noctu luſu atque vino laſſi obdormiſſent* &c. & hoc firmatur ex eodem poëta Lib. III. 208.

Plebs quoque Junoni celebres confluxerat Argos,
Ludificum ductura diem.

ita ſcribend. non *celebrem*. Statius VIII. Th. 219. *vario producunt ſidera ludo.* Valer. Fl. I. 251.

Dulcibus adloquiis ludoque educite noctem.

ubi multa vide in notis Patrui mei. *Irradiat medios* vitioſe adfert D'Orleans ad Tacit. p. 381. *in mea jura* corrupte in Heinſiano, & meo primo. elegantiſſimi hujus diſtichi colorem ſic depingit Tibullus Lib. I. El. 10. 51.

Illam ſaepe ferunt convivia ducere Baccho,
Dum rota Luciferi provocet orta diem.

quem locum & hunc noſtri Janus Gruterus Lib. XIV. Suſpic. inedit. cap. 4. confert cum illo Plautino Menaechm. Act. I. Sc. 2. 62.

Inde uſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Virgil. IX. Aen. 335. & ſeqq.

——— *qui plurima nocte*
Luſerat inſignis facie, multoque jacebat
Membra deo victus: felix, ſi protenus illum
Aequaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet.

ſimile illud Horatii Lib. III. od. 21. fin.

Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat aſtra Phoebus.

quod cum Alcaei verſibus, & Epigrammate veteri ex Anthol. Graec. Lib. VIII. contulit Rutgerſ. in Venuſin. Lect. cap. IV. p. 255. pari locutione Ariſtophanes Pluto v. 744.

—— καὶ τὴν νύχθ' ὅλην
Ἐγρηγόρεσαν, ἕως διέλαμψεν ἡμέρα.

huc refer illud Senecae Epiſt. 59. *cum illos nox inter vina defecit.* ubi *vitia* in MSS. & cod. Biblioth. Amſtelaed. quod male praefert Lipſius. qui his aptiora, cum de tempeſtivis conviviis agit, dedit ad Tacit. XIV. Annal. Excurſ. A. in fine. & adde veterum loca in notis Gebhardi.

ELEG. VII.

Sunt aliquid manes: letum non omnia finit:
Luridaque evictos effugit umbra rogos.

Cynthia

ELEG. VII. v. 1. *Sunt aliquid manes:*] DE CYNTHIA vel AD CYNTHIAM inſcribitur in codd. MSS. & edd. antiquis. in Borrichiano, QVOD ANIMA SIT IMMORTALIS. in meo priore, QVALITER VMBRA CYNTHIAE IAM DEFVNCTAE APPARVIT SIBI IN SOMNIS. ex Homero Iliad. Ψ. v. 65. & ſeqq. ubi Patrocli umbra Achilli adparet, Propertium hic multa imitatum eſſe, notavit Valens Guellius ad Virgil. V. Aen. 99. pag. 294. & Bernardinus Realinus Adnot. in Varios Script. cap. X. Non ſuo loco legi hanc Elegiam, idque cuivis patere ex proxime ſequenti, notaverat Broukhuſius. Ex hoc verſu patet apud Juvenalem Sat. II. 149. legendum,

Eſſe aliquid manes, & ſubterranea regna.

non *aliquos*, ut recte etiam notavit Schurzfleiſchius. & Sat. I. 74. ex cod. Voſſ. & Baſileenſi, *Si vis eſſe aliquid.* Ovid. VI. Met. 542. *ſi numina Divum ſunt aliquid.* & Lib. I. Am. 12. 3. *Omina ſunt aliquid.* ubi vide notas. Quinctilianus Prooem. Lib. I. pag. 10. *Eſt certe aliquid conſummata eloquentia.* Sed plura de hac locutione dabunt Heinſii & aliorum notae ad Ovid. Epiſt. IX. 106. Epiſt. XII. 31. & III. A. A. 755. vide etiam Paſſeratium, qui hanc lectionem copioſe firmat in notis ad h. l. ſed eum alibi legiſſe *Sunt igitur manes*, notat Gebhardus, in cujus Palatino priore, *Sunt aliqui manes.* pro *omnia* Ciofanus ad Ovid. IV. Triſt. X. 86. adfert: *nomina.*

2. *Luridaque evictos effugit umbra rogos.*] libros omnes MSS. cum editionibus melioribus habere *Lurida* notat Broukhuſius, quod de meis etiam codicibus adfirmare poſſum, ſi excipias unum Vaticanum quintum, in quo *Lucida*, ut praeter Venetam 1475 quam ſolam memorat, etiam eſt in Regienſi, utraque Aldi, Juntina, Colinei, Gryphiana 1551. Antverp. Chriſt. Plantini 1560. & Lugdunenſi Jacobi Graſſeri 1607. & ita legiſſe Auratum notaverat Douſa P. Ant. Perrejus Aldinae ed. adſcripſerat: *Legi etiam poteſt* Lucida umbra, *id eſt anima clarorum manium evincit rogos, & ſuperat poſt mortem.* Gutherius etiam *Lucida* probabat Lib. II. de Jure Manium cap. 16. p. 275. ideo quia umbrae pellucidae fulgore ſuo aedes conplere fingebantur. vera tamen & bene a Paſſeratio & Broukhuſio adſerta eſt lectio *Lurida umbra*, quae propria umbrarum, cadaverum, & rerum quarumque feralium vox eſt. idque probaſſe videtur Delrius, quia ſic adfert in Comm. ad Senecae Troadas pag. 451. & ita Livinejus & Gebhardus, & ante eos Volſcus ac Beroaldus. infra El. XI. 8.

Obſerat herboſos lurida porta rogos.

Tibullus Lib. III. El. 3. in fin.

Me vocet in vaſtos amnes, nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

eadem variatio apud Auctorem Culicis v. 46.

Lurida qua patulos velabant gramina colles.

ubi *Lucida* in MSS. deinde *evinctos* in Neapol. Mentel. Borrich. Heinſiano, Harlejano Muſei Britann. Leid. ſec. Voſſ. tribus, utroque D'Orvill. & meis. ſed ex primis edd. id tantum reperi in Venet. 1487. reliquis *evictos* conſtanter tuentibus; *quos* Broukhuſius interpretatur plane victos, extinctos, mortuos. ſed videtur proprie accipiendum. umbra enim evincit rogum effugiendo, ſeu ex igne rogi evolando. vide hic Paſſeratium, qui teſtatur in aliis libris *exſtructos* vel *evinctos* legi, unde ex utraque lectione *extinctos* vel *exſtructos* conjiciebat. ut in ora ed. Gryphianae, cui Neap. & aliorum codicum variantes adſcripſerat, etiam conjecit N. Heinſius. ultimum probari poſſet loco ſimillimo Ovidii, quo hunc imi-

Cynthia namque meo viſa eſt incumbere fulcro,
Murmur ad extremae nuper humata viae.
Quum mihi ſomnus ab exſequiis penderet amaris,
Et quererer lecti frigida regna mei.
Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos,
Eoſdem oculos: lateri veſtis aduſta fuit.

Et

imitatus videtur, IV. Triſt. El. 10. v. 86.

Si tamen extinctis aliquid, niſi nomina, reſtat,
Et gracilis ſtructos effugit umbra rogos.

ubi Cioſanus hoc in verſu *lucida* & *evictos* adfert. hinc paſſim in Numis antiquis, in Imperatorum defunctorum & Auguſtarum honorem cuſis, quorum epigraphe eſt CONSECRATIO, conſpicitur rogus pulchro artificio exſtructus, e quo effugit anima, quae in vertice vel aurigis in altum vehitur, vel a pavone aut aquila ex ara evolante ad ſidera fertur. cujus ritus originem exponit Triſtanus Tom. I. Comment. pag. 587. & Meurſius ad Lycophr. v. 261. pag. 57.

4. *Murmur ad extremae nuper humata viae.*] ita in omnibus fere codd. MSS. & edd. antiquis niſi quod *Marmor* in Excerpt. Scalig. & D'Orvill. altero a manu ſec. ut Lipſius, Fruterius, & Guyetus, qui per *marmor* intelligebat viam marmore ſtratam. ſed recte Heinſius in Notis Propertianis pag. 751. obſervat vias non marmore, ſed ſilicibus ſtratas fuiſſe. cui placebat lectio codicis veteris a Paſſeratio memorata

Margine in extremae nuper humata viae.

id eſt in ripa Anienis, ubi via extrema deſinit. ut in Epitaphio Cynthiae v. 86. hujus Elegiae, *Acceſſit ripae laus, Aniene, tuae.* neque inelegans videtur haec lectio, quam praetuli olim in notis ad Lotichium pag. 348. certe Lipſianum *marmor* merito rejecerunt Paſſeratius & Broukhuſius, qui ex inſcriptione veteri in ponte Salario ſuper Anienen, haec adfert,

Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas,
Et libet iratae cernere murmur aquae.

quod epigramma integrum edidi in T. I. Anth. L. p. 473. *Murmur ab* in Askewiano.

5. *Quum mihi ſomnus ab exſequiis penderet amaris,*] ita recte hic verſus exhibetur in cod. Neapol. Colbertino, Menteliano, aliiſque notae melioris, qui ſuos Propertio ſervarunt numeros, quos magis ſonoros reddere ſibi viſi ſunt, qui tranſpoſuerunt,

Quum mihi ab exſequiis ſomnus penderet amaris.

ut habetur in Regiis, Borrich. Groning. Leid. ſec. duobus Voſſ. D'Orvill. ſec. aliis, & pleriſque edd. antiquis, in quibus etiam *amoris*, pro *amaris*, ut recte emendantem Livinejum laudat Broukhuſius. quod a quinto Vaticano firmatur. *exquiliis* etiam vitioſe in Veneta 1475. Reg. Lep. & Volſci, & mox *lethi* pro *lecti* in D'Orv. ſec. Tales autem tranſpoſitiones verborum ſaepe noſtro ingeſſerunt, quibus aures ad numeros Propertianos non erant factae, ut aliis etiam in locis plus ſemel notavi. vid. ad Lib. I. El. 7. 4. & ad Lib. II. El. 24. 9. & ſimili perverſitate in Tibullo etiam graſſatos fuiſſe correctores intempeſtivos, optime animadverit Cl. Heynius ad illius Lib. II. El. 6. 20. pag. 136. non tamen ſemper id mutare potuerunt, ſi obſtaret lex metri. ut infra h. Eleg. v. 37.

Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.

penderet de ſomno dubio & incerto, quem verbi uſum illuſtrant Patrui mei notae ad Quinctilian. Lib. VII. 4. p. 631. *frigida lecti regna* imitatur P. Lotichius Lib. III. El. 5. 4.

Inmatura meae cum flevi fata puellae,
Et deſolati frigida regna tori.

7. *Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos, Eoſdem oculos* &c.]

Hoſdem in Neap. Vatic. ſec. Regiis, Colbertino, Mentel. Excerpt. Scalig. Askew. Borrich. Groning. primo Leid. Voſſ. prim. & quart. utroque D'Orv. meo ſecundo, & priſcis edd. uſque ad Aldinas, ceteraſque, in quibus recte *Eoſdem.* & ſic adfert Neſtor in Vocabul. p. 153. b. per

ſy-

Et ſolitam digito beryllon adederat ignis,

10. Sum-

ſynaereſin enim in duas ſyllabas contrahitur. ut Lib. II. El. 7. 88.

Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor,

& El. 20. 43.

Certe iiſdem nudi pariter jactabimur oris.

III. 4. 36.

Hac eadem rurſus, Lygdame, curre via.

& ſic legendum putabat Heinſius Libro eodem El. 22. 6.

Atque eaedem ſine me verba diſerta loqui.

vide Valent. Guellium ad Virg. XII. Aen. 847. Barneſ. ad Euripid. pag. 516. & Mureti notam ad Catulli Priapejum T. II. Anth. L. p. 569. ita in verſibus Moralibus, Catonis nomen fruſtra jactantibus, Diſtich. XVIII.

Non eodem curſu reſpondent ultima primis.

ubi vide Interpretes. & apud Paulinum Natal. XII. Felicis v. 327.

Et totidem lectos eadem de grege minores.

ut mendoſe ex cod. Ambroſ. edidit Muratorius, ſed recte *eadem de gente* ex cod. Bononienſi Mingarellus reſtituit. Haec autem referenda ad opinionem veterum, qua credebant manes & umbras, eodem habitu adparere, quo e vita exceſſerant. & adhaeret noſter illis Homeri d. l. Il. Ψ. 66.

Πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε ϗ ὄμματα κάλ' εἰκυῖα,
Καὶ φωνήν. ϗ τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο.

Talis Hector *bijugis raptatus, aterque Cruor pulvere.* Aeneae adparet apud Virg. II. Aen. 270. & ſeqq. quem preſſo pede imitatus Seneca in Troadib. v. 443. & ſeqq. neque aliter umbra Deiphobi, *laceri crudeliter ora*, eidem Aeneae ſe ſiſtit Lib. VI. Aen. 495. Tibullus Lib. I. El. XI. 37. de illis qui bello interierunt, ex emendatione Heinſiana:

Illic exeſiſque genis uſtoque capillo
Errat ad obſcuros pallida turba lacus.

vide illic Cl. Heynii notas p. 84. praeſertim Lib. II. El. 7. 21.

Ne tibi neglecti mittant nova ſomnia manes,
Maeſtaque ſopitae ſtet ſoror ante torum.
Qualis ab excelſa praeceps delapſa feneſtra
Venit ad infernos ſanguinolenta lacus.

ubi pluribus poëtarum locis id illuſtravit Broukhuſius. veterum veſtigia ſecutus eſt non inelegans Scriptor Paſſionis Perpetuae & Felicitatis pag. 14. & 15. *ſordido vultu, & colore pallido, & vulnus in facie ejus, quod cum moreretur, habuit.*

[9. *Et ſolitam digito beryllon adederat ignis,*] *ſolitus* v. c. Fruter. *ſolitum* in omnibus codd. & edd. vetuſtis. *beryllos* Neap. *ſolitam* bene correxit Heinſius. Lib. I. Adverſ. cap. 2. & in notis Propertianis pag. 751. ut ſupra El. III. 52. etiam legendum exiſtimabat *Beryllusque tuas ornet aqueſa manus.* intellige annulum beryllo inſignem, quem Cynthia ſolita erat quotidie geſtare, quum viveret, unde hunc locum cum illo Ovidii VI. Met. 686. confert Janus Douſa,

——— *horridus ira,*
Quae ſolita eſt illi, nimiumque domeſtica.

ad morem, quo conburendorum cadaverum digitis gemmae indui ſolebant, hunc locum adverſus Kirchmannum exponens refert Th. Bartholinus in Antiqq. Danicis Lib. II. cap. 10. pag. 504. & vide Franc. Victorium in Diſſert. Glyptograph. cap. VI. pag. 13. Annulos tamen morituris detractos fuiſſe, & hic tantum humatam indicari Cynthiam ſpecie viventis adparere poëtae, errore Harduini graviter caſtigato, contendit Celeb. D'Orvillius ad Charit. pag. 140. ſed ignoſcant mihi Deceſſoris eruditiſſimi manes, ſi ejus ſententiae non ſubſcribam, quia obſtare videntur *veſtis aduſta*, & *beryllos igne adeſa*, quae non humatam, ſed rogo conſumtam indicant, & tamen ſana eſt poëtae fictio, Cynthiam iiſdem oculis, iiſdemque capillis, quibus elata erat, antea quam pyrae inponeretur cadaver, ſibi in ſomnio viſam fuiſſe. *ademerat* male in Regio, Voſſ. pr. meo ſecundo, & ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. vulgatam adjuvat vitioſa cod. Askewiani ſcriptura *adderat*, & editionis Colinaei *aderat*, calami & typi errore. recte igitur contra Auratum, *obederat* legentem, alteram lectionem

exem-

Summaque Lethaeus triverat ora liquor.
Spirantiſque animos, & vocem miſit: at illi
Pollicibus fragiles increpuere manus.
Perfide, nec cuiquam melior ſperande puellae,
In te jam vires ſomnus habere poteſt?
Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburae,

Et

exemplis tuetur Broukhuſius. quibus adde illud Ovidii Lib. I. Am. 15. 41

— cum me ſupremus adederit ignis.

ubi vide Heinſium, & Marklandum ad Statii Silvas p. 297.

10. *Summaque Lethaeus triverat ora liquor.*] perperam explicat Paſſeratius, paullatim faciem inminuerat, Lethaeos latices ſaepe bibendo. melius Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 174. & 175. emendabat. *tinxerat ora liquor*, ut requirunt *ſumma ora*, additque, Sannazarium ſic etiam legiſſe, probari ex illius imitatione Lib. I. El. VI. 20.

Te non inmemorem carae fore conjugis umquam,
Etſi Lethaeus tingeret ora liquor.

vel *tinxerat ora color* hic legendum conjicit. quum tamen omnes codd. MSS. & edd. veteres unanimi conſenſu *triverat* tueantur, illud forte melius cohaeret cum praecedentibus *veſtis aduſta fuit, & beryllon adederat ignis*, ut aliquid paſſa etiam fuerint adtrita *ſumma* ejus *ora*, ſeu labella, ab aqua Lethaea, quam libaverat, non autem ſaepe inbiberat; ſic enim amatoris ſui oblivia penitus potaſſet, & inepte fingeretur cum eo hac Elegia adeo expoſtulare pro indole, & aſperitate ingenii, quam vividis adeo coloribus ſaepe deſcribit Propertius.

11. *Spirantiſque animos, & vocem miſit: at illi*
Pollicibus fragiles increpuere manus.]

Spirantes in nonnullis codd. & editionibus vetuſtis. hoc eſt iracundos, & multa minantes animos. ſeu animoſe locuta eſt, ut Guyetus. ſic *magna ſpirare* de ſuperbia & faſtu, Lib. II. 12. 54. ubi vide notata. & ita profert Grangaeus ad Juvenal. Sat. XIII. 114. ſed *ſpirantiſque animos*, quod plures numero habent membranae, & codex Harlejanus Muſei Britannici, praeferendum, hoc eſt, quales viventis fuerant animi & ferocia. vide hic Paſſeratium. *Spiranteſque oculos* in Aſkewiano. *animas* Fruterius varie conjecerat, *Suſpiranſque animas vix vocem emiſit.* vel *Suſpiranſque animo.* aut *Suſpiranſque imo*, pectore ſcilicet, vel denique, *Spirantemque minas ita vocem emiſit.* quod ultimum ceteris conjecturis praeferrem, ſi quid mutandum eſſet. *ſuſpiransque animas.* Heinſius *Suſpiriumque* v. c. Perreji. *vocem mittere* vel *emittere* veteribus frequens. ut docent loca a Paſſeratio & Vulpio producta. & vide Patrui mei notas ad Petron. cap. XIX. p. 65. & ad Phaedr. IV. 10. 4. idem Heinſius legebat, *Suſpiranſque animo vix vocem emiſit, & illi Pollice bis fragiles increpuere manus.* eum vide Lib. I. Adverſ. cap. 3. & in Not. Prop. p. 751. pollices, ſeu digitos cum pollice junctos crepitando iracundiam indicabat, & *fragiles*] *manus* dicit, quales erant mortuorum. Douſae explicationem Lib. I. Praecid cap. 8. firmant notae Erhardi ad Petron. cap. 17. ubi ſimiliter Quartilla *manibus inter ſe uſque ad articulorum crepitum contritis* iram effundit, & ita recte etiam hunc locum expoſuit Jac. Gutherius Lib. II. de Jure Manium cap. 16. pag. 281. refutatque Scaligerum de geſtu illorum, qui ſe conponebant ad dicendum, explicantem.

13. *Perfide, nec cuiquam melior ſperande puellae,*
In te jam vires ſomnus habere poteſt?]

nequicquam in D'Orvill. primo & meo. *ſperanda* Mentel. Heinſian. Borrich. & meus prior. *ſperandae* in altero. Scaliger ad Catalecta pag. 17. priorem verſum contulit cum illo ex auctore Culicis v. 131. ubi legit,

Perfida lamentanda diu mala, perfide multis,
Perfide Demophoon. & nunc deflende puellis.

ſic enim tertius hic verſus, qui in vulgatis exemplaribus deſideratur, legitur in codice Petaviano. *& nunc defende puellam* in vetuſtis edd. ſed quem ut ſuppoſititium rejecit eruditiſſimus Heynius. minor hujus loci verſus exprimit illud Patrocli ad Achillem apud Homerum d. l. v. 69.

Εὕδεις, αὐτὰρ ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ.

15. *Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburae,*] *exciderant* plerique codd. cum Leidanis, Voſ-

Et mea nocturnis trita feneſtra dolis?
Per quam demiſſo quoties tibi fune pependi!
Alterna veniens in tua colla manu.
Saepe Venus trivio conmiſſa, & pectore mixto
Fecerunt tepidas pallia noſtra vias.
Nec crepuit fiſſa, me propter, arundine cuſtos:
Laeſit & objectum tegula curta caput.

Foe-

Voſſianis, utroque D'Orvill. & meis, ac vetuſtis edd. *vigilacis tecta* in Leid. pr. Voſſ. duobus, primo D'Orvill. & meo. *vigilatis tecta ſubire* in Regiis codd. Veneta 1475. Reg. Lep. & Volſci. *vigilantis tecta ſubire Ven.* 1487. *ſubire* etiam in Voſſ. pr. & D'Orvill. & meo ſecundo. *vigilantis furta ſuburrae* in Neap. Colbert. Borrich. Groning. *vigilacis* recte in v. c. Perreji, Neap. Scalig. Excerpt. Leid. & Voſſ. pr. ut frequens haec confuſio eſt vid. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 307. idque jure praetulit Broukhuſius. & *Suburam vigilacem* de canum frequentia, quae ad aedes meretricum in regione Suburana habitantium vigilabant, expoſuit ad Tibull. I. 7. 32. hinc *Suburanae puellae* de inpudicis, quarum frequentes illic erant cellae. vid. ad Tom. II. Anth. L. p. 514. *vigilacis ſcorta Suburae* Heinſius. qui *vigilacis* ex libris veteribus hic ſcribendum monuit ad Ovid. II. Met 779. ſed bene *furta* de clandeſtinis amoribus, ut paſſim, intelligit idem Broukhuſ. *Suburrae* male in Voſſ. pr. D'Orvill. pr. meo ſecundo, & edd. antiquis. *Subura* enim ſemper ſcribendum. neque etiam placet cum Heinſio *nocturnis trita feneſtra ſonis* pro *dolis*. quod ſatis refellitur ex verſu ſeq. *demiſſo quoties tibi fune pependi.* ut maritum nempe falleret. ſic Lib. III. El. 22. 18.

Et quaecumque volens reperit non ſtulta puella,
Garrula quum blandis ducitur hora dolis.

17. *Per quam demiſſo quoties tibi fune pependi!*] *dimiſſo* male in ſec. Leidenſi. in animo habebat illud Virgilii Lib. II. Aen. 262. *Demiſſum lapſi per funem.* ubi vide Val. Guellium. adpoſitus eſt Ciceronis locus II. Philip. cap. 18. de libidine Antonii: *Quoties te pater ejus* (Curionis) *domo ſua ejecit, quoties cuſtodes poſuit, ne limen intrares? cum tu tamen nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere, quae flagitia domus illa diutius ferre non potuit.*

19. *Saepe Venus trivio conmiſſa, & pectore mixto*
Fecerunt tepidas pallia noſtra vias.]

commixta eſt in duobus Leidd. Voſſ. tert. & quarto, utroque D'Orv. & meis. *commiſſa eſt* Voſſ. prim. *conmiſta* Vatic. quint. *cum mixta* Colotian. *quum miſta* primus Vatic. *commiſſa* vera lectio eſt. quam bene ex Poſthiano, ſeu Groningano, amplexus eſt Modius in Novantiquis pag. 85. & N. Heinſius ad Ovid. Rem. Am. 407. *trivio* pro in trivio. ut in MSS. apud Ovidium Lib. I. Am. 12. 13. *Projectae triviis jaceatis, inutile lignum. tempore mixto* Voſſ. tert. & D'Orvill. ſec. *eſt tempore* Askew. altero verſu *trepidas* vitioſe in Mentel. Regio, primo Leid. duobus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo ſecundo. ſed *tepidas* recte Heinſius ad Ovid. d. l. quod firmatur ex alio Naſonis loco Epiſt. X. 54.

Strataque, quae membris intepuere tuis.

idem Lib. I. Adverſ. cap. 3. haec ita conſtituit,

Saepe Venus trivio commiſſa eſt: pectore mixto
Fecerunt tepidas &c.

pro *pallia* in quinto Vatic. Regio, Colbert. Menteliano, primo Leid. D'Orvill. & meo ſecundo *pectora. trepidas pectora* etiam in duabus Venetis edd. & Reg. Lep. *tepidas pectora* ed. Volſci. ſed *tepidas pallia* in Beroaldina, Aldinis, ceteriſque.

21. *Nec crepuit fiſſa, me propter arundine cuſtos:*
Laeſit & objectum &c.]

diſtichon hoc in multis codd. D'Orvill. primo, meo utroque, & variis edd. vetuſtis legitur poſt v. 26. Locus obſcurior eſt. *Nec doluit* in v. c. Perreji, primo & ſec. Vaticano. *fiſſa* ex Regiis codd. edidit Broukhuſius, quod a Colotiano & quinto Vaticano firmatur. *fixa* enim legebatur in Mentel. Scalig. Excerpt. Heinſiano, Borrich. Groning. Askew. Harlejano Muſei Britann. duobus Leidd. tribus Voſſ. D'Orvill. ſec. & meo

Nnnnn 3 priore

Foederis heu taciti! cujus fallacia verba

Non

priore, cum Veneta 1475. Reg. Lep. Volſci, Aldi utraque, Juntina, Colinaei, Gryph. 1551. & 1561. Graſſeri, Scaligeri aliiſque edd. ſed in Veneta 1487. Beroaldina, Rovillii, Mureti Aldina 1558. Antverpienſi Chriſt. Plautin. 1560. Canteri 1569. Gryphiana 1573. & Douſarum Raphelengiana 1592. *fiſſa* excuſum eſt. quod probabat Scaliger, & Heinſius in Notis p. 751. qui de arundine diffiſſa, qua ſervi vapulabant, intelligit. eadem varietate apud Virg. IX. Aen. 413. *fiſſo tranſit praecordia ligno.* ut repoſuit idem Heinſius pro *fixo.* & vide illic Pierium. Hujus lectionis ſenſum de oſtiarii virga expoſuit Janus Douſa Pater, laudatus a Broukhuſio, rejectis Beroaldi, Paſſeratii, Torrentii interpretationibus. ut illa arundine, prope oſtium pendente, Propertium prae ira non percuſſiſſe caput janitoris dicat Cynthia. ſic *plagarum crepitus* apud Juvenal. Sat. XIV. 25. ut legit Broukh. ad Tibull. IV. 1. 59. pro *ſtrepitus*, ut eſt in vulgatis. de tali *arundine*, ut noſtro & aliis vocatur haec virga, vide Lipſium ad Senec. de Conſt. Sap. cap. XIV. Gronov. ad Plauti Aulul. III. 3. 6. & Interpretum notas ad Petron. cap. 98. & 134. D'Orvillius autem, verſum hunc non ſuo loco collocatum cenſens, ſenſum quem ei adfinxit Douſa, non admittendum credebat, cui *fiſſa arundo* ſignificare videbatur, quod *hians calamus* Lib. III. 15. 34. ideoque Torrentii expoſitionem de ſepulcri cuſtode, & in funere ſuo, ut tenuiore, nequidem calamo aut arundine, pro tuba ac tibia cantatum fuiſſe, ut capiebat etiam Livinejus p. 163. amplectebatur, & *propter* hic poni pro *juxta* notaverat, & ſequente verſu indicari injuriam, qua funus Cynthiae erat adfectum, quia non aderat cuſtos. Sed haec aliter intelligebat Livinejus, qui notat Cynthiam exprobrare Propertio, ſibi defunctae fractam mutilatamque teſtam ſub capite poſitam, cum debuiſſet poëta amator pulvillum mollem ſubjicere. Sed de funere ſuo hic nondum loqui Cynthiam, de quo egit infra v. 25. & ſeqq. putabat Broukhuſius, & in notis MSS. animadverterat, eam indicare, tam caute & circumſpecte ſe amorem cum Propertio exercuiſſe, ut numquam deprehenſa fuerit domo abfuiſſe, & ideo janitorem numquam eam ob cauſſam arundine, quae ad celiam adſtabat, caeſum fuiſſe, aut tegulam e ſuis tectis in caput ejus conjectam fuiſſe. & ſic fere Scaliger explicabat & diu ante Ant. Volſcus. ut in illo Juvenalis Sat. III. 268.

Reſpice nunc alia ac diverſa pericula noctis:
Quod ſpatium tectis ſublimibus, unde cerebrum
Teſta ferit, quoties rimoſa & curta feneſtris
Vaſa cadunt.

Heinſio tamen Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 33. hoc referendum videbatur ad ipſam Cynthiam, quae ictu tegulae, per cuſtodem e tecto miſſae, mortem oppetierit, inſtar Pyrrhi, qui eodem fato interiit. Cynthiae enim non integrum fuiſſe exire de nocte, quia ſub matris cuſtodia vivebat, & ſororem domi, habebat. ut patet ex Lib. II. El. 5. 12. vitio memoriae *In noſtrum cecidit tegula* adfert Salmaſ. ad Tertull. de Pall. p. 296. longe aliter & quidem de exiguo vel nullo feretri honore ſibi habito queri Cynthiam, intellexiſſe videtur Douſa Pater, nam ed. Canteri margini, in quo *feretri* legitur, adſcripſerat locum Ovidii II. Faſt. 535.

Parva petunt Manes. pietas pro divite grata eſt
Munere. non avidos Styx habet ima Deos.
Tegula projectis ſatis eſt velata coronis,
Et ſparſae fruges, parcaque mica ſalis.

& illud Furii Bibaculi de Valer. Catone Grammatico (T. I. Anth. Lat. p. 421.)

Quem tres coliculi, & ſelibra farris,
Racemi duo tegula ſub una
Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

ubi *tegula* de paupertino tectorio dicitur. in Ciceronis autem loco, quem in notis editis adfert Broukhuſius, ut *crepandi* verbum in verberibus proprium illuſtret, ex V. Verr. c. 62. non *crepitum plagarum*, ſed *ſtrepitum* legi in duobus codd. MSS. monet Jac. Gronovius ad Gellium Lib. X. cap. 3. ubi locus ille adfertur. pro *cuſtos* Ayrmannus legendum cenſebat *poſtis.* quod nonnihil adſtrui poſſet ex Senecae Epiſt. 80. *non crepuit ſubinde oſtium.* & Petronio cap. 99. *adhuc loquebatur, cum crepuit oſtium inpulſum.* Sed de oſtiario intelligi praeſtat. de quibus cuſtodibus vide eruditorum notas ad Cic. II. Philip. pag. 467. ed. Graev. *te propter* in Voſſ. tertio, & Askewiano. ut legebat Marklandus hoc ſenſu, tua gratia portitor ſiluit, nec fiſſa arundine crepuit, quando te vidit ad meam feneſtram. quae omnium explicationum optima videtur. nam ſine

dubio

Non audituri diripuere Noti.
At mihi non oculos quiſquam inclinavit euntes;
Unum inpetraſſem, te revocante, diem.

De-

dubio janitori in hunc uſum data erat haec arundo, ut illius crepitu admoneret, ſi quis ad oſtium veniret, cujus ingratum fore introitum noverat. *Laeſit ut* Heinſius. *abjectum caput* Guyetus. ut ex veteri libro profert Paſſeratius. & ſic edidit Vulpius.

23. *Foederis heu taciti! cujus fallacia verba* &c.] N. Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 22. emendandum videbatur,

Foederis heu taciti ſic (vel *dic*) *cur fallacia verba* &c.

ſed recte Scaliger Graecorum more dictum notavit, *οἴμοι τῶν σπονδῶν.* ſic *φεῦ*, cum caſu ſecundo. Lucianus in Timone cap. 7. p. 114. *φεῦ τῆς ἀλλαγῆς.* & cap. 35. p. 158. *φεῦ τοῦ τάχους.* in Gallo pag. 731. *φεῦ τοῦ λόγου.* Ariſtoph. Theſmoph. 252. *φεῦ ἰοῦ τῆς ἀσβόλου, heu fuliginis.* & apud alios ſaepe.

25. *non oculos quiſquam inclinavit euntes;*] *ocus* Neap. a man. pr. *inflammavit* in D'Orv. ſec. & Palatino Gebhardi. *inlaniavit* corrupte in Voſſ. tert. hoc eſt *inclamavit*, ut in Excerpt. Scalig. Heinſiano, Groning. Askew. D'Orvill. primo, meo utroque, & ed. Venet. 1487. quam lectionem ex aliis libris etiam adfert & defendit Gebhardus, ſeq. verſ. *te revocante*, & *euntes oculos* exponit, quos *fugientes* Ovidius, *lumina morte natantia* Albinovanus vocat. vide Barth. ad Statium XI. Theb. 558. *inclinavit* eſt in quinto Vatic. Mentel. Regiis, ed. Venet. 1475. Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Aldinis, Junt. Colin. Rovill. Gryph. aliiſque. idque probabat Ant. Perrejus in marg. ed. Ald. & Beroaldus praetuliſſe videtur, & Janus Douſa, qui adſcripſerat *inclinavit* dici pro clauſit, quod morientibus faciebant propinqui, adſcripto Ovidii loco Lib. III. Triſt. Eleg. 3. v. 43.

Nec mandata dabo, nec cum clamore ſupremo
Labentes oculos condet amica manus.

quo loco ſtabilitur Scaligeri explicatio hujus loci de ritu claudendi oculos morientis cum nominis illius inclamatione, ut intelligebat etiam Jac. Gutherius Lib. I. de Jure Manium cap. 13. pag. 82. & vide hic Paſſeratium. emendatio tamen Scaligeri *inclamavit* inprobatur ab Heinſio ad Ovid. VII. Met. 155. *euntis* legitur in Neap. a man. pr. Excerptis Scalig. Regiis, Askew. binis Leidd. tribus Voſſ. primo D'Orvill. meis, utraque Venet. Reg. Lep. Volſci, Beroaldi, Gryph. & Rovill. *eunteis* in Aldinis, Junt. Colin. Graſſeri, aliiſque. hoc eſt *euntes*, ut clare in D'Orvill. ſec. & ſic legi vult Seldenus Lib. II. de Synedriis cap. 7. *ut euntes oculi* ſint animam exſpirantis, qui *Labentes* Ovidio dicuntur. *eunti*, mihi nempe, (*ad rogum*, ut in marg. ed. Canteri) legebat Hadr. Relandus, firmabatque loco Homeri Odyſſ. Λ. 425.

—— *οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς Ἀΐδαο*
Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.

hiantes legebat quidem Barthius, & N. Heinſius ad Ovid. II. A. A. 115. VII. M. 155. Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 22. & ad Valer. Fl. VIII. 66. eoque refert adpoſitum Senecae locum in Troadib. v. 788. *patulos viventis oculos claudere.* Sed hanc conjecturam in notis memorare & laudare praeſtat magis, quam contra omnium codicum MSS. & edd. veterum auctoritatem cum Broukhuſio in ipſum auctoris contextum invehere. antiquam igitur lectionem exhibui.

26. *Unum inpetraſſem, te revocante, diem.*] Vir doctus in ora codicis ſui non recte hujus loci ſenſum percepiſſe videtur, quum adſcriberet: *quid miri ſi uno die non dormiſſet? an ſub die noctem conprehendit?* & *ſi* hic eſſe ſupplendum. *oculi* praeced. verſu explicandi eo, quo dixi, ſenſu. & hic *utinam* ſubintelligendum. & reſpicit procul dubio ad Proteſilaum, quem defunctum uxor Laodamia unum diem a Fatis inpetravit. vide Heinſium ad Ovid. Epiſt. XIII. 25. & quae notavi ad Lib. I. El. 19. 7. ſupra Lib. II. El 10. 57.

Sed fruſtra mutos revocabis, Cynthia, manes.
Nam mea quid poterunt oſſa minuta loqui?

27. De-

Denique quis noſtro furvum te funere vidit?
Atram quis lacrimis incaluiſſe togam?
Si piguit portas ultra procedere, at illud
Juſſiſſes lectum lentius ire meum.
Cur ventos non ipſe rogis, ingrate, petiſti?
Cur nardo flammae non oluere meae?

Hoc

27. *Denique quis noſtro furvum te funere vidit? Atram quis lacrimis incaluiſſe togam?*]

Curvum legebatur antea in omnibus fere codd. & antiquis editionibus, & pro hac voce *currum* vitioſe in ed. Volſci ac Veneta 1487. ſed Beroaldus in notis ſuis *curvum* legendum monuit, hoc ſenſu, quis vidit te in meo funere curvatum & capite in terram inclinato, in ſignum veri luctus, ſic *incurvari* & *inflecti* de illis, qui adverſa & triſtia patiuntur. Gr. κάμπτεσθαι vid. Caſaub. ad Perſii Sat. I. v. 91. & ſic legit etiam Valens Guellius ad illud Virgilii XI. Aen. 645. *duplicatque virum transfixa dolore*, & dolore contractum explicat. hanc quoque lectionem probabat Gulielmus Vlamingius, ſed hoc loco reſpici putabat ad ritum quo legebant oſſa, quod abſque corporis incurvatione fieri non poterat, adeoque idem notaret, ac *quis te vidit oſſa mea legentem*? idque faciebant nigris veſtibus induti. Tibullus Lib. III. El. 2. 17.

Pars quae ſola mei ſuperabit corporis, oſſa
Incinctae nigra candida veſte legant.

ubi *Incinctae* pro *Non cinctae* male capit Meurſius libro de Funere pag. 115. vide ad Ovid. Epiſt. IV. 87. eademque ratione *curvus arator* dicitur. vid. Broukhuſ. ad Tibull. II. 3. 7. adjuvat hanc ſcripturam Lucani locus Lib. VIII. 821.

Haud procul eſt ima Pompeji nomen arena
Depreſſum tumulo, quod non legat advena rectus.

Heinſianae tamen conjecturae *furvum*, id eſt lugubribus indutum, quam recepit Broukhuſius, favet *atra toga* verſu ſeq. ubi *inmaduiſſe* in v. c. Perreji, & primo ac ſec. Vaticano. vide Heinſ. Lib. I. Adverſ. c. 3. p. 33. & ad Ovid. III. Met. 273. & ſic Bernardinus Realinus Adnot. in varios Auct. cap. X. Tom. II. Facis Critic. ſed alterum tuetur Broukhuſius.

29. *Si piguit portas ultra procedere, at illud Juſſiſſes lectum lentius ire meum.*]

ultro in Askewiano. increpat Cynthia Propertium quod extra urbem exſequias ſuas uſque ad rogum non fuerit comitatus. vide Caſaub. ad Sueton. Tiber. cap. 32. Bernardin. Realinum d. l. & hic Livinej. *at illuc* in omnibus meis codd. & edd. fere pleriſque antiquioribus. probante Douſa P. ultra portas nempe. ſed *illud* excuſum eſt in ed. Mureti Aldina 1558. Rovill. Canteri Plantiniana 1569. Ant. Gryph. 1573. Scaligerana, & Douſarum Raphelengiana, ut in marg. ed. Ald. correxerat Heinſius, quod recepit Broukhuſius, ſubintellecto nempe, at illud ſaltem juſſiſſes, ut funeris mei exſequiae lentius irent, & torus mortualis non tam celeriter ad rogum ferretur. *at illud* hic etiam contra Douſam praefert Livinejus tam in notis ad h. l. quam ad Plinii Paneg. cap. 73. inter Paneg. veteres pag. 306. docetque id exprimere Graecorum τὸ δὲ ἐκεῖνο. altero verſu corrupte in Menteliano *lectum illuſiſſes*. *Juſſiſſe* Voſſ. ſec. *lectum illuſis* Voſſ. pr. *Juſſiſſet* vitioſe in Gryphiana 1551. Sed non penitus ſpernenda eſt lectio illorum codicum, in quibus habetur, *Juſſiſſes* lethum, (vel *letum*) *lentius ire meum*, ut in v. c. Perreji, ſecundo Vatic. D'Orvill. pr. meo ſec. ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. ſuo enim more *lethum*, *mors*, *fata*, pro cadavere, vel mortuo, etiam alibi dicitur Propertio Lib. II. El. 10. 22. *Nec ſit in Attalico* mors mea *nixa toro*. Lib. I. El. 17. 11. *An poteris ſiccis* mea fata *reponere ocellis*, quod non mutandum, & *fata mea* recte Heinſius in Epiſtolis MSS. ad Graev. p. 207. exponit meam mortem, me mortuum. Lib. II. El. 10. 39. *Tu quoque ſi quando venies* ad fata, *memento Hoc itere ad lapides, cara, venire meos.* pro ad ſepulcra Lib. I. El. 19. 2. *extremo debita fata rogo*. & *funus* pro cadavere Lib. I. El. 17. 8.

Haeccine parva meum funus arena teget.

31. *Cur ventos non ipſe rogis, ingrate, petiſti? Cur nardo flammae non oluere meae?*]

ventum in Leid. pr. & Heinſiano. *dediſti* conjecerant Fruterius, & Heinſius. qui praeterea ad

marg.

Hoc etiam grave erat, nulla mercede hyacinthos
Injicere, & fracto buſta piare cado.

35. Quae

ad marg. ed. Ald. adſcripſerat,

Curve unguenta rogis non ſpiſſa, ingrate, petiſti. vel *dediſti.*

aut etiam *non miſſa, ingrate, litaſti.* & ſic fere in Adverſariis d. l. pag 23 addens *ventos* iſtos huc male advocatos, inmane quantum heic rogo moleſtos eſſe, nec ſe videre, quo pertineant. idem in Notis Propertianis p. 751. etiam tentaverat *Cur breve thus non ipſe rogis* &c. hoc eſt, exiguum thuris. ſed fruſtra. Beroaldus ex parte verum ſenſum ſic expoſuit, *Cur, quando cadaver meum conburebatur, non optaſti, ut venti flarent.* ſed male addit, ut *ignem reſtinguerent.* verius dixiſſet, ut ignem flatu ſuo incenderent, quo citius cadaver conſumeretur. vide Paſſeratium & Vulpium. & hoc in ipſo literarum diluculo jam vidit Ant. Volſcus, qui interpretatur *ventos, ut celerius abſumerer, ſi confeſtim incenſa pyra corpus abſumeretur.* optime vero Realinus in Adnot. ad Q. Calabri haec illuſtravit. Certe dubitandum non eſt, Propertium hic in animo habuiſſe illa Homeri (Il. Ψ. 194.) quae etiam adfert Scaliger, ubi Achilles, quum Patrocli cadaver igne non conbureretur, Boream Zephyrumque precatur,

Οὐδὲ πυρὴ Πατρόκλυ ἐκαίετο τεθνειῶτος.
Ἔνθ᾽ αὖτ᾽ ἀλλ᾽ ἐνόησε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.
Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς, δοιοῖς ἠρᾶτ᾽ ἀνέμοισι,
Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ. &c.

ὄφρα τάχιϛα πυρὶ φλεγεθοίατο νεκρόν. vide Gutherium Lib. I. de Jure Manium cap. 26. p. 158. qui cum Homeri verſibus hunc locum etiam conpoſuit. & adde Claud. Molinetum in Muſeo S. Genovevae pag. 37. hinc conſtat *petiſti* non mutandum eſſe in *dediſti.* in altero autem Q. Calabri loco Lib. V. circa fin. Thetis Dea fingitur e mari mittere venti flatum ad Ajacis cadaver, ardenti rogo inpoſitum, conſumendum. his addi poteſt adpoſitus Nonni locus Lib. XXXVII. Dionyſ. v. 72. & ſeqq. ubi Bacchus Ophielten, ſocium expeditionis Indicae, defunctum, rogo in ſilva inponit, ſed igne pyram non ſatis corripiente ventum Eurum inplorat, ut rogum incenderet,

Πυρκαιῇ δ᾽ ἐπέθηκεν, ὅπῃ πέλεν ἀγριὰς ὕλη,
Οὐδὲ πυρὴν φθιμένυ περιδέδρομεν ἄπτόρθμον πῦρ.
Ἀλλὰ θεὸς Φαέθοντος ἐναντίον ὄμμα τανύσσας
Ἀγχιφανής, ἐκάλεσσεν ἑῶον Εὖρον ἀλήτην
Πυρκαιῆς ἐπίκυρτον ἄγειν ἀντίπνοον αὔρην.

minore verſu. *Cur nardon flammae non oluere* legebat Lipſius Lib. II. Var. Lect. cap. 12. ſed diſſentit ab eo N. Heinſius ad Ovid. Epiſt. XV. 76. ubi ſimiliter *olere* cum caſu ſexto, *Non Arabo noſter rore capillus olet.* quod & aliis exemplis firmat. quibus adjice quae dedit Ciofanus ad Lib. V. Met. 405. ubi hoc loco in omnibus ſcriptis editiſque libris *nardo* legi teſtatur. ſic Erythraeus Indice Virgiliano in *reddent.* noſtro tamen alterum hic potuit placuiſſe, quia utrumque *olere unguenta* & *unguentis* recte dicitur: ut El. I. huj. Libr. v. 16. *Pulpita ſollemnes non oluere crocos.* *unguentum nardinum* felici conjectura pro *marcidum*, veteri Epigrammati, edito T. I. Anth. p. 477. reſtituit Cel. Ruhnkenius ad Rutilium Lupum pag. 102. quamquam *unguento Parthico* illic etiam legi poſſet ex Plinio Lib. XIII. c. 1. & 2.

33. *Hoc etiam grave erat, nulla mercede hyacinthos*
Injicere, & fracto buſta piare cado.]

grave erit male Voſſ. pr. *Nec grave... relicto* ſpatio vacuo, in D'Orvill. ſec. a man. pr. *Nec grave & erat* Askew. Heinſius legebat, *Aut hoc ſi grave erat.* Sed vulgatam praefero, ſi interrogationis nota adponatur, *Hoc etiam grave erat?* ut increpationis aculeum augeat. *grave* illo ſenſu quo apud Ovidium III. Triſt. El. 3. 75.

At tibi, qui tranſis, ne ſit grave, quiſquis amaſti,
Dicere, Naſonis molliter oſſa cubent.

hyacinthos perperam de gemmis intellexit Volſcus, & errat Paſſeratius, qui Beroaldum de floribus hyacinthis interpretantem reprehendit. & male Paſſeratium ſequitur Th. Bartholinus in Antiq. Danicis Lib. II. cap. 10. p. 504. inde etiam in errorem ductus videtur Broukhuſius, qui mirifice locum ſic exponit, *grave tibi fuit, inquit Cynthia, hyacinthos meos in rogum meum injicere, ut cremarentur mecum. utpote quorum pretium, id ſi feciſſes, periiſſet tibi, nullo inde ad te emolumento redituro.* ſed de floribus hic capiendum, non de gemmis. vix enim credibile de pretioſis lapidibus hic agi, quod regiae magis

 erat

Quae modo per viles inſpecta eſt publica noctes,
  Haec nunc aurata cyclade ſignat humum.
Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis,
  Garrula de facie ſi qua locuta mea eſt.

Noſtra-

erat opulentiae. de annulo Cynthiae, qui beryllo fulgebat, igne rogi adeſa, jam ſupra mentio erat facta v. 9. ſed praeſertim obſtant illa *nulla mercede*, quae indicant flores, quos exiguo pretio conparare potuiſſe Propertium dicit, ut ſaltem floribus his buſtum ſuum adſperſiſſet, aut rogo eos injeciſſet, & nonnihil vini vel e fracto cado in cineres ſuos fudiſſet. referenda igitur haec ad ritum funebrem notiſſimum, quo coronas floreas, unguenta, vinum & alia rogo vel ſepulchro ingerebant. quae etiam conjungit Lucianus in Contemplant. pag. 519. *ςεφανῦσι τὺς λίθυς, καὶ χρίυσι μύρῳ. οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες, καίυσι τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον ἐγχέυσιν.* ubi vide doctorum Interpretum notas. recte igitur Marklandus codici ſuo adſcripſerat, *ſignificat opinor, florem hyacinthum, cujus color etiam huic rei proprius.* ferrugineos hyacinthos vocat Virgilius Ecl. IV. 183. de hyacintho flore & gemma vide Becichemi Quaeſt. Epiſtol. cap. 79. *buſta piare*, ut *expiare manes* Ciceroni in Piſon. cap. VII. p. 627. ed. Graev. & eo ſenſu *ſacra piare* de Manibus intelligunt viri docti apud noſtrum Lib. I. El. 1. 20. ubi vide. Sed pro *fracto cado* Marklandus conjecerat *ſtactes buſta piare cado.* qua voce utitur Plautus Curc. Act. I. Sc. 2. 6.

Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa.

ſed vocem hanc Propertio non magis inferendam puto, quam cum Jac. Gronovio apud Auctorem Elegiae de Phoenice v. 89. *Protinus in ſtactes corpus dotabile nido.* ubi vide quae notavi. idem Marklandus etiam tentaverat, *& Phario buſta piare cado.* ut apud Statium Lib. II. Silv. I. 161.

Phariique liquores Arſuram lavere comam.

35. *Quae modo per viles inſpecta eſt publica noctes,*
Haec nunc aurata cyclade ſignat humum]

adſcripſerat Marklandus forte aliquid reconditius latere, & *inſpecta eſt publica* per Graeciſmum dici, ut *ὤπτεαι χρηςὸς*, *viſus eſt benevolus*, & *σοφὸς ὤφθη* apud Sophocl. Oed. Tyr. p. 160. ſupra El. VI. 38. *Hectoreis cognite major avis.* idem addiderat: Quomodo vero inſpecta eſt *publica?* per *viles noctes*, id eſt, noctibus vilibus, vili pretio locatis. Sed neque id loco huic convenire arbitror. poſt hoc diſtichum in codd. MSS. & edd. vetuſtis verſus aliquot tranſponuntur, & hic collocantur duo diſticha, quae infra occurrunt v. 43. uſque ad v. 46. *Lygdamus uratur* &c. *Ducet damnatas* &c. quos excipiunt illa, *Quae modo per viles* & ſeqq. uſque ad finem Elegiae. Sed cohaerebunt melius, ſi legantur eo ordine, quo eos diſpoſuit Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 175—178. ut Lib. III. El. 13. 5. *per noctes primas* pro *noctibus primis. publica* igitur eſt, quae omnibus communis, nota ac famoſa aliis dicitur. vid. ad Tom. I. Anth. L. pag. 438. Paſſeratius aliique notant reſpici ad morem, quo venales meretrices nudae proſtabant, ut publice ab emtoribus *inſpicerentur*, verbo de rebus & mercibus venalibus proprio. ſed *viles noctes* hanc explicationem non admittunt. deinde *verrit humum* profertur in Theſauro L. L. Fabriano in *Cyclas*, quod tamen in nullis codd. aut edd. vetuſtis legitur. & forte petitum eſt ex Ovid. XI. Met. 166.

Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla.

de cyclade veſte feminarum tenuiſſima & fluente vide Salmaſ. ad Trebell. Poll. XXX. Tyran. cap. 29. p. 331. & ad Vopiſci Saturn. cap. 9. & Torrent. ad Sueton. Calig. cap. 52.

37. *Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis,*] *refundit* in Borrich. Heinſiano, Leid. ſec. Voſſ. primo & tert. meo ſec. D'Orvill. pr. *Et graviora pendit* Askew. *graviora fundit* in meo primo, ed. Venet. 1475. Reg. Lep. & Volſci. ſed *rependit* in Venet. 1487. Beroald. Aldinis, ceteriſque, quae ſaniſſima lectio eſt. ancillae enim quaſillariae *penſa rependit* hera, poenae cauſſa, quum ea reneri jubet, vel injuſto pondere adpendit. Ovidius Epiſt. IX. 78. *Aequaque famoſae penſa rependis herae.* Lib. III. El. 13. 15. *Ah quoties famulam penſis oneravit iniquis.* Janus Douſa P. adſcripſerat

Noſtraque quod Petale tulit ad monumenta coronas,
Codicis inmundi vincula ſentit anus.
Caeditur & Lalage tortis ſuſpenſa capillis,
Per nomen quoniam eſt auſa rogare meum.

Lyg-

ſcripſerat illa Donati ad Terent. Andr. I. 1. 9. — *a parvulo ut ſemper tibi Apud me juſta & clemens fuit ſervitus.* ubi haec notat: *juſta*, *in qua nihil iniquum jubetur*, *moderata*, *aequalis*, *cui contrarium ait Virgil.* & *iniquo pondere raſtri.* &, *Injuſto ſub faſce viam dum carpit.* ex quibus verbis hunc Propertii locum interpretandum eſſe addiderat. *graviora penſa*, ut apud Ovid. Epiſt. X. 90.

Neve traham ſerva grandia penſa manu.

& Tibullum Lib. I. El. 3. 87.

Ac circa gravibus penſis adfixa puella
Paullatim ſomno feſſa remittat opus.

qui talem ancillam *preſſum quaſillo ſcortum* vocat Lib. IV. 10. 4. *At graviora* hic legit Marklandus ad Statii Silvas p. 243. ubi plura de verbo *rependere.*

39. — *quod Petale tulit ad monumenta coronas,*
Codicis inmundi vincula ſentit anus.]

ita in Regiis, Colbert. Neap. Mentel. Borrich. Groning. D'Orvill. ceteriſque codd. & priſcis edd. ſed *corollas* in Aldi utraque, Juntina, Colin. Rovill. Gryph. Graſſeri, aliiſque. *ad monumenta corollas*, hiatu relicto, deſunt in Voſſ. quarto. *Noſtraque Petale*, omiſſo *quod*, Mentel. Leid. pr. Askew. & meo priore. prima in *Petale*, male producta. *Pethale* in priſcis edd. *Parale* vitioſe in ed. Graevii nomen jactante. videtur haec *Petale* vetula Cynthiae ancilla fuiſſe, quam fingit a pellice, quam ſe mortua amabat Propertius, catena codici, ſeu ligneo ſtipiti, inſerta vinctam ad iniquius lanificium damnatam fuiſſe, quia ad ſepulcrum ſuum coronas tulerat. hic enim verus loci hujus ſenſus, optime a Paſſeratio illuſtratus loco Juvenalis Sat. II. 54. & ſeqq.

Vos lanam trahitis, calathiſque peracta refertis
Vellera: vos tenui praegnantem ſtamine fuſum
Penelope melius, levius torquetis Arachne,
Horrida quale facit reſidens in codice pellex.

ubi Scholiaſtae verba rem expediunt: *pellicem inſequens gravioribus poenis domina, catena vinctam infigit codici, atque ita jubet facere penſa.* & ante Paſſeratium eodem illo Juvenalis loco hos Propertii verſus expoſuit Janus Parrhaſius in Quaeſt. Epiſtol. pag. 38. & 39. ed. Steph. recte etiam Turnebus Lib. XXIII. cap. 21. docet ligneum ſtipitem, fuiſſe qui adligabatur pedibus ſervorum, ſi quid deliquerant. diverſas aliorum de hoc codice, vel caudice, ſententias recenſens, diſtinguit a robore ſeu mala manſione, & cum Juvenalis loco hunc quoque conferens. quod firmare potuiſſet noſtri poëtae loco infra El. VIII. 80.

Lygdamus in primis, omnis mihi cauſſa querelae,
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.

male igitur Volſcus *Codicem* exponit ciſtellam ex junco, a ſimilitudine caudae equinae dictam.

41. *Caeditur & Lalage tortis ſuſpenſa capillis,*
Per nomen quoniam eſt auſa rogare meum.]

Caecior corrupte in Leid. pr. *Ceditur* male in nonnullis codd. & edd. vetuſtis. in quibus etiam *Lalace*, & *mortis* vitioſe in Voſſ. quarto. *Lalage* etiam nomen eſt feminae, quae ancillam ornatricem propter capillos male comtos, ſpeculo percuſſit & verberavit, apud Martialem Lib. II. Ep. 66.

Hoc facinus Lalage ſpeculo, quo viderat, ulta eſt,
Caeditur, & ſectis icta Plecuſa comis.

ut optime ex hoc loco, quem imitatus eſt Martialis, emendavit N. Heinſius ad Albinov. Epiced. Druſ. v. 98. pro eo quod vulgo editur,

Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis.

& hanc emendationem pluribus egregie adſtruxit Lib. III. Adverſ. c. 15. p. 321. intelliguntur enim utroque loco flagella ex capillis, tamquam in funem contortis facta, (qualia Furiarum flagella ex *tortis ſerpentibus* poëtae ſaepe memorant) quibus dominae in ancillas, ornatrices praeſertim, ſaeviebant. de quibus agit Iſ. Voſſius ad Catull. p. 224. & 225. ubi in loco Martialis ex cod. Thuaneo praefert *ſaevis comis*, ut fla-

gellum

Lygdamus uratur. candeſcat lamina vernae.
(Senſi ego, quum inſidiis pallida vina bibi.)
Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſalivas,
Ducet damnatas ignea teſta manus.

Te

gellum e crinibus intelligatur, non autem laceratae comae, quod illic a quarto codice Voſſiano firmatur. talia *intorta verbera* vocat Tibullus Lib. I. El. 10. 22. male igitur Paſſeratius intelligebat de Lalage, e crinibus ſuſpenſa, nec melius Beroaldus per capillos tractam expoſuit. pro *rogare* in Menteliano, Groning. Leid pr. Voſſ. tertio *negare.* quam lectionem ineptam eſſe merito cenſet Livinejus.

43. *Lygdamus uratur. candeſcat lamina vernae.*] *candeſcant* in Borrich. & Leid. pr. *candeſcant lumina verna* in Excerpt. Scalig. pro varia lectione *campeſcat* corrupte in D'Orvill. locum obſcurum eſſe adſcripſerat Marklandus. Hoc & ſequens diſtichon nullo jure ſedibus ſuis ejectum eſſe, docti jam ante me ſuſpicati ſunt. Scaliger exiſtimat μίμησιν eſſe ex perſona novae Propertii amicae. ſed Cynthiae ipſius verba ſunt, nam in praecedentibus queritur de illis, quae ex ancillis ſuis aut pediſſequis injuſte a pellice ſua tractabantur. ſed Lygdamo, vernae, a quo inſidiis petita erat, poenas debitas ipſa praeſcribit, illum enim oderat. ut eumdem plecti jubet infra El. VIII. 79.

Lygdamus in primis, omnis mihi cauſſa querelae,
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.

hunc igitur non tantum flagellis caedi, ſed & candentis ferri lamina exuri, notamque ſervilis infamiae ei imponi inperat. ut apud Juvenalem Sat. XIV. 22. de ſervo:

Uritur ardenti duo propter lintea ferro.

Chariton Aphrodiſienſis Lib. I. cap. 5. pag. 8. de Chaerea irato & tormentis in ancilias & pediſſequas animadvertente: ἔτι δὲ καιομένων καὶ τεμνομένων αὐτῶν ἔμαθε τὴν ἀλήθειαν. & Lib. III. cap. 4. pag. 50. καιόμενος δὲ καὶ τεμνόμενος ἀντεῖχεν ἐπὶ πλέον. ubi vide D'Orvillii Animadv. pag. 295. alio colore Tibullus, puero ſuo iratus Solis ardori, ut exuratur, ſe eum expoſiturum denuntiat Lib. I. El. 10. 15.

Jam mihi perſolvet poenas, pulviſque decorem
Detrahet, & ventis horrida facta coma.
Uretur facies, urentur Sole capilli,
Deteret invalidos & via longa pedes, ſeqq.
Ure meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

ubi vide Broukhuſ. Ceterum hoc Propertii verſu *candeſcat lamina vernae* defendi poteſt lectio apud Cic. V. in Verr. cap 63. *Quid cum ignes candenteſque laminae, ceterique cruciatus admovebantur?* ubi *ardentes* ex Gellio & libris nonnullis MSS. praeferunt alii. ſed *candentes* legi juſſit Lambinus ad illud Horatii Lib. I. Epiſt. 15. 36. *Scilicet ut ventres lamna candente nepotum Diceret urendos.* Silius Ital. Lib. I. 171. de famulo excruciato: *Non ignes, candenſque chalybs, non verbera paſſim Ictibus innumeris lacerum ſcindentia corpus, Carnificeſve manus.* ubi de lamina candente, quo urebantur ſontes, plura veterum loca adfert Dauſquejus in Comm. pag. 21. & inter illa hunc quoque Propertii & illum Ciceronis, in quo etiam *candentes* praetuliſſe videtur.

44. *Senſi ego, quum inſidiis pallida vina bibi.*] *vena* in Mentel. *vena bibit* Leid. pr. *pallida vina* Paſſeratius interpretatur, pallidis ſeu luridis venenis mixta. Heinſius conjecerat *pulla venena bibi*, ut *nigra, atra,* & *picea venena* Ovidio, & *vernae inſidiis* conjungebat. ita *pallentia philtra* eidem Lib. II. A. A. 105. non *pollentia*; ut in aliis codd. forte tamen *pallida* ad ipſam Cynthiam poſſet referri, quae ſentiens inſidias, quum vina biberet, palluit. ſic *pallere venenis* Naſoni Lib. VII. M. 209.

——— currus quoque carmine noſtro
Pallet avi, pallet noſtris Aurora venenis.

infra El. VIII. 54.

Palluerunt ipſo labra ſoluta mero.

45. *Aut Nomas arcanas tollat verſuta ſalivas,*
Ducet damnatas ignea teſta manus.]

Locus a codicum MSS. librariis & Interpretibus non parum agitatus. *Aonius arcana colat* in Vaticano quinto, & utroque D'Orvill. *Ut Nomas* cod. Scalig. *At Nomas* Groning. Heinſian. &

meus

Te patiente meae conflavit imaginis aurum?
Ardeat e noſtro dotem habitura rogo.

Non

meus primus. ut legebat Paſſeratius. *An Nomas* Guyetus. *archanas tollat veſana* Askew. *arcana colat verſura* in Regio. *colat* etiam in D'Orvill. pr. *prodat* in v. c. Perreji, Colot. & tribus Vatic. *ſalinas* in Mentel. Neap. Borrich. Heinſiano, duobus Leidd. Voſſ. tert. D'Orvill. ſec. & meo utroque. *ſalutes* Voſſ. quart. mox *Dicet* in Regiis Colbertino, duobus Leidd. tribus Voſſ. Groning. Askew. duobus D'Orvill. & meo ſecundo. *Ditet* in primo. *Ducet* Excerpt. Scalig. *Licet* corrupte in Borrich. & *Dicque* in Neap. *texta* Voſſ. quart. Senſum loci obſcurioris non eodem modo exponunt eruditi Commentatores. *arcanas ſalivas* Volſcus explicat *venenum, quod in arcanis habeatur.* Beroaldus intelligebat, Nomada veneficam, quae ſalivis utebatur ad expiationes, quas in ſinu ter exſpuebant, legitque *Dic et*, ſeparatis voculis, ut adloquatur Propertium, dic, ut teſta ignea urat manus noxias, vel Cynthiam ab eo petere ſupplicium de ſervo Lygdamo ſumi & ancilla Nomade, a quibus venenata pocula ſibi erant data, quod ipſe inter bibendum ſenſiſſe ait, adeoque Lygdamus cauterio tamquam veneficus uratur, & Nomas manifeſtet venena, illa quae in arcanis habuit; quod indicare cogatur per teſtam ignitam, qua manus ſceleratae, quae venena ſibi porrexerint, urantur: ideo etiam legit *prodat*, (typi vitio *probat* editum eſt) & *ſalivas*, vinum venenatum exponit, quia auctore Plinio (Lib. XXIII. 1.) ſua cuique vino ſaliva eſt. cui explicationi favere quidem poſſet illud noſtri infra El. VIII. 38. *Et Methymnaei Graja ſaliva meri.* ſed illic malim *ſalivam* de vini ſalientis ſpuma intelligi. Paſſeratius propinatum amoris poculum explicat. Priorem Beroaldi interpretationem, & ſubintellecto *ſi*, hunc ſenſum praeferrem, ſi Nomas ſalivas ſuas arcanas, quibus faſcinationes repelli credebant, cum ter in ſinum deſpuerent, tollat ſeu amoveat, ignea teſta *dicet* manus *damnatas*, hoc eſt ſceleſtas indicabit manus, quae venenum miſcuerunt. eo ſignificatu *damnatus* noſtro non infrequens. vid. ſupra ad El. VI. 21. *ſalivas* vero *luſtrales* a Perſio memoratas Sat. II. 32. quas huc advocat Beroaldus, alienas ab his veneficarum ſalivis eſſe. ſed ad infantium recens natorum diem luſtricum ſpectare, patebit ex Caſauboni in illum locum commentario. *arcanae ſalivae* de magicis intelligendae, ut *arcana ſacra* de veneficiis, quae ſilentio noctis fiunt. vide Martin. de Roa, eruditum Hiſpanum Cordubenſem Lib. VI. Singular. cap. XI. p. 505. & 506. de ritu illo magico *deſpuendi in ſinum* avertendi mali ominis cauſſa, vide Broukhuſium, & quos laudat, ad Tibull. I. 2. 54. & his adde Brodaeum ad Lib. IV. Anth. Gr. pag. 481. ed. Obſop. Scaligerum ad Catalect. p. 295. & loca Theocriti apud Octav. Cajetanum Iſag. ad Hiſt. Sicul. cap. X. §. 8. pag. 73. *Dicet* vero pro teſtabitur, indicabit, ex uſu Propertiano eſt. vide ad Lib. I. El. 20. 4. *Ducet* ut edidit Broukhuſius, a Scaligero eſt, qui exponit igne filatim liquefaciet. ſed codicum MSS. auctoritatem ſequi malui. & rejecit Scaligeri lectionem Gebhardus, qui non male huc adfert illud noſtri Lib. II. El. 23. v. 78.

Teſtis eris, puras, Phoebe, videre manus.

ubi *Teſtis eris* idem notat ac *Dices* & ſic Livinejus. de priore verſu confer Cl. Schrader. cap. Emend. p. 178.

47. *Te patiente meae conflavit imaginis aurum?*
Ardeat e noſtro dotem habitura rogo.]

meae imaginis aurum recte Douſa in marg. ed. Canteri, & in ſuo libro Marklandus exponebant auream mei imaginem, effigiem ex auro. de annulo aureo, imagine Cynthiae inſignito, intelligit Bonada Tom. II. Carmin. vet ex Lapid. Collect. pag. 69. altero verſu *Audax e noſtro* v. c. Perreji, Colot. & duo Vaticani. *Ardent ex* vel *Ardent e noſtro* in Regiis Colbert. Borrich. Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. D'Orv. utroque, & meo primo. *Ardent &* Mentel. & Leid. pr. *Ardenti noſtro* Askew. in aliis *Ardente ex*. *Ardeat e noſtro* ex ſuo codice Scaliger. Livinejus cum Mureto praefert *Ardenti e noſtro*, putatque Cynthiam exagitare, Propertium paſſum fuiſſe, ut aurum, quod ſibi crematum oportuit, tamquam dotem Nomas auferret. & hanc lectionem Guyetus praeferebat & Paſſeratius prae illa, quae in aliis habetur, *Parthenie è noſtro.* ſed in nullo codice e noſtris vel ed. priſca hanc lectionem reperi ſi ſolam excipias Jac. Graſſeri editionem, in qua ſic excuſum legitur. & illius nutricis ſuae meminit demum Cynthia infra v. 74. Vulpius refert ad novam Propertii amicam ex ardenti

Non tamen inſector, quamvis mereare, Properti,
Longa mea in libris regna fuere tuis.
Juro ego Fatorum nulli revolubile ſtamen,
Tergeminuſque canis ſic mihi molle ſonet:

Me

ardenti Cynthiae rogo omnem ornatum ſuum, tamquam ſpolia & dotem habitura. ſic fere Beroaldus. Sed haec ad Nomada referenda puto, de qua praecedente diſticho; & recte Heinſius in notis ad Propert. p. 752. videtur ſuſpicari in lectione *Ardent*, vel *Ardenti*, latere nomen ancillae; ideoque in marg. ed. Aldinae conjecerat *Arne*, vel *Acme*, *de noſtro dotem habitura rogo.* Marklandus vero legebat, *Altera & e noſtro* &c.

50. *Longa mea in libris regna fuere tuis.*] *mei* perperam in Excerpt. Modii, ſecundo Leid. tertio & quarto Voſſ. & D'Orvill. ſec. *mea regna* vocat Cynthia, tam quia in aeternum ſervitium ſe ei devoverat Propertius, unde Lib. III. El. 8. 18.

Inque meum ſemper ſtent tua regna caput.

quam quia in verſibus Propertii velut principatum obtinuerat. ſic enim ipſe noſter Lib. III. El. 23. 3.

Noſter amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes:
Verſibus inſignem te pudet eſſe meis?

& ejuſdem Libri El. 1. 55.

Fortunata meo ſi qua es celebrata libello,
Carmina erunt formae tot monumenta tuae.

hac in re *regna habere* elegantiſſimi uſus locutio eſt. vide hic Paſſeratium, & quae notavi in Addendis ad Lotichium pag. 675. ſive ad Lib. II. El. 4. 70. ubi hunc Propertii verſum poëta cultiſſimus ſic imitatur,

Eſte mei memores ripae, Nymphaeque ſorores,
Longa mea in veſtris regna fuere locis.

51. *Juro ego Fatorum nulli revolubile ſtamen, Tergeminuſque canis, ſic mihi molle ſonet.*]

revocabile vel *revolubile carmen* legebatur olim in codd. MSS. & vetuſtis edd. cum Palatinis & Commeliniano Gebhardi & Beroaldi codice, quibus conſentiunt Neapolitanus, Mentelianus, Heinſianus, duo Leidenſes, totidem Voſſiani, D'Orvilliani, & mei, cum Regiis, Colbertino, & Askewiano. *revolubile fatum* in quarto Voſſ. *revocabile carmen* edidit & tueri conatus eſt Vulpius, quia canere aeque Parcarum eſt ac nere. quamquam *nulli revolubile carmen* etiam intelligi poſſet pro Parcarum ſtamine, non a *canendo*, ſed *carendo* ſeu carminando lanam. vide Scalig. ad Tibullum pag. 144. Heinſ. ad Claudian. II. in Eutrop. 458. & quae notavi ad Tom. II. Antholog. Lat. pag. 267. ſed *fatorum nulli revolubile ſtamen* optime tuetur Broukhuſius, praeſertim loco Tibulli Lib. I. El. 8. init.

Hunc cecinere diem Parcae, fatalia nentes
Stamina, non ulli diſſoluenda Deo.

in loco autem Senecae, quem adfert ex Herc. Fur. v. 559.

Evincas utinam jura ferae Stygis,
Parcarumque colos non revocabiles.

ubi in aliis etiam eſt *remeabiles*, ſine ulla haeſitatione admitto ejus conjecturam *non revolubiles.* praeſertim quia ſic ipſe Seneca eodem dramate v. 182.

Durae peragunt penſa Sorores,
Nec ſua retro fila revolvunt.

aliis etiam exemplis, hanc lectionem probavit Marklandus ad Statii Silvas pag. 291. Statius VII. Theb. 772.

—— *inmites ſcis nulla revolvere Parcas*
Stamina.

Ovidius Lib. II. Met. 653.

—— *tripliceſque Deae tua fila revolvent.*

ut emendavit idem Heinſius pro *reſolvent.* ubi & in hoc Propertii verſu *revolubile* reſtituit. & pluribus Lib. II. Adverſ. cap. 1. pag. 201. Albinovanus Epicedio Druſi v. 444.

Sed rigidum jus eſt, & inevitabile mortis,
Stant rata, non ulla fila tenenda manu.

ut recte Heinſius pro *tenenda.* & ſic *retexere fila* de Eurydice Orpheus apud Ovid. X. Met. 31.

Eu-

Me ſervaſſe fidem. ſi fallo, vipera noſtris
Sibilet in tumulis, & ſuper oſſa cubet.
Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita per amnem,
Turbaque diverſa remigat omnis aqua.

Una

Eurydices oro properata retexite fila. recte igitur *revolubile ſtamen* edidit Broukhuſius, ſed quod alterum verſum minorem inmutaverit & ex ſola Heinſii conjectura in textu ipſo dederit,

Tergeminumque canem, ſic mihi molle ſonet.

non inmerito inprobabat Marklandus, qui codici ſuo adſcripſerat, „ vera lectio eſt, *Tergeminuſ-* „ *que canis ſic mihi molle ſonet.* quam Cl. Brouk- „ huſius mutavit in *Tergeminumque canem.* ſine ulla cauſſa. certe *Tergeminuſque canis* in omnibus meorum Codicum Excerptis, quibus utor, & Askewiano, duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill., & meo priore, cum priſcis edd. veterem igitur ſuo auctori lectionem reſtitui. *ſonat* in Heinſiano & meo priore. votum hoc ex veterum opinione qua credebant piis animis nullos latratus edere Cerberum. Statius Lib. II. Silv. 1. 183.

Pone metus, letique minas deſiſte vereri:
Illum nec terno latrabit Cerberus ore.
Nulla ſoror flammis, nulla adſurgentibus hydris
Terrebit.

Lib. III. Silv. 3. 26.

Felix et (leg. *ter* cum Heinſio) *nimium felix, plerataque nato*
Umbra venit. longe Furiarum ſibila, longe
Tergeminus cuſtos.

& paſſim alibi. vide hic Broukhuſium. hinc noſter Lib. III. El. 16. 23.

Exoranda Canis tria ſunt latrantia colla,
Scandenda eſt torvi publica cymba Senis.

Exoranda nempe, ne latratu umbram terreat, ſed molle ſonet.

53. —— *ſi fallo, vipera noſtris*
Sibilet in tumulis, & ſuper oſſa cubet.]

ſi falſo male in Heinſiano & meo priore. infra El. XI. 27.

Ipſa loquor pro me. ſi fallo, poena ſororum
Infelix humeros urgueat urna meos.

ubi *ſi fallor* perperam in plurimis MSS. vide ad Lib. II. El. 16. 16. Hunc quoque locum, ut alia plura, imitatus eſt Petrus Lotichius Secundus, eximia illa Elegia de Obſidione Magdeburgenſi, Lib. II. El. 4. 61.

Majorum tumulos ſacraſque Tuiſtonis umbras
Teſtor, & haec tacito ſidera fixa polo;
Me ſervaſſe fidem. ſi mentior, ultima numquam,
Quae patior, tantis hora ſit ulla malis.

mox corrupte *Scilicet in tumulis* in Voſſ. quarto. *Si libet* Askew. deinde ab ipſius Propertii manu vellem eſſet Heinſii conjectura, vel a codd. MSS. firmaretur, *Strix ſuper oſſa cubet.* non enim poterat Cynthia, ſi falleret, avem magis infauſtam, viperae junctam, oſſibus ſuis incubam inprecari, quae hominum inteſtina nocte comedere, & ſepulcretis inſidere credebatur. ſupra Lib. III. El. 4. 29.

Et ſtrigis inventae perbuſta jacentia plumae,
Cinctaque funeſto lanea vitta toro.

ubi vide Broukhuſ. & quae ibidem notavi. ſic funeſtiſſimi ominis, ſi domui ſtrix inſideret. quod lenae inprecatur Tibullus Lib. I. El. 6. 16.

Hanc volitent animae circum ſua fata querentes
Semper, & e tectis ſtrix violenta canat.

ubi conjeceram aliquando *& e buſtis ſtrix violenta canat.* licet parum referat. de noctua buſtis & tectis inſidente Virgilius XII. Aen. 863.

Quae quondam in buſtis aut culminibus deſertis
Nocte ſedens, ſerum canit inportuna per umbras.

55. *Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita per amnem,*
Turbaque diverſa remigat omnis aqua.]

partita in Colotiano. quod non rejiciendum exiſtimat Paſſeratius. *quaeſita* in Borrich. Heinſiano, Groning. Leidenſi & meo primo. quam lectionem non rejiciendam notat Broukhuſius. *ſortita* probabat J. Douſa & adſcripſerat diſpartita ductis ſortibus ex urna illa capitum omnium capace, ultimis ſortibus. *geminas ſedes* conjecerat

Hein-

Una Clytaemneſtrae ſtuprum vehit, unaque Creſſae
Portat mentitae lignea monſtra bovis.

Ecce

Heinſius & ante eum Paſſeratius, qui de duplici apud inferos piorum & inpiorum habitatione ac via intelligit, quo referri poſſunt illa Catonis apud Salluſtium Catil. cap. 52. ubi memorat, C. Caeſarem *falſa exiſtimaſſe ea, quae de inferis memorantur, diverſo itinere malos a bonis loca tetra, inculta, foeda atque formidoloſa habere.* ita duas inferni ſedes diſtinctas eleganter depingit Tibullus Lib. I. El. 3. ubi de altera infortunata v. 67.

At ſcelerata jacet ſedes, in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.

ubi neceſſe non eſt *tacet ſedes* emendare cum Cruſio in Probabil. Critic. pag. 9. Sed innuitur hic potius gemina, ſeu diverſa ſedes, quae in cymba Charontis turbae vectorum adſignatur, ut ex ſequentibus manifeſtum eſt. Graevius vero in Epiſt. ad Heinſ. Tom. IV. Syllog. pag. 226. ſic interpretatur: *Nam gemina turba ſortita eſt ſedes, ſcilicet diverſas per turpem amnem, & omnis illa turba remigat diverſas undas.* vel praefert nonnullarum edd. lectionem *partita*, hoc ſenſu, *eſt gemina ſive duplex ſedes, piorum & inpiorum, partita, ſive deſerta, per turpem amnem, Cocytum ſeu Styga, ut apud Horat. Lib. I. od.* 13. ſedes diſcreta piorum. *ſortita* tamen mihi praeferendum videtur. & ſi codices addicerent, mallem *triſtem amnem* pro *turpem*, quamvis illam lectionem probaſſe videatur Broukhuſius in notis ad Tibull. Lib. I. El. XI. 36. quia hunc locum illic confert cum iſtis Albii verſibus,

Non ſeges eſt infra, non vinea culta; ſed audax
Cerberus, & Stygiae navita turpis aquae.

ubi antea edebatur *puppis.* in Excerptis Lipſii *navita pullus.* ipſe vero in notis ſuis MSS. antea conjecerat *navita putris.* quod in editis rejeciſſe videtur. ut vero illic oſtendat *turpis* epitheton ad res infernas aptum, fruſtra Virgilii deſcriptionem inferni adfert Broukhuſius, in qua *turpis Egeſtas* dicitur, epitheto etiam extra Orcum egeſtati proprio, ut ibidem praecedit *triſtis Senectus*, quo tamen argumento non uterer ad *triſtem amnem* hic firmandum. ſed & ipſe Tibulli verſus, *Non ſeges eſt infra, non vinea culta*, & Salluſtiana, quae ſupra etiam produxi, ubi inferorum *loca tetra, inculta, foeda, ac formidoloſa* appellantur propugnare videntur, *triſtia* propriore epitheto dici, ſeu inamoena & horrida, quaecumque ad ſedes infernas ſpectant. quin & ipſe Broukhuſius *Parcas*, & Deos infernales, reſque omnes Inferorum epitheto peculiari *triſtes* dici obſervat ad ejuſdem Tibulli Lib. III. El. 3. 35. quapropter ex loco Virgilii de Charonte quem adfert, ex Lib. VI. A. 315. *Navita ſed triſtis, nunc hos, nunc accipit illos*, praeſtaret in priore Tibulli loco legere, *& Stygiae navita triſtis aquae. triſtem* igitur hic *amnem* de Cocyto vel Styge, quam *paludem nigram*, & *aquam ignavam* ibidem dicit Tibullus. Virgilius VI. Aen. 438.

Fas obſtat, triſtique palus inamabilis unda.

ubi *triſtem undam & inamabilem paludem* Pierius dici notat, quam στυγερὴν de Acheronte vocavit Homerus. ſic *triſtia Tartara* IV. Aen. 243. *triſtia inferni regna* Horatio III. od. 4. 46. & apud alios paſſim. *triſtis* vero & *turpis* frequenter confundi ſaepe notarunt viri eruditi. vide Heinſ. ad Claud. I. in Rufin. 324. Drakenb. ad Silium XII. 185. & Patrui mei notas ad Lucan. IX. 391. deinde *navigat* in Regio, Colbertino, Mentel. Borrich. Groning. Heinſiano, primo Leid. & meo, ed. Venet. 1487. & Beroaldina. ſed *remigat* recte in Venet. 1475. Reg. Lep. Volſci, utraque Aldi, Junt. Colin. Rovill. Gryphii, Graſſeri, aliiſque. defunctorum enim animae in cymba Charontis remigabant. vide hic Broukhuſ. & quae notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 11. ſeu ad elegantiſſimum Epigr. XIII. v. 21. cujus partem e Grutero hic profert Broukhuſius. *amnis aqua* male in Heinſiano, & meo priore.

57. *Una Clytaemneſtrae ſtuprum vehit, unaque Creſſae*
Portat mentitae &c.]

Clymneſtre in Neapol. *altera Craſſae* in pleriſque codd. & edd. vetuſtis. quibus accedunt duo Leidd. tres Voſſ. uterque D'Orvill. & mei. quod ex ſeq. diſticho petitum recte notat Broukhuſius. *unaque claſſe* in margine tertii Voſſ. *& fera Creſſae* in quinto Vaticano. *atraque* in v. c. Perreji. Colot. tribus Vaticanis, & ed. Beroaldina. *albaque* in aliis legi ſcribit Paſſeratius. ut *alba vacca* jungatur albo tauro, quod recte rejicit Gebhardus. *unaque* ex Livineji conjectura recepit Broukhuſius. ut una & eadem navis Clytaemneſtram

Ecce coronato pars altera vecta phaſelo,
Mulcet ubi Elyſias aura beata roſas.

Qua

noſtram & Paſiphaën vehere dicatur, quemadmodum altera Andromeden & Hypermneſtram, quia *ſedes geminas* & diverſas per amnem luridum turba omnis ſortita eſt.

59. *Ecce coronato pars altera vecta phaſelo,*
Mulcet ubi Elyſias aura beata roſas.]

Feſta coronato conjiciebat eruditiſſimus Eldikius. ſed vulgatam ſervari jubet illud noſtri Lib. III. El. 23. 15.

Ecce coronatae portum tetigere carinae.

parta phaſelo in Neap. Excerpt. Scalig. Commeliniano Gebhardi, Borrich. Harlejano Muſei Britann. Leid. ſec. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, ed. Regienſi, Venet. 1475. Volſci, Aldi utraque, Junt. Colin. & Graſſeri. *pacta* in priore Palatino. *parta faſello* Askew. *veſta* Vatic. ſec. ſed *vecta*, praeter codices a Broukhuſio indicatos, in v. c. Perreji, Colot. primo Vatic. Fruter. Mentel. ed. Venet. 1487. Beroaldina, Antv. Chriſt. Plant 1560. Canteri & Douſar. Rapheleng. *victa* ed. Muret. & Rovill. mox *eliſas* corrupte in cod. Scal. Mentel. Leid. pr. & D'Orv. ſec. a m. pr. *Elyſas* Neap. *elixas* Askew. *effuſas* adfert Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 154. vide ad Lotich. pag. 651. *turba beata* male in Commeliniano Gebhardi. paſſim enim poëtis *mulcere* flores & plantas, ſeu nutrire dicuntur *aurae*, Zephyri, vel rore matutino Eos, ut in illo Catulli loco ex Carm. Nupt. v. 41.

Ut flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Quem mulcent aurae, firmat Sol, educat imber.

ſic in Epith. Pelei & Thetid. v. 89.

Quales Eurotae progignunt flumina myrtus,
Aurave diſtinctos educit verna colores.

& v. 282.

—— quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fecunda Favoni.

ſed haec e Graecis Latiniſque poëtis praeclare illuſtravit Cel. Valckenarius ad Euripid. Hippol. v. 78. hinc in camporum beatorum deſcriptione Tibulliana, cum his conferenda; v. 59.

Hic choreae cantuſque vigent, paſſimque vagantes
Dulce ſonant tenui gutture carmen aves.
Fert caſiam non culta ſeges, totoſque per agros
Floret odoratis terra benigna roſis.

Valer. Fl. Lib. I. 843.

—— donec ſilvas & amoena piorum
Deveniant, campoſque, ubi Sol, totumque per annum
Durat aprica dies, thiaſique, chorique virorum,
Carminaque, & quorum populis jam nulla cupido.

& talem ſedis Elyſiae felicitatem, obvia apud veteres poëtas deſcriptione, depingere etiam conatus eſt auctor Graeci Epigrammatis, ſeu Epitaphii, a P. Aelio Abaſcanto filiae Aeliae Protae poſiti, quod vitioſiſſime in prima Gruteri edit. Commeliniana, ſed emendatius in ultima pag. DCCIII. 1. ſic editum eſt:

Οὐκ ἔθανες, Πρώτη, μετέβης δ' ἐς ἀμείνονα χῶρον,
Καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ,
Ἔνθα κατ' Ἠλυσίων πεδίων σκιρτῶσα γέγηθας
Ἄνθεσιν ἐν μαλακοῖσι κακῶν ἐκτόσθεν ἁπάντων.
Οὐ χειμὼν λυπεῖ σ', οὐ καῦμ', οὐ νοῦσος ἐνοχλεῖ,
Οὐ πεινῇς, οὐ δίψος ἔχεις. ἀλλ' οὐδὲ ποθεινὸς
Ἀνθρώπων ἔτι σοὶ βιοτός. ζώεις γὰρ ἀμέμπτως
Αὐγαῖς ἐν καθαραῖσιν Ὀλύμπου πλήσιον ὄντως.

neque etiam ſine mendis exſtat apud Fleetwoodum in Syllog. Inſcr. Antiq. p. 251. & uno verſu deficiente apud Murator. Tom. II. Theſ. pag. MCXXVI. 4. unde miror Gorium Tom. II. Inſcript. Florent. pag. 119. primam Gruteri editionem ſecutum fuiſſe. Addidit autem eruditiſſimi Ant. Mar. Salvinii verſionem Latinam metricam, cum qua Muſarum ſtudioſis volupe erit conparare hanc Hug. Grotii interpretationem ineditam:

Non equidem extincta es, Prote, meliora petiſti
Sed loca: jamque arvis gaudes habitare beatis,
Elyſium feſtis perſultans laeta choreis,
Floribus uber ubi tellus, ignara malorum.
Non te ſaeva lues laedit, nec bruma, nec aeſtas;
Eſuries tibi nulla, ſitis tibi nulla, nec aevi
Eſt deſiderium noſtri. nam libera vivis
Lumine in aetherio, rerum vicina parenti.

61. Qua

Qua numeroſa fides, quaque aera rotunda Cybebes,
Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris.
Andromedeque, & Hypermneſtre ſine fraude maritae
Narrant hiſtoriae pectora nota ſuae.

65. Haec

61. *Qua numeroſa fides, quaque aera rotunda Cybebes,*] ex corruptiſſimis codd. MSS. & edd. veterum lectionibus haec ita ſanarunt viri eruditi. *nemoroſa fides* vitioſe in Voſſ. tertio. *numeroſa fides*, ſeu cithara, dicitur, quia ad varios numeros & modos percutitur. quo ſenſu res *numeroſae*, quae variis partibus conſtant. de qua vocis elegantia vide notas ad Tom. II. Anth. L. pag. 264. deinde *quaque errat turba Cybelles* in v. c. Perreji, Vatic. pr. & quint. Regiis, & Voſſiano quarto a man. ſec. ut in ed. Veneta 1487. Beroaldina, Rovill. Gryph. 1573. & Canteri. *qua quaerar ut unda* Neap. Groning. Leid. ſec. Voſſ. pr. & ſec. D'Orv. pr. meoque altero. *qua querar ne unda* Askew. *quae quaerat in unda Cybeles* Colbert. in Veneta 1475. Regienſi, & Volſci *qua querat in unda Cybelles Muratiſque ſonant. qua quaeritur unda Cybelles* Mentel. Leid. pr. ed. Ald. utraque, Junt. Colin. Gryphiana 1551. & 1561. Antverp. Chriſt. Plant. 1560. & Graſſeri. *qua querar in ida Cybeles* in Heinſiano, & meo priore. *qua quaeram in unda* Borrich. ſed *quaerit qua buxa* in Colotiano. *qua buxus & unda* Pontani codex, unde forſan non male legi poſſet, *qua buxus & aera Cybebes*. recepta lectio *aera rotunda* auctores habet Scaligerum & Turnebum Lib. XXIII. cap. 7. eamque ex Vaticano & Urſini codice probavit Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. 20. ut hac forma Cybebes cymbala paſſim in monumentis antiquis conſpiciuntur. & ſic in ed. Scalig. & Douſarum Raphelengiana. *aere recurva* conjicit Paſſeratius, quod inridet Gebhardus. *quaque aera incurva* Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 23. idque ſe pluribus adſtruxiſſe in curis ſecundis ad Prudent. Hymn. X. Periſteph. v. 200. addit. illae autem ſecundae curae nunc deſiderantur, ſed in editis notis ex cod. Rottendorphiano illic emendabat, *Per multa Matris aera plorandus ſpado.* pro *Matris ſacra.*

63. *Andromedeque & Hypermneſtre, ſine fraude maritae,*
Narrant hiſtoriae pectora nota ſuae.]

Andromadeſque & Hypermneſtrae male in meo ſecundo, & v. 67. de ſcriptura aliorum codicum *Hypermeſtre* vide Voſſ. II. de Anal. cap. 2. p. 662. & Broukhuſ. ſupra ad Lib. III. El. XI. 55. Hic vero concinnius ſcribetur *Andromedeque & Hypermneſtra*. ne utrumque nomen ejuſdem ſit terminationis, & ultima in *Hypermneſtra* producatur, ut ſaepe. de quo alibi. *ſine fraude marita* conjecerat Heinſius. ſed non opus, *maritae ſine fraude*, viris ſuis fideles. altero verſu *Hiſtoriae noceant* in Mentel. & primo Leid. unde colligi poſſet in aliis tranſpoſitas fuiſſe voces, *Hiſtoriae narrant. corpora nota* ex ſuo codice Scaliger. pro *nota* vitioſe in D'Orvill. pr. *nocte. pectora nota* a Regiis, Colbertino, & reliquis meis codd. & edd. vetuſtis firmantur. Marklandus conjecerat, *Narrant hiſtorias, pectora nota, ſuas.* & *pectora* intelligebat, ut apud Virgil. II. Aen. 349. *juvenes, fortiſſima fruſtra pectora*. Ovid. V. Faſt. 71. *Romulus hoc vidit: ſelectaque pectora, Patres Dixit: ad hos Urbis ſumma relata novae.* & IV. Triſt. 10. 91.

— — ad vos ſtudioſa revertor
Pectora, qui vitae quaeritis acta meae.

tempora tentaverat Ayrmannus. *foedera nota* Heinſius. Vulpius in prima editione per *corpora* intelligebat ſummam geſtorum, quomodo *hiſtoriae, doctrinae corpus*, pro ſumma, vel pudenti, ut ait, ac minima mutatione legebat,

Narrant hiſtoriae corpora nota ſua.

hoc eſt, *pulchritudinem* corporum ſuorum hiſtoriis pervulgatam. Non multum tamen huic conatui ipſe videtur tribuiſſe, quia addit, *ſed non auſim. metuo enim ea cenſura notari, qua ſaepe alios caſtigo.* quae verba in curis ſecundis omiſit, propoſita tamen eadem interpretatione & emendatione. Non indigent cenſura operoſa, quia eas commemorare, refutationis inſtar habet. Mihi prae ceteris virorum doctorum conjecturis probandum videtur, ut cum Livinejo & Schotto legatur, *Narrant hiſtoriae pignora nota ſuae*, quod propius accedit ad codd. MSS. lectionem *pectora*. ut Perſeus ſequente diſticho, propter Andromeden vinculis ſolutam, & Hypermneſtre propter pietatem Lynceo praeſtitam, velut fidi amoris

Haec ſua maternis queritur livere catenis
Brachia, nec meritas frigida ſaxa manus.
Narrat Hypermneſtre magnum auſas eſſe ſorores:
In ſcelus hoc animum non valuiſſe ſuum.
Sic mortis lacrimis vitae ſanamus amores.
Celo ego perfidiae crimina multa tuae.

Sed

amoris *pignora* dicantur. infra El. XI. 12.

Quid mihi conjugium Paulli, quid currus avorum
Profuit? aut famae pignora tanta meae?

hiſtoriae vocis in ejuſmodi rebus frequens Propertio uſus eſt. Lib. I. El. 15. 24. *Tu quoque uti fieres nobilis hiſtoria.* Lib. III. El. 19. 18. *Et caput argutae praebeat hiſtoriae.* & El. 21. 20. *Famam Roma tuae non pudet hiſtoriae.* Ovidius II. Am. 4. 44. *Omnibus hiſtoriis ſe meus aptat amor.* vide ſupra ad Lib. II. El. 1. 16. *Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.*

65. *Haec ſua maternis queritur livere catenis Brachia,*]

ſic optime Scaliger, & Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 20. reſtituerunt, pro vitioſa plurimorum codicum & edd. antiquarum ſcriptura, *Haec ſumma aeternis*, in quam conſpirant etiam Regii, Colbert. duo Leidd. tres Voſſiani, Askew. duo D'Orvill. & mei, praeter ſolum Groninganum, qui veram ſervavit lectionem, a Broukhuſio operoſe vindicatam, quem miror praeteriiſſe ipſius Propertii locum ex Lib. III. El. 21. 29.

Non hic Andromedae reſonant pro matre catenae.

male igitur contra Lipſium alteram ſcripturam defendit Livinejus, & Andr. Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 57. ſed recte *Haec ſua maternis* tuetur etiam Gebhardus.

67. *Narrat Hypermneſtre magnum auſas eſſe ſorores:*
In ſcelus hoc animum non valuiſſe ſuum.]

hoc modo legitur & interpungitur in MSS. & edd. vetuſtis. Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. volebat,

Narrat Hypermneſtra magnum auſas iſſe ſorores
In ſcelus: hic animum non valuiſſe ſuum.

ut *in ſcelus iſſe* dictum ſit, quomodo apud Naſonem VI. Faſt. 526.

—— *& furiis in ſcelus iſſe piget.*

ſed diſtichum hoc ſanum eſſe exiſtimo. pro *non valuiſſe* perperam in Heinſiano & meo priore *non violaſſe. animum non valuiſſe in hoc ſcelus* eſt, animum ſceleri inparem non potuiſſe illud peragere. *valere in mare* apud noſtrum Lib. III. El. 5. 58.

In mare cui ſoliti non valuere doli.

& *valere in poenam* Ovidio Lib. I. Am. 7. 26.

Et valui poenam fortis in ipſe meam.

ubi vide Patrui mei notas, & doctorum Interpretum ad Cic. I. Catil. cap. 6.

69. *Sic mortis lacrimis vitae ſanamus amores.*] ſenſum & loquendi modum hoc in verſu vix capere me fateor. Paſſeratius exponit, *ſic medemur vulneribus amoris, quae in vita accepimus, & pro medicina illius mali ſunt lacrimae*, notatque in aliis libris legi *ſolamur*, quam lectionem ut indubitatam contextui inſeruit Broukhuſius, verbo quidem poëtis hac in re proprio, de quo praeter exempla ab eo producta vide alia apud Titium ad Nemeſian. Ecl. IV. 19. & adde quae notavi ad Lotich. pag. 223. *Satiamus* ex Palatino profert Gebhardus, quod etiam in duobus Vaticanis legitur, ut *faciamus* ex v. c. in margine ed. Ald. notaverat Perrejus. praevalet tamen apud me plurium codicum numerus, in quibus *ſanamus amores*, ut in ceteris omnibus MSS. quorum Excerptis utor, Regiis, Colbert. Mentel. Askew. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis, & quidquid eſt antiquarum editionum. Hanc igitur ſcripturam veterem auctori reddendam cenſui. Sed hac curatione non abſolvitur loci procul dubio aegri medicina. quis enim *mortis lacrimas*, & *vitae amores* dixerit, ignoro, ſed proveniſſe hanc

 lectio-

Sed tibi nunc mandata damus. Si forte moveris,
Si te non totum Doridos herba tenet.
Nutrix in tremulis ne quid deſideret annis
Partheńie: patuit, nec tibi avara fuit.

75. De-

lectionem arbitror a ſciolo gloſſatore, acumen in oppoſitione *mortis* & *vitae* quaerente. neque rem expedit Paſſeratius, qui *mortis*, *mortuorum Manium* exponit. talis enim interpretatio eo magis corruptelam confirmat, quam ſubodoratus eſt Heinſius, quum conjiceret, *Sic ortis lacrimis.* neque *vitae amores* ſatisfeciſſe videntur Marklando, qui tentaverat; *vitae ſanamus amara*, cujus conjecturae rationem ſe in Notis redditurum adſcripſerat, adnotato loco ex Lib. I. El. 10. 17.

Et poſſum alterius curas ſanare recentes.

pro *Sic* melius in Heinſiano & primo meo codice *Hic.* pro *vitae* in Groningano *in te.* Mihi videntur haec ita reſtitui poſſe,

Sic (vel *Hic* e MSS.) moeſtis *lacrimis* veteres *ſanamus amores.*

moeſtis lacrimis non magis otioſum aut nimis vulgare eſt epitheton, quam *moeſtis fletibus* Lib. I. El. 5. v. 15. *Et tremulus* moeſtis *orietur* fletibus *horror.* talia plura epitheta ſubſtantivis ſuis adfinia amant poëtae veteres, ut *moeſtus dolor*, *pavidus timor*, *muta ſilentia*, *liquidae aquae*, & ſim. ſed tamen ita, ut vim vocis adpoſitae augeant. de quibus vide Patrui mei notas ad Ovid. II. Met. 66. & quae dedi ad Lotichium Lib. I. El. 8. 27. *veteres amores* etiam ex more poëtarum conjeci. Catullus Ep. XCVII.

Cum deſiderio veteres *renovamus* amores.

Tibullus Lib. II. El. 4. 47.

Atque aliquis ſenior veteres *veneratus* amores.

Ovidius V. Met. 576.

Fluminis Elei veteres *narravit* amores.

audacius hariolari vix audeo,

Poſt mortem lacrimis veteres ſanamus amores.

ut Lib. III. El. 14. 27.

Poſt mortem tumuli ſic infamantur amantum.

alia excogitent, quibus felicius acumen Criticum eſt. minore verſu *Caelo* male in vetuſtis edd. *Cedo ego* Askew. *Calleo perfidiae* in D'Orvill. ſec. & *carmina* in primo. mox *Haec tibi nunc mandata damus* Heinſius.

72. *Si te non totum Doridos herba tenet.*] *Colchidos.* in v. c. Perreji cum primo & ſec. Vaticano, ut legebat Demſterus ad Roſin. Lib. II. Antiq. cap. 10. & ad Claudian. I. in Ruf. 153. ut ad Medeam referatur, quod jam ante eum occupaſſe Volſcum & Beroaldum notavit Broukhuſius, ſed rejecit. *Claridos herba* Askew. quod accedit ad *Chloridos*, ut in Borrich. duobus Leidd. tribus Voſſ. & utroque D'Orvill. *Sed te non totum Colchidos* in ed. Volſci. *Cloridos* in meo ſecundo, & priſcis edd. vel *Chloridos*, ut in Aldinis, Juntina, Colin. & ſequentibus. *Doridos* in cod. Scaligeri, Heinſiano, & meo priore. quod praetulit, & amicae novae Propertii nomen cenſuit Broukhuſius. *Et te non totum* Heinſius.

73. *Nutrix in tremulis ne quid deſideret annis Parthenie: patuit, nec tibi avara fuit.*]

potuit in Neap. Vatic. quinto, Mentel. Borrich. Heinſiano, Leid. ſecundo, tribus Voſſ. utroque D'Orv., meo primo, & edd. antiquioribus, in quibus etiam *ſibi avara.* *Parthoniae potuit* in meo ſec. & ed. Volſci. *potuit* etiam Askew. in quo male *in teneris.* *amara* v. c. Perreji, cum duobus Vatic. *potuit nec ſibi avara fuit* in uno Regio. *patuit nec tibi amara fuit* in altero. *amara* defendi poſſet ex Ovidio Epiſt. XVIII. v. 115. *Atque ita cunctatus monitu nutricis amarae*, ut legebat Heinſius, licet *monitu amaro* rectius alii praeferant. *patuit* recte Guyetus ad Terent. Heaut. II. 1. p. 125. interpretatur, *faciles aditus praebuit*, *obſequens fuit.* & in illo Terentii loco legit,

Mea eſt patens, procax, magnifica.

pro *potens.* ſed Boeclero conjecturam illam improbante. ſic apud Ovid. II. Am. 19. 25. *Pinguis amor*, *nimiumque patens*, ut pro *potens* emen-

Deliciaeque meae Latris, cui nomen ab uſu eſt,
Ne ſpeculum dominae porrigat illa novae.
Et quoſcumque meo feciſti nomine verſus,
Ure mihi. laudes deſine habere meas.

Pelle

emendavit Heinſius, cujus notae illic plura exempla ſubpeditant. idemque Lib. I. A. A. 63. ex cod. MS. praeferebat, *Sive cupis juvenem; juvenes tibi mille patebunt.* pro *placebunt.* & latiori ſenſu *patere* dicitur puella, quae facilem ſui copiam praebet. de quo vide ad T. I. Anth. L. pag. 350. & T. II. p. 525. neque aliter hoc in loco *patuit* intelligebat Marklandus, qui libro ſuo adſcripſerat, *facilis tibi acceſſus, obvius & expoſitus fuit.* ut apud Plinium in Epiſtolis. —— & contra *difficiles aditus* apud Horat. Lib. I. Sat 9. 56. Neſcio quem Plinii locum innuerit, niſi forte ex Lib. V. Epiſt. 19. *ſcribas tuis, ut illi villa, ut domus pateat.*

75. *Deliciaeque meae Latris, cui nomen ab uſu eſt,*] *Latrix* vitioſe in Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. D'Orv. pr. & meo utroque. *Lathis* in uno Regio. in altero *lachrymis.* quod etiam eſt in Mentel. Leid. pr. ed. Ven. 1475. & Regienſi. *Latrys* ed. Volſci. *Lathris* in Beroaldina. ſed *Latris* recte in utraque Aldi, Junt. Colin. Muret. Rovill. Gryph. Graſſeri, ceteriſque. *Latris* enim, *cui nomen ab uſu*, Graecis eſt Λάτρις, Λάτριδος, ἀπὸ τοῦ λατρεύειν. de cujus nominis ratione videnda ſunt, quae notavit Cel. Valckenaerius Animadv. ad Ammon. Lib. II. cap. 4. pag. 99. Janus Douſa ed. Rovillianae adſcripſerat, *vide ridiculum hoc loco errorem Scaligeri in Martialis verſu corrumpendo.* Notaverat nimirum Scaliger in prima & altera editione, ancillas, quas in deliciis habebant, *abras* Atticis vocatas, producto Martialis loco, ex Lib. III. Ep. 42. in quo corrigebat,

Lomento, rugas uteri quo condere tentas,
Polla, tibi ventrem non nihil abra linit.

pro vulgata, quam ineptam dicit, *tibi ventrem, non mihi labra linis.* neque hanc viri magni emendationem probavit Scriverius, qui eam audacem & temerariam vocat. Sed in curis ſecundis, ſeu poſtrema ed. in Bibliop. Commel. an. 1600. excuſa, haec delevit Scaliger. *ab uſu eſt* edidi, quia ſic in pleriſque MSS. & edd. vetuſtis. altero verſu *Nec ſpeculum* Leid. pr. *porriget* Mentel. *illa meae* in uno Regio.

77. *Et quoſcumque meo feciſti nomine verſus,*
Ure mihi.]

meo nomine pro *meo nomini* dictum notat Voſſius Lib. II. de Analog. cap. 10. & ſic Scioppius in Inſtit. Gramm. pag. 135. quod ſaepe Propertio uſitatum notavi ad Lib. III. El. 9. 40. Heinſius conjecerat *Ure tibi.* Sed forte melius erit, ſi interpungamus,

Et quoſcumque meo feciſti nomine verſus,
Ure, tibi laudes deſine habere meas.

explicat hunc locum Valens Guellius ad Virg. XI. Aen. 194. & refert ad veterum ſuperſtitionem, qua defunctis cariſſima pignora rogo funereo injiciebant, adeoque Cynthiae umbra Propertium roget, ut comburat omnes de ſe ſcriptos verſus, eumque obteſtetur, ut encomia tot verſibus ejus ſibi ſacrata, tamquam gratiſſimas inferias, ad manes ſuos placandos rogalibus ignibus injiciat. quod minime rejiciendum videtur. ſic enim in ſuo etiam funere ipſe Propertius Cynthiam rogat Lib. II. El. 10. 25.

Deſit odoriferis ordo mihi lancibus; adſint
Plebeji parvae funeris exſequiae.
Sat mea ſat magna eſt ſi tres ſint pompa libelli;
Quos ego Perſephonae maxima dona feram.

ubi *tres libellos*, quos exſequiis ſuis inferias exigit, ad tres ſuos Amorum libros nonnulli referunt, ſed intelligi potius Mimnermi, Callimachi, & Philetae carmina, quae adſiduo uſu contriverat, notavi ad Ejuſd. Elegiae v. 17. hoc autem in loco noſter reſpicere videtur ad illa Homeri Iliad. X. circa finem, ubi Hectorem ab Achille dilaceratum lugens mater, omnia ejus pretioſa, nulli uſui amplius futura, igne conburenda tradit:

Ἀλλ' ἤτοι τάδε πάντα καταφλέξω πυρὶ κηλέῳ,
Οὐδὲν σοί γ' ὄφελος.

Pelle hederam tumulo, mihi quae pugnante corymbo
Mollia contortis adligat oſſa comis.
Pomoſis Anio qua ſpumifer incubat arvis,
Et numquam Herculeo numine pallet ebur.

Hoc

79. *Pelle hederam tumulo, mihi quae pugnante corymbo*
Mollia contortis adligat oſſa comis.]

Velle hederam tumulo Heinſius, & ante eum Paſſeratius conjecerant. *fluvio* corrupte in Borrich. Heinſiano, & meo priore. *multo* Voſſ. quart. ſed *Pelle* non videtur ſollicitandum. hedera obumbrari tumulum ſuum vetat, quia veteres ſepulcra ſua virgultis & vepribus obtegi deprecabantur. de quo more vide quae notavi ad Epigramma vetus in Tom. II. Anth. Lat. pag. 133. & 134.

Ne patiare meis tumulis increſcere ſilvas,
Sic tibi larga Ceres dona det, & Bromius.

contra Anacreontis tumulo corymbos hederae floreſcere adprecatur Antipater Sidonius Lib. III. Anthol. Graec. Tit. XXV. Ep. 46. in ſequentibus exponendis valde aeſtuat Paſſeratius. nam *mihi quae pugnante corymbo* interpretatur, *racemis & uvis hederae mihi inimicis & infeſtis. pugnans* igitur *corymbus* eſt infeſtus. & conjicit *ora* legendum, hoc eſt *inplexis hedera crinibus*, vel denique *corymbo* & *comis contortis* duplicem eſſe ablativum. tam contortae explicationes plerumque produnt difficultatem in locis difficilibus & mendoſis bene enodandis. non enim dubito *pugnante corymbo* corruptum eſſe. conjeceram aliquando *pallente corymbo*, ut in illo Virgilii Ecl. III. 39.

Diffuſos hedera veſtis pallente corymbos.

Sed nunc magis adridet, ut reponatur,

—— mihi quae pungente corymbo
Mollia contortis adligat oſſa comis.

nam *pungente* & *pugnante* ſcripturae diſcrimine minus differunt, hoc ſenſu, ne hedera corymbis, ſeu ramorum acuminibus pungentibus mollia oſſa laedat, & comis ſuis contortis ac ſerpentibus inplicet. *Mollis* vel *Molli* perperam in variis codd. MSS. *cum totis comis* male in Mentel. & Leid. pr.

81. *Pomoſis Anio qua ſpumifer incubat arvis,*] ita nunc reſtitutum fuit a Broukhuſio, adplaudente Bentlejo ad Horat. Lib. I. od. 7. 14. quum in omnibus ſcriptis & editis antea legeretur *Ramoſis Aonio qua pomifer incubat arvis.* neque defenditur haec lectio ex alio noſtri loco huj. Libr. El. IV. 5. *Silvani ramoſa domus.* nam aeque abſurdum hic eſt *arva* dici *ramoſa*, quam fluvium *pomiferum.* & ideo Bentlejus etiam diſcedit a N. Heinſio, qui apud Ovidium Lib. III. El. 6. 46. emendabat, de Aniene,

— qui per cava ſaxa volutans
Tiburis Argei pomifer arva rigas.

& reponere malebat *pomifera arva*, ut apud Silium Ital. IV. 225.

Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant.

ubi vide Drakenborchium. ſed Bentlejo oblocutus eſt Rich. Johnſon in Ariſtarch. Anti-Bentl. pag. 47. eumque ſecutus J. Clericus Tom. VII. Bibl. Ant. & Nov. P. I. pag. 94. & 95. ita *pomifer annus* pro autumno, apud Horat. III. od. 23. 8. *Pomiferi grave tempus anni.* ut legit Marklandus ad Statii Silvas pag. 35. ſic apud noſtrum Lib. I. El. 2. 11. conjectura veroſimili etiam emendabat Heinſius, *Surgat & in ſolis pomoſior arbutus antris.* ubi vide quae notata ſunt. dein *ſpumifer* recte etiam repoſitum fuit a Broukhuſio, laudante Marklando Epiſt. Critic. ad Fr. Harium pag. 35. id autem epitheton in Ovidii loco ſupra prolato ſervari malunt viri eruditi, quia illic de rapidis fluviis agit. & recte; ibidem hic amnis, quem *per cava ſaxa volutum* ait, mox v. 51. *rapidis animoſus ab undis* dicitur. & *praeceps* Horatio eſt, nam ex alta cataracta Anio apud oppidum Tibur praecipitatur. vide Cluver. Lib. II. Ital. Ant. cap. 10. pag. 714. ſeq. verſu *fallit ebur* male in Mentel. & Leid. pr. *Qua niveum Herc. num. pallet ebur* ad marg. ed. Ald. conjecerat Heinſius. ſed *numquam pallet ebur* minime tentandum, quia Tibure, aëris beneficio, ſemper candere & numquam palleſcere ebur tradunt veteres, & vulgatam prae ceteris tuetur Silius Italicus Lib. XII. 229.

Quale micat, ſemperque novum eſt, quod Tiburis aura
Paſcit, ebur.

quo

Hoc carmen media dignum me ſcribe columna,
  Sed breve, quod currens vector ab urbe legat:
Hic Tiburtina jacet aurea Cynthia terra.
  Acceſſit ripae laus, Aniene, tuae.
Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis.
  Quum pia venerunt ſomnia, pondus habent.

Non

quo loco aliiſque rem optime illuſtravit Broukhuſius. cui adde Fr. Junium Lib. III. de Pictur. Vet. cap. XI. pag. 290. 291. *Herculeo nomine* male in Mentel. primo Voſſ. aliiſque.

83. *Hoc carmen media dignum me ſcribe columna,*
Sed breve, quod currens vector ab urbe legat.]

Hic carmen in Mentel. Borrich. Heinſian. duobus Leidd. tribus Voſſ. & D'Orv. ſec. Askew. & priſcis edd. *I, carmen* correxerat Heinſius, ut ſaepe hanc voculam aliis veterum poëtarum locis reddidit. de quo vide ad Tom. I. Anth. Lat. p. 510. *Non carmen* D'Orv. pr. ut opponantur, *non me dignum*, *ſed breve carmen*. *dignum media* in Voſſ. tert. *ſed breve* in omnibus MSS. & editis. ut Lib. II. El. 1. 82.

Et breve in exiguo marmore nomen ero.

vide Neapol. ad Ovid. III. Faſt. 548. *Sed bene* negligenter in ed. Graeviana. deinde *currus vector* in Borrich. Heinſiano, Voſſ. pr. & quarto, meoque priore. unde forte legendum *curru vector* vel *vectus*. ſic Lib. II. El. 1. 85.

Si te forte meo ducet via proxima buſto,
Eſſeda caelatis ſiſte Britanna jugis:
Taliaque illacrimans mutae jace verba favillae,
Huic miſero fatum dura puella fuit.

victor male in D'Orvill. pr. *lector* in ſec. a man. pr. Janus tamen Douſa in margine ed. Rovill. *currens vector* exponebat, curſim ac properanter praeternavigantes legant, ſeu oculo praetereunte, ut apud Horat. Lib. I. od. 28. 36. *licebit injecto ter pulvere curras.* id eſt, naviges porro. procul dubio in animo habebat illud Ovidii III. Triſt. El. 3. 71.

Quoſque legat verſus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis.

& ſic fere Paſſeratius.

85. *Hic Tiburtina jacet aurea Cynthia terra*
Acceſſit ripae laus, Aniene, tuae.]

Tiburtina jacet hic vel *hac* in Regiis, Voſſ. quarto, D'Orvill. ſec. a man. pr. & meo priore. *Tiburina jacet hac* Mentel. Voſſ. pr. *Tiberina jacet hac* prim. Leid. *Si Tiburina jacet hac aurea* Colbert. *Hac Tyburtina* Borrich. *Tiburtina jacet hic adrā* in Askew. *Sed Tiburtina jacet hic* Neap. & meus ſecundus. *Tyburina jacet hac* ed. Ven. 1475. Regienſis, & Volſci. *Tiburtina jacet hic* Venet. 1487. & Beroaldi. *Hac Tiburnia jacet* ſecunda Aldi. ſed *Hac Tyburtina* in prima, Junt. & Colin. in ceteris *Hic Tiburtina.* altero verſu *laus & Amane* Neap. & Voſſ. pr. *laus Aniane* in meo ſec. ſed *Anienus* fluvii aeque nomen ac *Anio*, quia *Anienus* illius Deus eſt. vid. Cluver. Lib. II. Ital. Ant. cap. 10. pag. 712. & Marklandum ad Statii Silvas pag. 50. eleganter hunc locum imitatus eſt Livinus Meyerus Lib. IV. El. 7. pag. 340. de Jac. Wallio defuncto:

Illic praeterienſque leget flebitque viator,
Quae meus ad tumulum carmina ſcribet amor:
Hic ſacri recubant Heliconia pectora Walli,
Acceſſit ripae gloria, Liſa, tuae.

87. *Nec tu ſperne piis venientia ſomnia portis*, &c.] *vehementia* male in Voſſ. pr. intelligit corneam Somni portam, ex qua piis vera ſomnia veniebant, ut falſa ex eburnea. quo reſpicit auctor Epigrammatis in *αἴτια* Callimachi, Lib. III. Anthol. Graec. Tit. XXV. Ep. 402.

Ω μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
Ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς
Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας ἅτ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴσμεν,
Ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους. &c.

hoc eſt, interprete Grotio:

Accipe Battiadae ſapientia ſomnia vatis,
Non ebur haec, verum cornea porta dedit.

Quippe

Nocte vagae ferimur. Nox clauſas liberat umbras,
Errat & abjecta Cerberus ipſe ſera.
Luce jubent leges Lethaea ad ſtagna reverti.
Nos vehimur. vectum nauta recenſet onus.

Nunc

Quippe ignota prius ſeclis mortalibus edunt,
Sive Deûm ſobolem, ſeu canit ille Deos.

ubi haec notat Scholiaſtes: τῶν γὰρ ὀνείρων τὰ μὲν ἐκ κεράτων, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἀληθῆ. τὰ δὲ ἐξ ἐλεφάντων ἀπατηλά. vide illic Brodaei notas. & huc refert Delrius illud Claudiani Praef. in VI. Conſ. Hon. v. 22.

——— nec me mea luſit imago,
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.

Statius Lib. V. Silv. 3. 288.

Inde tamen venias melior, qua porta malignum
Cornea vincit ebur. ſomnique in imagine monſtra,
Quae ſolitus.

ubi vid. Barth. Auſonius, ex Virgilii imitatione, in Ephemeride pag. 106. ed. Toll.

Et geminas numero portas, quae fornice eburno
Semper fallaces glomerat ſuper aëre formas:
Altera, quae veros emittit cornea viſus.

& ita hunc Propertii locum explicat Valens Guellius ad Virg. VI. Aen. 893. ubi plura de his Somni portis ex Homero aliiſque Graecis ſcriptoribus notat. adde hic Paſſeratium, Rittersh. ad Oppian. III. Cyneg. 46. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 365. Vulpius tamen hic non adludi ad geminas illas Somni portas cenſet, ſed ad pias portas, per quas juſtorum umbris ad Elyſios campos aditum patere credebant, quas deſcribit Valerius Fl. circa finem Lib. I. ſed apud quem nulla ſomniorum mentio, ut hoc in loco.

89. *Nocte vagae ferimur. Nox clauſas liberat umbras,*] *vage ferimur* in meo ſecundo. noctivagas umbras, interdiu clauſas, innuit. manes enim defunctorum nocte errare fingebant, ut notum eſt, quo referendus Lucretii locus ſed corruptus, Lib. IV. 793. p. 133. ed. Giſan.

Scilicet arte madent ſimulacra & docta vagantur,
Nocturno facere ut poſſint in tempore ludos.

ita emendavit Turnebus laudante Rittershuſio ad Oppian. Hal. V. 603. p. 334. eamque lectionem Broukhuſius adprobaſſe videtur, quia locum contulit cum illo Tibulli Lib. II. El. 4. 12.

Omnia jam triſti tempora felle madent.

Lambinus tentaverat, *Scilicet arte valent.* ſed felicius emendabat N. Heinſius,

Scilicet artem eadem ſimulacra edocta.

vel, *Scilicet arte eadem ſimulacra & ducta.* hinc in Inſcriptione antiqua apud Gruter. pag. DCCLXXXVI. 5.

ITA PETO VOS MANES SANCTISSIMI
COMMENDATVM HABEATIS
CONJVGEM
MEVM CARVM ET VELITIS
HVIC INDVLGENTISSIMI ESSE
HORIS NOCTVRNIS
VT EVM VIDEAM
ET ETIAM ME FATO SVADERE
VELIT VT ET EGO POSSIM
DVLCIVS ET CELERIVS
AD EVM PERVENIRE.

ubi FATV in aliis. ſed ADFATV SVADERE recte legit Gronovius Diatr. Stat. pag. 123. FATO SVO ADDERE Boxhornius Quaeſt. Rom. IX. qui hanc Inſcriptionem explicat, & cum hoc loco Propertiano confert. plura vide apud Meurſium ad Lycophr. v. 1225. pag. 96. ubi vitio memoriae hos verſus ſub Tibulli nomine adfert. quin & defunctorum animae volitare, & quos *vivos* oderant, infeſtare credebantur. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. El. 6. 15. & Interpretum notas ad Ovidii Ibin hoc loco ſtabiliri poſſet emendatio Cl. Heynii apud Tibull. III. 2. 15.

Praefatae ante meos manes, animamque vagantem.

quam tamen in curis ſecundis rejecit, quia & ipſos Deos nocte vagari in terra ſibi perſuadebant. de quo vide Graevii Lect. Heſiod. cap. XVI. pag. 83.

93. *Nunc*

Nunc te poſſideant aliae: mox ſola tenebo.
  Mecum eris, & mixtis oſſibus oſſa teram.
Haec poſtquam querula mecum ſub lite peregit,
  Inter complexus excidit umbra meos.

ELEG.

93. *Nunc te poſſideant aliae: mox ſola tenebo. Mecum eris, & mixtis oſſibus oſſa teram.*] *Nec te poſſideant aliae* male in D'Orvill. pr. & meo ſecundo. *Ne te* in Neapol. ſenſus eſt, licet nunc aliae te poſſideant, mox, cum poſt fata tua huc veneris, *ſola* te fruar. qua in re elegantiſſimum verbi *tenere* uſum eſſe, videbis in notis Broukhuſii ad Tibull. I. 6. 3. unde patet errare Paſſeratium, qui *mecum eris* ſignificatione amatoria exponit: ut *eſſe cum aliqua*, pro coire, concumbere, quomodo intellexiſſe etiam videtur J. Douſa, quia orae ed. Rovill. adſcripſerat, *Catullianum, & perantiquae notae locutio, una aut ſimul eſſe cum aliqua.* hanc vero interpretationem repudiant illa, *mixtis oſſibus oſſa teram. mecum eris* idem hic notat, quod in vetuſto Epigrammate, edito Tom. II. Anth. Lat. pag. 262.

Semper ero tecum, &, me ſi ſopor occupet, umbram
Te umbra petam: ergo umquam ne metue abs te abeam.

quod his verſibus Propertianis illic illuſtravi. neque aliter intelligendum in Inſcriptione, quam ad ſuam explicationem firmandam male adfert Paſſeratius: SI NON RESPONDES, NON RESPONDEBIT DESIDERIVM TVI PER QVOD IPSA MECVM SEMPER ES. ſic etiam cenſuiſſe Marklandum video, qui libro ſuo adleverat, *formula letalis. quam fuſe explicabo. moeſtis oſſibus* male in D'Orvill. ſec. & Askew. *oſſa feram* conjecerat Heinſius. ſed *teram* bene expoſuiſſe videtur Paſſeratius, & vide notas Patrui mei ad Petron. cap. 91. qui *terere* hic eodem ſenſu, quo *mecum eris* Paſſeratius, capiebat. ſed malim ad ſimplicem illum amoris adfectum de oſſium & cinerum mixtura referre. ut in noto Albinovani loco, Epicedio Druſi, v. 163. *Miſcebor cinerique cinis atque oſſibus oſſa.* Lucianus in Amoribus Tom. II. pag. 449. ὀστέοις δὲ ἀναμίξαντας ὀστέα, μηδὲ τὴν κωφὴν κόνιν ἀπ' ἀλλήλων διακρῖναι. vide hic Broukhuſ. & quae notavi ad Lib. I. El. 15. 21.

95. *querula ſub lite peregit,*] huic lectioni, quam probabat etiam Heinſius, conſentiunt Regius, Colbertinus, pluresque codices, & primae edd. ſed non omnes omnium libri, ut ſcribit Broukhuſius, eam agnoſcunt. nam *ſub voce* in ſec. Leid. & D'Orv. primo, cum ed. Ven. 1487. Beroald. Aldi utraque, Junt. Colin. Rovill. Gryph. Graſſeri, ceteriſque, quorum multae ex codd. MSS. expreſſae ſunt. Ovidius Lib. II. A. A. 308.

Quod juvat, & querula gaudia voce notes.

Seneca Herc. Oet. 1672.

Superoſque & ipſum vocibus pulſans Jovem
Implevit omnem voce feminea locum.

ubi repetitio ejuſdem vocis non bella videbatur Broukhuſio, & ideo in margine ed. Gronov. conjecerat *queſtibus* vel *planctibus.* noſter Lib. III. El. 4. 18.

Retulit & querulo jurgia noſtra ſono.

ſub luce in Askew.

ELEG. VIII.

Diſce quid Eſquilias hac nocte fugarit aquoſas,
Quum vicina novis turba cucurrit agris.

Lanu-

Eleg. VIII.] Elegantiſſimam hanc, ſed plurimis in locis valde vexatam Elegiam primae editiones in duas diſtribuunt partes, quarum primae titulus inſcribitur DE CYNTHIA ET DRACONE. altera inchoatur a v. 29. *Phyllis Aventinae* &c. praefixa epigraphe DE MAGNO CYNTHIAE AMORE ERGA SE. ita enim habetur in utraque Veneta, Regienſi, & Beroaldina. & in Regiis, Colbertino, Borrichiano, aliiſque codd. eadem primae partis inſcriptio eſt in ſequentibus editionibus, ſed ſecunda hunc praefert titulum DEPREHENSVM PROPERTIVM CVM PHYLLIDE ET THEIA AMICIS A CYNTHIA, VAPVLASSEQVE AB EA OMNES VEHEMENTER. ſic enim in Aldi utraque, Juntina, Colinei, Rovillii, Gryphii, aliiſque. in binis autem codd. Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis praefigitur, DE CONCVBITV SVO CVM PHILIDE ET TEIA, ET QVALITER SIT DEPREHENSVS. Sed illa ſuperioribus connectenda eſſe recte monuerunt Canterus Lib. V. Novar. Lect. cap. 3. & Lipſius Lib. II. Var. Lect. cap. 18. jamque in ed. Volſci una tantum Elegia fuit exhibita, ut in Vet. cod. Perreji, primo & ſecundo Vaticano. Sed praeterire non poſſum aut lectorem celare, quae de conſtitutione hujus Elegiae olim animadvertit Broukhuſius, in notis ejus editis non exhibita: *Multa hic videntur trajecta. primum diſtichum nihil ad rem facit. deſcriptio illa itineris Lanuvini (etſi inperfecta & mutila) terminatur cum verſu 26. deinde narrare incipit jocularem omnino hiſtoriam, & turbatas voluptates ſuas inopinato Cynthiae adventu, quam ille etiamnum Lanuvii eſſe credebat. hoc enim eſt illud* Lanuvii ad portas *&c. ridiculi enim ſunt, qui hinc ſpurci aliquid expiſcantur. illi ergo primi duo verſus inchoant Elegiam poſteriorem, ſubſequentibus iſtis,* v. 27. Cum fieret noſtro *&c. hoc, puto, modo poſteriora pulcre ſibi cohaerent. quod ſi verum non eſt, aliunde petenda erit medicina. recte omnia eſſe conjuncta cenſet Gul. Canterus. vide Livinejum, Gebhardum, Sigonium ad Livium Lib. VIII. & Gronovium Lib. III. Obſerv. cap.* 17. *ubi etiam Lanuvium non eſſe Laurentum contendit contra Scaligerum. vide Rupertum ad Valer. Max. pag.* 97. *Lipſius ab his verſibus,* Quum fieret noſtro toties *initium facit novae Elegiae. & hunc ordinem ſervat in ſua editione Douſa Fil. certe ſeparatos fuiſſe in vett. libris has duas Elegias teſtatus eſt jam olim Lud. Caelius Lib. IV. Antiq. Lect. cap. 7. nos quoque vidimus in noſtris codicibus. qui initium novae Elegiae faciunt a v.* 29. Phyllis Aventinae &c. *Beroaldus contendit ex verſ.* 22. *unam eſſe Elegiam, neque divellendam in duas. Scriptam Volſcus aſſerit poſt mortem Cynthiae. utinam vir ille uberiorem nobis hiſtoriam reliquiſſet vitae Propertianae. videtur enim cum ipſo Nauta vixiſſe admodum familiariter, adeo certa ſunt quae tradit atque explorata.*

v. 1. *Diſce quid Eſquilias hac nocte fugarit aquoſas,*] vulgatam hanc lectionem multo molimine interpretari conatur Paſſeratius, ſed ita ut locum fere reddat magis obſcurum. ſic enim exponit: *Accipe cur Eſquiliae ipſae fugerint, ſedibus ſuis convulſae nocte praeterita, cur nemo remanſerit Eſquiliis*, in qua regione habitabat Propertius, adeo ut locus ipſe Lanuvium fugatus dicatur, actis in fugam incolis. quod quam contortum ſit, nemo non perſpicit. Cum N. Heinſio legendum videtur,

Diſce quid Eſquilias hac nocte agitarit aquoſas.

hoc eſt, turbaverit, motus conciverit. ut *turbare & agitare* conjungit Seneca in Troad. 434.

—— *turbat atque agitat Phrygas*
Communis iſte terror.

ſic *agitari* ventis & fluctibus dicitur commotum mare, & qui tempeſtatibus jactatur. Lib. II. El. 20. 5.

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen.

& *curis, ſpectris,* ac *furiis agitari*, pro inquietari. vide ad Albinov. Epic. Druſi v. 325. Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. 7. 51. hinc toto Vir-

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis,
Hic ubi tam rarae non perit hora morae.

5. Qua

Virgilii verſu *Poenis agitatus Oreſtes* ut legendum non *ſcenis*. Poenas enim Eumenides & Furias vocant. vide Hemſterh. ad Lucian. T. I. pag. 469. ubi etiam p. 471. Minois tribunali adſtare dicuntur, Ποιναὶ, καὶ ἀλάστορες, καὶ Ἐριννύες. & adde locum ex ejuſdem Luciani Amoribus T. II. pag. 45C. τὰς Ὀρέστην ἐλαυνούσας ποινὰς Πυλάδης ἐνόσει μᾶλλον. & ventis *agitari* dicuntur nemora & arbores, pro concuti. vide ad Ovid. Epiſt. XIV. 39. & quae id genus alia ſunt.

2. *Quum vicina novis turba cucurrit agris.*] Haec eſt Scaligeri lectio, formata ex codice ſuo in quo ſcribebatur, *Quum vicina meis arva cucurrit agris.* niſi quod *aura* pro *arva* emendet, ut ſenſus ſit, *aura ſtrepitus verberavit aures viciniae.* ut Lib. III. El. 8. v. 26. *Publica vicinae perſtrepat aura viae.* in nullo tamen codice MS. *aura* comparet. per *novos* autem *agros* intelligi notat Eſquilias, ubi agros excolere incepit Maecenas, ibidemque habitaſſe Propertium patet ex Lib. III. El. 22. v. ult. *Et dominum Eſquiliis ſcribe habitare tuum.* & hanc lectionem probabat Livinejus. *meis turba* eſt in Regiis, Colbert. Voſſ. quarto, ed. Ven. 1475. Regienſi, Volſci, utraque Aldina, Juntae, Colin. Rovill. Gryph. Graſſeri, aliiſque, quod retinet Paſſeratius, & exponit de vicinorum frequentia ſe effundente ad anguis Lanuvini ſpectaculum. *novis* in Vaticano quinto, Mentel. Groning. & aliis codd. ut in Venet. 1487. & Beroaldina. & huic lectioni favent codd. in quibus vitioſe *nobis* ſcribitur, ut in Voſſ. pr. Borrichiano, Heinſiano, & aliis.

3. *Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis,*] *Lavinium* hic quoque in MSS. frequenti apud poëtas confuſione, ſed metro adverſante, vide Heinſ. ad Ovid. VI. Faſt. 60. & notas Interpretum ad Suet. Aug. 72. praeſertim vero Cluverium Lib. III. Ital. Antiq. p. 936. & 937. *Laminium* vitioſe in meo ſecundo, ed. Venet. 1475. & Regienſi. *Lannuinum* in ed. Volſci, & corruptius *Jannhuinum* in cod. Askew. *Lanuvii* v. c. Perreji, *Lanuvio* correxerat Heinſius. ſed proba locutio *Lanuvium eſt tutela Draconis*, quia *tutela* etiam dicitur de eo, qui in alterius patrocinio eſt, ut in Carminib. Liberis Ep. 77.

Eſt tutela Rhodos beata Solis,
Gades Herculis, humidumque Tibur.

ubi vide quae notavi. & adde hic Paſſeratium; & Ritterſh. ad Gunther. Lib. III. pag. 70. Dracones vero tamquam Deos tutelares in hoc Latii oppido Lanuvio cultos fuiſſe obſervat Muratorius ad Tom. I. Theſ. Inſcript. pag. CVI. 4. ubi ara votiva occurrit cum hac epigraphe,

CARPVS AVG. L.
PALLANTIANVS
SANCTIS
DRACONIBVS.

quae Inſcriptio etiam legitur apud Donium Cl. I. Inſcr. Antiq. N. 59. & quae eruditiſſimus Gorius illic notavit conferenda ſunt cum alia illius obſervatione ad ejuſdem claſſis Inſcr. 126. in qua DEMETRIVS LOCO TVTELAM POSVISSE legitur: quod exponit de Genii ſigno, in loci tutelam poſito, & Lanuvii *Tutelam* ſeu *Genium* fuiſſe Draconem, indicato hoc Propertii loco animadvertit. & haec cum Plutarchi loco ex Parallelis jam olim contulit Turnebus Lib. VIII. Adverſ. cap. 2.

4. *Hic ubi tam rarae non perit hora morae.*] *Hic tibi tartareae* Vatic. quint. *tartareae* etiam in marg. cod. Regii, D'Orvill. pr. ed. Ven. 1487. & ſic emendandum monuit Beroaldus, ut ſit ſenſus, Draconem recubare in eo antro, per quod deſcenſus eſt ad inferos, ubi nulla ceſſat hora, qua non illac deſcendant in Tartara umbrae defunctorum, ſed quod rejecit Broukhuſius. & *joculare Beroaldi commentum* vocavit Gebhardus. Haec autem lectio ex ed. Beroaldina derivata eſt in utramque Aldinam, Junt. Colin. Gryph. 1551. & 1561. Graſſeri, & Douſarum Raphelengianam. & hinc, ut puto, *Taenariae* legebat Heinſius in notis ad Propert. p. 753. *tardatae* conjecerat Auratus. ſed *tam rarae* in v. c. Perreji, Colotiano, primo & ſec. Vatic. Mentel. Groning. Heinſiano, Voſſianis, Leidenſibus,

Qua ſacer abripitur caeco deſcenſus hiatu,
Qua penetral, (virgo, tale iter omne cave.)
Jejuni ſerpentis honos, quum pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſae pallent ad ſacra puellae:
Quum tenera anguino creditur ore manus.

Ille

ſibus, Veneta 1475. Regienſi, Volſci, Rovilliana, Canteri, Antverpienſi Chriſtoph. Plantini 1560. & Gryphiana 1573. vid. Jo. Olivae Addenda ad Exercit. in marmor Iſiac. pag. 109. & 110. & hanc lectionem praeferunt Broukhuſius & Vulpius. *parit ora* Voſſ. pr. *perit ora* Heinſianus. *nox perit* Askew. *ora* etiam in D'Orvill. ſec. & meo priore. *mora* hoc in loco pro requie & deſidia exponitur a Marklando ad Statii Silvas p. 221. & 222. quod ideo ſe notare addit, quia iſtius ſignificationis exempla non alibi occurrere meminerat. Sed *mora* hic eſt tempus, quo illic morantur. Ovidius Epiſt. VII. 74.

Grande morae pretium tuta futura via eſt.

& III. Am. 13. 5.

Grande morae pretium, ritus cognoſcere, quamvis
Difficilis clivis huc via praebet iter.

quod cum Heinſio mutari nolim in *Grande loco meritum.* ſic enim *morae pretium* Lib. II. Am. 14. 26. *Eſt pretium parvae non leve vita morae.* & Virgil. IX. Aen. 232. *Rem magnam, pretiumque morae fore. tam rarae* Guyetus exponebat quia raro hoc ſpectaculum exhibebatur. quod habuit a Turnebo Lib. VIII. Adverſ. cap. 2. ſed annuum fuiſſe patet ex v. 8. & ideo *rarum* hic pro ſingulari potius intelligendum opinor.

5. *Qua ſacer abripitur caeco deſcenſus hiatu,*
Qua penetral, (virgo, tale iter omne cave.)] *Qua ſatus* in Gebhardi Palatino priore. *obripitur* in ſec. Leid. Voſſ. tert. & altero D'Orvill. *abrapitur* in Voſſ. pr. *aripitur* D'Orv. pr. *arripitur* in meo priore. corruptiſſime in Askewiano, *Qua ſocer obrepitur caeco defenſus.* non inmerito haec mendi ſuſpecta fuerunt Heinſio, qui conjecerat,

Qua patet abruptus coeco deſcenſus hiatu.

quod mihi valde blanditur. Virgil. VI. Aen. v. 126.

—— facilis deſcenſus Averno,
Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

ſic *patentem Taenaron*, propter hiatum, per quem deſcenſus ad inferos, dixit Valer. Fl. Lib. I. v. 364. ubi vide notas. & v. 578.

—— tum Tartarus ipſe
Bis patet in praeceps tantum, tenditque ſub umbras.

hunc locum procul dubio habebat in animo Delrius ad Claudian. II. in Rufin. 365. ubi notat Propertium reſpicere ad Draconem arte mechanica formatum, qui gladium ore gerebat, oculis fulgore rutilantibus, cui virgines miſellae ac jamjam in ſpecum inopinato lapſurae devovebantur. minore verſu *Qua penetral, (virgo &c.)* ex emendatione Scaligerana edidit Broukhuſius. nam in omnibus codd. MSS. & edd. vetuſtis, *Qua penetrat virgo, tale iter omne cave.* Heinſio placebat, *Hac penetrat virgo.*

7. *Jejuni ſerpentis honos, quum pabula poſcit*
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.] *Lavini ſerpentis* in Heinſiano & meo primo. *quo pabula poſcit* Askew., imitatus haec eſt Valerius Flac. Lib. VIII. v. 60. & ſeqq.

Ipſius en oculos & lumina torva draconis
Adſpicis: ille ſuis haec vibrat fulgura criſtis;
Meque pavens contra ſolam videt, ac vocat ultro,
Ceu ſolet, & blanda poſcit me pabula lingua.

ut illic notarunt Interpretes. *ex una* in Neap. Voſſ. primo & quarto, utroque D'Orvill. & meis codd. cum ed. Veneta 1475 Regienſi, & Volſci. *eximia* Leid. prim. quod venit ex voce junctim ſcripta *exima*, ut in Askewiano pro *ex ima.* ut eſt in Venet. 1487. Beroaldina, Aldinis, Juntina, Colin. Rovill. Gryphianis, ceteriſque edd.

10. *Quum tenera anguino creditur ore manus.*] *temere* in Regiis, Colbert. Heinſiano, binis Leidd. Voſſ. pr. & tertio, D'Orv. pr. & meo ſecundo. ut adfert Scaliger ad Catalect. p. 217. & *ore* pro *ori* exponit, quomodo *limine* pro *li-*

mini

Ille ſibi admotas a virgine corripit eſcas:
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.

Si

mini Lib. I. El. 18. 12. & *ſanguine* pro *ſanguini* Lib. III. 9. 40. ubi vide. *tremere* in Voſſ. quarto, Heinſiano, Askew. D'Orvill. ſec. & meo primo. an *trepide* voluerunt librarii? nam praecedit *pallent ad ſacra puellae*, & ſequitur *Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.* vid. ad Anthol. Lat. T. II. pag. 458. id certe melius quam *tremera*, caſca voce, Gebhardi palato probata. ſed *tenera* ex ſuo libro recte Scaliger ad h. l. deinde *anguineo* male in quinto Vaticano, Leid. ſec. Voſſ. tert. & quarto a m. ſec. ſed *anguino* bene in aliis codd. & meo utroque, quod ex Groningano etiam adfert & probat Broukhuſius. & ſic ſemper ſcribendum, nam metro alterum adverſatur. vide quae notavit Patruus meus ad Ovid. IV. Triſt. 7. 12. & ad Quinctilian. Lib. XI. cap. 3. cap. 3. pag. 1035. Prudentius Hymno Vincentii v. 176. *Anguina verba exſibilat.* & idem in Hamartig. v. 114. *&* *anguino medicans nova ſemina ſucco.* ut recte edidit Heinſius, & a vetuſtiſſimo meo cod. Egmondano firmatur. apud Columellam Lib. II. cap. 9. *Quidam cucumeris anguinei humorem expreſſum & ejuſdem tritam radicem diluunt aqua.* ubi *cucumeri ſanguine*, & a man. ſec. *ſanguini*, in cod. S. Germani, ſed *cucumeris anguini humorem* in libri ſui margine correxerat Heinſius, & ſic alibi apud eumdem auctorem ſcribendum notaverat. male igitur *anguineo ore* in ed. Beroaldi, Veneta 1487. & Douſarum Raphelengiana. ut in prima ſua editione Vulpius, adferens vitioſam lectionem ex Catulli Epith. Pelei & Thetid. v. 193. *Eumenides quibus anguineo redimita capillo.* meliora enim docere eum potuit Iſ. Voſſius in Obſerv. p. 215. ubi vitium illud tam in Catulli quam aliorum poëtarum locis correxit. idem tamen Vulpius in altera ed. *anguino* dedit, ſed tamen *anguineo* in omnium principe editione legi notavit, tamquam non inprobaret. ſed hoc jam correctum eſt in ed. Venet. 1475. Volſci, Aldi utraque, Junt. Mureti, Colin. Rovill. Gryphianis, Graſſeri, Chriſt. Plantini Antverpienſi, Canteri, aliiſque, in quibus *anguino* recte excuſum legitur, ut apud omnes poëtas veteres, ubicumque alterum in vitioſis codd. & edd. occurrat, caſtigandum eſt, & in poëtis recentioribus, inemendata antiquorum Scriptorum exemplaria ſecutis.

11. *Ille ſibi admotas a virgine corripit eſcas:*
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.]

in virgine Askew. *colligit eſcas* in quinto Vatic. & primo D'Orvill. & meo ſecundo. ut in ed. prima legi notat Vulpius, quod tamen in nullis aliis vetuſtioribus reperi. ſed *corripit* elegantiſſimum verbum de ſerpente jejuno & eſuriente, eſcas avide captante. ut apud Phaedr. Lib. I. Fab. 1. 13. *Atque ita correptum lacerat.* & Fab. 2. 25. *dente aſpero Corripere coepit ſingulas.* vide hic Paſſeratium, qui male notat alteram illam lectionem *colligit* tantumdem valere. certe non idem valeret in loco Virgilii, quem adfert, Lib. VI. Aen. 422. de offa Cerbero admota,

—— *ille fame rabida tria guttura pandens*
Corripit objectam.

ex his Propertianis loca Apuleji & Tertulliani exponit, mutuamque iis illuſtrationem adfert Lindenbrogius in notis ad Catalect. vet. Poët. pag. 314. ſive ad Albinovani Epiced. Druſi v. 136. Sed prae ceteris haec optima luce adfunduntur ex Numo rariſſimo gentis Mettiae e Lanuvio oriundae, in quo virgo Lanuvina ſerpentem e caniſtro paſcit, apud Urſinum in Fam. Rom. pag. 176. N. 3. & Vaillant. Tom. II. Tab. XCVI. N. 4. & ex aliis ejuſdem typi Numis in gente Papia & Roſcia apud eumdem Urſin. p. 196. N. 6. & pag. 240. Vaillantium pag. 199. & Morellium Theſaur. Fam. Rom. T. I. p. 364. tum ex gemma iaſpide Regis Galliae, in qua feſtum hoc Lanuvinum repraeſentatur, apud Mariettum optimo de Gemmis inciſis opere Gallico Tom. II. Num. LXV. & hinc in Numiſmatibus vetuſtis Deae Salutis è patera ſerpentem paſcentis, vel ſerpentem comitem adjunctum habentis, typum conſpici docuerunt eruditi antiquarii, praeſertim Triſtanus Tom. I. Comment. pag. 671. & Anton. Auguſtinus Dial. II. Antiqq. in *Salus* pag. 29. quales egregie illuſtravit peritiſſimus rei numariae veteris interpres Gallus de Boze, libro optimo de Dea Salute pag. 23. & ſeqq. & peculiari Diſſertatione Guil. Muſgrave, edita Oxoniae 1716. Numus vero Fauſtinae Graecus in urbe Ulpia Pautalia cuſus, quem adfert & cum cura exponit Triſtanus, convenit cum meo rariore Alexandri Severi

 veri

Si fuerint caſtae, redeunt in colla parentum:
Clamantque agricolae, Fertilis annus erit.
Huc mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis:
Cauſſa fuit Juno, ſed mage cauſſa Venus.

Appia

veri ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ, in quo ſimiliter Dea Salus e patera, quam manu ſiniſtra tenet, ſerpentem paſcit, qui recenſetur etiam apud Vaillant in Numis Graecis Imp. Rom. pag. 137. prope fin. & in Muſeo Theupoli pag. 1026. eodemque typo Dea Salus conſpicitur inter Signa & Statuas antiquas, Romae exſtantes, a Franciſco Perrierio an. 1638. illic editas, N. 65. ſed quae in Indice male exponitur Virgo Veſtalis aut Circe. neque contemnendam operam huic Elegiae Propertianae, & feſto Lanuvino, Junoni hoſpitae ſacro, contulit Joſephus Roccus Vulpius in Veteri Latio Profan. Tom. V. Lib. VIII. cap. 4. pag. 53. & ſeqq. ſed leviorem Jo. Oliva in Exercit. ad Marmor Iſiac. cap. VII. pag. 55.

14. *Clamantque agricolae, Fertilis annus erit.*] nihil variant codd. veteres, niſi quod in Groningano *Clamant agricolae. clamatque agricolae* in ed. Veneta utraque, & Regienſi. Miror autem Broukhuſio verſum hunc duriuſculum, nec pro venuſtate poëtae noſtri habitum fuiſſe, ideoque legendum exiſtimaſſe *Clamante agricola.* numerus enim vere Propertianus eſt, ejuſdemque formae, qua ſupra hoc Libro El. 4. 20. *Interque oblitas excidit urna manus.* non *Inter & oblitas.* vide quae notavi in Addendis ad Lotichium pag. 687. *Clamant agricolae*, laetitia propter bonum fecunditatis omen exſultantes. Graecis ὀλολύζειν. vide Caſaub. ad Athen. Lib. VII. cap. 10. Tibullus Lib. I. El. 1. 28.

—— quam circum ruſtica pubes
Clamet: io meſſes, & bona vina date.

annus hic, ut ſaepe alibi, pro ubere anni proventu. Graecis εὐετηρία. vid. Heſych. Lex. in hac voce. ἄφενος Homero Il. A. 171. ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν. ubi vid. Scholiaſt. Heſiodus ἔργ. καὶ ἡμέρ. 24. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων Εἰς ἄφενος σπεύδοντα. Ovidius III. Am. 10. 37.

Sola fuit Crete fecundo fertilis anno,
Omnia, qua tulerat ſe Dea, meſſis erant.

& V. Faſt. 263.

Si bene floruerint oleae, nitidiſſimus annus.
Pomaque proventum temporis hujus habent.

& ſic forte legendum apud Tibullum Lib. II. El. 1. 21. ubi nunc editur,

Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris
Ingeret ardenti grandia ligna foco.

ubi *areis* Scaliger, *horreis* Guyetus. ſed *plenis annis* ſubſtituendum arbitror, pro laeto & fertili proventu. *pleni ſucceſſibus anni* Naſoni VIII. M. 473. ſic in felicitatis voto apud eumdem Tibull. Lib. II. El. 5. 82.

Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis,
Omine quo felix, & ſacer annus eat.

quod cum hoc loco illic contulit Broukhuſius. vide notas ad Valer. Fl. Lib. V. 424. ubi recte Zinzerlingus ex cod. MS. in loco Statii IX. Theb. 406. emendavit *Tyrios melior venit annus in agros.* pro corrupta lectione *amnis.* quod illic codd. meorum MSS. excerpta confirmant. & ſic ex MSS. emendavit Gronovius Diatr. Stat. p. 157. ſimili confuſione apud Plinium Paneg. cap. XXXI. §. 6. *ſtupebant agricolae plena horrea, quae non ipſi referſiſſent, quibuſque de campis illa ſubvecta meſſis, quave in Aegypti parte alius annus.* ut recte viri docti praeferunt, aliis licet *amnis* tuentibus. ut de Nilo intelligatur. ſic *annum Pharium* pro annona Aegyptiaca exponit Claverius apud Claudian. Bel. Gild. v. 57. Ovidius *labor periit irritus anni.* plura vide apud Oudend. ad Lucun. III. 68. & Markland. ad Statii Silvas pag. 71.

15. *Huc mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis:*
Cauſſa fuit Juno, ſed mage cauſſa Venus.]

detorſis in Voſſ. pr. *dentoſis* in primo D'Orv. & Borrich. *ſetoſis mannis* Heinſio legendum videbatur, hoc eſt jubatis. ſed *detonſos mannos* vocat, quibus ademtae forcipe erant jubae, raſos, pexos & ornatos, vide hic Paſſeratium, & Scalig. ad Catalect. pag. 243. *advecta* rectius in ſec. Vatic. Mentel. & Groning. ut emendaverat Janus Douſa P. *devecta* in cod. Scalig. *mannis* recte a Beroaldo reſtitutum eſt, quum in vetuſtis codd. & ed. legeretur *detonſis avecta eſt Cynthia ab annis.*

Appia dic, quaeſo, quantum te teſte triumphum
Egerit, effuſis per tua ſaxa rotis,
Turpis in arcana ſonuit quum rixa taberna:
Si ſine me, famae non ſine labe meae.

Specta-

nis. ut in Neap. Vatic. pr. & ſec. Mentel. Borrich. Heinſiano, Askew. Harlejano Muſei Britann. duobus Leidd. tribus Voſſ. meo utroque, & vetuſtis edd. Veneta utraque, Regienſi & Volſci, qui abſurde interpretatur *primos adoleſcentiae annos, quando capilli Diis ſacrantur. ad annos* in Groningano, in Colbertino & Regio *advecta eſt Cynthia ab annis.* ſed in margine alia manu adſcriptum *mannis.* & ita etiam emendatum eſt in editionibus Beroaldinam ſecutis, Aldinis nempe, Juntina, Colinaei, Gryphianis, Canteri, & Graſſeri, & reliquis. niſi quod in ed. Mureti, Rovillii, & Antverpienſi Chriſt. Plantini *ab annis* excuſum fuerit. *mannis* quoque ex ingenio conjecerant Fruterius & Livinejus. his enim utebantur matronae carpentis vectae. Ovidius II. Am. 16. 49.

Parvaque quamprimum rapientibus eſſeda mannis
Ipſa per admiſſas concute lora jubas.

in fragmento Helvii Cinnae apud Gellium Lib. XIX. cap. 13.

Bigis rheda capit citata mannis.

ut recte emendatum pro *nanis.* & forte illic *rapit* corrigendum propter *citata.* ut in loco Ovidii ſupra prolato, *rapientibus eſſeda mannis.* vide de mannis plura apud Paſſeratium & Gebhardum ad h. l. & Steph. Stephanium ad Saxonem Gramm. pag. 69. *Cauſſa fuit Juno*, pro praetextu ſuperſtitionis Lanuvinae, ſed vera cauſſa erat Veneris capienda voluptas. ut apud Ovidium Lib. I. Am. 8. 74.

Et modo quae cauſſas praebeat, Iſis erit.

vide Broukhuſ. ad Tibull. I. 7. 26. ideo autem hoc praetextu utebatur Cynthia, quia illud Draconis Lanuvini ſacrum Junoni Soſpitae, vel Siſpitae, fiebat. cui quovis anno Conſules Romani ſacrificabant in hoc municipio. ut innuit Scholiaſtes Ciceronis in argumento Orat. Milonianae pag. 782. ed. Graev. *Interea Milo factus eſt dictator Lanubii ut ſacrificium faceret Junoni Opite* (lege *Soſpitae*) *& Flamines procrearet.* quod autem Junonem Soſpitam vel Lanuvinam pelle caprina tectam innuat Cicero I. de Nat. D. cap. 29. quem locum adfert Broukhuſius, confirmatur a Numis antiquis Familiar. Rom. in gente Mettia, Papia, Thoria, aliiſque, e Lanuvio oriundis, in quibus Junonis Soſpitae caput pelle caprina tectum conſpicitur. vide Spanhem. Tom. II. de Praeſt. & uſu Numiſm. pag. 200. qui *Siſpitam* non *Soſpitam* hanc Lanuvinam Junonem vocandam ex monumentis vetuſtis docet Tom. I. ejuſdem Operis Diſſ. II. pag. 124. de hac Junone Janus Douſa P. ſequentia ad oram ed. Canteri adſcripſerat: „ *Junonem Soſpitam* „ intelligit, quae antiquis SISPES dicta, teſte „ Feſto. Haec Lanuvii magna religione culta, „ ut docet Livius. Simulacrum ejus cum pelle „ caprina & haſta & ſcutulo & calceolis re- „ pandis. Cic. *Lanuvinis*, inquit, *civitas data* „ *ſacraque ſua reddita cum eo, ut aedes lucuſque* „ *Soſpitae Junonis communis Lanuvinis munici-* „ *pibus cum Populo Ro. eſſet.* Quare ſaepe apud „ eumdem & alios legimus, miſiſſe Romanos „ Lanuvium, qui ſacrificio facto Junonem „ Siſpitam placarent. Roſinus Lib. II. Antiq. „ Rom. cap.

17. *Appia dic, quaeſo* &c.] recte monet Livinejus Appiae viae hic fieri mentionem, quia per illam Lanuvium tendebatur. unde eruditi Britanni conjecturam laudavi in vexato noſtri loco Lib. II. El. 23. 44. de Cynthia idem hoc iter voluptatis cauſſa inſtituente:

Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur,
Appia cur toties te via Lanuvium?

addatur hic locus illis, in quibus *Appia* ſimpliciter pro *via Appia* occurrit. de quo vide ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 448. ſed male N. Heinſius *Appias*, *Appiades*, in locis Ovidii ad viam Appiam retulit. ut notavit Bentlejus ad Horat. Lib. I. od. 22. 14. *& teſte* Askew.

20. *Si ſine me, famae non ſine labe meae.*] *Nec ſine me* in primo Leid. *Deſine me* Voſſ. pr. *Sed ſine me* Mentel. *Nec ſine me, famae nec ſine labe meae* Guyetus, merito inprobante Heinſio. *famae tuae* in Vaticano quinto. unde forte legendum, *famae non ſine labe ſuae.* tota enim exprobratio,

via

Spectaclum ipſa ſedens primo temone pependit,
Auſa per inpuros frena movere locos.
Serica nam taceo volſi carpenta nepotis,
Atque armillatos colla Moloſſa canes.

25. Qui

via Appia tamquam teſte advocata, in Cynthiae libidinem cadit. ſic Lib. II. El. 23. 71.

Sed de me minus eſt. famae jactura pudicae
Tanta tibi miſerae, quanta mereris, erit.

praeced. verſu *Turpis Aricina* ex v. c. adfert Gebhardus. confer Cl. Schrader. C. v. Emend. p. 90.

21. *Spectaclum ipſa ſedens primo temone pependit,*
Auſa per inpuros fr. mov. locos.]

Spectaculum in pleriſque codd. *Spectandum* cod. Scalig. eadem varietate qua infra v. 56. ubi *Spectaclum* eodem modo ac hic loci, adjunctam habet indecorae actionis ſignificationem, ut nempe conſpiciendam ſe omnibus praeberet ipſa aurigae ſcamno inſidens, prona in temone pendens, & verbere mannos increpans. quod adpoſite viri docti conferunt cum loco Phaedri Lib. III. fab. 6.

Muſca in temone ſedit, & mulam increpans:
Quam tarda es? inquit, non vis citius progredi. &c.
Reſpondit illa: verbis non moveor tuis;
Sed iſtum timeo, ſella qui prima ſedens
Jugum flagello temperat lento meum.

ubi Patrui mei conjecturam *Tergum flagello* firmat locus Ovidii Lib. III. Am. 2. 11.

Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo.

& Statii Lib. VI. Theb. 523.

Verberibuſque jubas & terga laceſſit habenis.

inpuros jocos in Excerptis Modii, Leid. ſec. & D'Orvi. altero, & ed. Venet. 1475. Regienſi, ac Volſci. ut ad marginem libri ſui conjecerat Marklandus, & *per inpuros jocos* exponebat, *inter jocos obſcoenos. cocos* in Askew. ſed *per inpuros locos* quod currum egiſſe dicatur Cynthia, auget ejus petulantiam, ſive e via Suburana, vel lutoſa Via Sacra, profectam intelligat, ſive Eſquilias pluviis aquoſas, ſive ab Appia via deflexerit per loca ſordidiora, & a communi tramite devia, in tabernam Aricinam. vide hic Paſſeratium.

23. *Serica nam taceo volſi carpenta nepotis,*
Atque armillatos colla Moloſſa canes.]

locus obſcuriſſimus, & veterum codd. MSS. atque editorum corruptelis valde olim foedatus. eorum Variantes ſcripturas aliis forte ad feliciores conjecturas profuturas hic colligere non taedebit. *Sic auriga trahi volſi carpenta nepotis* in cod. Pontani. ut *auriga* ſit Cynthia. *Si rogat amphracta vel ſi carpenta nepotis* in Colotiano, & primo Vatic. in aliis Vaticanis *Sirnia num cepit, Siriga nam tacto*, vel *Siriga non tacto*, ut in Borrich. Heinſiano, & meo primo, in Regio & Colbertino, *Siriga nam capto Volſci carpenta nepoti*, & in margine, *Serica non taceo volſci carpenta nepotis*, & in altero Regio, *Serica nam taceo.* in Askewiano *Sirringa nam tracto voſci carp. nepotis.* in Harlejano Muſei Britann. *Stringam tracto volſci carpenta nepotis. Siriga nam capto volſci* Mentel. ed. Venet. 1475. & Regienſis. *Siriga nam rapto* cod. Scalig. *Serica nam capto Volſci* Groning. *Siriga — nepoti* Neapol. *Siriga nam tacto* ambo Leidd. Voſſ. pr. & quart. & meus ſecundus. *Siringam tracto* Voſſ. tert. *Siriganam tracto volſci carp. nepote* uterque D'Orv. & ed. Venet. 1487. *volſci* in ſec. Leid. Voſſ. tert. & D'Orv. ſec. *Si regat amphractu vulſi carp. nepotis* ed. Volſci; qui ſic in notis emendandum cenſuit, addita interpretatione abſurda. primus Beroaldus commodum loco ſenſum dedit emendando *Serica nam taceo volſi carpenta nepotis*, & interpretatus eſt, „ Cynthia abjecto pudore „ ibat in curru, nec aurigae munia obire verebatur: taceo autem illa carpenta fuiſſe *nepotis*, „ hoc eſt luxurioſi, *volſi*, id eſt, mollis & „ evirati, quibus ſerico velamento decoratis „ Cynthia vehebatur." hanc vero lectionem ſecutus Aldus, Junta, Colinaeus, Gryphius, Canterus, Graſſerus, aliique. & ſic legebat Auratus. primus Turnebus Lib. VIII. Adverſ. 2. & poſt eum Scaliger, Beroaldi commentum ut nugatorium explodens, emendandum cenſuerunt, *Striga, nam capto.* ut Cynthiae ipſius verba ſint. *Strigare* autem dicuntur equi, quum interquieſcunt, cui contrarium *reſtrigare*, quod verbum Senecae Epiſt. 4. reſtituendum monet Scaliger. idque placuiſſe

cuiſſe

25. Qui dabit inmundae venalia fata ſaginae,
Vincet ubi eraſas barba pudenda genas.

Quum

cuiſſe videtur J. Douſae P. ad marginem ed. Rovill. in qua editum *Siriga nam capto*, & Marklandus in ed. Graeviana, in qua *Serica nam taceo*, hanc Scaligeri lectionem ſubſtituerat, adeoque probaverat. Sed recte Broukhuſius monuit ſic turbari orationis ſeriem, quia per totam Elegiam ſolus loquitur poëta, & praeterea hac correctione peccari in leges metri, quia *Strigare* primam corripit, de quo verbo vide notata ad Anth. Lat. Vol. I. pag. 311. 312. & Cl. Schraderum Praefat. ad Emend. pag. 36. & 37. Scaligerum vero pungit Gebhardus, tamquam ille Turnebo hanc lectionem ſublegiſſet, quum notat, *magnum Turnebum depoſitum hunc locum perſanaſſe primum, idque alios fruſtra ad ſe trahere conatos eſſe.* Scaligerum quoque in prima ſua editione male ſecutus Vulpius edidit *Striga, nam capto*, notans Cynthiae verba ad rhedarium eſſe, cui ſtrigare ſeu equos cohibere jubet, ut poſtea majori incitatione currant & adſequantur nepotis, ſeu decoctoris luxurioſi, carpenta. ſed haec omnia a ſenſu loci alieniſſima. aurigantem enim ipſam Cynthiam paullo ante innuit. Recte igitur in altera editione Vulpius ſententiam mutavit, & commodae Broukhuſii explicationi adquievit, quem *polito & limato judicio de hac tota Propertii Elegia omnium optime promeritum* ingenue laudat. Salmaſii vero conjecturam *Syrica nam taceo*, ſeu minio Syrico inducta carpenta ideo etiam rejecit Broukhuſius, quia Syricum inter colores ignobiles reponit Plinius. neque probaſſet, ut puto Heinſianam, qui in Notis Propertianis p. 753. legebat *Hiſtrica jam taceo*, id eſt hiſtrionica. Illius igitur Elegiae hujus integrae expoſitione contenti ſimus, donec meliora adferant alii. de paralepſi illa *nam taceo*, & aculeato ejus ſenſu quae animadvertit, adde notata ad T. II. Anth. Lat. pag. 558. & de armillatis canibus grandioribus, quorum rhedae adcurrentium colla moloſſa armillis, e brachiis ſuis demtis, laſciviae cauſſa exornaſſe Cynthiam recte interpretatur, adde Vlitii notas ad Gratii Cyneg. v. 401.

25. *Qui dabit inmundae venalia fata ſaginae,*] *Qui dabat* Voſſ. pr. & quart. *facta* D'Orv. pr. & ed. Ven. 1487. *farta* in Vatic. quinto. ed. Aldi utraque, Junt. Colin. Gryph. 1551. Antverp. Chriſt. Plantini, Graſſeri & Douſar. Raphelengiana. *farcta* in ed. Volſci, qui interpretatur, *vendet farctas & opimas aves ex ſaginario.* Beroaldus dupliciter exponit, *nepos ille vulſus & mollis, qui in Cynthiae curru nunc geſtatur, quum ceperit eſſe barbatus, efficietur fartor, & vendet farcimina ganeonibus & helluonibus.* hinc ſumſerunt interpretes Galli, quos irridet Broukhuſius. ſed ſi *farta* legatur, forte de popina intelligi poſſet, & *inmunda ſagina* referri ad meretrices, quae in popina alebantur, vel ad exoletas, quas ex popina alebat nepos ille volſus. Alteram vero Beroaldus interpretationem proponit, prima veriorem, qua *dare venalia fata inmundae ſaginae* explicat, mortem dare venalem gladiatoriae arenae, quia ludo gymnaſtico auctorati inmodice alebantur, ut cibis validioribus ſaginati fortius digladiarentur, adeoque Propertius innuat, glabrum illud Cynthiae delicium aliquando operam ſuam laniſtae locaturum, ut ſe turpiſſimo hoc quaeſtu ſaginet. ita intellexit Turnebus Lib. VIII. Adverſ. 2. Scaliger ad h. l. & ad Manilium Lib. IV. 225. illo verſu, *Nam caput in mortem vendunt & funus arenae.* neque aliter Janus Douſa Lib. IV. Explan. Plautin. c. 24. & A. Schottus Lib. V. Obſerv. cap. 9. vide etiam Paſſeratium & Vulpium. *inmuni arenae* legit Heinſius in notis ad Propert. p. 754. ubi in loco Manilii emendat *munus arenae* pro *funus.* recte igitur *venalia fata* in cod. Neapol. Mentel. altero Regio, Colbert. Askew. Harlejano Muſei Britann. Borrich. Heinſiano, Groning. Leidenſibus, Voſſianis, altero D'Orvill., & meis, cum ed. Ven. 1475. Regienſi, Mureti, Rovillii, Gryphiana 1573. & Canteri. mox *vincit* Askew. & *craſſas genas* male in Veneta utraque, & Regienſi. *eraſae genae* optime *vulſo* & *molli nepoti* conveniunt, quas virilem barbam aſperiorem invito veſtituram dicit. ſive ut auctor Carm. Ithyphall. Ep. 3. (T. II. Anth. Lat. p. 481.) *Cum teget obſeſſas invida barba genas.*

27. *Quum*

Quum fieret noſtro toties injuria lecto,
  Mutato volui caſtra movere toro.
Phyllis Aventinae quaedam eſt vicina Dianae,
  Sobria grata parum: quum bibit, omne decet.

Altera

27. *Quum fieret noſtro toties injuria lecto,*
Mutato volui caſtra movere toro.]

haec praecedentibus recte connexa viri docti notarunt, quia poſt memoratos Cynthiae amores cum inberbi decoctore, quem voluptatis comitem in hoc itinere Lanuvino adſumſerat, iſta injuria permotus poëta indicat, ſe torum mutare, caſtra movere, ſeu cum aliis puellis pervigilium Veneris celebrare conſtituiſſe. unde patet male in multis codd. MSS. & edd. antiquis novam hic inchoari Elegiam. ut monuit etiam Livinejus. *injuria* hac in re frequens Propertio vox. ut Lib. I. El. 3. 35.

Tandem te noſtro referens injuria lecto
Alterius clauſis expulit e foribus.

& El. XVIII. 23.

An tua quod peperit nobis injuria curas.

Euripid. Med. 1369.

Ἀλλ' ὕβρις, οἵτε σοὶ νεοδμῆτες γάμοι.

vide ad Lib. III. El. 6. 19. dein *Multato* in Mentel. binis Leidd. Voſſ. tert. D'Orv. pr. *Mulctato* in cod. Scalig. qui id probat, & Heinſiano, Voſſ. quarto, D'Orvill. ſec. meo utroque. prima Ald. Junt. Colin. & Graſſeri *voluit* in Neap. duobus Vatic. Borrich. Askew. ſec. Leid. Voſſ. tribus, utroque D'Orv. & meo priore. *Mutato voluit* in Groning. utraque Veneta, Regienſi, & Volſci, *Multa rato voluit* Voſſ. pr. *mutato toro* recte legi patet ex v. 87.

Atque ita mutato per ſingula pallia lecto.

ſic & alibi *mulctare* & *mutare* confuſa ſunt. vid. ad Tom. II. Anth. Lat. 528. & quae de variata verbi *mutare* conſtructione illic notavi. quibus adde Bentlejum ad Horat. Lib. II. od. 16. 19. ubi tamen legendum potius videtur,

——— quid terras, alio calentes
Sole, mutamus patria? quis exſul
Se quoque fugit?

de quo vide ad Lotich. pag. 48. idque prae ceteris firmat Virgilii locus II. G. 512.

Exſilioque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quaerunt ſub ſole jacentem.

29. *Phyllis Aventinae quaedam eſt vicina Dianae,*
Sobria grata parum: quum bibit, omne decet.]

Philis Avent. q. e. amica Dianae in Borrich. Heinſiano, & meo primo. dein *quum dabit*, pro *bibit*, male in D'Orvill. ſec. ſenſus eſt, ſi vino madida ſit, venuſtatem ei addit Laetitiae dator. ut Lib. II. El. 24. 36.

Jam bibe, formoſa es: nil tibi vina nocent.

Ovidius Lib. X. Met. 266.

Cuncta decent; nec nuda minus formoſa videtur.

ubi *cuncta decent*, ut hic *omne decet*. quam locutionem multis exemplis contra Bonciarium, adfirmantem *omne* vi ſubſtantiva, numero ſingulari, inuſitatum eſſe, bene tuetur Broukhuſius. hinc apud auctorem Eleg. in Obit. Maec. v. 110. T. I. Anth. L. p. 276. *omne perita* vindicavi adverſus Salmaſium *omniperita* emendantem, ut *omnipotens*, *omniſcius*, & ſim. quod tamen adeo probare videtur Menckenius in Miſcell. Lipſ. Nov. T. III. p. 165. ut hac voce *omniperitus* Lexica augenda judicet; quia *peritus* cum caſu quarto *omne*, vix recte dici exiſtimat. ſed Graeciſmus eſt. qualem Horatio Lib. III. od. 8. 5. adſtruxit Bentlejus, *Docte ſermones utriuſque linguae.* pro *ſermonis*. ut in aliis *omne decet* eleganter, ut Graecis πάντα πρέπει, omnia quae agit, decora & gratioſa cum venuſtate agit. Ovidius II. Am. 5. 43.

Spectabat terram; terram ſpectare decebat.
Moeſta erat in vultu, moeſta decenter erat.

& Lib. I. A. A. 533.

Clamabat flebatque ſimul, ſed utrumque decebat.

ubi

Altera Tarpejos eſt inter Teïa lucos,
Candida, ſed potae non ſatis unus erit.
His ego conſtitui noctem lenire vocatis,
Et Venere ignota furta novare mea.
Unus erat tribus in ſecreta lectulus herba.
Quaeris concubitus? inter utramque fui.

Lygdamus

ubi *placebat* male in cod. Huydec. quae gloſſa eſt. ſic Cynthia licet *furibunda* tamen *decens* infra v. 52. plura vide ad Tom. I. Anthol. Lat. pag. 632.

31. *Altera Tarpejos eſt inter Teïa lucos,*
Candida, ſed potae &c.]

inter eſt Neap. *Inter Tarpejos eſt altera Theïa lucos* in D'Orvill. & meo priore. Heinſio non inmerito diſplicebat *Candida*, ideoque ſublata in fine verſus prioris diſtinctione, quae in priſcis edd. non adpoſita eſt, legebat, *Tarpejos eſt inter Teïa lucos Condita.* habitans nempe in cellula vel taberna, quae erat in mediis lucis inter Capitolium & Campum, ut Phyllida prope templum Dianae, quod in monte Aventino erat, habitaſſe indicat. vel *Cognita*, nota ac famoſa. eſt enim mediae ſignificationis vox. Lib. I. El. XI. 17.

Non quia perſpecta non es mihi cognita fama.

Lib. II. El. 2. 16.

Cognitus Iphicli ſubripuiſſe boves.

& El. 22. 33.

— ſat erit mihi cognitus unus.

potis male in D'Orvill. primo. *erat* in ſecundo.

33. *His ego conſtitui noctem lenire vocatis,*] *linire* in ed. Veneta 1475. Brixienſi, & Volſci. *vocatas* ad ſe has puellas, non ſine emphaſi, & ſenſu liberiore, dixit. ut apud Horatium Lib. III. od. 6.

Sed juſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito; ſeu vocat inſtitor,
Seu navis Hiſpanae magiſter,
Dedecorum pretioſus emtor.

ſed in cod. Neap. hic legitur *venire vocatis*, quae lectio forte irrepſit ex nota gloſſatoris, qui *vocatis* explicuerat *venire juſſis*, inſtar domini jubentis, iiſque coenae & concubitus gaudia addicentis, tempore locoque conſtituto, ut noctem ſibi, quia a Cynthia ſolus erat relictus, amaram lenirent. Ovidius Epiſt. III. 100.

Saepius in dominum ſerva vocata torum.

ubi vide Heinſium. noſter ſupra Lib. II. El. 19. 73.

Quamvis te perſaepe vocet, ſemel ire memento.

ubi praecedenti *vocare* reſpondet verbum *ire*, ut *accedere*, velut ex herilis imperii mandato, poſt *vocare* ſequitur apud Horat. II. Sat. 3. 262. *Nec nunc, cum me vocet, ultro Accedam.* ita interpungendum, non, *cum me vocet ultro, Accedam.* Cicero pro Flacco cap. 38. *Quare ſi quis illuc me vocat, venio.* & Paradox. v. 2. *vocat? veniendum eſt.* ita poſt *citari* ſequitur *venio* apud Ovidium Epiſt VII. 101. ſeqq.

Hinc ego me ſenſi voto quater ore citari:
Ipſe ſono tenui dixit, Eliſſa, veni.
Nulla mora eſt: venio, venio tibi debita conjux.

ubi pro *citari* in Juniano, Palatino & Scriveriano codice eſt *vocari.* & ſic aliis in rebus *vocare* & *venire* reſpondent. vid Broukhuſ. ſupra ad Lib. I. El. 14. 14. *vocare* autem optime binis his ſcortillis convenire, & inde Catullo *vocationes* ad convivia dici Ep. 48. *Quaerunt in triviis vocationes*, notavit Paſſeratius. de quo vid. J. Gulielmii Veriſim. cap. XVIII. & Torrent. ad Suet. Calig. cap. 39. *furta notare* male in D'Orvill. pr. & meo ſecundo. *ignota Venere* explicabat Marklandus, quam non ante expertus erat, vel *peregrina.* quo ſenſu ſaepe hac voce noſtrum uti notaverat.

35. *Unus erat tribus in ſecreta lectulus herba.*
Quaeris concubitus? inter utramque fui.]

Unus erat ternis ſecreta Francius. ſed quomodo

Lygdamus ad cyathos, vitrique aeſtiva ſupellex,
Et Methymnaei Graja ſaliva meri.

Nilo-

herba? quam lectionem Interpretibus olim probatam miror. Scaliger notat, *nulla erat herba*, ſed proverbialiter dictum eſſe, ut *Chloridos herba* ſupra El. praec. v. 72. id irridet quidem Paſſeratius, ſed ipſe nihil melius adfert. Vulpius intelligebat torum ex herba conſtructum. ut Lib. III. XI. 36.

Altaque nativo creverat herba toro.

cui explicationi non conveniunt *valvae*, quas memorat v. 51. *totas reſupinat Cynthia valvas.* an per illas horti januae intelligendae? An legendum *ſecreto horto* vel *arvo?* nam indicatur hic locus a domo Propertii remotior. Sed praeſtat cum N. Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. & in Notis Propert. p. 754. *ſecreta lectulus umbra.* ut pro umbraculo vel tentorio capiatur. eadem confuſio infra v. 75. *Tu neque Pompeja ſpatiabere cultus in umbra.* ubi etiam *herba* in MSS. & ita hae voces variantur in MSS. apud Ovid. III. A. A. 694 X. Met. 533. & Virg. Ecl. III. 55. ubi vide Patrui mei notas. *umbras* vero pro tabernaculis poni patet ex Feſto, ubi dicit, *Umbrae vocabantur Neptunalibus caſae frondeae pro tabernaculis.* & *umbras* dici mercatorum σκηνὰς, ſeu tabernacula, in quibus merces exponebantur, docet Caſaub. ad Theophraſt. Charact. pag. 335. & ad Athenaeum Lib. V. cap. 6. *trichilam* vocat auctor Copae v. 8. *Et trichila umbriferis frigida arundinibus.* ubi plura ad hunc locum notavi. minore verſu *concubitus* non de coitu libidinis, ſed de ordine jacendi in toro conviviali intelligendus, inter utramque enim medium, loco quippe honoratiore, ſe accubuiſſe innuit, ut recte explicuit Paſſeratius, idque docent ſequentia, in quibus poſt epulas inter vina notae melioris, & inſtrumenta tibicinis, crotaliſtriae, ac tibiae a pumilione ſaltante inflatae, cyathos miniſtrante Lygdamo, peractas ad aleae luſum pergit, quem inter dum vocis cantu, & nudato pectore eum ad ampliorem voluptatem adlicere tentant ſcortilla, ſubito interveniente Cynthia deprenditur miſer, eique voluptatis ſuae poenas dat, pace non redintegrata, niſi quum perſolviſſet id, quod illam capere oportebat, ſed intercipere maluiſſent hae Thaïdes. & ita hunc verſum intelligendum monuit Broukhuſius ad hujus Lib. El. 1. v. 4. eodem ſenſu *cubare* de accubitu ad menſam, in loco Tibulli Lib. I. El. 7. 17. & ſeqq.

Neu juvenes celebret multo ſermone caveto;
Neve cubet laxo pectus aperta ſinu.
Neu te decipiat nutu, digitoque liquorem
Ne trahat, & menſae ducat in orbe notas.]

tales epulas ſub tentorio actas deſcribit Tibullus Lib. II. El. 5. 95. ſeqq.

Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba,
Arboris antiquae qua levis umbra cadit.
Aut e veſte ſua tendunt umbracula ſertis
Vincta, coronatus ſtabit & ante calix.
At ſibi quiſque dapes & feſtas exſtruet alte.
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.

ubi ſimiliter *herba* & *umbra* in codd. MSS. variatur, in quibus legitur,

——— *diſcumbet in umbra*
Arboris antiquae, qua levis unda cadet.

quod ex alio Tibulli loco interpolatum recte rejecit Broukhuſius.

37. ——— *vitrique aeſtiva ſupellex,*
Et Methymnaei Graja ſaliva meri.]

ſic optime emendatum a Scaligero pro vitioſa librorum ſcriptorum & editorum lectione *utrique aeſtiva.* quod in omnibus meis veterum codd. Excerptis etiam exſtat. *uterque extiva* corruptius in meo ſecundo. ſed *vitrique aeſtiva ſupellex* firmatur unice ex imitatione Auctoris Copae v. 29.

Si ſapis, aeſtivo recubans te prolue vitro,
Seu vis cryſtallo ferre novos calices.

quo loco eadem luxuriae inſtrumenta ſic deſcribit, ut haec Propertiana in animo habuiſſe videatur. dein *Eſt Methymnei* in Colbertino. *Graeca ſaliva* in Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Groning. Heinſiano, Askew. Harlej. Muſei Britann. duobus Leidd. tribus Voſſ. D'Orvill. ſec. & meo priore. cum ed. Ven. 1475. Regienſi & Volſci. *grata ſaliva* in Colbert. primo D'Orvill. & meo ſec. ed. Ven. 1487. Beroald. Aldina utraque, Junt. Colin. Mureti, Rovill. Gryphianis,

Nilotes tibicen erat, crotaliſtria Phyllis,
Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.

Nanus

nis, Canteri, Antverp. Chriſt. Plant. Graſſeri, aliiſque. quod e loco Plinii licet retineri poſſe notet Paſſeratius, cum Palmerio tamen *Graja* probat. & ſic Guyetus & Heinſius. idque praeferebat Janus Douſa P. ad marginem ed. Rovill. notabatque eamdem depravationem eſſe in loco Ovidii Lib. I. A. A. 686. & illic legendum,

Grajaque in Iliacis moenibus uxor erat.

pro *Grata*. *Methumei* in Askew. *Methinnei* Borrich. *Methinei* in meo primo, aberratione librariorum. de vino optimae notae Methymnaeo, quae civitas inſulae Lesbi erat, vide Servium & Philargyr. ad illa Virgilii Lib. II. G. 90.

Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.

Silius Lib. VII. 211.

Tmolus & ambroſiis Ariuſia pocula ſuccis,
Ac Methymna ferax lacubus ceſſere Falernis.

vide Triſtanum Tom. II. Comment. pag. 280. ubi inter alia notat, quotannis illic odoratum fuiſſe Bacchi caput, quod in Methymnaeorum numo conſpici cenſet Liebe Gotha Numar. pag. 187. ſed quem integriorem produxit Pellerinius Tom. III. Num. Pop. & Urb. Tab. CIII. N. 6. ubi etiam alios exhibet Methymnae numos, in quibus illud Bacchi caput hedera cinctum, & cantharus cum uvis dependentibus conſpicitur. *grata ſaliva cadi* perperam adfert J. Bapt. Pius ad Lucret. IV. 642. *ſalivam* pro guſtu & ſapore grato dici notant Salmaſ. ad Solin. Tom. II. p. 1282. & Caſaub. ad Perſ. Sat. VI. p. 483. quamquam de ſpuma vini ſalientis alba etiam intelligi poſſit. vide ad Eleg. praec. v. 45.

39. *Nilotes tibicen erat, crotaliſtria Phyllis*] Haec eſt Scaligeri reſtitutio, vel *Niletes*, ſeu Aegyptius. quum in libris MSS. & edd. vetuſtis legeretur *Nile tuus tibicen erat.* quod in omnibus etiam meis codd. & editionibus priſcis, quas conſului. nam Aegyptios pueros, praeſertim Alexandrinos, ſeu *Pharia de puppe loquaces delicias*, ut vocat Statius, adhibebant ad menſam, qui inſtrumentis muſicis, cantu, dicteriis jociſque procacibus convivas delectarent. de quibus vide Interpretes ad Petron. cap. 31. Herald. ad Arnob. Lib. IV. p. 164. & Salmaſ. ad Capitolini Verum cap. 8. Recte igitur *Nilotes tibicen*, ut Scaliger emendandum monuit, receptum eſt. in Vaticanis legitur: *Hile* vel *Ille*. Sed non aeque feliciter res ei ceſſit, quum in altero verſus hujus membro legendum exiſtimaret, *crotaliſtria Philis*, ut Memphitis vel Syenetica crotaliſtria intelligatur, e Philis, inſula ad Syenen oriunda, adeoque patriae nomen utrique detur, & *crotaliſtria Philis* eo loquendi modo dicatur, quo *hoſpes Zacyntho*, & ſim. id nollem viro Illuſtri excidiſſet, neque probaſſet Broukhuſius. obſtat enim prima ſyllaba, quae brevis eſt. ut recte animadvertiſſe D'Orvillium, notat Patruus meus ad Lucan. Lib. X. 313. vulgata tamen *Phyllis* mihi de mendo ſuſpecta eſt, neque enim veroſimile videtur poëtam huic crotaliſtriae idem dediſſe nomen, quod puellae, quacum voluptuabatur. *Philis* exaratur in nonnullis MSS. Latet igitur forte aliud feminae nomen; an *Phidis*? quale eſt in Alcaei Epigr. Lib. III. Anth. Gr. Tit. XII. N. 19. vel an *Phryne*? ut a celebri *Phryne* Theſpia ſic dicta fuerit, nam amabant ex antiquo & remotiori tempore talia nomina inponere. pro *crotaliſtria* in v. c. Perreji; Colot. & duobus Vatic. *choropſaltria*. *choraliſtria* Neapol. Mentel. Regii, Colbert. Groning. Borrich. Heinſian. & vetuſtis edd. *chorólaſtra* Askew. *coraliſtria* in utroque D'Orvill. & meis. *choroliſtria* primus Leid. *coloriſtria* Voſſ. tert. in aliis vitioſius. ſed veriſſime *crotaliſtria* emendavit Turnebus Lib. VIII. Adv. cap. 18. quem hic paullo acerbius perſtringit Scaliger, qui eamdem ſibi adoleſcenti emendationem excogitatam notat. *crotaliſtria* eſt, quae *crotala*, ſeu *crepitacula* & cymbala, manibus percutit, a quibus diverſa erant ſcabilla, quae pedibus adligata motu perſonabant. quales feminas cymbala, crotala, ac tympana percutientes e vetuſtis monumentis conſpiciendas exhibuit Sponius in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 21. talis crotaliſtria Quintia deſcribitur in Carm. Liberis Ep. XXVI.

Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo,
Ponit, & adducta tympana pulſa manu.

 &

Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus
 Jactabat truncas ad cava buxa manus.
Sed neque ſuppletis conſtabat flamma lucernis,
 Recidit inque ſuos menſa ſupina pedes.

45. Me

& talis Syriſca Copa initio Elegiae incerti ſed vetuſtiſſimi poëtae:

Copa Syriſca, caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

ubi plura huc facientia notavi, & adde Chriſt. Gotl. Schwarzium in Miſcell. Polit. Hum. pag. 110. & 111. qui refutat Scaligerum, Copae initium de utre inflato male interpretantem, & de arundine fiſſa capiendum docet. hinc deſumta eleganti tranſlatione Ciconia *crotaliſtria avis*, a ſonitu inſtar crotalorum crepitante, dicitur, ut in Petronii Epigrammate ibidem Turnebus optime emendavit, cujus verba in notas Erhardi ad ejus Satyr. cap. 55. pag. 270. relata ſunt.

41. *Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus*
Jactabat truncas ad cava buxa manus.]

Magnus etiam in pleriſque meis codd. Reg. Colbert. Mentel. Borrich. Askew. duobus Leidd. Voſſ. tribus, utroque D'Orvill. & meis, & in utraque Veneta, Regienſi, & Volſci, qui notat nonnullos male joculatoris nomen exiſtimare qui ſe ita colligat in artus, ut exiguae ſtaturae videatur. *Neimus* in Neapolit. hoc eſt *Mimus*, ut editum in prima Aldi, Juntina, Colinaei, & Grafferi. ſed *Nanus* primus reſtituit & edidit Beroaldus, unde in Aldi ſecundam, Mureti, Rovillii, Gryphianas, Plantinianas, Canteri, & reliquas tranſlatum fuit. & ſic legi in Voſſ. quarto a man. ſec. teſtatur Oudend. ad Suet. Tib. cap. 61. p. 447. dein *concretus*, ut edidit Broukhuſius, eſt etiam in Regiis, Colbert. Askew. & reliquis meis codd. cum priſcis edd. *curvatus* ex ſuo codice praetulit Scaliger. *contractus* in aliis. quod Guyeto placebat. ut apud Ovid. XIV. Met. 95. *Membraque contraxit.* *tenuatus* noſtro Lib. II. 18. 21. *Sed tibi ſi exiles videor tenuatus in artus.* & ſupra El. III. 27 *Diceris & macie vultum tenuaſſe.* *concretus* probatur a Barthio ad Stat. Lib. I. Silv. 6. 59. & Lib. VII. Th. 171. ubi *ſuos artus* explodit, & legit *Nanus & inſultos brevior concretus in artus.* quod recte rejecit Broukhuſius. nam *ſuos artus* obvia notione dicit, pro, ſibi proprios. vide etiam quae ad loci hujus illuſtrationem dedit Iſ. Voſſius Obſerv. ad Pomp. Melam Lib. III. c. 8. p. 295. qui *curvatus* cum Scaligero probaſſe videtur, & *truncas manus* exponit. *concretus in antro* Voſſ. pr. minore verſu choraulen deſcribi notat Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 19. pag. 820. & ad ejuſd. Aurelian. cap. 6. p. 427. quod firmatur ex Graeca inſcriptione monumenti, cujus ex Boiſſardo meminit Broukhuſius, ſed quam produxerat jam Scaliger cum hac epigraphe ΜΥΡΙΠΠΝΩΙ ΝΑΝΩΙ ΧΟΡΑΥΛΗΙ. exſtat apud Gruter. *jactare manus ad cava buxa* pro ſaltare ad tibiam exponit la Cerda in Adverſ. Sacris cap. 141. pag. 331. quod probandum videtur. *buxus* enim de tibia menſis adhibita. Ovidius IV. Met. 30.

Femineae voces, inpulſaque tympana palmis,
Concavaque aera ſonant, longoque foramine buxus.

& XII. 158.

Non illos citharae, non illos carmina vocum,
Longave multifori delectat tibia buxi.

& Lib. I. ex P. Ep. 1. 45. *pro ſiſtro Phrygiique foramine buxi.* Ceterum ad horum ac praecedentium illuſtrationem referri poteſt inſigne monumentum vetus, in quo vir & uxor in lecto ad menſam decumbunt, adſtantibus duobus pocillatoribus, muſicorum turba, puella cymbalum, pueroque ſymphoniaco duplicem tibiam tenente, quod exſtat apud Montfaucon Tom. III. Antiqq. Lib. III. cap. 1. pag. 66.

43. *Sed neque ſuppletis conſtabat flamma lucernis,*
Recidit inque ſuos menſa ſupina pedes.]

conferenda haec ſint cum ſimillimo Petronii loco Satyr. cap. XXII. *alii circa pedes diſcumbentium ſparſi jacebant, alii parietibus adpliciti, quidam in ipſo limine conjunctis marcebant capitibus: lucernae quoque humore defectae, tenue & extremum*

Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos,
 Semper damnoſi ſubſiluere Canes.
Cantabant ſurdo, nudabant pectora caeco.

Lanu-

mum lumen ſpargebant. — cecidit etiam menſa cum argento. ubi vide Interpretum notas. & ad Sueton. Tib. cap. 19. *quoties lucubrante ſe decideret lumen & extingueretur. lucernae* igitur hic *non ſuppletae*, ut ſupra El. III. v. 60. *Seu voluit tangi parca lucerna mero. lucernam jam dormitantem* vocat Ovidius Epiſt. XIX. 195. ubi vide notas. veteres enim non ſolitos fuiſſe extinguere lucernas, ſed ſponte defeciſſe, notat Scaliger ad Cirin v. 344. *menſa* autem hic ex petulantia jam langueſcente everſa, ſed ex rixa ſupra Lib. III. El. 6. 3. perperam vero in multis codd. MSS. & edd. vetuſtis *Decidit*, & pejus *Reddit et* in Voſſ. quarto. id nempe mutarunt, qui de ſyllabae modulo ſolliciti erant, quae producitur in ſimilibus verbis conpoſitis. neque opus erat *rettulit*, *reppulit*, *repperit* cum aliis ſyllabae metuentibus ſcribere. ut centies, a viris doctis monitum eſt. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIV. 46. Patrui mei notas ad Lib. I, Am. 7. 62. Drakenb. ad Silium Lib. I. 309. Oudend. ad Lucan. Lib. III. 113. & ad Lib. IV. 747. qua in re multorum errores operoſe caſtigavit Cl. Schraderus praefatione ad emendationum Librum pag. 41. & ſeqq non tamen cum Broukhuſio ingerendum eſſe noſtro Lib. II. El. 24. 22. *Noctibus illorum refaciamus iter*, recte illic, ni fallor, notavi.

45. *Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos,*
Semper damnoſi ſubſiluere Canes.]

ſecundo Neapol. Voſſ. pr. & quart. *clamoſi* male in Askewiano. cur Canes in talorum jactu fuerint *damnoſi*, ex loco Ariſtotelis diſquirit Caelius Rhodiginus Lib. Lect. Antiq. cap. 27. & Fromondus ad Senecae Apocoloc. pag. 827. N. 134. ſed quem Senecae locum vexatiſſimum de hoc infelici talorum jactu jam ante Fromondum explicuerat Rutgerſius Lib. IV. Variar. Lect. cap. 17. vide etiam Caſaub. ad Perſ. Sat. III. 49. qui *damnoſam caniculam* vocat. Ovidius Lib II. A. A. 206.

Seu jacies talos, victam ne poena ſequatur,
Damnoſi facito ſtent tibi ſaepe canes.

& II. Triſt. 474.

Quid valeant tali, quo poſſis plurima jactu
Figere, damnoſos effugiaſque canes.

vide etiam Delrii Comment. ad Senecae Herc. Fur. pag. 247. Markland. ad Statii Silvas p. 245. & quae notavi ad T. I. Anth. Lat. pag. 718. ubi hoc Propertii loco vindicavi illud Auctoris Copae v. 37. *Pone merum & talos, pereant, qui craſtina curant.* ubi *calathos* conjecerat Heinſius. Sed de his, atque omni talorum ludo copioſe diſſeruit Ferrarius Lib. I. Elect. cap. XVI. p. 58 — 67. & de ſingulis talorum vel teſſerarum jactibus lucroſis vel adverſis copioſe diſſeruit Dan. Sauterius in Palamede, ſive de Tabula Luſoria, Lib. I. cap. 28.

47. *Cantabant ſurdo, nudabant pectora caeco.*] reſpicere videtur illud Virgilii Ecl. X. 8. *Nos canimus ſurdis.* Ovidius Lib. III. Amor. El. 7. 61.

Quid juvat, ad ſurdas ſi cantet Phemius aures.

48. *Lanuvii ad portas heu mihi ſolus eram.*] Suam mentem poëtae invito dant, qui in obſcoena hujus loci explicatione intempeſtive ingenioſi eſſe nituntur, quos inter eſt Janus Gruterus, ex cujus Lib. XXIII. Suſpicionum ineditar. cap. 7. hic adponam illius animadverſionem valde jocularem. Poſtquam enim in loco Plauti Trucul. Act. II. Sc. II. 20. *Laviniae hic ſunt, quas aves, victoriae*, haeſitaſſet, an cum Boſio reſcribendum *Lanuvii*, an vero retinendum *Laviniae*, & notaſſet, *Lanuvium* non tantum urbem ſignare poſſe, ſed & eam quoque corporis partem, qua ſita ſunt pudenda, quaeque Graeci Κοχώνην vocant, ſubjungit iſta: „ Quod adtinet ad illa „ Propertii Lib, IV. El. VIII. *Lanuvii ad portas* &c. adſentior Turnebo & Boſio *portas* „ *Lanuvii* capi pro pube muliebri, quia in voce *Lanuvii* alluſio quaedam ad *lanuginem*. at „ interim videatur, an etiam pro *ſolus* legi queat „ *lorus*, meo animo non prorſus inſcite. praecipue cum meminerim *lori* ejus, qui in aqua, „ apud Petronium cap. 57. item ejus quod canit „ Martialis Lib. X. Ep. 55. *Loro cum ſimilis* „ *jacet remiſſo.* haec intelligentibus ſi non ni-

„ mium

Lanuvii ad portas heu mihi ſolus eram.

Quum

„ mium, certe ſatis, quare taceo." His vero ſubjungit eodem Libro cap. 9. „ Quae paullo „ prius de *Lanuvii portis* dixi, cum ſint, qui „ negent *portam* ea ſignificatione venire, id pro„ bare conabor, ſic ſane cepit lepidiſſimus poë„ tarum Tibullus, jambo ad Priapum, *Araneo„ ſus obſidet fores ſitus.* ita enim lubens legerim. „ ſic liberi Carminis Auctor,

„ *Jam pridem ſtator hic libidinoſus,*
„ *Alternis ineundo & exeundo,*
„ *Porta te faciet patentiorem.*

„ Catullus,

„ —— *patente porta*
„ *Percurrent mugileſque raphanique.*

„ eo alludere videtur meretrix illa apud Plau„ tum Trucul. Act. IV. Sc. 4. 17.

„ *Cogitato mus puſillus quam ſit ſapiens beſtia,*
„ *Aetatem qui uni cubili numquam committit*
„ *ſuam,*
„ *Quia ſi unum oſtium obſideatur, aliud per*„ *fugium gerit.*

Haec Gruterus. quae ſatis manifeſtant, quam abſurde de poëtarum elegantiis, etiam liberioribus, judicare poſſint Viri ceteroquin eruditiſſimi, ſi ſemel vel ex depravato ſui ſeculi guſtu, vel aliorum auctoritate abrepti adliterationibus vel adluſionibus verborum longe quaeſitis, & plerumque ridiculis, judicii ſui acumen hebetaverint, & ingenium inquinaverint. Praeiverat Grutero ſic deliranti Caelius Rhodiginus Lib. IV. Antiq. Lect. cap. 7. & ad hanc Lanuvii portam pariter haeſit D'Orleans ad Tacitum pag. 393. ut Rhodigini veſtigia perperam quoque ſecutus eſt Joſeph. Rocc. Vulpius in Vet. Lat. Profan. Tom. V. Lib. VII cap. 4. pag. 12. In partem nugarum etiam venit Fr. Guyetus, qui pro *ſolus eram*, non cum Grutero *lorus* conjecit ſed *Gallus eram*, ut obſcoenum ſubſit, & adludat ad lanoſum muliebre pudendum. Sed haec & ſimilia faſtidioſo contemtu ipſe repudiaret & exſibilaret Propertius. Jam in ipſis literarum renaſcentium tenebris Ant. Volſcus ſimplicem illam, quae plerumque veritatem habet comitem, hujus loci explicationem dedit, *ſolum de Cynthia cogitabam.* & Beroaldus haec verecundius ita interpretatus erat: *Hic verſus indicat hanc Elegiam non eſſe a ſuperiore disjunctam, qua docuit Cynthiam ad ſacra Lanuvinii draconis ſpectanda proceſſiſſe. ait poëta, ſe, quamvis inter duas meretriculas, tamen ſolum fuiſſe deſiderio abſentis Cynthiae, inſtar amantium qui ſoli eſſe videntur ſine amica, &, cum eſſet Cynthia Lanuvii, illic erat animus poëtae, juxta illud Plautinum, ſi domi ſum, foris eſt animus.* Janus etiam Douſa P. editionis Rovillianae margini adſcripſerat, *nihil aliud quam Lavinii portas, hoc eſt, Cynthiam meam Lavinium profectam cogitabam, itaque mihi evenit, quod Tibullus ſibi etiam uſu veniſſe dicit* (Lib. I. El. 6. 4.)

Saepe aliam tenui, ſed jam, cum gaudia adirem,
Admonuit dominae deſeruitque Venus.

Graevius etiam & N. Heinſius in Epiſtolis mutuis Tom. IV. Syllog. pag. 326. & 327. obſcoenam hic adluſionem quidem rejecerunt, ſed Heinſius illas *Lanuvii portas* a ſciolo quodam hic incultatas ex v. 3. & ſubſtituendum opinabatur,

Laneus ad potas hei mihi ſolus eram.

ut *laneus* pro invalido & infirmo dicatur, negetque poëta ſe duabus puellis, vino madidis, parem ſuffeciſſe. ſed deſidero exemplum, quo *Laneus* hoc ſenſu apud melioris aevi poëtam dici probetur: neque placet alia ejus conjectura ed. Aldinae adſcripta, *Ludibrium ad potas*, vel *Jam nihili ad potas.* Servetur itaque recepta lectio, ſed ea lege, ut ſimplicem & honeſtiorem ſententiam, etiam cum Paſſeratio & Vulpio, amplectamur, neque Propertium tam futiliter potuiſſe inſanire, in animum inducamus. id addam tantum pro lectione *ſolus*, in qua acumen oppoſitionis, licet medius inter duas diſcumberet, minus etiam placet, forte legendum eſſe, *Lanuvii ad portas hei mihi* totus *eram.* ut dicat, totum ſe in cogitatione de Cynthia, ut quae Lanuvii erat, defixum fuiſſe, & licet cantantium & pectora nudantium meretricularum lenociniis adliceretur, illas tamen intactas reliquiſſe, quum Cynthiae ſuae meminiſſet; quod eleganti venuſtate exprimit Tibullus, loco a Douſa adſcripto. ſic paſſim *totus* in aliqua re eſſe dicitur, qui illam unice meditatur. Ovid. VI. Met. 586. *poenaeque in] imagine tota eſt* & VI. Faſt.

Quum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes,
Et levia ad primos murmura facta lares.
Nec mora, quum totas reſupinat Cynthia valvas,
Non operoſa comas, ſed furibunda decens.
Pocula mi digitos inter cecidere remiſſos,
Palluerunt ipſo labra ſoluta mero.

Ful-

Faſt. 251. *In prece totus eram.* Tibullus Lib. IV. 6. 3.

Tota tibi eſt hodie, tibi ſe laetiſſima comſit.

ubi laudare non poſſum Fruterii & aliorum conjecturam legentium *Lota.* licet eam admittere videatur Jungermannus ad Polluc. Lib. I. cap. 1. pag. 16. ſic *totus Dei*, in Dei poteſtate poſitus, ab eo inſpiratus, Valerio Flacco Lib. I. 207. recte vindicarunt viri docti, quorum notas conſule.

49. *Quum ſubito rauci ſonuerunt cardine poſtes,*
Et levia ad primos murmura facta lares.]

Cum ſubiti aerato conjecerat Heinſius, me non probante. raucum ſonitum dicit edidiſſe januae poſtes, ſubito a ſuperveniente Cynthia cardine moto apertae. vulgatam tuetur & illud Ovidii Lib. I. Am. 6. 48. quod e noſtro expreſſum videtur;

Fallimur? an verſo ſonuerunt cardine poſtes,
Raucaque concuſſae ſigna dedere fores.

ex quo loco hic etiam legi poſſet *ad primas fores.* licet *primos lares* Paſſeratius exponat primam aedium partem. *canes* in Borrichiano, Heinſiano, & meo priore. forte *ad fidos canes.* id eſt vigiles. ut reſpiciatur ad canes, qui in tali commercio amatorio vigiles oſtiarii adhibebantur. Tibullus Lib. II. El. 4. 32.

—— hinc clavim janua ſenſit,
Et coepit cuſtos liminis eſſe canis.

ubi vide Broukhuſ. Sed praeterea conjeceram *Nec levia* &c. nam certe non levia fuiſſe inruentis & furibundae Cynthiae murmura, veroſimile fit. idque confirmatur a Colotiano, & primo Vaticano.

51. *Nec mora, quum totas reſupinat Cynthia valvas,*
Non operoſa comas, ſed furibunda decens.]

tum totas in primo D'Orvill. & meo ſecundo, ut ex prima editione Vulpius. *quin totas* in Askew. *motas* vel *emotas valvas* malebat Heinſius. ſed *totas* ab ipſo Propertio ad augendam Cynthiae vehementiam videtur ſcriptum fuiſſe. *Non operoſa comis* in omnibus MSS. & edd. vetuſtis. *comas* Graeciſmo Propertiano correxit & edidit Broukhuſius. infra El. IX. 52. *Puniceo canas ſtamine vincta comas.* ſic in Epigrammate veteri de Arethuſa Tom. I. Anth. Lat. pag. 632.

Nunc adſtricta comas, nunc reſoluta comas.

& pag. 648.

Heſperie teneras officioſa manus.

aperta ſinus ſupra El. IV. 70. *pectus operta* Lib. II. El. 2. 60. & ſimilia paſſim obvia. *furibunda decens*, etiam cum furit, decora & venuſta. vide ſupra ad v. 30. & ſic Ovidio I. Am. 14. 21.

Tum quoque erat neglecta decens.

imitari videtur illud Theocriti Idyll. XXIII. 14.

Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο. φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος. ἀλλὰ καὶ οὕτως
Ἦν καλός.

quem locum ab aliorum conjectura legentium —— *φεῦγε δ' ἀπὸ χρως Ὑβρίκτα, ὀργὰν περιειμένα,* vindicavit D'Orvillius Animadv. ad Charit. pag. 497.

53. *Pocula mi digitos inter cecidere remiſſos,*] *recidere* in D'Orv. primo & meo altero. Haec expreſſa videntur ex Homero Odyſſ. X. v. 9—17. ubi cum Ulixes Antinoo, uxoris proco, poculum manu forte tenenti ſuperveniſſet, & ſagitta eum percuſſiſſet, —— *δέπας δέ οἱ ἔκπεσε χειρὸς Βλημένου.* Paris apud Ovidium Epiſt. XVI. 251.

Dum ſtupeo viſis (nam pocula forte tenebam)
Tortilis e digitis excidit anſa meis.

 quaeri

Fulminat illa oculis, &, quantum femina, ſaevit.
  Spectaclum capta nec minus urbe fuit.

Phyl-

quem locum cum hoc noſtri verſu etiam adtuliſſe video Cel. Ruhnkenium ad illa Lyconis apud Rutilium Lupum pag. 112. *Non prius poculum ex manibus emittit, quam ſomnus oppreſſit bibentem, ac diſſolutis artubus, ipſum poculum ſuapte natura dormienti excidit.* ubi ex ſomnolentia poculum manibus excidiſſe dicitur, ut ſtamina Heroni apud Ovidium Ep. XIX. 197.

Stamina de digitis cecidere, ſopore remiſſis.

quo loco *digitos ſopore remiſſos* vocat, ut hic ex trepidatione *remiſſos digitos* Propertius. ſimiliter Mulcibero deprenſo apud eumdem Ovidium Lib. IV. Met. 175. *Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat, Excidit.* minore verſu *Palluerunt* ex Livineji & Douſae Filii ſententia edidit Broukhuſius, quum antea in codd. MSS. (quod & in meis fere omnibus) *Pallueruntque* legeretur. *ſpiſſo mero* Heinſius.

55. *Fulminat illa oculis, &, quantum femina, ſaevit.*] ita interpungendum cenſui. *ſaevit quantum femina* dictum, alia in re Ovidio II. Met. 434.

Illa quidem contra quantum modo femina poſſit.
Illa quidem pugnat.

& *femina* ea emphaſi, qua Lib XIV. Met. 384.

Laeſaque quid faciat, quid amans, quid femina, diſce.

& Virgilio Lib. V. 6. *notumque furens quid femina poſſit.* elegantiſſima eſt haec furibundae Cynthiae deſcriptio. & *fulminare* ea notione, qua Ovidio Lib. I. Am. 8. 15. —— *oculis quoque pupula duplex Fulminat, & gemino lumen ab orbe venit,* ſed praecipue haec conferenda ſunt cum illis ex Lib. II. A. A. 373. & ſeqq.

Sed neque fulvus aper media tam ſaevus in ira,
  Fulmineo rabidos quum rotat ore canes;
Nec lea, quum catulis lactentibus ubera praebet:
  Nec brevis ignaro vipera laeſa pede:
Femina quam, ſocii deprenſa pellice lecti,
  Ardet, & in vultu pignora mentis habet.

Seneca Medea v. 579.

Nulla vis flammae, tumidique venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta, cum conjux viduata tedis
  Ardet & odit.

& his veterum veſtigiis feliciter inſiſtit poëta inter recentiores optimus, in exemplum elegantiſſimae imitationis proponendus Livinus Meyerus, qui vividis admodum coloribus haec Propertiana in animo habens iram femineam ſic depinxit, Lib. II. de Ira pag. 55. & 56.

Femina, grande malum, ſtimulis agitata furoris,
  Vindictae cupidas aptat acerba manus. &c.
Scilicet hinc genus hoc Bacchas dixere furentes,
  Penthea quas Regem dilaniaſſe ferunt.
Crede mihi, raro didicerunt parcere laeſae:
  Jure Hecubam dixit fabula priſca canem. &c.
Ecce ſubit torva violentior illa Meduſa,
  Altera fert rapta cominus arma colu.
Nec mora: turbati, rapiuntur fronte capilli,
  Nudaque ſubducta brachia veſte patent.
Et maledicta volant Aetnaeis plura favillis,
  Ut motant Briareus Enceladuſque latus.
Hoc plebs more furit. meminit matrona decori.
  Illa ſupercilio, cum ſubit ira, tonat.
Fulminat illa oculis, & longa ſilentia ſervat,
  Verbaque majeſtas pondus habere facit.

quem totum locum ſane elegantiſſimum vel ideo hic adfero, ut juventuti Muſarum ſtudioſae magis innoteſcat & commendetur poëta, manu adſidua verſari & diligenti lectione volvi digniſſimus.

56. *Spectaculum capta nec minus urbe fuit.*] Hic quoque ut ſupra v. 21. *Spectaculum* in variis codd. MSS. *Spectandum* in Borrich. & meo utroque. ſimile illud Virgilii II. Aen. 746. *Aut quid in everſa vidi crudelius urbe.* Ovidius Lib. I. Triſt. 3. 26. *Haec facies Trojae, cum caperetur, erat.* & XII. Met. 225. *captaeque erat urbis imago.* Seneca Lib. I. de Clem. 26. *Sed puta tutam eſſe crudelitatem; quale ejus regnum eſt? non aliud, quam captarum urbium forma, & terribilis facies publici metus.* Chariton Aphrodiſ. Lib. I. cap. 5. τὸ πρᾶγμα ἐῴκει πόλεως ἁλώσει. ubi vide D'Orvill. pag. 56. qui in loco Taciti XIII. Ann. 25. rejicit Lipſii emendationem, *in modum captae civitatis nox agebatur.* & vulgatam *captivitatis* non mutandam cenſet. ſed Lipſio favet ejuſdem Taciti locus Lib. IV. Hiſt. cap. 1. *ubique lamenta, conclamationes, & forma captae urbis.* ut recte legit Vertranius pro *fortuna* eodem

Phyllidos iratos in vultum conjicit ignes.
Territa vicinas Teïa clamat aquas.

Lu-

dem Lipſio probante. *forma* enim *captae urbis*, ut *captarum urbium forma* Senecae, & *facies Trojae captae* Ovidio, locis modo productis, & ita in loco Salluſtii apud Servium ad Virg. VIII. Aen. 557. *ſpeciem captae urbis efficere diſcedentes.*

57. *Phyllidos iratos in vultum conjicit ignes.*] *ungues* ex Colbertino, Groningano, & Gebhardi Palatinis edidit Broukhuſius. & ſic in ed. Ven. 1487. Beroaldi, ſecunda Aldi, Mureti, Rovillii, Gryphianis, Canteri, Antverp. Chriſt. Plantini, & Douſarum Raphelengiana. ſic paſſim *ungues*, in ora conjecti, memorantur poëtis in ira feminea. Ovidius II. A. A. 452.

Ille ego ſim, cujus laniet furioſa capillos,
Ille ego ſim, teneras cui petat ungue genas.

ſupra Lib. III. El. 13. 13.

Ah quoties pulchros uſſit regina capillos,
Molliaque inmites fixit in ora manus.

vide Boltii Silvam Critic. pag. 83. & quae notavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 502. ſed hoc quidem in loco, praeſertim quia mox v. 64. ipſius Propertii ora unguibus ſauciare dicitur, *ignes* praetuli cum Scaligero, jubente etiam majori codicum & vetuſtarum editionum numero. ſic enim legitur in primo & quinto Vatic. Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Heinſiano, primo Leid. Voſſ. & meo. *ignes* etiam in Groningani margine, ſed eadem manu, ut in marg. cod. Reg. & Colbert. pro varia lectione. neque aliter in Veneta 1475. Regienſi, Volſci, prima Aldi, Juntina, Colin. & Graſſeri. & ſic Paſſeratius ad Lib. III. El. 6. 7. p. 449. *irati ignes* recte dicuntur, qui ab iratis inmiſſi. ut *irata ſitis* El. ſeq. 62. *Nec tulit iratam janua clauſa ſitim.* Lib. III. El. 6. 4. *Projicis irata cymbia plena manu.* ut legendum illic notavi. *ſaevos ignes* vocat Ovidius III. A. A. 567.

Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret,
Nec dominae teneras adpetet ungue genas.

idque jubet verſus ſequens *Teïa clamat aquas.* quod *ignibus* melius reſpondet. qua de cauſſa *ignes* e codice Vaticano etiam probat Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 20. diſſentiente licet Heinſio in Notis ad Propert. pag. 754. & Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. ſed pro altera lectione etiam pugnat illud quod praeceſſit *Fulminat illa oculis.* & quod ſequitur *Spectaclum capta nec minus urbe fuit*, tamquam capta & incenſa urbe Roma a Gallis. male igitur Heinſius *fui*, ut ad ipſum Propertium referatur, pro *fuit*, ut ſupra v. 21. *Spectaclum ipſa ſedens* de Cynthia.

58. *Territa vicinas Teïa clamat aquas.*] *Teia vocabat* in Mentel. Borrich., Heinſiano, Leid. pr. & pro varia lectione in ſecundo, tribus Voſſ. & meo primo. *petebat* in quinto Vatic. D'Orvill. pr. & meo altero quae gloſſemata ſunt. *clamabat* in cod. Regio & in ed. Beroaldina. ſed *Teïa* triſyllabum etiam eſt ſupra v. 31. & recte in primis aliiſque edd. vetuſtis *Teïa* vel *Theïa clamat aquas. clamare aquas*, adferri jubere tamquam incendium eſſet, καλεῖν ὕδωρ, ut καλεῖν δεσμὰ καὶ πέδας, *clamare vincula*, & *compedes.* vide Salmaſ. ad Achill. Tatium pag. 657. & hic Paſſeratium ac Vulpium. Ariſtophanes Theſmoph. v. 248. ὕδωρ, ὕδωρ, ὦ γείτονες Livius Lib. I. cap. 39. *Puero caput arſiſſe ferunt multorum in conſpectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto excitatos reges. & quum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab Regina retentum.* Petronius cap. 78. *Unus ſervus libitinarii illius tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam. Itaque vigiles, qui cuſtodiebant vicinam regionem, rati ardere Trimalchionis domum, effregerunt januam ſubito, & cum aqua ſecuribuſque tumultuari ſuo jure ceperunt.* Seneca Lib. I. de Clem. 25. ſub finem: *Sub uno aliquo tecto flamma adparuit, familia vicinique aquam ingerunt.* hinc manifeſtum eſt, praecedente verſu *ignes* non *ungues* legendum. locum hunc aliter exponit Struchtmeyerus Lib. II. Anim. Crit. cap. XII. p. 168. & refert ad ritum, quo turbatis ac perterritis aquam injiciebant refocillandi cauſſa, idque Teïam clamaſſe. ita apud Ovidium Epiſt. XIII. 26. *Vix mater gelida moeſta refecit aqua.* & plus ſemel apud Plautum, alioſque. pro *aquas* in D'Orvill. ſec. a manu pr. *aves.* ſed in v. c. Perreji *anus*, quod probabat Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. & in notis ad Propert. p. 754. ut vetularum opem invocaverit in vicinia.

59. *Lu-*

Lumina ſopitos turbant elata Quirites,
Omnis & inſana ſemita nocte ſonat.
Illas, direptiſque comis, tuniciſque ſolutis,
Excipit obſcurae prima taberna viae.
Cynthia gaudet in exuviis, victrixque recurrit,
Et mea perverſa ſauciat ora manu:

In-

59. *Lumina ſopitos turbant elata Quirites,*
Omnis & inſana ſemita nocte ſonat.]

Novi qui *Murmura* hic conjecerat pro *Lumina.* ſed *elata* melius ad *Lumina* referuntur. nocte ſe domo proripiebant luminibus elatis, excitantes omnem viciniam ſomno *ſopitam*, ſeu dormientem. vid. ad Petron. cap. 22. hic enim verus Joci ſenſus eſt, in quo conſtituendo valde laborat Paſſeratius, dubitatque an *Allata* vel *illata* legendum. quod ſpecie quodam defendi poſſet e Phaedro Lib. III. fab. 10. 24.

Dum quaerunt lumen, dum concurſat familia,
Irae furentis impetum non ſuſtinens &c.
Lucerna adlata.

ubi Heinſius *illata*. qui ſic etiam apud Ovid. VIII. Met. 668. corrigit *illatus crater*, notatque *inferre craterem*, ut *inferre lucernam.* qualis varietas etiam Lib. X. 473 *illato lumine vidit.* quod vindicant Patrui mei notae, pro *allato.* ut in aliis libris. Sed *elata* e domo *lumina* hic non ſollicitanda. & hinc in minore verſu cum Fruterio & Paſſeratio legendum *inſana ſemita voce ſonat.* & ſic Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. & in Notis pag. 755. idque merito praefert Cl. Heynius ad Tibull. pag. 32. ed. ſec. ſupra Lib. III. El. 6. 2.

Vocis & inſanae tot maledicta tuae.

ubi vide. dein *tonat* in Vaticano quinto, & Leidenſi ſecundo. ut Lib. IV. 1. 134 *Et vetat inſano verba tonare foro.* & in loco Petronii paullo ante producto: *Unus ſervus tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam.* Ceterum hoc diſtichon praecedenti anteponendum videtur, quia ſic melius, ni fallor, omnia cohaerebunt, ſi hoc ordine verſus collocentur,

Phyllidos iratos in vultum conjicit ignes,
Territa vicinas Teïa clamat aquas:
Illas, direptiſque comis tuniciſque ſolutis,
Excipit obſcurae prima taberna viae.
Lumina ſopitos turbant elata Quirites:
Omnis & inſana ſemita voce ſonat.
Cynthia gaudet in exuviis &c.

Illam igitur male in Mentel. Excerptis Modii, Borrich. primo Leid. Voſſ. pr. & tertio, *Illaque* in quarto. *Illa* D'Orv. pr. & ed. Venet. 1487. ſed *Illas* recte in reliquis MSS. & edd. vetuſtis, ut ad utramque, Phyllida & Teïam, referatur. nam male Volſcus *Illam* in notis retulit ad ſolam Phyllida, licet in ejus editionis contextu *Illas* legatur.

61. *Illas direptiſque comis, tuniciſque ſolutis*
Excipit obſcurae.]

Direptis comis bene contra Paſſeratium, *diſruptis* emendantem, vindicat Gebhardus. *Accipit* in Askew. ut *Excipere* & *accipere hoſpitio* variantur. vide ad Ovid. Epiſt. XII. 29. & I. Faſt. 788.

63. *Cynthia gaudet in exuviis, victrixque recurrit,*
Et mea perverſa ſauciat ora manu.]

Hic ſuum Propertio numerum magis artificioſum quam qui olim in codd. MSS. & edd. antiquis erat, *Cynthia in exuviis gaudet*, ex codice Groningano reddidit Broukhuſius. quales perperam ab aliis ſaepe mutatos & tranſpoſitis verbis corruptos multis exemplis indicavi in notis ad Lotich. pag. 266. 267. & in Addendis p. 692. vide etiam ſupra ad Lib. I. 7. 4. Lib. II. 24. 9. & ad huj. Libri Eleg. VII. 5. corrupte *exiguis* in Voſſ. pr. *eximiis* in ed. Ven. 1475. Regienſi & Volſci. *exequiis* in Voſſ. quarto. in quo & primo *cucurrit.* mox forte ſcripſerat poëta, *Et mea* formoſa *ſauciat ora manu.* nam, licet *furibunda*, *decens* tamen erat Cynthia. ut ſupra v. 53. ſic Lib. III. El. 5. 6.

Et mea formoſis *unguibus ora nota.*

id certe praeferrem, ſi a codice aliquo firmaretur, quam *praeverſa* cum Guyeto, vel *praeroſa* aut ve-

Inponitque notam collo, morſuque cruentat:
  Praecipueque oculos, qui meruere, ferit.
Atque ubi jam noſtris laſſavit brachia plagis,
  Lygdamus ad plutei fulcra ſiniſtra latens
Exuitur, geniumque meum proſtratus adorat.
  Lygdame, nil potui: tecum ego captus eram.

Sup-

veſana manu cum Heinſio. vide tamen an *perverſa* defendi poſſit exemplis, quae habet Forcellinus in Lexico. unguibus, vel manu *sauciare*, ut Ovidio III. A. A. 708. *tenues a pectore veſtes Rumpit, & indignas ſauciat ungue genas.* & hoc quoque loco potuiſſet Heinſius adſtruere codicis Regii fidem Lib. I. A. A. 21. *quamvis mea ſauciet arcu Pectora.* nam *vulneret* illic minus concinnum, quia mox ſequitur *vulneris ultor ero.*

65. *Inponitque notam collo, morſuque cruentat:
Praecipueque oculos, qui meruere, ferit.*]

inponere hic conparabat Janus Douſa P. cum illo Lucilii, *Cui ſaepe inpoſui mille plagarum in die.* & Ciceronis Lib. I. ad Attic. Ep. *Sed tamen, ut te de Rep. conſoler, non ita, ut ſperarunt mali, tanto inpoſito Reip. vulnere, alacris* exſultat *inprobitas in victoria. morſuſque* male in D'Orvill. pr. Lib. III. El. 6. 21.

*In morſo aequales videant mea vulnera collo,
Me doceat livor mecum habuiſſe meam.*

ubi vide & ad Lib. IV. 3. 26. *oculos ferit* in omnibus codd. MSS. & edd. vetuſtis. Heinſio tamen Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 24. & in Notis pag. 755. placebat, *oculos, qui meruere, petit.* quod firmabat loco Tibulli Lib. I. El. 7. 76. — *oculos adpetat illa meos.* & Horatii Epod. V. *Petamque vultus umbra curvis unguibus.* addere potuiſſet illud Ovidii III. Am. 328. *Nos petit invicta Palladis haſta manu.* Lib. II. A. A. 452. *Ille ego ſim, teneras cui petat ungue genas.* & III. 568. *Nec dominae teneras adpetet ungue genas.* Praefero tamen *oculos ferit*, quod plus eſt quam *petit.* notum illud Caeſaris ad ſuos dictum, *miles faciem feri.* Ovidius XII. Met. 479.

Nudaque Phyllei juvenis ferit ora ſariſſa.

utrumque verbum apud eumdem Lib. III. Am. 3. 35.

*Jupiter igne ſuo lucos jaculatur & arces,
Miſſaque perjuras tela ferire vetat.
Tot meruere peti.*

ubi locutionem *petere fulmine* variis exemplis adſtruit Heinſius. κόπτειν τοὺς ὀφθαλμοὺς vocat Chariton Lib. III. cap. 10. ad quem vid. D'Orvill. & pag. 561. *qui meruere*, ut in illo Ovidii Lib. I. Am. 7. 1. *Adde manus in vincla meas, meruere catenas. quid meruere* male in Askew.

68. *Lygdamus ad plutei fulcra ſiniſtra latens
Exuitur, geniumque meum proſtratus adorat.*]

corrupte *plutei fruſtra* in quinto Vatic. ed. Ven. 1475. Regienſi, & Volſci. *fuſca* Neapol. Vatic. primus & ſec. Exc. Scalig. duo Leidd. primus & tert. Voſſ. ambo D'Orvill. & mei, cum Venet. 1487. *fuſca ſiniſtra latens* in v. c. Perreji, Mentel. Heinſiano. ſed *fulcra* jam correxit Beroaldus. *jacens* eſt in iiſdem edd. ante Beroaldinam, Aldina utraque, Junt. Colin. Gryphianis, Graſſeri, & Douſarum Raphaleng. ſed *latens* in Coletiano, primo Vatic. Mentel. Groning. Heinſiano, ceteriſque codd. & Paſſeratianis, cum ed. Beroald. Ven. 1487. Mureti, Rovill. Canteri, & Antverp. Chriſt. Plantini. quod praeſtat. ut apud Horatium Lib. II. Epiſt. 2. 15.

In ſcalis latuit metuens pendentis habenae.

cadens vitioſe in Voſſiano tert. de lecti pluteo vide Torrent. ad Suet. Calig. cap. 26. deinde *Eruitur* in Neapol. & meo ſecundo, hoc eſt e latibulis protrahitur: quod probabat Guyetus, & Heinſius in Notis ad Propert. p. 755. ubi bonis exemplis locutionem firmat, & Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 25. quibus adde quae adfert Paſſeratius. *excitare* vocant alii, ſeu jacentem ſurgere jubere, de quo vide Cel. Ruhnkenium ad Rutil. Lup. pag. 105. hinc non inepta etiam eſt Neapolitani & ſecundi mei codicis lectio *protractus*, pro *proſtratus*, licet hoc τῷ *adorat* melius conveniat. mox *tunc ego captus eram* in primo D'Orvill. *genium meum adorat*, ut in illo Tibulli Lib. IV. 5. 8.

*Mutuus adſit amor. per te dulciſſima furta,
Perque tuos oculos, per geniumque rogo.*

71. — *tum*

Supplicibus palmis tum demum ad foedera veni,
Quum vix tangendos praebuit illa pedes.
Atque ait. Admiſſae ſi vis me ignoſcere culpae,
Accipe, quae noſtrae formula legis erit.
Tu neque Pompeja ſpatiabere cultus in umbra,
Nec quum laſcivum ſternet arena forum.

Colla

71. —— *tum demum ad foedera veni,*
Quum vix tangendos praebuit illa pedes.]

cum demum Voſſ. pr. *venit* in Mentel. Groning. Heinſiano, primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meis. Cynthia nempe. *Cui vix* in Colot. Vatic. pr. & ſec. Excerpt. Scalig. Heinſiano, tribus Voſſ. D'Orv. pr. & meo utroque. tangendos vero, oſculandos & amplectendos pedes miſeris & ſupplicibus praebere frequens eſt. ut Paris apud Ovidium Ep. XVI. 270.

Amplectique tuos, ſi patiare pedes.

II. A. A. 534.

—— *nec ad teneros oſcula ferre pedes.*

IX. Met. 685.

Invito potui circumdare brachia collo,
Amplectique pedes, adfuſaque poſcere vitam.

pedes vero *oſculandos dare*, extremae ſuperbiae & arrogantiae ſignum, auctorem habere Caligulam, docent notae ad Dion. Caſſium Lib. LIX. cap. 27. p. 933. hunc verſum in animo habebat Lotichius Lib. III. El. 3. 60.

Saepius in ſomno redeat tua dulcis imago,
Fidaque tangendas praebeat umbra manus.

75. *Tu neque Pompeja ſpatiabere cultus in umbra,*] *in herba* male Voſſ. prim. vide ſupra ad v. 35. *cultus* hic pro bene ornato, veſtibus elegantioribus induto, exponitur ab Interpretibus. Sed forte hic quoque legendum *Pompeja ſpatiabere lentus in umbra.* quod libro ſuo etiam adſcripſerat Francius, ut apud Ovidium I. A. A. 67.

Tu modo Pompeja lentus ſpatiare ſub umbra.

ubi *laetus* in MS. Huydecop. pro varia lectione. ut in aliis etiam codd. vide illic notas. Martialis Lib. XI. Ep. 48.

Cur nec Pompeja lentus ſpatiatur in umbra.

quod ex hoc loco deſumtum eſſe notat Heinſius ad d. l. Ovidii, & Cl. Schraderus Emend. cap. VI. p. 128. *Spatiari* proprium hac in re verbum, quia ambulabant in his porticibus, quarum columnae per *ſpatia* erant diſtincta, ut ſupra Lib. II. 23. 3. *Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis.* Ovidius Epiſt. XXI. 97. *Et modo porticibus ſpatior. umbram* vero paſſim de hac porticu dicunt. ut Lib. II. El. 23. 45. *Scilicet umbroſis ſordet Pompeja columnis Porticus.* Martialis Lib. V. Ep. 10. *Sic veterem ingrati Pompejam quaerimus umbram.* ut illic levi correctione ſcribendum ex hoc loco, & ſonus auribus incommodus *ingrati Pompeji* vitetur. tales umbras in porticibus, ambulationis cauſſa, innuit Claudianus Lib. II. in Eutrop. 409.

Pulcher, & urbanae cupiens exercitus umbrae,
Adſiduus ludis, avidus ſplendere lavacris,
Non ſoles imbreſve pati.

ubi *Pulcher it urbanae* &c. legendum cum Marklando ad Statii Silvas pag. 10. totum vero hunc locum, quo Propertium ab ambulatione in hac porticu, & a foro, arena, quum ludi eſſent gladiatorii, ſparſo, velut ab amoris alieni fomentis, arcet Cynthia, ante oculos habuiſſe videtur Ovidius Lib. II. Triſt. 281. & ſeqq.

—— *ludi quoque ſemina praebent*
Nequitiae, tolli tota theatra jube:
Peccandi cauſſam quae multis ſaepe dederunt,
Martia quum durum ſternit arena forum.
Tollatur Circus; non tuta licentia Circi:
Hic ſedet ignoto juncta puella viro.
Cum quaedam ſpatientur in hac, ut amator eadem
Conveniat, quare porticus ulla patet?

ubi *ſternit arena forum*, ut hic quoque eſt in Exc. Scalig. Groning. Heinſiano, Voſſ. pr. & quarto, pro *ſternet.* addi poteſt non diſſimilis locus ex Lib. I. A A. 163.

Hos aditus Circuſque novo praebebit amori,
Sparſaque ſollicito triſtis arena foro.
Illa ſaepe puer Veneris pugnavit arena.
Et qui ſpectavit vulnera, vulnus habet.

Ce-

Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum,
Aut lectica tuae ſidat operta morae.
Lygdamus in primis, omnis mihi cauſſa querelae,
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.

Indixit

Ceterum Lipſius de Amphith. cap. XIV. minorem hunc verſum cum ſequente conjungens, hoc modo diſtinguit, legitque,

Et quum laſcivum ſternet arena forum,
Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum.

ut ſenſus ſit, ne ludos glatiatorios ita ſpectes, ut obliquo capite, & cervice retroflexa, cupidos oculos conjicias in feminas, quae ſumma cavea ſeu loco ſuperiori ſpectant, ipſe in parte Theatri inferiore conſtitutus. & ſic expoſuit J. Douſa P. in Schediaſm. Succid. ad Propert. pag. 72 & 73. & optime contulit cum illis Ovidii Lib. II. Am. 7. 3.

Sive ego marmorei reſpexi ſumma theatri,
Eligis e multis, unde dolere velis.

ad ſummi obliqua theatri Guyetus, merito improbante Heinſio.

78. *Aut lectica tuae ſidat operta morae.*] *Sudet* in omnibus fere codd. MSS. & edd. vetuſtis. quibus accedunt Askew. duo Leidd. Voſſ. pr. & tert. uterque Dorvill. & mei. quam lectionem, rejecto Lipſio, qui correxerat *tuae ſit adoperta morae*, tuetur Paſſeratius, & *aperta* praeferens exponit. ne lectica tua, hoc eſt lecticarii tui, ſudare cogantur, ſi in via a te detineantur morando, quando ea aperta cum puella obvia ſaepius colloqueris, quae capite in tuam lecticam inſerto tecum garriat. & ſic fere Schefferus Lib. II. de Re Vehic. cap. 5. pag. 94. Broukhuſius *ſidat* edidit, Palmerium ſecutus, & *operta*; hoc ſenſu, ne lectica aliqua clauſa, in qua amicarum tuarum una vehatur, ſidat, aut humi deponatur, ut cum illa delicias garriendo agas, lecticariis interim interjungentibus. *operta* quidem eſt in Borrich. Heinſiano, & aliis codd. *tua ſidat operta mora* legebat D'orleans ad Tacit. pag. 188. id eſt, dum moras nectis, lectica ne ſidat. quod probaſſe videtur la Cerda in Notis ad Tertullian. de Pall. cap. IV. pag. 53. poſt Sacra ejus Adverſaria editis. Sed alia via huic loco mederi tentavit Heinſius, qui Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 14. & in Notis Propertianis pag. 755. emendabat,

Aut lectica tuae ſe det *aperta morae.*

hoc eſt, ne quid te moretur lectica aperta per viam praeteriens, in qua vehatur aliqua puella. *ſe det* in libri ſui margine etiam conjecerat Marklandus, & adſcripſerat „ *tuae morae*, *tibi* „ *moranti.* ut Virg. IV. Aen. 407. *Caſtigatque* „ *moras*, pro *morantes.* legendum quoque *operta* „ & *ſe det operta.* pro *opertam*, ut alibi, *Sic* „ *mihi te referas levis*, pro *levem.* exempla paſ- „ ſim in noſtro." ſuppetias certe huic lectioni ferunt, quae de locutione *ſe dare* notavit ad Statii Silvas pag. 57. eamque paſſim multis veterum locis per librarios corruptam indicavi ad Tom. I. Anth. Lat. pag. 581 & 637. Jam ante Heinſium *ſe det* hic legendum, ſed *operta* probans, conjecerat etiam Gruterus Lib. XIII. inedit. Suſpic. cap. 6. hoc ſenſu, *nec te moretur operta lectica, dum inquiris, quae in ea, aut dum inſpicere concupiſcis.* Mihi quoque *Sidat* a librariis, illud *ſe det* non intelligentibus, formatum, ſed *aperta* praeferendum videtur, quod legitur etiam in cod. Askew. utroque Dorvill. meo ſecundo, & primis edd. ut jubeat Cynthia, cave ne lectica tua ſit aperta, hoc eſt, ne lumina, dum lectica veheris, in alias puellas obvias petulanter conjicias, aut mora facta cum iis colloquaris. de *aperta lectica* vide Abram. ad Cic. II. Philip. 24. pag. 511. & ſic *aperta* & *operta ſella* etiam variantur apud Sueton. Aug. 53. Sed prae ceteris legi merentur quae de lectica duplice, aperta & tecta, earumque forma, & ſervis lecticariis, eruditis animadverſionibus ſcripſit Lipſius Lib. I. Elect. cap. 19. ubi tamen ipſe de ſua hujus loci conjectura *ſit adoperta morae*, propter verbum *ſit*, ſequente vocali productum, haeſitare videtur.

79. *Lygdamus in primis, omnis mihi cauſſa querelae,*
Veneat, & pedibus vincula bina trahat.]

Veniat male in Leid. ſec. & Voſſ. tert. *Venerat* Borrich. Leid. pr. Voſſ. pr. & quart. cum meo priore. *Venerit* in primo D'Orv. meo altero, & priſc edd. *trahit* Voſſ. pr. Lygdamum, querelae cauſſam, quia Phyllida & Teïam Propertio lenonis inſtar conciliaverat & adduxerat, etiam in-

Indixit leges. reſpondi, Ego legibus utar.
Riſerat imperio facta ſuperba dato.
Dein quemcumque locum externae tetigere puellae,
Suffiit, & pura limina tergit aqua.

85. Im-

inſectatur ſupra El. VII. 43. *Lygdamus uratur, candeſcat lamina vernae,* ubi & Petalen poena ſervili adfectam queritur, v. 40. *Codicis inmundi vincula ſentit anus.* quam hic indicit Lygdamo ſervo, *pedibus vincula bina trahat.* hoc eſt duos truncos caudiceos pedibus ligatos trahat, & ad ergaſtulum damnetur. *Veneat, & in pedibus* Groning. *aut pedibus* Fruterius.

81. *Indixit leges. reſpondi, Ego legibus utar.*
Riſerat imperio facta ſuperba dato.]

legem in D'Orvill. primo & meo ſecundo, ut ſupra v. 74.

Accipe quae noſtrae formula legis erit.

ſed *leges* hic praeſtat, quia ſequitur *legibus utar.* eſt autem *indicere leges* proprium inperantibus, & eleganter ad regnum puellarum in amatores transfertur. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. El. 7. 75. deinde interpungere malim, licet parum differat, *reſpondi ego, legibus utar.* vel cum Heinſio *reſpondi, en legibus utar.* & minoris verſus initio ſcribendum opinor, *Riſit at imperio* &c. *tacta ſuperba* D'Orvill. pr. a man. ſec. pro *dato* Heinſius *rato.* Francius *novo.* citra neceſſitatem.

83. *Dein quemcumque locum externae tetigere puellae,*
Suffiit, & pura limina tergit aqua.]

quecumque Leid. ſec. & tres Voſſ. hoc eſt *quaecumque*, ut in ed. Venet. 1475. Regienſi, Volſci, prima Aldi, Junt. Colin. & Grafferi. Unde *quacumque* Guyetus & Heinſ. ad oram ed. Ald. quod firmari poſſet ex Cicer. pro Cluent. cap. 68. *Nemo erat illorum, quin expiandum illum locum eſſe arbitraretur, quacumque illa iter feciſſet: nemo, quin terram ipſam violari veſtigiis conſceleratae matris putaret.* ſed *quemcumque* in Venet. 1487. Aldi ſecunda, Beroald. Mureti, Rovill. Gryphianis, Canteri, Chriſtoph. Plant. & Douſarum Rapheleng. minore verſu *Suffiit* vere emendatum eſt, in qua voce recte ſcribenda multum ceſpitaverunt codicum ſcriptorum librarii. *Sufficit & pura lumina* ex Pontani libro adſcripſerat Perrejus. *Sufficat &* Neapol. *Suffiat &* primus Vatic. *Suffuat &* ſecundus, & alter D'Orvill. in cujus margine *Fumicat. Suffocat &* quintus Vatic. Leid. ſec. D'Orvill. pr. & meus ſecund. *Sufficiat* Mentel. Borrich. Gron. tres Voſſ. & meus primus. in cod. Regio *Suffiit* vel *Sufficit* pro varia lect. *Suffuciat* Askew. *Sufficit &* ed. Ven. 1475. Regienſis & Volſci, qui in notis jam monuit pro *Suffocat* emendandum *Suffiit.* vitio typi editum fuit *Suffisit*, nam addit, *hoc eſt expiat.* & ſic legendum etiam cenſuit Beroaldus, & interpretatur, *Cynthia factis ſuffitionibus purgavit lectum, quem tetigerant Phyllis & Teïa, tamquam ſuo contactu cuncta polluiſſent.* Nollem certe illuſtrem Scaligerum, quod invitus addo, Beroaldo, quem primum ſic emendaſſe dicit, licet huic praeiverit Volſcus, ſe oppoſuiſſe, & codicis ſui ſcripturam *Suffocat* defendiſſe, ſubjecta hac adnotatione, *ſuffocare, ſecunda longa veteres Grammatici deducunt a faucibus, eadem correpta a foco, ſuffocare ergo hic eſt πυρῶσαι.* itaque ſic edidit. Sed ſine ullo veterum exemplo eſt, ut ea ſignificatione *ſuffocare* Latinis dicatur, qua Graecis πυρῶσαι. Prave igitur hoc in loco *Suffocat* nonnulli propugnant, ut recte notavit Pincierus Lib. II. Parerg. cap. 45. male igitur in prima ſua editione ſic dedit Vulpius. & fruſtra hanc lectionem tuetur J. F. Noltenius Lexico L. L. Antibarb. pag. 362. in hunc ſcopulum inperite impegit Clericus, quum in Severi Aetna v. 319. rejecta Scaligeri emendatione, velut audaciori, ſic corrigit, ut ſtaret verſus, ſed pede nimium vacillante,

Pugnantes & ſuffocat intus, ut unda profundo.

quum in Aldina recte legeretur, *Pugnantes ſuffocat & intus.* idque notarunt eruditi Lipſienſes in Actis ad an. 1703. pag. 499. Sic in verſibus illis, quos ſub Propertii nomine falſo adfert Scholiaſtes Ovidianus Ibidis v. 463.

Suffocabat humo vivos Caſſandrus, idemque,
Et non inmerito, paſſus ab ipſe ſuis.

hinc & *focare*, pro angere, cruciare. Gloſſae veteres MSS. *Angit, ſollicitat, focat.* vide Rhodium

Imperat & totas iterum mutare lacernas,
Terque meum tetigit ſulfuris igne caput.
Atque ita mutato per ſingula pallia lecto,
Et ſponda & toto movimus arma toro.

ELEG.

dium de Acia cap. VII. pag. 107. *Suffit*, *& hinc* adfert Heinſius ad Ovid. II. Faſt. 23. ubi de ritu tergendi & purgandi domum, ominis cauſſa, agit. Sed ad lib. V. Faſt. 675. legit,

Suffiit, & pura limina ſparſit aqua.

ſuffire pro purgare etiam eſt apud Seren. Sammon. v. 96.

Illotis etiam ranis ſuffire memento.

in luſtrationibus autem *aqua* praeſertim adhibebatur. Cic. II. de Leg. cap. 10. *inceſtum adſperſione aquae tollitur. lumina* male in Mentel. Askew. binis Leidd. tribus Voſſ. meoque priore.

85. *Imperat & totas iterum mutare lacernas,*
Terque meum tetigit ſulfuris igne caput.]

lotas Heinſius ad Petron. cap. XXX. & notis ad Propert. pag. 117. quod probo in luſtrationis ritu, praecedente *aqua*, qua veſtes etiam purificabant, ut obſervat Caſaub. ad Theophraſt. cap. περὶ δεισιδαιμονίας pag. 292. pro *mutare* Broukhuſius ad h. l. & ad Tibull. I. El. 5. 11. legebat *luſtrare*, probante Marklando. ſequitur enim *mutato lecto*, quod admitti poteſt. vel hic potius *lotas iterum mundare lacernas* legendum, & mox *mutato*, *lecto*, retinendum, proquo illic *mundato* conjiciebat Heinſius. *lucernas* vitioſe in Neap. Reg. Colbert. Groning. Askew. & aliis codd. de ritu expiationis, quae ſulfuris igne fiebat, vide Heinſium ad Ovid. IV. Faſt. 740. Meurſ. Exerc. Crit. P. II. cap. 17. Broukh. ad Tibull. I. 5. 11. & Demſter. Lib. I. de Etrur. Reg. cap. 2.

87. *Atque ita mutato per ſingula pallia lecto*,] *Ad quae* male in Voſſ. quarto. *mundato* Heinſius. quod praecedentia requirere videntur. & forte *mutato* petitum ex v. 28. *Mutato volui caſtra movere toro.* ſed ſervari poteſt vulgata, ſi paullo ante *lotas mundare lacernas* ſubſtituatur, ut illic notavi. *per ſtragula* Heinſius.

88. *Et ſponda & toto movimus arma toro.*] Haec eſt N. Heinſii emendatio, quam dedit in notis ad Ovid. Epiſt. VII. 5. Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 26. & Notis ad Propert. p. 756. vel *noto toro*. *loto toro* adſcripſerat J. Douſa P. alias vero lectiones ſuppeditant ſcripti & editi. *Deſpondi & tuto* V. C. Perreji & Neapol. *Reſpondi & toto ſolvimus arma toro* in duobus Leidd. tribus Voſſ. binis D'Orvill. & meis. & ſic in omnibus edd. vetuſtis. ſed *Reſpondi*, forte librarius petiit ex v. 81. *Reſpondi ego legibus utar.* Marklandus locum ſic conſtituebat,

Atque ita mutato per ſingula pallia lecto,
Et ſpondis, toto movimus arma toro.

vel potius retinebat *ſolvimus* & ſolvere arma exponebat *finire bellum*, *pacem facere.* tum *noto toro*, adſueto concubitu. conjecturae Heinſianae, *Et ſponda*, quam in textum etiam recipit Vulpius, favet illud Ovidii III. Am. 14. 26. *Spondaque laſciva mobilitate tremit.* Auctor Epigrammatis veteris Tom. I. Anth. Lat. p. 640. ex ejuſdem Heinſii emendatione,

Sit torus & lecti genius ſecretaque ſponda,
Queis tenera in noſtrum veneris arbitrium.

aliter locum hunc emendabat Patruus meus, qui conjecerat,

Reſpondere novo protinus arma toro.

hoc ſenſu, *arma* quae antea non habebat volutatus cum meretriculis, ut Petronius cap. 130. nunc reſponderunt, id eſt valuerunt, opuſque peregerunt. ita *reſpondere* Ovid. Ep. XV. 197.

Non mihi reſpondent veteres in carmina vires.

& ita ille ſaepe. Finem Elegiae hujus egregie illuſtrant illa Naſonis Lib. II. A. A. 461 & ſeqq.

Oſcula da flenti: Veneris da gaudia flenti.
Pax erit: hoc uno ſolvitur ira modo.
Cum bene ſaevierit, cum certa videbitur hoſtis,
Tum pete concubitus foedera: mitis erit.
Illic depoſitis habitat Concordia telis;
Illo (crede mihi) Gratia nata loco eſt.

E L E G. IX.

Amphitryoniades qua tempeſtate juvencos
Egerat a ſtabulis, o Erythea, tuis,
Venit ad invictos nemoroſa Palatia montes,
Et ſtatuit feſſos, feſſus & ipſe, boves.

Qua

Eleg. IX.] DE HERCVLE inſcribitur in Reg. Colb. & priſcis edd. HERCVLES in meo priore. DE HERCVLE ET MORTE CACI in Borrichiano, aliiſque codd. & ed. Aldi utraque, Junt. Colin. Rovill. Gryph. aliiſque. DE HERCVLE ET CACHO (pro CACO) in meo cod. ſecundo. conferri ad hujus Elegiae intellectum debet Virg. VIII. Aen. 193. & ſeqq. Ovidius Lib. I. Faſt. 543. & ſeqq. & Lib. V. 647. ſeqq. & Livius Lib. I. cap. 7. & nonnulla ad carminis hujus illuſtrationem contulit Jo. Bapt. Suarezius Lib. III. Antiqq. Gaditanar. cap. 2.

v. 1. *Amphitryoniades qua tempeſtate juvencos*
Egerat a ſtabulis, o Erythea, tuis.]

Amphytrionides Mentel. Heinſian. & meus primus. *o Erythee* in omnibus fere codd. MSS. Vatic. quinto Mentel. Excerpt. Scalig. Heinſiano, Leid. pr. Voſſ. pr. & quarto, D'Orv. pr. & meo. *Erythea* Vatic. pr. *Erythree* Leid. ſec. & Voſſ. tert. *Eritee* Groning. *Erythrae* in meo ſec. *Erythraee* Vatic. alter, *Erichthee* ed. Ven. 1475. Regienſis, & Volſci. *Erythraea* ed. Beroald. *o Erythaea* corrigendum monuit Scaliger. *ora Erythea* Heinſius Notis ad Propert. p. 756. *Erithrea* male in Askew. & aliis ſcribitur, tamquam ab Erythra Rege, unde & Erythreum mare dictum volunt. de quo vid. Ferdin. de Cordova in Didaſc. Multipl. cap. 49. ſic apud Silium Ital. Lib. XVI. 195.

Herculeas Erythia ad litora Gades
Cum ſtudio pelagi, & ſpectandis aeſtibus undae
Veniſſem.

ut bene correctum pro *Erythrea.* vide illic eruditorum Interpretum notas. *Erytheïdas boves.* vocat Ovid. I. F. 543. & *Erytheïda praedam* Lib. V. 649. ut tam illic, quam *Erythia* hoc loco legendum jam monuit Turnebus Lib. XXIII. Adverſ. cap. 7. Oppianus Lib. II. Cyneg. 109.

Κεῖνοι, τὺς φάτις ἔσκε Διὸς γόνον Ἡρακλῆα
Καρτερὸν, ἀθλεύοντ᾽ ἀγέμεν πάρος ἐξ Ἐρυθείης.

ubi de fabula ipſa vide Rittershuſ. eadem ſcripturae macula eſt in Apoſtolii Proverb Gr. Cent. II. 80. Ἡρακλῆς γὰρ διαπεραιωσάμενος ἐπὶ τὰς Ἐρυθρείας βὺς, ἱςίῳ τῇ λεοντῇ ἐχρήσατο, ἱςῷ δὲ, τῷ ῥοπάλῳ. ubi Pantinum male vertentem *in Erythraeam inſulam* jure quidem reprehendit Triſtanus Tom. II. Comm. pag 333. ſed hunc quoque erraſſe, cum urbem Joniae intelligit, notavit Patruus meus ad d. l. Ovid. I. Faſt. 543. & ἐπὶ τὰς Ἐρυθείας in Apoſtolio corrigendum monuit. recte vero apud Athenaeum Lib. XI. cap. 5. circa finem, ubi Hercules poculo, ſeu cymba ad poculi formam facta Erytheam navigaſſe narratur, editum eſt ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τύτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. ſed plura de Erythia, unde Geryonae boves abduxit Hercules, dabit Bochartus Lib. I. Geogr. Sacr. cap. 34. pag. 611.

3. *Venit ad invictos nemoroſa Palatia montes,*
Et ſtatuit feſſos, feſſus & ipſe, boves.]

in adductos in Mentel. Heinſian. Commelin. Gebhardi, Leid. pr. Voſſ. pr. & quart. meoque priore. *Venit & adductos* Groning. quam lectionem ineptiſſimam merito vocat Livinejus. *& ad junctos* D'Orv. pr. & meus alter. *in adjunctos* Voſſ. tert. & D'Orvill. ſec. *& ad victos* Neapol. & Colbert. *in avectos* Askew. *ad invictos* in omnibus priſcis edd. *Venerat in victos*, vel *Venit ut ad victos*, aut *Venit in evictos* Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 6. p. 253. ut *evicti montes* ſint ſuperati. *pecoroſa* in Askew. Leid. ſec. utroque D'Orvill. meo altero, aliiſque codd. & vetuſtis edd. *Pcoſa* Leid. pr. ſed *nemoroſa* in quinto Vatic. Borrich. Heinſiano, meo priore, ceteriſque.

Ovi-

Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaque
Nauta per urbanas velificabat aquas.
Sed non infido manſerunt hoſpite Caco
Incolumes, furto polluit ille Jovem.
Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora focos.

Hic

Ovidius Lib. I. A. A. 105.

Illic quas tulerant nemoroſa Palatia frondes
Simpliciter poſitae, ſcena ſine arte fuit.

& IV. Faſt. 815.

——— alter init nemoroſi ſaxa Palati:
Alter Aventinum mane cacumen adit.

vide Heinſii & Patrui mei notas ad Lib. III. Faſt. 71. intelligit autem Palatinum & Aventinum montes. minore verſu *feſſus ut ipſe* Francius. *feſſas boves* correxerat Marklandus. & mox v. 12. *Averſas cauda traxit in antra boves.* ut infra v. 18. *Bis mihi quaeſitae, bis mea praeda boves.* & Eleg. I. huj. Lib. v. 4. *Evandri profugae procubuere boves.* Ovid. I. Faſt. 546. *Incuſtoditae laeta per arva boves.* Lib. V. 692.

Se memor Ortygias ſurripuiſſe boves.

VI. 80. *huc captas adpulit ille boves. vaccas Iberas* vocat ibid. v. 519. & de hoc Caco in Ibin v. 490. *Proditus incluſae Cacus ab ore bovis.* Virgilius VIII. 263. hac eadem in re: *Abſtractaeque boves, abjurataeque rapinae.* boves Iberas dicit Lib. VII. 663. ubi *Iberos* in aliis codd. ſed uſitatius eſſe per femininum dicere, notat Pierius.

5. *Qua Velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaque Nauta per urbanas velificabat aquas.*]

Et qua Velabra ſuo frangebat flumina Mentel. corrupte *Et qua libra* Leid. pr. *Quamve libra* meus ſec. *ſtagnabat* D'Orv. & meus alter. *frangebant flumina* in Colbert. *flumina quoque* in Neap. & primo Leid. *quoque* etiam in Voſſ. pr. & quarto, utroque D'Orvill. & meo ſecundo. atque ita laudat Cyllen. ad Tibull. I. V. 33. Ovidius VI. Faſt. 405.

Qua Velabra ſolent in circum ducere pompas.

Tibullus Lib. II. El. 5. 33.

At qua Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulſa per vada linter aqua.

ubi de Velabris qui ſcripſerint, indicat Broukhuſius.

8. *furto polluit ille Jovem.*] *locum* male olim legebatur in ſcriptis & editis libris. ſed *Jovem* agnoſcunt v. c. Perreji, Colot. Vatic. pr. ſec. & quint. Mentel. Exc. Scalig. Groning. & ceteri mei codices. & ita Lipſius Lib. II. Antiq. Lect. cap. 20. probante Heinſio in Notis ad Propert. p. 756. & Gebhardo ad h. l. neque aliter Modius in Novantiq. Epiſt. XVIII. pag. 58. qui Jovem ξένιον, ſeu hoſpitalem, intelligit, ut monuerat Scaliger. & vide Heinſium Lib. I. Adverſ. cap. 17. pag. 183. qui *Jovem* hic pro jure hoſpitii poni notat. praec. verſu *ordine Caco* pro *hoſpite* in Colbertino.

9. *Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro, Per tria partitos qui dabat ora focos.*]

Ingens Cacus erat in quinto Vatic. vitioſe in pleriſque codd. *Inſula.* ut in Neap. Regio, Colbert. Mentel. Askew. Voſſ. pr. & quarto, D'Orvill. ſec. meo utroque, & ed. Ven. 1475 Regienſi, ac Volſci. quod favet quidem lectioni *Incola.* ſed *Accola* legendum monuit Cl. Schraderus Emend. cap. IX. pag. 178. productis plurimis veterum locis, in quibus *incola* male pro *accola* editum fuit. quod unice firmatur ex ſimillimo Livii quem adfert loco, Lib. I. cap. 7. *ibi quum eum* (Herculem) *cibo vinoque gravatum ſopor oppreſſiſſet, paſtor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum,* & ſeqq. *averſos caudis in ſpeluncam traxit. petitos* pro *partitos* in Askewiano. pro *focos*, ut ex Groningano edidit & bene adſtruit Broukhuſius, *ſonos* in omnibus fere MSS. & edd. ſed *focos* etiam agnoſcit Voſſ. primus & quartus. & ita legentem Palmerium laudat Gebhardus. hinc Caco ab Hercule interfecto *extinctos faucibus ignes* tribuit Virg. VIII. Aen. 267. notat autem Broukhuſius ſe cum Paſſeratio mirari *Cacum a Propertio factum fuiſſe trifaucem ac tricipitem.*

 in

Hic, ne certa forent manifeſtae ſigna rapinae,
  Averſos cauda traxit in antra boves.
Nec ſine teſte Deo. furem ſonuere juvenci:
  Furis & inplacidas diruit ira fores.
Maenalio jacuit pulſus tria tempora ramo
  Cacus: & Alcides ſic ait, Ite boves.

Her-

in Menteliano *quae dabat*. an forte legendum *quod dabat*? ut intelligat tria ora antri, per quae flammas evomebat Cacus. non enim dicere auſim cum tergemino Geryone Cacum a noſtro confuſum eſſe, quia Alcides etiam *Tergemini nece Geryonae ſpoliiſque ſuperbus*, ut ait Virgilius. verſu ſeq. *Sic ne certa* in Borrich.

12. *Averſos cauda traxit in antra boves.*] *Adverſos* male in D'Orv. pr. Virgilius VIII. Aen. 209.

Atque hos, ne qua forent pedibus veſtigia rectis,
Cauda in ſpeluncam tractos, verſiſque viarum
Indiciis raptos, ſaxo occultabat opaco.

vindicat hic locus lectionem apud Ovidium Lib. I. Faſt. 550. de Hercule boves raptos quaerente:

Nulla videt taciti quaerens veſtigia furti:
Traxerat averſos Cacus in antra boves.

ubi *feros* in aliis. idque ex veſtigiis MSS. Ciofani, in quibus *ferox* legebatur, ut & in cod. D'Orvilliano eſt, ſubſtituit Gruterus Lib. X. Suſpic. cap. 1. in Miſcell. Lipſ. Nov. P. III. pag. 496. ſed *boves* illic imitatione Martialis praetulit Patruus meus, collato hoc Propertii loco, & quia ibidem mox *feris* ſequitur. Livius d. l. Lib. I. cap. 7. de Caco: *quum avertere eam praedam vellet, quia, ſi agendo armentum in ſpeluncam conpuliſſet, ipſa veſtigia quaerentem dominum eo deductura erant, averſos boves caudis in ſpeluncam traxit.* talis conſpicitur Cacus averſos boves caudis in antra ſua trahens in gemma Regis Galliae apud Begerum ad Florum Lib. I. pag. 6. & Mariettum Tom. II. Operis Gall. de Lapid. inciſis, N. 89. pariter de Mercurio Apollinis boves rapiente Homerus in ejus Hymno v. 76.

Πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
Ἴχνη ἀποστρέψας.

quem locum a Paſſeratio etiam productum video. *Averſos*, pro furto ablatos & interceptos, interpretari quis poſſet, quia *avertere* verbum eſt furti. ut apud Virgil. d. l. v. 208.

Quatuor a ſtabulis praeſtanti corpore tauros
Avertit.

ubi Servius exponit, *abegit*, *reſpexit ad praedam*, *quae averti dicitur.* vide Paſſerat. ad Catull. pag. 33. & 34. ſed malim de bobus averſis, & cauda in ſpeluncam adtractis, intelligere. vide Cerdam ad illum Virgilii locum Tom. III. pag. 180.

14. *Furis & inplacidas*] Lege cum Guyeto & Heinſio *Furis at*. in Borrich. & meo priore *in placidas*. *fores inplacidas* ſaevas & inmites exponit Paſſeratius, quia nempe crudelis latronis inſignia ſpeluncae ejus erant adfixa, ſive ut ait Ovidius, I. Faſt. 4. v. 557.

Ora ſuper poſtes adfixaque brachia pendent,
Squalidaque humanis oſſibus albet humus.

& Virgilius VIII. Aen. 196.

—— foribuſque adfixa ſuperbis
Ora virum triſti pendebant pallida tabo.

Furis, nomine Caci non expreſſo, in opprobrium, quod additur apud Virg. v. 205. *At furis Caci mens effera.* ut pro *furiis* recte vindicavit Broukhuſius, in cujus notis verba Servii, (aliis interpoſitis, quae ad finem notae rejicienda erant) turbata a typographis exhibita ſunt. vide illic Pierium. qui *furis* bene etiam tuetur. ſed monere uterque neglexit *furiis* illic paullo poſt ſequi, *Alcidae furiis exarſerat atro Felle dolor.* unde forte primo loco *furiis* inrepſit.

15. *Maenalio jacuit pulſus tria tempora ramo*] *ramo Maenalio* pro clava Herculea. ut Lib. I. El. I. 13. *Ipſe etiam Hylaei percuſſus vulnere rami.* ubi vide. hinc in numiſmate gentis Antiae conſpicitur Hercules clavam, qua Cacum percuſſit, manu tenens, cujus typum dedit Begerus ad

Herculis ite boves, noſtrae labor ultime clavae,
  Bis mihi quaeſitae, bis mea praeda boves:
Arvaque mugitu ſancite boaria longo.
  Nobile erunt Romae paſcua veſtra forum.
Dixerat, & ſicco torret ſitis ora palato,
  Terraque non ullas foeta miniſtrat aquas.
Sed procul incluſas audit ridere puellas.
  Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus.

25. Fe-

ad Florum pag. 6. ſed male Salmaſ. ad Capitolin. Anton. Pium cap. XII. p. 279. adfert *Eleo percuſſus tempora ramo*. mox *eia ait*, vel *ite, ait, ite boves* Heinſius. ſed propius forte veſtigiis vulgatae *Sic ait*, quae corrupta videtur, inſiſteret, ſi legeretur, *& Alcides, hinc, ait, ite boves*. ex hac Caci ſpelunca excedite. prius exaratum fuerat *hic*, unde *ſic* tranſcripſerunt.

17. *Herculis ite boves, noſtrae labor ultime clavae*,] totum hoc diſtichon deeſt D'Orvill. ſecundo. *Scis mihi* vitioſe in noſtro ſecundo. *bis quaeſitas* ſibi boves & iteratam praedam dicit Hercules, quia primum Geryonae eas abduxerat, deinde a Caco ſibi ademtas vindicaverat. *bis mihi praeda* in Voſſ. pr.

19. *Arvaque mugitu ſancite boaria longo.*
Nobile erunt Romae paſcua veſtra forum.]

Armaque male in D'Orvill. pr. *ſancita* Vatic. quint. *ſanate* Voſſ. pr. & quart. *bouaria* in Vatic. quint. Neapol. Excerptis Modii, Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. D'Orvill. & meo altero. altero verſu *Nobile erit* in pleriſque MSS. meo utroque, & antiquis edd. ut in prima editione dederat Broukhuſius. ſed Francio admonente *erunt* in curis ſecundis praetulit. recte *paſcua erunt forum Romae*, (nempe boarium) ut El. I. huj. Libr. v. 14. *Centum illi in prato ſaepe Senatus erant*. ut recte emendatum, pro *erat*. vide quae illic notavi. & ſic Lib. III. El. XI. 27. in variis legitur, codd. MSS. *Illis munus erant decuſſa Cydonia ramo*. pro vulgato *Illis pompa fuit. Omnia meſſis erant* Ovidio III. Am. El. 10. 38. & ſimilia dabunt notae Heinſii ad Rem. Am. 164. *paſcua noſtra*, in omnibus fere antiquis edd. & Voſſ. quarto, quod arreptum ex codicum ſcriptura *voſtra*, ut in Borrich. nam *paſcua veſtra* recte in Colot. Neap. Vatic. ſec. & quint. Mentel. Regio, Colbert. Groning. & reliquis codd. ut in editione principe legi teſtatur Vulpius & ſic in Venet. 1487. adloquitur enim boves.

21. *Dixerat, & ſicco torret ſitis ora palato*,] *torquet ſitis* in v. c. Fruter. Neap. Vatic. ſec. & quinto, Mentel. Askew. Palat. & Commel. Gebhardi, binis Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meiſque. ſed *torret* in omnibus edd. vetuſtis. quod tuetur Broukhuſius, & multis poëtarum exemplis adſtruit, *torrere*, loquendi ratione ab igne deducta, de ſiti eleganter dici. paſſim vero haec verba inter ſe conmiſcentur, ut in loco Statii Lib. IV. Th. 724. *tantum ſitis horrida torquet*. ubi *torret* in MSS. & Lib. X. 45. *torquet ſpes irrita fauces*. ubi etiam *torret* in codicibus. ſic *torquere* de fame apud Martialem Lib. I. Ep. 78. *Aut torſit lenta triſtia fata fame*. & Phaedrum Lib. I. fab. 26. 9. *torquet convivam fame*. & paſſim in aliis locutionibus eadem lectionis variatio obtinet. de quo vide ad Lib. III. 4. 39. pro *foeta* in D'Orvill. pr. *fera*. *feſta* Groning. quod ex Poſthiano, qui idem codex, etiam adfert Livinejus, ſed merito ineptum vocat. *foeda* legiſſe Auratum, pro ſqualida & ſicca, notaverat J. Douſa. *fiſſa* Guyeto placebat. *miniſtret* in Voſſ. pr. D'Orv. ſec. a man. pr. & meo altero.

24. *Lucus ab umbroſo fecerat orbe nemus.*] abundare praepoſitionem notaverat Marklandus, & adſcripſerat locum Catulli ex Carm. de Aty v. 3.

Adiitque opaca ſilvis redimita loca Deae.

Lucus at vel *ubi umbroſo* Heinſius. intelligit in luco religioſo, qui multis arboribus in orbem plantatis ſilvam efficiebat, ſacrarium femineae ſeu Bonae Deae, nullis viris adeundum, fuiſſe. vide hic Paſſeratium.

27. De-

Femineae loca clauſa Deae, fonteſque piandos,
Inpune & nullis ſacra retecta viris.
Devia puniceae velabant limina vittae:
Putris odorato luxerat igne caſa.
Populus & longis ornabat frondibus aedem:
Multaque cantantes umbra tegebat aves.
Huc ruit in ſiccam congeſto pulvere barbam,
Et jacit ante fores verba minora Deo.
Vos precor o, luci ſacro quae luditis antro,
Pandite defeſſis hoſpita fana viris.

35. Fon-

27. *Devia puniceae velabant limina vittae:*
Putris odorato &c.]

lumina in Borrich. Heinſiano, Leid. ſec. Voſſ. pr. & tert. meoque ſecundo. & ita hunc locum adfert Paſſeratius ad Lib. III. El. 3. 11. pag. 424. ubi *lumina Veſtae* pro igne ejus aeterno, adeoque per *lumina vittis velata* hic arae ardentes, vittis coronatae eſſent intelligendae. ſed rectius in notis ad h. l. *limina* exponit ſacrarii ipſius fores, ut diebus feſtis templa & arae vittis ſolebant coronari. vide Bernart. ad Stat. V. Theb. 678. pag. 93. *mitrae* in Vatic. quinto & D'Orvill. pr. in quo *velabat limina mitrae.* mendoſe *vitae* in duobus Leidd. *vitrae* in meo ſec. altero verſu *Thuris odorato igne* conjecerat Heinſius. quamquam pro vulgata addiderat Horatii *fanum putre Vacunae* Lib. I. Epiſt. 10. 49. ut ſacrarium hoc devium, vetuſtate fere collapſum innuat.

31. *Huc ruit in ſiccam congeſto pulvere barbam,*
Et jacit ante fores verba minora Deo.]

Huic ruit in Excerpt. Modianis. *congeſta pulvere* etiam in Neapol. Voſſ. pr. D'Orv. pr. & meo utroque. ut *pulvis Etruſca* Lib. I. 22. 6. & *horrida pulvis* Lib. II. 10. 35. minorem verſum imitatus eſt Ovidius Epiſt. XII. 184. *Nunc animis audi verba minora tuis.* & VI. Met. 367. *nec dicere ſuſtinet ultra verba minora Deo.* ut notat Heinſius ad Epiſt. XII. 110.

33. *Vos precor o, luci ſacro quae luditis antro,*
Pandite defeſſis hoſpita fana viris.]

lucis in variis codd. MSS. & edd. vetuſtis. *qui luditis* in Voſſ. tertio, utroque D'Orvill. & meo primo. *ſacra quae luditis umbra* Guyetus. altero verſu major ſcripturae varietas in membranis. *hoſpita teſqua* in v. c. Perreji, qui notaverat in aliis legi *tecta.* ſic certe in Colot. Vatic. pr. & ſec. *vana viis* Neapol. & Askew. *oſtia veſtra* in Regiis, Colbert. Borrich. Heinſiano, & meo primo. *hoſpita veſtra* Mentel. Groning. Leid. pr. cum priſcis edd. *vina* Leid. ſec. & Voſſ. tert. *viis* etiam ſec. Leid. tres Voſſ. & ambo D'Orvill. *hoſpita vana* in primo & quarto Voſſ. & priore D'Orvill. ut in ſuis etiam codicibus invenerat Lipſius Lib. II. Ant. Lect. cap. 20. ſed unde infeliciſſima conjectura hariolabatur legendum *hoſpita nana*, id eſt, parva. quod firmare conatur verſu veteris poëtae, *ingenii nana per ſalicta.* ſed veteris illius poëtae verſum adfert mendoſiſſimum. eſt autem ex phaleucis Helvii Cinnae, qui leguntur apud Gellium Lib. XIX. cap. 13. ſed deceptus fuit Lipſius vitioſis editionibus in quibus corruptiſſime excuſum eſt,

Ac nunc me genii nana per ſalicta
Bigis rheda capit citata nanis.

pro *mannis.* & ſic eos adfert H. Stephanus in Fragm. Poët. Vet. pag. 413. ſed dudum emendarunt viri docti *Geniana per ſalicta.* latet certe nomen proprium. vide P. Scriverii Anecd. Philol. pag. 16. quis vero *nana* pro *parva* Propertio obtrudi vellet? in ſcriptura *vana* eſt vera lectio *fana*, *f* in *v* mutata, ut recte emendavit Scaliger, probante Paſſeratio, & N. Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag 26. *hoſpita teſqua*, ut in aliis libris MSS. vel *teſca* ex Varrone & Feſto placuerunt Gebhardo, neque rejicit hanc lectionem Paſſeratius. ſed Broukhuſius recte quidem regerit *non amare Propertium vocabulis uti rancidis atque obſoletis*, quo magis miror viro elegantiſſimo mox verbum *circare*, Scaligero praeunte, vehementer placuiſſe.

35. *Fon-*

Fontis egens erro, circoque ſonantia limphis,
Et cava ſuſcepto flumine palma ſat eſt.
Audiſtiſne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum: Alciden terra recepta vocat.

Quis

35. *Fontis egens erro, circoque ſonantia limphis. Et cava ſuſcepto flumine palma ſat eſt.*] ita Scaligerum emendantem ſecutus edidit Broukhuſius. quod manifeſto vitioſum eſt, aut a Propertii ipſius manu venire nequivit. quo enim referas *ſonantia?* Miror praeterea *circo* pro *erro*, ut *circare* pro περιοδεύειν Graecis, Broukhuſii ingenio placere hic potuiſſe, qui paullo ante *hoſpita teſca*, ut legebat Gebhardus, ideo rejiciebat, *quia non amat Propertius vocabulis uti rancidis atque obſoletis.* an igitur *circare*, in poëta praeſertim elegiaco aevi Auguſtaei, non minus inter rancida & obſoleta verba reponendum eſt? ne dicam *erro* & *circo* ejuſdem ſignificationis male cumulari. *circanſque* etiam conjecerat Scaliger. unde forte ſic locum adfert Mauſſacus ad Plutarch. de Flumin. pag. 221. idem hoc verbum Gebhardus etiam invito Propertio ingerere tentabat Lib. II. El. 21. 25. *Calliſto Arcadios circaverat urſa per agros.* pro ſaniſſima lectione vulgata *erraverat.* non cogitabat igitur Broukhuſius illa, quae ad Lib. I. El. 1. 11. contra Gebhardum, *ancras* poëtae noſtro obtrudentem, ſcribit, *nitidiſſimum poëtam non debere conſpurcari foetutinis ignobilium Grammaticorum.* neque in memoriam revocabat vir elegantiſſimus, quod de abſurdo judicio Gebhardi, vocabulum ſeculi non optimi *verare* noſtro etiam inſerentis ad Lib. IV. El. 2. 20. pronuntiaverat: *numquam iis feliciter procedit, qui ſive in recenſione auctorum veterum, ſive in monumentis proprii ingenii, varias variarum aetatum loquendi formas confundere ſolent, ut olim multa jura coquus, nullo habito delectu.* ex merito etiam Gebhardum caſcorum plerumque & antiquatorum verborum foetores captantem, & melioris aevi ſcriptoribus inducentem, caſtigavit Withoſius in Specim. Gunther. pag. 121. Miror magis eumdem Broukhuſium ſibi tam parum conſtitiſſe. In notis enim ad hunc locum ſcribit, *illud* circo, *a Scaligero poſtliminii jure in Latium reductum, vehementer placet. Gloſſis antiquis ibi laudatis nihil eſt apertius, nihil ſimplicius.* utque verbo huic ex Gloſſariis deducto, auctoritatem addat majorem, ex Vegetio huc advocat *circuitores* vel *circatores* in caſtris adhibitos. de quibus vide quae notavi ad Tom. II. Anth. Lat. pag. 252. & 495. & de *circare* vel *circitare* Guyetum ad Terent. Andr. 1. Sc. 2. pag. 11. Scaligero tamen, idem hoc verbum *circare* reponenti in Tibullo Lib. I. El. 3. 77. *Tantalus eſt illic, & circat ſtagna.* non obſecutus eſt Broukhuſius, quamquam addat, ſe idoneis auctoritatibus hoc verbum in notis ad hunc Propertii locum firmaſſe. ſed idoneas illas auctoritates deſidero, neque Gloſſaria, vel Vegetii *circatores* ſufficere exiſtimo, ut poëtae noſtro *circare ſonantia lymphis* dicatur Hercules. diſplicuiſſe etiam Scaligeranum *circoque ſonantia* videtur N. Heinſio, qui Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 26. & in Notis ad Propert. p. 756. nihil commodi ſenſus hunc verſum prae ſe ferre obſervat, quia *ſonantia* vocem adpoſitam non habet, ad quam referatur, ideoque corrigendum conjiciebat, *Fontis egens erro per teſqua* (vel *rura*) *ſonantia lymphis.* & de *teſquis* plurima illic adnotavit. Sed neque hoc modo ulcus perſanatum opinor. Livinejus emendabat *circa reſonantia*, & *re* in conpoſitis ſaepe aliorum poëtarum in locis per librarios ejectum oſtendit. Sed huic quoque obſtat *reſonantia* ad aliam vocem referri non poſſe. *circa* eſt in novem codicibus & vetuſtis edd. quod verum eſſe adſcripſerat Marklandus. forte in ultima litera vocis *circa* latet prima alterius vocis, quae exciderit, ut olim ſcriptum fuerit *circantra*, & legendum,

Fontis egens erro circum *antra ſonantia limphis.*

nam praeceſſit *ſacro quae luditis antro.* quae repetitio a Propertio aliena non eſt. *Fontis egens ferro* corrupte in Askewiano. dein verſu ſequenti *Vel cava*, aut *Sed cava* malim. *fulmine* & omiſſa voce *palma*, vitioſe in meo primo. *flumina* in edd. priſcis.

37. *Audiſtiſne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem? Ille ego ſum* &c.] *ſuſtinet* in Mentel. uno Leid. Heinſiano, & meo priore. pro *tergo* mallem *collo*, ſi per membranas liceret. ut apud Ovidium Epiſt. IX. 57.

Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo;
Collo, cui coelum ſarcina parva fuit.

Sic

Quis facta Herculeae non audit fortia clavae?
Et numquam ad notas irrita tela feras?

Atque

ſic enim legendum, elegantiſſima repetitione, ut in cod. MS. haberi notat Heinſius, non *Illo, cui coelum* &c. Seneca Herc. Fur. 72.

Mediuſque collo ſedit Herculeo polus.
Inmota cervix ſidera & coelum tulit.

locum hunc imitatus eſt Flaminius Carmine de Hyla & Hercule Lib. II. Carm. 6.

Audiſtine, humeris coelum qui ſuſtulit altis,
Auſus & inferni regna ſubire Dei?

& eadem interrogationis vi illud *Audiſtine* ad exemplum Propertii adhibuit Fracaſtorius pag. 169. Carminum:

Audiſtine umquam ſublimis nomen Olympi?
Audiſtine Jovis, tonitru qui fulmina torquet?

& Jo. Bapt. Amaltheus pag. 75.

Audiſtine olim Inachiae fera fata puellae?
Addidit heu miſerae cornua durus Amor.

ſimilis autem color eſt in illis Hippolyti apud Ovidium XV. Met. 497.

Fando aliquem Hippolytum veſtras, (puto) contigit aures,
Credulitate patris, ſceleratae fraude novercae,
Occubuiſſe neci. mirabere, vixque probabo:
Sed tamen ille ego ſum.

pro *terra recepta* vitioſe *ſuſcepta* in Neapolit. *recepta* eſt recuperata, in poteſtatem redacta. vide Patrui mei notas ad Vellej. Paterc. II. cap. 5. ed. ſec.

39. *Quis facta Herculeae non audit fortia clavae?*
Et numquam ad notas irrita tela feras?]

pro *audit* in cod. Voſſ. tert. *ſentit* unde forte, quia *Audiſtiſne* praeceſſit, melius legeretur *non ſenſit*. verbo magis efficaci, & huic ipſi fabulae de Caco valde convenienti, de quo paullo ante v. 15.

Maenalio jacuit pulſus tria tempora ramo.

ut Lib. II. El. 1. 65.

Myſus & Aemonia juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

& El. VIII. 22.

Et ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſtmodo capta manus.

Ovidius Epiſt. IX. 46.

Arbiter Euryſtheus irae Junonis iniquae
Sentitur nobis, iraque longa Deae.

& Ep. XII. 180. ubi praefero codd. MSS. & primarum edd. lectionem,

Rideat, & Tyrio jaceat ſublimis in oſtro
Flebit: & ardores ſentiet uſta meos.

prae altera ſcriptura *vincet aduſta.* non enim venenatis Medeae donis tantum *aduſta*, ſed penitus *uſta* conflagravit Creuſa. Claudianus III. de R. P. v. 60.

Sentiet iratum procul aegide, ſentiet ictum
Fulminis.

ubi vide Patrui mei notas. altero verſu *notas* ex conjectura ſua edidit Broukhuſius, cui favet corrupta Voſſ. ſec. & quarti ſcriptura *novas*, quum in plurimis codd. ut in duobus Leidd. Voſſ. tert. Askew. D'Orv. ſec. & meo priore legatur *natas*, ut in vetuſtis edd. *varias* in uno Vatic. Regio, & D'Orvill. pr. quod non diſplicebat Marklando. Sed recipienda videtur primi Vaticani, primi Voſſiani, & Commeliniani codicis lectio *vaſtas*: quam adjuvat Neapolitanus, in quo *vatas*. id enim perpetuum fere apud poëtas epitheton eſt ferarum majorum, quales ab Hercule ſubactae. ſupra Lib. II. El. 15. 21.

Non tamen ut vaſtos auſim tentare leones.

ubi vide: atque ita Paſſerat. & adſtruit Cl. Schrader. Emend. p. 91. in meo autem altero codice *vacuas*, & in marg. pro varia lectione *notas*. *Stratas* conjecerat Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 27.

41. At-

Atque uni Stygias hominum luxiſſe tenebras?
. . . .
Quod ſi Junoni ſacrum faceretis amarae,
Non clauſiſſet aquas ipſa noverca ſuas.
Sin aliquam vultuſque meus, ſetaeque leonis
Terrent, & Libyco ſole peruſta coma:
Idem ego Sidonia feci ſervilia palla
Officia, & Lyda penſa diurna colu.

Mollis

41. *Atque uni Stygias hominum luxiſſe tenebras?*] *homini* in Neap. Mentel. Colbert. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orv. & meis. *ceſſiſſe tenebras* conjecerat Heinſius. ſequentis verſus lacuna ſic ſuppletur in Colbert. Heinſiano, binis Leidd. tribus Voſſ. D'Orv. pr. & meo,

Accipit haec feſſo vix mihi terra patet.

qui verſus occurrit infra v. 66. *Accipite haec feſſo* &c. Borrich. Groning. Leid. ſec. Voſſ. tert. & D'Orv. ſec. ut in priſcis edd. *Accipit hic feſto* D'Orv. pr. *Accipit hic feſſo vix m. t. patet* in meo ſecundo. *Accipe haec feſſo* &c. in Askewiano. *Accipit &* Neap. *At poſt haec* v. c. Perreji, Colot. Vatic. pr. ac ſec. *Accipite hunc* legebat Livinejus. Francius ſuppleri poſſe adſcripſerat hoc verſu, qui cum praecedenti ſatis cohaereret,

Oraque tergemini conticuiſſe canis.

non malo certe artificio, ſi a codice quodam MS. confirmaretur.

43. *Quod ſi Junoni ſacrum faceretis amarae,*] *Quid ſi* Vaticanus pr. & prior Voſſian. ut reponendum ex ſcriptis monet Heinſius d. l. Adverſar. pag. 27. ſic alibi ſaepe haec formula, *Quid ſi* apud noſtrum a librariis mutata eſt in *Quod ſi.* vide ad Lib. I. El. 5. 25. & ad Lib. III. 14. 21. *feceritis* in Voſſ. tert.

45. *Sin aliquam vultuſque meus, ſetaeque leonis Terrent,*]

aliquem male in Regiis, Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Heinſian. binis Leidd. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. meis codd. & priſcis edd. adloquitur enim puellas in hoc ſacrario Bonae Deae operantes. *ſeptaeque* corrupte in D'Orvill. pr. *Sole praeuſta* in cod. Scalig.

47. *Idem ego Sidonia feci ſervilia palla Officia, & Lyda penſa diurna colu.*]

palma Voſſ. tert. *Symonia* vitioſe in Neapol. Ovidius Epiſt. IX. 101.

Haec tu Sidonio potes inſignitus amictu Dicere?

ubi fruſtra Heinſius *Mygdonio.* Statius X. Theb. 643.

——— ſic Lydia conjux
Amphitryoniadem exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus.

Seneca Herc. Fur. 467.

Fortem vocemus, cujus ex humeris leo
Donum puellae factus, & clava excidit,
Fulſitque pictum veſte Sidonia latus.

de molli cultu, quo Herculem Deïanira induit, vide locum Auctoris Elegiae in obitum Maecen. v. 77. Tom. I. Anth. Lat. pag. 69. quem bene corrigit doctiſſimus Wakkerus in Amoen. Liter. cap. V. pag. 28. proprie autem dicit *Officia.* nam haec ſunt miniſteria ſervilia. vide Bentlej. ad Cic. V. Tuſcul. 20. pag. 83. pro *Lyda colu* in pleriſque MSS. & edd. antiquis *Lydo colo.* de quo vide Voſſium Lib. I. de Analog. cap. 31. ſed alterum recte praetulit Broukhuſius. Valer. Fl. VI. 445. *Dotque alias ſine lege colus.* & v. 645. *cum diva ſupremas Rumpit iniqua colus.* Juvenalis Sat. XIV. 249. *ſed grave tardas Expectare colus.* Rutilius Lib. I. 134.

Solaque fatales non vereare colus.

Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.

Tali-

Statius Lib. III. Silv. 1. 173.

Parcarum fila renebo Extendamque colus.

ubi vide Marklandi notas pag. 141. qui plura exempla dabit, licet parum intereſſe addat, an *colos* vel *colus* plurali numero dicamus. *Lyda* autem eſt Maeonia. corrige Papiam in Vocabulario: *Meonia labia juxta fryges.* ubi legendum, *Maeonia, Lydia, juxta Phryges.*

49. Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.]

locus corruptiſſimus. *cepit me* in Heinſiano, & meo priore. pro *cepit* N. Heinſius conjecerat *ſepſit.* mallem *cinxit*, ut Francio etiam placebat. Ovidius Epiſt. IX. 65.

Nec te Maeonia, laſcivae more puellae,
Incingi Zona dedecuiſſe putas?

& Lib. II. Faſt. 320.

Dat teretem Zonam, qua modo cincta fuit.

Auctor Epigrammatis veteris de Heſperiae faſcia Tom. I. Anth. Lat. pag. 648.

Et pulchro pulchras ſtrophio praecincta papillas,

altero verſu valde mendoſo idem Heinſius ad Ovid. Lib. I. A. A. 161. & in notis ad Propert. p. 757. emendabat,

Et manibus duris apta tabella fuit.

& per *tabellam* intelligit flabellum, quo moto Hercules ventilaverit Omphalae, quod officium ſervile Lydae puellae ab Alcide praeſtitum deſcribit Lib. II. Faſt. 310.

Aurea pellebant rapidos umbracula Soles,
Quae tamen Herculeae ſuſtinuere manus.

hac ſignificatione *tabella* etiam occurrit Lib. I. Am. El. 2. 30.

Vis tamen interea faciles arceſſere ventos,
Quos faciat noſtra mota tabella manu.

poſſet etiam legi,

Et manibus duris acta tabella fuit.

flabella vocantur noſtro Lib. II. El. 18. 59.

Et modo pavonis caudae flabella ſuperbi,
Et manibus dura frigus habere pila.

ubi alia notavi. *umbracula* dicuntur Ovidio II. A. A. 209.

Ipſe tene diſtenta ſuis umbracula virgis.

umbellas alii vocant. Graeci σκιάδια. de quibus plura notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. pag. 371. vide etiam locum Plutarchi de Hercule apud Caſaub. ad Suet. Aug. 82. & Cel. Valckenarium ad Theocrit. Adoniaz. pag. 344. Sed hoc quidem in loco aliud Herculis officium, lanae nempe texendae, in Omphales parthenona factum, intelligi opinor, verſumque hoc modo reſtituendum eſſe,

Nec manibus duris apta quaſilla tuli.

quam conjecturam firmare videtur alter Propertii locus de eodem Hercule Lib. III. El. 9. 20.

Ut qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia penſa manu.

talis deſcribitur Hercules apud Ovidium Lib. II. A. A. 217.

Ille fatigatae perimendo monſtra novercae,
Qui meruit coelum, quod prior ipſe tulit,
Inter Joniacas calathum tenuiſſe puellas
Creditur, & lanas excoluiſſe rudes.

& Epiſt. IX. 75. & ſeqq.

Non fugis, Alcide, victricem mille laborum
Raſilibus calathis inpoſuiſſe manum?
Craſſaque robuſto deducis pollice fila,
Aequaque famoſae penſa rependis herae.

ubi *penſa rependis*, ut apud noſtrum Lib. IV. El. 7. 37.

Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.

Cic. III. Phil. cap. 4. ut recte emendavit Faërnus, *At vero hujus domi inter quaſilla pendebatur aurum.* pro *inter ancillas.* per *quaſilla* enim intelligit ancillas lanam nentes. neque aliter il-

Talibus Alcides: at talibus alma Sacerdos,
  Puniceo canas ſtamine vincta comas:
Parce oculis, hoſpes, lucoque abſcede verendo,
  Cede agedum, & tuta limina linque fuga.
Interdicta viris metuenda lege piatur,
  Quae ſe ſubmota vindicat ara caſa.
Magno Tireſias adſpexit Pallada vates,
  Fortia dum poſita Gorgone membra lavat.
Dî tibi dent alios fontes: haec lympha puellis
  Avia ſecreti limitis una fluit.
Sic anus: ille humeris poſtes concuſſit opacos,
  Nec tulit iratam janua clauſa ſitim.

At

illum Ciceronis locum adferunt Servius ad Virg. Ecl. II. 46. & Iſidorus Lib. XIX. Orig. 49. *quaſillariae* igitur *ancillae* ſervitium ſubiiſſe Herculem indicabitur, ſi hoc modo locus emendetur. de his autem ancillis quaſillariis vide Scalig. ad Tibull. IV. 10. 3. notas Interpretum ad Petron. cap. 132. & Spanhem. ad Callimach. pag. 652.

51. *Talibus Alcides, at talibus alma ſacerdos,*] *& talibus* Voſſ. quart. Groning. & uterque D'Orvill. unde ultima litera ex praecedenti voce *Alcides* repetita ſcribendum videtur, *ſed talibus.*

53. *Parce oculis hoſpes, lucoque abſcede verendo,*
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.]

ita in omnibus MSS. & editis libris legebatur ante Broukhuſium, qui ex ſola tantum conjectura ſua edidit *lucoque age cede verendo.* repetitione quidem non invenuſta cum ſequente *Cede agedum*, ſed quam emendationem in notis proponere, quam textui inſerere, praeſtat. Marklandus quidem conjecerat etiam *age cede.* ſed ſimul adſcripſerat verius eſſe *abſiſte.* ut Virgilio VI. Aen. 259.

——— *procul ite profani,*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

quod valde placet. *Parce oculis*, hic notat, oculos averte. ut apud Tibullum Lib. I. El. 2. 33.

Parcite luminibus, ſeu vir, ſeu femina fias
Obvia.

ubi vide Broukhuſ. & Cl. Heynium. ſed hic tamen majori emphaſi dicitur, ut oculis ſuis parceret Hercules, ideoque ſacra Bonae Deae, viris interdicta, non adiret, quia mares ad illa penetrantes oculis privari credebat veterum ſuperſtitio vide Behotium Lib. II. Apophor. cap. 9. pag. 88. idque Herculem admonet ſacerdos exemplo vatis Tireſiae, cui *magno* conſtitit Pallada nudam & ſe lavantem vidiſſe. ita enim recte viri eruditi mox v. 57. reſtituerunt, pro antiqua lectione *Magnam Tireſias adſpexit Pallada vates.* ut in plurimis codd. MSS. & editis. vide Politian. Miſcell. cap. 80. & Acidalii notas ad Curtium Lib. VIII. cap. XI. §. 24.

56. *Quae ſe ſubmota vindicat ara caſa.*] *ſubmota caſa* exponi poteſt, remota. vid. Paſſeratium ad h. l. & Oudend. ad Lucan. V. 71. ſed N. Heinſius ad Ovid. III. Am. El. 14. 10. & in notis ad Propert. p. 757. legebat, *Qua ſeſe admota vindicat ara ſera.* aut *inmota ſera.* ut mox *janua clauſa* v. 62. & apud Tibullum Lib. I. El. 2. 6.

Clauditur & dura janua fulta ſera.

60. *Avia ſecreti limitis una fluit.*] *liminis* perperam in vetuſtis edd. in quibus & pleriſque MSS. male etiam *fuit*, ſed *fluit* recte Heinſius, & ante eum Fruterius tam in Veriſimilibus, loco a Broukhuſio indicato, quam in Epiſtola ad Canterum, edita inter Epiſtolas a Gabbema collectas pag. 637. *ſecretis* D'Orvill. pr.

61. *Sic anus: ille humeris &c.*] *Haec anus:* in Heinſiano. ſed ſupra v. 16. *& Alcides ſic ait, ite boves.*

63. *jam*

At poſtquam exhauſto jam flumine vicerat aeſtum,
 Ponit vix ſiccis triſtia jura labris.
Angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem
 Accipit: haec feſſo vix mihi terra patet.
Maxima quae gregibus devota eſt Ara repertis,
 Ara per has, inquit, Maxima facta manus,
Haec nullis umquam pateat veneranda puellis,
 Herculis eximii ne ſit inulta ſitis.
Sancte pater ſalve, cui jam favet aſpera Juno:
 Sancte, velis libro dexter ineſſe meo.
Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,
 Sic Sancum Tatii conpoſuere Cures.

ELEG.

63. *jam flumine vicerat aeſtum,*] *liquerat aeſtum* in D'Orvill. ſecundo a manu pr. ſed *vicerat* tuentur illa, quae notavit Bentlejus ad Horat. Lib. II. Epiſt. 1. 6. p. 620.

65. *nunc me mea fata trahentem Accipit:*] *hinc mundi* Groning. *vix me* legit eruditiſſ. Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. p. 108. ſed praec. verſ. *vix ſiccis*, & mox *vix mihi terra patet*, ter repetita voce *vix*, ab ipſo auctore ſcriptum dubito. *mea facta* frequenti confuſione in MSS. *fata trahere* pro aegre differre, vide ad Tom. I. Anth. Lat. p. 531. & Tom. II. pag. 84. *Accipito* Heinſius.

67. *Maxima quae gregibus devota eſt Ara repertis,*] *Maxima quae & gregibus* Voſſ. quartus. *Maximaque* in meo priore. de hac Ara Maxima legenda eſt Diſſertatio Xaverii Matthaei inter ejus Exercitationes Neapoli an. 1759. editas, ubi de hoc Propertii loco agit pag. 145. & adde notas J. Fr. Gronovii & Drakenborchii ad Livium Lib. I. cap. 7. §. 12. pro *gregibus repertis* malim *receptis*, a Caco nempe retractis.

69. *Haec nullis umquam pateat veneranda puellis,*
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis.]

veneranda in omnibus fere meis codd. MSS. & edd. antiquis. ſed *temeranda* in ed. Ald. margine legendum adſcripſerat Heinſius, idemque monuit Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 28. & vide illius notas ad Ovid. II. ex P. Ep. 2. 27. Broukhuſii ſupra Lib. II. El. 15. 21. & quae dedi ad T. II. Anth. Lat. pag. 23. minorem verſum ſcripti nonnulli codices corruptiſſimum exhibent. *Hercule exterminium noſcit* in Voſſ. pr. & meo ſecundo, ſed in quo *neſcit*, in qua ſcriptura vitioſa forſan aliquid latet. *Herculis extremum* D'Orvill. pr. vulgata *eximii* eſt in meo priore. *Herculis externi* Heinſius in notis ad Propert. pag. 757. vel *Herculis aeternum* Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 28. certe *eximii* a manu poëtae non profluxiſſe videtur, & melius conveniret *Herculis invicti*, ſi membranae adjuvarent, perpetuo illius epitheto. & ideo repulſa *invicti* Herculis non debebat *inulta* eſſe. de quo heroum adfectu vide Freinſhem. ad Flor. III. cap. 3. §. 18.

71. *Sancte pater ſalve, cui jam favet aſpera Juno:*
Sancte, velis libro dexter ineſſe meo.]

cum jam favet Voſſ. pr. pro *ineſſe* Guyetus ex MSS. Paſſeratii malebat *adeſſe.* quod hic ſua etiam imitatione probaſſe videtur Lotichius Lib. IV. El. 6. 167.

Sancte puer ſalve, tibi candida ſolvimus ora,
Sancte, velis populo dexter adeſſe tuo.

73. *Nunc quoniam manibus purgatum ſanxerat orbem,*
Sic Sancum Tatii conpoſuere Cures.]

Hunc quoniam Borrich. Colbert. Groning. Leid. pr. Voſſ. & D'Orv. cum meo ſec. *Hinc* Heinſius. dein *ſenſerat* in Regio, Leid. ſec. utroque D'Orvill. Askew. & priſcis edd. *ſanxerit* in Hein-

ELEG. X.

Nunc Jovis incipiam cauſſas aperire Feretrî,
Armaque de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter adſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Non juvat ex facili lecta corona jugo.
Inbuis exemplum primae tu, Romule, palmae
Hujus, & exuviis plenus ab hoſte redis.

Tem-

Heinſiano, & meo priore. mox *Hic Sancum* pro *Sic* Heinſius. *Sanctum Tatiae* in omnibus fere MSS. & edd. vetuſtis. quibus conſentiunt duo Leidd. tres Voſſ. D'Orv. pr. & meus ſec. *Tatiae manus* in Colbertino & altero Regio. *Sanctum Tatiae comp. cures* in Askewiano. *conpoſuere manus* Leid. & meus primus. *curae* pro *Cures* D'Orv. ſec. a manu pr. *Tatii Cures* veriſſima lectio eſt. quamquam Scaligero adverſetur Paſſeratius, qui *Tatiae* praefert. ſed vide Cluverium Lib. II. Ital. Ant. pag. 675. & Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 135. & de *Sanco* Hercule, praeter illos, quos laudat Broukhuſius, Scalig. ad Varron. pag. 32. Cluver. Lib. II. Ital. Ant. pag. 643. & notas Interpretum ad Phaedr. Lib. V. fab. 4. 1.

ELEG. X.] QVALITER APPELLETVR JVPITER FERETRIVS inſcribitur haec Elegia in Borrichiano. QVARE JVPITER SIT DICTVS FERETRIVS in meo codice primo, ut fere in priſcis edd. DE JOVE FERETRIO in meo ſecundo. Ad illius illuſtrationem, & de ſpoliis opimis, a tribus ducibus, Acronte per Romulum, Tolumno Vejente per tribunum Coſſum, & a Virdumaro per Claudium Marcellum relatis, ac Jovi Feretrio dedicatis, praeter Interpretes ad hunc locum, & ad Manil. Lib. I. v. 785. Rutgerſius Lib IV. Var. Lect. cap 7. Wouwer. & Rigalt. ad Minuc. Fel. cap. XXI. pag. 129. & 130. ed. Daviſ. Freinshem. ad Flor. Lib. I. cap. 1. §. XI. alioſque, multa egregia contulit Perizonius in Animadv. Hiſtor. toto cap. VII. Scripſiſſe vero Propertium hanc Elegiam occaſione templi Jovis Feretrii, ab Auguſto inſtaurati arbitratur Vulpius, quod veroſimile videtur. Eam quoque eruditus Britannus inſeruit Electis Minorib. Etonenſ. additis paucis notis, pag. 136 — 140. & ad Propertii exemplum, carmen operoſum, cui titulus eſt JVPITER FERETRIVS, ſcripſit inter Anglos poëta non contemnendus Nicolaus Alonus Eſſentianus, dedicavitque Eduardo Semauro, Herfordiae Comiti, editum poſt Arati Phaenomena, Latinis verſibus ab eo reddita, Pariſ. 1561. 4°. in quo multa hujus Elegiae imitatio eſt: neque diſſimili argumento Jovis STATORIS originem, optima Propertii imitatione, deſcripſit elegantiſſimus inter Brabantinos poëta Livinus Meyerus Lib. IV. Eleg. 5. utrumque cum hoc carmine conferre Muſarum cultoribus volupe erit.

4. *ex facili lecta corona jugo.*] *e facili* in Neap. Groning. Askew. Leid. ſec. tribus Voſſ. utroqne D'Orvill. & meo ſecundo. *laeta* in primo, & Heinſiano.

5. *Inbuis exemplum primae tu, Romule, palmae*
Hujus, & exuviis plenus &c.]

Induis v. c. Perreji, primus & ſec. Vatic. D'Orvill. pr. & meus ſec. *Inbuere* in Colotiano. *induere* & *inbuere* in aliis etiam veterum locis ſaepe permutata. vid. ad T. I. Anth. Lat. p. 514. *omnibus exemplum* in Heinſiano, & meo priore. mox *exuvio* in Borrich. Askew. Voſſ. pr. & utroque D'Orvill. *ex vivo* Neap. *eximio* in duobus Leidd. Voſſ. tert. & quarto, Groning. meoque primo, & antiquis edd.]

 7. — por-

Tempore quo portas Caeninum Acronta petentem
  Victor in everſum cuſpide fundis equum.
Acron Herculeus Caenina ductor ab arce,
  Roma, tuis quondam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirinis,
  Ipſe dedit, ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hunc videt ante cavas vibrantem ſpicula turres
  Romulus, & votis occupat ante ratis.
Jupiter, haec hodie tibi victima corruet Acron.
  Voverat. & ſpolium corruit ille Jovi.

Urbis

7. — *portas Caeninum Acronta petentem Victor in everſum &c.*]

Cecinum in primo & quarto Voſſ. D'Orvill. pr. *Ceninum* in meo utroque. ſed rectius cum diphthongo ſcribi, ut apud Graecos, monuit Broukhuſius. & mox *Caenina ductor ab arce.* vide Cluver. Lib. II. Ital. Ant. pag. 664. 665. Schursfleiſch. Notit. Biblioth. Vinar. p. 233. & Drakenb. ad Livium Lib. I. 10 pag. 54. *Acronta* etiam recte praetulit Broukhuſius. quod firmatur a Neap. Mentel. Excerpt. Scal. Borrich. Groning. aliiſque codd. & priſcis edd. eadem forma, qua *Daci Cotiſontis agmen* ex MSS. apud Horat. Lib. III. od. 3. pro *Cotiſonis* ſcribendum notavit, quod praetulit etiam Bentlejus. favet corrupta cod. Voſſ. tertii Scriptura, in quo *Acheronta.* ſic igitur corrigendum etiam apud Lucium Ampelium cap. XXI. ubi *Romulus de Acreone Caeninenſium Rege* ſpolia opima retuliſſe legitur. *potentem* in meo ſecundo, *petentes* D'Orvill. pr. mox *Victor nec verſum* in Neap. Voſſ. pr. & quart. Askew. D'Orvill. ſec. & meo altero. *& inverſa cuſpide* D'Orv. pr.

10. *tuis, quondam finibus horror erat.*] *hector* in cod. Scaligeri, cui id valde placuiſſe miror, ut Acronem dicat Romae, tamquam Graecis Hector, metuendum fuiſſe.

11. *ex humeris auſus ſperare Quirinis,*] *Quirini* perperam in omnibus fere codd. & edd. vetuſtis, ſed recte *Quirinis* in cod. Scalig. ut edidit Broukhuſius, cujus notas vide, & adde Bentlej. ad Horatii locum ab eo prolatum, & ad Lib. IV. od. 15. 9. *auſus ſpoliare* male in Mentel. & primo Leid.

13. *Hunc videt ante cavas vibrantem ſpicula turres Romulus, & votis occupat ante ratis.*]

Nunc videt Borrich. Voſſ. pr. & meus uterque. *Hunc vidit* vitioſe in priſcis edd. *librantem* in Neapol. Excerpt. Scalig. Groning. Voſſ. tert. & quarto, utroque D'Orvill. & meo ſecundo. quae verba paſſim confuſa in codd. MSS. Ovid. VIII. Met. 373.

——— *ambo vibrata per auras*
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.

Seneca Hippol. 48. *Tibi libretur miſſile telum.* ubi *vibretur* in cod. Ultraject. & ita frequenter in aliis veterum locis. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. III. 125. Lib. II. Adverſ. 19. p. 365. & Marklandum ad Statii Silvas pag. 248. & 266. qui bene inter utrumque verbum diſtinxit. *occupat ante rates* in Neap. Mentel. Askew. Borrich. duobus Leidd. tribus Voſſ. altero D'Orvill. & meis. ſed in ſecundi codicis margine *Deos* pro varia lectione. *vobis occupat ante rates* in priſcis edd. ſed *votis ratis* vera lectio eſt. vide Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 387. *occupat*, pro adgreditur, invadit Acronta occidendi animo. ut ſupra El. IV. 82. *vocales occupat enſe canes.* mox *hic hodie tibi vict. corruat Acron* legendum videtur cum Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 3. *Voverat & ſpolium : corruit ille Jovi.* male diſtinguitur in meo utroque.

17. *Ur-*

Urbis, virtutiſque parens ſic vincere ſuevit,
Qui tulit aprico frigida caſtra lare.
Idem eques & frenis, idem fuit aptus aratris,
Et galea hirſuta comta lupina juba.
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo:
Praebebant caeſi baltea lenta boves.
Nec dum ultra Tiberim belli ſonus: ultima praeda
Nomentum, & captae jugera pauca Corae.

25. Coſſus

17. *Urbis, virtutiſque parens ſic vincere ſuevit, Qui tulit aprico* &c.]

virtutemque in primo Voſſ. hoc eſt *virtutumque*, ut in D'Orvill. primo, & meo ſec. quod placebat Marklando. dein, *Qui tulit a porco* monſtroſa lectione in Neap. *aperto* Voſſ. pr. ſed *a priſco* in Heinſiano & meo priore. v. 19. *idem & fuit* Livinejus. vid. Cl. Schrader. Emend. pag. 89.

20. *Et galea hirſuta comta lupina juba.*] *cui galea* in v. c. Perreji, Colot. & primo Vatic. *Stat galea* Heinſius in notis ad Propert. p. 758. *hirſutis jubis* ex Groningano reponi poſſet, quia hunc verſum propter tot voces in *a* deſinentes vitioſum cenſent. vid. G. Fabricium Lib. VI. de Re Poët. II. 10. ubi ſimilem ex Ovidio locum adfert, XVII. Her. 190.

Flamma recens parva ſparſa reſedit aqua.

ſed magis adhuc aures offendere debent illa Senecae in Herc. Fur. 848. & ſeqq.

Tanta per campos agitur ſilentes
Turba: pars tarda gradiens ſenecta,
Triſtis, & longa ſatiata vita.

ubi *longae ſatiata vitae* in ſuo libro correxerat Broukhuſius. male igitur Guyetus apud noſtrum Lib. III. El. 8. 26. legebat, *Publica vicina perſtrepat aura via.* pro *vicinae viae. galeam* vero hanc *lupinam*, ejuſque ornatum, illuſtrant quae congeſſit Stewechius ad Veget. Lib. II. 16. pag. 109. 110.

21. *Picta nec inducto fulgebat parma pyropo:*] *Victa* in Heinſiano, & meo primo. *neque inducto* in Neapol. Groning. Askew. Leid. ſec. tribus Voſſ. primo D'Orvill. & meo ſecundo. *palma* Borrich. *flamma* Groning. Voſſ. pr. & quart. ſed quod petitum ex voce *fulgebat.* illuſtrant haec quae notavit Dauſquejus ad Silium pag. 67. mox *laeſi boves* male in D'Orv. ſec.

23. *Nec dum ultra Tiberim belli ſonus: ultima praeda Nomentum, & captae jugera pauca Corae.*]

diſtichon hoc ſequenti poſtponitur in nonnullis codd. & edd. vetuſtis. quod recta argumentatione probat & Cl. Schrader. p. 181. Emend. *jugera pauca* praetulit Broukhuſius, quod certe melius quam *parva*, ut in Leid. ſec. & Voſſ. tert. vide illius notas ad Tibull. Lib. I. El. 1. 2. olim hic edebatur *jugera terna Corae.* quod probatum fuit Lipſio Lib. II. Antiq. Lect. 20. ut habetur in v. c. Perreji, Colot. & duobus Vaticanis. & huic lectioni favent codices, in quibus *terra.* ut in Neap. Regio primo, Colbert. Askew. Borrich. Groning. Leid. pr. duobus Voſſ. & D'Orv. pr. *trita* in primo Vatic. & altero Regio, unde *trina* Heinſius conjecerat. *capta* in Mentel. Heinſiano, & meo primo. unde Guyetus *captâ jugera pauca Corâ* legebat. *chorae* in binis Leidd. & Voſſ. pr. ac tertio. & Askew. *Coram* a Dardano conditam ſcribit Martian. Capella Lib. VI. p. 206. ubi *Coritum* emendabat G. Fabricius ad Horat. Lib. I. od. 18. ſed *Coram* illic conſtanter ſervant variorum codd. MSS. apud me excerpta. & ſic Plinius Lib. III. cap. 5. vide Salmaſ. ad Solin. pag. 43. & Cluverium Lib. III. Ital. Ant. cap. 8. pag. 1017. & de *Nomento* eumdem Lib. II. cap. IX. p. 666. cui adde Gorii notas ad Donii Inſcr. Ant. pag. 169.

25. Coſſus

Coſſus at inſequitur Vejentis caede Tolumni,
Vincere quum Vejos poſſe laboris erat.
Et Veji veteres & vos tum regna fuiſtis,
Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat, & in veſtris oſſibus arva metunt.
Forte ſuper portae dux Veïus adſtitit arcem,

Collo-

25. *Coſſus at inſequitur Vejentis caede Tolumni, Vincere quum Vejos poſſe laboris erat.*]

Coſſus & inde ſequitur venientis in D'Orvill. pr. *Vejenti* in ſecundo. *venientis* etiam in Borrich. & Voſſ. tert. *Vejens* hic Lar Tolumnius dicitur, quia Vejentium Rex erat, a Coſſo occiſus. hinc Priſcianus & Chariſius, *Lar*, *Lartis*, ſi ſignificat Imperatorem Vejentium, quem mactavit Coſſus. vide Graevium ad Cic. IX. Philip. cap. 2. ubi *Lartes Tolumnius Vehientium rex* ſcribitur in cod. MS. Huydecoperiano. de eo vide Serv. ad Virg. VI. Aen. 842. & Luc. Ampelium in Libro Memoriali poſt Florum edito cap. XXI. *Volumnium* perperam ab aliis adpellari notat Dempſterus Lib. II. Etrur. Reg. cap. 52. ubi haec pluribus illuſtrat. dein *Vincere tum Vejos* Voſſ. quart. *laboris erat*. ſubintellecto *res*, pro difficilis tunc erat laboris, ut Virgilio *Tantae molis erat*. pro res tantae moleſtiae, tam ardua. ut notaverat Marklandus. ſic *quantum eſt laboris*, apud Phaedrum Lib. II. fab. 8. 24. ubi vide Patrui mei Comment. Silius Ital. Lib. III. 582. id vocat,

Magnae molis opus, multoque labore parandum.

27. *Et Veji veteres, & vos tum regna fuiſtis, Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro.*]

ſic legi in Palatino & Commeliniano Gebhardi teſtatur Freinshemius ad illa Flori Lib. I. cap. 12. §. 11. *Hoc tunc Veji fuere: nunc fuiſſe quis meminit, quae reliquiae? quod veſtigium. Laborat Annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.* ubi etiam vide Rupertum. neque aliter in Mentel. Leidd. Voſſianis, Regio, Colbert. aliiſque codd. habetur. *& vos quoque regna fuiſtis* conjecerat Heinſius. Sed utroque pollice probo & amplector quod in Voſſ. quarto legitur, *& Volſcum regna fuiſtis*. ut e Vaticano Lipſius Lib. II. Ant. Lect. cap 20. licet repudiaverit Broukhuſius. & ad hanc lectionem veſtigia praebent & nos manu ducunt codices, in quibus *vos cum*, ut de ſuo primo teſtatur Broukhuſius, & in Borrich. Heinſiano, & meo utroque exſtat. *An regna Volſcorum* a poëta recte dici potuerint, conſtabit ex libro Ant. Ricchi de Regno Volſcorum (*Reggia de Volſci*) qui Lib. II. cap. 3. ubi de Cora, patria ſua, diſſerit, ita hunc locum adfert, pag. 302.

Et Veji veteres Volſcorum regna fuiſtis.

& ſic Cluverius Lib. III. Ital. Ant. cap. 8. pag. 1018. cur *veteres Veji* hic dicantur, epitheto non otioſo, cauſſam dat Famianus Nardinus de Vejo antiquo P. I. cap. 7. pag. 85. qui adfert *& vos tum regna fuiſtis. O Veji veteres, & vos tum regna fuiſtis* ex cod. Groningano probat Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 181. *Vos Veji veteres tum Volſcum regna fuiſtis* legebat Guyetus. *Volſcum regna* etiam adfert Fabrettus, ad Inſcr. Ant. cap. III. pag. 129. ubi de Vejorum interitu. idque etiam probaſſe videtur Demſterus, quia ſic locum hunc producit Lib. II. de Etrur. Reg. cap. 2. ubi ex *aurea illa ſella*, ſequente verſu memorata, reges in Etruria jus dixiſſe colligit, quamquam eodem libro cap 52. *& tunc vos regna fuiſtis* adfert. *praeda fuiſtis* in edd. vetuſtis.

29. *paſtoris buccina lenti*] *laeti* in aliis. ſed vide Patrui mei notas ad Virg. Ecl. X. 19. mox *arma* in Mentel. Borrich. Heinſiano, duobus Leidd. Voſſ. pr. & quarto. *ferunt* D'Orvill. pr. *in veſtris oſſibus*, pro inter veſtra oſſa, exponebat Marklandus. ut apud Virg. I. Georg. 496. *metunt*, relicta lacuna, deeſt in Heinſiano & meo priore. Illuſtrat hoc diſtichon Epigramma Graecum de ruinis Mycenarum in Anthol. Graeca.

31. *dux Veïus adſtitit*] *Vejens* reponit Dempſter. Lib. IV. de Etrur. Reg. cap. 10. pag. 48.

ut

Colloquiumque ſua fretus ab urbe dedit.
Dumque aries murum cornu pulſabat aheno,
Vineaque inductum longa tegebat opus,
Coſſus ait, Forti melius concurrere campo.
Nec mora fit: plano ſiſtit uterque gradum.
Dî Latias juvere manus. deſecta Tolumnî
Cervix Romanos ſanguine lavit equos.
Claudius Eridanum trajectos arcuit hoſtes,
Belgica cui vaſti parma relata ducis

Vir-

ut paullo ante v. 25. *Vejentis caede Tolumni.* mox *factus* in primo Leid. *fractus* in Mentel. unde Heinſius legebat,

Colloquiumque ſua fractus ab urbe petit.

34. *Vineaque inductum longa tegebat opus.*] *Vinea qua inductum* in Borrich. meo priore, aliiſque codd. ſed recte *Vinea qua ductum* in Colot. Neap. Borrich. Askew. primo Leid. tribus Voſſ. utroque D'Orvill. & meo ſecundo. & ſic legebat Cl. Schraderus, firmabatque loco Lucani Lib. III. 487. quem vide ad v. 491. *cogebat* in Regio. *regebat* in primo Voſſ. & meo ſecundo. de vinea, ſub qua pluteis tecta latentes milites muros fodiendo ſubruebant, vide Lipſium Lib. I. Poliorc. Dial. 7. Barth. ad Stat. T. II. p. 949. & Interpretes ad Lucan. III. 487.

35. *Forti melius concurrere campo.*] *Concurrite* in Borrich. & meo primo. *fortes* legebat Marklandus.

36. *Nec mora fit: plano ſiſtit uterque gradum.*] *Sit* in primo Leid. & meo. *gradu* in pleriſque MSS. & editis antiquis. *Nec mora: ſe pleno ſiſtit uterque gradu* legebat Guyetus. Sed *ſiſtit* uterque *gradum* correxerat Heinſius ad oram ed. Ald. *pleno ſiſtit uterque gradu* in notis ad Propert. pag. 758. ubi locutionem *pleno gradu* rei militari propriam multis exemplis illuſtrat. eumdem vide ad Ovid. Lib. II. ex P. Ep. 7. 77. ubi plura de hac lectione ſe in notis ad h. l. daturum promiſit. *figit uterque gradum* conjecerat Marklandus. ut apud Valer. Fl. Lib. VII. 550. Ammian. Marcell. Lib. XVI. p. 148 ſed Virgil. VI. Aen. *Siſte gradum* &c. utrumque enim probum eſt. *pleno gradu* etiam Lipſium legiſſe notavit Broukhuſius, qui tamen *plano ſiſtit uterque gradum* praetulit, quod non nihil juvari poſſet loco Senecae Thyeſt. 927. *Stabilem in plano figere greſſum.* vel ſi *plano gradu* probetur, ſiſtit pro ſiſtitur, cum Gronovio exponit. quem ſequitur editor Elector. Eton. Minor. p. 138 & *gradum* ab aliis reponi inprobat.

37. *deſecta Tolumni Cervix*] *decepta* in primo Leid. & Voſſ. tert. a man. ſec. *decerpta* Voſſ. quart. *Columni* vitioſe meus ſecundus, in cujus margine ad *Latias manus* legebatur *al. Romuleas.* Sed quae gloſſa eſt. unde tamen quis forte emendare poſſet,

Romuleas juvere manus Dî, 'ſecta &c.

ſed minime id opus eſt. altero verſu non male Guyetus legebat *Romanos ſanguine lavit agros.*

39. *Claudius Eridanum trajectos arcuit hoſtes, Belgica cui vaſti parma relata ducis*]

Claudius a Rheno legebatur antea in MSS. & antiquis, ut habetur etiam in meorum Codicum excerptis, & mox *Belgica cum vaſti.* in Cod. Scalig. *Belligera vaſti.* Unde vir illuſtris legebat *arcuit hoſtes Belligerans, Vaſti* &c. poſſis etiam *arcuit hoſtes Belligir. at vaſti* &c. *Bellica cui vaſti parma* Guyetus & Heinſ. ut Lib. II. El. 19. 44. *Et vetus in templo bellica parma vacat.* iidem *Celtica* conjecerant, *palma* pro *parma* in Mentel. Heinſiano Leid. pr. & Voſſ. tert. pro varia lectione. Sed *Eridanum* ex Guyeti emendatione bene reduxit Broukhuſius. intelligitur

Xxxxx

Virdumari. genus hic Rheno jactabat ab ipſo,
Nobilis e tectis fundere geſa rotis.
Illi virgatis jaculantis ab agmine braccis
Torquis ab inciſa decidit unca gula.

45. Nunc

gitur Claudius Marcellus, qui de Virdomaro Gallorum Rege occiſo ſpolia opima retulit. vide Ampelii libr. Memor. poſt Florum Cap. XXI. Serv. ad Virg. VI. Æn. 860 & quae ad illius verba notavit Perizon. Anim. Hiſt. cap. VII. p. 258. & ſeqq. huc referendus gentis Claudiae numus, in quo Jovi Feretrio haec ſpolia Marcellus Claudius offert, qui exhibitus eſt in Floro Graevii Lib. I. c. I. pag. 16. & ad Lib. II. cap. 4. in fine, ubi haec ita narrat: *Virdomaro Rege Romana arma Vulcano promiſerant; alíorſum vota ceciderunt. Occiſo enim rege, Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio arma Jovi ſuſpendit.* idem hic Marcellus *Claudius* ſimpliciter vocatur Lib. III. El. 17. 31. recte huc viri docti referunt illud Silii Ital. III. 587.

Hinc Fabius, gratuſque mihi Marcellus opimis.

41. *Virdumari genus hic Rheno jactabat ab ipſo, Nobilis e tectis fundere geſa rotis.*]

corruptiſſime hoc *Virdumari* nomen exhibetur in codd. MSS. editionibus priſcis, & apud Scriptores veteres. *Britomani* in v. c. Perreji, primo & ſec. Vatic. *Virtomani* Neap. & Askew. *Virdomati* Borrich. Heinſ. & meus primus. *Vertomani* Leid. ſec. & D'Orv. alter. *Uncomani* Voſſ. prim. & prim. D'Orvill. cum meo ſecundo, in cujus margine *Butomani* pro varia lectione. *Virdomari* in Leid. priore, & Voſſ. tert. *Viridomarus* ſcribitur apud Serv. ad Virgil. VI. Æn. 856. *Viridomarus* apud Luc. Ampelium cap. XXI. *Virdomarus* ſcribendum cenſet Fr. Fabricius ad Oroſium Lib. IV. 13. vide & Dauſquej. ad Silium Ital. pag. 19. corrupte VIRDONIARVS in Inſcriptione apud Sponium in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 243. & VIRDONARIVS in eadem Inſcript. apud Murator. Tom. II. pag. 870. 3. ubi vide. adde Maffejum in Muſeo Veron. pag. 120 & 121. & Comitem Caylus in Antiqq. Tom. III. pag. 426. *Virdumari* in aliis Marmoribus. deinde Broukhuſius praetulit *Rheno*, quod in pleriſque codd. MSS. & edd. antiquis. ut a flumine Rheno, tamquam divina origine, generis ſui originem deductam jactaverit Virdumarus. ſed in libris Paſſeratii *genus hic Brenno jactabat ab ipſo.* quod firmari poſſet exemplo Cryxi apud Silium Ital. IV. 150. *Ipſe tumens atavis Brenni ſe ſtirpe ferebat Cryxus.* & ita legebat N. Heinſius, qui *Rheno* inde ſcriptum fuiſſe cenſet, quia *Brenni* nomen in antiquis exemplaribus per ſimplex *n* exarabatur *Breni*, ut *Siſena*, *Porſena*, & ſim. ita apud Rutilium Lib. I. Itin.

Victoris Breni non diſtulit Allia poenam.

ubi male in quibuſdam edd. *Poeni.* ut notaverat Heinſius. qui Lib. I. Adverſ. cap. 3. pag. 28. totum locum ſic conſtituebat:

Claudius a Rheno trajectos arcuit hoſtes,
Bellica cum vaſti parma relata Ducis
Virdomari: genus hic Brenno ducebat ab ipſo
Mobilis erectis fundere geſa toris.

variis etiam modis hos verſus reſtituere tentarunt Heinſius & Graevius Epiſtolis mutuis Tom. IV. Syllog. p. 428. & ſeqq. ad pag. 435. ubi *erectis toris* exponit brachio exſerto, & quia raro Propertius ſententiam claudere ſolet initio ſequentis hexametri, nomen *Virdumari*, qui ſatis indicatur verſu praecedente, a librariis inculcatum in textum irrepſiſſe, ſcribendumque, *Indomitum genus hic Brenno ducebat ab ipſo* opinabatur. ſi vero *rotis* praeferatur, ſcribendum *e tectis rotis* ſeu curru, tecto & conſtrato, ibidem Graevio proponit, qui id probaſſe videtur & Gallos aeque ac Belgas e tali curru vel covino conſtrato pugnaſſe oſtendit pag. 435. *aeratis rotis* etiam conjicit Heinſius pag. 441. ut *falcigeras rotas* intelligat. *geſa* vel *gaeſa* quae fuerint tela, optime exponit eruditiſſimus Emanuel Martinus Lib. II. Epiſt. 13. pag. 45 — 47. *caeſa* vel *ceſa* vitioſe in MSS. unde corrigendus Papias in Vocabulario: *Ceſa ſic appellant haſtas Galli.* ſcribendum enim *Gaeſa.*

43. *Illi virgatis jaculantis ab agmine braccis Torquis ab inciſa decidit unca gula.*]

locus varie agitatus. pro *jaculantis* in Leid. ſec. eſt

Nunc ſpolia in templo tria condita. cauſſa Feretrî,
Omine quod certo dux ferit enſe ducem.
Seu quia victa ſuis humeris huc arma ferebant,
Hinc Feretrî dicta eſt ara ſuperba Jovis.

ELEG.

eſt *jaculatus*, in Voſſ. quarto & meo pr. *jaculatis.* in *agmine* & *inguine* variant hic codd. *jaculanti ex agmine* in v. c. Perreji: & in duobus Vaticanis, *jaculantis ab inguine* Edit. Reg. Lep. Volſci, Beroald. Aldinae. *illi jaculantis ab agmine* Scaliger capiebat ἀρχαϊκῶς pro *illius.* forte accipi poſſet ut apud Ovidium Epiſt. V. v. 45. *noſtros vidiſti flentis ocellos.* ubi vid. Heinſ. ſed idem Heinſius Scaligeri explicationem repudians ad Ovid. VI. Metam. 311. legit:

Illi virgatis jaculanti ex inguine braccis.

vel pro *illi* ſubſtituit: *ſpicula* ad oram Aldinae. *jaculantur ab inguine bracis* Valeſ. ad Ammian. Marcellin. Lib. XXV. c. 1. *ab inguine* tuetur etiam Caſaubonus illo Perſii: *ducentis ab inguine telum* Sat. V. v. 4. p. 363. alteram lectionem: *virgatis velantibus inguina braccis* laudat Paſſeratius, vide & Graev. Epiſt. p. 437. *velantibus* agnoſcunt etiam collationes Angeli Colotii. virgatae braccae ſunt verſicolores, maculis diſtinctae, vid. notas ad Claudian. I. de Laud. Stilic. v. 66. Sil. Ital. IV. 155. *auro virgatae veſtes.* de *torque unca* confer Heinſ. ad Ovid. I. Amor. 6. 25. Cuningh. in Horat. Bentl. p. 304. ubi & *decidet.*

45. *Nunc ſpolia in templo tria condita. cauſſa Feretrî,*
Omine quod certo dux ferit enſe ducem.

Haec ſpolia in Voſſ. pr. & meo ſec. *feretur* corrupte in Heinſiano, pro *Feretri.* ſed alter verſus merito videbatur Heinſio corruptus. qui legendum conjiciebat,

—— *cauſſa Feretrî*
Nominis, ut certo, &c. vel *Nominis, exerto dux ferit* &c.

pro *Omine* etiam *crimine* in Voſſ. pr. & D'Orvill. pr. pro *certo* in D'Orvill. pr. eſt *circo. enſe latus* in cod. Scalig. *ante ducem* in vetuſtis edd. ſed *enſe* in v. c. Perreji, Neap. Colot. duobus Vaticanis, Borrich. aliiſque. Heinſianam vero emendationem confirmat ejuſdem Perreji codex, & ſec. Vatic. in quibus *Nominis eſt.*

47. *Seu quia victa ſuis humeris huc arma ferebant,*] *quis victa* Leid. pr. *haec arma* in omnibus fere codd. MSS. ſed *huc* recte a Broukhuſio emendatum, nempe in Jovis Feretrii templum. vel *huic*, Jovi, cum Heinſio. duplicem hanc nominis *Feretri* cauſſam, vel a *feriendo* hoſte, vel quia in templum Jovis Feretri ſpolia opima *ferebant*, pluribus exponunt Dauſquejus ad Silium pag. 147. & Freinshemius ad Florum Lib. I. cap. 1. §. XI. imitatus eſt hunc locum Ovidius Lib. V. Faſt. 565.

Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferentem.

vide Marklandum ad Statii Silvas pag. 273. mox *Sic Feretri* Heinſius.

E L E G. XI.

Deſine, Paule, meum lacrimis urgere ſepulcrum,
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,

Non

Eleg. XI.] EPIGRAMMA IN PAVLVM inſcriptio eſt in Burmanni codice priore. AD PAVLVM in altero, in Borrich. Colot. & plerisque editt. vetuſtis. CORNELIA AD PAVLVM in D'Orvill. priore. CORNELIA MARITVM ALLOQVITVR in v. c. Perreji, Vaticano primo & ſecundo. CORNELIA AD PAVLVM MARITVM in Beroaldinis editionibus. CORNELIA PAVLO in Muretinis & Plantinianis. Intelligitur Cornelia nata ex Scipione & Scribonia, ſecunda Auguſti uxore, conjux L. Aemilii Pauli, viri Conſularis & Cenſorii, cujus hiſtoriam egregie illuſtravit Jac. Perizonius in Animadv. hiſtor. & Epiſtol. ad Morellium. mortua eſſe creditur Cornelia A. V. C. 738. fratre Scipione Coſ. & forte ab Auguſto vitrico oratione funebri laudata (vid. v. 60.) Hanc poſteritati commendavit Propertius epicedio, quod ea verborum elegantia & ſententiarum ſublimitate conſcriptum eſt, ut illud Elegiarum Reginam vocare haud dubitaverit Cl. Valckenarius, cujus nos judicium & in hac Literarum parte ſequimur & veneramur. Ceterum in acerba amiciſſimi Burmanni morte hoc quoque mihi, qui nunquam de Propertianis verſibus edendis cogitaveram, accidit incommodum, quod hoc loco doctiſſimi viri manus deſiit, meaeque diſcipuli induſtriae relicta eſt illa Elegia, in qua prope triginta Eruditi, neque ii poſtremi ordinis, ſic elaborarunt, ut vix quicquam, in quo ingenium experiri poſſem, reliquum fecerint. vel ſic tamen Magnorum Virorum ſententias referre juvabit.

v. 2. *nigra*] alias *dura* vel *dira*, Latinus Latinius in biblioth.

3. *Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,*] ordo hujus & adhaerentium diſtichorum, quem exhibui, eſt in omnibus ad unum codicibus ſcriptis & editionibus, Scaligerana antiquioribus, quae, pariter ac codices, in tota hac elegia ne verſum quidem loco moverunt. haec, de quibus agimus, diſticha ipſe Scaliger intacta reliquit. C. Barthius l. 44. Adverſ. c. 26. ſic conſtituebat:

Cum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.
Te licet orantem fuſcae Deus audiat aulae,
Non exorato ſtant adamante viae.

Francius autem & Broukhuſius ita:

Te licet orantem furvae Deus audiat aulae,
Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.
Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viae.

quin & Koppierſius, juvenis eruditus, cap. XII. Obſerv. Philol. ſe initium hujus carminis integritati reſtituiſſe putabat hoc modo:

Deſine, Paule, meum lacrymis urgere ſepulcrum,
Nempe tuas lacrymas litora ſurda bibent.
Te licet orantem furvae Deus audiat aulae,
Panditur ad nullas janua nigra preces.
Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant adamante viae.

Eligat ordinem, quem ſuo quiſque ingenio placere deprehenderit; me non poenitet eum, qui antiquorum librorum fide nititur, ſequi. in noſtro autem ordine verſu ſecundo intelligenda erit ſepulcri janua, ut apud Ovidium Lib. III. Triſt. El. 2. v. 24.

Hei mihi! quod noſtri toties pulſata ſepulcri
Janua, ſed nullo tempore aperta fuit.

Albinov. ad Liv. v. 69.

Vix, poſito Agrippa, tumuli bene janua clauſa eſt.

Orci autem janua mox memoratur v. 8. *infernas intrarunt funera leges*, exponebat Marklandus, cum ſemel mortui leges & juriſdictionem infernam ſubierunt. neque offendebat haec locutio Toupium in notis ad Theocr. Id. II. v. 34. Mihi quoque *intrare leges* nihil aliud videtur eſſe,

quam

Non exorato ſtant adamante viae.
Te licet orantem fuſcae Deus audiat aulae,
Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.

Vota

quam intrare locum, ubi leges ſunt. Caeſar de bello Civ. III. 83. *quum turmae inſidias intraviſſent.* ſimiliter Sil. Ital. L. X. v. 289.

— nec manes tam parva intramus imago.

Val. Flacc. V. v. 483.

Cyaneos intrare fragores.

Stat. Theb. V. v. 428.

—— menſas intrare minores.

Huc etiam pertinent formulae, *intrare fumum* & *flammam*, *intrare tenebras*, &c. neque diverſi generis eſt illud *medias irrumpere milite leges*, quod Bentlejus reddidit Lucano Lib. I. v. 323. Exquiſitius igitur videtur, quam quod Burmannus meus in notis ad Lotich. T. I. p. 305. reſtituendum cenſebat:

Infernas intrarunt funera ſedes.

quamvis Ovidius ſic locutus ſit III. Metam. 504.

Poſtquam eſt inferna ſede receptus.

& Lib. XIV. v. 155.

Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem.

Quod etiam adſtruit Cl. Schraderus Emend. cap. IX. p. 181. atque ita olim Heinſius, ſed poſtea improbavit. *ſemel* eximie de iis dicitur, quae non iterantur. vid. Oudend. ad Lucan. III. 296. qua vi tolerari poteſt vox apud Claudian. Bell. Get. v. 115.

4. *Non exorato ſtant adamante viae.*] hunc verſum ſatis obſcurum judicat Cl. Valckenarius in priore Theocriti editione ad Idyl. II. v. 34. qui locus, ſi illic Plutonem cum Editore intelligimus, non ſatis commode ad noſtrum illuſtrandum ab aliis adhibetur. Marklandus *vias adamante factas* interpretabatur, *fores firmiter obſeratas; & ideo* ſtant *dici, quod firmitatem denotat.* Virgilius VI. Aen. 552. de inferno,

Porta adverſa ingens, ſolidoque adamante columnae.
—— ſtat ferrea turris ad auras.

Ovid. IV. Met. 452.

Carceris ante fores, clauſas adamante, ſedebant.

vid. Graev. Lection. Heſiod. p. 95. *non exorato* Marklandus exponebat inexorando, inſuperabili. & Fruterius *exorando* codici ſuo adſcripſerat. pro *viae* Heinſius in Not. ad Propertium conjecerat *fores* vel *ſerae*, quod etſi poſtea damnavit, tamen verum videri poſſet, cum *adamantinas mortis & aeneas ſeras inferorum* ex Tertulliano de reſurrect. carn. c. 44. notaverit Th. Munckerus ad Hygini fab. XXII. ſed vulgatum *viae* non ſollicitandum eſſe, oſtendit Alcaei epigramma Anthol. III. p. 408.

Ἔλληξεν δὲ μέλαθρα Διονύσοιο χορείης,
Εὖτε σιδηρείην οἶμον ἔβης Ἀΐδεω.

5. *Te licet orantem fuſcae Deus audiat aulae,*] *Me licet* Borrich. *fuſcae* edidi, quod ferri poteſt, legiturque apud Mirandulam & in omnibus codicibus & editt. antiquis, quorum ſi vel unus addixiſſet, recepiſſem *furvae*, Heinſii conjecturam tam in Notis Propert. quam ad Ovid. III. Metam. 273. Hoc ipſe Heinſius & Broukhuſius hoc loco egregie docent, proprie dici de rebus inferis. Editor quidem Elector. Eton. Maj. ait, ſibi non deeſſe poëtarum loca, quibus *fuſcae* adhibere Propertium potuiſſe defendat; vellem, ea indicaſſet. Apulejus Metam VI. p. 185. *de quo fontis atri fuſcae defluunt undae, & Stygiae irrigant paludes.* de vocibus *fuſcus* & *furvus* permutatis vide Burm. ad Claudian. II. in Rufin. v. 325. quorum poſterius Tibullo etiam L. III. El. IV. v. 55. ſubſtituere aliquando volebat Broukhuſius in notis penes me ineditis. iſtud autem ex Prudentio ejiciendum videtur Cathem. Hym. II. v. 59. & cum codice Egmondano legendum:

Sunt multa fucis *inlita.*

6. *Nempe tuas lacrimas litora ſurda bibent.*] litora intelligit ripas paludis Stygiae. Virg. VI. Aen. 425.

Evaditque celer ripam irremeabilis undae.

ubi

Vota movent Superos. ubi portitor aera recepit,
Obſerat umbroſos lurida porta rogos.
Sic moeſtae cecinere tubae, quum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.

Quid

ubi ripam vocat, quae hic litora dicuntur, ut ſaepe apud veteres *litus* de fluvio & contra *ripa* de mari. ita Charon ab unda Stygia Aeneam adlocutus VI. Aen. v. 388. ait:

Quiſquis es, armatus qui noſtra ad litora tendis,

ut in codicibus illic legi monet Heinſius. vulgo, *flumina.* addi poſſunt Seneca in Herc. in Oeta v. 1917. Statius Lib. II. Sylv. I. 189. confer h. l. Paſſeratium & p. 232. Heinſ. ad Ovid. VI. Epiſt. 54. & Cl. Schrad. ad Muſaeum p. 61. *litora ſurda* ad Graecos comparantem vide Cl. Valckenarium apud Koppierſium p. 153. de Orco non exorabili Virg. II. Georg. 491. Albinov. Epiced. Druſi v. 427. Excerpta Stobaeana Grotii p. 485. & ſeqq. & Valckenar. l. c.

7. *Vota movent Superos. ubi portitor aera recepit,*] *aera* ſunt obolus emortualis, Charontis naulum, de quo vide Colvium ad Apulejum p. 80. & Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 422. de portitore, Erythraeum Indic. Virg. in h. v.

8. *Obſerat umbroſos lurida porta rogos.*] *herboſos*, quod edidit etiam Broukhuſius ſenſu mihi incognito, eſt in Burmanni codice priore, Francii primo, in Groningano; Excerpt. Modii, in Heinſii codice, in Menteliano, Borrich. Neapol. in Edit. Veneta 1475, Rheg. Lep. Volſcina, Aldina utraque, Juntina, Colinaeanis, Gryphianis, Scaligeranis, Graſſeri & Wecheliana; at *umbroſos* habent Voſſianus primus, alter Burmanni, D'Orvill. prior, v. c. Ant. Perreji, Vaticanus prim. & ſec. (vide & Heinſ. p. 30. Adverſ.) atque ita exhibent Vicentina 1481. Beroaldinae, Muretina, Rovilliana, Plantinianae, utraque Raphelengiana & Paſſeratii; & probat Graev. Tom. IV. Syllog. p. 221. ita & Douſa P. & Marklandus ſuis exemplaribus adſcripſerant, quorum hic praeterea legebat.

Obſidet umbroſos *lurida* Parca locos.

vel *Poena*, Tiſiphonen intelligens adſcripto Virgilii loco VI. Aen. 555.

Tiſiphoneque ſedens, palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum exſomnis ſervat noctesque dieſque.

locos defendit ex uſu Propertiano etiam Cl. Schraderus cap. IX. Emend. p. 183. *choros* volebat Koppierſius, & olim N. Heinſius, ut primo *goros*, dein *rogos* ſcripſerint librarii. Nec minus tamen mihi probatur correctio Hemſterhuſii, legentis ad Lucian. T. I. p. 423.

Obſerat umbroſas *lurida porta* domos.

appoſito Noſtri loco III. X. 33.

Nigranteſque domos animarum intraſſe ſilentum.

favet Val. Flacci locus ſimilis L. I. v. 781.

Tergeminam tum placat heram. Stygiasque ſupremo
Obſecrat igne domos. *jam jam exorabile retro*
Carmen agens. neque enim ante leves niger avehit umbras
Portitor, & cunctae primis ſtant faucibus Orci.

ubi pro *obſecrat* Schottus *obſerat* legit. de *porta*, hic memorata, conferenda ſunt, quae de ᾅδου πύλαις notat Cl. Valckenarius ad Eurip. Hippol. v. 1445. p. 321. ſic *Ditis limina*, Statius XII. Theb. v. 558.

——— *Stygiaeque a limine portae,*
Ceu ſator Eumenidum, aut Lethaei portitor amnis,
Summovet.

vid. Goldaſtum ad Columb. p. 83. *lurida*, proprie de rebus infernis. vid. Broukh. ſupra ad El. VII. v. 2. de hoc verſu agunt quoque in literis MSS. Graevius & Heinſius, quae ex bibliotheca Burmanniana in publicam Leidenſem tranſlatae ſunt.

9. *Sic moeſtae cecinere tubae, quum* &c.] ſenſum loci hunc eſſe, adnotat Marklandus: *Hanc legem mihi indixit cantus iſte tubae funereae, cum rogus iſte accendebatur & corpus cremabatur. mox lectus eſt torus funebris, ſeu rogus.* ſupra

Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto.

pro *quum* cod. D'Orvill. habet *dum*, quod notandum. Douſa P. in initio verſus cenſebat ſenſum poſtulare *ſat.* ſed *ſic* ſervant omnes codd. & edd. quod omnino tenendum, quia Cornelia huc uſque repetiit, quae in genere de mortalitate & fati

Quid mihi conjugium Pauli, quid currus avorum
  Profuit, aut famae pignora tanta meae?
Num minus immites habui Cornelia Parcas?
  En ſum, quod digitis quinque levatur, onus!

15. Dam-

fati neceſſitate in ejus naenia cantata erant, hoc demum verſu de ſe locutura. quae obſervatio etiam facit, ut hoc diſtichon ſequentibus non poſtponendum exiſtimem.

11. *Quid mihi conjugium Pauli, quid currus avorum Profuit,*]

Proficit male in D'Orvill. pr. ſupra Lib. III. El. XVI. v. 11.

Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi
Mater, & amplexo Caeſaris eſſe focos?

lege & Albinov. Epiced. Druſi v. 41. Inter alios avos reſpicitur quoque ad Scipionem Aemilianum, qui Numantiam evertit. cujus aureum currum triumphalem praedicat etiam Juvenalis Sat. VIII. init.

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & ſtanteis in curribus Aemilianos?
Si coram Lepidis male vivitur, effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox
Ante Numantinos?

12. *aut famae pignora tanta meae?*] vid. Burmannum ſupra ad El. VII. v. 64. Heinſius in Notis Propertian. „ forte: *thalami pignora tanta* „ *mei.* lege: *formae pignora tanta meae.*" Equidem *famae* ſervo.

13. *Num minus immites habui Cornelia Parcas?*] licet in codicibus omnibus & in edit. Ven. 1475. Rheg. Lep. Volſcina, in Beroaldina 1500, ab Avantio curata, invenerim *Non minus*, recte tamen ex unico codice Groningano edidiſſe videor *Num minus*, quod jam receperunt Vicentina, Beroaldinae, Aldinae, Juntin. Colinaeus, Gryphius, Muretus, Rovillius, Plantinus, Scaliger, Raphelengianae, Graſſer. Paſſer. & Broukhuſius, quem vide, hanc dictionis formam confirmantem, ad Lib. II. El. 23. v. 90. Paſſer. p. 335. & Burmannum ad Lib. II. El. 18. 30. apud Ovid. Epiſt. XI. v. 17. quem locum ex his adumbratum notavit Scaliger;

Quid juvat admotam per avorum nomina coelo
Inter cognatos poſſe referre Jovem?
Num minus infeſtum, funebria munera, ferrum
Feminea teneo, non mea tela, manu?

olim *Non minus* etiam legebatur. vide illic Heinſium. ſimile quoque notaverat Douſa eſſe Ovidianum XVIII. Her. v. 173.

Quid mihi, quod lato non ſeparor aequore, prodeſt?
Num minus hoc nobis tam brevis obſtat aqua?

habui Scaliger edidit ex conjectura, quod ejus Excerptis, uno tantum codice confirmatum eſt, & receptum a Raphelengio, Paſſeratio & Broukhuſio. reliqui: *habuit.*

14. *En ſum, quod digitis quinque levatur, onus.*] *Et ſum* codd. tantum non omnes, & editiones pleraeque, quod defenſorem nactus eſt Editorem Elector. Eton. propter lenitatem, quam dicit & ſimplicitatem. ſolus Groninganus, iſque non ſine litura, *En*, quod primam in textum, quem vocant, admiſiſſe invenio Rovillianam 1559. Eam recte meo ſenſu ſecutae ſunt Plantinianae, Raphelengianae editiones, Paſſeratius & Broukhuſius. idem probant Guyetus & Fruterius. pro *En ſum* Colbertinus, *ipſum*. Codices etiam fere omnes habent *legatur*, quod probatum eſt Heinſio ad Ovid. X. Her. 150. de oſſilegio intelligenti. ſed *levatur* in codd. Groningano, & Burmanni priore legitur & in editionibus antiquis omnibus, quod de urna cinerea, quae facile una manu geſtetur, recte expoſuiſſe videntur Interpretes ad hunc locum, Caſaubonus ad exemplar ſuum, quod in bibliotheca Leidenſi ſervatur; Burmannus ad Lotich. T. I. p. 390. idem probabat quoque Marklandus. Noſter Lib. II. El. 7. 52.

Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu.

Ovid. III. Amor. IX. 40.

—— jacet ecce Tibullus.
Vix manet e tanto, parva quod urna capit.

Sena-

Damnatae noctes, & vos vada lenta paludes,
Et quaecumque meos implicat unda pedes,
Immatura licet, tamen huc non noxia veni.

Det

Seneca Herc. in Oet. v. 1762.

—— ecce vix totam Hercules
Complevit urnam. quam leve eſt pondus mihi!

Prudentius Hymn. X. Cathem. 144.

Non ſi carioſa vetuſtas
Diſſolverit oſſa favillis,
Fueritque cinisculus arens
Minimi menſura pugilli.

Venantius Honorius Elegia de Paſchate v. 69.

Indignum eſt, cujus claudantur cuncta pugillo,
Ut tegat incluſum rupe vetante lapis.

Epigramma vetus apud Muratorium Theſ. Inſcript. p. MCCCLXX. 12.

Et ſatis ad manes ſufficit urna meos.

vid. Withof. Specim. Gunther. p. 135. Voſſianus ſextus bibliothecae Leidenſ. n. 81. habet *legetur*, unde lubens legerim *levetur*, levari poſſit. Cornelia ubique de exſequiis ſuis, tamquam de re praeterita, non praeſenti loquitur.

15. *Damnatae noctes, & vos vada lenta paludes,*] Damnatae ſunt infelices, triſtes. Stat. VIII. Theb. v. 21.

Forte ſedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi.

Virg. VI. Aen. 534. *triſtes ſine ſole domos, loca turbida* vocat.

16. *Et quaecumque meos implicat unda pedes,*] Nec codices, nec editiones variant in hoc loco. pro *unda* Cl. Schraderus cap. IX. Emend. p. 183. conjicit *ulva.* quam egregiam conjecturam meritis laudibus extulit Burmannus ad Lotich. T. I. p. 363. & docte confirmavit. magnam quoque veritatis ſpeciem ei conciliat Diodori Zonae epigramma in Antholog. ined.

Αἴδη ὃς ταύτης καλαμώδεος ὕδατι λίμνης
Κωπεύεις νεκύων βᾶριν ἐλαυνομένην.

& Virg. IV. Georg. 478.

Quos *circum* limus *niger, & deformis arundo*
Cocyti, tardaque palus *inamabilis unda*
Alligat.

eandem vocem Ovidio Heinſius reſtituit, Statio Marklandus Lib. V. Sylv. 3. v. 283. Quamvis hoc mihi quoque blandiatur & prae vulgato ſe commendet, alterum tamen non prorſus ſpreverim. potuit enim Propertius, praeter Styga paludem, etiam cogitaſſe reliqua inferorum flumina. Tibullus III. III. 37.

Me vocet in vaſtos amnes, nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

Virg. VI. Aen. 369.

Flumina tanta paras, Stygiamque innare paludem.

unde & apud noſtrum legi poſſit:

—— & vos vada lenta Paludis.

Statius VIII. Theb. v. 18.

Tunc regemunt pigrique lacus, uſtaeque paludes,
Umbriferaeque fremit ſulcator pallidus undae.

nec male unda videri poſſet dici *implicare* pedes, cum & *alligare* dicatur. Virg. VI. Aen. 439.

Fas obſtat, triſtique palus inamabilis unda
Alligat, & novies Styx interfuſa coërcet.

17. *Immatura licet, tamen huc non noxia veni.*] *Immutata* unde in Raphelengianam A. 1592. malum pedem intulerit, ignoro; nam Trajectina 1680 in cenſum editionum venire vix meretur. Douſarum igitur non ſponte editioni illud obrepſit. nam prior Raphelengiana an. 1587 agnoſcit *Immatura*, quod codices omnes editionesque conſtanter ſervant: *tamen hic* in Borrichiano, Heinſiano & Burmanni priore, ſed in ceteris, *huc.* amoliri autem Corneliam a ſe ſuſpicionem criminis, propterea quod ex opinione veterum praematura morte exſtincta ſit, docent Barthius Lib. XLIV. Adverſ. cap. 26. & Broukhuſius; quorum hunc male huc retuliſſe lapidem antiquum, de homicidio agentem, jam olim monuit Burmannus ad Tom. II. Anth. Lat. p. 241.

18. Det

Det pater hic umbrae mollia jura meae.
Aut, ſi quis poſita judex ſedet Aeacus urna,
In mea ſortita vindicet oſſa pila.

Adſi-

18. *Det pater hic umbrae mollia jura meae.*] *Det* eſt in cod. Francii primo, Groningano, & Menteliano, & in editionibus omnibus. *Dat*, ſive *Da* ſuperſcripto *et*, in Voſſian. tertio & quarto, *Dat* in Borrich. *Et* in Leidenſi ſecundo. *pater* exſtat in omnibus codicibus, & editionibus, nullo excepto; *pr.* in D'Orvill. ſecundo, & Voſſiano bibl. Leid. n. 81. per *Patrem* Livinejus intelligit Rhadamanthum; Graev. Tom. IV. Syllog. p. 229 & Interpretes fere omnes Plutonem, qui & inferis jura dat apud Statium VIII. Theb. v. 22.

Forte ſedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi, populos poſcebat crimina vitae.

adde ibid. v. 28. Et qui ita abſolute pro *Plutone* dixerit, deprehendiſſe mihi videor Tibullum I. III, 51. ubi immaturam mortem deprecatur:

Parce, Pater! timidum non me perjuria terrent,
Non dicta in ſanctos impia verba Deos.
Quod ſi fatales jam nunc explevimus annos,
Fac lapis his ſcriptus ſtet ſuper oſſa notis:
Hic jacet immiti conſumtus morte Tibullus,
Meſſalam terra dum ſequiturque mari.

eumdem Orcum vocat III. III. v. ult. & *Pater* in noſtri loco magis etiam Plutonem ſignificare poterit, quum inferos adloquitur Cornelia. Eſt tamen valde elegans conjectura & grandem ſenſum parit, quae legitur in Koppierſii Obſervat. Philol. p. 156.

Deprecor *huic umbrae mollia jura meae.*

huc in Groningano, *huic* invenitur in Francii cod. pr. Heinſiano, Mentel. Excerptis Modii, duobus Regiis, Borrich. & in editionibus Scaligeri & Broukhuſii. quod & Marklandus probat. *hinc* malebant Douſa & C. Barthius. mihi placuit *hic*, quod eſt in Voſſiano primo, Burmanni altero codice, binis D'Orvill. Colbertino & Askew. in editionibus omnibus, quae ante Scaligerum prodierunt. nec Scaligero obſecuti ſunt Raphelengius, Graſſerus, Paſſeratius, Gebhardus. Illud *hic* dupliciter accipi poteſt, vel *hic*, quo dixerat modo ſe veniſſe, ut ſimile ſit illis Turni verbis apud Virg. XII. Aen. 646.

—— *vos o mihi* Manes
Eſte boni: *quoniam ſuperis averſa voluntas.*
Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpae
Deſcendam, magnorum haud umquam indignus avorum.

vel δεικτικῶς, *hic Pluto*, quem cerno. quae explicatio nimis ſaepe negligitur, praeſertim in poëmatis dramaticis, quale hoc eſt, quod tractamus. *mollia jura* dicit aequa, benigna, propitia. Cic. I. Catil. cap. 12. *qui ſpem Catilinae mollibus ſententiis aluerunt.* quae *jura meliora* Statio dici VIII. Theb. v. 28. putabat Barthius. contra *triſtia jura* Dei inferni dixit Albinov. ad Liv. v. 440.

—— *neque omnes*
Mutarunt avidi triſtia jura Dei.

jura dare ſimiliter Minos dicitur in epitaphio, quod ex Fabretto p. 233. aliiſque Burmannus edidit Tom. II. Anthol. pag. 11.

Nec Minos mihi jura dabit grandaevus.

19. *Aut, ſi quis poſita judex ſedet Aeacus urna, In mea ſortita vindicet oſſa pila.*]

At ſi adfert Neſtor. in Vocabul. p. 150. quod volebat Graevius in Epiſt. ad Heinſ. Tom. IV. Syllog. p. 224. *Nam ſi*, idem p. 217. *ſi quid* Heinſius conjeciſſe videtur ex epiſtola Graevii ibid. p. 224. pro *Aeacus* Koppierſius *aequior*, cum & Aeacus v. 21. fratrum nomine contineatur, ubi vide. In verſu ſequenti pro *mea* primus Leid. & D'Orvill. ſecund. habent, *me.* idem Leid. *ſortitus.* in omnibus porro editionibus, excepta Broukhuſiana, legitur *judicet*, quod & plerique codices exhibent, Groninganus *iudicet*, ad quam ſcripturam alii quoque codices accedunt. Excerpta Modii tamen, Borrich. & Leidenſis unus *vindicet*, *vedicat* autem Francii primus & Burmanni codex, & Heinſianus, quarum lectionum integerrimam exiſtimem, modo Heinſii ſimplex correctio admittatur:

Is *mea ſortita vindicet oſſa pila.*

In oſſa judicet Latinis auribus inauditum eſt; *In oſſa vindicet* rectum quidem & Latinum, ſed *puniendi* notione, quae nec huic loco, nec Cornelianae innocentiae convenit. intelligo, ſententia ſua defendat, culpa abſolvat. hanc urnam

Adſideant fratres. juxta Minoïa ſella, &
Eumenidum intento turba ſevera foro.

Siſyphe

Aeaci memorat Statius Lib. III. Sylv. 3. 15.

Inferna rigidum timet Aeacon urna.

& Lib. II. 1. 219.

Immenſis urnam quatit Aeacus umbris.

ubi *infenſis umbris* vel *immenſis ulnis* Heinſius divinabat. illam Minoï dat, ubi & *urnae ſortes*, Claudianus II. de R. P. 332.

Urna nec incertas verſat Minoïa ſortes.

ſic in Epigr. Anth. Lat. Tom. II. p. 283.

Sorte mea inferni judicis urna vacat.

ortita paſſive ſumi, *ſorte ducta*, docet eximius Lexicographus Forcellinus in h. v. vocem *pila* egregie hic explicat & vindicat Aſconius in argumento Milonianae Ciceronis p. 780. ed. Graev. *lex jubebat, ut coram accuſatore ac reo pilae, in quibus nomina judicum inſcripta eſſent, aequarentur: dein rurſus poſtera die ſortitio judicum fieret.* conferendus Gronov. ad Senecae Herc. Fur. v. 732. 744. Ceterum alii aliter hunc locum ceperunt. Heinſius in Not. Prop. tentabat etiam:

In mea ſortitam vindicet *oſſa* pyram.

vel in Adverſar. p. 30. *ſortita pyra*, utrumque inprobat Graev. Tom. IV. Syllog. Epiſt. p. p. 221. 226. & 229. ipſe Graevius Heinſiusque ibid p. 229. & 232.

In mea ſortitus vindicet *oſſa* piae.

vel *ſortito*. Koppierſius p. 157:

Me *mea* ſortitus vindicat *oſſa* lapis.

21. *Adſideant fratres.* &c.] *Aſſideat* legitur in Heinſii cod. *juſta* in duobus vel tribus. inter *juxta* & *Minoïa* Vaticanus prim. & ſec. interſerunt *et*, omittuntque in fine hexametri, ubi & deeſt in Groningano, D'Orvill. ſec. Menteliano, Regiis, Burmanni altero & editionibus, quae Scaligeranam praeceſſerunt. habent in ultima ſede *et* D'Orvill. pr. Heinſian. Voſſianus Heinſii, Mentel. v. c. Perreji, Borrich. & editiones Scaligeri & quae poſt eum prodiere. *Minoïda ſellam* eſt in Colot. Vatic. primo, Groning. Burmanni primo & Heinſiano, quod receperunt Muretus & Canterus, & probarunt Heinſius & D'Orvillius & Graevius Tom. IV. Syllog. p. 224. Heinſius etiam p. 414. Adverſ. ſui codicis lectionem laudat: *juxta & Minoïda ſella. Minoïa ſella* legitur in Mentel. D'Orvillianis, Scaligeri cod. & reliquis codd. inque omnibus aliis editionibus, tam poſt, quam ante Muretum excuſis. malim legere:

Adſideat frater juxta, & Minoïa ſella.

ne nunc Adſeſſorem faciat Aeacum, quem modo judicem quaeſtionis fecit. Statius VIII. Theb. v. 27.

Juxta Minos cum fratre verendo
Jura bonus meliora monet, regemque cruentum
Temperat.

Conf. Burm. ad Sueton. Tiber. c. 33. Livineius conjecerat:

Aſſideant fratris juxta Minoïa ſella.

quod non intelligo. ordo autem hujus & praecedentis diſtichi non eſt permutandus, ut judici ante Aſſeſſores locus concedatur. in brevi verſu nihil variant nec codd. nec editiones, niſi quod Excerpta Modiana prae ſe ferant *in toto* pro *intento*, cod. Askew. *foco* pro *foro*. ſi recepta lectio ſana ſit, intelligendae erunt Furiae non adſidere judicibus in tribunali, ſed illis adeſſe tamquam apparitores, ipſae nunc a verberibus abſtinentes & umbris ſilentium facturae, ut exaudiatur Cornelia. ſic Claudianus, Proſerpina ad inferos adventante, canit Lib. II. v. 335.

Verbera nulla ſonant, nulloque frementia luctu
Inpia dilatis reſpirant Tartara poenis.
Non rota ſuſpenſum praeceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantaleis ſubducitur invida labris.

& paucis interjectis:

Oblitae ſcelerum, formidatique furoris,
Eumenides cratera parant, & vina feroci
Crine bibunt.

Ita *intenta ſilentia* occurrunt apud Valer. Flacc. Lib. IV. v. 257. Graevius olim tentaverat *intendat foro* p. 224. Tom. IV. Sylloges; ſed poſtea conſenſit Heinſio, erudite illud *intento foro* explicanti

Siſyphe, mole vaces, taceant Ixionis orbes,
Fallax Tantaleo corripiare liquor.
Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras,
Et jaceat tacita lapſa catena ſera.

Ipſa

plicanti, & appoſito Statiano V. Sylv. 2. 101. *erigere foro* defendenti. vide ibid. p. 226. & 229. Utinam Heinſiana explicatio ſupereſſet! Ipſe enim Heinſius Lib. I. cap. III. Adverſ. p. 29. in eo Statii loco pro *foro* corrigit: *Erigeretque toros.* Statio Lib. VIII. Theb. v. 24. dicuntur Furiae *circumſtare* ſolium inferni judicis; *adſtare* Luciano T. I. p. 471. *In tanto* legendum proponit Paſſeratius. neſcio an *indicto* ſubſtituendum ſit. *forum* Stygium apud poëtas ſaepe occurrit. Fruterius adſcripſerat huic verſui, ἀδωροδόκητος.

23. *Siſyphe mole vaces, taceant Ixionis orbes,*] *ceſſent* in v. c. Perreji, Colot. Vatic. prim. & ſecundo, quod placebat Heinſio & Graevio Tom. IV. Sylloges p. 224. & 233. ſed *taceant* eſt in reliquis codd. & editionibus, quod idoneis exemplis adſtruxit Paſſeratius. vid. & Cl. Heyn. ad Virg. Tom. IV. p. 233. Ovid. X. Metam. v. 42. dixit.

—— *ſtupuitque Ixionis orbis.*

idem Heinſ. in Not. Prop. p. 60. tentat: *jaceant.* cum toto hoc loco rei poëticae ſtudioſos Senecam comparaſſe non pigebit in Medea v. 740. ſeqq.

24. *Fallax Tantaleo corripiare liquor.*] *Tantaliae* Voſſ. quart. *Tantaleae* Burmanni codex pr. & Heinſian. *Tantaleus* Excerpt. Mod. Voſſius Lib. II. de Analog. cap. 9. non aliter ac Scaliger & Broukhuſius ad h. l. Tantaleo, dandi caſu Graeco, a Τανταλεὺς accipiebat. ſed cui non arrideat Aurati & Heinſii conjectura, legentium:

Fallax, Tantaleo corripere *ore, liquor.*

certe Graevio vehementer arriſit Tom. IV. Syllog. p. 224. ibid. p. 233. & Burmanno ad Anth. Lat. T. II. p. 10 Heinſius eam firmat loco ſimili Lib. II. El. XIII. v. 61.

Vel tu Tantalea moveare ad flumina ſorte,
Ut liquor arenti fallat ab ore ſitim.

25. *Cerberus & nullas hodie petat improbus umbras,*] ſimillima ſunt loca Statii Lib. III. Sylv. 3. 25.

Felix & nimium felix, plorataque nato
Umbra venit. longe Furiarum ſibila, longe
Tergeminus cuſtos.

Lib. V. I. 251.

Nempe times, ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat
Latratus. tacet ille piis.

Sylv. III. 278.

At vos umbrarum Reges, Ennaeaque Juno,
(Si laudanda precor) taedas auferte, comaſque
Eumenidum: nullo ſonet aſper janitor ore.

IV. Theb. 487.

—— *nec lucis egentes*
Cerberus occurſu capitum deterreat umbras.

ut in MS. Taurinenſi pro *detorqueat.*

26. *Et jaceat tacita lapſa catena ſera.*] pro *Et* amplector Koppierſii inventum: *Sed.* eadem confuſa videbis infra v. 97. *laxa*, vel & *laſſa*, eſt in codicibus tantum non omnibus, & in editione Veneta principe 1472. *laxa* conjecerat etiam ad oram Rovillianae Auratus, idque probabat Broukhuſius in altera editione. ſed *lapſa* eſt in reliquis editionibus, & validum adjumentum habet in Petronii loco non diſſimili, cap. XVI. ab aliis jam hic laudato: *ſera ſua ſponte delapſa cecidit.* ubi vide Gonſal. de Salas. ſimilem confuſionem vide ſupra h. L. El. IV. v. 62. *tacita ſera* dixit, ut Statius VIII. Theb. v. 56.

Ferrea Cerbereae tacuerunt limina portae.

ut ediderunt Barthius & Gronovius. *patuerunt* male in MSS. & ed. Lindenbr. nam verſ. ſeq. *patuiſſe. Tartareae* pro *Cerbereae* illic Heinſius, qui tamen apud noſtrum *patula* conjecerat in ora Aldinae.

Ipſa loquor pro me. ſi fallo, poena ſororum,
Infelix humeros urgeat urna meos.
Si cui fama fuit per avita tropaea decori,
Afra Numantinos regna loquuntur avos.

Altera

27. *Ipſa loquor pro me, ſi fallo, poena ſororum,*] *loquar* vult Heinſ. in Not. ad Prop. quod & ſibi viſum, & nihil eo certius eſſe, ait Graev. Tom. IV. Syllog. p. 224. ita plane D'Orvill. ſec. habet, ſed ſolus; idem codex, *fallar*, reliqui fere omnes & editiones antiquae, *fallor*; Vaticanus tamen primus, Groninganus & Askew. *fallo*, quod primum excuſum invenio apud Muretum, quem optimus quiſque editor dein ſecutus eſt. eſſe formulam, eamque Propertio valde familiarem, docet Briſſon. de Formul. Lib. VIII. §. VIII. confer Burmannum ſupra ad Lib. IV. El. 7. v. 53. Douſa P. adſcripſerat Ovid. IX. Metam. v. 373.

Viximus innocuae: ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes.

adde notas ad Lotichium Tom. I. p. 89.

28. *Infelix humeros urgeat urna meos.*] in Askew. ſolo male legitur *una*, quod quondam volebat Goldaſtus in notis ad Iſidor. de praelat. Princ. p. 117. Furiarum unam intelligens, forte doctus a Volſco. ſed cum interpretibus ad hunc locum facit Burmannus ad Val. Flacc. VII. 147. de Danaïdum dolio pertuſo capiens, & ita intellexit Panſa in facundo Molſae epicedio, ubi hunc locum ſic imitatur:

Eumenides procul, atque Erebi procul omnia monſtra,
Nec Phlegethonteae flamma minetur aquae.
Non rota, non ſaxum, non vultur terreat, abſint
Belides infames, Tantaleuſque labor.

29. *Si cui fama fuit per avita tropaea decori,*] pro *avita* Scaligeri excerpta pro varia lectione habent, *amoena*. Modii excerpta dant *proavita*, quod & ſervant Beroaldinae quatuor, quinta 1520 mutavit in *peravita*, quod in pleriſque codicibus & editionibus veteribus & poſterioribus conſpicitur. porro *trophaea decori* in v. c. Perreji, in Groning. D'Orvill. Beroaldinis editionibus, Aldina 1515, Muretinis, Plantinianis, Raphelengianis, Paſſeratii & Broukhuſii. *decora trophaea* D'Orvill. pr. Scaligeri Excerpta & Vicentina. *decora trophaei* vel *trophei* Burmanni codex uterque, & Francii, Borrichian. Vatic. ſec. Mentelian. Leid. pr. Voſſian. prim. Voſſianus Heinſii, Brixien. Volſci, Scaligeri & Graſſeri editio, cum quibus conſentit *decora rophei* Venetae 1475. & *decorat trophei* Rheg. Lep. & Aldinae 1502. Hic forte verum vidit Caſpar Barthius Lib. XLIV. Adv. c. 26. legens:

Si cui fama fuit proavis decorata tropaeis.

quod & elegantiſſimum cenſet Burman. ad Ovid. IV. Her. 158. ſi quem vero *proavus* pro *proavitus* offenderit, cum Francio & Koppierſio legat, *proavûm*.

30. *Afra Numantinos regna loquuntur avos.*] Haec eſt magni Scaligeri reſtitutio ex antiqua lectione *Atra*, quae reperitur in ejus Excerptis, *Afra* confirmatur a margine codicis Colbertini. idque certum vocat Graev. Tom. IV. Syllog. p. 221. Scaligerum ſequitur Broukhuſius. Juvenal. Sat. VI. v. 169.

Malo Venuſinam, quam te, Cornelia, mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus adfers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.
Tolle tuum precor Hannibalem, victumque Syphacem
In caſtris, & cum tota Carthagine migra.

ſera Burmanni cod. prior, Francii, Heinſii, Borrich. Vatic. ſec. *Era* Voſſ. quart. *Etra* habet Voſſianus cod. Heinſii: *Aera* duo Leid. Voſſian. tert. Modii excerpta ſive Groning. Mentel. Colbert. Regius, Askew. Harlej. Venet. 1475. Rheg. Lep. Volſcus, Aldus. Et Auratus conjecerat:

Aera *Numantinos* priſca *loquuntur avos.*

Vera in D'Orvill. pr. v. c. Perreji, Regio, Vicentina, Beroaldinis, Colinaeana 1534, Muretinis, Plantinianis, Rapheleng. Graſſer. Paſſerat. quod non longe diſſidet a Lipſii *verſa*, quia

Scipio,

Altera maternos exaequat turba Libones,
Et domus eſt titulis utraque fulta ſuis.
Mox, ubi jam facibus ceſſit praetexta maritis,
Vinxit & adſperſas altera vitta comas,
Jungor, Paule, tuo, ſic diſceſſura, cubili.
In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar.

Teſtor

Scipio, ad quem genus referebat Cornelia, Numantiam evertit, Lib. IV. Antiq. Lect. cap. 4. idque ipſum *verſa* habebat Vatican. prim. Colot. margo v. c. Perreji & Vaticani ſec. *veſtra* Livinejus cogitaverat. *Et Numantinos* eſt in Burmanni altero & Voſſian. prim. Verbum autem *loquuntur* oſtendere videtur, Poëtam cogitaſſe verba Ennii ad Scipionem Africanum, apud Trebell. Poll. in Claud. cap. 7. *Quantam ſtatuam faciet Populus Romanus, quantam columnam, quae res tuas geſtas loquatur?* Eadem etiam in animo habuit fortaſſe Cicero, quum de eodem Scipione ſcriberet, Acad. IV. 2. *quum hiſtoriae loquantur.*

31. *Altera maternos exaequat turba Libones,*] *Exaequar* Leid. alter. *exaequet* Excerpta Modii. *hiſce aequat* conjicit Heinſ. in ora Aldin. *his aequat* Koppierſ. quod an neceſſe ſit, dubito. *Libones* legendum eſſe, monuit Beroaldus ad Sueton. Aug. cap. 62. licet haec Beroaldi nota in Graevii editione omiſſa ſit, exſtat in Edit. A. 1506. & ita jam edidit Volſcus, omneſque inſecuti; ego in ſolo invenio Groningano, reliqui codices omnes habent *ligones*, & ed. Ven. 1475. Rheg. Lep. Vicentina, imo ipſe Beroaldus in ed. 1487 adhuc in textu habet *liguones*, ſed in notis corrigit, quod receperunt in poëtae verba poſteriores Beroaldinae. vide Dauſquej. ad Sil. Ital. p. 232. nec novum eſſe Romanis materno etiam genere gloriari, docet Periz. Animadv. Hiſtor. cap. 3. p. 155. *turba*, imaginum, inquit Caſaubonus. Amicus autem vetus legendum conjiciebat:

Altera maternos exaequant aera *Libones.*

eo ſenſu, quo Claudianus Conſ. Prob. v. 18.

Nec quiſquam Procerum tentat, licet aere vetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma ſenatu,
Se jactare parem.

34. *Vinxit & adſperſas altera vitta comas,*] *Pinxit* Borrich. *vivat* Colbert., ſed *vinxit* in margine, quod in reliquorum textu eſt. *adſperſas*, in vetere codice a ſe lectum, admittere jubet Lipſius Excurſu ad Tac. III. Annal. ipſo fine. certe in v. c. Perreji & Vatican. primo & ſec. legitur: *junxit & aſperſas. acceptas* eſt in reliquis codicibus, &, quod mireris, in omnibus editionibus, ſola Broukhuſii excepta. *adſperſas* exponitur de ritu nuptiali, quo nubentium crines aqua adſpergebantur, ex noſtro Lib. IV. El. III. v. 15.

Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis
Vitta data eſt: nupſi non comitante Deo.

Lib. III. El. 12. 13.

—— *crines adſperſa pruina.*

Heinſius, etiam in ora Aldinae, tentabat, *Strinxit & exſperſas*, vel *obnuptas*, vel *inaſſuetas*, vel &, *Vinxit & adſtrictas.* Guyetus *exceptas.* Martialis Lib. X. Ep. 63.

Bis mea Romano ſpectata eſt vitta Terento.

ut pro *vita* legit Lipſ. ad Sueton. Tit. cap. 4. de matronali & virginali vitta vide Broukhuſium h. l.

35. *Jungor, Paule, tuo, ſic diſceſſura, cubili.*] Pro *ſic* cod. Regius & Ed. Rheg. Lep. Veneta 1475. Vicent. Vols. habent *cum.* Leidenſis prim. & Mentel. *deſcenſura.*

36. *In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar.*] nihil variant codd. nec editt. *Et lapide* Guyetus, *Ut lapide* Graevius Tom. IV. Syll. p. 222. & Heinſ. in ora Aldinae & alibi. pro *hoc* divinabat *huic* Marcilius ad Horat. p. 91. aliique, quod improbat Broukhuſius in notis ineditis. Amicus Eruditus:

In lapide o uni nupta fuiſſe legar!

 legor

Teſtor majorum cineres tibi, Roma, verendos,
Sub quorum titulis Africa tonſa jacet:
Et Perſen, proavi ſimulantem pectus Achillis,
Quique tuas proavo fregit Achille domos.

Me

legor mavult Koppierſius. Univirae celebrantur apud Gruter. Inſcript. p. 307, 3. p. 305. 2. & ſaepe in Graecis titulis. Epigramma in Anthol. ined.

Μουνόγαμος θνήσκω, δέκα δ' ἐν ζωοῖσιν ἔτη ζῶ
Νυμφικὴ, εὐτεκνίης καρπὸν ἀειραμένη.

Et harum laudes, praeter Interpretes ad h. locum & Koppierſio laudatos, perſecuti ſunt Interprett. ad Minuc. Felic. p. 226. Piccart. Peric. Crit. p. 27. Gronov. diatrib. Stat. p. 289. Marklandus ad Stat. Sylv. p. 242. & Burmannus ad Anthol. Lat. Tom. II. pag. 127.

37. *Teſtor majorum cineres tibi, Roma, verendos.*] praeſtantiſſimam primus recepi codicis Groningani lectionem, *verendos*, quae & in margine Colbertini comparet & apud Latinum Latinium. favet quoque Ovidius III. Her. v. 103.

Per tamen oſſa viri, ſubito male tecta ſepulcro,
Semper judiciis oſſa verenda meis.

vide Drakenborch. ad Liv. v. 28. §. 4. ceteri, *colendos*, quod a gloſſatore profectum arbitror.

38. *Sub quorum titulis Africa tonſa jacet:*] *jacet* edendum cenſui ex codice Burmanni pr. Heinſii & Borrich. quod & Francio placuerat. alii omnes *jaces*. *tunſa* legitur in plerisque codd. & editt. antiquis, etiam Beroaldinis A. 1487. 1491. & 1493. ſed Avantius in edit. 1500 mutavit in *tonſa*, quod inde omnes editiones habent, firmatum optimis codicibus Borrich. Groning. Mentel. Broukhuſii ſec. & Colbertin. & imitatione dulciſſimi Molſae ad Caeſarem v. 4.

Poſtque graves pelago exhauſtos terraque labores,
Quis auxit titulos Africa tonſa tuos.

unus Scaliger edidit, *tanta*, idque ex codice. *tota* in mentem venerat Paſſeratio, *toſta* Verburgio. *tonſa* de ritu tondendi captivos docte explicavit Broukhuſius; & ſic Marcilius ad Horat. pag. 75. Delrius ad illud Claudiani I. in Ruf. 379.

—— debellataſque draconum
Tonſa comas, imo barathri condere receſſu.

vide P. Victorii Var. Lect. XXVIII. 9. Brodaei notas ad Anthol. Gr. p. 439. 440. Lindenbrog. ad Paul Warnefrid. pag. 286. & Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 645. Rob. Titii expoſitionem caſtigavit Villiomarus pag. 130. eique fruſtra oblocutus eſt Titius in Aſſertione pag. 148. & ſeqq. ſed forte non eſt, quod *tonſa* ad morem ſervilem adſtringamus. Ita enim bellica clades aliquando ſignificatur. veluti Epigr. de Epaminonda apud Pauſan. in Boeot. p. 565.

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν.

quod Cicero vertit V. Tuſcul. 17.

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.

39. *Et Perſen, proavi ſimulantem pectus Achillis,*
Quique tuas proavo fregit Achille domos.]

cur ita ediderim, mox rationes reddam. ſuſpicor vero poëtam ſcripſiſſe:

Te Perſeu, *proavi ſimulantem pectus Achillis,*
Quique tuas proavo fregit Achille domos.

quod a codicum lectione & orationis contextu proxime abeſſe videtur. Corneliam non teſtari Perſea, ſed illum, qui fregit Perſea & ejus domos, obſervat Editor Elector. Etonens. quomodo autem Macedonum Reges, atque adeo Perſeus, ad Achillem genus retulerint, docet Heynius, Germaniae ſuae ornamentum, ad Virg. VI. Aen. 840. ubi idem Perſes, & victor ejus L. Aemilius Paulus Macedonicus intelligi poſſunt:

Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas,
Ipſumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli.

Perſen eſt quidem in plerisque codd. & Editt. ſed *Perſeu* in Vatic. prim. & ſic conjecit Beroaldus, editumque eſt in quatuor prioribus Editionibus, quae ejus habent commentarios. porro *ſimulantem* edidit primus, credo, Beroaldus, & in nota praetulit *τῷ ſtimulantem*. Eum ſecutae ſunt Editiones poſteriores ad unam omnes, & *ſimulantem* trium optimae notae codicum auctoritate & erudita adnotatione defendit Broukhuſius, & Modius p. 86. atque ita Vet. Liber apud Paſſeratium. neſcio an Propertius voluerit pungere Perſea, quod falſo Achillis animos, non ſecus ac genus, oſtentabat. Ipſe Perſeus ad patrem

Phi-

Me neque cenſurae legem molliſſe, nec ulla
Labe mea noſtros erubuiſſe focos.

Non

Philippum apud Livium Lib. XL. cap. 9. ait: *Non; nequidquam iſti unum Demetrium filium te habere, me ſubditum & pellice genitum adpellant.* ita & *ſimulare Maronem* dixit Phocas in vita Virg. v. 49. & hanc ſententiam egregie defendit Heinſius ad Vellej. I. IX. §. 4. probatque Graevius Tom. IV. Syllog. p. 227. & 229. ubi hic repetitionem vocis *proavus* damnat, ſed quae mihi, ſi eumdem Achillem reſpiciat, magnam videtur ſpirare elegantiam. fatendum tamen *ſtimulantem* eſſe in omnibus aliis codicibus, & editionibus, quae Beroaldum anteceſſerunt; (de editione principe mihi non ſatis conſtat.) quod antiqui illi Interpretes interpretabantur: ignavia ſua vexantem proavum Achillem mortuum; quod dubito, an cuiquam probaverint. majori ſolertia Lipſius in notis ad Vellej. I. VI. inde formabat:

Et Perſen proavo ſtimulantem *pectus* Achille.

exponebatque: excitantem ſe ad magna proavo Achille. atque ita Freinshem. ad Curt. Lib. IV. 6. §. 29. ex Silio Lib. XV. v. 291. de Philippo, Perſei noſtri patre:

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni,
Aeacidum ſceptris, proavoque tumebat Achille.

Idem Lib. III. 648.

Emenſis aderat Garamantum laetus harenis
Boſtar, & ut viſo ſtimulabat corda Tonante.

& Lib. XIV. 94.

Pyrrhus origo dabat ſtimulos, proavique ſuperbum
Aeacidae genus, atque aeternus carmine Achilles.

conf. ad Apulej. Lib. I. pag. 80. & hoc tuetur Heinſ. in Notis ad Prop. p. 760. ad oram Aldinae & in Adverſ. p. 31. vel, *ſtimulatum pectora*, Graeciſmo, & de ſuperbia Perſei exponit. quod non inprobat Graevius pag. 224. Tom. IV. Sylloges, modo codices ſuffragentur. pro *Achillis* legitur *Achilli* in Heinſiano, Voſſiano Heinſii, Burmanni altero. In brevi verſu omnes codices habent *proavo*, etiam Broukhuſiani & Heinſiani. vid. p. 31. Adverſ. ita & editio Vicent. & Beroaldina 1520; *proavos* legitur in Voſſ. quart. & D'Orvill. ſec. contra *proavus* in uno Groningano invenimus cum Broukhuſio, & in omnibus omnino editionibus, etiam Beroaldinis, quas voco, quatuor prioribus. Beroaldus tamen in notis legere jubet, *proavo*, quod & neceſſarium facit adjunctum *Achille*, ſexto caſu; nam ut illud vocandi caſu ab *Achillus* accipiatur, cum Guyeto ad Terent. Heaut. Act. 5. Sc. V. p. 187. aut per apocopen dictum pro *Achillen* cum Voſſio, aut Munckero ad Anton. Lib. cap. 34. pag. 227. admitti nequit, quamdiu nulla exempla poëtarum proferantur. Ultimam vero in Achille, vocativo, hoc loco male vulgo corripi, ſenſerat Paſſeratius, quamquam corruptis locis deceptus, poſſe corripi putaverat; monuit Heinſ. p. 31. Adverſ. & Cl. Schrad. p. 152. Emend. conf. & Heinſ. & Burm. ad Ovid. V. Metam. v. 242. conjecerat quoque Heinſ. in Adverſar. p. 31.

Quique ſuo tumidas *fregit Achille domos.*

vel in Epiſtolis ad Graev.

Quique ſuo fretas *fregit Achille domos.*

vid. Graev. p. 224. Ceterum mirum videri non debet, Corneliam hic L. Aemilium Paulum Macedonicum obteſtari, quem non tantum affinitate per maritum, ſed procul dubio etiam cognatione tangebat, cum & Africanus Major in matrimonio habuerit Aemiliam, M. Aemilius Lepidus aliam Corneliam, & Pauli Macedonici filius ab Africano Minore adoptatus fuerit. inde infra v. 53. Aemiliam Veſtalem memorat. Conf. & ſupra ad v. 11. Ita & Q. Maximus ex utraque gente, Paulis & Africanis, originem ducebat. vide Cic. in Vatin. c. 11.

41. *Me neque cenſurae legem molliſſe,*] in Regio, Harlejano, Vicentina & Beroaldinis quatuor, eſt *moliſſe*, in D'Orvill. pr. *in olliſſe*, unde Marklandus formabat *violaſſe*, quod & Heinſius ad oram Aldinae & ad Rapheleng. notaverat, ſed hoc deleto ſubſtituerat *ſolviſſe*. Cenſura hic ſumi poſſet pro gravitate & integritate morum. Caſaubon. ad Trebell. Pollion. in Gallieno c. 3. & Salmaſ. ad Capitolin. Antonin. cap. 22. p. 376. & hac ſignificatione paſſim ea vox occurrit apud Hiſtor. Aug. Scriptores; vide Spartian. in Peſcenn. Nigr. cap. 7. & Vulcatium in vita Caſſii cap. 12. & 13. hinc de Valeriano dicit Trebellius Pollio in ejus vita cap. 1. eum ita vixiſſe, *ut vita ejus videretur eſſe cenſura.* unde fuere, qui temere illum

Cen-

Non fuit exuviis tantis Cornelia damnum:
Quin & erat magnae pars imitanda domus.
Nec mea mutata eſt aetas: ſine crimine tota eſt.
Viximus inſignes inter utramque facem.

Mî

Cenſorem fuiſſe crediderint. Ovid. V. Faſt. 70.

Verba quis auderet coram ſene digna rubore
Dicere? cenſuram longa ſenecta dabat.

Si tamen Cornelia hic Cenſorem aliquem reſpexerit, crediderim illam non maritum Paulum Lepidum cogitaſſe, cujus Cenſuram infra v. 67 cum magna laude memorat, ſed potius aliquem ex Majoribus, quos modo obteſtata eſt; vel ex Corneliis, vel & ipſum Paulum Macedonicum, cujus Cenſura adeo fuit inſignis, ut de ejus muneris dignitate Plutarchus in iſtius praecipue vita egerit. Cornelia igitur ſe ſpecimen Cenſurae Majorum diceret. In minore verſu qui ante Scaligerum *veſtros* ediderit, nemo eſt; licet illud reperiatur in ejus excerptis, Francii codice, & variantibus apud Latinum Latinium. ceteri, *noſtros*, quod in Groningano, primo Leid. Borrich. Mentel. Colbert. Regiis. Itaque in textum reduxi, cum & Majores non vocandi caſu invocaverit. *focos* vocat *Lares*, qui ad focum ſtabant, vid. Cl. Erneſt. Clav. Cic.

43. *Non fuit exuviis tantis Cornelia damnum:*] Codex Burmanni alter & Voſſ. ſec. habet:

Confuit eximii ſtantis Cornelia damni.

fuit in omnibus codd. & edd. praeter Scaligeri librum, *erat* ſuppeditantem, quod ipſe cum Broukhuſio recepit. Unde *non tulit* Heinſio in mentem venit in Not. *exuvii ſtantis* Voſſianus Heinſii, *tantis* deeſt in prim. Leid. & Mentel. *damni* Voſſian. prim. Voſſianus Heinſii & D'Orvill. prim. *dandum* Voſſ. quart. & D'Orvill. ſec. *damno* cogitaverant Marklandus & Douſa P. ſed oſtendit Paſſeratius, caſum rectum pro dandi caſu poſitum eſſe. pudori titulis & imaginibus majorum, explicabat idem Douſa; ὃ κατήλεγχε Caſaubonus. Graecis etiam in uſu eſt, ὃ λωβή. *exuviae* Paſſeratius monſtrat eſſe victorias, triumphos. Claudianus Laud. Serenae. v. 46.

Claram Scipiadûm taceat Cornelia gentem,
Seque minus jactet Libycis dotata tropaeis.
Cardine tu gemino laurus praetendis avitas:
Inde Caledoniis, Auſtralibus inde parentum
Cingeris exuviis.

Francius ſuſpicabatur Propertium ſcripſiſſe: *exuviis damnum Cornelia tantis.* certe ita debuit ſcribere, ait Broukhuſius in notis, quas habeo, ineditis.

44. *Quin & erat magnae pars imitanda domus.*] ex ſolo Groning. ſolus Broukhuſius recepit *erat et*, cui viro quis aurium judicio ſe comparare auſit? reliqui codices & Editores *et erat.* & hoc vindicabat Marklandus illo Virgilii VI. Aen. 778.

Quin et *avo comitem ſeſe Mavortius addet*
Romulus.

eandem formulam bis Vellejo aſſeruit Cl. Ruhnken. Lib. I. cap. 1. §. 3. & Lib. II. cap. XCIV. §. 4. huic favet quoque lectio veteris c. Perreji, Colot. & Vatic. prim. & ſec. *Quin et eram*, quam cum Heinſio praeferam vulgatae. *erit* vir doctus excogitavit apud Koppierſium.

45. *Nec mea mutata eſt aetas: ſine crimine tota eſt.*] *eſt* in fine abeſſe poteſt, judice Koppierſio. nec habetur in D'Orvill. pr. nec in Vicentina, nec Beroaldinis quatuor prioribus. Eldikii inventum eſt:

——— *ſine crimine* totam
Viximus,

illa *ſine crimine* illuſtrant notae Bentleji ad Horat. I. Epiſt. 7. 56.

46. *Viximus inſignes inter utramque facem.*] Non vulgaris notae eſt conjectura, *inſontes*, quam Burmannus exemplari ſuo adſcripſerat, ut Dryope apud Ovidium IX. Metam. v. 373.

——— *patior ſine crimine poenam*,
Viximus innocuae, *ſi mentior, arida perdam,*
Quas habeo, frondes.

utraque fax eſt nuptialis & rogalis. ut & conjunguntur Lib. IV. El. 3. v. 13. Ovid. Ep. XXI. 172.

Et face pro thalami fax mihi mortis adeſt.

vide

Mî natura dedit leges a ſanguine ductas:
Ne poſſim melior judicis eſſe metu.
Quamlibet auſteras de me ferat urna tabellas,
Turpior adſeſſu non erit ulla meo.

Vel

vide Delrium in comment. ad Senec. Herc. in Oet. v. 1658. pag. 321. & Pricaeum ad Apulej. p. 240. ſeq. id illuſtratur monumento ſepulchrali Lucii Viſellii, quod Pariſiis olim luſtravi, edito in Muſeo S. Genovevae pag. 35. ubi duae faces in utroque marmoris latere indicant. Viſellium XXII annos vixiſſe inter nuptias & funus, ut explicat Molinetus pag. 41. adde Gorium Tom. II Inſcr. Florent. pag. 22.

47. *Mî natura dedit leges a ſanguine ductas*:] *dictas* Heinſius, cui adſentiebat Graevius Tom. IV Syllog. p. 222. ſed eum refellit Broukhuſius. Gratius Cyneg. v. 154.

—— *moreſque ab origine ducti.*

Ovid. IX Met. 264.

—— *nec quidquam ab origine ductum*
Matris habet.

frequens verbum de origine generis. ut *domus ab Agenore ducta* III. Metam. 257. Stat. IX. Theb. 446.

Ni mortalis ego, & tibi ductus ab aethere ſanguis.

Noſter ſupra; *a proavo ducta Conone domus.* cum hujus loci ſententia convenit Theocr. Idyl. XVII v. 13.

Ἐκ πατέρων οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον
Ὁ Λαγίδας Πτολεμαῖος.

Cic. pro Mur. cap. 31. *Eſt illud quidem exemplum tibi propoſitum domi; ſed tamen naturae ſimilitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque noſtrûm pervenire potuit.* In hanc mentem poſſis apud Plutarch. de Gen. Socr. p. 576. legere: ὁρᾷς, ὅτι φύσει πρὸς τὸ καλὸν, οὐχ ὑπὸ τῶν νόμων ἀγόμενος, τὸν μέγιστον ὑποδύεται κίνδυνον ἑκουσίως ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ut praecedens ſyllaba illud οὐχ abſorbſerit. Clem. Alexand. Strom. I §. 29 p. 427 τὸν ἅμα τῇ γενέσει φύσεως νόμον. ubi vulgo φύσει. pulchre ex veterum ſapientum placitis haec illuſtrat Guellius ad Virg. VII Aen. 203 pag. 375. Fruterius adſcripſerat: *ab ingenio Majorum*; Caſaubonus: *ego ſum* φύσει σπουδαία.

48. *Ne poſſim melior judicis eſſe metu.*] *Nec* eſt in Francii primo & Heinſii, & editione Brixienſi; in reliquis omnibus, numero infinitis: *Ne. poſſum* ex ſua conjectura & Francii edidit Broukhuſius, ſolus, nullo codice confirmante. hoc editor Elector. Eton. infeliciſſimum vocat, qui ex collatione libri Bodlej. profert, *Ne poſſim*, uti invenitur in Leid. ſec. Voſſ. tert. & quart. Burmanni pr. Vicentin. Beroaldinis, Aldinis, Muretinis, Plantinianis, Scaligeranis, Raphelengg. Graſſer. Paſſerat. & Wechel. idque non ſollicitandum eſſe, conſentiebant Heinſ. & Graev. Tom. IV Syllog. p. 224. *poſſis* in Burmanni altero, D'Orvill. ſec. Voſſiano, Heinſii, Colbert. Regiis, Askew. Venet. 1475. Rheg. Lep. Brix. Volſc. unde *Nec poſſis* Guyeto placebat. *Ne poſſem* in Leid. pr. Menteliano, Groning. quod Livinejus & Cl. Wakkerus probabant.

49. *Quamlibet auſteras de me ferat urna tabellas,*
Turpior adſeſſu non erit ulla meo.]

Cod. D'Orvill. pr. *Quilibet*. codices fere omnes, nec nulla editio, habent *Quaelibet*. Livinejus legere jubet: *Quamlibet*, quod ſuo calculo probarunt Guyetus, Graevius Tom. IV. Syllog. p. 227, editor Elector. Maj. qui in uno *Qualibet* invenerat, Heinſ. in Adverſ. p. 32. ubi Excerpta etiam Italica ſic habere monet, & Cl. Schrader. Emend. c. V. p. 89. Cum & in Colotiano & Vatic. ſec. exſtet, & ſenſus ita exigere videatur, Livinejo obſecutus ſum. pro *de me* Guyeto placuit *demum*, Koppierſio *in me*. In altero verſu *Turpior* nititur codice Heinſiano, & Heinſii Voſſiano, D'Orvill. duobus, Francii, Burmanni altero, Groningano, & pluribus, ni fallor, & editionibus omnibus; *aſſeſſu* codicibus Guyeti apud Heinſ. in Not. p. 760 & Palmerii libro apud Gebhardum; primus, qui Propertio reddiderit, occurrit Muretus, quem ſecutae Plantinianae, Raphell. Paſſerat. & Broukhuſ. quorum duo ultimi haec verba acceperunt de more, quo in judiciis amici reo adſidebant. non equidem is ſum, qui formam judicialem repudiem; veroſimilius tamen opinor, reſpexiſſe Corneliam ad ſedem, quae ſibi, judicio abſolutae, apud inferos adſignaretur, & qua nulli cognatae, caſtimoniae laude clarae, eſſet dedecori. Corneliarum propria & quaſi domeſtica

laus

Vel tu, quae tardam moviſti fune Cybeben,
Claudia, turritae rara miniſtra Deae.
Vel cui, commiſſos quum Veſta repoſceret ignes,
Exhibuit vivos carbaſus alba focos.

55. Nec

laus pudicitia. Virgilius VI. Aen. 431. & ſeqq.

Nec vero hae ſine ſorte datae, ſine judice ſedes,
Quaeſitor Minos urnam movet.

Formoſae adſident formoſis, Cynthia prima inter Heroïdas Moeonias, ſceleratae ſceleratis. Propert. ſupra El. VII v. 55 & ſeqq. Tibull. Lib. I. El. 3. Lucian. dialog. XVIII Mortuor. Amphiaraus fatidicus juxta Parcas apud Statium Lib. VIII Theb. 191.

Anne ſedes hilaris juxta, tua numina, Parcas?

fatendum tamen, vocem *adſeſſus* non alibi me reperiſſe. videamus reliquas variantes & Doctorum conjecturas. *aſceſſu* in D'Orvill. ſec. *acceſſu* in Vaticano prim. uno Regio, in Beroaldinis editt. in Colotianis duobus apud Heinſ. p. 232 Tom. IV Syllog. *aſcenſu* in Leidd. duob. Voſſ. tert. & quart. Mentel. Groning. Borrich. Vatic. ſec. Askew. *aſſenſu* in Voſſian. prim. Burmanni duobus, Francii cod. D'Orvill. prim. in Veneta 1475, Rheg. Lep. Vicent. Volſci, Ald. Muret. Scalig. & Graſſer. *Triſtior* eſt in v. c. Perreji, *At prior* in Excerptis Modii. *illa* in ſec. Leid. & Voſſ. tert. *Triſtior* vel *Turpior aſſeſſu* probabat Lipſius Lib. 4. c. 1. Antiq. Lect. de conſeſſu judicum intelligens. *Turpior a ſenſu* Barthius, quem refellit Burm. ad Anth. Lat. Tom. II p. 77. *At prior e ſexu*, conjecerat Heinſ. ad oram Aldinae; *At prior* probat Graev. Tom. IV. Syllog. p. 227. & 229. *e cenſu* Graevio memoratum, aliquando Heinſius, ſed delevit. Idem, *Strictior* vel *Caſtior e ſexu*, vel:

Strictior ad cenſus *non erit ulla* meos.

quod defendit in Adverſar. p. 32 & de tabellis diribitoriis comitiorum capit. vel, *Strictior at ſexus non erit ulla mei.* vide ejus Notas, Adverſar. & Epiſtolas p. 233, 234, 236. Tandem Eruditiſſ. Eldikius:

Quaelibet auſteras de me ferat umbra *tabellas*,
Triſtior ad ſenſum *non erit ulla* meum.

umbraſque nobiliores ad judicum munus vocari, monſtrat ex Senec. Herc. in Oet. v. 1557. in eadem ſede *umbra* divinaverat Broukhuſius in Notis MSS. & Cl. meus Waſſenbergius.

51. *Vel tu, quae tardam moviſti fune Cybeben,*
Claudia, turritae rara miniſtra Deae.]

variantes in hoc diſticho memorare non eſt tanti. *fune* intelligi poteſt de zona, vel cingulo, quo navem a Claudia attractam eſſe, narrant auctores, laudati ab Heinſio ad illud Claudian. de Laud. Seren. v. 18.

——— *flumine ducens*
Claudia, virgineo cunctantem crine Cybeben.

ubi aliquando Heinſius tentabat *fune*; ſed monitus poſtea, etiam capillum hac in hiſtoria memorari, ſe erraſſe adfirmat. apud Silium Ital. Lib. XVII. v. 40 eadem Claudia:

Teſtis, Diva, veni & facili me abſolve carina.
Tum ſecura capit funem.

rara conſtanter ſervant codices & editiones. *cara*, multis probatum, ſolus edidit Broukhuſius ex conjectura Heinſii ad Ovid. IV Faſt. 219 & in Not. Prop. ſed rectius ſapuit Heinſius, qui ſua ipſe vineta caedens exquiſitum illud *rara* ex Noſtri locis pulchre defendit. vide ejus & Graevii Epiſt. p. 233 & 234. *miniſtra*, ut Catullus Carm. LXIII v. 69.

Ergone Deûm miniſtra & Cybeles famula ferar.

de Claudia non poenitebit contuliſſe, quae habent Dukerus ad Liv. XXIX, 14, 12. & Drakenborchius ad Sil. L. I. v. 33 ad illam referenda eſt inſcriptio apud Maffejum in Muſeo Veronenſi pag. XC & CCLII. ſi vera eſt Burmanni conjectura ſupra Lib. II El. 21 v. 22. adde Matth. Aegyptium ad S. C. de Bacchan. pag. 78 & 79.

53. *Vel cui, commiſſos quum Veſta repoſceret ignes,*
Exhibuit vivos carbaſus alba focos.]

Vel cui, commiſſos magno conſenſu editiones & Groninganus. pro *vel cui* Harlej. *cujus.* pro *cui* etiam *cujus* in Leid. ſec. Voſſ. prim. tert. quart. D'Orvill. duob. pro *commiſſos* habent *raſos* Burmanni cod. alter, Voſſianus prim. Voſſian. Hein-

Nec te, dulce caput, mater Scribonia, laeſi.
In me mutatum quid, niſi fata, velis?
Maternis laudor lacrimis, Vrbiſque querelis,
Defenſa & gemitu Caeſaris oſſa mea.
Ille, ſua nata dignam, vixiſſe ſororem
Increpat: & lacrimas vidimus ire Deo.

Et

Heinſii, D'Orvill. prim. *yaſos* D'Orvill. ſec. & Leid. ſec. *hyaſos* Askew. *laſos* Voſſ. quart. *exſtinctos* Harlej. & Voſſ. tert. *latet aliquid*, adſcripſit Marklandus, forte *cujus caſtos*. pro *alba* eſt *alta* in marg. alterius codicis Burmanni. cur autem alba dicatur, vide apud Paſſeratium, hunc locum egregie de Aemilia, exſtincti ignis rea & a Veſta abſoluta, exponentem, & apud Guellium ad Virg. V. Aen. 744. & Claver. ad illud Claudiani Bel. Get. 232

—— *quid carmine poſcat*
Fatidico cuſtos Romani carbaſus aevi.

55. *Nec te, dulce caput, mater Scribonia, laeſi.*
In me mutatum quid, niſi fata, velis?]

In pleriſque codd. eſt *Strabonia*, ut in Veneta etiam 1475, Rheg. Lep. Vicent. & Brixien. *Scribonia* tamen in duobus D'Orvill. quod jam receperunt Volſcus & Beroaldus, primi commentatores, eoſque inſecuti. intelligitur Scribonia, Libonis ſoror, uxor aliquando Auguſti. vide Periz. Epiſtol. ad Morell. de Num. Conſul. pag. 222. & Morellii ipſius Theſ. Fam. Rom. T. I p. 375. de ea legi merentur, quae congeſſerunt eruditi interpretes Suetonii in Aug. c. 62. ceterum reſpicit forte Virgil. IV Aen. 492.

Teſtor cara Deos, & te, germana, tuumque
Dulce caput.

brevi verſui adſcripſerat Fruterius: *quid praeter fata in me mutatum cupias? ſcil. mortem meam graviſſime fers.* conf. Behot. Lib. I. c. 14. Apophor. & Burm. ad Tom. I. Anth. Lat. p. 285.

57. *Maternis laudor lacrimis, Urbiſque querelis,*
Defenſa & gemitu Caeſaris oſſa mea.]

pro *querelis* apud Latinum Latinium, *tumultu*. *Deffenſa* in Vicentina, *Defenſa* eſt in omnibus codd. nullo excepto, quod teſtatur Lipſius quoque & Heinſ. Adverſ. p. 33. etiam in Ven. principe 1472 & in Ven. 1475, Rheg. Lep. imo in ipſius Volſci editione 1488; ſed hic in notis ait: *emenda, defleta;* quod habent omnes Beroaldinae, Aldinae, Muretinae, Plantinianae, Raphelengg. Graſſer. Paſſer. Wechel. idque tuetur Guther. Lib. II de jure Man. cap. 4. conf. eund. p. 213. ſed bene habet, quod *defleta* ejecit Scaliger, eumque ſecutus Broukhuſius, quem vide. *Defuſa* Lipſ. Lib. IV Antiq. Lect. c. 1. jure a Paſſeratio & Gutherio improbatum. oratione funebri Corneliam ab Auguſto laudatam, ſuſpicari quis poſſet, unde *Deo*, Caeſari Auguſto, lacrimas dicat iviſſe. obſtat tamen Tranquilli hac de re ſilentium. judice Marklando, imitatur hunc locum Albinovanus Epiced. Druſi v. 465.

Denique laudari ſacrato Caeſaris ore
Emerui, lacrymas elicuique Deo.

Idem,

Et voce & lacrimis laudaſti, *Caeſar, alumnum.*

pro *mea* in cod. Regio eſt *mei*.

59. *Ille, ſua nata dignam, vixiſſe ſororem*
Increpat: & lacrimas vidimus ire Deo.]

haec vera mihi videtur hujus loci ſcriptura, pleriſque etiam codicibus nixa. queritur Auguſtus, vixiſſe, non amplius vivere, ſororem, dignam ſua nata, i. e. Corneliam ſororem dignam Julia. Albinov. ad Liv. v. 343

Femina digna illis, quos aurea prodidit aetas,
Principibus natis, Principe digna viro.

Increpat, conqueritur, ut Lib. III El. VIII v. 10

Alcyonum poſitis requieſcant ora querelis,
Increpet abſumtum nec ſua mater Ityn.

Magnus Scaliger olim interpretabatur: *Caeſarem ſolere praedicare, me (Corneliam) fuiſſe dignam,*

quae

Et tamen emerui generoſos veſtis honores,
Nec mea de ſterili facta rapina domo.
Tu, Lepide, & tu, Paule, meum poſt fata levamen!
Con-

quae illius filia eſſem, non ſororem Juliam, tot impudicis factis ſuis infamem. cum Scaligero facit Paſſeratius, & Lipſius Lib. IV Antiq. Lect. c. 1. quorum hic proinde praefert lectionem codicis Colotiani:

Ille ſuam natam indignam *vixiſſe* ſorore
Increpat.

quae lectio conſpicitur etiam in v. c. Perreji & pr. & ſec. Vatic. niſi quod hi pro *indignam* habeant *in digna.* In lectione quidem Scaligerana aut conſtructio ſibi non conſtabit, aut intelligenda erit ſoror Auguſti, quae digna ſit eſſe ſua nata. quod quale ſit, vides. praeterea non videtur Propertius tam importune Auguſto filiae dedecus exprobraturus fuiſſe, ſed potius eam laudando adulaturus. In quo Princeps Elegiographus ſi peccarit, habet multorum exempla, quibus ſe defendat. & hoc tempore Julia, femina ſingularis ingenii, a multis colebatur, relegata demum annis circiter quatuordecim poſtea. Cl. Wakker. in Amoen. Lit. legebat:

Ille ſua nata dignam vixiſſe ſorores
Increpat.

intelligens *Parcas*, quas ſic abſolute dictas, non memini me legere; teſtor tamen, ne cui injuriam faciam, *ſorores* exhibere codicem Palatinum papyraceum. neſcio an tanti ſit monere, Heinſium in Notis velle:

Ille ſua natam dignam *vixiſſe* ſorore
Increpat.

61. *Et tamen emerui generoſos veſtis honores,*] Nulla eſt varietas nec codicum, nec editionum in toto diſticho. in initio verſus *Sed* vult Koppierſius; Ovid. tamen III Amor. El. I. v. 47.

Et tamen emerui plus, quam tu, poſſe, ferendo
Multa.

Beroaldus, cum quo faciunt Livinejus, Turnebus, Broukhuſius, Behotius, Graevius, & editor Elect. Major. intellexit hic veſtem matronalem, matribus ſcilicet trium liberorum conceſſam, cum & duos natos & filiam memoret Cornelia. ad quam interpretationem facit verſus minor. Paſſeratius referebat ad funus Cenſorium, vel ad jus matronarum ſtolas habendi. Scaliger ex hoc loco eliciebat, efferri ſolere ornamentis Conſularibus matronas, quorum filii magiſtratus curules geſſiſſent. Scaligero obloquitur Bonada in Diſſert. de noviſſimis Connubii affectibus, quam dedit Tom. II Carm. ex lapidib. collect. ubi p. 57. hunc locum explicat de ſtola ſeu tunica talari, zona cincta, manicisque inſtructa; & p. 62 *generoſos honores* exponit coronam capiti impoſitam. Sed, cum nemo eorum teſtibus ſatis locupletibus cauſam inſtruxerit, prius medicina, quam interpretatio quaerenda. Heinſius in Adverſar. p. 33 ſic legebat:

Et tanti *emerui generoſos* teſtis *honores.*

apud quem in notis occurrunt quoque, qui *ventris* legerint. uti *venter* pro infante apud Horatium Ep. 17 v. 50, ubi vide Bentlejum. *generoſae veſtis* adridebat Burmanno, idemque Koppierſio. mihi placet, *ſtirpis.* confer ad h. l. Lactantium Gallaei p. 156.

62. *Nec mea de ſterili facta rapina domo.*] *rapina* nonnulli cum Claverio ad Claudian. II de Rapt. Prof. 236. acceperunt de matrimonio Corneliae, cum more antiquo rapi ſimularetur virgo a marito; ſed alii rectius de vi fatorum ineluctabili, quia immatura aetate obiit, ut infra v. 66. Fuit, qui utramque interpretationem ſimul hic admitteret, quod perquam commodum. *ſterilem domum* Graevius Tom. IV Syll. p. 227. comparat cum Homeri δόμος ἡμιτελής, de quo lege Cl. Ruhnken. ad Timaei lex. Platon. p. 160. *toro* etiam Heinſius tentat p. 33. Adverſ.

63. *Tu, Lepide, & tu, Paule, meum poſt fata levamen!*] *Tu-tu* ex Groningano primus recepit Broukhuſius, ut videtur, rectiſſime. ita etiam

Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.

Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulem:

etiam in Colotiano. idem probat Graevius Tom. IV Syllog. p. 224. reliqui codices omnes & editiones, ingenti numero, *Te-te*, quod pendeat a ſequenti *vidimus*. porro reſpicit forte illud Virg. III. Aeneid. 709.

—— *omnis curae caſuſque levamen.*

64. *Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.*] pro *veſtro* in Askew. *noſtro. limina* in D'Orvill. pr. *lumina* eſt in Voſſiano Heinſii, D'Orvill. ſec. Menteliano, Burmann. altero, Scaligeri Excerptis, Colotiano, Groning. apud Latin. Latinium, ed. Vicent. Beroaldinis, Scaligeri poſteriore, Raphelengg. Paſſer. Broukh. *lumina veſtra* in codd. Fulvii & Mureti apud Lipſ. Lib. IV Antiq. Lect. c. 1. *numina* eſt in Burmanni cod. pr. in Heinſian. Regio, edit. Venet. 1475. Rheg. Lep. Volſc. Aldi, Muret. Plantin. Scaligeri priore, Graſſer. Wechel. quod tuetur Guther. Lib. II de jure Man. cap. IV p. 181. *nie* in Askew. Fruterius & Heinſius etiam legendum conjecerunt: *Condita ſunt* noſtro nomina veſtra *ſinu*; quod horum virorum elegantia non indiguum. Scaliger in prima editione in notis edidit quoque:

Condita ſunt veſtra *lumina noſtra* manu.

quod fugit Heinſium ad Ovid. III Triſt. 3. 44., Graevium, p. 227. Francium, & Marklandum, idem tentantes. Hoc ritu certe nihil vulgatius. Nec valde refrager hanc lectionem praeferentibus. confunduntur quoque hae voces apud Claudian. de bell. Gild. v. 394. vide ibi Heinſ. verum tamen non facile Broukhuſium, qui vulgatam, omnibus codicibus & editionibus ſubnixam, defendit, deſerendum cenſeo. potuit fieri, ut maritus, frater, mater vel ſoror etiam Julia, quae omnes erant ſuperſtites, clauſerint oculos Corneliae, *in ſinu* filiorum poſitae: quo ſenſu non inepte ab alio jam huc adhibitum ſit Callimachi illud: *in manibus* ſive *in amplexu*: Epigr. 42.

Καὶ μοὶ τέκν' ἐγένοντο δύ' ἄρσενα, κὴπέμυσ' ἐκείνων
Εὐχήρους ἐνὶ χερσὶν, ἔρπε χαίρων.

confer D'Orvillium ad Chariton. p. 98. quid? quod oculos clauſuri morientem ſinu tenerent; ut fere eaedem res ſint. Albinov. qui totum actum deſcribit, ad Liv. v. 89 ſeqq.

Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidiſti: lacrimas vidit & ille tuas.
Adfigique ſuis moriens tua pectora ſenſit,
Et tenuit vultu lumina fixa tuo:
Lumina coerulea jam jamque natantia morte,
Lumina, fraternas jam ſubitura manus.
At miſeranda parens ſuprema neque oſcula fixit,
Frigida nec fovit membra tepente ſinu.

65. *Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulem*:] fratrem Scipionem Coſ. A. U. 738 plerique intelligunt, ſolus Livinejus C. Claudium Marcellum; quod vellem ex hiſtoria probaſſet, ut de cognatione inter gentem Corneliam aut Aemiliam & Claudiam conſtaret. ita enim ſupra v. 52 mentio Claudiae & ad generis oſtentationem opportune facta eſſet, nec ſola eſſet Claudia, quam ex memoratis Propertio in hoc epicedio ad Corneliae Majores referre non poſſis. habet Muratorius Theſ. Inſcr. p. 952. n. 8. lapidem, in quo Aemilia & Claudia gens conjungi videntur: FAVSTVS MARCELLAE PAVLI PISTOR. *ſellam geminaſſe curulem* plerique explicant, duos magiſtratus Curules geſſiſſe. ut dixit Ovid. III ex Ponto IV v. 99.

—— *geminabit honorem*
Filius, & junctis, ut prius, ibit equis.

eoſque continuos hic intelligit Gevart. ad Stat. I Sylv. 3. p. 18. videtur autem hoc diſtichon ab omnibus codd. & editt. ſuo loco poſitum, ſaltem non tranſponendum poſt v. 60, ita:

—— *& lacrimas vidimus ire Deo.*
Vidimus & fratrem &c.

nam in v. 60. *vidimus* notat, ſe vidiſſe, cum jam funus eſſet, ut apud Albinov.

Et ſenſi exſequias funeris ipſe mei.

in noſtro autem verſu 65 *vidimus* notat, ſe vidiſſe

Conſule quo facto, tempore rapta ſoror.
Filia, tu ſpecimen Cenſurae nata paternae,
Fac teneas unum, nos imitata, virum.

Et

diſſe vivam; quod ambiguitatis vitium poëta, ſi quis alius, praeſtantis judicii, vitaſſet.

66: *Conſule quo facto, tempore rapta ſoror.*] Soror, ipſa Cornelia, ſoror Conſulis; nam male nonnulli de Corneliae ſorore accepiſſe videntur. pro *facto* Askew. *pacto*. pro *ſoror*, Harlej. *fuit*, unde *fui* tentari queat. Koppierſius propoſuit:

Conſule quo, feſto *tempore*, *rapta ſoror.*

tempore alii interpretantur, tempeſtive, opportune, fratris viſo Conſulatu. *ex tempore* conjecerat Fruterius, Heinſius quoque ad oram Aldinae. *tempore* editor Elector. Eton. cenſebat gloſſema eſſe, & pro eo Heinſ. in Not. ad Propert. *tu mea* vel, *tu modo*. Idem ad oram Aldinae & in Epiſt. ad Graev. (vid. ibi p. 229 & p. 233) & Broukhuſius toti loco medicinam magis violentam adhibebant:

Conſule quo fati crimine *rapta ſoror.*

colores poëticos variavit Albinov. v. 139

Nunc primum adſpiceris Conſul victorque parenti.
Sic mihi, ſic miſerae nomina tanta refers?
Quos primum vidi faſces, in funere vidi;
Et vidi everſos, indiciumque mali.
Quis credat? matri lux haec moeſtiſſima venit,
Qua natum in ſummo vidit honore ſuum.

67. *Filia, tu ſpecimen Cenſurae nata paternae,*] In optimis quindecim noſtris, vel quorum excerptis utimur, codicibus eſt, *ſpecimen*, & in Vicentina, poſt quam immerito ab editionibus exulavit uſque ad Scaligerum, qui in priſtinam ſedem illud revocavit, & aſſenſores invenit Raphelengium, Paſſerat. Broukh. qui & defendit. idque antea Lipſius Lib. IV Antiq. c. 1. & ad Tacit. III Annal. c. 4. ex codicibus reſtituendum monuerat. in quatuor codd. & editionibus reliquis eſt *ſpeciem*. ita *morum ſpecimen* pro *ſpeciem* Burmannus reſtituit Epitaphio veteri Tom. II Anth. Lat. p. 281, ubi vide & ad pag. 246. ſic apud Auſonium in Parental. Ep. XXIII.

Amiſſi ſpecimen qui genitoris eras.

apud quem in Epigram. LX de bucula Myronis, legebat Heinſius,

Viva tibi ſpecimen *vacca Myronis erit.*

pro *ſpecies*. lege J. quoque Schulting. ad Senecae Controv. pag. 60. *nata* ex ejuſdem Lipſii conjectura recepit Broukhuſius, & ante eum Raphelengius, & qui hunc expreſſit, Douza filius; cui fidem faciunt cod. Heinſii, ejuſdem Voſſianus, Mentelianus, Groning. Francii, Borrich. Colbert. *nacta* Voſſ. tert. duo D'Orvill. Harlej., & Editores alii. & *ſpecimen - nacta* defenderat Graev. Tom. IV Syll. p. 221. Heinſ. in Not.

Filia, da *ſpecimen Cenſurae* nupta *paternae.*

vel *pacta*. ſed ſatius eſt in vulgata acquieſcere.

68. *Fac teneas unum, nos imitata, virum.*] *torum* ſuſpicabatur legendum Marklandus. ſuam lectionem tuetur Propertius ſupra El. 7

Nunc te poſſideant aliae, mox ſola tenebo.

Hoc autem & duo ſequentia diſticha Scaliger trajecit poſt verſum 96, *Prole mea Paulum ſic juvet eſſe ſenem.* nullam, cur ita fecerit, nec ipſe rationem reddens, nec quiſquam eorum, qui trajectionem eam ſecuti ſunt. itaque fuit, qui eam nulla de cauſa factam eſſe, cenſuerit. ſed cum Cl. Schraderus, vir in hac poëtarum Latinorum criſi primarius, eam tranſpoſitionem probaverit rationibus ſpecioſis additis, a me, quare a viro, mihi conjunctiſſimo, licet invitus, diſcedam, rationem merito quis exigat. ait Cl. Schraderus Emendat cap. IX p. 184. „ Verſus hujus Elegiae foediſſime perturbati ſunt. Ipſa ratio tamen Criticos docere poterat, eam ſic contextam fuiſſe, „ ut Cornelia, virum ſolata, cauſſam oraret, „ cauſſaque perorata, liberos illi commendaret, „ ipſoſque officii & pietatis, patri praeſtandae, „ admoneret. Itaque laudandus eſt Scaliger, „ quod verſus: *Filia, tu* &c. qui in ſcriptis

„ libris

Et ſerie fulcite genus. mihi cymba volenti
Solvitur, aucturis tot mea fata malis.

Haec

„ libris ante commendationem liberorum collo„ cantur, in finem carminis rejecit. ſed hoc „ amplius ultimi verſus ponendi ſunt ante ver„ ſus, *Nunc tibi commendo.*" Sed primo Amicum eruditiſſimum rogatum velim, quare, ſi Cornelia, ſterilitatis turpitudinem a ſe amolitura, v. 63 duos filios memoraverit in cauſa agenda, non filiam quoque memorare poſſit. & cur, cum in Scaligerana tranſpoſitione de filijs quidem, ſed nondum de filia mater locuta ſit, dicat, totam catervam in exſequias ſuas veniſſe? nam v. 97 & 98 Scaliger & Cl. Schraderus conglutinant verſui 66. Imo vero egregia animi ſenſa & exempla pietatis erga liberos & amoris erga maritum, poſt mortem etiam ſuperſtitis, in ipſa cauſae actione judicibus ad ſui commendationem, atque adeo toti poſteritati exponit & oſtentat. ſed praeterea Scaligeri & Cl. Schraderi ordo hoc quoque habet incommodi, quod eo admiſſo non commendetur patri filia, quia nulla ejus mentio commendationem praeceſſit; nec moneatur novercam ferre, nec adeo ipſi mater vitam longaevam apprecetur, quam filiis vovet v. 95. nec filia ſit inter teſtes, qui matrem ad ſepulcrum fleverint v. 99. quas ſalebras omnes, ſi vulgatum codicum ordinem retineamus, evitabimus; denique nihil opus erit confugere ad durum illud *fulcito* in v. 69, aut ad Heinſii explicationem: *fulcite, tu ac vir* (cujus nulla mentio fieri potuit in hoc carmine); ſed *fulcite* continuata oratione ad omnes liberos referetur.

69. *Et ſerie fulcite genus. mihi cymba volenti*] pro *Et* Withofio placuit *Vos* in Encaen. Crit. p. 321. *fulcire* eſt in Voſſ. 1. quod volebat etiam Heinſ. ad oram Aldin. & in Adverſ. p. 34. ut ſit pro fulciare, ſive fulciatur. *fulcito* Graev. Tom. IV Syllog. p. 227, 229, 233. ſed vide ad verſ. praeced. *cymba*, ut Virg. IV Georg. 506.

Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.

70. *Solvitur, aucturis tot mea fata malis.*] In hac tam contaminata Elegia, neſcio an verſus ſit depravatior. Editiones ultra viginti & codicem Groninganum ſecutus, edidi id, cui nullus ſubeſt ſenſus, cum in nullo codice aut editione lectionem invenerim, quae intelligi poſſet. Aquam ſibi haerere fatetur Lipſius Lib. IV Lect. Antiq. c. 1. depravatiſſimum locum vocat Heinſius in Adverſar. p. 34. obſcuriſſimum Marklandus. Burmannus etiam editioni Broukhuſianae adſcripſerat: editam hic lectionem non capio. Fruterius explicabat: lubens moriar, ne plura, ſi ſupervivam, videam mala. quo fere modo Beroaldus. ſed recenſeamus codicum & Eruditorum lectiones. *auctoris* D'Orvill. pr. *unturis* Scalig. Excerpt. *uncturus* Askew. & Harlej. *vincturis* Leid. ſec. *juncturis* Heinſian. & Burmanni pr. ut apud Lipſium etiam, ubi alii duo: *ſolvar juncturis*, unus, *ſolvit* (quod ſane exquiſitius, quam *ſolvitur*) *juncturis*. *uncturis* eſt in Leid. pr. in Voſſ. prim. tert. quart. Burmanni altero, D'Orvill. ſec. Voſſiano Heinſii, Mentel. Modii Excerpt. Borrich. edit. Ven. 1475. Rheg. Lep. & Volſci. *ſolvit venturis* habent pr. & ſec. Vatic. v. c. Perreji, Colot. alius vero Colotianus apud Lipſ. habet, *Solvitur haud ullis ſtant mea fata malis*. quod Excerpta quoque Italica agnoſcunt. quae Lipſio ſuppoſita videbatur lectio. Graevius tamen p. 230 Syllog. Tom. IV inde exſculpebat: *Solvitur, haud ullis poſt mea fata malis.* idem p. 227 divinaverat, *Solvitur aucturis non m·a fata malis*, conf. Heinſ. ibid. p. 233, qui in Adverſ. p. 34 tentabat *urſuris*, & in ora Aldinae, ubi etiam *aucturis*: nec tamen ſeſe hinc expedire fatebatur vir ingenioſiſſimus pariter & candidiſſimus. Paſſeratius in ipſo poëta edidit: *aucturis malis*. ſed in ſignatura notarum: *uncturis meis*, quod credo illum hauſiſſe ex Brixienſi editione. eandem lectionem probat Guyetus. Editor Elect. Eton. tentabat:

Solvit, lucturis *tot mea fata* meis.

ſane non infeliciter, niſi quod nimius ſuorum luctus Corneliae cauſa eſſe non debuerit, cur morte gauderet. quod ſi haec ſententia placeat, videri poſſit Propertius in animo habuiſſe nobile Solonis dictum apud Stobaeum Serm. CXXI. p. 610.

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

quod Cicero vertit I Tuſcul. c. XLIX.

Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

quid vetat, quo minus ipſe quoque ſymbolam conferam meam?

Solvit, vecturis *tot mea fata* vadis.

mea

Haec eſt feminei merces extrema triumphi,
Laudat ubi emeritum libera fama rogum.
Nunc tibi commendo, communia pignora, natos.
Haec cura & cineri ſpirat inuſta meo.
Fungere maternis vicibus, pater. illa meorum
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula quum dederis tua flentibus, adjice matris.
Tota domus coepit nunc onus eſſe tuum.
Et, ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illis,
Quum venient, ſiccis oſcula falle genis.

Sat

mea fata dicit, i. e. me fatis agitatam, quibuscum luctari potuit matrona nobiliſſima, ſocero olim a Triumviris proſcripto, matre autem ab ipſo Caeſare repudiata. ſic *noſtros amores* pro *nos amantes* L. II XXI. 39.

Una ratis fati noſtros portabit amores,
Caerula ad infernos velificata lacus.

conferantur etiam, quae infra ad ultimum verſum notabo. pro *fata* in Heinſiano & Borrich. eſt *facta*. pro *malis* Palmerius legerat, *bonis*.

72. *Laudat ubi emeritum libera fama rogum.*] *Emeritum rogum* Broukh. ſupra ad El. V hujus Libri v. 16. explicat, rogum, qui deſiit ardere. conf. Heinſ. ad Ovid. XV. Metam. 186. *immeritum* reponebat Marklandus, quod argutum nimis. pro *rogum* volunt *torum* Cl. Schrader. Emend. p. 184. & Koppierſ.

73. *Nunc tibi commendo, communia pignora, natos.*
Haec cura & cineri ſpirat inuſta meo.]

adhaeret Maroni II Aen. 789.

Jamque vale, & nati ſerva communis amorem.

pari modo mater apud Charitonem Lib. VIII cap. 4. p. 134. εἰμὶ γὰρ τῇ ψυχῇ μετὰ σοῦ διὰ τὸν κοινὸν υἱὸν, ὃν παρακατατίθημί σοι ἐκτρέφειν τε καὶ παιδεύειν ἀξίως ἡμῶν, ubi quae porro addit de noverca, μὴ λάβῃ δὲ πεῖραν μητρυίας & cet. cum ſequentibus Propertianis v. 85 comparat D'Orvillius in Animadv. p. 682. *inuſta* magnam vim habet. Cic. II. de Orat. c. 45. „ omnes ii motus, quos orator adhibere volet „ judici, in ipſo oratore impreſſi eſſe atque „ *inuſti* videbuntur.

75. *Fungere maternis vicibus, pater.*] concinit illud Alceſtidis Euripideae v. 377

Σὺ νῦν γενοῦ τοῖσδ᾽ ἀντ᾽ ἐμοῦ μήτηρ τέκνοις·

quem primus Scaliger comparavit.

77. *Oſcula quum dederis tua flentibus, adjice matris.*
Tota domus coepit nunc onus eſſe tuum,]

matrem conparet in cod. Burmanni pr. Heinſii, Francii, duobus Broukhuſii, & edit. Vicent. ſed elegantior eſt lectio, *matris*, quam Beroaldus in textum recepit, cum in nota dicat: *adjice mater; legendum eſt matris*. & Beroaldo nemo non Editorum obedivit, quod mihi quoque faciendum putavi, praeſertim codice Groningano clare *matris* exhibente. *mr̄* & *mater* eſt in codicibus numero infinitis, & in edit. Venet. 1475, Rheg. Lep. Brix. Volſci. *onus* hic dicitur, quae *ſarcina* Ovidio III. Triſt. 14. & ex Ponto I. 2, 147, ut Marklandus obſervat.

79. *Et, ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illis,*
Quum venient, ſiccis oſcula falle genis.]

Sed in initio volebat Burmannus. *Fle* Withof. Encaen. Crit. p. 221. *quid — eris* ab omnibus ad unam editionibus, ſed a nullo, quod ſciam, codice, niſi a Groningano, (forte ab excerptis etiam codicum, qui cum editionibus conſentiebant,) confirmatur; reliqui mira pertinacia ſervant *quis erit*. in minore verſu, *fige* in Voſſ. tertio, ſed ſolo, quod favet Koppierſio, ita ex ingenio refingenti. Burmannus rogabat, an *finge*? quod idem vir ingenioſiſſimus ad Anthol.

Sat tibi ſint noctes, quas de me, Paule, fatiges:
Somniaque in faciem credita ſaepe meam.
Atque, ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris,
Ut reſponſurae ſingula verba jace.
Seu tamen adverſum mutarit janua lectum,
Sede-

thol. T. I. p. 162. reſtitui volebat Val. Flacco VIII. v. 483. pro *ſtringunt.*

Hei mihi, cur nullos fingunt *tua lumina fletus?*
Ut me mox merita morituram patris ab ira
Diſſimules?

Cl. autem Ruhnkenius:

Hei mihi! cur nullo tinguuntur *lumina* fletu?

ut apud Ovid. II. Metam. 621. & Stat. VI. Theb. 385. Quod ſi inter hos Latinitatis Duumviros, quorum in amicitia & in eruditione paria in me merita agnoſco, judex ſedere debeam, Ruhnkenio felicius hoc loco rem ceſſiſſe, arbitrer. Necdum tamen apud Propertium illud *falle* damnare auſim; Paſſeratius defendit illo Noſtri:

Et ſua nocturno fallere terga lupo.

ſimile eſt Ovid. XVI. Her. 240.

Ah! quoties lacrimis venientibus ora reflexi?
Ne cauſſam fletus quaereret ille mei.

& pulcherrimus Plinii locus L. III. Epiſt. 16. *Cum diu cohibitae lacrymae vincerent, prorumperentque, egrediebatur; tunc ſe dolori dabat. ſatiata, ſiccis oculis, compoſito vultu redibat, tanquam orbitatem foris reliquiſſet.*

81. *Sat tibi ſint noctes, quas de me, Paule, fatiges:*
Somniaque in faciem credita ſaepe meam.]

ſint in Excerpt. Modii, Groningano, & Vatic. ſec. quod primus edidit Scaliger, dein Raphelenġ. Douza, Paſſerat. & Broukh. reliqui codices & Editt. *ſunt. fatigas* eſt in D'Orvill. pr. Burmanni altero, & in Voſſiano Heinſii. mox pro *credita* Voſſ. tert. & quart. praebent *tradita*, quod erat quoque in Commelin. Gebhardi, & juvat optimam Graevii conjecturam, *reddita*, i. e. data p. 222. & 224 Tom. IV Syllog. Douza P. adſcripſit Plautinum: *In faciem verſus Amphitryonis Jupiter.* & Propert.

Arboris in faciem condita Myrrha novae.

ceterum totus hic locus forte ductus ex Euripid. Alceſt. v. 355. & ſeqq.

Σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν
Εἰκασθὲν, ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται,
Ὧι, προσπεσοῦμαι, καὶ περιπτύσσων χέρας,
Ὄνομα καλῶν σὸν, τὴν φίλην ἐν ἀγκάλαις
Δόξω γυναῖκα, καίπερ οὐκ ἔχων, ἔχειν.
Ψυχρὰν μὲν οἶμαι τέρψιν. ἀλλ' ὅμως βάρος
Ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν. ἐν δ' ὀνείρασι
Φοιτῶσά μ' εὐφραίνοις ἄν. Ἡδὺ γὰρ φίλον
Κἂν νυκτὶ λεύσσειν, ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον.

nam ex hac ſcena Propertium multa in hoc carmine, & Ovidium XIII. Her. v. 155, ſumſiſſe, crediderim. conf. ibid. v. 305 & ſeqq.

83. *Atque, ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loqueris,*
Ut reſponſurae ſingula verba jace.]

loquaris in uno Voſſ. quart. *tace* pleroſque codd. & editiones, Volſcinam quoque, ad Beroaldi uſque tempora obſedit, qui *jace* recipiendo poſterioribus editoribus omnibus praeivit. idque firmatur codice Groningano & ab ipſo Aurelio noſtro Lib. II. El. VII. v. 38. Lib. IV. El. IX. v. 32. ubi *jacere verba* uſurpat. confer Douzam ad Catulli ultimum Epigramma, & Anth. Lat T. I. p. 600. porro Marklandus notat „ ſolent mortuorum vel abſentium imagines, velut praeſentes, alloqui. Ovid. XIII. Her. 152." qui locus ex hoc expreſſus eſt. plura hujus moris exempla, praeter laudatum Euripidis, vide apud Anacreon. Od. XXVIII. Ovid. VII. Heroid. v. 99. 101. Rem. Amor. 724. Stat. III. Sylv. 3. v. 200. ſeqq. Apulej. Lib. VIII. Metam. p. 157. confer Barthium Adverſ. Lib. IV. c. 22. & notas ad Silium VIII. 91. ad hoc refer gemmam apud Mariette Tom. II. *des pierres gravées*, ubi uxor J. Caeſaris ſedens ejus imagunculam adloquitur. credebant autem veteres haec ſimulacra adnuere, vel negare. D'Orvill. ad Charit. p. 169. quomodo autem ab his antiquis Magiſtris proficere poſſint recentiores poëtae, qui doceri velit, legat Balthaſ. Caſtilionum in Carmin. quinque illuſtr. poët. p. 345.

85. *Seu tamen adverſum mutarit janua lectum,*] primus Scaliger ad Feſtum v. *Putus*, & poſt eum plu-

Sederit & noſtro cauta noverca toro:
Conjugium, pueri, laudate & ferte paternum.
Capta dabit veſtris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis; collata priori
Vertet in offenſas libera verba ſuas.
Seu memor ille mea contentus manſerit umbra,
Et tanti cineres duxerit eſſe meos:
Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam,
Coelibis ad curas nec vacet ulla via.

95. Quod

plurimi, docuerunt, intelligendum eſſe lectulum, ex adverſo januae in atrio poſitum, qui nova nupta domum ducta mutabatur, ex inſigni loco Aſconii ad cap. 5 Milonianae: „ Omni vi ja„ nua expugnata, & imagines Majorum dejece„ runt, & lectulum adverſum uxoris ejus Cor„ neliae, cujus caſtitas pro exemplo habita eſt, „ fregerunt: itemque telas, quae ex vetere „ more in atrio texebantur, diruerunt." quem locum hic repetiiſſe, nemo, credo, mihi vitio vertet, cum & de matrona ex eadem gente Cornelia, & quae affinis amita noſtrae erat, agat. de hoc lectulo geniali, qui poſt nuptias adverſus vocabatur, praeter eos, quos alii laudaverunt, vide Torrent. ad Horat. Lib. I. Epiſt. I. v. 87. p. 628. Wouwer. ad Petron. cap. XXVI. p. 88. & 89. Et Forcellinum Lexic. Latinit. v. *lectus*.

86. *Sederit & noſtro cauta noverca toro:*] *cauta* eſt in omnibus codd. & Editt. Heinſius tamen ad Ald. & Francius propoſuerunt *torva.* vir doctus in Obſerv. Miſcell. Vol. 2. p. 116 *pacta* vel *ducta*, ibid. *caſta* D'Orvillius, qui tamen exiſtimat, *cauta* poſſe exponi, privignorum curam gerens, quae cavebit, ne male audiat. vide eumdem ad Chariton. p. 682. intelligo, ſibi a privignis metuens.

88. *Capta dabit veſtris moribus illa manus.*] non aliter laudat hunc verſum Albertus ab Eyb in Margar. poëtic. cap. XII. in fine. in ſolo Colbertino eſt *noſtris. noſtri* in Leid. pr.

90. *Vertet in offenſas libera verba ſuas.*] *Portet* in Regio, Venet. 1475, Rheg. Lep. Volſci, quod Heinſ. in Notis monet factum eſſe ex *vortet.*

91. *Seu memor ille mea contentus manſerit umbra,*
Et tanti cineres duxerit eſſe meos.]

pro *umbra* Koppierſius *urna.* quod ego vulgata non mutarim. Lib. I. El. XIX.

Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis
Theſſalis antiquam venerat umbra *domum.*
Illic quicquid ero, ſemper tua *dicar* imago.

dixerit nonnulli, ſed plerique *duxerit.*

93. *Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam.*] Ovidius III. Art. 59.

Venturae memores jam nunc eſtote ſenectae.

ſentire omnes ſcripti editique. quod quomodo explicandum ſit, non facile dicas. Amicus editoris Elect. Eton. excogitavit *lenire*, quod Koppierſius & Cl. Schrader. Emend. p. 183. multis exemplis adſtruxerunt. Heinſius in Notis ad Propert. & ad oram Aldinae, *ſarcire* vel *ſancire*, ut IV. IX, 73. vel *fulcire*, vel *ſepire*, quorum ultima eſſent proxima Lucretiano Lib. IV. v. 1250 ——— *gnatis munire ſenectam.* nec tamen his deterius eſſe judico, quod in mentem venit Cl. Waſſenbergio, eruditionis & amicitiae nomine permagni a me faciendo:

Diſcite venturae *jam nunc* ſervire ſenectae.

eandem vocem alii Propertii loco reſtituit Cel. Valckenarius cap. VII. diatrib. Eurip. p. 65, docuitque in hac ſede a Noſtro frequenter poni. *ventura ſenecta* in duob. D'Orvill. ut plerumque in codicibus ſcribitur.

94. *Coelibis ad curas nec vacet ulla via.*] *ne* pro *nec* Heinſius, probante Graevio Tom. IV Syllog. p. 227. Forte ſcripſerit:

Coelibis a cura ne *vacet ulla* dies.

nempe a curando coelibe. nam *valet ulla vias* Neap. tam Voſſii, quam Heinſii manu.

95. *Quod*

Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos!
  Prole mea Paulum ſic juvet eſſe ſenem.
Et bene habet. numquam mater lugubria ſumſi.
  Venit in exſequias tota caterva meas.
Cauſſa perorata eſt. flentes me, ſurgite teſtes,
  Dum precium vitae grata rependit humus.

95. *Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos!*
Prole mea Paulum ſic juvet eſſe ſenem.]

eſt omittitur in Voſſ. tert. & Modii Excerpt. agnoſcitur a Groningano aliiſque. *juvet* habent codices omnes, & edit. Vicent. & Beroald. & Broukhuſ. quod probant Graev. Tom. IV. Syllog. p. 222. & Marklandus. reliquae *juvat*. Heinſ. ad Aldinam: *Di! juvet. prole meae*, pro proli, Guyet. apud Heinſ. in Not.

97. *Et bene habet. nunquam mater lugubria ſumſi.*] inchoatur verſus per *Et* in editionibus omnibus, in D'Orvill. duobus, &, ut ſuſpicor, in aliis multis codicibus, quorum lectiones cum editionibus conſentientes, a viris doctis non erant adnotatae. per *En* in Colot. Vatic. prim. & apud Latin. Latinium, quod etiam Paſſerat. profert. per *Si* in Leid. pr. Voſſ. quart. Burmanni pr. Heinſii, Mentelian. Modii Excerpt. Groning. Borrich. per *Sed* in Excerpt. Scalig. quod placuit Marklando, Burmanno ad Lotich. p. 294. & Cl. Schradero p. 184; *At* Koppierſio, omnibus ordinem diverſum a noſtro ſecutis. Equidem praetuli *Et*, quoniam hic nihil triſte praeceſſit, ſed laetatur Cornelia, contingere, quod optaverat, liberos non in juventute deceſſiſſe, atque adeo ſibi ſuperſtites eſſe. particulas *et* & *ſed* crebro in codicibus confundi, nemo criticorum ignorat. Ita *et* pro *ſed* Tibullo reſtitui velim Lib. I. El. V. v. 20. & Lib. III. El. I. v. 21. edit. Broukh. porro, quod mireris, codices neſcio an omnes, & editiones, quae Volſcum & Beroaldum anteceſſerunt, habent *lubrica*, vel *lubritia*, vel *lubrigia ſumptum*. Volſcus, qui *lugubria ſumpſi* edidit, ſcribit ad hunc verſum „ omnes codices, quotquot obſervare potui, mendam habent, vos nunc caſtigate" Beroaldus: „ corrigendum cenſeo, *lugubria ſumſi*, & ita exiſtimo, ſcripſiſſe Propertium" quod adſtruit Ovidii & Quintiliani loco. an igitur ex praeclara alterutrius, vel utriuſque conjectura, ut par erat, poſteriores omnes ediderunt: *lugubria ſumſi?* praeſtantiſſimus tamen ille Groninganus hic quoque veram lectionem exhibet. *bene* in Leid. pr. & Borrich. repetitur poſt, *habet. nunquam* etiam bis legitur in nonnullis codd. & editt. a Burmanni pr. & Heinſii *nunquam mater* abſunt. in Voſſ. pr. & Groning. *unquam. mater* abeſt a Scal. Excerpt. Ordinem verſuum, quem ex vetuſtis libris repraeſentavi, pro me vindicet editor Elector. Etonenſ. „ ſpecta, quam non male jungantur „ hi duo verſus cum ſuperioribus. longam vi„ tam liberis ſuis precata, grato animo & ſpe „ bona commemorat, omnibus eam huc uſque „ ſuperûm munere propagatam. Adeo trajectio„ ne opus non erat.

99. *Cauſſa perorata eſt. flentes me, ſurgite teſtes,*
Dum precium vitae grata rependit humus.]

pro *Dum* in Borrich. *cum. rependet* Burmanni prior, Heinſian. Borrich. pro *me* Heinſius ad Aldinam ſcribebat: *jam.* τὸ *ſurgite* Fruterius comparavit cum Plautino: *lumbos ſurgite*; ſed talem obſervationem luci publicae nunquam expoſuiſſet vir recti judicii, meliorem ipſe proferens in Epiſt. ad Canter. p. 637 a Gabbema edita, nempe quod flentes ſedere ſolebant. Maximianus El. VI. in fine.

Infelix, ceu jam defleto funere, ſurgo.

pro *vitae* Heinſius, forte *vittae. vitae rependit* conjungit Marklandus ad Stat. Sylv. p. 243. non *precium vitae*, ut Broukhuſius, qui *humum* intelligit de inferis. neſcio an rectius editor Elect. Etonenſ. de terra proprie dicta, ut quietem reſpiciat Cornelia, & voveat, ut oſſa molliter cubent; idem legebat:

Tum *pretium vitae grata* rependat *humus.*

a quo non abhorret mens Volſci, qui tangi putat

Moribus & coelum patuit: ſim digna merendo,

Cujus

genus ſepulturae, proprium Corneliae genti, quae Ciceronis adhuc tempore non cremabatur. vide Manut. ad Cic. pro Arch. c. IX. Koppierſius:

Dum pretium vitae grande *rependit* hono*s*.

101. *Moribus & coelum patuit: ſim digna merendo,*] *potuit ſint* D'Orvill. pr. *ſin* Borrich. *ſum* Fruterius allevit. *merendo*, an, ut Virg. VI. Aen.

Quique ſui memores alios fecere merendo.

ſed ipſe fortaſſe Propertii mentem non ſatis capio.

102. *Cujus honoratis oſſa vehantur aquis.*] ultima Corneliae & Propertii vox non minimas turbas excitat. *equis* eſt in Voſſ. pr. Burman. altero, D'Orvill. pr. Scalig. excerpt. Voſſiano Heinſii, Modii excerptis & Groning. v. c. Perreji, Colot. Vatican. pr. & ſec. edit. Vicentin. Volſci, Scaligeri, ambabus Raphelengianis, & Paſſer. Scaliger, qui *equis* probat, cenſet, matronas, quae filios curulibus magiſtratibus functos relinquerent, efferri honorariis veſtibus, curru & ſella curuli. *honoratis* interpretatur Praetoriis. quod ſi vir magnus ex eruditionis ſuae theſauris vel unum exemplum moris, quem memorat, depromſiſſet, ſane non eſſet, cur amplius de ſenſu hujus loci ſollicitì eſſemus. Beroaldus quoque in notis explicat: *equis triumphalibus.* Heinſius in notis: *tenſa vehatur equis.* Graevius ibidem, & Tom. IV Syllog. p. 221. & 222 *ora vehantur equis*, & refert ad tenſam, vel currum, quo in pompa circenſi traducti ſint propinquae cognationis mortui, qualem Liviae decrevit Claudius apud Sueton. C. XI. Marklandus alleverat *q.* &:

Cuja coronatis *oſſa vehantur equis.*

quae ultima Marklandi conjectura tanto viro non ſatis digna videtur. *equis* ineptum judicat Livinejus. alterum, *aquis* teſtibus nititur, nec numero paucioribus, nec minus locupletibus; codicibus Leidd. duob. Voſſ. tert. & quart. Borrich. Mentel. Burmanni pr. D'Orvill. ſec. Heinſiano, Francii, margine Colbertini, Regiis, Askew. Harlej. Edit. Veneta 1475. Rheg. Lep. Brixienſi, Beroaldinis, Aldinis, Colinaeanis, Gryph. Muretinis, Plantinianis, Graſſeri. & hanc lectionem probat Lipſius ad Tacit. Livinejus, & ſuperiori praefert Turneb. XXIII. Adverſ. c. 7; plerique moti loco Noſtri ſupra El. VII. v. 55. & ſeqq. (ubi lege cum Heinſio: *Nam geminas ſedes turpem eſt* &c.)

Nam gemina eſt ſedes turpem ſortita per amnem,
Turbaque diverſa remigat omnis aqua,
Una Clytaemneſtrae ſtuprum vehit, unaque Creſſae
Portat mentitae lignea monſtra bovis.
Ecce coronato pars altera vecta phaſelo,
Mulcet ubi Elyſias aura beata roſas.
Qua numeroſa fides, quaque aera rotunda Cybebes,
Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris,
Andromedeque & Hypermneſtre, ſine fraude maritae,
Narrant hiſtoriae pectora nota ſuae.

vide ſupra ad v. 50. & 70. Fruterius probabat adſcripto:

Flebilis ad manes jam natat umbra mea.

haec me quoque moverunt, ut priori anteponerem, & in Poëtae verba referrem. Douza ex Fabricii Monumentis p. 86. adſcripſerat:

—— *exſultans unda perenne vehit.*

Francius: *umbra vehatur aquis.* ſed egregie h. l. Broukhuſius & Hemſterh. ad Lucian dial. ſelectos p. 14. docent, *oſſa* notare ipſos manes. nihilo tamen minus praefero elegantiſſimum Heinſii inventum, licet nullo codice firmatum, *avis*, qui proprie *honorati* dicuntur, quod his aquis vix convenit. Huic etiam conjecturae vel maxime favet Albinovani imitatio v. 330.

Ille pio (ſi non temere haec creduntur) in arvo
Inter honoratos excipietur avos.

Heinſii conjectura in textum recepta Broukhuſius, *honoratis oſſa vehantur avis*, explicat: „ manes ſui vehantur in Elyſium apud avos ſuos" quod vereor ego, ut Latine ſic dici poſſit. ad hanc mentem vero, ab Heinſiana lectione non longe aberrans, Amicus eruditus volebat:

Moribus Elyſium *patuit*. ſum *digna merendo*,
Cujus honoratis ora fruantur avis.

ſuam lectionem ita Heinſius Adverſar. p. 34. exponit: „ cujus oſſa in majorum meorum condantur monumento." ubi praeterea docet, viros

hono-

Cujus honoratis oſſa vehantur aquis.

ADDEN-

honoratos dici triumphales aut Conſulem; Vellej. I. c. XI. Idem Heinſius in eumdem ſenſum in Notis ad Albinov. v. 330. ad Aldinam & in Not. & apud Broukh. correxerat; *fruantur avis*, vel *ferantur avis* i. e. inferantur ad avos, tumulis avorum. Albinovanus ad Liv. v. 162.

Quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,
Druſe, neque ad veteres conditus ibis avos.

ab Hemſterhuſio ad Lucian. dial. ſelect. p. 14. laudatur „ ultima & erudita elegantiſſimi Broukhuſii nota in Propertium ad ultimum verſiculum, memorabili emendatione reſtitutum." Certe magnum ſolatium apud veteres tam Romanos, quam Graecos, tumuli avorum participem eſſe. Demoſth. contr. Eubulid. p. 1320. *ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ ὑμᾶς διὰ τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἀπόδοτέ μοι θάψαι εἰς τὰ πατρῷα μνήματα, καὶ μή με καλύσητε.* confer Tacit. III. Annal. c. 4. Boiſſard. Tom. 6. Antiq. p. 18. Inde vero indigni propinqui arcebantur. Iſaeus de Aſtyphil. hered. p. 242. *ἐπέσκηψε τοῖς οἰκείοις μηδένα ποτὲ ἐᾶσειν ἐλθεῖν τῶν Θουδίππου ἐπὶ τὸ μνῆμα τὸ ἑαυτοῦ.* Idem ibid. p. 251. *ὦ ἄνδρες, ἄν τι ἄλλο ψηφίσησθε, σκέψασθε, ὁπόσων αἴτιοι γενήσεσθε. πρῶτον μὲν τοὺς ἐχθίστους Ἀστυφίλου ἐπί τε τὰ μνήματα ἰέναι, καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἐκείνου ποιήσετε.* ita apud Dionyſ. Halicarn. Lib. III. Antiq. p. 158. pater filiae corpus *οὔτ᾽ ἐν τοῖς πατρῴοις τεθῆναι μνήμασιν ἐπέτρεψεν*, & apud Sueton. c. 101. teſtamento Auguſtus Julias, filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulchro ſuo inferri. adde J. Tollium ad Cic. pro Arch. not. 78. Offendere tamen adhuc poteſt *ferri avis* pro ad avos. unde forte ipſe Heinſius in Epiſt. MS. ad Graevium & ad Raphelengian. *fleantur avis.* & Burmannus, *petantur.* poſſis etiam, *terantur* avis, i. e. oſſibus avorum premantur, arcte juncta ſint, ſive commiſceantur. Noſter ſupra El. VIII. v. 94.

Nunc te poſſideant aliae, mox ſola tenebo,
Mecum eris & mixtis oſſibus oſſa teram.

El. II. v. 62.

Tellus artifices ne terat *Oſca* manus.

ADDENDA

AD LIB. I.

Ad [Tit. *Propertii Cynthia.*

Pag. 2. Col. *a.* lin. 2. poſt haec verba, *qui putat Hoſtiliam dictam fuiſſe,* adde :] quamquam Neſtor in Vocabulario ſuo p. 43. in *Cynthus,* etiam ſcribat, *Propertium amaſiam ſuam Cynthiam vocaſſe, quae proprio nomine Hoſtilia dicebatur.*

ibid. Col. *b.* lin. 4. poſt haec, *ad Virg. VII. Aen.* 697. adde:] de quo vid. Demſter. Lib. II. *de Etr. Reg. cap.* 44.

Eleg. I.

Pag. 6. Eleg. I. v. I. *Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus,* in not. col. *a.* lin. 6. poſt verba, *probante Broukhuſio,* adde :] & vide Salmaſ. ad Tertull. *de Pall.* p. 365.

ibid. ad eund. v. 3. in nota col. *a.* lin. 27, poſt εἶρπον adde:] & ſic legendum ex MSS. apud Martian. Capell. Lib. IX. p. 306. Ed. Grot. *Tu modo quae mando oculos dejecta decoros Reconde mentis intimo.* ubi perperam editur *delecta.* vid. Drakenb. ad Sil. Ital. VIII. 73.

ad eund. verſ. 3 & 4. *Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus, Et caput inpoſitis preſſit Amor pedibus,*] Miror, in hac tam expeditâ ſententiâ pleroſque Interpretes inplicitos obhaeſiſſe; quibus eo facilius condonandum videtur, quod ipſe Broukhuſius poſt longas ambages ad verum pervenerit. nam Gebhardus ſane, cui profitetur adſentiri, aliter ac deterius intellexit. Atqui nihil eſt certius, quam haec ad Amorem pertinere, qui, poſtquam Cynthia Propertium ſuis ocellis cepiſſet, de animo ejus ante invicto, nulliſque Cupidinibus obnoxio, triumphum egerit: Faſtus enim conſtans illorum eſt, qui nullis precibus blanditiarumque machinis in amorem flectuntur, (ὑπερήφανος & ὑπερηφανία Graeci & Xenophon.) quam eſſe vocis illius in hac Veneris militiâ virtutem, praeſertim apud Propertium, nemo neſcit. vid. I, 13, 27. III. 17, 11. & omnino J. Fr. Gronov. Obſ. IV. 10 p. 449. tum *lumina conſtantis faſtus* vultum victoris, atque amatoria Venerum lenocinia ex alto ſpernentis ſignificant; quae ſi dejiciantur, & in terram demiſſa pudorem ſuſceptaeque ſervitutis conſcientiam teſtentur, jam de libertate ſcilicet actum eſt. Venuſte Graeci ὀρθοὺς ὀφθαλμοὺς celſis victoribus, ipſamque animi fiduciam vultu patefacientibus adſcribunt: ut in illâ vere Laconicâ Archidami adhortatione apud Xenoph. Hell. VII. p. 362. v. 20 ἄνδρες πολῖται νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν. Nimirum iſtos Lacedaemoniorum oculos conſtantis faſtus dejecerat parumper clades illa Leuctrica, Epaminondae virtute impoſita: Mox ſequitur, Παυσώμεθα αἰσχυνόμενοι καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας &c. Cujus generis plura collegit Criticorum aetatis noſtrae Princeps R. Bentlejus ad Hor. I. od. 3. Egregie Pindarus Nemeor. Od. X. v. 75. Ἄργεϊ μὴ κρύπτειν φάος ὀμμάτων. peropportune Schol. οὐδὲ κάτω βλέπων καὶ κρύπτων ἐμαυτοῦ τὸ ἐλεύθερον. οἱ γὰρ νικῶντες μετὰ παῤῥησίας ἄνω βλέποντες βαδίζουσι. Similem in modum victoribus tribuitur & ingenuae erectaeque indolis hominibus ὑψαυχενεῖν. quod pariter ad eos etiam pertinet, qui nullis periculis aut calamitatibus fracti rectum caput contra tollunt: vide Plutarch. Tom. II p. 541. Sic πλοῦτος τὸν αὐχένα ἵστησι, καὶ τὸ φρόνημα ἐγείρει apud Philoſtr. de V. A. F. VII, p. 303. & 321. faſtuoſi juvenis & libertatem ſpirantis δέρη ἐλευθέρα καὶ φρονοῦντα. Ex adverſo ſubacti & ſervi dicuntur αὐχένα λοξὸν ἔχειν, quemadmodum in Theognidis Gnom. v. 535.

> Οὔποτε δουλείη κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν,
> Ἀλλ' αἰεὶ σκολιή, καὐχένα λοξὸν ἔχει.

Id diſtichon Philo Judaeus habet p. 888, ſed auctoris nomine celato. hinc figura loquendi pene ſacra, τράχηλον ἐπαίρειν τῶν τεταπεινωμένων apud Arrian. Epict. III. 26. p. 372. Contraria ratione Nemeſis Dea ultra modum elatis infeſta Γαυρούμενον αὐχένα κλίνει, ut ad lyram olim fuiſſe cantatum Syneſius oſtendit Ep. 94 Eundem habet uſum διαυχενίζεσθαι, ut eo in verbo Suidas docet ex Eunapio: nam, quod ex Theophylacto Si-

Simocatta poſuit in Δίκιτα & Ζήνων, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀκροβατεῖν, καὶ μετέωρον τὸν αὐχένα αἴρειν, paululum diverſi generis eſt, habitumque corporis deſignat, indicem arrogantis atque odioſae ſuperbiae: parum diſcrepat Iſidori Peluſiotae III. Ep. 224. αὐχένα ὑψοῦν καὶ ἐπ' ὀνύχων βαδίζειν, atque Adamantii in Phyſiogn. II. p. 216. ὑψαυχενοῦντα ἐν ταῖς ὁδοῖς περιβλέπειν, quam ille notam eſſe naturalem judicat ὑβριστοῦ καὶ ὑπερηφάνου καὶ μοιχικοῦ. Eadem poteſtas in mente fuit Claudiano in Rufin. II, 447.

Adſpiciat, quiſquis nimium ſublata ſecundis
Colla gerit: —— ——

Plebem vulgo ſimili locutione dixiſſe, *mentum alicui tollere*, patet ex Petronio cap. 43. Haec ſane, niſi fallor, proderunt ad elegantiam Propertii capiendam II, 11, 11.

At dum demiſſis ſupplex cervicibus ibam.

Everſas cervices dixit Terent. Heautont. II. Sc. III. v. 131. conſule illic Faërn. Vide igitur, ut in orbem redeam, quam concinne Poëta noſter adjunxerit:

—— *conſtantis dejecit lumina faſtus,*
Et caput impoſitis preſſit Amor pedibus.

quod poſt Barthium recte a militari victorum contumeliâ traductum notat Broukhuſius. Sed Propertii venuſtatem quis melius interpretetur, quam Propertius ipſe? eum vide quaeſo II, 23, 59. &c. in primis iſta:

—— *& tollere nuſquam*
Te patietur humo lumina capta ſemel.

en dejectos oculos, & lumina capta! conf. N. Heinſ. ad Claudian. I. in Eutrop. 136. Tib. Hemsterhusius.

Pag. 8 Eleg. 1. v. 5. *Donec me docuit caſtas odiſſe puellas.* in nota. col. *a* lin 2. ad calcem paginae poſt 1727. *edita* adde:] vel potius *caſtas* ſcriptum per abbreviationem pro Caſtalias, & ſic diſpoſitum fuiſſe verſum cenſet: *Donec Caſtalias docuit me odiſſe puellas.* Marklandus autem libro ſuo adſcripſerat: *negligere ſe* &c.

Pag. 10. Eleg. 1. v. 9. *Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores.*] hunc *Milanionem* Propertio memoratum eundem eſſe, cujus mentio apud Ariſtoph. Lyſiſtr. 786. cenſet Flor. Chriſtian.

Ibid. v. 10. *Saevitiam durae contudit Jaſidos.*] ſic *contundere faſtus*, *iram*, & ſim. vid. Cuningh. in Bentlej. Horat. p. 373.

Ibid. lin. 43. poſt haec, *ubi illas bene diſtinguit*, adde:] & Rittersh. ad Oppian. II. Cyneg. v. 26. pag. 49.

Pag. 11. Eleg. 1. v. 12. *Ibat & hirſutas ille ferire feras.*] pro *videre* N. Heinſius *ferire*: conjectura probabilis, & Ovidio nixa Art. II. *Saepe fera torvos cuſpide fixit apros.* locus eſt huic perſimilis de hoc eodem *Milanione*. paterer equidem in Propertium inferri, ſi vel unus de melioribus Codex ſuffragaretur. nunc, ne noceat nimiae libertatis exemplum, vulgatum potius ſervavero, praeſertim, quia commodam interpretationem haud aſpernatur: ibat enim *Milanion* venatum, Atalantaeque junctus comes, ut amorem ejus obſequio demereretur, ſylvas feraſque viſebat. Eſt etiam in eo *Ibat videre*, quem Graeci dicunt ἰδιωτισμὸς, & proprietas quaedam Latini ſermonis, perinde atque in ipſis *Eo*, *venio viſere*, quorum exempla ex Plauto, Terentioque produxit Paſſeratius. Ceterum *Florens Chriſtianus*, qui ad Ariſtophanis Lyſiſtr. v. 786. hoc noſtri Poëtae loco utitur, cum Comici Melanionem, Μελανίωνα, & hunc de fabulâ Μειλανίωνα eoſdem cenſet, vehementer fallitur, quantumcumque Vetus Scholiaſtes ipſi faveat. Hemsterhusius.

Pag. 12 col. *b.* lin. 30] pro θηροὶ lege θῆρες, & dele λασίαι δρύες ex Callimacho.

Pag. 15. Eleg. 1. v. 20. *Et labor in magicis ſacra piare focis.*] In apertiſſimis etiam quam facile ſit falli, documento eſt Broukhuſii nota: *Douza per ſacra manes & umbras defunctorum intelligit. Sacra piare Guyetus exponit, Deos per ſacra piare*: fruſtra Douzam calculo ſuo juvat Broukhuſius; nam utrique ſine dubio male. Sane quibus fidiculis ex adductis Suetonii, Noſtrique locis, ſacra ſignificare manes, confici queat, ego quidem nullus video: nam, quod Paſſeratius, qui piare interpretatus fuerat placare, ad ſacra dubitanter notat, *an Deos*? aeque eſt alienum, nullaque idoneâ veterum auctoritate firmatum. Atqui *ſacra piare* uſu vetuſto nihil aliud, quam ſacra pie ſollennique ritu facere: nihil autem alienum feciſſe videri debet Propertius, qui locutionem, honeſtiorem, ſanctioribuſque ſacris propriam, magis ac veneficis aptaverit; parum enim commode ſuae ſerviſſet cauſſae, ſi ſacra, quorum opem implorabat, duriore vocabulo violaſſet. Similiter C. Julius apud Feſtum in *Prophetas*, *piare ſacra*, ut recte dedit Joſ. Scaliger. pius eſt ἁγνὸς, & *piare*, quod notat Servius Fuldenſis ad Aeneid. I. 382. antiqui purgare dicebant, inde etiam *piamina*, quibus expurgant homines. Cenſor. de D. N. cap. 22. *Februum*, quidquid piat, purgatque. hinc mul-

multiplex uſus in verbo *piare*, etiam apud noſtrum III, 8, 19. ubi ture piaveris aras. IV, 7, 35. fracto buſta *piare* cado. nam cetera congerere nihil attinet (Tacit. Ann. III. 25. 4 *precabatur piator patris manes*) contra *impius*, impurus, pollutus, & *impiare*, funeſtâ contagione polluere; Serv. ad Aeneid. VI, 8. nam ipſa *impiant*, quae agnoſcimus. Apulejus, quanquam horridus Africano tumore, doctus tamen & Veterum diligens aemulator, Metam. I. p. 110. cruore humano aſperſum, atque *impiatum*. expendendum Epigr. III. p. 112.

Forte facit patriis dum ſua vota ſacris.

& Seneca de Benef. III. p. 693. *complexus ſacra & penates Deos.* Hemsterhusius.

Pag. 18. Eleg. I. v. 25. *Et vos, qui ſero lapſum revocatis, amici*,] Mihi legendum videtur *Aut vos, qui ſero* &c. jubet, ut ego quidem arbitror, ſententiae juſto ordine decurrentis nexus; attende enim:

In me tardus amor non ullas cogitat artes &c.
At *vos, magae, dominae mentem convertite noſtrae* &c.
Aut *vos*, ——— ——— ——— *amici*
Quaerite non ſani pectoris auxilia.

Ego fortiter inſtrumenta exſcindendo & exurendo amori admota perpetiar, modo libertas ſit in Cynthiam duram & ingratam egerendi, quae ira mihi, amatori ſpreto ac repulſo ſubminiſtraverit. ſenſum ut uberius explicarem, Interpretes fecerunt, quorum fere, qui hunc attigerunt locum, nemo eſt, quin aliquâ in parte peccaverit. Nam Barth. Adv. III. c. 11. e, neſcio quibus, antiquis Editionibus reſtituentem, *quae velit illa*, & abſurdiſſime interpretantem, prudens praetereo: ceterum *velit* an *volet* legas, cicco non redemerim. *Ferrum* & *ignes* medicorum, quibus malum penitus inſidens & ſanas partes noxiâ contagione trahens exſtirpent, atque exurant. Jambl. V. P. I. 34. φυγαδευτέον πάσῃ μηχανῇ καὶ περικοπτέον πυρὶ καὶ σιδήρῳ ἀπὸ μὲν σώματος νόσον, ἀπὸ δὲ ψυχῆς ἀμάθειαν, quae ex Lyſidis ad Hipparchum Epiſtolâ ſunt deformata, quam totam poſuit I. 78. Hinc τέμνειν καὶ καίειν dicuntur. Xenophon K. A p. 217. v. 22. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσι ἐπ' ἀγαθῷ. neque aliter *Cebes* p. 79. Seneca Agamem. v. 152.

Et ferrum & ignis ſaepe medicinae loco eſt.

appoſite Tertullian. Scorp. p. 621. B. *Et eſt plane quaſi ſaevitia medicinae de ſcalpello, deque cauterio, de ſinapis incendio: non tamen ſecari & inuri & extendi idcirco malum, quia dolores utiles adfert.* Sic Demoſthenes Ariſtogitonem civem peſſimum urbe expelli volebat, ὥσπερ ἰατροὶ ὅταν καρκῖνον, ἢ φαγέδαιναν, ἢ τῶν ἀνιατωτάτων τι κακῶν ἴδωσιν, ἀπέκαυσαν, ἢ ὅλως ἀπέκοψαν. Propertius etiam utilem hunc medicinae dolorem non reformidabat, dum modo ſolutus amoris vinculis ore libero in crudelem Cynthiam inveheretur. His perpenſis, in facili erit animadvertere, duo poni a poëta noſtro, quae cum utraque ſimul conſiſtere nequeant, alterutrum ut ſibi ſuccedat, precatur: primum, Vos, magae, Cynthiae mentem flectite: alterum, ſi incantationibus Cynthia non cedat,

Aut vos ——— ——— *amici*
Quaerite non ſani pectoris auxilia.

Si dubitas etiam, non refugio, quin Propertium capiamus arbitrum, III, 23, 10.

Quod mihi non patrii poterant avertere amici,
Eluere aut *vaſto Theſſala ſaga mari.*

Hemsterhusius.

Pag. 20. Eleg. I. v. 31. *Vos remanete, quibus facili Deus adnuit ore*,] Ego non video, cur *aure* plurimorum codicum lectio mutari debeat: nec metus eſt, ſi retineatur, ne Deum formoſiſſimum faciamus Silenum aut Midam. commoda verborum ſtructura ab hac eum turpitudine nullo negotio defendet. quid enim? non tu Latine dicas & rectiſſime, *Deum facili aure*, qui propitias aures votis applicet? contra quam Horatianus ille

Jupiter ——— *nec ſe fore poſthac*
Tam facilem dicat, votis ut praebeat aurem.

& apud Noſtr. II, 13, 48.

——— *ſurdâ negligit aure preces.*

quid porro? abſurdumne videbitur, ut Deum facili aure dicamus adnuere? haud opinor; nam ſi jungas *aure annuere*, haec Propertii ſane non culpa eſt, cui id quidem in mentem venire non potuit, ſed interpretum. Jam tu, credo, venuſtiſſime Vlamingi, mecum facies, nihilque eſſe cauſae judicabis, cur veterem lectionem, nulliuſque in pulcerrimum Amorem injuriae ream, deſeramus. Hemsterhusius.

Pag. 21. Eleg. I. v. 36. — *neque adſueto mutet amore locum.* in not. col. *b.* lin. 36. poſt haec, *marita toro*, adde:] & ſic conjecerat Eldikius, ut ſit oppoſitio τῷ *adſueto.*

Eleg. II.

E l e g. II.

Pag. 26. Eleg. 2. v. 10. *Et veniant hederae ſponte ſua melius.*] verſus 10. de Virgilio ſumtus, monente Cl. Schradero c. VII. Emend. p. 144.

ibid. ad eund. v. 10.] Vetus liber Ach. Statii, *Ut*. hujus lectionis, etſi nullus ceterorum codd. adſtipuletur, rationem haberi oportuit, hoc ſaltem primo verſu. Nam binis ſequentibus *Et* legatur, an *Ut*, parum intereſt, quanquam illud malim: ſatis eſt adſtipulari Propertium, quem, ſuadeo, auctorem ſequamur, II, 18, 35.

Adſpice, uti coelo modo Sol, modo Luna *miniſtret.*

22, 37.

Adſpice, ut in toto nullus mihi corpore ſurgat Spiritus. ——

25, 55.

Adſpice me &c. *ut regnem miſtas.* &c.

Mox v. 11. Vir ſummus R. Bentl. ad Horat. I. od. XII. 45. praefert *animoſior* vel *frondoſior* arbutus, ne indecora repetitio *formoſa* v. 9. & *formoſius* cultiſſimum Poëtam dehoneſtet: equidem haud ignoro, multis emendationibus iſtam vitandae repetitionis neceſſitatem praetexi, neque intercedo, quo minus in quibuſdam locis valeat. idem tamen affirmare non vereor, quantumvis delicatulas ac faſtidioſas aures hoc quaſi vitium offendat, haud pauca vel in ipſo Propertio reperiri loca, ubi vocis intra brevem orationis ambitum repetitae correctionem nemo ſine magnae temeritatis culpâ tentare ſuſtineat: hic etſi vulgatâ lectione contentus ſim, ſi quis tamen maluerit *form ſior*, ut ποιητικώτερον, non refragabor. Hemsterh.

ibid. 26. Eleg. 2. v. 11. *Surgat & in ſolis formoſius arbutus antris.* in not. col. *b*. lin. 3. ad calcem pag. poſt haec, *in margine libri ſui conjecerat*, adde:] vid. & Cl. Schrader. Emend. c. v. p. 101.

ibid. Linea ultima; & adde] Davis. ad Cic. II. Acad. cap. 1. p. 55.

Pag. 27. Eleg. 2. v. 13. *Litora nativos per ſe dent picta* lapillos, in not. col. *a*. lin. 3. poſt, *quod probavit* adde] Caſaub. ad Spartiani Adrian. cap. 13. fin. pag. 131. &

Id. ibid. lin. 32. poſt haec, *colluſtrata delectant*, adde;] rejicit tamen hanc conjecturam Cl. Schrader. Emend. p. 102.

ibid. v. 13. Ingentes turbas dedit hic verſiculus, idque adeo propterea, quod graviſſimae labis ſuſpicionem mirificâ Veterum librorum varietas injiciat. Profecto non eſt, cur faſtidiamus probatam Barthio lectionem:

Litora nativis collucent picta lapillis,
Et volucres nullâ dulcius arte canunt.

potuit enim jure ſuo noſter ab oratione aliorſum pendente tranſire ad abſolutam: quod ſi quis arbitretur concinnius fore ut haec cum praecedentibus, *veniant*, *ſurgat*, *ſciat*, congruant, in proclivi erit refingere

Littora nativi *colluſtrent* picta lapilli &c.

colluſtrent, inquam, verbo perquam opportuno, cujus ſedes in picturis eſt propria. Cic. Orat. 36. *In picturis alios horrida, inculta, abdita & opaca; contra alios nitida, laeta, colluſtrata delectant.* Hoc tametſi pro certo venditare nolim; videtur enim a longo jam tempore labes profundior inoleviſſe; Propertio tamen indignum eſſe, non arbitror. Hemsterhusius.

ibid. v. 15. *Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phoebe* &c. in not. col. *b*. lin. 31. poſt haec, 1759. *pag.* 8. adde;] plura vide apud J. Meurſium in Miſcell. Laconic. Lib. II. c. 15. ubi *Hilaïra* hic legendum etiam monuit, & pluribus firmavit.

Pag. 29. Eleg. 2. v. 23. *Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes*, in not. col. *a* lin. 39.] praeferrem potius Eldikii conjecturam, *Non illis ſtudium* fuco *conquirere amantes.* ut Lib. II. Eleg. 14. 27. *An, ſi coeruleo quaedam ſua tempora fuco Tinxerit, idcirco coerula forma bona eſt?*

Pag. 30. Eleg. 2. v. 28. *Aoniamque libens Calliopea lyram*,] vid. Wopkenſ. ad Sedul. Lib. V. 23.

E l e g. III.

Pag. 34. Eleg. 3. v. 15. *Subjecto leviter poſitam tentare lacerto*, in not. col. *b*. lin. 33.] forte etiam *tentare* hic latiore ſenſu pro ſollicitare ad amplexum, poſſet exponi, ut Tibullo Lib. I. El. 3. 73. *Illic Junonem tentare Ixionis auſi* &c. ubi vid. Broukhuſ. & notas ad Ovid. I. A. A. 273. & huic Latinorum verbo *tentare* adfine eſt Graecorum πειρᾶν, de quo vid. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 217.

Pag. 35. Eleg. 3. v. 16. *Oſculaque admota ſumere ad ora manu:* in not. col. *b.* lin. 3.] *ſumere oſcula* mollius, quam capere aut rapere. Ovid. Ep. XIII. 137. *Arma dabit, dumque arma dabit, ſimul oſcula ſumet.* aliter *furtim*, vel *turpiter* ſumere additur, ut Ep. XX. 145. *mea turpiter oſcula ſumis.* II. Am. 53. El. V. *ne tam bona* (oſcula) *ſumſerit alter.* ubi vid. Heins.

Pag. 38. Eleg. 3. v. 24. *Nunc furtiva cavis poma dabam manibus.* in not. col. *b.* lin. 13. poſt *Lib.* XXXVII. adde] *Var.*

ibid. lin. 33.] & hoc loco firmatur lectio apud eumdem Lib. XIV. M. 350. *Obſtupuit, cecidere ſinu, quas legerat, herbae.* ut recte emendarunt VV. DD. pro, *cecidere manu.*

Pag. 41. Eleg. 3. v. 34. *Sic ait in molli fixa toro cubitum.*] *Hic ais*, volebat Cl. Waſſenbergius, ut in eadem perſona, quam vocant, oratio continuetur.

Pag. 43. Eleg. 3. v. 43. *Interdum mecum graviter deſerta querebar.*] ſic priſcae edd. *interdum* graviter mecum deſerta querebar &c. neque ulla eſt legitima mutandi ratio: vetat Propertius II, 12, 3. *Nam modo nudatis &c. Interdum tunica duxit operta moram*: Optime procedunt, *nam modo, rurſus, interdum.* Auctor Moreti v. 28. *interdum* feſſae ſuccedit &c. *modo* carmina cantat &c. *Interdum* clamat Scybalen: ſic enim legendum puto: *interdum* pro interea, quod vulgatur, e cod. veteri profert & probat Scaliger. Corn. Nepos Att. cap. 20. nullus dies interceſſit, quo non Caeſar ad Atticum ſcriberet, & *modo* aliquam ei quaeſtionem Poëticam proponeret, *interdum* jocans &c. ſed *interdum*, certe, inquit Broukhuſius, quum in proximo ſubſequatur *ſaepe*, quem hic ſenſum facit? quae ſane difficultas quid ſibi velit, ego vix capio. Senſus eſt, niſi forte totus hallucinor, plane perſpicuus: interdum ego, tela lyraque ſepoſitis, quae animum aegrum recreare non poterant, querebar moras tuas ſaepe longas in externo amore. Hoc ſcilicet, & merito Cynthiam urebat, quod, ſe neglectâ, Propertius aliis puellis vacaret, idque ſaepius. his autem malis conflictatam Cynthiam oppreſſit ſopor:

Illa fuit lacrymis ultima *cura* meis.

Hemsterhusius.

Pag. 44. Eleg. 3. v. 45. *Dum me jucundis lapſam ſopor inpulit alis.* in not. col. *a.* lin. 31. poſt *dicitur:* adde;] quod hic ad verbum reddidiſſe Propertium, notat Cl. Heynius ad Tibull. d. l.

ibid. v. 46. *Illa fuit lacrimis ultima cura meis.* in not. col. *b.* lin. 26. poſt *incidit.*] & ſic adfert D'orleans ad Tacitum pag. 22. ſed Tibullo perperam hunc verſum tribuens.

ibid. ad eund. v. 46] Magnopere viris doctiſſimis diſplicet iſta *cura*, Scaligero *creta*, Heinſio, quem pro more Broukhuſius ſequitur, *meta*, ſubſtituentibus; ita cunctis pene ſuffragiis illud vocabulum, quaſi male ominatum, hinc longe in exſilium abire jubetur. Ego medicos advocandos cenſeo, qui vocem ſanam, ſibique notiſſimam in integrum ac priſtinas ſedes reſtituant; neminem profecto praeterit medicorum cura, curare, curatio, quorum teſtes citare Celſum, Columellam, alioſque ſupervacuum puto: quemadmodum autem morbis, ſic & dolori ac lacrymis *cura* commode adhibetur: *curam* igitur intellige medicinam, atque id Cynthiam dicere velle exiſtima, ſoporem fuiſſe lacrymis ſuis poſt cetera incaſſum tentata remedium ultimum. Varro apud Non p. 480. v. 30. Horat. II Ep. 11, 136. Seren. Samm. v. 33. & Comm. Vindician. de Medic. v. 8. Lactant. de M. P. c. 33, 2, 5. Hemsterhusius.

Eleg. IV.

Pag. 45. Eleg. IV. v. 1. *Quid mihi tam multas laudando, Baſſe, puellas* in not. Col. *a.* lin. 28.] *C. Caeſius Baſſus* Poëta lyricus memoratur Perſio Sat. VI. init. ubi vide Gloſſas veteres & Marcilium.

Pag. 48. Eleg. IV. v. 14. *Gaudia ſub tacita ducere veſte libet.*] pro *libet* Livinejus legebat *licet*, monente Cl. Schradero.

ibid. v. 15. *Quo magis & noſtros contendis ſolvere amores*, lin. 30. poſt, *quo magis at noſtros.* adde;] ſic apud Gunther. Lib. IX. Ligur. 349. recte emendat Ritterhuſius, *Hoc magis urgentes, quo regia ſigna propinquis Finibus, & magnas metuebant Caeſaris iras.* pro *quod regia.*

ibid. v. 16. *Hoc magis accepta fallit uterque fide.* col. *b.* lin. 11. poſt *adducta Marklandus.* adde;] Eldikius vero, *Hoc magis adſerta ſtabit uterque fide.*

ibid. lin. 16. poſt *Vulpii notas.* adde;] & Gonſalium ad Petron. cap. 108.

Pag. 49. Eleg. IV. v. 26. *Quam, ſibi cum rapto ceſſat amore Deus.* in not. col. *b.* lin. 24. poſt *reponeretur Venus.* adde;] id eſt, concubitus.

ibid. lin. 29. poſt haec, *dormiet ipſa Venus.* adde;] & ſic conjecerat etiam Eldikius, adſcripto Catulli loco Carm. LXIII. v. 15.

Eſtne novis nuptis odio Venus?

ELEG. V.

Pag. 50. Eleg. 5. v. 1. *Invide, tu tandem voces compeſce moleſtas*, &c. in not. col. *b.* lin. 19. poſt haec, *cui ſumus*, adde;] alterum verſum mendoſum & ſic corrigendum eſſe, cenſebat Eldikius, *Te ſine nos curſu*, quo ſumus, ire parum eſt? *Te ſine*, abſque te amorum ſocio. dein *parum eſt*, ut lib. II. Eleg. 18 36. *Sic etiam nobis una puella parum eſt.* & lib. III. 5. 46. *Quid meritum dicas, cui ſua terra parum* eſt. vide quae de hac formula notavi ad Tom. II. Anthol. Lat. p. 532.

ibid. ad eund. v. 1.] Vereor, ut hujus mentem Elegiae, totumque complexum ſatis intellexerint Interpretes. Gallus Propertium pallidum, atque emaciatum irridebat, ipſe deliciarum Veneris expers & contemtor. quo tamen noſtrum pungeret, eorum amoribus interventurum ſeſe minabatur, ipſamque Cynthiam, cujus poteſtatem parvi pendebat, ut liquet ex v. 31, tentaturum: nam quod magnus Scaliger Gallum precatorem ſibi apud Cynthiam & rogatorem aſſumſiſſe exiſtimet, id nullo plane veſtigio deprehendas. Invidum igitur Gallum appellat, qui bene compoſiti paris curſum interpellare non vereretur, eumque voces iſtas moleſtas compeſcere jubet: dehortatur autem illum a propoſito ac deterret; primum vehementiam iratae Cynthiae & importunas voces non toleraturae ob oculos ponendo, tum, ſi vel maxime votis ejus iniqua non foret Cynthia, amoris miſerias expingendo: neque enim dubium eſſe, quantumvis de formâ ac poteſtate Cynthiae ſecius exiſtimet, quin, ſi ad illum ignem propius acceſſerit, amori victas manus ſit daturus: *Illa feros animis adligat una viros.* Haec ſi vera ſunt, ut opinor, jure contendere mihi poſſe videor, v. 3. legendum eſſe *meae ſentire furores*: Cynthiae nimirum, tibi moleſtiſque tuis vocibus iratae, furibundum animum: hoc ſane liquet ex v. 7, 8. *illa non ſimilis eſt vagis puellis*, ut temere tentari poſſit, *Molliter iraſci, nec ſciet illa tibi:* Cynthiam ut laudibus perpetuis efferat noſter, impotentis tamen animi fuiſſe feminam & ſuperbe iracundam minime diſſimulat; hinc *expertae verbera ſaevitiae*, tot jurgia, illaque gravis rixa venuſtiſſime deſcripta IV, 8. Deinde recte *mea:* ſaepe Terent. Propert. El. ſeq.

Illa meam *mihi ſe jam denegat* ——

& VIII, 34; 42, 44. τὴν ἐμὴν Ariſtaen. I. I. p. 6. pariter *tua* infra IX. 22.

Et nihil iratae poſſe negare tuae.

Hor. Carm. 1, 15, 22. *non hoc pollicitus* tuae; Helenae: ſic etiam: *ad latus eſſe ſuae* III, 12: 22 & 29. *at noſtra ingenti* &c. Sed tu, cultiſſime Vlamingi, qui Latinas elegantias habes perſpectiſſimas, horum exemplorum gratiam mihi facis. HEMSTERHUSIUS.

Pag. 51. Eleg. V. v. 3. *Quid tibi vis inſane? meos ſentire* furores?] *dolores* in exemplari M. Anton. Pocchi.

Pag. 51. Eleg. V. v. 9. *Quod ſi forte tuis non eſt contraria votis*,] porro jam patet, quam commode lectum fuerit v. 9. in vetuſtis edd.

Quod ſi forte tuis *non eſt contraria* votis.

quem profecto ſenſum tota Elegiae οἰκονομία poſtulat: Scaligerum probavit Broukhuſius: at conſidera, quaeſo, maximi viri interpretationem: *aut pone illam mihi pro te precanti victas manus dediſſe*; hoc illud eſt, quod dixi, nullis argumentis, nullâ ne quidem ſpecie nixum Gallum oraſſe Propertium, ut ſibi pararius eſſe vellet & proxeneta apud Cynthiam: duram ſane conditionem, & os impudens Galli, qui hoc tantum oneris amico ſuo imponere non dubitaverit! Verum non diffiteor, in illa ſcripti libri, quam Scaliger protulit, lectione ſummopere mihi placere *auſa*, vocem in hoc loco convenientiſſimam, & praecipuae virtutis: quare levi manu lubens refinxero, *quod ſi forte* auſis *non eſt contraria veſtris.* quod ego non vereor, ne Propertio indignum videatur. HEMSTERHUSIUS.

Pag. 52. Eleg. 5. v. 10. *At tibi curarum millia quanta dabit.* in not. col. *a* lin. 10. poſt, *pro quot millia.* adde;] ut ſaepe *tanta* & *quanta*, pro *tot* & *quot.* Manil. III. *Et quantis in utroque modis tollentur ad ortus.* ubi vide Scalig. p. 403. Rittershuſ. ad Guntheri Ligur. Lib. IV. p. 88.

Pag. 56. Eleg. 5. v. 25. *Quod ſi parva tuae dederis veſtigia culpae.* in not. col. *b.* lin. 29.] v. ad Lib. III. El. 14. 21.

Eleg. VI.

Pag. 59. Eleg. VI. v. 3. *Cum quo Rhiphaeos poſſim conſcendere montes.* in not. col. *b.* lin. 8.] vid. Callimachi Fragm. CCXV.

Pag. 60. Eleg. VI. ad eund. v. 3. in not. col. *a.* lin. 28. poſt, *ad inacceſſas.*] Horatius Epod. I.

—— te vel per Alpium juga,
Inhoſpitalem & Caucaſum,
Vel occidentis uſque ad ultimum ſinum
Forti ſequemur pectore.

Pag. 61. Eleg. VI. v. 9. *Illa meam mihi ſe jam denegat,*] *mihi* ſeſe *denegat* v. c. in libro Pocchi.

Pag. 63. Eleg. VI. v. 17. *Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento.* in nota col. *a.* lin. 40. poſt haec, *amatore ſibi debita.* adde,] ut *verba tibi debita,* Proteſilao, quo abſente imaginem ejus adloquebatur Laodamia apud Ovid. Epiſt. XIII. 153.

Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus.

ibid. col. *b.* lin. 16. poſt haec; Petron. cap. 55. pag. 274. ubi *ventus textilis* pro veſte pellucida. vide Huetii notas ad Anth. Graec. pag. 10 poſt ejus Poëm. & adde Lud. la Cerdam ad Tertull. de Pallio cap. IV. p. 47.

ibid. lin. 32. poſt, *eriperet*] Silius Ital. XII. 633. *debebis nimirum hiemisque procellis Unum, Roma, diem.*

Pag. 64. Eleg. VI. v. 20. *Et vetera oblitis jura referre foris*] ſuo hic maluiſſem, quam N. Heinſii judicio, Broukhuſius fuiſſet uſus: revocanda eſt vetus lectio,

Et vetera oblitis jura refer ſociis.

praecedenti verſu cur diceret: *conare antetre,* gravis erat cauſſa; eleganter enim ad laudem Tulli patrui pertinet, cujus imperium tam fuerit juſtum, ut vix ſperari poſſit, alium ſucceſſorem ad eandem laudem facile perventurum: Verum hic, ſi Tullo dicat, *conare vetera Jura referre,* diffidere ſe amici virtuti oſtendet, quod certe abſurdum, & ab elegantiâ Propertii alienum: quare per me ſartum tectum ſit illud, *jura refer ſociis.* ſi aetatis illius hiſtoriam excutere liberet, pluribus haec confirmare & multa de Tullo, aliis indicta, proferre in promtu erat; ſed utriuſque noſtrûm tempori parco. Hemsterhusius.

Pag. 65. Eleg. VI. v. 22. *Semper at armatae cura fuit patriae.*] praetulero, ſi per alios licet, Semper at *armato* cura fuit patriae: tibi *armato*: Tu tuam aetatem, quae amori nunquam ceſſavit, in armis tranſegiſti, ut patriam defenderes: *armata* patria quid ſibi velit, non intelligo, ſi vel maxime Romanos, armis civilibus inter ſe concurrentes, interpreteris, huc tamen illa figura nihil faciet: firmat emendationem meam v. 29. ubi aliud ſibi vitae genus & imbelliorem militiam a fatis attributam teſtatur. Hemsterh.

Pag. 66. Eleg. VI. v. 26. *Hanc animam extremae reddere* nequitiae.] *militiae,* exemplar. Pocchi.

Pag. 68. Eleg. VI. v. 29. *Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis:* in nota col. *a.* lin. 30. poſt haec; *ſimili fere colore.* adde:] quo Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. v. 79. uſque ad 84.

ibid. lin. penult.] Livius, Lib. X. 22. *Eſſe praeterea viros natos militiae, factis magnos.* imitatus eſt Janus Douſa P. Lib. I. Epigr. ad Cotalen.

Non ego ſum Martis natus laſſare triumphos,
Perque feras acies aera tubaſque ſequi;
Iſta juvent alios. Veneris mihi caſtra ſecuto
Sufficit in gremio bella movere tuo.

Pag. 69. Eleg. VI. v. 31. *At tu, ſeu* mollis *qua tendit* Jönia, *ſeu qua.*] vid. Cael. Rhodigin. Lib. VII. Lect. Antiq. cap. 10. pro *tendit* exemplar Pocchi habet, *tendis.*

Eleg. VII.

Pag. 70. Eleg. VII. v. 1. *Dum tibi Cadmeae* dicuntur, *Pontice, Thebae.*] ſic & Neſtor adfert in Vocabular. pag. 172. b.

Ad eund verſ. 1] prave mutatum *dicuntur* in *ducuntur*, ut vere monuit magnus Bentlej. ad Hor. I. od. VII, 9. vellem Broukhuſius explicatione Scaligeranâ, quae ſaltem tolerabilis eſt, fuiſſet contentus: quamvis, ut perinde dici poſſit *ducere* Thebas, & arma fraternae militiae, atque *ducere* epos vel *carmina*, minime concedam: nunc, dum illam multo majorem elegantiam, quae Scaligerum latuit, eruere conatur, Propertio figuram affingit, quam ipſe vir cultiſſimus ſuis in carminibus nunquam uſurpaſſet: vide enim mentem ſui poëtae quemadmodum exponat: dum tu, o Pontice, everſas Thebas e ruderibus ſuis excitas, & novas iterum condis, dumque nova arma fabricas impiis fratribus &c. arma etiam ducuntur. igitur *ducuntur* alio longe ſenſu & tranſlato poteſtatis modo capiendum eſt, ſi jungas, Cadmeae Thebae, nimirum e ruderibus ſuis excitantur, & novae iterum conduntur, longe alio, ſi pertineat ad

arma

arma fraternae triſtia militiae, ſcilicet fabricantur: hoccine tam durum ſchema, ut homini Romano in mentem venerit? Cras credam. Hemst.

Pag. 73. Eleg. VII. v. 4. *Sint modo fata tuis mollia carminibus.* in fine not. adde:] & vide infra ad Lib. II. Eleg. 24. 9.

ibid. col. *b.* lin. 14.] contra, *aditum praecludere* ad amores, apud Petron. cap. 87. *Quum ob hanc offenſam praecluſiſſem mihi aditum, quem feceram, iterum ad licentiam redii.*

Pag. 74. Eleg. VII. v. 9. *Hic mihi conteritur vitae modus, haec mea fama eſt.*] haec in animo habebat Jac. Wallius Eleg. VI. Olivae Pacis, init.

Non ego bella canam, nec, ſi me Muſa Poëtis
Inſerat, hinc famam carminis ire velim.

Pag. 75. Eleg. VII. v. 12. *Pontice, & injuſtas ſaepe tuliſſe* minas.] *manus*, exemplar Pocchi.

Pag. 75. Eleg. VII. v. 15. *Te quoque ſi certo Puer hic concuſſerit arcu.* in not. col. *a.* lin. penult. adde:] vide Pricaeum ad Apulej. III. Met. p. 146.

Pag. 76. Eleg. VII. v. 16. *Quod nolim noſtros evoluiſſe Deos*: in not. col. *a.* lin. 7. poſt haec; *quod libenter ei redonamus.* pro, *heu & voluiſſe*, ſcribe:] licet ita etiam conjecerit.

ibid. v. 17. *Longe caſtra tibi, longe miſer agmina ſeptem* &c. in not. col. *b.* lin. antepenult. poſt haec, *paſſim deſideres.* adde] forte *ſurda* hic explicandum, ut Lib. IV. El. 5. 56. *Illius tibi ſit ſurda ſine arte lyra.*

Eleg. VIII.

Pag. 83. Eleg. VIII. v. 7. *Tu pedibus teneris poſitas fulcire pruinas*? in not. col. *b* lin. 40. poſt haec; *ſine exemplo eſt.* adde:] licet hoc quoque probaverit Hoelzlinus ad Apollon. Lib. III. v. 1159.

Pag. 84. Eleg. VIII. ad eund. v. 7. *Tu pedibus teneris* &c. in not. col. *a.* lin. 39 poſt haec; *reſtituit Lambinus* adde:] ita vero hic dudum conjeceram, antequam vidiſſem eodem modo legendum conjeciſſe doctiſſ. Ant. de Rooy in Specim. Critic cap. XV. prolato eodem Lucretii loco. —— & col. *b.* lin. 11. poſt *de Laud. Stil.* 401. adde:] Oudend. ad Lucan. v. 503.

Pag. 83. Eleg. VIII. ad eund. v. 7. *Tu pedibus teneris poſitas fulcire pruinas*,] vix a me impetro, ut *ruinas*, lectionem tot Codd. firmatam, proſcribam: quamvis enim coeli, grandinis *ruinae* in uſu ſint vulgatiſſimo, tamen hoc in loco metus non erat, ne omiſſâ voce *coeli* minus intelligerentur, cum opportune ſubjiciat Propertius, inſolitas ferre nives: verum, quoniam hac in re tantopere pertendunt, vincant per me licet, & pruinas obtineant Eruditiſſimi Viri. In eandem conceſſit ſententiam Jer. Hoelzlin. ad Apollon. Argon. III, 1159. tam non dubitandum eſt, quin & olitor non nunquam commode loquatur: ſed hoc in eo praecipuum, quod ipſam locutionem *poſitas fulcire pruinas* rectiſſime interpretetur, in jacente pruinâ niti pedibus; comparetque verbum illud cum Graeco ἐρείδειν. ſolent enim illi ἐρείδειν ςιβαρῷ ποδὶ τὴν γῆν. quod ſollertiſſimus Graecorum imitator Propertius ſine dubio expreſſit. Scaligerum illa verbi vis non praeteriit, quae in compoſitis *infulcire*, *conſulcire* & *offulcire* perſpicua eſt. quare non aſſentior J. Fr. Gronovio, Viro omnium pene, qui hoc in ſtudiorum genere floruerunt, Latinae linguae peritiſſimo, cum diatr. ad Sylv. Stat. p. 357. Virum Illuſtriſſimum falli contendit: ipſe autem ſic explicat: *fulcire* utique eſt, injectas habere: quare additur *poſitas*: qui enim per pruinas nivesque incedunt, eorum pedes hauriuntur, atque ita recte *pruinas* ſuperjectas fulcire dicuntur. Non cepit vir praeſtantiſſimus nativam virtutem τοῦ *poſitas*, quae recte a Broukhuſio declarata eſt, unde liquet non eſſe jungenda, pedibus teneris poſitas, ſed *fulcire* pedibus ac premere ruinas. Addit vir magnus, velut priori explicationi diffidens: aut fulciunt pruinas, quae ſub nudo Jove pernoctantibus infunduntur, aut circumfunduntur: id ut alias eleganter dici poſſit, hic certe a pedibus teneris omnino refutatur. Hemsterh.

Pag. 86. Eleg. VIII. v. 9. *O utinam hibernae duplicentur tempora brumae*; in not. col. *a.* lin. 8. poſt haec; *edendum cenſui*, adde:] licet juſta mutandae lectionis cauſa non appareret Cl. Schradero Emend. p. 105. quem vide. & Broukhuſius illam &c. — & lin. 18. poſt haec; *vide Graevium p.* 210. adde:] *in ora* probare etiam videtur H. J. Arntzenius ad Sedul. III. 86. *oram* pro litore exponens.

Pag. 84. Eleg. VIII. v. 11. *Nec tibi Tyrrhena ſolvatur funis ab ora*,] Scaliger mutavit ordinem verſuum, Broukhuſio quidem cum aliis ſubſcribente, ſed libris refragrantibus: porro Broukhuſii eruditas aures offendit *Tyrrhena arena*: Ego, ſervato Codicum ordine, huic etiam incommodo mederi conabor; itaque totum locum eſſe conſtituendum cenſeo:

Nec tibi Thyrrhenâ *ſolvatur funis ab orâ*
Neve inimica meas elevet aura preces:

Atque ego non videam, tales ſubſidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates.
Ut me defixum vacuâ patiaris arenâ,
Crudelem infeſtâ ſaepe vocare manu.

niſi quis praehabuerit:

Et *me defixum vacuâ* patieris arenâ &c.

arenâ ſane hoc verſu tam commode ſententiam ornat, ut nihil ſupra, quippe quae triſtiſſimae ſolitudinis & aridae vaſtitatis imaginem excitet, quod utique miſeriam amatoris, qui ſolus in arenoſo litore deſtitutus abeuntem amicam ſuam proſpectat, mirifice auget. *Gigantea litoris ora* XX, 9. *arena vacua* II, 19, 43. Lucan. 8, 62. Hemsterh.

Pag. 87. Eleg. VIII. v. 15. *Et me defixum vacua patiaris arena.*] *ut me* legebat Livinejus, monente Cl. Schradero.

Pag. 88. Eleg. VIII. v. 18. *Sit Galatea tuae non aliena viae.*] idem innuit, quod Ageanacti Mitylenam naviganti vovetur apud Theocr. Idyll. VII. 61. 62.

ibid. v. 19. *Ut te felici provecta Ceraunia remo* &c.] *Et te* vult Livinejus & Broukhuſius, indicante Cl. Schradero Emend. p. 87. & 91.

ibid. ad eund. v. 19.] Eldikius ſolo ingenio adjutus codicis Voſſiani lectionem: *utere* excogitaverat.

Pag. 89. Eleg. VIII. v. 21. *Nam me non ullae poterunt corrumpere taedae.*] Lib. II. 5. 21.

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.

Pag. 92. Eleg. VIII. v. 27. *Hic erit: hic jurata manet, rumpantur iniqui.*] Novam hic Elegiam eſſe faciendam cenſebat Lipſius Lib. II. Var. Lect. 18. ut priori diſceſſum Cynthiae queratur, ſed hac Elegia gaudeat eam mutaſſe mentem, & a navigatione in Illyriam deſtiterit, ſed improbante Broukhuſio.

Pag. 95. Eleg. VIII. v. 35. *Quam ſibi dotatae regnum vetus Hippodamiae.* &c. in not. col. *a.* lin. 26. poſt haec; *ad Statii ſilvas pag.* 200. adde:] Virg. 4. G. 59. *Eliadum palmas Epirus equarum.* & hoc autem loco apud Valer. Fl. 1. 389. legi poſſet *Dives & Elis equis.* pro vulgata, *Et levis Elis equis*, in qua lectione concurſus ille trium vocum in *is* deſinentium Heinſio valde ingratus videbatur.

Eleg. IX.

Pag. 100. Eleg. IX. v. 7. *Me dolor & lacrimae merito fecere peritum.* in not. col. *b.* lin. 10. poſt haec. *ad Valer. Flac. Lib. V.* v. 4. adde:] & quae habet eruditiſſ. Wakkerus in Amoen. lit. cap. 3. cum quo tamen nolim in loco Virgilii. III. Aen. 434. ſubſtituere, *animum ſi verus implet Apollo* pro *veris inplet*, quae ſaniſſima lectio eſt.

Pag. 102. Eleg. IX. v. 17. *Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni.*] *Nae tu* Gebhard. Lib. III. Crepund. 20.

ibid. v. 12. *Carmina manſuetus lenia quaerit Amor.* in not. col *a.* lin. 17.] Haec vero paſſim in veterum locis permutari exemplis probat Bentlej. ad Horat. A. P. 26.

Pag. 103. Eleg. IX. v. 19. *Tunc magis Armenias cupies accedere tigres* in not. col. *a.* lin. 5. poſt, *refutat*; adde:] Goth. Richterus in ſpecim. Obſerv. Critic. pag. 56. 57.

Pag. 104. Eleg. IX. v. 27. *Quippe ubi non liceat vacuos* ſeducere *ocellos*] *ſubcludere* v. a. apud Pocchum.

Eleg. X.

Pag. 109. Eleg. X. v. 8. *Et mediis coelo Luna ruberet equis*: in not. col. *a.* lin. 29.] de Lunae equis, uno albo, altero nigro, v. Muretum ad Platon. Lib. I. de Repub. p. 630.

Eleg. XI.

Pag. 115. Eleg. XI. v. 2 *Qua jacet Herculeis ſemita litoribus.* in not. col. *a.* lin. 4. poſt haec. apud Cic. V. Verr. c. 12. & 33. adde:] in litore enim genio indulgere ſolebant veteres, quod ἀκτάζειν dicebant Graeci. vid. Patrui notas ad Quinctil. lib. VII. 3. pag. 622.

Pag. 119. Eleg. XI. v. 12. *Alternae facilis cedere lympha manu:* in not. col. *a.* lin. 14. poſt, & ſecundo Voſſ. adde:] recte Heynius contulit cum illo Tibulli III. 5. v. 30.

At vobis Tuſcae celebrantur numina lymphae,
Et facilis lenta pellitur unda manu.

ibid. Eleg. XI. v. 13. *Quam vacet alterius* blan-

blandos *audire ſuſurros*] *Quam* juvet *alterius* tenues, v. c. apud Pocchum.

Pag. 121. Eleg. XI. v. 21. *An mihi non major carae cuſtodia matris* &c. in not. col. *a.* lin. 33. adde :] Muretus etiam *non* rejecit.

Pag. 123. Eleg. XI. v. 29. *Litora quae fuerunt caſtis inimica puellis.* In not. col. *b.* lin. 7.] vid. Dauſquejum ad Silium Ital. p. 484. 485. & de his Bajis, luxuriae ſinu, vide Juret. ad Symach. p. 195. ——— & lin. 22. poſt, *& ſim. vide;* adde :] Dauſquej. ad Silium p. 510.

ELEG. XII.

Pag. 124. Eleg. XII. v. 2. *Quod faciat nobis conſcia Roma moram?* in not. col. *b.* lin. 3. adde :] & ſic Eldikius. cujus adliterationis complura exempla collegit Voſſius Lib. IV. Inſt. Orat. cap. 2. Sect. 4. ſed *conſcia Roma* a Criticis non mutandum, jam monuit Delrius Comm. ad Senec. Hipp. pag. 167.

Pag. 126. Eleg. XII. v. 9. *Invidiae fuimus: num me Deus obruit? an quae Lecta Prometheis dividit herba jugis?* in not. col. *a.* lin. 18. poſt haec ; ad Rutil. Lib. I. 191. adde :] de pharmaco Prometheo veteribus dicto, exponit Caelius Rhodiginus Lib. VII. Lect. Antiq. cap. 21.

Pag. 126. Eleg. XII. ad eund. vers: 9. *Invidiae fuimus: num me Deus obruit?*] mihi librorum, teſte Broukhuſio, ſcriptura placet, *nunc me Deus obruit: an quae lecta Pr.* dubitat, utri cauſſae adſignet animum Cynthiae mutatum, Deorum iniquitati, felicitatem ſúam imminuenti, an malis graminibus ac veneficiis. Donec gratus eram, inquit, tam fortunata fuit inter nos amoris mutui conjunctio, ut invidiae fuerim, & inclementia divini numinis obrutus: niſi potius exiſtimandum ſit. Cynthiam magicis veneficiis coactam a me diſceſſiſſe. Id ſibi Veteres perſuaſerunt, eſſe vim quamdam numinis divinam, quae attenuaret, atque attereret tum ſingulis in hominibus, tum in populis ac civitatibus, quicquid felicitate, potentiâ, egregiiſque atque invidendis dotibus ſupra modum rerum humanarum atque fines excellere videretur, atque evectum eſſe: haec eadem vis ſuperbis humanarum legum aequitatiſque contemtoribus ſuoque ſe pede non metientibus acerrima vindex imminebat: non νέμεσιν tantum & Ἀδράστειαν, ſed & φθόνον Graeci vocant: idque potiſſimum eſt intelligendum in illa vulgatâ boni ominis formulâ ἀπέστω δὲ φθόνος, quam uſurpant, ſi quid elatius locuti Deos ultores metuerent. apud Herod. I. 32. Solon ad Croeſum, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων πέρι. me de rebus humanis interrogas, cui exploratum eſt, numen divinum nimiae felicitati & magno faſtu ſuffultae eſſe infeſtum, ad graviſſimaſque mutationes inducendas proclive, hoc enim eſt ταραχῶδες. rem clarius exponit Jonica Muſa c. 34. μετὰ δὲ Σόλωνα οἰχόμενον ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον, ὡς εἰκάσαι, ὅτι ἐνόμισε ἑωϋτὸν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον. ἐκ θεοῦ cum Codice Mediceo ſcribas, an ἐκ θεῶν, parum intereſt; utrumque Veteribus uſitatum: poſterius haud alio ſenſu Aeſchylo placuit Perſ. 362. Agam. 956. virtutem iſtius locutionis in Thucydide VII. 77. nec Scholiaſtes antiquus, nec interpres ceperunt, ubi Nicias inter alia, quibus perculſos inopinatâ clade Athenienſes erigit, ac melius ſperare jubet, εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα & mox: καὶ ἡμᾶς εἰκὸς νῦν τά τε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐλπίζειν ἠπιώτερα ἕξειν. οἴκτου γὰρ ἀπ᾽ αὐτῶν ἀξιώτεροι ἤδη ἐσμὲν ἢ φθόνου, utrobique ille μεμπτοὶ & μέμψις, hic *inviſi*, & *odium.* Latini pariter invidiam appellant: ut alia praetermittam, egregius eſt Quinctiliani locus prooem. Lib. VI, 10. ubi immaturam filioli, ingenio ſupra vota atque aetatem praecoci, mortem acerbiſſime deflet: *Obſervatum fere eſt, celerius occidere feſtinatam maturitatem, & eſſe neſcio quam quae ſpes tantas decerpat, invidiam, ne videlicet ultra, quam homini datum eſt, noſtra provehantur.* haud diſſimilia ſuppeditabit H. Valeſ. ad Ammian. Marcell. XIV, 11. Ex his intelligere non eſt difficile, quam invidiam, & quo ſenſu *Deum ſe obruiſſe* dixerit Propertius. HEMSTERHUSIUS.

ibid. ad eund. v. 9. col. *b.* lin. 29. adde:] aliter Wakkerus, qui in Amoen. Lit. cap. XII. legebat; *Invidiae fuimus. Nunc me Deus obruit.* olim, cum Cynthiae eram gratus, invidiam retuli, nunc, ab ea rejectus, a Deo obrutus ſum.

Pag. 128. Eleg. XII. ad eund. v. 9. *Invidiae fuimus* &c. in not. col. *a.* lin. 1. poſt, *pag.* 84. & 85. adde :] ita intellige illud Euripidis in Oreſt. 972. Φθόνος νιν εἷλε θεόθεν. quod male vertit Barneſius, *Invidia nunc cepit divinitus.* innuit enim Deorum invidiam ſuſtuliſſe totam Pelopis domum.

ibid.

ibid. v. 11. *Non ſum ego, qui fueram.* col. *a.* lin. 30. poſt *antea legebatur*, adde:] ſic Ep. XIX. 91. *ſis tamen hoc potius, quam quod prius eſſe ſolebas.* vid. Patr. ad Phaedr. V, fab. ult. v. 9.

ibid. ad eund. v. 11. col. *b.* lin. 3. poſt, *Anth. Lat.* p. 457. adde:] elegantiam locutionis de mutato felicitatis ſtatu, ſimilibus aliis exemplis illuſtrat Gronov. ad Arrian. Lib. VII. de Exp. Alex. cap. 9. p. 284. ita de ſe Ovidius IV. Triſt. El. 1. 99. *Quum vice mutata quid ſim fuerimque recordor, Et tulerit quo me caſus, & unde, ſubit.* ut recte emendavit Heinſius pro, *quis ſim.*

Pag. 129. Eleg. XII. v. 17. *Aut ſi deſpectus potuit mutare colores,*] ſi quis legendum exiſtimarit, *aut qui deſpectus* &c. me quidem judice rem acu tetigerit: *nam ſunt quoque tranſlato* &c. velut additum enthymema ſpectari debet, quemadmodum modo, *Non nihil adſperſis* &c. Hemsterh.

Pag. 129. Eleg. XII. ad eund. v. 17. *Aut, ſi deſpectus potuit mutare colores.* in not. col. *a.* lin. 26. poſt, *Aut qui* adde:] deſpectus, vel *deſpectos &c.*

Eleg. XIII.

Pag. 131. Eleg. XIII. v. 3. *At non ipſe tuas imitabor, perfide, voces.* in not. col. *a.* lin. 8. poſt, *convicia notant.* adde:] & malos rumores. Ovid. Ep. XVII. 156. *ſenſi mala murmura vulgi, Et quaſdam voces retulit Aethra mihi.*

Pag. 133. Eleg. XIII. v. 15. *Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo.*] in not. col. *b.* lin. 29. adde:] ſed vulgatam tuetur locus Catulli Carm. XXXV. v. 8. & ſeqq.

Quamvis candida millies puella
Euntem revocet, manuſque collo
Ambas injiciens roget morari.

& hoc eleganter convenit puellae, quae tamquam ex jure dominii amatori abiturienti *injicere manus* dicitur.

Pag. 135. Eleg. XIII. v. 23.

Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben
Senſit ab Oetaeis gaudia prima jugis.

in not. col. *b.* lin. 26. adde:] *de rogo* illo Herculis *Oetaei* vid. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 112. — & lin. 32. poſt haec, *vide hic Broukhuſ.* adde:] Lucianus Dial. Mortuor. XVI. p. 402. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ τοῖς θεοῖς σύνεσι — Καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην. quod hoc loco illuſtrat Cel. Hemſterhuſius.

Pag. 136. Eleg. XIII. v. 25. *Una dies omnes potuit praecurrere amantes:*] *Deis — amatas* Eldikius ſuis ad me literis.

Eleg. XIV.

Pag. 141. v. 16. Nulla mihi triſti *praemia* ſint Venere:] vid. ad Ovid. I. Amor. 10. 11.

Pag. 143. *Quid relevant variis ſerica textilibus?* col. *a.* poſt, *illic notas*, adde:] ſic in loco Lucani Lib IX. 153. reſtituit Marklandus Epiſt. Crit. pag. 150. — *tumulis evulſus Amaſis, Et Pharii reges.* pro, *Atque alii.*

ibid. v. 23. *Quae mihi dum placata aderit, non* ulla *verebor Regna* &c.] *Lyda* etiam divinaverat Eruditiſſ. Eldikius.

Eleg. XV.

Pag. 147. El. XV. v. 10. *Deſertis olim fleverat aequoribus.* notae adde:] alio modo huic loco ſuccurrere tentavit Clercquius in Specim. I. ad Lucan. pag. 55. ſed cujus medicina modum excedit. Lenior correctio eſt Eldikii; *Deſertis olim* fecerat *aequoribus.* qui & hujus & ſequentis pentametri verba tranſponenda eſſe cenſebat.

Pag. 148. Eleg. XV. v. 21. *Conjugis Euadne miſeros elata per ignes.*] Id ſcilicet ab Heinſio & Broukhuſio, utriſque poëticarum elegantiarum callentiſſimis, exſpectandum fuit, ut pro *miſeris ignibus* hoc loco *ſeros* reponerent: invitis ſane Muſis, & multum reclamante Propertio. Sunto *ignes ſeri* rogales, quemadmodum *ſupremi* & *extremi* 1992. ecquodnam ab hoc epitheto tam communi & ad omnem rogum aeque pertinenti ſententiae Propertianae decus accedat? verum *miſeros ignes* cum audio, mox miſerabilis ille rogus Capanei in mentem venit, ipſiuſque Euadnes, quae marito ſuperſtes vivere non potuit, miſerrimus ille ſaltus. retineamus ergo: *miſeros* elata per ignes. Hemsterh.

Pag. 150. Eleg. XV. v. 26. *Cynthia, & oblitos parce movere Deos.*] nihil attinebat probam lectionem, cui codices & ſcripti & editi ſuffragantur, loco movere; praeſertim, cum ipſe Broukhuſius poſt alios commode exponat, laceſſere, irritare, ad iram & vindictam perjurii commovere: cum quo ſi componas *monere*, languidum videbitur. Hemsterhus.

Pag. 152. v. 41. *Quis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes.*] Tibullus Lib. III. 6. 43.

Vos ego nunc moneo. Felix, quicumque dolore
Alterius diſces poſſe carere tuo.

quod cum hoc loco confert Cl. Heynius.

ELEG. XVI.

Pag. 153. v. 5. *Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis,*] huc refer locum Apuleji in Apolog. pag. 84. Ed. Pricaei. *diebus ac noctibus ludibrio juventutis janua calcibus propulſata, feneſtrae cantibus circumſtrepitae.*

Pag. 154. v. 8. *Semper, & excluſi, ſigna jacere faces.*] vid. Andr. Querneum Egregior. cap. IV. p. 30.

Pag. 156. Eleg. XVI. v. 17. *Janua, vel domina penitus crudelior ipſa,* col. *a.* poſt verba, infra ad Eleg. XX. v. 4. adde:] idem in mentem venit Eldikio, qui firmabat loco noſtri II. XX. 45. *Sed non Neptunus tanto crudelis amori.*

Pag. 157. v. 23. *Me mediae noctes, me ſidera prona jacentem,* col. *b.* poſt haec verba, *Jacebo hic ſtratus.* adde:] vide Kuſter. ad Ariſtoph. Eccleſ. 956.

Pag. 159 v. 29. *Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano.* adde;] *potentior* vitioſe adfert Delr. Comm. ad Senec. Herc. in Oet. v. 143.

Pag. 160. v. 36. *Victa meis numquam, janua, muneribus.*] *munere victus Amor,* Tibullus III. 6. 4.

Pag. 162. Eleg. XVI. v. 46. *Et matutinis obſtrepit alitibus.*] Prudentius Hymn. I. Cathem. 13. *Vox iſta, qua ſtrepunt aves, Stantes ſub ipſo* culmine, *Paullo ante quam lux emicet.*

ELEG. XVII.

Pag. 163. Eleg. XVII. v. 1. *Et merito, quoniam potui fugiſſe puellam,*] *procellam* v. c. apud Pocchum.

Pag. 163. Eleg. XVII. v. 3.

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam eſt,
Omniaque ingrato litore vota cadunt.]

Eldikius legebat:

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura *carinam eſt*
Lumine, at ingrato litore vota cadunt.

Pag. 165. v. 11. An poteris *ſiccis* mea fata reponere *ocellis?*] v. Bentlej. ad Horat. I. od. 3. 18.

Ibid. Eleg. XVII. v. 5. *Quin etiam abſenti proſunt tibi, Cynthia, venti.* col. *a.* poſt, *paginae ſuppeditant*, adde;] defendit quoque hunc verſum Cl. Schraderus Emend. p. 105.

Ibid. v. 14. *Primus, & invito gurgite fecit iter.*] *invito gurgite*, ut apud Lucanum Lib. III. 194. corrigit Bentlejus — *Cum rudis Argo Miſcuit ignotas temerato gurgite gentes.* pro *litore.*

Pag. 167. Eleg. XVII. v. 21. *Illa meo caros donaſſet funere crines:* col. *b.* poſt haec; II. *Theb.* 256. *p.* 416. adde:] & adde Brodaeum ad Anthol. Gr. Lib. III. p. 319. & Bernart. ad Stat. VI. Th. 195.

ELEG. XVIII.

Pag. 169. Eleg. XVIII. v. 4. *Si modo ſola queant ſaxa tenere fidem.* col. *b.* poſt verba, *deſtituitque locis.* adde:] Lib. III. Met. *& ſolis ex illo vivit in antris.*

Ibid. v. 5. *Unde tuos primum repetam mea Cynthia faſtus.*] his verſibus Propertium Graeca Theocriti expreſſiſſe Idyll. II. v. 64. monuit Eldikius.

Pag. 170. Eleg. XVIII. v. 9. *Quid tantum merui? quae te mihi crimina mutant?*] per *crimina* hic intelligi criminationes, quibus alii odium Cynthiae ſibi conflaverant, notat Goldaſtus *ad Doſith. Lib. III. p.* 39. *merui* igitur ponitur pro peccavi, ut ſaepe hoc verbum in pejorem partem occurrit. vid. Cl. Heynii *Obſerv. ad Tibull. Lib. II. El.* 4. 5. pag. 113. ed. repetitae. confer etiam ad Lib. III. IX. v. 3.

Pag. 172. Eleg. XVIII. v. 23. *An, tua quod peperit nobis injuria curas,*] Francius probabat Lipſii correctionem, *At — quot.*

Pag. 174. Eleg. XVIII. v. 32. *Nec deſerta tuo nomine ſaxa tacent.*] Nulla MScriptorum fide nititur illata in Propertium lectio, quae illud etiam habet incommodi, quod *tuo nomine* haud ſatis concinne locum tueatur: at quid mollius eſt veteri ſcriptura, quid delicatius?

Sed qualiſcumque es, reſonent mihi, Cynthia, ſylvae,
Nec deſerta tuo nomine ſaxa vacent:

ubi *tuo nomine vacent* rectiſſime, quemadmodum ſeq. Eleg.

Ut meus oblito pulvis amore *vacet.*

III. VIII. 16.

— *Nec vacuum flore relinque caput.*

Recipit autem hic verſiculus duplicem intellectum: etenim exponere licet: Deſertae atque aviae rupes tuum nomen, ſaepius a me ingeminatum

natum, reddant ac repercutiant: vel forte melius interpretabere: Nec deſerta ſaxa, fidem amoris mei teſtatura, nomine tuo inſcripto careant. quemadmodum v. 22. *Scribitur & veſtris Cynthia corticibus:* ἴδιον ἐραστῶν ἦν, inquit Schol. Ariſtoph. ad Acharn. v. 144. τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις ἢ δένδροις ἢ φύλλοις οὕτως, ὁ δεῖνα καλός. ſequitur id Callimachi diſtichon, quod Scaliger ad v. 22. adnotavit: verum operae pretium eſt, ut vitium, quod hactenus inſidet, eximatur:

> Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖς κεκολαμμένα τόσσα φέροιτε,
> Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

apud Schol. eſt ὡς ἐρέουσι. bene Scaliger ὅσσ'. tum φύλλοισι κεκομμένα. Vir ſummus R. Bentl. in Fragm. Callimach. n. CI. φλοιοῖσι κεκομμένα, qui ſimul admonuit, ex Callimachi Cydippe hos verſus eſſe deſumtos: verum ut taceam ἐν φλοιοῖς κεκομμένα γράμματα haud ſatis ad Graeci ſermonis genium videri conveniens, ſine controverſia rectum eſt, quod poſui: nam & Glaucus a praeſtantiſſimo Viro citatus, κατὰ φλοιοῦ γράμμ' ἐκόλαψε, & quod emendationem meam in tuto collocat, Ariſtaen. I. Ep. 10. p. 46. εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον, Κυδίππη καλή. ἤγουν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάσει καλήν. eadem vides, detractâ metri lege, verba: & ſane nobilis eſt praeter ceteras, atque aurea haec epiſtola, quae propterea majoris eſt momenti, diligentiorique curâ perpoliri meretur, quod ex Callimachi Cydippe, mutatis in pedeſtrem orationem verſibus, expreſſa videatur, & contracta: quam meam opinionem non tantum hoc Callimachi diſtichon extra omnem dubitationis aleam ponit, & elimatus epiſtolae ſtylus, in quo color nitet poëticus, & ſolutis lege verbis muſicus ſubeſt ſpiritus: Ovidius etiam, etſi ſuo ingenio ſatis dives & contentus, ſi conferre libuerit, quaedam imitatus fuiſſe deprehendetur. HEMSTERHUS.

ELEG. XIX.

Pag. 176. v. 7. *Illic Phylacides jucundae conjugis heros:* col. *a.* poſt haec verba, *Hyginus fab.* 103. & 104. adde:] vide & Vinet. ad Auſon. Cup. cruc. v. 35.

Ibid. ad eund. v. 7. col. *b.* poſt haec, *Ovid. Epiſt.* XIII. 35. adde:] quo in loco *Phylaceïdes matres* in *Phylleïdes* non eſſe cum Heinſio mutandum, monet Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 427.

Pag. 178. Eleg. XIX. v. 15 *Quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia forma Gratior:*] *Harum* legebat etiam Francius, qui hinc confirmabat conjecturam ſuam, qua ſupra, El. XV. 35. *Hos tu jurabas* praeferebat, pro *Quos.*

Ibid. ad v. 16. *& tellus hoc ita juſta ſinat* poſt haec *intelligere notavit*, adde:] Coelius Rhodiginus Lib. XXIII. Lect. Antiq. cap. 19. exiſtimabat reſpicere Propertium ad Menandrum, qui δίκαιον γήδιον vocat juſtam terram, quae tantum & amplius reddit, quantum accepit.

Pag. 179. Eleg. XIX. v. 18. *Cara tamen lacrimis oſſa futura meis.* col. *b.* poſt haec verba, *quis ferat?* adde:] ſive *meis* vel *tuis* legatur, utrumque Francio duriuſculum videbatur. ſed *lacrimis* &c.

Ibid. ad eund. v. 18.] *Cara tamen ſimulacro oſſa futura meo*, i. e. *imagini* tentabat Eldikius.

Ibid. v. 19. *Quae tu viva mea poſſis ſentire favilla*,] Eldikius: *Quum* tu viva *meam* poſſis *ſepelire favillam.*

Ibid. ad eund. v. 19.] Valeat Aurati conjectura prae codicum conſenſu: *viva* vim habet, nam modo, *longae fata ſenectae*, & in hoc ipſo diſticho clarior eſt Propertianae favillae ac mortis oppoſitio. HEMSTERH.

ELEG. XX.

Pag. 183. Eleg. XX. v. 4. *Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.* col. *a.* poſt verba, *teſtimonium perhibebit*, adde:] & ſic idem Scaliger apud Catull. Ep. 85. de Arrio, emendabat *Sic maternus avus dixerit, atque avia.* & eo ſenſu *Dicere* Lib. IV. El. 7. 46. *Dicet damnatas ignea teſta manus.*

Ibid. Eleg. XX. v. 6. *Thiodamanteo proximus ardor Hylae.* col. *b.* poſt haec verba, *ad Lib.* III. *Georg.* v. 6. adde:] *Proximus ardor Hylae*, id eſt, qui forma non inferior eſſet Hyla. ut recte exponit Cl. Heynius ad Tibull. p. 161. Ed. ſec.

Pag. 184. Eleg. XX. v. 8. & 11. *Huic tu, ſive leges,* —— *Nympharum ſemper cupidas defende rapinas.*] Pocchus habet: Hunc *tu*, *ſive leges* —— *Nympharum ſemper* cupidis *defende* rapinis.

Pag. 185. Eleg. XX. v. 13. *Ne tibi ſit duros montes, & torrida ſaxa* col. *b.* poſt haec, *edd. vetuſtioribus*, adde:] quod Francio etiam videbatur ſimplicius.

Ibid. ad eund. v. 13. poſt *lacus* ſequuntur. adde:] eum vide in notis ad h. l. & ad Paneg. Vet. pag. 300.

Pag.

Pag. 188. Eleg. XX. v. 26. *Hunc ſuper & Zetes, hunc ſuper & Calais* col. *a.* poſt haec verba, *tibi adde pennas*, adde:] Oppianus II. Cyneg. 623. Παῖδε Βορειόνεω Ζήτης Καλαΐς τε. ubi de his Boreae filiis, ex raptu Orythiae natis, vide Ritterſh.

Ibid. Eleg. XX. v. 27. *Oſcula ſuſpenſis inſtabant carpere plumis*, poſt haec, *adſentitur Broukhuſius* adde;] & ſic Francius.

Pag. 189. Eleg. XX. v. 31. *Jam Pandioniae ceſſat genus Orithyiae:*] Orithyian a Borea raptam ad Iliſſum fluv. tradit Pauſ. Lib. I. c. 19. vid. Inſcr. inſignis columnae, Herculis acta continentem, apud Donium Cl. I. pag. 34.

Pag. 193. *Eleg.* XX. v. 44. & ſeqq. *Innixus dextro plena trahens humero.*] Hic ego non diffiteor elegantiſſimam eſſe N. Heinſii correctionem, dignamque videri, quae a Propertio fuerit profecta: tantum non formulae locum habet apud Latinos, *humero exſerto*, qua in locutione illuſtrandâ omnium diligentiam ſuperavit Joſ. Waſſe ad Salluſt. B. C. p. 133. 134, quamobrem facile patior, venuſtum hoc perſpicacis ingenii ſpecimen in notis extare; verum, ut e veſtigio in ipſum Propertium inferatur, renuit negitatque Sabellus: neque enim vulgata lectio, a qua nulli codices diſſident, tam videtur inepta, tam omni commodo ſenſu deſtituta, ut ex occupatis injuriâ ſedibus ſuppoſititii foetus more exturbari debeat: nam quid in iſtis, quaeſo, vel Propertium vel Latinam linguam dedecet,

Innixus dextro plena trahens humero.

ſcilicet hoc Propertio negabimus, ut *humerum* pro brachio ponat: ego ſane nihil a ſuâ libertate, quae tantopere placet, alienum feciſſe puto; deinde Apollonium in oculis habuiſſe, cum haec pangeret Propertius, vere Scaliger & Rutgerſius obſervarunt: atqui Apollonius, quod nec Scaligerum praeterit, hic habet, λέχρις ἐπιχριμφθεὶς. id autem ſignificat, obliquato corpore proclinatus, alterâ manu ut inniteretur, alterâ, pone dextram, aquam hauriret: hunc proni corporis, & in dextram partem inclinati habitum tam opportune praepingit vetus Propertii lectio, ut ego, haud ſecus ac Gronovius, acerrimus Latini ſermonis judex, facile ſim hoc Catone contentus. Eundem praeſtantiſſimum virum pepulit in ſequentibus divina, me ſi roges, Rutgerſii emendatio: Operae pretium erit, venuſtiſſime Vlaminge, ut ſine moleſtiâ judicium feras, ipſos verſus adducere:

Prolapſum leviter facili traxere liquore,
Tum ſonitum, rapto corpore, fecit: Hyla,
Cui procul Alcides iterat; reſponſa ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert.

qui modum numeroſque elegiaci apud Graecos metri habent exploratos, vix a ſe poterunt impetrare, quin in Rutgerſii ſententiam pedibus eant: tranſitus ille & παρέκβασις εἰς τὸν ἑπόμενον ςίχον *Hyla, cui procul Alcides iterat*, prorſus genii Graeci, quem, ut ubique Propertius, ſic iſto praeſertim in carmine aemulatur: vid. v. 26, 27. tum illud etiam percommode cadit, quod ſonitum rapto corpore fecit, de ſonitu prolabentis in aquam Hylae intelligi debeat, cum alias exponere neceſſe habeant, clamorem dedit, vocem miſit Hylas: quod, quantumcumque magnus Gronovius contendat, non perficiet, quin durum videatur, & abhorrens: non adeo Propertii vena exaruerat, ut, hoc ſi voluiſſet dicere, verbis non multo magis propriis & accommodatioribus expreſſiſſet: porro quantum in illo venuſtatis: *reſponſa nomen refert*, figura vel inprimis Propertiana, de qua poſt plura nobis erunt dicenda: Herculi iteranti, *Hyla, Hyla*, Echo nihil aliud reſonat, & reſponſi vice refert, quam id ipſum nomen, Hyla, Hyla. Ego cauſſam dicere non nolui, cur Rutgerſiana correctio, ipſa mutationis facilitate commendabilis, mihi mirifice arrideret: quod ſi quis ab opinione meâ diſcedere, vulgataeque lectioni ſubſcribere maluerit, nullus equidem intercedo, quippe qui certum habeam, guſtu quodam in percipiendis Veterum elegantiis exercitato haec talia potius dijudicari, quam conquiſitis ſtudioſe argumentis. Hemsterhus.

Pag. 196. Eleg. XX. v. 49. *Cui procul Alcides iterat reſponſa:* col. *a.* poſt haec verba, *fontibus aura refert.* adde;] & hinc ab Hercule fruſtra Hylam toties clamante venit Graecorum proverbium Ὕλαν κραυγάζειν, de quo vide Proverbia, ex Suida collecta, Cent. XIII. 77. & XIV. 7.

Eleg. XXII.

Pag. 199. Eleg. XXII. v. 3. *Si Peruſina tibi patriae ſunt nota ſepultae* col. *a.* poſt haec, *Epod.* IX. *v.* 26. adde;] ſic Cannas *tumulum Heſperiae* dixit Silius Italicus Lib. I. 50. ubi vid. Drakenb.

Pag. 199. v. 6. *Sis mihi praecipue pulvis Etruſca dolor.* col. *b.* poſt haec verba, *Anthol. Lat. pag.* 32. & 147. adde;] & Lambin. ad Lucret. IV. 924. pro, *Sis* Ferrarii liber habet, *Quae.*

Pag. 200. v. 10. *Me genuit, terris fertilis uberibus.* col. *b.* poſt haec, *retulit uberes*, adde:] vid. Dorleans ad Tacitum pag. 144.

AD LIB. II.

ELEG. I.

Pag. 201. v. 3. *Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo*, col. *a.* poſt haec, *repudiatum fuerit*, adde:] & hanc lectionem, *dictat*, adſtruit Cl. Schraderus cap. V. Emend. loco Boëthii Phil. I. M. 13. Ecce mihi lacerae *dictant* ſcribenda Camenae.

Pag. 202. Eleg. I. v. 3. *Sive illam Cois fulgentem incedere totis*, col. *b.* poſt haec, *cod. Voſſiano*, adde;] & Livineji Vaticano.

Pag. 203. Eleg. I. v. 7. *Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos.*] V. Huetii notas ad Anthol. Gr. pag. 45.

Pag. 203. Eleg. I. v. 9. *Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis,*] *lyra* legendum: Ovidius ab ipſo Broukhuſio adductus: Dum ferit Auſonia carmina culta *lyrâ*. Mox ſi *regat* ſcriptum foret, ego quidem illud *premat* minime deſiderarem, infra Eleg. 25, 80. Graeci χεῖρα ἐπιβάλλειν & χειρεθεσίαν vocant: Saepius Artemon apud Athen. XIV. p. 637. HEMSTERH.

Pag. 204. ad eund. v. 9. col. *b.* poſt haec, *poëtis dicuntur. vide.* adde:] Bentlej. ad Horat. Lib. I. od. 13. 2. & Cuningham. Anim. ad Horat. Bentlej. cap. XIV. p. 249. & ſeqq.

Pag. 204. Eleg. I. vs. 10, *Miramur, faciles ut premat arte manus* in not. col. *b.* poſt haec, *Anth. Lat. p.* 709. adde:] & plura de hoc loco apud Struchtmeyer. Animadv. Critic. Lib. II. cap. I. p. 88-90. qui legebat.

Sive lyra carmen *digitis percuſſit eburnis,*
Miramur faciles ut regat *arte manus.*

adde Cl. Schrad. Emend. p. 114. & 114.

Pag. 206. Eleg. I. vs. 19. *Non Oſſan Olympo Inpoſitum, ut coelo Pelion eſſet iter.* in not. col. *a.* poſt haec verba, *pro ad coelum.* adde:] v. ad Valer. Fl. I. 565. *durum vobis iter & grave coeli Inſtitui.* ubi & in aliis, *caelo*.

Pag. 207. Eleg. I. v. 28. *Aut canerem Siculae claſſica bella fugae.*] vid. Rutgers. I. Var. Lect. cap. 15. pag. 65.

Pag. 208. Eleg. I. v. 31. *Aut canerem Aegyptum & Nilum, quum tractus in urbem &c.* in not. col. *a.* poſt haec, *lentior ibat aquis.* adde;] ceterum Cl. Schraderus Emend. p. 115. trajectis voculis legit:

Aut *Ptolemaeeae litora capta Phari.*
Et *canerem Aegyptum & Nilum.*

ne Aegyptus a Pharo disjungatur.

Ibid. Eleg. I. v. 34. *Actiaque in Sacra currere roſtra via.* adde;] *Actiaca in Sacra* male adfert D'Orleans ad Tacit. p. 191.

Pag. 209. Eleg. I. vs. 37. *Theſeus infernis, Superis teſtatur Achilles, Hic Ixioniden*, in not. col. *a.* poſt haec, *locis intellexiſſe*, adde:] forte cogitabat illud Virgilii VI. Aen. 781. de Romulo,

Et pater ipſe ſuo Superum jam ſignat honore.

& in eadem ſententia fuiſſe videtur Muretus, qui notat, *Achillem ad Superos propter virtutem evectum eſſe.* Sed *ſuperare* &c.

Ibid. Eleg. I. v. 40. *Intonet anguſto pectore Callimachus*, in not. col. *b.* poſt haec, *meoque primo.* adde;] licet id retinendum cenſuerit Ayrmannus.

Pag. 210. Eleg. I. vs. 42. *Caeſaris in Phrygios condere nomen avos.* in not. col. *b.* poſt haec, *ab hoc loco aliena ſunt*, adde:] nam apud Horatium Lib. II. Epiſt. I. 16. meliori jure *numen* recepit, & multis exemplis adſtruxit Bentlejus, ubi *numen* de vivente adhuc Auguſto dicitur. vide etiam Oudend. ad Lucan. VII. 459. Sed *condere* &c.

Pag. 211. Eleg. I. vs. 46. *Qua pote, quiſque in ea conterat arte diem.* in not. col. *b.* poſt haec; *pag.* 215.-218. adde:] & Cel. Valkenarium in diatrib. ad Euripid. Fragment. Dramat. perdit. cap. VIII. frag. 76.

Ibid. Eleg. I. vs. 47. *Laus in amore mori, laus altera, ſi datur uno Poſſe frui &c.* poſt haec, *altero in uno.* adde:] in ſequentibus autem verſibus hujus & aliarum Elegiarum, ipſisque Elegiis retinendum eſſe antiquum veterum editionum ordinem cenſebat Ayrmannus.

Pag. 211. Eleg. I. v. 49 & 50.

His ſaltem ut tenear jam finibus: aut mihi ſi quis
Venerit alter amor, acrius ut moriar.]

pro, *ſaltem* Fr. Puccius legendum conjecit, *precor*, quod agnoſcit quoque Pocchus; in fine autem longi verſus pro *ſi* Puccius emendaverat *ne*, atque ita legere jubet Pocchus & Ferrarius.

Ibid. Eleg. I. vs. 60. *Solus amor morbi non amat artificem.* in not. col. *b.* poſt haec, *non amat artificem.* adde:] conf. Cl. Schrad. Emend. c. VI. p. 117.

Ibid. Eleg. I. *ad eund.* v. 60. poſt haec verba, *Jacere pulvillos amant.* adde:] vide Bentlej. ad Lib I. Sat. 4. 87. & ad Lib. I. Epiſt. 14. 9.

Pag. 213. Eleg. I. v. 61. *Tarda Philoctetae ſanavit crura Machaon:*] vid. Ovid. V. Triſt. 2. 13.

Ibid. Eleg. I. vs. 62. *Phoenicis Chiron lumina Phillyrides.* lin. ult. poſt haec verba, & D'Orvill. ſecundo. adde:] vide Valkenar. Diatrib. ad Eurip. Fragm. C. XXIV. p. 268.

Pag. 214. Eleg. I. v. 63.

Et Deus exſtinctum Creſſis Epidaurius herbis
Reſtituit patriis Androgeona focis.]

ad hos verſus notatur in libro Ferrarii: Alius ſic ex cod. vet.

Fertur & *exſtinctum Creſſis Epidaurius herbis.*
Hippolytum *patriis* reſtituiſſe *focis.*

Pag. 215. Eleg. I. v. 69. *Dolia virgineis idem ille repleverit urnis*] *ulnis*, habet Pocchus.

Pag. 217. Eleg. I. vs. 83, *Maecenas, noſtrae ſpes invidioſa juventae.*, in not. col. *a.* poſt haec verba, *flagret noſtra juventus.* adde:] ſic *noſtri* pro Romanis ſaepe, vide Bentlej. ad Horat. III. 6. 10.

ELEG. II.

Pag. 221. v. 11. *Ac veluti primo taurus detractat aratro* &c.] Horat. II. od. 5.

Nondum ſubacta ferre jugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Aequare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.

Ibid. Eleg. II. *ad eund.* v. 11. in not. col. *b.* poſt haec, Lib. I. *Sylv.* 2. 45. adde:]. his autem verſibus Guyetus illuſtrat illa Terentii Heaut. V. 5. v. 14. *haec, dum incipias, gravia ſunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia.*

Pag. 222. Eleg II. v. 14 *Dehinc domiti poſt haec aequa & iniqua ferunt.*] de voce *dehinc* in unam ſyllabam contracta vide Bentl. ad Horat. Epod. XVI. v. 65.

Pag. 223. Eleg. II. v. 20. *Lilia non domina ſint magis alba mea.*] Puccius emendaverat, *domina* ut *ſint*, & hoc Pocchus ſuppeditat.

Pag. 224. Eleg. II. v. 25. *Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella.*] Puccius reſtituit: *Nec ſi quando Araba lucet bombyce puella*, eandemque ſcripturam adnotat Pocchus.

Pag. 225. Eleg. II. vs. 29. *Et quantum, Aeolio quum tentat carmina plectro* col. *b.* poſt haec, verba, adſtruebat loco Claudiani. adde;] Epithal. Honor. v. 235.

Pag. 228. *Eleg.* II. v. 35 & 36.

Num tibi naſcenti primis, mea vita, diebus
Aureus argutum ſternuit omen amor.]

fratris tui membranae, *Non tibi* &c. *Aridus adſternuit*, quod & Scaliger ex ſuo codice notavit ſine interrogatione. primum non dubito, quin legi debeat, *Nam tibi naſcenti* &c. illo uſu particulae perquam eleganti: nibil eſt mirum, tantis te dotibus tamque egregiis excellere, *nam tibi naſcenti ſternuit omen Amor*: deinde non diſſimulo, haud paulo mihi meliorem videri vulgata lectionem illam, quam Pontanus ex Macrobio concinnatam rationibus haud poenitendis fulcivit: Epitheton illud *aureus*, quantumcunque metalli pretioſiſſimi titulo praefulgeat, ſi cum altero comparetur, hic certe longe deterius eſt: etenim ad ſententiam poëtae juvandam nihil habet praecipui, cum contra *Candidus* non nudum quoddam ac gratis ſonorum ſit epitheton, verum opportune ſignificet Amorem faventem ac propitium, quod quam ſuo loco ſit poſitum, ubi fauſti ominis ſit mentio, non eſt cur multis porro non me praeterit, quam interpretationem recipiat *argutum omen.* Sed hoc equidem conten do, argutius hic poni & multo venuſtius, *auguſtum omen*: conſidera quaeſo; ſequentia, *Haec tibi contulerunt coeleſtia munera Divi* &c. jam me verum dixiſſe fateberis: iſtae dotes tantae in Cynthiam ab ipſis Diis collatae, neque humani partus dona, merebantur profecto *auguſtum omen.* ceterum, quem ſaepe ſolet, expreſſit Noſter. Eid. VII 96.

Σμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον. ——

ibique mox ſequitur:

Ἐσθλὸς ἀνὴρ μεγ' Ἄριστις, ὃν οὐδέ κεν αὐτὸς ἀείδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι.

quod tu cum iſtis compone, *Par Aganippaeae ludere docta lyrae.* Eid. XVIII, 16.

Ὄλβιε γαμβρ', ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοὶ Εἰς Σπάρταν.

ubi mirifice poſitum ἀγαθός τις, ſive cum D. Heinſio capias ἀγαθὸν δαίμονα, ſive, quod mihi potius probatur, virum probum & θεοφιλῆ, cujus

jus miniſterio Dii non nolint omen alicui fauſtum ſignificare. Hemsterhus.

Pag. 228. Eleg. II. *ad eund.* vs. 35. *Num tibi naſcenti primis mea vita, diebus, Aureus argutum ſternuit omen amor.*] in not. col. *a.* poſt haec verba, Guyetus, *Quam tibi.* adde; *Nam tibi*, Ayrmannus. *naſcendi*, Wopkenſius Obſ. Miſcell. Tom. X. p. 48.

Ibid. ad eund. v. 36. vid. Cl. Schradero Emend. p. 120.

Pag. 230. Eleg. II. vs. 39. *Gloria Romanis una es tu nata puellis: Romano accumbes prima puella Jovi.*] in not. col. *b.* poſt haec, *probare non poſſum*, adde: nihil emendandum, & *Romano loco* per Hypallagen pro *Romana accumbat primo puella loco*, vel *Romano toro*, legendum cenſet Struchtmeyerus Anim. Crit. Lib. II. cap. I. pag. 92.

Pag. 232. Eleg. II. v. 43. *Hac ego nunc mirer ſi flagret noſtra juventus?*] Puccius correxit: Hanc *ego, nunc mirer, ſi flagret noſtra juventus?* quod etiam Pocchus agnoſcit, & confirmat ipſe Propertius Lib. I. Eleg. XIII. v. 23. *Nec ſic coeleſtem flagrans amor Herculis Heben*, vide Forcellin. Lexic. Latin.

Pag. 233. Eleg. II. vs. 49. & 50.

Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamo belli cauſa probanda fuit.]

Propertius aliorum commentis foedatus, cui, ſi veterem lectionem (*Vel Priamus*) ſervamus, ingenii ſui ſententiaeque ratio multo melius conſtat: miratus fuerat, cur puellae forma Europam, Aſiamque lento bello colliſiſſet: nunc adhibitâ in conſilium Cynthiae pulchritudine, Paridem ac Menelaum juxta pro ſapientibus habet, hunc, quia raptam Helenam repoſcebat, illum, quia reddere negabat: & ſane facies iſtiuſmodi digna, pro quâ tum Achilles, Graecorum, qui ex Europâ venerant, omnium fortiſſimus, tum Priamus, florentiſſimi in Aſiâ Imperii Rex, obirent, cauſa belli juſta & probanda. quid videtur? Satinne haec concinne cohaerent? an etiamnunc praepoſterae liberalitatis & aliena Propertio donantis cauſſam eſſe probandam exiſtimabis? Paſſeratius a vero parum abfuit. Hemsterhus.

Pag. 234. *Eleg.* II. v. 52. *Hic dominam exemplo ponat in arte meam.* in not. col. *a.* poſt haec verba, *in deliciis*, adde:] & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 32. qui *inante* pro *ante* capit.

Ibid. Eleg. II. v. 53. *Sive illam Heſperiis, ſive illam oſtendet Eois.*] in not. col. *b.* poſt haec verba, — *forma ſecunda redit*, adde:] eo tendebat, etiam Janus Douſa Pater, quum in fronte editionis Canteri Plantinianae adſcriberet, ſe acumen hujus ſententiae Propertianae ad hunc modum conſtituere maluiſſe. *Cur haec in terris ſpecies divina moratur?* pro *facies humana.*

Pag. 235. Eleg. II. v. 56. *Jupiter, ignoro priſtina furta tua.* in not. col. *a.* poſt haec, *ſcripſerit auctor*, adde:] *imploro* conjecit Eldikius.

Ibid. Eleg. II. v. 58. *Corpore, & incedit vel Jove digna ſoror.* poſt haec verba, *ubi vide Guellium*, adde:] & Cl. Schraderum in Anim. ad Muſaeum cap. VII. pag. 171.

Pag. 237. Eleg. II. v. 63. *Mercurio & ſanctis fertur Boebeïdos undis Virgineum Brimo compoſuiſſe latus.* in not col. *a.* poſt haec verba; *Sylv.* 2. 109. adde:] ſed *Sais* fuit nomen ipſius oppidi in Aegypto, in quo quidem colebatur Minerva, non ſub nomine *Saidis*, ſed *Neithae*, ut docuit Jablonski in Pantheo Aegyptiaco Lib. I. cap. 3. errarunt igitur, qui hic *Saidis* nomen Minervae obtruſerunt.

Ibid. Eleg. II. *ad eund.* v. 63. col. *b.* poſt haec pag. 666. *Ed. Almelov.* adde:] ſic *Oſſaeae rupes*, ab hoc monte Oſſa, Lucano VII. 483. ubi alii *Oetaeae.*

Pag. 238. Eleg. II. v. 67. *Hanc utinam faciem nolit mutare vetuſtas.* in not. col. *b.* poſt haec verba, *nil niſi nomen retineo*, adde:] vide Steph. Stephan. ad Saxon. Gramm. Lib. VI. Hiſt. Danic. p. 149.

Pag. 239. Eleg. II. v. 68. *Et ſi Cumaeae ſaecula vatis aget.* in not. col. *a.* poſt haec verba, *tu quoque Deiphoben*, adde:] hinc *Sibylla* pro muliere valde annoſa, & *Sibylla vivacior* proverbii vicem obtinet. vid. Brodaeum ad Lib. III. Anth. Graec. Tit. XII. N. 18. p. 331.

Eleg. III.

Pag. 239. Eleg. III. *Multa prius dominae &c.* in not. col. *b.* poſt verba, *confuſionis vitandae cauſſa.* adde:] de hujus loci connexione vide & Cl. Schrad. Emend. p. 119.

Pag. 241. Eleg. III. v. 7. *Nam cui non ego ſum fallaci praemia vati*, col. *b.* poſt haec verba, *ſomnia verſat anus*, adde:] & hoc firmatur alio Martialis loco ex Lib. XI. Ep. 50. *Expiet ut ſomnos garrula ſaga tuos.*

Pag. 241. Eleg. III. v. 12. *Quid tibi tam parvi litoris unda nocet?*] pro *tam* Puccius emendavit, *jam.*

Eleg.

ELEG. IV.

Pag. 244. Eleg. IV. v. 4. *Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit.* in not. col. *b.* poſt haec verba, alio *trajice tela tua.* adde:] quem locum imitatus eſt Strozza filius, Lib. I. Amor. ubi loquitur Cupido pag. 64. b. ed. Ald.

Haec olim memorare dabo, nec parva ſequetur
Gloria; *nunc* alio *te mea tela vocant.*

Pag. 245. Eleg. IV. v. 9. *Nunc eſt ira recens; nunc eſt diſcedere tempus.* in not. col. *b.* poſt haec verba, *merito inprobat Broukhuſius.* adde:] Cl. Schrader. Emend. p. 118.

Pag. 246. Eleg. IV. v. 21. *Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem.* in not. col. *b.* poſt haec verba; *in Voſſ. quarto.* adde:] quod probat Cl. Schrad. Emend. p. 121.

Pag. 247. Eleg. IV. v. 26. *Cujus non hederae circuiere caput.* in not. col. *b.* poſt haec verba, *hederae ſequaces.* adde:] quod imitatus eſt Macrobius Lib. I. Saturn. cap. 19. de Bacchi ſimulacro: *quum thyrſum tenet, quid aliud quam teteris telum gerit, cujus mucro hedera lambente protegitur.*

ELEG. V.

Pag. 250. Eleg. V. v. 5. *Nec quae deletas potuit componere Thebas.* in not. col. *a.* poſt haec verba, *quam disjectas*, adde:] idem Schraderus videtur *voluit* malle ex codice Vulpii Bononienſi, quam *potuit.*

Ibid. El. V. *ad eund.* v. 5. col. *b.* poſt haec verba, *Ep. 4. vide &*, adde:] Coel. Rhodigin. Lib. XIV. Lect. Antiq. cap. 15. &.

Ibid. Eleg. V. v. 5. *Oſcula ne deſint, qui tibi jure ferant.* poſt haec, *occaſiones pellectus.* adde:] vide Patrui notas ad vitam Tiberii cap. 34.

Pag. 253. Eleg. V. v. 17. *Templa Pudicitiae quid opus ſtatuiſſe puellis?* in not. col. *a.* poſt haec. de Pudicitiae templis, adde:] V. Triſtan. T. I. Comm. p. 437.

Pag. 255. Eleg. V. v. 26. *Tum paries nullo crimine pictus erat.* in not. col. *a.* poſt haec, *vimine textus erat.* adde:] de iſtis tabellis vel picturis, turpia amorum ſchemata exhibentibus, vide Spanheim. Tom. II. de Praeſt. & Uſ. Num. pag. 522. ſeq.

ELEG. VI.

Pag. 259. Eleg. VI. v. 8. *Quam poſſem nuptae perdere amore faces.* col. *a.* poſt haec verba, Heinſius *in adverſariis*, adde:] in Not. pag. 239.

Ibid. ad v. 9. *Anne ego tranſirem tua limina clauſa maritus:* poſt haec, *libri ſui margine*, adde:] quod firmari poteſt ex illis, quae notat Bentlejus ad Horat Lib. I. od. 12. 35.

Pag. 259. Eleg. VI. v. 11. *Ah mea tum quales caneret tibi tibia ſomnos*,] N. Heinſius intervenit, ne veterem & plane venuſtam lectionem hic legeremus: nimis eum certe faſtidioſum eſſe oportet, cui diſtichon illud non ſapiat:

Ah mea tum quales caneret tibi, Cynthia, ſomnos,
Tibia, funeſtâ triſtior illa tubâ.

Tu *caneret* praegnanti poteſtate cape, canendo faceret & conciliaret, cujus generis exemplorum ingens apud utriuſque linguae Scriptores eſt copia. Tum in hoc πάθει vehementius exprimendo ipſius Cynthiae nomen tam concinne poni, ut, ſi ſuſtuleris, magna venuſtatis pars intereat, quis non animadvertit? HEMSTERHUS.

Pag. 261. Eleg. VI. v. 15.

Quod ſi Romanae comitarent caſtra puellae,
Non mihi ſat magnus Caſtoris iret equus.]

Paulo etiam poſt v. 15. Scaligeri correctionem, Heinſianae anteponere non vereor; quippe quae aptius prioribus verſiculis jungatur, & ſententiam rotundiorem efficiat: ſupra conditionem eſt meae ſortis gnatos praebere patriis triumphis; de noſtro ſanguine miles nullus in caſtra mittetur: quod ſi Romanae puellae caſtra frequentarent, Non mihi ſat magnus &c. Experire jam, ſi placet, an aeque commode ſenſus in Heinſiana lectione procedat. Nec nulla eſt priſtinam lectionem defendendi facultas, dummodo *comitarent* ſcribatur, ut *vera* caſtra Propertius opponat umbratili Amoris militiae; nam Paſſeratii in contrariam plane partem abeuntis opinio abhorret: ſed hac quidem in re, quoniam ipſe mihi diffido, contendere non lubet. Ceterum, quin ad L. Juliam haec Elegia pertineat, ne ulla ſuperſit amplius dubitandi ratio, eruditiſſima perfecit viri conſultiſſimi J. G. Heineccii cura; is idem verſiculum illum *Uxor me nunquam* &c. contra quam vulgus interpretum capere ſolet, peracute exponit laudatiſſimi operis p. 47. quae verba quin hic exſcriberem, praeterire non potui. HEMSTERHUS.

ELEG.

E l e g. VII.

Pag. 264. Eleg. VII. v. 7. *Hic olim ignaros luctus populavit Achivos*, in not. col. *b*. poſt haec verba, *ſibi conſtat, honeſtum,* adde :] Seneca Lib. I. de Clem. 19. *Noluit illum natura nec ſaevum eſſe, nec ultionem magno conſtantem petere.*

Pag. 265. Eleg. VII. v. 17. *Ille etiam abrepta deſertus conjuge Achilles* col. *b*. poſt haec verba, *repetita per arma eſt*, adde :] *abducere* enim proprium hac in re verbum eſſe, docet Graevius ad Cic. V. Verr. c. 13 p. 321.

Pag. 266. Eleg. VII. v. 19. *Viderat ille fugas, fractos in litore Achivos*.] Memorantur Codices, qui praeferant, *Viderat ille Phrygas* &c. hoc filo ad Propertianam manum perveniri poſſe exiſtimo: Tu etiam atque etiam conſidera, hic verſiculus an feliciſſimâ Poëtae noſtri venâ ſit indignus:

Viderat ille Phrygas, fractis, in litore, Achivis.
Fervere & Hectoreâ Dorica caſtra face.

conf. N. Heinſ. ad Ovid Her. I. 42. ſane, quid Achilli, heroi praeferoci, magis intolerandum videri poteſt, quam, fractis Achivis, Phrygas, navium ſtationi imminentes in litore conſpicere: iſtos tamen hoſtiles inſultus & furentis Hectoris faces generoſus animus ut impune tranſmitteret, ereptae Briſeïdis dolor imperavit. Hemsterhus.

Ibid. Eleg. VII. *ad eund*. v. 19. Cl. Waſſenbergio non ſecus ac Fruterio ſimplicitate ſua ſe commendabat: *fuga fractos*. quod comparabat cum Virgiliano XII. 1.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt.

& cum Homeri loco Iliad. 300-370. unde haec ſumta ſunt.

Pag. 267. Eleg. VII. v. 21. *Viderat informem multa Patroclon arena*. in not. col. *a*. poſt haec verba, vide illic notas, adde :] Silius Ital. IV. 241. *Ictu quadrupedis fulva porrectus arena.*

Ibid. ad eund. v. 21. poſt haec; Lib. II. Sat. 2. 112. adde :] idem apud Lucan. Lib. VIII. 442. *ſi regna times porrecta ſub Auſtro* pro *projecta*.

Pag. 268. El. VII. v. 27. *Inferior multo quum ſim vel matre, vel armis*, in not. col. *a*. poſt haec verba; *multum in D'Orvill*. adde :] quod non penitus rejiciendum, quia ſaepe *multum* comparativis additur pro multo. vid. J. Vorſt. ad Sulpic. Sev. Lib. I. c. 7. pag. 23.

Pag. 270. Eleg. VII. v. 41. *Penelope poterat bis denos ſalva per annos*. col. *a*. poſt haec verba, *conjecerat Marklandus*, adde :] eandem lectionem variantem notaverat etiam Latin. Latinius, monente Cl. Schradero.

Pag. 271. Eleg. VII. v. 51. *Foedavitque comas, & tanti corpus Achillei*,] *Siccavitque* habet etiam Ferrarii liber. ceterum in initio notae pro, *Siccavitque comae*, lege, *Siccavitque comis*.

Ibid. Eleg. VII. v. 58. *Quum tibi nec Peleus aderat, nec caerula mater*, in not. col. *a*. poſt haec, *quod & Guyeto placebat*, adde :] & Douzae & Cl. Schradero Emend. p. 123.

Pag. 272. Eleg. VII. v. 59. *Quin etiam multo duxiſti pocula riſu*,] *ducere pocula* pro haurire, frequens. v. Oud. ad Lucan. IV. 199.

Pag. 273. Eleg. VII. v. 63. *Haec mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem*, in not. col. *b*. poſt, *utitur ille meis*, adde :] & ſic eleganter pro pſittaco ſuo aegrotante *vota* ſuſcepiſſe Corinnam fingit Ovidius II. Am. El. 6. 43.

Quid referam timidae pro te pia vota puellae,
Vota, procelloſo per mare rapta Noto.

Pag. 275. Eleg. VII. v. 69. *Sed vobis facile eſt verba & componere fraudes*. in not. col. *a*. poſt haec verba, *ſimulata pace, ubi vide*, adde :] ſic *vultus componere famae* Tibullo IV. 7. 9.

Ibid. Eleg. VII. *ad eund*. verſ. poſt haec, *quem vide p*. 179. adde :] illuſtrat hoc dictum de feminis Coelius Rhodiginus Lib. XIV. Lect. Antiq. cap. 14.

Pag. 275. Eleg. VII. v. 71. & ſeqq.

Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto;
Quam cito foeminea non conſtat foedus in ira,
Sive ea cauſa gravis, ſive ea cauſa levis.]

pulchre hinc imitationis, ſed variata comparatione, colorem deſumſit Livinus Meyerus Lib. II. de Ira pag. 54.

Non magis adparet variata coloribus Iris,
Solis ab adverſis cum rubet arcus equis:
Quam varie dubia facies mutatur in ira,
Formaque diverſas accipit una notas.

Pag. 277. Eleg. VII. v. 85. *Et ſua cum miſerae conmiſcuit oſſa puellae*, in not. col. *b*. poſt haec verba, *pro puellae oſſibus*. adde :] ut in Inſcr. antiqua apud Gruter. p. dccxv. 10.

OSSA MEA IN ARAM MIXTA CVM FILIAE (nempe OSSIBVS) VNA REQUIESCVNT.

Pag.

Pag. 278 Eleg. VII. v. 91. *Sidera ſunt teſtes & matutina pruina* &c. uſque ad finem Elegiae.] Hos verſus alieno loco poſitos, vel ſingulare carmen conſtituere cenſet Cl. Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. p. 76. ſeparatam Elegiam, e quatuor tantum diſtichis conſtantem, fuiſſe vix opinor, ſed non incommode adjici poſſe ad finem Elegiae XIII. hujus Libri.

Eleg. VIII.

Pag. 281. Eleg. VIII. v. 16. *Pierides, magni erit oris opus.*] *erat*, quod Broukhuſius edidit, minime reſpondet viciniſ; requirebatur enim *eſt*; Propertius autem, ni fallor, dederat —— *magni nunc* eat *oris opus.* ſic L. III. 1. 8.

Exactus tenui pumice verſus eat.

Eleg. IX.

Pag. 288. Eleg. IX. v. 5. *Fecit & humano corde volare Deum.* in not. col. *a.* poſt haec; ἀνθρωποειδῆ. adde:] quod tamen melius expreſſum iri judicabat Eldikius, ſi legeretur:
Fecit & humano hic ore *volare Deum.*

Pag. 290. Eleg. IX. v. 8. *Si pudor eſt, alio trajice tela tua.*] ſimili colore in Meleagri Epigr. 108. in fin. ad Cupidinem,

Ἀλλ' ἴθι δυσκίνητε· λαβὼν δ' ἐπὶ κοῦφα πέδιλα,
Ἐκπέτασον ταχινὰς εἰς ἑτέρους πτέρυγας.

id eſt Grotio interprete,

Jam reſtator abi: pedibus talaria necte,
Inque alios alas plaudere diſce tuas.

Pag. 291 Eleg. IX. v. 21. *Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?*] Puccius ſubſtituit, *prodideris.*

Ibid. Eleg. IX. v. 23. *Quae caput & digitos & lumina nigra puellae,*] pro *Quae* Puccius corrigit *Quum*; Pocchus autem habet variantes lectiones, *qui*, & in ſequenti pentametro *canat*, vel etiam *quum.*

Eleg. X.

Pag. 295. Eleg X. v. 17. *Quandocunque igitur noſtros nox claudet ocellos.*] Jam ſummopere mirari ſubit, uſquam ab Heinſio diſceſſiſſe Broukhuſium: quid, quaeſo, cauſae dicet, cur *mors* mutandum videatur in *nox?* immo, ſequitur ſtatim apud Noſtrum:

Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

unde liquet, probam & veram eſſe Heinſii correctionem: ea lex ſi ſtatuatur, ut intra quintum ſextumve verſum in Poëtis idem vocabulum recurrere non debeat, quantum adhuc Criticis laboris eſt exhauriendum: non jam loquor de hoc artificioſo repetitionum genere, a quo ſaepius tota ſententiae venuſtas ac vigor pendet. Sed plane retinendum *mors*, quod tanto ſuavius eſt, quia mors apud Poëtas non raro perſonam gerit: vide modo Euripideam Alceſtidem. Porro haec cum ſuperioribus incommode ſatis cohaerere Broukhuſio libens adſentior: verum quem in locum opportuniorem migrare debeant, nunc ſubtilius anquirere ſuperſedebo, ne juſto longiorem tibi fabulam contexam, & hac epiſtolari libertate abuti videar: illud autem, quod in propinquo poſitum eſt, monere non gravabor, ſedecim praecedentes verſus ſi priori Elegiae connectantur, nihil fore omnino, quod ad elegantiam carminis deſiderari queat. HEMSTERHUS.

Pag. 296. Eleg. X. *ad eund.* v. 17. *Quandocunque igitur noſtros nox claudet ocellos*, col. *b.* poſt haec verba, *& ordini reſtituenda*, adde:] ab Hemſterhuſio in diverſa etiam abit Cl. Schrad. Emend. p. 126.

Pag. 297. Eleg. X. v. 19. *Nec mea tunc longa ſpatietur imagine pompa*, col. *a.* poſt haec, *plura dabunt*, adde:] Lipſius Lib. I. Elect. cap. 29.

Pag. 298. *Eleg.* X. v. 25. *Sat mea ſat magna eſt ſi tres ſint pompa libelli:*] Puccius in margine exemplaris legendum conjiciebat: *Sat ſit magna mei* ſi tres ſint pompa libelli.

Pag. 300. Eleg. X. v. 39. *Tu quoque, ſi quando venies ad fata, memento Hoc itere ad lapides cana venire meos*, col. *b.* poſt haec, *ſecutis vetuſtiorib. edd.* adde:] & hanc lectionem exponit Behotius Lib. III. Apoph. 4. pag. 140.

Pag. 301. Eleg. X. *ad eund. verſ.* 40. col. *a.* poſt haec, *ac lapides* &c. adde:] pro *lapides* malebat *manes* Eldikius.

ibid. Eleg. X. *ad eund. v.* 40. poſt haec, *illic notavi*, adde:] frequenter enim adire ſolebant ſepulcra eorum, quos in vita caros habuerant. vide Salmaſ. ad Capitolin. M. Aurel. Antonin. cap. 3. *pag.* 298. ubi *Hoc itere* etiam adfert.

Pag. 302. *Eleg.* X. v. 45. *Nam quo tam dubiae ſervetur ſpiritus horae?*] Puccius reſtituit *ſervatur*; Pocchus etiam ait: leg. *ſervatur.*

Pag. 302. ad v. 46. *Neſtoris eſt viſus poſt tria ſecla cinis.* col. *b.* poſt haec verba, *fata triſecli*

ſeclisenex, adde:] cum quo Epigr. Graeco hunc Propertii locum etiam contulit Behot. Lib. III. Apoph. 10.

Pag. 303. Eleg. X. v. 47. *Quis tam longaevae meminiſſet fata ſenectae* &c.] formam emendationis Heinſianae *cui ſi* habet noſter Lib. III. El. VI. v. 9.

Cui nunc ſi qua data eſt fraudandae copia noctis.

Eleg. XI.

Pag. 306. Eleg. XI. v. 2. *Quum caderent magnae Laomedontis opes.* col. *b.* poſt haec, *magni Laomedontis ero.* adde:] ſic corrige apud Gunther. Lib. IX. v. 350. *& magni metuebant Caeſaris iras.* non *magnas.*

Pag. 306. *Eleg.* XI. v. 5. *Nec ſic Electra, ſalvum quum adſpexit Oreſten,*] *Nec non Electra,* Ferrarius adnotavit.

Pag. 309. Eleg. XI. v. 15. *Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet Conditio. cineri nunc medicina datur.* col. *a.* poſt haec, *ſoliditatis eſſe* adde:] hinc *emeritis* etiam hoc in loco adfert Rhodius in Lexico Scribon. pag. 407.

Eleg. XII.

Pag. 313. v. 2. *Lectule, deliciis facte beate meis!*] imitatus eſt Janus Secundus Lib. II. El. 8. init.

Lectule, qui domini lentum ſine compare dulci
Pondus habes, nullis conſcie deliciis.

Ibid. col. a. poſt haec verba. *Ald. Rovill. & Gryph.* adde:] quod probat Cl. Schrad. Emend. p. 137.

Pag. 314. Eleg. XII. v. 9. col. *b. Quam multa appoſita narramus verba lucerna?* adde:] *narrâmus*, & paullo ante *mutâmus*, pro *narravimus* & *mutavimus*, exponit Guyetus ad Terent. Adelph. III. 3. p. 221.

Pag. 315. Eleg. XII. v. 11. *Non juvat in coeco Venerem corrumpere motu.* adde:] Huetium ad Anthol. Graec. pag. 44. poſt ejus Poëm.

Pag. 316. Eleg. XII. v. 22. *Viderit hoc, ſi quam jam peperiſſe pudet.* col. *a.* poſt haec, *dicit Heinſius in notis p.* 691. adde:] Ayrmannus Scaligeri emendationem ita diſtinguebat, *Viderit hoc ſi quis, jam peperiſſe putet.*

Pag. 317. Eleg. XII. v. 25. *Atque utinam haerentes ſic nos vincire catena Velles.* adde:] *Venus o vincire* Eldikius ſuis ad me literis, ut El. ſeq. v. 13. *At tu nunc noſtro Venus o ſuccurre dolori.* Mox dele verba: *illa Dea tentabat Cel. R. Venus nempe.*

Pag. 318. Eleg. XII. v. 30. *Verus amor nullum novit habere modum.*] adde verſum poëtae veteris οὐκ ἔστ' ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ ἐρᾷ. vid. Rittersh. ad Guntheri Ligur. Lib. VII. 333. pag. 140.

Pag. 320. v. 41. & ſeqq. *Qualem ſi cuncti vellent decurrere vitam,* &c.] haec Propertiana pulcherrimis, ſed oppoſitis parodiis ad genium Propertii feliciter expreſſis, aemulati ſunt Arn. Deinius & Lipſius. quem vid. lib. III. Antiq. Lect. p. 163. 164.

Ibid. v. 42. *Et preſſi multo membra jacere mero.*] imitatus eſt Virgilium IX. Aen. 336. — *multoque jacebat Membra deo victus.*

Pag. 322. Eleg. XII. v. 48. *Laeſerunt nullos pocula noſtra Deos.* adde:] Martialis Lib. X. Ep. 48.

Nec facient quenquam pocula noſtra reum.

Tibull. I. 3. 52.

— non me *perjuria terrent,*
Non dicta in ſanctos impia verba Deos.

Pag. 324. Eleg. XII. v. 53. *Sic nobis qui nunc magnum ſpiramus amantes,* col. *a.* poſt haec, *aliisque Edd. legatur,* adde:] & apud Alb. Eyb. in Margarita Poëtic. cap. XIII. *magna loqui* Tibullo Lib. II. 6. 11, & Ovidio IX. Met. *puduit modo magna locutum.*

Eleg. XIII.

Pag. 331. Eleg. XIII. v. 34. *Nec tetigit campi, nec mea Muſa juvat.* col. *a.* poſt haec, *& meo utroque.* adde:] & ſic ex duobus Palatinis legit Gebhardus Lib. III. Crepund. cap. 20.

Pag. 333. Eleg. XIII. v. 42. *Illa, qua vicit, confidit arma manu.* adde:] vid. inſignem Rutilii locum Lib I. Itin. 69 & ſeqq.

Mitigat armatas victrix Clementia vires,
Convenit in mores numen utrumque tuos.
Hinc tibi certandi bona parcendique voluptas,
Quos timuit, ſuperat, quos ſuperavit, amat.

Pag. 334. Eleg. XIII. v. 49. & 50. *Vidiſtis moto ſonitus procurrere coelo? Fulminaque aetheria diſſiluiſſe domo?*] Melius Propertio fore credidit Broukhuſius, ſi Heinſii lectionem reſtitueret, *moto procurrere coelo:* rationem audi: *Procurrere* verbum eſt militare, tonitrua vero tela ſunt armati Jovis, argute ſane, nec tamen nimis apte; nam in exemplis quidem agmina, cohortes procurrunt, non tela, quod tamen oſtendi debebat, ſi hac figurâ tonitrua, ſonituſve coeleſtes procurre-

currere dici poſſent: miror equidem alteri verbo, *motum coelum*, eundem honorem non fuiſſe habitum, ut venuſtas ejus ab uſu caſtrenſi repeteretur; ſolet enim Broukhuſius, quippe miles, hinc ductis tranſlationibus mirifice delectari, iis etiam in locis, ubi haud inviti cultiſſimo Viro iſtius elegantiae gratiam feciſſemus: vide modo, quae de vocabulo *deducere* notantur ad 11, 19, 45. Quod ſi liberalius forte, quam oporteat, concedam, ſatis caſtigate dici *tonitrua, fremitus procurrere coelo*, nunquam tamen illius locutionis proprietatem a militum procurſionibus derivatum ivero. At verum quam erat in propinquo poſitum: nam *percurrere* hac eâdem in re auctores habet Lucretium & Virgilium, *procurrere* hactenus nullos: illi quidem, *magnum percurrunt murmura coelum*, &, *ignea rima Percurrit nimbos*; Sed nihil omnino vetat, quo minus Latine dicas, *toto percurrunt murmura coelo*; vel illud Terentii docuerit; *continuo ad te properans percurro ad forum*: verum quid exemplis opus eſt in re clarâ? Tum illud mihi animadverte, quam opportune & ad ipſam naturam *toto percurrere coelo* dicantur tonitrua, quorum murmur, ſi violentius intonuerit, revera per totam illam, quae nos cingit, aëris plagam devolvi videtur. Porro ſingularis quaedam virtus eſt in vocula *totus*, quae, dum univerſum aliquod complectitur, vehementiam ſignificat, atque orationi nervos addit: multa ſuppetunt in hanc rem, ſed Propertio ſolo contentus ero: I, 13, 15. *Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo*, & II, 2, 57. *& maxima toto Corpore*: eleganter enim corporis membris ſaepius adjungi ſolet, eamque formulam Veteribus debet Apul. Met. VIII. p. 203. *quadrupes toto tergo ſupinatus*: & IX. p. 217. *curſu me proripio totis pedibus.* Noſter II. 12. 28. de caſto columbarum foedere:

Maſculus, & totum femina conjugium.

quod tenellum ac molle jure merito tuetur Broukhuſius adverſus aliorum temeritatem: 13. 64. de Siſypho:

Difficile ut toto monte volutet onus.

III, 17. 14.

Quae voluit liquido tota ſubire Deo.

IV. 8, 51. *totas reſupinat Cynthia valvas.* Si quis hoc in loco *motas* reponeret, is profecto jugularet illum, quem praepingit Propertius, furibundae Cynthiae, omnesque ſimul januas excutientis, impetum. eadem ratio prohibet, ne N. Heinſium audiamus vs. 85.

Imperat, & totas iterum mutare lacernas.

is ad Petron. p. 117. abſtinere non potuit, quin vitii accuſaret hanc vulgatam non tantum, ſed omnium etiam Codicum lectionem, refingeretque *lotas*: nos longe aliter arbitramur, & vim fieri probiſſimae ſcripturae cenſemus. Quin apud alios etiam pluribus in locis iniquas Criticorum manus haec vox fuit experta: ſimillima Silii Italici verba III, 205.

Te ſtrages nemorum, te moto turbida coelo
Tempeſtas &c.

Praetenduntur codd. mſſ. quorum tamen pace mihi liceat ſervare vulgatum: te *toto* turbida: tempeſtas utique toto coelo turbida concipi nequit, quin omne, qua patet, coelum fuerit commotum. IV, 244.

Ceu Geticus Boreas, totum cum ſuſtulit imo,
Icarium fundo victor mare ——

ingenioſiſſimus Jer. Marklandus p. 51. *tortum* reponit, nec triſti notâ configere veretur illud *totum*, ut ineptum & iners epitheton: bona verba, quaeſo; mihi plane ſecus videtur: imo fundo totum mare tollere egregium eſt, & praecipuâ quadam virtute praeditum, eoque magis, quod *imo* accedat, praeterquam quod Virgilium imitetur Aen. 1. 88.

Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt ——

Sed & hic Marklandus, quamvis jam minus confidenter: iterum legerem *tortum*: deprecor juxta cum omni librorum copiâ hanc temeritatem. Hinc facile liquet, quae ſit animi mei ſententia de Lucani loco V, 600.

Jam te tollente (Corum alloquitur,) *furebat*
Pontus, & in ſcopulos totas erexerat undas.

ubi vir idem praeſtantiſſimus *tortas* legit. Pariter eſt retinendum in Silio XVI, 319.

Et toto prima emicuit vix ungula cornu:

Si Heinſianum, *moto* cornu, adſciſcas, tota, me quidem judice, loci venuſtas intercidit. Nec melius eruditiſſimo Daviſio ſucceſſit in Cicerone de Nat. Deor. II. p. 192. & Manilio,

Ejus & ipſe manet religatus corpore toto:
—— *& toto mergentem corpore corpus*
Explicat.

quae mihi ex vero dicta tantopere placent, ut *torto*

haud invitus caream; neque enim, quia ſaepius *torti* ſerpentes dicantur, ideo his etiam in locis idem epitheton mox eſt ingerendum. Similis error N. Henſii in Claudiano I. in Rufin. 66.

——— *Sic fata cruentum*
Mugiit, & tortos ſerpentum erexit hiatus:

Poëtae quidem licet *tortos ſ. hiatus* pro *tortorum ſ. h.* ſed quanto nervoſius, quod ante legebatur, *totos* ſ. e. hiatus; quantum rictu, latiſſime patente, hiare poterant: ſi Graecos in partes vocare animus eſſet, quibus ſolennia ſunt ὅλοις τοῖς κύμασι, ὅλῳ τῷ σώματι, ὅλην τὴν θάλασσαν ἀναταράσσειν &c. certius haec confirmare in facili foret. Jam tu, credo, elegantiſſime Vlamingi, vulgatum illud *toto* non commutaveris Heinſiano *moto*.

Quid porro commeruerat verbum *deſiluiſſe*, ut loco cedere cogeretur? fulmina nempe minus *deſiliunt* aethereâ domo, quam *diſſiliunt?* imo rectiſſime *deſiliunt*, quemadmodum

Exiliuntque cavis eliſi nubibus ignes.

apud Ovidium Metam. VI, 696. vid. ad Lib. VIII. 340. diſſiliunt potius nubes ruptae, & divolſa capacis moenia mundi: quod tamen non ita dico, ut poëtae licere non videatur hanc uſurpare phraſin; ſed *deſiluiſſe* hoc certe in loco vehementius eſſe contendo, & ad Propertii mentem magis appoſitum: videntur enim ad poenas, perjurio puellarum imponendas, in terram *deſilire*, quo pertinet illud egregium:

Nec ſic de nihilo fulminis ira cadit.

Verum hic quidem major erat mutandi ratio; nam Codd. reſtitutae lectioni ſuffragantur. Sed ego tantam eorum auctoritatem non agnoſco, quae adverſus ſententiae vim & concitatam poëtae cogitationem valere debeat: praeterquam quod librariorum inſcitiâ ſaepius haec inter ſe verba commutentur: quod apud Ciceronem eſt in Milonianâ c. 29. *deſiluiſſet*, Serv. ad Aen. III, 416. perperam adducit *diſſiluiſſet:* ita *definire* & *diffinire*, *defringere* & *diffringere* &c. in vetuſtis libris promiſcue ſcribuntur. Hemsterhusius.

Pag. 336. Eleg. XIII. v. 57. *Mentiri noctem, promiſſis ducere amantem*, col. *a.* poſt haec, *vide & ſupra ad El.* VI. 21. adde:] eadem notione Graecis διάγειν poni docet G. d'Arnaud Animadv. Critic. cap. 31. pag. 175.

Pag. 337. v. 64. *Difficile ut toto monte volutet onus. prono* Eldikius, ut ſupra I. 3, 26.

Pag. 338. *Eleg.* XIII. v. 67. *Quem modo felicem, invidia admirante, ferebant*, col. *a.* poſt haec verba, *adverſante* vel *indignante.* adde:] vel *adlatrante.* ut apud Silium Italicum VIII 292. *nigro adlatraverat ore Victorum invidiae.* ubi vid. Drakenb.

Pag. 339. *Eleg.* XIII. *v.* 71. *Nunc licet in triviis ſicca requieſcere Luna*, col. *b.* poſt haec, *ſilente* recte rejicit. adde:] de Lunae lumine, quieſcentibus gravi, exponit Behotius Lib. II. Apoph. 18.

Eleg. XIV.

Pag. 340. v. 6. *Huic malus eſſe ſolet, cui bonus ante fuit.*] vid. Gebhard. Lib. II. Crepund. cap. 14.

Pag. 340. *Eleg.* XIV. v. 7. *Quid ſi jam canis mea caneret annis.*] Hoc, tam invenuſtum ſchema caſtigatis Broukhuſii auribus ut ſatiſfecerit? Scilicet, quo leviore culpâ peccaret, praeiverat magnus Scaliger: at vitium hujus orationis ſagaciſſimum illud Bentleji acumen non effugit ad Horat. II. Od. V. 13. qui reſcribendum monet, *canis aetas mea curreret annis:* hoc etſi ſine controverſiâ lectione vulgatâ multo fit accommodatius, haud tamen ita placet, ut perſanatum eſſe locum in animum inducam: videtur ulcus aliquod inveteratum in receſſu latere, quod nemo melius, ſi δεύτερον πλοῦν tentet, animique nervos intendat, quam ipſe vir praeſtantiſſimus indagaverit. Hemsterhus.

Ibid. ad eund. v. 7. col. *b.* poſt haec. *aliiſque vetuſtis Edd.* adde:] quod ceteris lectionibus praefert Wakkerus in Amoen. Liter. cap. XII. pag. 78.

Pag. 34. Eleg. XIV. v. 12. *Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.* col. *b.* lin. 14. poſt haec, *poſitum notent*, adde:] vid. Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 28.

Pag. 342. Eleg. XIV. v. 17. *Cui majora ſenis Tithoni gaudia vivi*, col. *b.* poſt haec, *Tam majora* Livinejus, adde:] tam in notis ad h. l. quam ad Paneg. Vet p. 345.

Ibid. Eleg. XIV. v. 18. *Quam gravis amiſſo Memnone luctus erat.*] de Memnone corrige locum Papiae in Vocabulario, ubi legitur, *Memnon Tithonis & Aurorae filius, rex Judaeorum fuit vel Aethiopiae.* ſcribe, *rex Indorum.*

Pag. 343. Eleg. XIV. v. 24. *Frater ego, & tibi ſim filius unus ego.*] *fratris* & *filii* nomina nequitiae obtexebant. de quo vid. Lipſ. Lib. II. Var. Lect. 1. & quae notavi ad Anth. Lat. T. II. Scriver. Anecd. Philol. cap. V. Daviſ. ad Minuc. Fel. cap. 9.

Ibid. Eleg. XIV. v. 25. *Nunc etiam infectos demens imitare Britannos*,] *infectas Batavas* Cl. Schraderus praef. ad Emend. p. XXVI.

Pag. 344. Eleg. XIV. v. 28. *Tinxerit, idcirco coerula forma bona eſt?*] *Pinxerit* Cl. Wakkerus Amoen. Liter. cap. XII. p. 79.

Ibid. Eleg. XIV. v. 32. *Quae mentita ſuas vertit inepta comas.* col. *b.* poſt haec verba,

ſed nihil immutari praeſtiterit, adde:] & ſenſum loci, repudiata etiam Struchtmeyeri emendatione, bene ibidem expoſuit Wakkerus.

Pag. 346. Eleg. XIV. v. 38. *Et terram rumor tranſilit & maria*:] Francii conjecturam, *tranſvolat*, firmare poſſet locus Ovidii VI. Faſt. 527. *Rumor (ut eſt velox) agitatis pervolat alis.*

ELEG. XV.

Pag. 349. Eleg. XV. v. 12 *Et vitem docta ponere falce comas.* col. *a.* poſt haec, *non immemor illuſtravit*, adde:] vid. & Bentlej. ad Lucan. III. 269. ubi legit *docto gens aſpera freno* pro *moto.*

Pag. 349. *Eleg.* XV. v. 14. *Hoedus ubi agreſtes corruet ante focos*] Puccius reſtituit, *corruat.*

Pag. 350. Eleg. XV. v. 19. *Incipiam captare feras, & reddere pinu Cornua*, col. *a.* poſt haec verba, *ad Catullum pag.* 54. adde:] Jungerman. ad Longi Paſtoral. Lib. II. pag. 212.

Ibid ad eund. verſ. 19. col. *b.* poſt haec, *ad Gratii Cyneg.* v. 75. adde:] & Scriver. in Anecd. philol. cap. 21. ubi optime agit de lineis, ſive funiculis e lino, quae variis avium plumis diſtincta, aves in retia adliciebant.

Ibid. ad eund. verſ. 19. col. *b.* poſt haec verba, *cervos, aliaſque feras.* adde:] vid. Coelium Rhodigin. lib. XVI. Lect. Antiq. cap. XI.

Pag. 351. Eleg. XV. v. 21. *Non tamen ut vaſtos auſim tentare leones*, col. *a.* poſt haec verba, *attentare in Voſſ. tertio.* adde:] quod amplectitur Cl. Schraderus Emend. c. VI. p. 127. pro *ut* in Ferrarii libro legitur *aut.*

Ibid. ad eund. verſ. 21. col. *b.* pro his verbis, *Quae tentare Tethyn ratibus*, ſcribe: *Quae tentare* Thetin *ratibus*, & adde:] & ita hoc verbum reſtituendum Joſepho Iſcano Lib. I. 139. de expeditione Argonautica:

O qui magnanimo domuiſtis remige fluctus,
Qui freta, qui ventos primi libaſtis.

ubi legebam *tentaſtis.* & v. 169.

Tentatura vadum medias minor alnus in undas
Mittitur.

ubi nunc legitur *Conſultura.* ut apud Ovid. I. A A. 437. *Cera vadum tentet raſis infuſa tabellis.* Valer. Fl. 4. 97. *inexpertos tentare rudentibus Auſtros.* ut recte Heinſ. pro *parentibus. tentare aequora* Ovidio Ep. VII. 57.

Pag. 352. Eleg. XV. v. 24. *& ſtructo figere avem calamo.*] Hic certe, antequam vetus & percommoda lectio de poſſeſſione dejiceretur, duo fuerant accuratius ad liquidum deducenda, *ſtructum calamum* in illo, quod volunt, aucupii genere a veteribus uſurpari, & *figere* pro *defigere* &, illigatam viſco, reddere immobilem, ſatis Latine dici, quorum neutrum a quoquam eorum, qui de creſcente arundine ſcripſerunt, eſt factum: immo, ſi vel iſta ſatis paterent, quae cauſa tam gravis foret, cur a meliore codd. numero diſcederemus; nam hactenus quidem nullus eſt productus, niſi is, quem Paſſeratius inſpexit, qui *ſtructo calamo* patrocinetur: quare nos tantiſper, dum iſta decidantur, *ſtrictum* calamum Propertio vindicamus, atque interpretamur, ſagittam expeditam, atque e coryto depromtam, qua figantur aves: *ſtringere* de gladiis tralaticium ad alias etiam res, quae expediuntur, & ad praeſentes uſus parantur, eleganter adhibetur:

——— *ſtricto ſtat proximus armiger arcu.*

apud Val. Flacc. V, 580. ubi ſuo in Codice Burmannus *ſtructo* legi notat.

Stringere fulmineo venabula cominus hoſti.

apud Auſon. Ep. IV, 30. *ſtrictis telis* Claudian. de III. Conſ. Honor. V, 11. hoc fundamento nititur pulcherrima Bentleji emendatio in Hor. 1. od. 6. *praelia virginum, ſtrictis in Juvenes unguibus* acrium: nam quod in vulgatâ lectione *ſectis* unguibus ὀξύμωρον nonnulli ingerunt, vereor, ne ὀξύμωρον iſtud dimidiâ ſui parte multatum aptius in hanc figuram conveniat. Modo *temerare* leones dedit Broukhuſius ex unico, quantum ſcimus, Groningano: certioribus ſaltem exemplis illam locutionem firmari oportuiſſet, nam quae adferuntur, aliorſum ſpectant: ut *temerare legatos* rectiſſime dici concedam, eorum enim apud cunctas gentes ſanctiſſima ſunt jura, haud tamen idcirco probavero, ſi quis eodem jure *temerare hoſtem* pro temere aggredi dicere ſe poſſe contendat. Burmannus igitur ad Valer. I, 529. veterem ſcripturam propugnat, hic quidem, ut mihi videtur, recto judicio: quid enim notius, quam eandem in hoc verbo ſaepius eſſe poteſtatem, quae ſit in petere, adoriri, aggredi? febres, morbi, frigora *tentant* corpus, ut ex Celſo & Horatio conſtat:

At penitus notum ſi tentent crimina.

I. Ep. 18. 80. apud noſtrum eſt ſupra IX, 19.

Intactos iſto ſatius tentare veneno.

& I. El. IV, 25. *tentari damno.* quae cuncta, ſi quid video, ejectam a Broukhuſio lectionem ſatis

tis in tuto collocant. Contrariam plane in partem Barthius in Silio peccavit II, 472. dum *temerare*, veriſſimam lectionem, in *tentare* convertit. Haud equidem diffiteor eſſe loca, in quibus utrumvis ſcite uſurpetur: veluti Gratio Cyn. 63. *pro iſtis* —— *ille aggeribus tentare ſuperbis Æthera*, (Grotium ita legentem probo) & *matres auſi tractare* [f. *attrectare*] *Deorum*, ſi libuiſſet, integrum fuerat ſcribere;

Aggeribus temerare ſuperbis Æthera &c.

verum niſi animus me fallit, poteſtate non parum diverſâ: etenim *aethera tentare* valet adoriri atque oppugnare ſtructis in altum montibus; *temerare* vero *coelum*, certis legibus vinctam naturae neceſſitatem temere violare, ac coelum haud ſecus ac rem ſacram negatamque hominibus affectare: neque aliter illo in loco, quem Broukhuſius adduxit, venuſtiſſime Statius.

——— *inde ferebant*
Nubila ſuſpenſo celerem temeraſſe volatu
Perſea ———

Veriſſime Lutatius: violaſſe, ut ſibi vindicarent, quod homini natura non dederat. HEMSTERHUSIUS.

Pag. 353. Eleg. XV. v. 26. *Integit, & niveos abluit unda boves*. col. *a*. poſt haec verba, *albos foetus creant. vide*, adde:] Dauſquejum ad Silium Ital. p. 358. 359. &c.

Ibid. Eleg. XV. v. 31. *Quin ego in adſidua mutem tua nomina lingua*, col. *b*. poſt haec, *laude dignum contulerunt*, adde:] & jam olim in hoc loco enucleando multum ſe torſit J. Bapt. Pius in Adnot. Poſter. cap. XXV. qui de faſcinatione alicujus invidi, dum voluptate ſua cum Cynthia frueretur, Propertius, e loco Catulli explicare conatus eſt.

ELEG. XVI.

Pag. 357. Eleg. XVI. v. 11. *In te ego & aeratas rumpam, mea vita, catenas* col. *a*. poſt haec verba, *Valer. Max. Lib*. V. *cap*. 9. §. 3. adde:] ſed *in te*, caſu quarto pro ſexto, exponit Fruterius Lib. III. Veriſ. cap. 6. pro tui cauſſa. ut adfirmet, ſe, licet catenis vinctus & Danaës turri incluſus eſſet, tamen in gratiam dominae haec omnia perrupturum.

Pag. 361. Eleg. XVI. v. 35. *Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator* col. *b*. poſt haec verba, *perpetuum jus eſt Lipſius*, adde:] Lib. II. Var. Lect. 12.

ELEG. XVII.

Pag. 362. Eleg. XVII. v. 5. *Tot noctes periere*, nihil pudet? *adſpice*, *cantat Liber*:] Ovid. Epiſt. XVII. 86. *Nil pudet hunc*.

Pag. 365. Eleg. XVII. v. 17. *Nunc quoque, qui reſtet, jam pridem quaeritur alter*. col. *b*. poſt haec verba, *Guyetus & Heinſius*, adde:] & ſic Douza P. qui editioni Rovillianae adſcripſerat. „ *Non intelligo*: *quid enim eſt* Alter, „ *niſi forte amor pro amica ſubaudiatur*, *aut certe* „ *legendum* altera.

ELEG. XVIII.

Pag. 366. ad Titul. *Eleg. XVIII*. optime cohaerere cum ſuperiore notat Livinejus. Schrad. Emend. p. 89.

Pag. 367. Eleg. XVIII. v. 6. *Seu varios incinit ore modos*. col *b*. poſt haec verba, *incinit probat*, adde:] & plura de hoc verbo notavit Juretus ad Symmach. pag. 202.

Pag. 368. Eleg. XVIII. v. 14. *Quod quaeris, quare non habet ullus amor*?] Ayrmannus *Quin quaeris, quare non caveatur amor*. nimia ſane licentia.

Ibid. Eleg. XVIII. v. 15. *Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris*?] v. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 233. & MSS. ad Tibull. I. 4. 64. & Eleg 7. 53.

Ibid. col. *b*. poſt verba, *hic non placet*, adde:] Niſi potius hoc ita intelligas cum eodem viro celeb. exerceo quidem Venerem, ſed ſine ulla corporis fatigatione.

Pag. 370. Eleg. XVIII. v. 24. Officium *tota nocte valere meum*.] Ovid. *Ter Libas officio continuata meo*. Douza P.

Pag. 372. Eleg. XVIII. v. 41. *Nam melius duo defendunt retinacula navem*, col. *b lin*. 6. poſt haec verba, *firmatas retinentibus*. adde:] forte tamen per *retinacula* intelligi debent gubernacula, quae bina in veterum navibus fuiſſe docet Graevius in Lect. Heſiod. cap. IX. vide interpretes ad Luciani Toxarin T. II. p. 512. 513.

Pag. 374. Eleg. XVIII. v. 50. *Quem, quae ſcire timet, dicere plura jubet*. col. *b*. poſt haec verba, *eum timet, dicere*, adde:] *dicere plura juvat*, Ayrmannus.

Pag. 376. Eleg. XVIII. v. 59. *Et modo pavonis caudae flabella ſuperbi*,] cur,

Pavonis caudae flabella ſuperbi.

pro, *ſuperbae*, praeſertim cum ad manus eſſet Poëtae Hiſpani locus XIV, 67.

Alitis eximiae cauda ſuperba fuit. HEMSTERH. *ſuperbae* probat quoque Cl. Schrader. *Emend*. p. 128. quem vide.

Pag.

Pag. 379. Eleg. XVIII. ad v. 67. *Quam care ſemel in toto nox vertitur anno?* col. *a.* poſt haec verba, *ejus Animadverſiones.* adde:] ita etiam conjecerat Ayrmannus.

Pag. 379. Eleg. XVIII. v. 67. *Quam care ſemel in toto nox vertitur anno?*] *vertitur* Broukhuſio diſplicuit: jure merito: Vereor tamen, ut conjectura, quamvis ingenioſa verum attigerit; lege:

Quam care ſemel in toto nox venditur *anno?*

Illud *care* adjunctum prorſus emendationem firmat: nemo autem non, ut ſciat, quid ſit *noctem vendere*, explicatione mea facile carebit. hoc tam videtur in proclivi poſitum, ut mihi in mentem veniſſe primo vix credam. Hemsterhus.

Ibid. Eleg. XVIII. v. 68. *Ah pereant, ſi quos janua clauſa juvat.*] quod in Leidenſi ſecundo conſpicitur, *ſi quas*, ingenii felicitate legendum divinaverat Cl. Waſſenbergius, quia loquitur poëta de mulierum nobilium faſtu & avaritia, eamque cauſam eſſe ait, cur viles quaerat & obvias v. 98.

Pag. 379. Eleg. XVIII. v. 70 *Cuſtodum & nullo ſepta timore placet.*] Hic ubi libris fuerat obtemperandum, & quidem plane conſentientibus, vulgatam & deteriorem lectionem antepoſuit Broukhuſius: quam enim venuſtum illud & molle?

Cuſtodum nullo ſepta timore.

quam ſollicitare ad Venerem ac tentare nemo, cuſtodum frequentia deterritus, timeat, quaeque ipſa hoc moleſto comitatu libera peccare non reformidet. Hemsterh.

Pag. 381. *Eleg.* XVIII. v. 85. *Quod ſi tam facilis ſpiraret Cynthia nobis:*] Pro *tam* Puccius emendabat, *jam.*

ELEG. XIX.

Pag. 383. Eleg. XIX. v. 15. *Qui nunc ſe in tumidum jactando venit honorem.* col. *b.* poſt haec verba, *aliiſque vindicavit.* adde:] σφαδάζειν Graecis. vid. Cl. Ruhnken. ad Timaei Lexic. Platon. p. 173. & Toup. ad Longin. pag. 198. qui adfert illud Cic. II. Tuſc. 18. *His tu praeſentibus gemere & te jactare non audebis profecto.*

Pag. 384. Eleg. XIX. v. 17. *Dura eſt, quae multis ſimulatum fingit amorem*, col. *a.* poſt haec verba, *poſitum monuit Scaliger*, adde:] quem etiam vide in Conject. ad Varron. pag. 202.

Pag. 385. Eleg. XIX. v. 33. *Noli nobilibus, noli conferre beatis.* col. *a.* poſt haec, *ad Propert.* p. 699. adde:] & Adverſ. p. 348.

Ibid. ad eundem verſ. 33. col. *b.* poſt haec verba, *literis eruditiſſ. Eldikius*, adde:] ut Cicero ad Div. L. XIII. Ep. 32. utramque vocem conjungit: In Haleſina civitate, tam lauta, tamque nobili.

Ibid. Eleg. XIX. ad v. 38. *Excludi quoniam ſors mea, ſaepe venis.*] pro *quoniam* Ferrarius habet *quem jam.*

Ibid. ad eund. v. 38. col. *a.* poſt haec, *quod minus arridet*, adde:] *Evolvit quoniam ſors mea, ſaepe veni*, conjecerat Ayrmannus.

Pag. 386. v. 39. *Iſta meis fiet notiſſima forma libellis:*] *fiat* Ayrm.

Pag. 387. Eleg. XIX. v. 47. *Et ſi ſecla forent antiquis grata puellis* col. *b.* poſt haec, *primis edd. legebatur*, adde:] *Haec ſi* Heinſius.

Pag. 388. *ad eund. verſ.* 47. col. *b.* poſt haec verba, *limina capta Jovis*, adde:] denique eruditiſſimus Wakkerus aliter locum emendat, legitque, *Eſſem ego, quod nunc ſum: tempore vincor ego.* eo ſenſu, ſi haec ſecula antiquis etiam puellis placerent, non alius tamen corrupto hoc aevo eſſem, quia fide & amore veteres viros aequo, ſed ſolo tempore vincor.

Pag. 389. Eleg. XIX. v. 54. *Caucaſias etiam ſi pateremur aves?*] imitatus eſt Janus Secundus Lib. II. El. 5. p. 31.

Haec quicumque poteſt nullo perferre dolore,
Idem Caucaſias & tolerabit aves.

Pag. 390. Eleg. XIX. v. 55. *Sed tamen & ſcabra teritur robigine mucro Ferreus* &c.] de *Robigo* Deo quas adfert Vett. Inſcr. Broukhuſius, vide apud Phil. a Turre in Monum. vet. Antii de Diis Aquilej. pag. 316. & notas doctor. ad Columell. Lib. X. v. 342.

Pag. 390. Eleg. XIX. *ad eund.* v. 55.] de Heinſii ſententiâ Broukhuſius ſcripſit: *Sed tamen & ſcabra teritur* &c. cum veteres tamen omnes ſcripti Codices & impreſſi praeferant: *Sed tamen obſitam: teritur* &c. Nam quod in aliis Codicibus eſt *obſitam*, in aliis *obſita*, librariis aberrantibus acceptum referri debet: quemadmodum *ſt* libris in antiquis exaretur, ut prior litera ſuperno tantum

tantum ductu ſequenti addita oculos pene fruſtretur, neminem, in his verſatum fugit: *m* quoque inductâ ſuperne lineolâ, quae ſaepius vel oblitteratur, vel ab ipſis deſcriptoribus omiſſa fuit, ſignificari ſolet. Quid igitur? priſcâ lectione nihil verius: Propertius iniquae Cynthiae injuriis irritatus melius exiſtimat, ut exſtincto amore ingratam deſerat: hoc propoſitum, etſi dificile ſit, obnitendo tamen & animum obfirmando, id enim eſt *obſiſtere*, ad ultimum vinci poſſe, non deſperat; quippe cum & ferrum rubigine teratur, & ſilex parvo liquore: verum mox irriti atque in vanum abituri ſe conſilii auctorem reprehendit, *At nullo dominae* &c. in quibus equidem, quid deſideretur, perlibenter edoceri velim. In hac autem elegiâ conſtituendâ, quod Principi viro ſollenne eſt, mirifice ſibi indulſit Scaliger, & ante disjuncta, ordine ſatis imperioſe mutato, conjungere non eſt veritus: ego tametſi laceras pluribus in locis & male cohaerentes Propertii reliquias ad nos perveniſſe non diffitear, huic tamen praecipiti conſilio ſuffragari nequeo, nec dubito, quin, ſi vir maximus longius ad deliberandum ſpatium ſumſiſſet (nam ſe ne menſem quidem integrum in hoſce tres Poëtas impendiſſe nobis imputat) plurima multo aliter digeſſiſſet: ſed iſta diligentius ad examen revocare, nunc quidem haud decrevi. Hemsterhus.

Pag. 391. XIX. v. 57. *At nullo dominae teritur ſublimine amor,*] *ſublimen* nondum auctores habet tam certos, ut in Romanarum vocum numerum adſcribendum videatur: quae cum & Daviſio ſententia ſedeat, egregia ſane conjectura refinxit, *molimine* ad Ciceron. de N. D. p. 103. quo non video, quid melius excogitari poſſit, cum & probe Latinum ſit, & ad Propertii mentem appoſitiſſimum: hoc tantum, rectius, me quidem judice, conjungi *dominae amor*, quam *dominae molimine.* Hemsterhus.

Pag. 391. Eleg. XIX. *ad eund.* v. 57. &c. *At nullo dominae teritur ſublimine amor; qui Reſtat, & inmerita* &c.] *At nullus dominae teritur ſublimine amator, Perſtat, & immeritas.* Ayrmannus.

Pag. 392. Eleg. XIX. v. 61. *Tu quoque, qui pleno faſtus adſumis amore*, col *a.* poſt haec, *ut Douza*, adde:] & Ayrmannus, qui poſt *Credule?* ſignum interrogationis ponebat.

Pag. 393. Eleg. XIX. v. 66. *Septima quam metam triverit ante rota.* col. *b.* poſt haec verba, *Wechel. aliiſque*, adde:] idque probatum fuit Behotio Lib. II. Apoph. cap. 19.

Ibid. ad eund. vers 66. poſt haec, *Obſerv. cap.* 27. adde:] Bernart. ad Stat. V Theb. 469.

Pag. 394. v. 78. *Vidiſtis fuſco. ducit uterque color:*] forte hunc locum reſpiciebat Ovid. I. Am. 14. 9.

Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis,
Sed quamvis neuter, mixtus uterque color.

vide etiam Epigr. Graecum Lib. VII. Anthol. Gr. N. 176.

Ibid. Eleg. XIX. v. 68. *Si qua venit ſero, magna ruina venit.* col. *a.* poſt haec, *pondere magna venit*, adde:] Joſeph. Iſcanus Lib. I. 38. —— *premit ultio noxas Tunc gravior, cum tarda venit.* ſic lege, non *fremit*, ut editur.

Pag. 395. Eleg. XIX. v. 81. *Illaque plebejo, vel ſit ſandicis amictu*, col. *b.* poſt haec, *de L. L. pag.* 30. adde:] & Caſaub. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 29.

Ibid. Eleg. XIX. v. 84. *Una ſit & cuivis femina multa mala* poſt haec, *& ſic Scaliger*, adde:] favet hoc Ayrmanno legenti *Una ſat & cuivis.*

Eleg. XX.

Pag. 398. Eleg. XX. v. 9.

Quae tum ego Neptuno, quae tum cum Caſtore fratri,
Quaeque tibi excepi tum Dea Leucothee?

col. *a.* poſt haec, *ut in primis edd.* adde:] quod probat Lipſius Lib. V. Ant. Lect. 20.

Pag. 400. Eleg. XX. v. 23. *Non ſi Cambyſae redeant, & flumina Croeſi*, col. *b.* poſt haec verba, Veriſim. cap. 4. pag. 47. adde:] Sic in Epigrammate Leonidae Lib. III. Anth. Gr. Tit. VI. Ep. 58.

Ὁ πρὶν καὶ Γύγῃ παρισεύμενος ὄλβον, ὁ τὸ πρὶν
Βυπάμων, ὁ πρὶν πλούσιος αἰπολίοις.

Qui modo Pactoli Gygen aequabat arenis,
Dives & armentis lanigeroque grege.

ut vertit Grotius.

Ibid. Eleg. XX. v. 28. *Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt*, poſt haec verba. *ad* Lotich. p. 355. & 493. adde:] *multa & amare* etiam adfert Alb. Eyb. in Margarita Poët. cap. XIII.

Pag. 401. Eleg. XX. *ad eund.* v. 28. *Qui dare multa poteſt, multa & amare poteſt:*] col. *b.* in not. pro verbis: *ut multa ex prima verſus parte repetatur*,

tatur, ſcribe: ut *multa* ex prima verſus parte, ſcribae oculo aberrante, in hanc ſedem repetitum ſit.

Pag. 403. Eleg. XX. v. 39. *Et qui moviſtis duo litora, quum rudis Argis Duxerat ignoto miſſa columba mari.* col. *a.* poſt haec, *concurſibus Argo*, adde:] ubi *concurrere* dicuntur hae cautes, ut apud Juvenal. Sat. XV. 20.

Nam citius Scyllam vel concurrentia ſaxa,
Cyaneis plenos & tempeſtatibus utres.

ut legend. non *procurrentia*, ut adfert Dausquejus ad Silium p. 628.

Ibid. Eleg. XX. *ad eund.* v. 39. *Et qui moviſtis duo litora*, col. *a.* poſt haec, *Symplegadas eliſarum*, *adde*:] ſequentia ad h. l. notaverat Ayrmannus tamen. „ *Procul dubio ſcribendum, Et qui noviſtis duo litora &c. ſenſus inde oritur elegans, cum dicuntur noviſſe litora venti, quae Argonautae ignoraverunt. Minus vero eleganter venti dicuntur movere litora.*

Pag. 405. Eleg. XX. v. 54. *Alternas revomet vaſta Charybdis aquas*, col. *b.* poſt haec verba, *ter vomat ilia fretum*, adde:] Ayrmannus ad hunc locum iſta notaverat: „ hic verſus a me leviſſima mutatione duarum literarum nativo ſplendori ſuo reſtitutus eſt:

Crede mihi nobis miteſcet Scylla, nec umquam,
Alternante vacans *vaſta Charybdis aqua.*

„ pro *vacans* ſcriptum erat *vorans*, in quo ſe tantopere eruditos viros torſiſſe miror. Eamdemque pro feliciſſima juvenilium reputo". Ego infeliciſſimam cenſeo.

ELEG. XXI.

Ibid. Eleg. XXI. v. 3. *Hoc tibi vel poterit conjux ignoſcere Juno.*] Tibull. IV. 2. 3. *Hoc Venus ignoſcet.* apud noſtrum autem pro *tibi* Puccius correxerat, *ibi.*

Pag. 410. Eleg. XXI. v. 4. *Tam formoſa tuum mortua crimen erit.* col. *a.* poſt haec, *condita Myrrha novae.* adde:] Ovid. II. Am. XI. v. 35. *Veſtrum crimen erit talis jactura puellae.*

Pag. 412. Eleg. XXI. v. 17. *ſed tibi vexatae per multa pericula vitae*, col. *b.* poſt haec, *luſeris lautiſſime*, adde:] de quo loco vide Hemſterh. ad Lucian. Tom. 1. p.

Pag. 414. Eleg. XXI. v. 21 *Ino etiam prima terras aetate vagata eſt: Hanc miſer inplorat navita Leucotheen*, col *b.* poſt haec, *ubi in marmore*, adde:] quod Romae adhuc exſtare memorat Keiſlerus in Itiner. Tom. II. pag. 211.

Ibid. ad v. 23. *Haec eadem Perſei nobilis uxor erat*, col. *b.* poſt haec verba, Voſſ. & meo ſecundo, adde:] v. 24. pro *erat* malit Eldikius *ovat* propter praecedens *implorat*, & ſequens *regit.*

Pag. 415. v. 34. *Et deus, & durus vertitur ipſe dies*,] id eſt, mutatur. vid. Patrui notas ad Valer. Fl. II. v. 572.

Pag. 417. Eleg. XXI. v. 37. *Et jam Luna negat toties deſcendere coelo*, col. *a.* poſt haec verba, *de quo vide ad Lib.* I. *Eleg.* I. v. 19. adde:] nollem Heinſio idem quoque hoc in loco intellectum fuiſſe in notis ad Sabin. Epiſt. III. v. 83.

Pag. 419. Eleg. XXI. v. 45. *Ante tuoſque pedes illa ipſa adoperta ſedebit*, col. *a.* poſt haec verba, *nocte ſilente dedit*, adde:] vid. Triſtan. Tom. I. Comment. p. 443.

Pag. 421. Eleg. XXI. v. 55. *Et quaecumque erat in numero Romana puella*, col. *a.* poſt haec verba, *harum in numero*, adde:] ſic & Ayrmannus.

Ibid. Eleg. XXI. v. 57. *Nec forma aeternum, aut cuiquam eſt fortuna perennis*, col. *b.* poſt haec verba, *Gebhardi codicibus & aliis*, adde:] *Nec forma aeterna, aut cuiquam* &c. Ayrmannus.

Ibid. *ad eund. verſ.* 57. poſt haec verba, *ſors ſua* Marklandus, adde:] ſed vulgatum tuentur loca veterum, in quibus frequens occurrit haec gnome, apud H. Stephanum Lib. V. Schediaſm. cap. 13.

Ibid. Eleg. XXI. v. 59. *Tu quoniam es, mea lux, magno demiſſa periclo* poſt haec verba, *quod placebat Marklando*, adde:] & Cl. Schradero Emend. c. VII. p. 132.

Ibid. Eleg. XXI. v. 60. *Munera Dianae debita redde* choros:] Heinſii conjecturam *tholo* dat Ferrarii liber.

Pag. 422. Eleg. XXI. v. 62. *Votivas noctes & mihi ſolve decem.* col. *b.* poſt haec verba, *in ſolo D'Orv. ſecundo*, adde:] quod tamen defendi poſſet adpoſito Plauti loco Aſinar. IV. v. 62. *Si forte pure velle habere ſe dixerit, Tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuerit.*

Ibid. *ad eund. verſ.* 62. poſt haec verba, *ubi vide Broukhuſium*, adde:] ultimis verſibus, in quibus ſupplicatio eſt ad Jovem pro Cynthia aegrotante, indecentius elegiam hanc finiri, & ſingulare carmen eſſe, cenſebat Cl. Wakkerus in Amoen. Lit. cap. XII. p. 82.

Pag. 425. Eleg. XXII. v. 15. *Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae*;] pro *Quae quum* Puccius dat *Cum tu.*

E l e g. XXII.

Pag. 427. Eleg. XXII. v. 27. *Ibat & hinc caſtae narratum ſomnia Veſtae.* col. *a.* poſt haec verba, *non parum agitatus*, adde:]

Ibat & huic caſtae narratum ſomnia Veſtae,
Neu tibi, neve mihi quae &c.

profert D'orleans ad Tacitum pag. 155.

Pag. 427. Eleg. XXII. v. 29. & *ſeqq. Talis viſa mihi ſomno demiſſa recenti.* Prava diſtinctio loci venuſtatem obſcurat; lege:

Talis viſa mihi ſomno demiſſa recenti,
(Heu quantum per ſe candida forma valet!)
Quo tu, matutinus, ait, ſpeculator amicae?
Talis viſa mihi, ait.

hunc verſum 30. parentheſi includendum monuit etiam Douza pater. Hemsterhus.

Pag. 429. Eleg. XXII. v. 36. *Signa voluptatis nec jacuiſſe duos.*] mirum in modum placet Farneſiani Codicis lectio, quam Lipſius in Antiquis Lect. probat, *ſigna volutantes nec jacuiſſe duos*, nulla veſtigia preſſo toro apparent, nec ſigna, quibus deprehendatur, duos jacuiſſe volutantes: quam ſit proprium in hac nequitiae palaeſtrâ *volutari*, illi norunt, qui veteres norunt. *Libidinoſo & volutabundo in voluptatibus*, e Cicerone de Rep. Nonius habet p. 491. utriusque verbi *volutari* & *voluptari* commutatione nihil eſt in ſcriptis Codd. frequentius, ut monuit Burmannus ad Petron. c. 79. p. 393. ex Graev. ad Juſtin. XII, c. 16. a quo, licet invitum, diſſentire me facit proprietas, quae major in *volutari* apparet, quam in altero verbo; ita Burmannus: at ſi virum optimum & humaniſſimi Graevii ſimillimum hac curâ liberavero, ecquid erit pretii? nihil eſt, hac quidem in parte, ut invitus a magno Doctore diſſentiat, cum in eadem verſetur opinione planiſſime: poſtquam enim Graevius apud Juſtinum, Quinctilianum & Apulejum in veteribus libris atque Edd. *voluptari* pro vulgato *volutari* extare docuiſſet, iſta totidem verbis addit: probo tamen ubique lectionem Editorum librorum: aperte ſignificans, ſiquidem ego ſatis Latine intelligo, *volutari* prae altero ſibi placere: haeſiſſe tamen in eodem videri poteſt luto G. Cuperus Obſ. IV, p. 116. verum, ut ad inſtitutum redeam, quemadmodum Propertio, oratione legitime diſtinctâ, prodeſſe volui, ſic & Ariſtaeneto, cujus egregium locum Broukhuſius hic adnotavit, eandem adhibere medicinam, nulla eſt invidia, praeſertim cum elegantiſſimo interpreti Joſiae Mercero tantillum vitium fraudi fuerit: ſic igitur lege: Γυναικὸς ἔτι προσεμβατεύοντα τὸν μοιχὸν ἔνδον ἐχούσης, οὕτω συμβὰν, ὁ ταύτης ἀνὴρ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφιγμένος ἔκοπτε τὴν θύραν. quorum hic ſenſus eſt: Mulier cum moechum volutantem ſecum adhuc domi haberet, maritus ejus forte fortuna peregre rediens januam pulſabat. οὕτω συμβὰν, cum ita res cecidiſſet, abſolute ponitur a Graecis, ut δόξαν, ἐξὸν &c. in Eunapio crebrum. vid. p. 5. 206. neque aliter ab eo ponitur p. 122. οὕτως ἐπιταχθέν. Mox in Ariſtaeneto ſcribendum: τὴν στρωμνὴν ἀνετάραξε, παντελῶς συγχέουσα τὸ ἔρεισμα τοῦ δευτέρου σώματος. vulgo ἀνετάρ. & ἔρισμα, quaſi ab ἐρίζειν, cum ſit ab ἐρείδειν, notetque veſtigium illud, quod preſſo toro fultus adulter facit. Hemsterhus.

Pag. 429. Eleg. XXII. v. 37. *Adſpice, ut in toto nullus mihi corpore ſurgat Spiritus*, col. *b.* poſt haec verba, *pro corpore*, adde:] Marklando accedit Cl. Schrader. Emend. p. 121.

Pag. 430. Eleg. XXII. v. 38. *Spiritus, admiſſo notus adulterio*, col. *a.* poſt haec verba, *& Patruus meus conjecerat*, adde:] Eldikius: *Lividus* admiſſo *morſus* adulterio.

E l e g. XXIII.

Pag. 431. Eleg. XXIII. v. 3. & v. 6. *Tota erat in ſpatium Poenis digeſta columnis.*] Ego, quicquid Broukhuſius conetur, quid ſibi velit porticus Poenis columnis in ſpatium digeſta, vix aſſequor: quare mihi religio eſt, omnium membranarum fidem inſuper habere; praeſertim cum nulla ſit idonea priſcae lectionis ſollicitandae cauſa: porticus erat Poenis columnis ſpecioſe digeſtis ornata. Hemsterhus.

Pag. 433. Eleg. XXIII. v. 6. *Marmoreus tacita carmen hiare lyra.* col. *a.* poſt haec verba; *quod & in codd. Regiis.* adde:] exprimit enim Gracum χανεῖν, & imitatur Callimach. Hymn. in Apollin. v. 24. de ſtatua Niobes: Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης. quod cum hoc Propertii loco contulit Cel. Erneſtius; *ex quo Propertii loco* &c.

Ibid. Eleg. XXIII. *ad eund.* v. 6. Verſus ille cultiſſimo Sannazario impoſuit, qui parum inſpecta Poëtae noſtri proprietate, id ſibi licere arbitra-

bitratus eſt, ut ſimilem ad formam ſcriberet I El. 11. II. El. 2.

Altilius docto pectore carmen hiet.

iterumque:

Incipiet poſito carmen hiare mero:

quae pravâ aemulatione ad Propertianam phraſin efformata haud ſatis Latine dici, egregie Broukhuſius animadvertit. poterat quidem Actius alterius etiam loci praeſidio ſe tueri III, 2, 4.

Tantum operis nervis hiſcere poſſe meis:

ſed vix induci poſſum, ut credam, hanc ſcriptionem a Propertio fuiſſe profectam: dixerit aliquis, Graecos imitatum videri, quorum χανδάνειν pro χωρεῖν, capere, complecti, accipiatur: verum illi tum dumtaxat uſurpant, ſi quid magno ac patente hiatu circumdatum contineatur: quocirca legendum arbitor:

Tantum operis nervis dicere poſſe meis:

nam *dicere* ſaepius ad Poëtas propriâ virtute pertinet. R. Bentl. ad Horat. I. Od. VII, v. 9. neque eſt, ut quis in voce tam cognitâ, tamque pervulgatâ vitium adhaeſiſſe miretur; moveri poterat hic ſcrupulus, ſi nullis ſimilibus exemplis teſtatiſſima foret librariorum inſcitia. Ceterum haec tenella,

Marmoreus tacitâ carmen hiare lyrâ.

Cyrenenſi Callimacho Callimachus Umber debuit: is enim mellitiſſimis verſibus, Hymn. Apoll. 24. de Niobe in lapidem verſâ:

Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅς τις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐςήρικται.
Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

Nioben expreſſit in ipſo marmore labiis hiantibus ita compoſitam, ut jam nunc quoque flebiles querelas moliri videretur; quam verborum elegantiam minime perſpexit H. Stephanus. Hemsterhus.

Pag. 436. v. 21. *Qui videt, is peccat: qui non & viderit, ergo Non cupiet:* imitatur Callimach. Hymn. in Apoll. v. 10.

Ὅς μεν ἴδῃ, μέγας οὗτος, ὅς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.

is, qui non viderit, ergo Non cupiet. Wakkerus Amoenit. lit. cap. XII. p. 83.

Pag. 435. Eleg. XXIII. v. 20. *Denique ut ad Trojae tecta volarit avis* col. *a.* poſt haec verba, *hoc in loco optime firmat*, adde:] ad Trojam *ficta* volavit avis. quia falſa avis Ovidio dicitur XVII. Her. v. 56. v. 1. Amor. II. v. 4. & Sabino Epiſt. III. v. 41.

Ibid. Eleg. XXIII. v. 22. *Non cupiet: facti crimina lumen habet.* col. *b.* poſt haec verba, *eodem in verſu repetitur.* adde:] licet uno etiam in diſticho ſimiliter repetatur Lib. I. El. 16. v. 21. & 22.

Nullane finis erit noſtro conceſſa dolori
Triſtis & in tepido limine ſomnus erit?

Pag. 437. Eleg. XXIII. v. 31. *ſi tamen Oeagri quaedam conpreſſa figura* col. *b.* poſt haec verba, *dicit Lib.* I. *El.* 4. v. 9. adde:] nunc video hanc emendationem patruo etiam in mentem veniſſe ad Quintil. Declam. XV. p. 307.

Ibid. ad eund. verſ. 31. poſt haec, *in meo ſecundo*, adde:] vid. Cl. Schrad. Emend. p. 118. porro in initio hujus verſus pro *ſi* liber Ferrarii habet *ſic*, pro *conpreſſa* V. C. Puccii, *comprenſa.*

Pag. 438. *Eleg.* XXIII. v. 36. *Nam ſine te noſtrum non valet ingenium.*] *nil* valet, reſtituit Puccius.

Pag. 439. Eleg. XXIII. v. 39. *Quum videt accenſis devotam currere taedis*, col. *b.* poſt haec, de Repub. pag. 628 - 630. adde:] Delr. Comm. ad Senecae Hippol. 442.

Ibid. ad eund. verſ. 39. poſt haec verba, *in Dian.* v. 11. *p.* 169. adde:] de nemore hoc Aricino vid. Cluver. III. de Ital. Ant. p. 921. & ſeq.

Ibid. Eleg. XXIII. v. 41.

Nam quid Praeneſtis dubias, o Cynthia, ſortes?
Quid petis Aeaei moenia Telegoni?

col. b. poſt haec, *Inſcript. Florent. pag.* 265. adde:] Suareſium Lib. I. Praeneſtes Ant. cap. 14. apud quos male *Alaei* in minore verſu &c.

Ibid. Eleg. XXIII. v. 41. *Nam quid Praeneſtis dubias, o Cynthia, ſortes?* &c. col. *a.* poſt haec verba, *Lucrinaeque domus*, & ſeqq. adde:] *Aeaeum Telegonum* dici ab inſula Aeaea, quam mater ejus Circe incolebat, monet Cluver. III. Ital. Ant. pag. 943. de qua inſula *Aeaea* idem adcurate agit p. 996. & ſeqq.

Pag. 440. Eleg. XXIII. v. 43. *Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur?* poſt haec, *Anth. Lat. pag.* 549. adde:] & adde Juret. ad Symmach. pag. 194.

Pag. 440. v. 44. *Appia cur toties te via ducit anum?*] *te*, *pia*; Wakker. pag. 85.

Pag. 443. Eleg. XXIII. v. 49. *Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe*,] *Tot leviter lymphis* reſinxit Puccius, & agnoſcit Ferrarii liber.

Ibid. v. 52. *Non urbem, demens: lumina noſtra fugis.*] *urbe excedens* Wakker. pag. 87. male.

Pag. 445. Eleg. XXIII. v. 65. *Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas*, col. *b.* poſt haec verba, *Tunc ah dura* Heinſius *At*, adde:] *tu*.

Ibid. ad eund. verſ. 65. poſt haec, v. c. Paſſeratii, adde:] & Beroaldi.

Pag. 447. Eleg. XXIII. v. 75. *Sed te non debes inimicae credere linguae*, col. *b.* poſt haec verba, *inimicae credere linguae*, adde:]

Sed tu non debes inimicae credere linguae.

Wakker. ibid. p. 89.

Pag 451. Eleg. XXIII. v. 98. *Cur haec tam dives? quis dedit? unde dedit?* col. *b.* poſt haec verba, *ſtuprorum ex agmine*, adde:] ſed *examine* pro turba fere innumera, ut propria vox de apibus. ſic *Deorum examen* pro turba gentilium numinum apud Minuc. Fel. cap. 22. ubi Saturnum *principem hujus generis & examinis*, Deorum nempe, vocat. pro *ſtuprorum* in Ferrarii libro legitur *ſtultorum*.

Pag. 452. Eleg. XXIII. v. 101. *Haec eadem ante illam inpune & Lesbia fecit.* col. *a.* poſt haec verba, *& Lesbia fecit*, adde:] Scalig. *haec eadem haec*.

Ibid. ad eund. verſ. 101. poſt haec, *Emend. p.* 136. *& ſeqq.* adde:] & pag. 153.

Ibid. Eleg. XXIII. v. 103. *Qui quaerit Tatios veteres, duraſque Sabinas* poſt haec, *in Neap. & Askew.* adde:] alii *Salios* apud Paſſerat.

Ibid. ad eund. verſ. 103. col. *b.* poſt haec Obſerv. c. 7. adde:] ut & Emend. cap. 7. p. 138.

Pag. 453. Eleg. XXIII. v. 108. *Hic mos Saturno regna tenente fuit.* col. *a.* poſt haec, *His* in D'Orvill. altero, adde:] punctum collocabat Douza poſt hunc verſum. vide & Cl. Schrader. Emend. p. 138.

Pag. 454. Eleg. XXIII. v. 117. *Quod ſi tu Grajas, ſeu ſis imitata Latinas*, col. *a.* poſt haec, certe *es mirata*, adde:] ex Latini Latinii bibliotheca.

Ibid. ad eund. v. 117. *col. b.* poſt haec, *ſi pudor eſt*, ubi vide, adde:] male igitur J. B. Pius in Adnot. Poſter. cap. 150. & hoc Propertii & Valer. Flacci loco ancipitem eſſe ſyllabam contendit.

ELEG. XXIV.

Pag. 459. Eleg. XXIV. v. 29. *Icare, Cecropiis merito jugulate colonis.*] Lucian. Dial. Deor. XVIII. p. 249. Τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται διέφθειραν, παίοντες ταῖς δικέλλαις. ubi obſervat Hemſterh. *Icarium* Graecis ſemper, ſed *Icarum* Latinis dici.

Ibid. v. 31. *Tu quoque, o Eurytion, vino, Centaure, periſti:*] *& Eurytion* dat Puccius.

ELEG. XXV.

Pag. 467. Eleg. XXV. v. 31. *Tu ſatius Muſis meliorem imitere Philetam*, col. *b.* poſt verba, levioribus *apta*, adde:] Ovid. X. Metam. 150.

Jovis eſt mihi ſaepe poteſtas
Dicta prius, cecini plectro graviore *Gigantas*,
Sparſaque Phlegraeis victricia fulmina campis,
Nunc opus eſt leviore *lyra: pueroſque canamus*
Dilectos ſuperis, inconceſſiſque puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine poenam.

Ipſa Elegia apud Ovid. III. Amor. I. ait.

Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris,
Obruit exiguas regia veſtra fores.
Sum levis, *& mecum levis eſt, mea cura, Cupido.*
Non ſum materia fortior ipſa mea.

confuſa *melius* & *levius* vide ad Lib. I. Eleg. XVII. v. 15. Ceterum Heinſio adhaerens Cl. Waſſenbergius pro *ſatius* ſubſtituebat *face*, formam antiquam Catullo & Ovidio uſurpatam, atque adeo adfectatam Propertio.

Pag. 468. Eleg. XXV. v. 32. *Et non inflati ſomnia Callimachi.* Magnis in hunc locum meritis, quicquid non unam in partem commiſſum eſt, facile Scaliger expiavit, illud enim, LUCRETI, prorſus admirabile ac veriſſimum; tum, quod ſomnia Callimachi τὰ Αἴτια eſſe docuerit, ne plura commemorem: Verum, quando tenerrimum elegiaci carminis ſcriptorem, renitente atque invito Propertio, inflatum facit, id ſane neminem, qui cauſam diligentius inſpexerit, probaturum exiſtimo: quid enim? ut hoc in mentem venerit Propertio? tu melius feceris, ſi Philetae Amores, quam ſi obſcuriſſimum poëma Callimachi Aetia imiteris: Propertio, inquam, qui Callimachum & Philetam ita conjungit, ut hos propemodum ſolos imitari ſe profiteatur: ſenſit hanc difficultatem Scaliger, ſed amotam credidit, ſi diceret, ab Aetiis Callimachi deterreri Lynceum, ſive Ponticum, non item ab Amoribus aut Elegiis: at ſi, vel uno de tot veteribus teſte, oſtenderit, Aetia Callimachi opus eſſe moroſum atque obſcurum, vicerit & cauſam obtineat: nam Martialis locus X, 4. diverſiſſimam habet ſententiam: & quis tandem obſcuritati

ritati fuiſſet locus in illo Poëmate, ubi Veterum fabularum morumque rationes exponebantur: hoccine de Callimacho, quem ab arte potiſſimum Ovidius commendat, ſuſpicari quis auſit? Sed alia quoque Vir maximus nimium properans haud ſatis feliciter tractavit: quorſum enim, *Non rurſus*, cum cuncti Veteres defendant, *Nam rurſus*? ut ſcilicet interpretationi, ſi verum amamus, alienae fulcrum ſupponeretur: „ Non tibi licet rurſus tractare, quae Cal„ limachus tractavit: Callimachus enim ea om„ nia in Αἰτίοις tractaverat & fabulam Acheloi, & „ Maeandrum fluvium & Nemea ad Archemori „ exſequias: nam haec in Aetiis tractata fuiſſe „ oſtenderit vel unum verbum *Rurſus*, quo „ utitur: ſi enim ab eo rurſus tractantur, a „ Callimacho ergo antea tractata fuerant. HEMSTERHUSII EPISTOLA EXPLICIT.

Pag. 469. *Eleg*. XXV. v. 34. *Luxerit ut magno fractus amore liquor*. col. *a*. poſt haec, *ad Numiſm. Sic. pag*. 388. adde:] plura de hoc loco Wakkerus pag. 90. & 91. ubi notat Cel. Hemſterhuſio placuiſſe,

Nam rurſus licet Aetoli referas Acheloi:
Fluxerit ut magno fractus amore liquor.

Pag. 469. Eleg. XXV. v. 36. *Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias.*] *Erret, & ipſa ſuas refluat unda vias*. Wakkerus pag. 91.

Pag. 469. Eleg. XXV. v. 37. *Qualis & Adraſti fuerit vocalis Arion &c*. col. *b*. poſt haec verba, *Adraſti equo adfert*, adde:] Bernartius & *idem Barthius* &c.

Pag. 470. Eleg XXV v. 39. *Amphiaraëae nil proſunt fata quadrigae*, col. *a*. poſt haec verba, *ad Stat*. I. *Th*. 399. adde:] vide etiam Muſei Guarnaccii Monum. Etruſc. Tab. XII. & quae illic notavit Gorius pag. 55.

Ibid. Eleg. XXV. v. 41. *Deſine & Aeſchyleo conponere verba cothurno*, col. *b*. poſt haec, *Thebaica ſcripſerat*, adde:] & hanc lectionem prae altera *Achilleo*, ut edidit Broukhuſius, praetulit etiam Cl. Wakkerus Amoen. Liter. cap. XII. p. 92. & 93.

Pag. 472. Eleg. XXV. v. 46. *Deſpicit & magnos recta puella Deos*. col. *a*. poſt haec, *in marg. Voſſ. tertii*, adde:] an forte *Deſpuit* reponendum, ut ſaepe librarii hoc verbum ejecerunt ſubſtituto notiore *Deſpicit*. vid. Rigalt. ad Minuc. Felic. cap. 8. pag. 71. & Davis.

Ibid. v. 47. *Sed non ante gravis taurus ſuccumbit aratro*, col. *b*. poſt haec, *interpretatur Broukhuſius*. adde:] & ſic Gebhardus Lib. II. Crepund. cap. 17.

Pag. 474. Eleg. XXV. v. 53. *Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabit ad undas*, col. *b*. poſt haec, *Oceano*, *inferis*, adde:] *poſt Stygias undas* ab aliis explicari poſt mortem, ut Lucret. II. v 43. probat Eldikius. Seneca Troaſin v. 390. —— *nec amplius*, *Juratos ſuperis qui tetigit lacus*, *uſquam eſt*. ſed vel ſic *ad* abundat. Ceterum memorari meretur ingenioſa Eruditiſſimi Waſſenbergii conjectura:

Nec ſi poſt Stygias aliquid reſtabimus *undas*.

qui obſervabat praeterea, ſaepius a librariis corruptum eſſe hoc elegans vereque Latinum loquendi genus. In Ovidii Metam. Lib. V. v. 343. olim legebatur: *Cereris* ſunt *omnia munus*. ſed codicum meliorum lectionem: *Cereris* ſumus *omnia munus*; egregie optimoque jure probavit probus ille elegantiarum arbiter N. Heinſius. ſic idem repudiata in Triſt. Lib. II. v. 513. lectione deteriore, *utitur*, recepit, quod liber Gottorpianus offerebat: *Totus quibus* utimur *orbis*. Eodem jure forte elegantiſſimus Broukhuſius lib. III. Eleg. VII. v. 20. pro *ſequitur* reſtituit:

Naturae ſequimur *ſemina quiſque ſuae*.

ubi vide.

Pag. 478. *Eleg*. XXV. v. 79.

Tale facis carmen docta teſtudine, quale
Cynthius impoſitis temperat articulis.]

rectius diſtinguit Waſſenbergius:

Tale facis carmen, docta teſtudine quale
Cynthius impoſitis temperat articulis.

Pag. 480. Eleg. XXV. v. 91. *Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus.*] *paſſus* Wakker. Amoen. Liter. cap. XII. p. 94. Galli nomine omiſſo, qui ſatis deſignatur. ſed quod in ceteris Poëtis hic memoratis locum etiam habere poſſet, etiamſi eorum nomina non fuiſſent addita. ſed cur Varronis, Catulli, Calvi nomina etiam exprimit, ſatis ceteroquin ex iis quae adduntur nota?

AD LIB. III.

ELEG. I.

Pag. 481. Lib. III. Eleg. I. v. 1. *Callimachi manes, & Coi ſacra Philetae:*] Cl. Waſſenbergius, *Coûm fama*, *Phileta*. Solet aliquando Propertius ita genitivos adhibere contractos.

Pag. 487. Eleg. I. v. 29. *Deiphobumque, Helenumque, & Poludamanta ſine armis*, col. *a*. poſt

a. poſt haec verba, *ad Silium Ital.* XII. 212. adde:] de locutione *ſub armis*. vid. Spanhem. T. II. de Pr. & Uſ. Num. p. 318.

Pag. 489. *Eleg.* I. v. 40. *Gaudeat ut ſolito tacta puella ſono.*] Puccius emendavit, *Gaudeat & ſolito.*

Pag. 490. *Eleg.* I. v. 45. & ſeq. *Quin etiam, Polypheme, fera Galatea ſub Aetna* &c.] *ferox — aquas*, Cl. Wakker. Amoen. Lit. cap. XII. p. 28.

Pag. 491. *Eleg.* I. v. 49. *Quod non Taenariis domus eſt mihi fulta columnis*, col. *b.* poſt haec, *ſed culta cum Heinſio legendum*, adde:] & vid. Gebhard. Lib. III. Crepund. cap. 24.

Pag. 493. Eleg. I. v. 57. *Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti*,] Petronius Carm. de Bello Civ. cap. 120. Satyr. *Aedificant auro, ſedeſque ad ſidera mittunt.*

ELEG. II.

Pag. 497. Eleg. II. v. 11. *Hannibalemque Lares Romana ſede fugantes*, col. *b.* poſt haec verba, *Indigetes* dicti, de quibus vide, adde:] Delr. Comm. ad Senec. Thyeſt. v. 264.

Pag. 501. *Eleg.* II. v. 29. *Ergo Muſarum & Sileni patris imago*,] Ferrarii liber habet, *Illic Muſarum.*

Pag. 502. Eleg. II. v. 35.

Haec hederas legit in thyrſos, haec carmina nervis
Aptat; at illa manu texit utraque roſam.

col. *b.* poſt haec verba, ad Calp. Ecl. III. 75. adde:] Ovid. II. F. 294.

Nectar erat palmis hauſta duabus aqua.

Nemeſian. Ecl. III. v. 94.

ELEG. III.

Pag. 506. Eleg. III. v. 5. *Seres & Auſoniis venient provincia virgis.* col. *a.* poſt haec, Paſſeratius & Gebhardus adde:] & ſic Dorleans ad Tacit. cui *Sera Provincia* exponitur per *ſerica* ſed haec *palmaria* &c.

Pag. 507. Eleg. III. v. 8. *Et* ſolitum armigeri *ducite* munus equi.] *Ad — currite* Eldik. ut citatae orationis vis defectu copulae intendatur.

Ibid. Eleg. III. *ad eund.* v. 8. col. *b.* poſt haec verba, *ſumta deo eſt*, adde:] *ſumere certamina, ſumere iras* &c. Markl. ad Stat. p. 310. ubi Poëtae ſuo, duce Gronovio, adſeruit, *furias Latiae ſumſere ſecures*, pro ſenſere.

Pag. 511. Eleg. III. v. 24. *Stant mihi cum domina praelia dura mea.* col. *a.* poſt haec verba, *bellum gerere*, adde:] eum vide tam in notis ad h. l. quam ad Paneg. Vet. p. 340. indicante Cl. Schradero Emend. p. 88.

Pag. 512. Eleg. III. v. 29. *O prima infelix fingenti terra Prometheo.* col. *b.* poſt haec verba, *praecordia Titan*, adde:] Martialis Lib. X. Ep. 39. *Ficta Prometheo diceris eſſe luto.*

Pag. 513. Eleg. III. v. 31. *Corpora diſponens mentem non vidit in arte*, col. *b.* poſt haec, *Tom.* I. *Anth. Lat. pag.* 514. adde:] *addidit* tamen hic non mutandum, ſed retinendum puto, ſi legamus, *ignem non addidit arti*, ut in loco Horatii, *Fertur Prometheus addere principi Limo coactus particulam vndique Diſſectam* &c. Tibullus Lib. II. El. 4. v. 36. *Quale bonum multis addidit ille malis:* ut teſte Douza, aliiſque pro *attulit*, *abdidit.* vide illic Broukhuſ. *diſponens* vero *corpora* idem quod Graecis διαπλάσσων ἄνθρωπον, ut obſervat Dauſquejus ad Baſil. Seleuc. pag. 23.

Pag. 515. Eleg. III. v. 37. *Victor cum victis pariter miſcebimur Indis. Conſule cum Mario* &c. col. *a.* poſt haec verba, *de exſule Conſul*, adde:] Claudian. IV. coſ. Honor. 640.

Sis precor adſiduus Conſul, Mariique relinquas.
Et ſenis Auguſti numerum.

Ibid. Eleg. III. v. 40. *Optima mors, porca quae venit apta die.* col. *b.* poſt haec verba, *& meo priore*, adde:] *parca* debetur Scaligero, & probatur a Gatakero ad Antonin. XII. v. 23. pag. 356.

Pag. 515. Eleg. III. v. 41. *Me juvat in prima coluiſſe Helicona juventa*, col. *b.* poſt haec verba, *& ſic Marklandus*, adde:] & Cl. Schrader. cap. VII. Emend. p. 145. qui & hos verſus ad Virgilianos eſſe conformatos monet.

Pag. 516. Eleg. III. v. 44. *Et caput in verna ſemper habere roſa.* col. *a.* poſt haec verba, *D'Orvillius ad Charit. pag.* 97, adde:] & confer Stratonis Epigramma apud Rutgerſ. Lib. IV. Var. Lect. pag. 411.

Καὶ ϛεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν &c.

cum D. Heinſii verſione illic adpoſita. *ſemper* vero cum Marklando non ſollicitandum, quia in eo praeſertim regnabat luxuria, ut roſas ſemper

per, media etiam hieme intempeſtivas, haberent, iiſque in conviviis ſe coronarent. vide Luciani Nigrinum T. I. p. 73.

Pag. 519. *Eleg.* III. v. 63. *Aut Alcmaeoniae furiae, aut jejunia Phinei.*] Anne *Alcmaeoniae furiae*, an *jejunia Phinei*, J. P. ſic notatum erat in Ferrarii libro, ubi J. P. ſignificat, credo, Jovianum Pontanum; ceterum Puccius conjecerat quoque, *Anne.*

Pag. 520. Eleg. III. v. 67. *An ficta in miſeras deſcendit fabula gentes*, col. *a.* poſt haec verba, *olim conjecerat Broukhuſius*, adde:] & Francius.

Ibid. Eleg. III. v. 69.

Exitus hic vitae ſuperet mihi. Voi quibus arma
Grata magis, Craſſi ſigna referte domum.]

col. *b.* poſt haec verba, *ad Tab.* XVII. *p.* 297. 298. adde:] vide & Lib. VI. F. 465.

Craſſus ad Euphraten Aquilas, natumque ſuoſque
Perdidit; & leto eſt ultimus ipſe datus.
Parthe, quid exſultas? dixit Dea, ſigna remittes:
Quique necem Craſſi vindicet, ultor erit.

ELEG. IV.

Pag. 521. Eleg. IV. v. 1. *Dic mihi de noſtra, quae ſentis, vera puella.*] Puto ſi ſcripſiſſet *quae ſentis*, non additurum fuiſſe *vera.* neque etiam tam poſtulabat Propertius, ut animi opinionem explicaret Lygdamus, quam ut ſimpliciter vereque, quomodo ſe Cynthiae res haberent, utque illa affecta eſſet, enarraret. Leni ergo manu corrigendum arbitror:

Dic mihi de noſtra quaerenti *vera puella.*

WASSENBERGIUS.

Pag. 521. Eleg. IV. *ad eund. verſ.* 1. col. *b.* poſt haec, *Adelphis Act. V. Sc.* 9. adde:] Martialis Lib. IX. Ep. 87. — *modo liberum eſſe juſſi Naſtam. ſervulus is mihi paternus.* ut legendum monuit N. Heinſius ad Petron. cap. 53.

Pag. 522. Eleg. IV. v. 6. *Majoremque metu ſervus habere fidem*, col. *b.* poſt haec, ſcriptura *metuens*, adde:] quae tamen Francio probabatur.

Pag. 523. Eleg. IV. v. 11. *Nec ſpeculum ſtrato vidiſti, Lygdame, lecto?* col. *b. lin.* 18. poſt haec, *male in meo ſecundo*, adde:] *Non ſpeculum* Francius.

Pag. 524. Eleg. IV. v. 14. *Scriniaque ad lecti clauſa jacere pedes*, col. *a.* poſt haec, ad Suet. Aug. cap. 78. adde:] & ad Perſ. Sat. I. v. 12. & 53.

Ibid. Eleg. IV. v. 16. *Carpebant, medio nebat & ipſa loco?* col. *b.* poſt haec verba, *inter ancillas neret*, adde:] idque praetuliſſe videtur Francius, cui ſimplicius videbatur *medio loco*; id eſt, in medio domus, vel media inter ancillas ipſa.

Pag. 525. Eleg. IV. v. 19. *Eſt poenae ſervo rumpere teſte fidem.*] per interrogationem haec legenda putabat Francius.

Pag. 526. Eleg. VI. v. 22. *Ac qualem nulla dicere habere domo?* col. *a.* poſt haec verba, *mutuo amore junctam*, adde:] *Aequalem* etiam non diſplicebat Francio.

Pag. 526. Eleg. IV. v. 21. *Ille poteſt nullo miſeram me linquere facto? Ac qualem nulla dicere habere domo?* col. *a.* poſt haec, *parem habere*, adde:] vel rivalem, ut infra El. VI. 21. *In morſo aequales videant mea vulnera collo.*

Pag. 529. Eleg. IV. v. 28. *Et lecta exſectis unguibus oſſa trahunt.* col. *a.* poſt haec verba, *ad Tibull. Lib. I. El.* 2. 46. adde:] hos verſus ita legit Eldikius:

Illum turgentis ſanie portenta rubetae, &
Exuſta Aeaeis ignibus oſſa trahunt;
Et ſtrigis inventae per buſta *recentia* plumae.

ut plane conveniant cum Horatianis mox laudandis, & cum Martiale V. XXXVIII. 14. *Adhuc recenti tepet Erotion buſto.*

Ibid. Eleg. IV. v. 29. *Et ſtrigis inventae per buſta jacentia plumae*, poſt haec, *ad Propert. p.* 719. adde:] *recentia* etiam conjecerat Francius.

Pag. 530. Eleg. IV. v. 39. *Me quoque conſimili impoſitum torquerier igni Jurabo*, col. *b.* poſt haec, *Palmerio hic placebat*, adde:] quod & praeferebat Francius.

ELEG. V.

Pag. 534. Eleg. V. v. 11. *Di maris, Aegei quos ſunt penes aequora, Venti*, col. *b.* poſt haec, *editionem irrepſit*, adde:] probante Francio.

Pag. 535. Eleg. V. v. 14. *Adtulimus longas in freta veſtra manus*, col. *b.* poſt haec, *longaeque manus*, adde:] *caſtas* vel *puras* malebat Francius, ſi liceret.

Pag 536. Eleg. V. *ad eund. verſ.* 14. col. *a.* poſt

&

haec *& illic Brodaei notas*, adde:] *comas* quoque Eldikius, qui exponebat nondum tonſas more virili. Nemeſian. Ecl. II. v. 77. Stat. L. II. Sylv. VI. 44. Broukh. ad Tibull. I. IV. 34.

Pag. 536. Eleg. V. v. 16 *In me caeruleo fuſcina ſumta Deo eſt.*] *caeruleo eſt fuſcina ſumta Deo* in aliis apud Lat. Latinium.

Pag. 538. Eleg. V. v. 21.

Paete, quid aetatem numeras? quid cara natanti
Mater in ore tibi eſt? non habet unda Deos.

col. *a.* poſt haec, *vixi maturior annis*, adde:] vid. ad Ovid. I. A. A. 183.

Pag. 540. *Eleg. V. v. 34. Et tu materno tacta dolore Thetis*] *Theti* emendaverat Puccius, quod in textum fuerat admittendum.

Pag. 541. Eleg. V. v. 37. *Reddite corpus humo, poſitaque in gurgite vita*, col. *b.* poſt haec, *juſta facere* dicebantur, adde:] quo refer illud Horatii Lib. I. od. 28. 23. *At tu, nauta, vagae ne parce malignus arenae Oſſibus & capiti inhumato Particulam dare.*

Pag. 544. *Eleg.* V. v. 49. *Ventorum eſt, quodcunque paras*, col. *b.* media: *& procellis datur diripiendum*, haec verba delenda ſunt.

Pag. 544. *Eleg.* V. v. 52. *Quae notat Argynni poena natantis aqua.*] Ferrarii liber habet: *Qua notat Argynni poena natantis aquas.* apud Puccium v. c. *Arginni.*

Pag. 548. Eleg. V. v. 63.

Sed thyiae thalamo, aut Oriciae terebinthi
Effulto pluma verſicolore caput.]

col. *a.* poſt haec, *vide Paſſeratium*, adde:] tale eſt illud Poëtae veteris T. I. Anth. Lat. p. 549.

Aut teſtudineo jacere lecto,
Aut pluma latus abdidiſſe molli,
Aut auro bibere & cubare cocco.

intelligit igitur lectos & pulvillos plumeos, ad luxum & mollitiem a Romanis adhibitos. de quibus vid. Barth. ad Stat. Lib. I. Sylv. 2. 59.

Eleg. VI.

Pag. 550. ad Tit. *Elegiae VI.* hujus Elegiae verſus valde perturbatos eſſe, notat Livinejus. vid. Cl. Schrad. p. 89.

Ibid. Eleg. VI. v. 1. *Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas*, col. *a.* poſt haec verba, *portans veſtigia rixae*, adde:] Martialis Lib. X. Ep. 38.

O quae praelia, quas utrinque pugnas
Felix lectulus & lucerna vidit.

Ibid. ad eund. v. 1. poſt haec, *ad lucernas*, adde:] forte tamen Heinſium offendit *Dulcis rixa*, & notaverat Marklandus, quomodo *tot maledicta*, ſi dulcis rixa. quod certe perpendi meretur, & ſequitur *furibunda menſam propellis*, & alia *dulci rixae* contraria. An igitur praeſtat, *Triſtis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas*?

Pag. 550. Eleg. VI. v. 2. *Vocis & inſanae tot maledicta tuae*, col. *b.* poſt haec, *Patruus meus notat. quem vide*, adde:] & apud Tibull. II. El. 5. 101. *Ingerit hic potus Juvenis maledicta puellae.* ubi in MSS. *mala dicta.*

Pag. 553. Eleg. VI. v. 11. *Quae mulier rabida jactat convicia lingua*, col. *a.* poſt haec verba, *Livinejo etiam in mentem venerant*, adde:] quod tamen improbat Cl. Schrader. Emend. c. VIII. p. 149. legitque:

Quum mulier rabida jactat convicia linguae;
Aut Veneris &c.

Pag. 559. *Eleg.* VI. v. 38. *Sit ſocer aeternum nec ſine matre domus.*] pro *ſocer* & *matre* Ferrarius dat: *ſacer* & *Marte.*

Eleg. VII.

Pag. 563. Eleg. VII. v. 10. *Exactis Calamis ſe mihi jactat equis*, col. *b.* poſt haec verba, *Artific. Veter. pag.* 42. adde:] & Calamidis opus Soſandram memorat Lucianus in Imaginib. T. II. p. 462. & 464.

Pag. 565. Eleg. VII. v. 13. *Argumenta magis ſunt Mentoris addita formae*, col. *b.* poſt haec, *in Anecd. Philol. pag.* 69. adde:] & *Fr. Junium Lib. III. de* Pict. Vet. cap. 1. pag. 146. qui per *argumenta* hoc in loco formas ipſas & ſigilla intelligenda exiſtimat.

Pag. 566. Eleg. VII. v. 15.

Phidiacus ſigna ſe Jupiter ornat eburno,
Praxitelem Parius vindicat urbe lapis.

col. *a.* ad hunc verſ. *Phidiacus ſigno* &c. adde:] de ſinceritate hujus lectionis dubitaſſe videtur Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 11.

Pag. 576. Eleg. VII. v. 54. *Parthorum aſtutae tela remiſſa fugae*, col. *a.* poſt haec, *ad Lib. II. Triſt.* 228. adde:] Rittersh. ad Oppian. III. Cyneg. 401.

ELEG. IX.

Pag. 587. Eleg. IX. v. 13. *Auſa ferox ab equo contra oppugnare ſagittis*, adde:] *contra pugnare* Ovidio II. Met. 434.

Pag. 594. Eleg. IX. v. 44. *Baridos & contis roſtra Liburna ſequi*; col. *b.* poſt haec verba, *Lib.* IV. *El.* 6. 45. adde:] vide Fabricii notas ad Dion. Caſſ. Lib. 54. pag. 616.

Pag. 595. Eleg. IX. v. 46. *Jura dare & ſtatuas inter & arma Mari*, col. *a.* poſt haec, *recte edidit Broukhuſius*, adde:] & putabat Livinejus.

ELEG. X.

Pag. 606. Eleg. X. v. 12. *Ferreus armato neu cataphractus equo.* col. *a.* poſt haec, *ad Silium pag.* 323. adde:] Cerda ad Tertullian. de Habit. mulier. cap. 7. p. 370.

Pag. 610. El. X. v. 25.

Caſtra decem annorum, & Ciconum mons, Iſmara, Calpe,
Exuſtaeque tuae mox, Polypheme, genae,

col. *b.* poſt haec verba, *forte adhuc ſupererant*, adde:] „Cacram *autem nomen antiquum Puni-* „ *cum eſſe, cenſet S Bochart.* l. c. XXIX. Pha- „ leg. & Canaan."

Ibid. ad eund. v. 25. poſt haec, *ei ſufficiat dubito*, adde:] Eldikius reponebat: *Ciconum domita Iſmara clade*, ut conveniat hiſtoriae Homer. Odyſſ. v. 39.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν,
Ἰσμάρῳ. ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.

Pag. 611. Eleg. X. v. 31.

Et thalamum Aeaeae flentis fugiſſe puellae,
Totque hiemis noctes, totque nataſſe dies.

col *b.* poſt haec, *tres Voſſ. & pr. D'Orv.* adde:] *aequoreae* volebat doctiſſ. Eldikius, ut Ovid. II. Art. 123.

ELEG. XI.

Pag. 627. Eleg. XI. v. 3. *Quod non infames exercet corpore ludos.*] Demſterus Lib. III. de Etrur. Reg. cap. 74. p. 421. notat: *laudes*, vetus lectio, quam male tuetur Rob. Titius IV. Locor. Controv. c. 1. Ivo vero Villiomarus legit *infames ludos*, non bene. Optima enim vetus lectio, nam luctam non eſſe infamem laudem, quis non intelligit?

Pag. 630. Eleg. XI. v. 59. *Proloquar, atque utinam patriae ſim vanus aruſpex*! col. *b.* poſt haec verba, *interpretor omine quercum*, adde:] unde *verus* in codices irrepſerit, vide apud Cl. Schrad. Emend. p. 118.

Pag. 632. Eleg. XI. v. 65. *Experta eſt veros irrita lingua Deos.* col. *b.* poſt haec, *quae notavi ad Lib. I. El.* 9. 7. adde:] *feros* improbatur quoque in Obſ. Miſcell. Vol. II. p. 113.

ELEG. XII.

Pag. 637. Eleg. XII. v. 16. *Thermodontiacis turma lavatur aquis*, col. *b.* poſt haec verba, veram lectionem *Thermodonteis*, adde:] ſic Muretus Ed. 1558. in erratis legi jubet, & Rovill. A. 1559.

ELEG. XIII.

Pag. 643. Eleg. XIII. v. 40. *Ducitur, in multis mortem habitura locis.*] Heinſius: *incultis* mortem *obitura* locis; quem vide etiam Adverſ. p. 92.

Ibid. Eleg. XIII. v. 41. *Prata cruentantur Zethi, victorque canebat*] Guyetus malebat etiam, *Zetho*; pro quo Cl. Schrader. Emend. p. 163. ſcribi volebat, *late.* Eldikius autem, *laetum* victorque canebat Paeana, ex Virg. VI. Aen. 657.

ELEG. XV.

Pag. 649. Eleg. XV. v. 2. *Da mihi bacchato vela ſecunda, pater.* col. *b.* poſt haec, ſcriptura *baccato*, adde:] unde ante Broukhuſium ſic emendavit Palmerius. vid. Cl. Schrader. c. 5. Emend. p. 91.

ELEG. XVI.

Pag. 663. Eleg. XVI. v. 29.

At tibi, Nauta, pias hominum qui trajicis umbras,
Huc animae portent corpus inane tuae.

col. *a.* poſt haec verba, *ad Horat. Epod.* XV. 17. adde:] *Nauta Porthmeu* juncta offendebant tamen Eldikium, qui legebat,

At *ſtipe*, nauta, pias hominum qui trajicis umbras,
Huc animae *portes* corpus inane *ſuae*.

Ffffff Nec

Nec praeſidium Heinſianae emendationi exiſtimabat eſſe in loco Petronii c. 121.

——— Vix navita Porthmeus
Sufficiet ſimulacra virûm traducere cymba.
Claſſe opus eſt.

quippe ubi *unica Porthmei* reſtituebat, ut fere apud Albinov. ad Liv. v. 357.

ELEG. XIX.

Pag 674. Eleg. XIX. v. 15. *Ergo qui tactas in foedera rupe?it aras*, col. *b.* poſt haec, *tactis ſancita ſunt*, adde:] vel *pia* foedera cum Eldikio.

ELEG. XX.

Pag. 682. Eleg. XX. v. 26. *Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis* col *a.* poſt haec verba, *metro* XI. *in fine*, adde:] *docte*, defendit quoque Cel. Valckenarius in Obſ. Philol. Koppierſii p. 172. & ſeqq.

ELEG. XXI.

Pag. 690. *Eleg.* XXI. v. 28. *Itala portentis nec furit unda novis.*] Ferrarii liber, *fuit ora.*

Pag. 692. *Eleg.* XXI. v. 40. *Hic tibi pro digna gente petendus honos*] *Hinc* emendaverat Puccius, procul dubio ex unico Vallae codice.

ELEG. XXII.

Pag. 695. Eleg. XXII. v. 18. *Garrula quum blandis ducitur hora dolis*, col. *a.* poſt haec, emendatione *dicitur*, adde:] quod habet liber Groninganus.

LIB. IV.

ELEG. I.

Pag. 707. Eleg. I. v. 5. *Fictilibus crevere Deis haec aurea templa*,] vide Trillerum Lib. IV. Obſerv. Crit. cap. 6. p. 330.

Pag. 711. Eleg. I. v. 26. *Unde licens Fabius ſacra Lupercus habet.*] licens i. e. licentioſus, libidinoſus. vid. Euſt. Swartium Lib. I. Analect. cap. XI.

Pag. 722. Eleg. I. v. 81. *Di mihi ſunt teſtes, n n degeneraſſe propinquos*, col. *b.* poſt haec, Lib. III. Silv. I. v. 160. adde:] & Zinzerling. Promulſ. Crit. cap. XIII.

Pag. 725. *Eleg.* I. v. 102. *Umbra neque haec magicis mortua prodit aquis.*] Ferrarii liber, *Umbra nec e* magicis.

Pag. 729. Eleg. I. v. 131. *Mox ubi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo*] deponebatur haec bulla aurea anno aetatis XVI. & domeſticis Laribus conſecrabatur. vide de ea Fr. Ficoronii Diſſ. Ital. Romae editam A. 1732.

Pag. 731. Eleg. I. v. 142. *Nil erit hoc. roſtro te premet anſa ſuo.*] Pocchus: *Nil erit hoc.* voto *te premet* auſa *ſuo.*

Pag. 732. *Eleg.* I. v. 149. *Vel tremefacta cavo tellus diducat hiatu.*] Pocchus & Ferrarius habent, *cavum.*

ELEG. II.

Pag. 733. Eleg. II. *Quid mirare meas tot in uno corpore formas?*] de Vertumno vide Marianum de Etrur. Metrop. cap. XIII. & Demſter. Lib. I. Etrur. Reg. cap. 15. ubi in loco Aſconii legit *in ultimo vico Tuſco eſt* pro *turario.* adde eumdem Lib. II. cap. 6 & 47. Sed praeſertim vide Gorium Tom. II. Muſei Etruſci pag. 8. ad Tabulam II. in qua Vertumni imago cum Propertii deſcriptione conveniens.

Pag. 738. *Eleg.* II. v. 31. *Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Jacchi, in not. col. b. lin.* 25. poſt verba, *Scribon. p.* 443. adde:] ſic Lib. I. Eleg. X. de Hyla:

Eſt tibi non infra ſpeciem, non nomine diſpar.

vid. Euſt. Swartium Lib. I. Analect. c. 13.

Pag. 745. *Eleg.* 2. v. 58. *Non moror. haec ſpatiis ultima meta meis.*] pro *meta* Pocchus ſuppeditat, *cura.*

ELEG. IV.

Pag. 772. *Eleg.* IV. v. 35. *Ille equus, ille meos in caſtra reponet amores.*] Puccius correxerat, *reponat.*

ELEG. V.

Pag. 794. *Eleg.* V. v. 34. *Fac ſimules puros Iſidis eſſe dies.*] in nota col. *b.* legitur: *fidens in omnibus codd.* tu, quaeſo, repone: *ſideris in omnibus codd.*

ELEG. VI.

Pag. 808. *Eleg.* VI. v. 6. *Terque focum circa laneus orbis eat.*] *lineus*, Pocchus.

ELEG. VIII.

Pag. 875. *Eleg.* VIII. v. 88. *Et ſponda & toto movimus arma toro.*] Puccius emendavit, *Deſpondi & tuto* ſolvimus arma toro: „ additque „ hanc interpretationem: Deſpondi in verba & „ leges ab ea dictas, atque ita ſolvimus arma, „ finimus rixam, reconciliati pace Venerea in *tuto toro*, jam pacato, nec ut ante infeſto. Poc-

Pocchus notaverat hanc variantem: *In ſponda & toto*, & fortaſſe ita legendum eſſe, ſuſpicatus erat. Ferrarius habebat, *Deſcendi.*

ELEG. IX.

Pag. 886. *Eleg.* IX. v. 64. *Ponit vix ſiccis triſtia jura labris.*] pro *vix* Pocchus dat, *vis.* & ita corrigebat Puccius.

Ibid. Eleg. IX. v. 67. *Maxima quae gregibus devota eſt ara repertis*] pro *quae* Pocchus adnotat, *qua.*

ELEG. X.

Pag. 892. Eleg. X. v. 42. *Nobilis e tectis fundere geſa rotis.*] *Mobilis* habet vetus codex apud Pocchum, & Perrejum.

ELEG. XI.

Pag. 894. ad Eleg. XI.] in libro M. Ant. Pocchi inſcriptio legitur: CORNELIA MARITUM ALLOQUITUR. in exemplari MS. membranaceo Venantii Lupacchini: EPIGRAMMA IN PAVLVM.

Pag. 895. Eleg. XI. v. 4. *Non exorato ſtant adamante viae.*] ὁδὸν dixit Euripid. in Alceſt. v. 262.

Ἄγει μ', ἄγει μέ τις, ἐχ ὁρᾷς;
Νεκύων ἐς αὐλὰν, ὑπ' ὀφρύσι κυαναυγέσι βλέπων
    πτερωτὸς ἅδας;
Τί ῥέζεις; ἄφες. οἵαν ὁδὸν ἁ δειλαιοτάτα
    προβαίνω.

Pag. 896. Eleg. XI. v. 8. *Obſerat umbroſos lurida porta rogos.*] *Obſecrat* eſt in cod. Lupacchini. *umbroſos* pro *herboſos* emendaverat etiam Fr. Puccius; & *umbroſos* legitur inter variantes Pocchi & Minturni.

Pag. 896. Eleg. XI. v. 9. & 10.

Sic moeſtae cecinere tubae, quum ſubdita noſtrum
Detraheret lecto fax inimica caput.

notae adde:] talem naeniam Theſſalis imperaſſe Admetum exiſtimem apud Eurip. in Alceſtide v. 424. qui locus Propertium non latuit.

Cho. Ἄδμητ', ἀνάγκη τάσδε συμφορὰς φέρειν.
    Οὐ γάρ τι πρῶτος, ἐδὲ λοίσθιος βροτῶν,
    Γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες. γίγνωσκε δὲ
    Ὡς πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται.
Adm. Ἐπίςαμαί γε, κἐκ ἄφνω κακὸν τόδε
    Προσέπτατ'. εἰδὼς δ' ἐτειρόμην πάλαι.
    Ἀλλ', ἐκφορὰν γὰρ τῦδε θήσομαι νεκρῦ,
    Πάρεςε. καὶ μένοντες, ἀντηχήσατε
    Παιᾶνα τῷ κάτωθεν ἀσπόνδῳ θεῷ.

Pag. 897. Eleg. XI. v. 12. *Profuit, aut famae pignora tanta meae?*] *famam* hic vindicat etiam & explicat pudicitiam Burmannus ſupra ad I. XI. 17. *ſanctae* habent membranae Lupacchini.

Pag. 897. v. 13. *Num minus immites habui Cornelia Parcas?*] pro *Num* Pocchus notat, *Non.* *habui* pro *habuit* jam emendaverat Puccius.

Pag. 898. Eleg. XI. v. 15. *Damnatae noctes & vos vada lenta paludes,*] *Damnatae o noctes*, profert Pocchus.

Pag. 898. *Eleg.* XI. v. 16. *Et quaecunque meos implicat unda pedes,*] Uti hic Cl. Schraderus, ita Marklandus pro *unda* volebat *ulva* reſtituere Propertio I. XIV. 1.

Pag. 899. v. 18. *Det Pater hic umbrae mollia jura meae.*] Puccius, qui patrem etiam intelligebat Ditem, correxerat *hinc.*

Ibid ad v. 20. *In mea ſortita vindicet oſſa pila.*] *In meo* codex Lupacchini.

Pag. 900. Eleg. XI. v. 21 & 22. *Adſideant fratres. juxta Minoïa ſella, & Eumenidum intento turba ſevera foro:*] *Minoïda ſellam* v. c. apud Minturnum. apud Pocchum copula inſeritur inter *intento* & *turba*, ita:

Minoïa ſella,
Eumenidum intento & turba ſevera foro.

Puccius eam in fine longi verſus collocaverat.

Pag. 901. *Eleg.* XI. v. 23. *Siſyphe, mole vaces, taceant Ixionis orbes:*] pro *taceant*, V. C. apud Pocchum & Minturnum habet, *ceſſent*, Ferrarii liber *jaceant.*

Pag. 902. v. 27. *Ipſa loquor pro me. ſi fallo, poena ſororum:*] pro *loquor* & *fallor*, Puccius emendaverat, *loquar* & *fallo.* Pocchus etiam ſuppeditat, *loquar*, quod fuerat recipiendum; agnoſcit quoque codex Lupacchini.

Pag. ead. v. 29. *Si cui fama fuit per avita tropaea decori:*] pro *pavita decorat trophei* Puccius correxerat, *pavita decora tropheis.* in Lupacchini membranis eſt: *decora tropaei.* Vetus autem codex apud Pocchum & Minturnum legit: *Si cui fama fuit pavita trophea decori.* Editio princeps 1472. *decori trophea.*

Ibid. v. 30. *Afra Numantinos regna loquuntur avos.*] pro *Aera* vetus codex Puccii habebat *vera*, ipſe legebat *verſa*, quod Minturnus etiam annotavit. apud Pocchum autem alia lectio exſtat, *ſera*, alia veteris codicis, *vera* ipſe autem legendum cenſebat, *verſa* pro *everſa.*

Pag. 903. Eleg. XI. v. 31. *Altera maternos exaequat turba Libones:*] *Libones* correxit Puccius. membranae Lupacchini & editio princeps ſervant, *ligones.*

Pag. 903. v. 34. *Vinxit & adſperſas altera vitta comas,*] *adſperſas* pro *acceptas* emendaverant etiam Puccius & Minturnus, & invenerant in ſuis libris Pocchus & Ferrarius.

Ibid. v. 35. *Jungor, Paule, tuo, ſic diſceſſura, cubili.*] pro *ſic*, *ſive cum*, editionis Rheg. Lep. & editionis principis lectione, Puccius emendavit, *non*, explicans, *cum propoſito unas tui duntaxat noviſſe taedas.*

Pag 904. v. 38. *Sub quorum titulis Africa tonſa jacet.*] *tunſa* eſt in cod. Lupacchini, apud Minturnum & in editione principe.

Ibid. v. 39. *Et Perſen preavi ſimulantem pectus Achillis,*] quod dixi pro *Et* legendum eſſe *Te*, nunc addo, eandem inverſionem locum olim habuiſſe ſupra Lib. III. *Eleg.* XI. v. 55. ubi nunc editur

Te ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro
Nutrit in hoſpitio non, Polydore, pio.

nam illic omnes fere codices & edd. vetuſtae dant: *Et ſcelus;* ſed rectam ſcripturam ſervat Ferrarii liber, & reſtituerat Puccius, ſine dubio ex Bernardini Vallae antiquiſſimo codice. ceterum *ſimulantem* hoc loco etiam emendaverat Puccius pro lectione Rheg. Lep. *ſtimulantem*, adſcripto, *teſtor ipſum Aemilium, qui proavus meus Macedonas fregit.* Lupacchini liber: *Perſem* — *ſtimulantem.*

Pag. 906. v. 44. *Quin & erat magnae pars imitanda domus.*] *Quin & eram* emendaverat Puccius, nec aliter exſtat in V. C. Pocchi & Minturni. *erat &* in cod. Lupacch.

Pag. 907. Eleg. XI. v. 48. *Ne poſſim melior judicis eſſe metu.*] pro *Nec poſſis* Puccius correxerat: *Ne poſſem*, & *poſſem* Pocchus adnotaverat.

Ibid. Eleg. XI. v. 49. *Quamlibet auſteras de me ferat urna tabellas,*] ex v. c. Pocchus etiam notat, *Quamlibet*, id eſt, quantumvis, & *Quamlibet* adnotaverat Minturnus. *Quilibet* Lupacch. cod.

Ibid. Eleg. XI. v. 50. *Turpior aſſeſſu non erit ulla meo.*] pro *Turpior aſſenſu* Puccius legendum conjecerat *Triſtior*, quod inter variantes Pocchi quoque invenio, &, *turpior acceſſu.* cod. Lupacchini habet *a ſenſu*, Minturnus *aſſeſſu.*

Pag. 909. El. XI. v. 55. *Nec te dulce caput, mater Scribonia, laeſi.*] *Scribonia* reſtituit etiam Puccius. *Strabonia* habet cod. Lupacchin. & Ed. Pr.

Ibid. Eleg. XI. v. 59. *Ille, ſua nata dignam, vixiſſe ſororem Increpat:*] Pocchus ait: hic verſus ita exſtat in vet. cod. *Ille ſuam natam indignam vixiſſe ſorore:* eodemque modo legitur in Ferrarii libro, inter Puccii varias lectiones, & in v. c. Minturni.

Pag. 910 v. 63. *Tu, Lepide, & tu, Paule, meum poſt fata levamen!*] *Tu*, pro *Te* ad Aldinam 1502. notaverat quoque Minturnus.

Pag. 911. *Eleg.* XI. v. 64. *Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.*] *lumina* agnoſcit Ferrarius, & emendat Puccius.

Pag. 912. *Eleg.* XI. v. 67. *Filia, tu ſpecimen cenſurae nata paternae,*] *ſpecimen*, dant Pocchus & Ferrarius, & reſtituit Puccius, adnotavit quoque Minturnus & excudit Princeps editio. Lupacchini membranae: *Filia tu* ſpecimen cenſura nota.

Pag. 913. *Eleg.* XI. v. 70. *Solvitur, auctoris tot mea fata malis.*] Pocchus ſic ſcribit: „ *Solvit venturis*, ita habet quidam codex. In alio „ vero legitur, *Solvitur haud ullis ſtant mea fata* „ *malis*; ſtant pro conſtant." ultimam lectionem habet etiam v. c. apud Minturnum & Puccius, qui addit Ovidianum;

Heu quanto regnis nox ſtetit una tuis.

ex alio codice Minturnus profert, *uncturis*, quod liber Lupacchini & Princeps editio habent.

Pag. 914. Eleg. XI. v. 77. *Oſcula quum dederis tua flentibus, adjice matris.*] *matris* in textu emendabat Puccius; *mater* dat cod. Lupacch. *abice mater* Ed. Pr.

Ibid. Eleg. XI. v. 79. *Et, ſi quid doliturus eris ſine teſtibus illis,*] *illa* cum *illis* mutabat Puccius.

Pag. 915. Eleg. XI. v. 81. *Sat tibi ſint noctes, quas de me, Paule, fatiges.*] pro *ſunt* Puccius emendaverat *ſint*, & habet Pocchus.

Pag. 917. *Eleg.* XI. v. 96. *Prole mea Paulum ſic juvet eſſe ſenem.*] *ſi juvet*, apud Pocchum; *juvet* Puccius dat, & cod. Lupacch. & Ed. Pr.

Ibid. Eleg. XI. v. 97. *Et bene habet. numquam mater lugubria ſumſi.*] Pocchus legere jubet, En *bene babet*, nec aliter Minturnus adſcripſerat. cod. Lupacch. *Si.* Editio Pr. habet *lubrigia ſumptum.* Puccius ſcripſit, *lugubria ſumpſi.*

Ibid. v. 100. *Dum precium vitae grata rependit humus.*] *rependat* cod. Lupacch.

Pag. 918. v. 101. *Moribus & coelum patuit. ſim digna merendo,*] *merendo* Puccius explicat, *merito morum.*

Pag. 919. Eleg. XI. v. ult. *Cujus honoratis oſſa vehantur aquis.*] *vehantur equis*, Ferrarius & v. c. in Pocchi exemplari, & cod. Lupacch. *vehantur* etiam Puccius. *equis* Minturnus.

INDEX

I N D E X

I N N O T A S

A D

P R O P E R T I V M.

A

A longa die pro poſt longam vitae diem. 343
Ab pro poſt. 701
Abantes populi a Graecis Alibantes dicti. 115
——— ——— Euboei. 115
Abducere pro abripere. 938
Abjectus unda pro ad undam. 139
Abjuncti pro a jugo ſolutis. 341
Abrepta puella. 130
Acanthus de quacunque flexura. 565
Accedere de locis periculoſis. 102
Acceptum imperium. 69 & 70
Accumbere pro concumbere. 231
Achaemeniae ſagittae pro Parthicis. 292
Achillei pro Achillis. 271
Achilles ob Briſeida abreptam a bello Trojano abſtinens. 266
Achilles in muris evertendis valens, in navibus cremandis Hector. 371
Acrior ira. 104
Acrius ſubire. 104
——— urere, urguere, de amore. *ibid.*
Actiaca pugna 476, 810
——— monumenta. 811
Ad pro contra, adverſus. 383
Adcubuiſſe ſimpliciter apud Propertium non ſine exemplo. 450
Adeo & ideo confuſa. 136
——— eleganter inſertum. 136
Adire mortem. 406
Aditum ad dominam carminibus quaerere. 73
Aditum praecludere ad amores. 927
Adlicere, pro deliciis ſuis ad ſe trahere. 437
Admirari pro obſtupere cum invidia ad alicujus felicitatem, ut Gr. θαυμάζειν. 338
Admiſſum adulterium de violata pudicitia. 430
Admittere amoribus proprium. 677
Admovere manum. 34
Adnuere ore facili. 20
Adonem ut Ἄδωνα Gr. 304
Adorare pro orare. 50
Adſidere fidelitatis & ſolatii verbum. 757
Adſiduae minae. 180
Adſperſae comae de ritu, quo nubentium crines aqua adſpergebantur. 903
Adſpice quot ſubmittat, non ſubmittit. 25 & 26, 165
Adſtricta frons de ſubducto & contracto ſupercilio. 380
Adterere oſſa, de amore corpus conſumente. 106
Adverſa in ora mittere. 265
Adverſi & averſi Dii confunduntur. 9, 720
Advertere aures tardas. 22
Adjectiva geminata. 145
——— neutra pro ſubſtantivis. 699
Adjungere bigas. 342
Aeacus formarum apud Inferos judex. 46
Aeaea inſula. 949
Aedes & ſedes permutantur. 727, 731
Aegeum abſolute pro mari Aegeo. 535
Aegyptii ſolis ardore fuſci. 457
Aegyptiorum gens fallax. 592
Aelia & Laelia gens. 613
Aelia dentium reliquias cum tuſſi exſpuens. 803

Aemilia, exſtincti ignis rea, a Veſta abſoluta. 909
Aeneae errores 719
Aequales de paribus vel rivalibus. 555
Aequare & conferre conjuncta. 387
Aequora vaſta. 535
Aequum jugum. 562
Aequus in hoſte pro in hoſtem, lenis in hoſte, ferox in aliis pro alios. 668
Aes Corinthiacum. 512
— pro galea aerea. 630
— — caſſide. 662
Agamemnon natantem Argynnum videns & deperiens. 545
Agedum. 15
Agere forum vel conventum. 64
Agger Herculeus. 651
Aggeres Iliaci, propugnacula a Graecis in Trojae obſidio ex Neſtoris conſilio conſtructa. 303
Aggeribus & litoribus mutata. 114
Agitare artes 14
—— veſtigia, agere, inprimere & facere nova ſigna. 330
Agitari. 852
Agni & juvenci immolandi ritus 763
Agricolae Deus de ſolo Vertumno. 735
Alae de remis. 817
Albae ſenectae nigrae comae opponuntur. 516
Alcyones aves. 163
Alcyonia reducere de compoſita tempeſtate. 163
Alexander crudelitatem Achillis, qua Hectorem necavit, aemulatus. 486
Alexandrea noxia. 592
Alio pro aquilo. 243 & 244
Aliquid & quiddam, vocibus poëtae in rebus amoris plus intelligunt, quam exprimunt. 368
Alligare. 898
Alta verba pro confidentiae plena. 54
Alter in alterius locutio elegantiſſima. 57
Alterius & alternis confuſa. 109
—— amore faſtum puellarum vindicant Poëtae. 244
Alterna & aeterna confuſa. 162
Altum ſpirare. 261
Amantes mortem ſubire praeferunt, quam ab amicis divelli. 264
—— ſe Diis aequant in amore felici. 320
Amas vel amo in fine pentametri. 441
Amat Poëtis ad Graecorum exemplum uſitatiſſimum. 213
Amator excluſus, non admiſſus. 56
—— neglectus. 36
Amatorum ſinus. 792
Ambulare, ire iter. 389
Amictus fluxi. 23
—— de tegumento, quo caput velabant. 426
Amicus praeſtat amanti. 133
Ammonis Jovis oracula. 100
Amor pingitur puer. 287
— Deus pacis. 511
— pro amante paſſim. 772
— aſſuetus. 21 & 22
Amores in juventute canendi, bella provectiore aetate. 281
Amoris rixae. 551
—— iter. 636
Amphiaraus terrae hiatu ſimul cum curru abſorptus. 470, 630
—— divinandi peritiſſimus. 630
Anchorae apud veteres ex ſaxo vel ingenti lapide. 538
Ancillae quaſillariae. 885
Androgeus ab Aeſculapio vitae reſtitutus. 214
Anguſtum pectus. 210
Aniena unda cum Clitumno juncta. 184
—— — 442, 849
Animam ponere. 67, 302
—— extremae nequitiae reddere. 67
Animi pro iracundia. 53, 246
—— — virtute bellica. 206
—— viresque de mentis & corporis praeſtantia. 206
Annulus beryllo inſignis. 829
Annus pro anni ubere proventu. 856
—— pro aetate. 801
Anſer obſtrepens. 162
Ante mala, ſemper-amans, &ſim. per figuram ὑφέν. 5
— tuam aedem pro in tua aede. 311
— pro arte ſaepe a librariis male ſubſtitutum. 473
Ante fores jacere de agmine amantium aptius, quam ante pedes. 249
Antimachus Homero comparatus. 471
Antimachi opera deperdita. 70
Antinous ab Ulixe interfectus. 787
Antiope Nyctei filia. 638
Antonius & Cleopatra. 596
Antonii claſſis 817
Antra inſpirationibus accommodata. 483
Aonius vel Auſonius equus pro Haemonio. 280
Apelles pictor Veneris nudae ἀναδυομένης. 29
Apellis & Calamidis opera. 563
Aperire fores tardas. 22
Apollinis crines intonſi. 814
Apollo Palatinus in medio templi, non in veſtibulo ſeu porticu. 432

Appia

Appia via. 857
Aptare pro adnectere. 134
Aptata labra pro optatis. 134
Aquae magicae. 725, 729
—— ductus Marcius. 492
Aquator Hylas, non amator. 187
Arabia intacta pro nondum ſubjugata 282
—— & India non raro junguntur. *ibid.* 282
—— odorum dives. 615
Arabum gramina. 425
Arabium limen pro domo opulentiori. 142
Araneis obducta pro inculta. 255
Araneoſus ſitus. *ibid.*
Arata Lydia. 69
Aratra pro arvis. 69
Arbor pro nemore & ſylva. 574; 691
Arbores ſponte ſua natae. 27
Arbores ſerendi in domus vertice recentioris temporis uſus. 140
Arbutei foetus. 26
Arbutus pomoſior. 26
Arcana ſacra. 809
Arcus certus. 75
Arcu certo concutere. *ibid.*
Ardere aliqua elegantius, quam caſu 4to. 131
—— in aliqua 131, 135
—— — pugnam. 620
Arelatenſis provinciae fertilitas. 615
Arena vacua. 85, 86, 928
—— vilis. 541
—— pro litore. 592, 632
Argonautica Varronis Attacini. 479
Arion equus Adraſtum exitio eripuit. 469
—— vocalis, voce humana praeditus. *ibid.*
Arma Gallica pro armatis Gallis. 629
Armata patria. 55 & 66
Armatus equus de cataphracti militis equo. 606
Armeniae tigres. 102
Armiger equus. 507
Armis ſuis ſe defendere de puella, iratum amatorem pulchritudine ſua placante. 246
Armorum radiis pro armis radiantibus. 813
Arria natos ad bellum producens. 723
Arripere pro conprehendere. 424
Ars ſimpliciter apud Poëtas Latinos. 293
Arſinoe Berenices filia mortuum Adonin floribus ornans. 298
Arte pro artificioſe. 473
Artifices lateris pro mimicorum motuum magiſtris. 25
Aſcanius Bithyniae vel Myſiae lacus. 183
Aſcanius crudelis Minyis dictus ob Hylam a Nymphis raptum. *ibid.*
Aſcraei fontes de Hippocrene & Aganippe, ex quibus Poëtae majores bibere fingebantur, minores e Permeſſo. 285
Aſcraeus Poëta. 478
Aſinus Veſtae delicium. 710
Aſſertum imperium pro acceptum. 70
Aſtuta fuga. 575
Aſtuti Getae. 797
Aſtutus pro arguto. 173
At initio orationis eleganter. 182
At eleganter in inprecationibus. 254
Atalanta Jaſidos, a Schoenei filia diverſa. 10
—— curſu velox. 13
Atracia ora. 91 & 92
Atrida & Atrides promiſcue. 306
Auctor de conditore. 816
Aucupium viſcatum, quod ſtructa vel creſcente arundine fit. 352
—— —— 739
Auferre rates provectas, de unda. 87
—— & rapere de oculis. 580
Aufugere cum caſu quarto male. 106
Auguria & omina felicia ex natalibus. 229
Auguſtus ſub Apollinis imagine cultus. 432
Aura popularis. 582
— pro ſono vel voce. 408
— puellae pro voce ejus benigna & nitore. *ibid.*
— & hora permutantur. 412
Auratae trabes. 491
Aurea urna. 404
— lana. 586
Aure facili adnuere. 922
Auro pro ex auro, aureus. 434
Auſa plurali numero 925
Auſoniae virgae, ſeu faſces pro potentia Romana. 506
Auſpicia caduca. 744
Autarii populi. 92
Autarici —— Illyriae. 92
Auxiliares herbae. 19
Ave & vale in ſepulchralibus monumentis. 81
Avernalis Sibylla. 716
Avernum adhuc exſtat. 117
Avertere. 878
Axe pro ante vel arte. 393

B.

Babylon a Semiramide condita. 589
Bacchus, pater chori. 451

Bactra

Baſtra neutro plurali. 292
Bajae aquae pro Bajanis. 69, 123
Bajae tepidae. 112
Bajae voluptatum theatra. 113, 114
Bajarum litora. 114
Batavi flavi dicti, quia ut Germani comas ſpuma quadam inficiebant. 343
Beati pro locupletibus, ut Gr. εὐδαίμονες. 385
Blanda urbs. 823
Blanditiae de quibusvis amorum illecebris. 106
Bona de animi dotibus, non de pulchritudine. 230
Boötes ſerus ve Arctophylax. 518
Bovillae ſuburbanae. 713
Brachia jactare. 797
Βραχυλογίαι Propertio frequentes. 821
Briſeis cadaver Achillis lavans. 305
Britanni, Belgae & Galli promiſcue poſiti. 344
Bulla aurea deponebatur anno aetatis XVI. 956
Buſta cruenta de Achille ob Polyxenam ad ejus ſepulchrum inmolatam. 300
Buſta piare. 836
Buſtum contemtum, exiguum, pro vili & plebejo. 180
Buxus de tibia menſis adhibita. 648

C.

Cadaver, ſepulchrum, de eo cui vita vix conſtat. 216
Cadentes lacrymae. 180
Cadentia ſidera de majori noctis parte tranſacta. 158
Cadere pro evenire, de bono ſucceſſu. 530
Cadi Mygdonii. 809
Caduca pro cadentia. 451
Caeca via pro obſcura. 216
— de occultis & incertis. ibid.
Caedes pro ſanguine, ſaepe apud Poëtas. 267
Caelati ſervi. 799
Caerula ratis de cymba Charontis. 418
Caeſari titulus *Magni* ſollennis. 258
Calamus de aucupio. 739
Calathi pro calicibus. 323
——— viminei. 622
Calcare pede inpoſito. 6
——— nivem ſcopulum, viam. 83
Calliope ſub figura fluvii Oeagri ab Apolline compreſſa. 437
Calvus poëta. 479
Camara de opere laqueato vel fornicato. 492
Camillus albis equis poſt Vejos captos triumphans. 713
Canae genae pro ſenis barbata facie. 343
Cancri ſignum. 733
Candeſceret pro caneret. 340
Candidus pro aureus. 228
Candor falſus. 28
——— quaeſitus. ibid.
Canere pro praedicere ſaepiſſime. 529
Canes oſtiarii. 867
Canopia Aegyptiorum toralia. 595
Capere ocellis. 6
Capilli fuco tincti, medicati. 24
——— lapſi, ſparſi. 146
Capillos tinguendi ritus. 344
Capta mens, animo & mente captus. 664
Captivae aquae, flumina. 208
Captus amator. 5
Caput Propertio de fontibus fluviorum. 319
Cara, vita, & ſim. frequenter apud Propertium interſeruntur. 301
Carmen pro incantatione magica. 212
——— — inſcriptione ac titulo in votis uſitatum. 418
Carmina dictare. 29
——— donare. — ibid.
——— pro praedictionibus. 80
Carpere poma pro tradere. 215
——— crines. 247, 794
Caſa Romuli ſine arte facta. 328. 707
Caſſandra fatidica, Maenas dicta. 631
——— Teucris non credita. 716
Caſſida pro caſſis, chlamyda pro chlamys. 587
Caſſiope, Epiri continentis portus, quae Caſſiopes Corcyreae colonia. 164
Caſtalius fons. 498
Caſtor & Pollux. 27, 633
Caſtra pro expeditionibus. 261
——— — navalibus, ſtatione, 266
Caſus mutatio. 88
Catanenſes fratres. 715
Cathedrae ad ſcribendum poſitae. 795
Caules, palmites. 652
Cautum pro docto. 289
Cecropia avis, luſcinia. 356
Cedere cum ſexto caſu. 119
Cedit aqua remorum inpulſu. 119
Celare annos. 702
Celeres lintres tardis navibus oppoſiti. 118, 139
Cenſura pro integritate & gravitate morum. 905

Cen-

Centaurica ſaxa. Pag. 818
Ceraſtae. 690
Cernualia paſtorum ludi. 780
Certa haſta. 75
Certa puella 180. de Cynthia in ira pertinace. 463
Certamen leti, amoris, fertilitatis. 619
Certe & per te. unum pro altero a VV. DD. ſubſtitutum. 257, 289
Certior pro conſtantior & fidelior. 428
Chaoniae columbae. 99
Charon, Deus dictus. 136
Chori agreſtium Bacchanalium tempore vindemiarum ducti. 349
Ciconum mons Iſmarus. 608
Cineri medicina datur, locutio proverbalis. 306
Cinis atra, uſta, in Epitaphiis antiquis. 199
—— ſimpliciter pro mortuo. 299
Circumfuſa pruinis. 83
Citati nautae, pro nomine vocati. 90
Clamare aquas, vincula, compedes. 869
Claſſis Graecorum dolo Nauplii in cautes Euboicas adacta, & naufragio abſorpta. 546
Claudii Marcelli de Virdomaro, Gallorum Rege occiſo, ſpolia relata. 892
Clauſa domus. 55
Clavis adunca. 628
Clitumni flumen. 184
Cöa veſtis. 23, 736, 800.
Coclitis ſemita. 620
Coelo pro ad coelum. 206
Cogitare male, pro fallaciam animo occultare. 14
—— artes. *ibid.*
Cognoſcere noctes. 128
Cogor adire vel conor. 33
Colcha & Colchica venena. 212
Collucere floribus. 27
Colluſtrare de picturis proprium. 923
Colores, pro floribus verſicoloribus. 26
Columbae aliaeve aves coloniarum conditoribus, vel nova regna quaerentibus viam aperuiſſe finguntur. 403
Columbae Veneri immolatae. 803
Columnae purpureae pro porphyreticis. 491
Coma pro capite. 343
Comae lapſae. 37
—— flavae. 235
—— effuſae pro lapſis. 306
Cominius (Lucius) poſſeſſor monumenti ſepulchralis Propertii. 2
Cominus ire. 486
Comites Muſae a Poëtis paſſim invocatae. 492
Commiſcere oſſa oſſibus, ſummum amoris indicium. 277
Commiſſae acies. 777
Commodatur bona mens. 30
Commodatus a fortuna. 30
Commovere certamina pro excitare. 691
Componere crines heſternos. 145
—— pro reſtituere, condere. 250
—— — fingere, machinari. 275
Compoſita pax, pro conficta, ſimulata. 220, 275
—— fronde, pro lecti accubatorii ſpecie e foliis & frondibus ſtrata. 187
Compoſiti ocelli. 40
—— lecto. *ibid.*
Compoſuiſſe pro coiiſſe, concubuiſſe Poëtis frequens. 238
Conari aliquid pro male precari. 353
Conchae pro baccis. 96
Concipere gaudia, ſpem, amorem. 308
Concitare artes. 14
Concredere pro alicujus fidei aliquid committere. 109
Concubitus de ordine jacendi in toro convivali. 862
Concurrere de cautibus. 947
Concutere arcu. 75
Condere pro celebrare. 211
—— arma. 333
—— fata, ſecula, feſta, conditum genus humanum. 720
Condit pro condere ſolet. 333
Conditio, pro voluptatis pactione, vox matrimonio propria, ſeu pro ratione, via, ac modo. 309
Configere mentem. 16
Conmittere, conmiſſa laetitia. 48, 375
—— credere verba famulo. 375
Conponere pro fingere ſimulare. 93
—— libellos triſtes. 102
—— pro conpeſcere. 133
—— fraudes. 631
—— fatum. 720
Conquirere amantes cultu, fuco. 29
Conſcendere & deſcendere de utriſque toris proprium. 142
Conſcindere collum tauris, aliis frangere taurorum colla. 284
Conſcius in lacrimis, facinoribus. 108
—— cum tertio caſu. 108
Conſidere & conſiſtere permutata. 92
Conſpergere aras fletibus. 49
Conſulto, certa ratione. 474
—— fulmina mittere. 335
Conſumere pharetrae pondus. 819
Contemnere aras fletibus. 49
Contendere pro jurgia exercere. 339
Contentus ſimpl. pro forte ſua contentus. 549
Conterere vitae modum. 74

Conterere tempus in ſtudiis. 74
Contra oppugnare, contra ſtare. 587
Contra pugnare. 955
Contrarius votis. 51
Convertere mentem. 15, 18
——— mores. 16
Convicia pro dicteriis jocoſis. 582
Convivia cum ludis juncta, paſſim. 823
Cora a Dardano condita. 889
Corollae putres, arentes, ſqualore & ſitu languidae ac jacentes. 153
Corona de multitudine aſtrorum. 673
Coronae & flores brevi marcentes, cum vitae humanae fragilitate comparatae. 323
Coronae Muſarum e roſis textae. 502
Coronae poſt convivium flaccidae factae, ſponte cadentes. 323
Coronae Diis oblatae ante fores templi pendebantur. 311
Coronas adpendendi ad fores amicarum ritus illuſtratus. 154
Coronas floreas, unguenta, vinum & alia, rogo vel ſepulchro ingerendi ritus. 836
Coronatae arae. 580
Corpus poſitum, de exanimi cadavere. 34
——— ——— pro dormiente. 34
——— inane, de cadavere. 663
Corrumpere aquas nectare, pro vino aquas miſcere. 459
——— Venerem. 315
——— ſpem, pro perdere. *ibid.*
——— in rebus amoris. 89, 254
——— dentibus, pro corrodere. 239
Cous Poëta. 572
Craſtina nox, praeteritae ſuccedens. 308
Crepare de verberibus proprium. 832
Crepitus de ſonitu graviore. 240
Creta ſaluberrimarum herbarum copia inſignis. 214
Cretaea Ida. 486
Creuſa veneficiis Medeae penitus uſta. 245
Crimen pro nota mutati amoris. 170
——— ——— criminatione. 391, 585, 931
Crines Gorgonei apud Poëtas paſſim. 236
Crudelis cum tertio caſu. 156
——— qui nullis lacrimis movetur, ut Gr. ἄδαμας & ἀδάμαςος. 186
Cryſtallus aquoſa. 760
Cubantium habitus. 41
Cubare de adcubitu ad menſam. 862
Cucumis caeruleus. 741
Culpa de amoris delicto. 56
Cumaeae vatis ſecula agere. 239
Cupido, ſaevus, inprobus, & malus puer. 34, 106
——— alas expandere dicitur, quum propitius favet. 103
——— alas inhibet, quum tardus venit. 103
——— ventoſus pro levi, inani, & inconſtanti. 288
——— amantium vincula conſtringens. 673
Cupidinis alae praeciſae, ne in coelum evolaret, ſed apud homines tamquam in exſilio degeret. 289
——— in Deos & homines imperium & tyrannidem paſſim conjungunt Poëtae. 462
Cupit poſcere pro cupide poſcit. 377
Cura mea pro amica. 463
— ultima. 44
— unica. 44
— de amoribus paſſim. 110, 312, 676
— pro mutati amoris ſollicitudine. 172
— de medicina, morbis & dolore. 924
Curare, pro aliquo numero ac pretio habere. 326
Currus, quo ſe efferunt Poëtae. 483
Curtius in aquam cum equo inſiliens. 598
Cuſtodes puellarum. 607
Cybellae juvenca marmorea. 684
Cyclas, veſtis. 837
Cycni, Veneris currum trahentes. 503
Cymba parvula pro lintre. 118
Cynthia, Propertii, amica proprio nomine *Hoſtia* dicta. 1 & 2
——— Sapphoni comparata. 225
——— per quinque annos a Propertio amata. 263
Cytaeaea carmina, pro incantationibus magicis Medeae. 18
Cytaeis Medea, non Citheis. 215
Cyzicus frigida. 684

D.

Damnatae noctes, i. felices. 898
Damnatum, morti addictum. 408
Dare poma manibus. 38
Debarum ripae. 791
Debita fata. 173
——— conjux, a fatis deſtinata. 173
Decedere, de luna, ſole & aſtris. 341
Declinare lumina ſomno oppreſſa. 205
Decurrere vitam. 320
Decurſus & curſus vitae. *ibid.*
Dedecore reſtitutum pro decreto. 449
Deducere lunam reluctantem curru. 17
——— a re militari deſumtum. 387
——— veſtem in ira & luctu. 524
——— lunam coelo. 14, 417

De-

Deducta voce, eſt tenui, molli. 460
Defendere & arcere eadem verbi ſignificatione 185
——— ſe ſuis armis. 246
Deficere mihi & me. 8, 9, 90
——— 93
Deſigere mentem, animum. 16
Definire & diffinire, defringere & diffringere promiſcue. 942
Deflere pro ſupra modum flere. 156
Defluere de illis, quae memoria elabuntur. 182
Defungi puella, ut defungi amore, militia. 731
Degenerare cum caſu quarto, melioris ſeculi. 722
Dei ultores. 929
Dejerare pro ſancte adfirmare. 757
Dejicere lumina. 5
——— aures. 6
Deludi dicuntur agricolae terra ſterili. 318
Demittere lumina. 6
——— & demergere commutata. 660
Demulcere verbis. 137
Deorum examen pro turba gentilium numinum. 950
Deorum ſimulacra qui venerabantur, eorum caput & pedes tangebant. 284
Deos in rebus proſperis agnoſcebant. 96
——— ——— adverſis negabant. 96
Deponere animam labris. 134
Deprecari pro amovere. 464
Deſcendere in gentes. 520
Deſerta fana. 256
Deſidia pro quiete ad ludum &c. 146
Deſidioſus amor. 14
Deſiluiſſe, vindicatum pro diſſiluiſſe. 942
Deſpuit a librariis ſaepe rejectum. 951
Deſtituere & deſerere, commutata. 194
Deſunt pendere, locutio illuſtrata. 153
De te, pro ad te quod adtinet. 358, 447
Detractare pro detrectare, ipſiſſima vetuſtatis ſcriptura. 221
Deus pro Cupidine. 49
Dî, venuſta interjectio a Graecis in admiratione & indignatione uſitata. 173
Dî melius! 821
Dianae artes, de venatione. 571
Dic mihi, formula non ſemper injurioſa. 521
Dicebam tibi, formula in praemonitionibus uſitata. 98
Dicere pro praedicere. 99
——— — deſcribere, canere. 516
Dici rudis pro rudis eſſe. 100
Dictare carmina. 201
Dictiones de oraculis. 99
Diducere ocellos vacuos. 104
——— amantes pro ſeparare. 104
Diducere complexus pro divellere a complexibus. 135
——— brachia pro pandere, extendere. 367
Dies ultimus, de fato. 317
Differre pro traducere, infamare. 49
Differri pro infamari. 242
Difficilis aditus. 846
Digiti remiſſi. 868
——— loquaces. 556
Digito coelum tangere. 97
——— monſtrantur, qui publice notantur. 216
Digna Jove, de Juno. 137
Diis primam producit, Deis corripit. 707
Dionyſia agreſtia. 349
Dira pro inhumana. 265
Dirce tauro adligata. 643
Diſcidium & diſſidium permutata. 122 & 123
Diſcutere ſomnum. 579
Diſponens corpora Gr. διαπλάττειν ἀνθρώπων. 952
Diſponere capillos. 146
Diſſidere pro diſtare. 125
Diſſimulare annos. 702
Diverſa ripa 40
Diverſi & diviſi confuſa. 110
——— amantes. 110
Diverſum litus. 40
Dividere, pro diducere, ſolvere. 127
Divinae aquae, divino beneficio indicatae & profluentes. 404
Divini & ſacri fontes. 173
Dixe, ſcripſe, pro dixiſſe, ſcripſiſſe. 39
Dixerit pro teſtis erit, confirmabit. 183
Doctae Athenae. 676
Documenta ſtatuere, dare. 601
Dodonaea oracula. 99 & 100
Dodonaei Jovis templum. 99
Domiſedae, de feminis limen viri abſentis curantibus. 252 & ſeq.
Domus & locus confuſa. 264
——— pro domeſticis & ancillis. 532
Dona Veneri pro ſalute amicarum oblata. 25
Donare crines, in re funebri. 167
Doni avidus. 792
Dorica caſtra. 814
——— nox. *ibid.*
Dorici ignes. *ibid.*
Doroxanium male textui ingeſtum. 792
Dotale regnum. 95
Dotalis tellus, ſervus, pro dote uxoris. 95
Dubia & dura confuſa. 240

Dubius pes, de amatore, an abire velit, haeſitante. 240
Ducere ſuſpiria. 39
—— gaudia. 47
—— notam in ore, macula os deformare. 55
—— grave carmen. 70
—— arces, muros, moenia. 71
—— verba longa mora. 108 & 109
—— diem. 117
—— brachia de natante. 118, 396
—— virides annos. 138
—— ſomnos, cui opponitur, trahere noctem. 140
—— fletus. 152
—— feras carmine. 293, 490
—— amantem, pro ſpe inani lactare. 336. 384
—— pro delectare & capere. 395
—— ſacra. 710
—— literas pro formare, ſcribere. 749
—— lanas. 755
—— pocula, pro haurire, frequens. 938
—— ferrum. 787
—— de origine, paſſim. 907
—— pro capere, adlicere. 262
—— pro deducere, repetere. 523
Duellum apud Ovidium, Tibullum & Horatium non obvium. 290
Dumoſi montes, dumoſa ſaxa apud Poëtas paſſim. 173
Dura corona, de carmine epico. 210
Durare laborem, vias, aequor, & ſim. pro ſuſtinere. 42
Durare animum. 42
—— horam, id eſt, punctum temporis, momentum horae. 62
—— pro pati. 159
—— pro obdurare. 391
Durior ſaxis, ſurdior ſcopulis, de iis qui amantum preces non exaudiunt, paſſim apud Poëtas. 159
Durus Deus, vehementer imperans.
Dux, de quibuscunque viris illuſtribus & Heroïbus. 328

E.

Eburni digiti, & marmorei ob candorem. 204
Ecquis, etquid, etquando & ecquando variatum. 112
Educere annos, ut ducere. 278 & ſeq.
—— pro alere, educare. 574
Effluere, de illis quae memoria excidunt. 182
Effugere blanditias, amorem. 106
Ego ultimam apud Auguſtei aevi poëtas producit. 93 & 94, 733
Electra, ultima longa. & ſim. ut Hypermneſtra, Phaedra, Leda, &c. paſſim. 307
—— ut fratrem defunctum fleverat, poſtea ſalvum adſpexit. 307
Elei equi. 95
Elevare de aura, pro auferre. 86
Elis celebrata certamine equorum curuli. 95
Ellipſes ex priori vel poſteriori ſenſu ſubintelligendae. 359
Elyſiae ſedis felicitas. 843
Emeritae pro annoſis. 255, 789
—— noctes. 255.
Emeritum reſtitutum pro immerito. 255
Emeritus torus pro vacuo, emeriti anni de milite veterano. 255
Emungere vel carpere, pro aliquem opibus ſpoliare. 325
En age, & eja age permutata. 15
En indignationi inſerviens. 273
Enipeus Haemonius pro Theſſalico. 135
—— fluvius Theſſaliae. *ibid.*
Enſes & ignes confuſi. 198
Eois & Eoös prima brevi & producta. 334
Eoum gelu de matutinae pruinae frigore. Gr. ἠῷος. 158
Eous pro lucifero. *ibid*
Ephyrea Lais, ab Ephyra, ubi nutrita, ita adpellata. 249
Epicureorum opinio de inferno. 519
Ergo pro autem. 501
Ergo ſecundam apud aevi Auguſtei poëtas nunquam corripit. 532
Erinnes, Sapphoni aequalis, Poëtriae Graecae, nomen reſtitutum pro aequaevis vel quicuivis &c. 226
Erinnyes Tragicae. 360
Eripere, permutatum cum abripere. 263
Errare de capillis ſolutis fluitantibus. 203
Erubeſcere cum quarto caſu. 633
Erythia. 876
Erythraea concha. 615
Es ſeq. vocali ſemper corripitur. 454
Eſquiliae. 852
Eſſe in partes pro in partibus, eſſe pro ire, venire. 576
Eſt quiddam, ſimiliter ut eſt aliquid. 461
Et initio orationis eleganter. 347
Et & ſed in Codd. confuſa. 917
Et merito, formulae inſtar. 163
Etquis & ecquis. 113
Euboicus ſinus. 726, 730
Eurypylis textura, unde. 793
Evadne pro marito vicariam mortem ſubiit. 279
Evantes chori, quorum dux Ariadna. 225
Eventus bonus, Deus. 113
Ever-

Everſae cervices. 921
Evolare proprie de iis, qui evadere tentant. 290
Exacti equi, qui multa arte elaborati. 563
Excantare pro exorare. 783
Excidere aevo pro mori. 533
Excipere proprie in venatu. 352
Excire animas ſepulchris. 17
Excitare. 871
Excuſſae faces de facibus exſtinctis, quas excluſi amatores ante amicarum fores projiciebant. 154
Excutere. 818
Exercere noctes amaras. 21
Exilitas pedum in puellis laudata. 291
Expellere e foribus. 41
Expenſus gradus eſt compoſitus. 240
Expiationis ritus. 875
Explere noctes amaras pro inſomnes. 336
Explorare ſomnia pro volvere ac revolvere. 241
Exponere de pictoribus opera ſua publice exhibentibus. 234
Exſertare caput tenebris emendatum pro exonerare. 110
Exſpirare animam. 803
Exterere nives. 83
Externus amor. 43
Extrema pars furoris pro minima. 47
——— linea. 47
Extremae gentes. 19
Extremae orae pro remotis veluti in ultimo orbis termino. 283
Extremus & externus confuſa. 333
Extremus pulvis de cinere in urna condito, quando manes ciebant. 168

F.

Fabula turpis. 57
Facere ſomnos. 260
Facere moram. 124, 604
—— contra mores. 452
Faces de nuptiis vel quibuſvis amoribus. 89, 259
—— & coronae juguntur. 504
Faciem quaerere, pro faciei ornatum conciliare. 146
Facies, non pro vultu aut forma, ſed pro tota perſona, ut Gr. εἶδος. 238
Facies & ſpecies commutantur. 738
Faciles manus ſunt agiles & volubiles. 203
—— aditus. 846
Facilis puella. 478
Factum de admiſſo & culpa. 525
Falſa gaudia. 93
Falſus eleganti ſignificatu. 270
—— partus, qui arantes eludit. 318
Falx docta de perito putatore. 349
Fama pudica. 120
—— narrans pro garrula. 346
—— vaga. *ibid.*
Famae alas tribui uſitatiſſimum, quibus rumores citiſſime transferebantur. 346
Fas eſt mihi vel me. 129
Faſtus pro faſtidio, repulſa puellae. 5, 616
—— conſtans de iis, qui nullis blanditiarum machinis in amorem flectuntur. 920
Fata vel fortuna populi Romani. 816
—— trahere. 886
Fata longae ſenectae. 179
—— pro cadavere. 297
Fatales dirae pro a fatis deſtinatae. 705
Fatalia lumina de ignibus Veſtae. 508
Fatigare terras rumoribus vagis, de Fama. 354
Fatum mollius. 73
Fax ultima de taeda rogali. 619
Femina de matrona illuſtri. 269
Feminea ira pro indole. 275
Fera Aetna pro horrida & inculta. 490
Fercula pompae triumphalis. 510
Ferire oculos. 871
Ferre male pedes errantes. 32
Ferri de iis, qui publice traducuntur. 242
Fibrae tacere, dicuntur quae non litant. 416
Fictilia ſimulacra. 501
Fidena Urbs. 713
Figere veſtigia planta ancipiti. 32
—— lumina in aliquo vel aliquem. 36
—— oculos. 36
—— caſtra. 767
—— tentoria. 767
—— moenia. *ibid.*
Figurae leves. 46
Fingere pro falſo inſimulare. 124
Fixa vel ſpiſſa correctum pro nixa. 161
Flabelli uſus aeſtatis tempore. 376
Flamma ſecunda, quae fauſto omine in altum ſurgit. 580
Flare pro carmine epico ſonare. 101
Flatus de jactantia & vaniloquentia. 393
Flava coma, Poëtis paſſim. 235
Flavus, epitheton de fluviis, apud Poëtas frequens. 271
Flere pro dolere. 335
—— animi commotioris indicium, & velut formula. 245
Fletus tremuli, moeſti. 54
Flumina & montes pro populis paſſim. 457
Focare pro angere, cruciare. 874
Focus pro penatibus. 524
Foedus de amoris commercio. 673
Foenus magnum, duplex. 81

Folia natare lacte eleganter dicuntur. 223
Fores tardae, ſurdae. 110
Forma artifex. 25
—— pro formoſa. 247
—— & fama confunduntur. 386
—— & norma —— 607
—— magiſtra, ut artes magiſtras. 608
Formare capillos lapſos pro reficere. 146
Formoſae undae, formam velut in imagine referentes. 192
Formoſam ferre, pro malos mores & injurias formoſae feminae ferre. 384
Fortes ad praelia, venales ad munus, ſobrius ad lites. 280
Fortia verba pro arrogantiae plena. 54
—— loqui. 98
Fortiter iraſci. 51
Fortiter facere, eſt toto animo agere. 51
—— ferre, mori, amare, *ibid.*
Fortuna & felicitas de amoris ſucceſſibus. 360
—— & natura confunduntur. 369, 543
Fractus pro cura & vigiliis confectus. 336
—— qui amoribus debilitatus eſt. 684
Fraudandae pro fraudatae, ut habenda pro habita, humati pro humandi. 304
Frui, proprium in amore. 211
Fucandus color. 23
Fugitivum Amorem, Idyllium Moſchi, multi Poëtae Itali aemulati. 696
Fulcire pruinas. 83, 927
—— ſolum. 83
Fulminare. 868
Fulminis ira pro irati Jovis fulmine. 335
Fundare pro ſtabilire, de duabus anchoris fundo maris injectis. 372
Fundere de ſtatuis, ex aere liqueſacto ductis. 446
Fundus pro fundorum pretiis. 618
Funus ſubitum vel vivum de amoris tabe. 216
—— pro cadavere. 297, 834
Furari noctem. 560
Furor pro amore vehementi. 50
—— pro cauſſa furoris. 170
Furta de clandeſtinis amoribus, paſſim. 831
—— pro amoribus, paſſim. 235
Furvus de rebus inferis. 895
Fuſcus candor, perfecto & pleno candori oppoſitus. 394

G.

Galeſus umbroſus. 477
Galli, lucis auctores, praenuntii. 754
Ganges Indiae fluvius 792
Gaudeo formare pro formo. 37
Gaudere in tacito ſinu. 57
—— aliquo ſervato, bene precantis formula, Propertio uſitatiſſima. 198
Gaudia pro concubitu. 308
Gemmae & purpura, avidis puellis dona gratiſſima. 327
Genae pro oculis de ave non tam frequens quam de hominibus. 790
Genitales Dii. 579
Genitivi contracti a Propertio adhibiti. 951
Gigantea ora pro regione Cumana in Campania. 184
Gloria carminibus & amoribus quaeſita, gloriae militari oppoſita. 261
—— & laus proprie de bellica virtute. *ibid.*
Gradibus adverbialiter pro gradatim. 708
Gradus titubans. 32
Graeciſmi plures. 58, 99, 111, 117, 120, 157, 270, 562, 779
Gramina lecta. 216
—— ſecta. 737
Gratia unica verborum, pro praeſtantiſſimo & eminente. 30
Gravitas, levitati & inconſtantiae oppoſita. 358
Graviter queri, vel loqui. 43
Gygae abiit in Cambyſae. 400
Gypſati pedes. 800

H.

Habere notam. 169
—— fidem, pro praeſtare vel exercere fidem. 523
—— metum. 585
Habitare pro inſidere, haerere, diu morari. 290
Haemon ſe ipſe interficiens. 277
Haerere pro amoris oeſtro contactum ſtare. 219
Hamatae ſagittae Cupidinis. 288
Haſta pura inter dona militaria, viris fortibus conceſſa. 765
Herculea ſemita & via, de aggeribus ab eo prope Bajas factis. 114
Herculei aggeres pro litoribus. *ibid.*
Herculis Tiburtini ſortes. 439
Hermione Menelai & Helenae filia. 45
Heroës ſaepe a materna nobilitate cenſebantur, ſi paterna deficeret. 268
Heſternae comae, corollae. 145
Heſterna roſa. 146
Heſternus, externus, & extremus confuſa. 146
Heu heu, emendatum eheu. 384
Hirſuta corona. 718
Hiſpellum patria Propertii. 2, 4

Hiſto-

Hiſtoria vox Propertio peculiaris. 845
—— de re, quae rumores excitat. 205
—— de amoribus hominum ſermone triſtis. ibid.
Homerus antiquus. 72
—— Poëtarum Epicorum Princeps. 72
Honeſta pro nobili. 293
Hora pro exiguo temporis ſpatio. 269
Horam durare. 62
Horos, aſtrologi nomen. 722
Horridus tremor. 54
Horror tremulus. 54
Hortus riguus & irriguus, promiſcue. 192
Hoſtibus eveniat, ſolita poëtis formula. 555
Humani pro hominibus. 542
Humus formoſa. 26
Hylaeus Centaurus, in *Pſilei*, *Pſilli*, aut *Pſyli* a librariis corruptus. 13
Hylas Herculis invicti comes. 187
—— ſub undas tractus. 194, &c.
Hypaſis. 125

I.

Jacere in ſitu aeterno. 77
Jacere ad pedes de ſupplicibus aut mancipiis ſervilibus. 248
—— verba, querelas. 170, 269, 915
—— crimina. 694
Jacta, eſt projecta, jactata. 449
Jactare brachia. 797
Jactatae late, vel ex alto de manibus. 87
Jactu certus, eſt jaculo vulnerare peritus. 476
Jacuiſſe paludibus pro ad paludes. 305
Jam pridem pro ante longum tempus. 263
Jaſon Medeae neces filiorum exprobans. 152
Icarii boves de ſeptemtrionibus. 459
Icta Maenas. 553
Icta juvenca. 807
Idaeus paſtor. 625
Ignes caſtrorum. 771
Ignes feri vel miſeri. 930
Ignoſcere cum quarto caſu. 235
Ignotae manus pro latronibus. 198
Ignotus pro externo, peregrino. 463
Iliaca favilla. 779
Iliaci foci. ibid.
Iliadas longas condere, pro opus diffuſum ſcribere. 205
Ilias malorum de magno calamitatum numero. ibid.
Ilion neutro genere apud Homerum & Virgilium. 487
Ille & ſubſtitutum pro illic. 175
—— magnitudini & nobilitati adſignatur. 176
Illic, de inferis & campis Elyſiis. 178
Imagines pictae parietibus adfixae. 251
—— abſentium, velut praeſentes, alloquendi mos. 915
Imago de gentilitiis majorum imaginibus in pompa funebri praelata. 297
Impiare, polluere. 922
In lacrymis pro inter lacrymas. 159
In te pro propter te. 356
In te ſtat pro in tua poteſtate eſt. 312
In thyrſos pro in uſum thyrſorum. 502
In vanum pro in mare. 333
In incertum, in plenum, in longum & ſim. neutra apud Propertium frequentis uſus. 334
In terris de viventibus, ſub terris vel terras de infernis, priori oppoſitum. 337
In adverſum Pirithoum pro in ora ejus adverſa. 265
In vicem disjunctim melius, quam invicem. 704
In veſtris oſſibus pro inter veſtra oſſa. 890
Inachiae heroïnae. 137
Inanis amator. 798
Inbelles lyrae. 814
Incautum paſſive, quod caveri non poteſt, Gr. ἄφυκτον vel ἀφύλακτον. 217, 289
Incidere non minus, quam accidere in rebus calamitoſis. 150
Incipient revocare pro revocabunt Graeco more, apud Propertium frequens. 319
Inclinare pro claudere. 833
Inclinatae mammae pro flaccidis. 316
Increpare pro ſonitum dare. 628
Indarum mulierum pietas in viros. 619
Indicativi uſus apud Poëtas frequentiſſimus. 188
Indicere forum vel conventum. 64
Inducere noctem. 753
Induere & inbuere permutata. 887
Infecta manus. 87
Infecti Britanni, comis colore adſcititio & peregrino tinctis. 343
Infenſi & offenſi Dii a librariis permutati. 560
Inferorum loca, triſtia, horrida &c. appellata. 842
Inferre craterem. 870
Inflexis genibus ſubſtitutum pro inpreſſis gradibus. 161
Infra ſpecie pro ſpeciem. 183
Infringere vires. 142
Ingenia pro Poëtis. 79
Ingenii bona. 25
Ingenuus color pro nulla arte factus. 4
Ingerere multa mala. 7
Ingratus data munera ſua non ſentiens. 3

Ingratus & iratus permutata. 62
Ingredi pro incipere. 482
Inmunda caſa, ut inmunda hara. 378
Inponere notam, plagas. 871
——— jugum, de ſervitio amoris. 53
Inprecatio in puellas, amatores eludentes. 379
Inſanire amores. 465
Inſidioſus amor. 14
Inſtare ſupra caput. 7
Intacta Arabia pro nondum ſubjugata. 282
Intendere oculos. 36
——— vultum, aures, *ibid.*
——— de ſylvis pro arboribus denſare. 140
Intenta planta, pro gradu incitato. 240
——— ſilentia. 900
Intentis oculis fixus haerere. 36
Intonare Phlegraeos tumultus, de grandiſono carmine. 209
Intorta verbera. 838
Intrare fumum, flammam, tenebras. 895
——— leges. *ibid.*
Inurguere permutatum cum invergere. 159
Inuſta. 914
Invictum corpus ad vulnera, non a vulnere. 280
Invidiae eſſe. 127
Invidiam facere. 128
Invito gurgite iter facere. 166
——— ——— 931
Injicere manus. 930
Injuria de faſtu puellae vel repulſa. 555
——— 860
Injuſtum ſalum. 147
Jö in vaccam mutata. 36, 37, 455
— ex vacca in formam humanam reſtituta. 413
Jonium ſimpliciter, ſaepe. 679
Jonius ſecunda corripienda. 603
Jovis ira erga perjuros. 339
——— Elei domus. 493
Jovis Ammonis in Lybia antrum arenoſum. 725 (729)
Ira ruens. 643
Irata ſitis. 869, 551
— manus. 551
Irati ignes. 869
Iratus jocus pro convitio ſeu dicterio acriori. 160
Ire & eſſe confuſa. 701
— via & vias. 14
Irrumpere in hoſtes. 601
Iſidis fanum, quo frequentes conveniebant lenae & meretrices ad inliciendas puellas. 348
Iſidis & Bonae Deae fana juncta. 348
Iſidis ſacra & Iſiaca ſacraria in praetextum adripiebant puellae, ut copiam ſui amatoribus facerent. 455
Iſidis ſacra, Roma ejecta. 457
Iſmaria vallis. 460
Iſmarium merum. 608
Iſſaei populi. 92
Iſthmon, fretum. 684
Ituraei vel Ithyraei a ſagittandi arte veteribus laudati. 292
Jubae equorum pexae. 772
Julea carina. 811
Jupiter Idaeus ab Ida monte. 486
——— Feretrius. 887
Jura referre focis, de conventibus Magiſtratuum provincialium. 64
Jurandi ritus per parentes & propinquos. 359
Jurare pro jurando optare. 152
Juſſae lacrimae. 732
Juturnae fontis aqua ſaluberrima. 689
Juvenis & juventa de provecta aetate. 217

L.

Labantur labentur commutata. 151
Labens amor. 168
Laboris eſt, pro res difficilis laboris eſt. 890
Labra aptata pro connexis. 134
Labris animam deponere. 134
Laceri crines. 168
Lacernae ab uxoribus maritis in bella tendentibus textae. 605
Lacrimae mixtae riſu. 55
Lacus de re vili & contemta. 374
Laedere pro urere, cruciare. 252
Laena veſtis muliebris. 525
Laetitia pro amoris gaudio. 109, 242
——— & nequitia confunduntur. 122, 242
Laïdos aedes & ſuperbia. 248
Lais Ephyrea, ab Ephyra ubi educata fuit ita dicta. 249
Lalage. 837
Lances funerum fercula. 298
Lanea vitta. 529
Laniare capillos. 247
Lanuvium cum Appia via conjunctum. 441
Lapis fieri in medio amore pro obdureſcere inſtar lapidis. 279
Lapithum genus. 237
Lares publici. 497
Latium a Librariis in patrium ſaepe permutatum. 161
Latius Jupiter. 231
Latrare de ſcylla undique canibus cincta. 405
Latris. 847
Laudati viri. 68
Laudi natus. 68
Laurus in arae flammae conjecta, crepitum non edens, peſſimum omen. 416

Lauta

Lauta ſacra ſeu taurus ſacrificiis pauperibus e thure oppoſita. 284
Laxa pro ſoluta, non adſtricta. 430
Lectus pro uxore, & torus Gr. more. 253, 328
——— lucubratorius. 524
Legere flores dicuntur Dii vel Nymphae paſſim. 425
——— poma. 451
——— fila. 755
——— oſſa. 833
Leges indicere inperantibus proprium. 874
Legiſſe in gremio puellae pro praelegiſſe. 294
Lenior & levior paſſim a librariis confuſa 263
Lenta puella, reſpectu procorum fruſtra fores pulſantium. 310
——— ——— quae non facile iraſcitur. 555
Lenti amatores pro frigidis. 62
Lentus amare. 62
Lesbia a Catullo amata, dicta Clodia, poſt mariti Metelli mortem vita fuit diſſolutisſima. 448
Lethaea aqua. 830
Lethum, mors, fata, pro cadavere. 834
Leucates nimboſus. 338
Leucotheë, non Leucothoa. 413
Levare recte repoſitum pro juvare. 144
Levare pro conſolari. 107
Leves numeri de Elegis. 78, 467, 950
Leves figurae. 46
——— & ignobiles accuſatores. 46
Levis anima. 46
——— pro leni & facili. 170
Leviter queri pro quaſi ſuppreſſa voce increpare. 43
Libare oſcula. 35
Liber eſto, formula manumiſſionis. 531
Limen pro domo. 138
Limina puellarum cum Lotophagis & Sirenibus ab Ovidio conparata. 259
Lino velati ſacra peragebant. 419
Litare exta, ut ſacra litare. 711
Litora praetexta velis. 114
——— praetenta pro praetextis. 114
Litore (in) genio indulgebant veteres. Gr. ἀκτάζειν. 928
Litus de fluvio, contra ripa de mari. 896
Liventes uvae, liventia pocula. 735
Longe eſſe. 77
Longinquus amor. 67
——— tam de loco, quam tempore. 534
Loqui magna. 940
Lucernae extremae, contra vigiles. 550
——— de nocte. *ibid.*
Lucretia inter famulas lanam ducens. 524
Lucrinus lacus. 117
Ludere idem ac laetari. 181
——— & luſus in rebus amoris paſſim. 250
Lumina dejectis lacrymis turpia, pro effletis, defletis. 170
——— turgida ſubſtitutum pro turpia. *ibid*
——— facti crimen habentia. 436
Luna pro nocte, ubique. 673
Lupus nocturnus. 789
Lurida dicuntur omnia inferni. 417, 827, 896
——— umbra. 827
Luxuria Romanarum matronarum. 617
Luxus & luſus confunduntur. 448
Lycurgi & Pentheos fata a Poëtis conjuncta. 654
Lyda regna, pro opulento Croeſi regno. 144
Lydia reſtitutum pro Lybia. 69
Lygdamus. 521

M.

Macrae boves, aratro & opere adtenuatae 710
Maecenatis origo regia. 561
Maeonides pro Muſis. 415
Magno ſtare, pro ingenti damno eſſe. 264
Magnum ſpirare. 940
Mala de deformitate tam corporis, quam mentis. 25
Mala herba, de inutili. 256
Malorum & mulorum confuſa. 139
Mamurius artifex. 746
Manare mella, rorare favos. 286
Manes defunctorum nocte errantes. 850
Manibus non certis. 32
Manni detonſi. 856
Manſueta litora. 168
Manu pro manui. 119
Manus longae in puellis commendatae. 235
Marcelli adoptio in familiam Juliam. 661
Marcere pro cura amoris tabeſcere. 108
Mare cernere, videre, noſcere, pro mari ſe credere. 59
Marii conſulatus. 515
Marita fides ſacra. 750
Maritae faces, *ibid.*
Maritae ſine fraude. 844
Maritum foedus. 750
Matutam vocant Latini, quam Graeci Λευκοθέαν. 398
Matutina pruina. 278
Matutinae aves. 162, 754

Maxima toto corpore, de auguſtiore corporis proceritate inſtar deae. 235
Medae ſagittae. 606
Medea & Perimede cum Circe conjuncta. 215
—— nocturna ob ſacra, quae noctu fiebant. *ibid.*
Medeae probra pro Medea probroſa. 796
Mediae noctes ad imitationem Graecorum μεσῶν νυκτῶν. 157, 459
—— —— de parte noctis, quae poſt mediam noctem ſequitur. 158
Mediae viae pro frequentia hominum celeberrimae. 553
Medii equi pro medio coelo. 109
Medorum haſtas ſubſtitutum, pro hoſtes Medorum. 568
Melampus ab Iphiclo captus &c. 222
Memnoniae domus. 60
Memorare, pro grandiloquo ſermone, ut epico carmine narrare. 488
Mens in capite, velut in arce, poſita. 513
Menſam propellere eſt menſam evertere. 550
Mentum alicui tollere. 921
Mercatus vultus. 24
—— cultus. *ibid.*
Mercurius Proſerpinae amator. 237
Mereri ſub aliquo. 731
Merui pro peccavi. 31
Methymnaeum vinum. 863
Meus non tam familiaritatis, quam judicii ſignum. 281
Mî pro mihi Propertio amatum. 129, 426
Milanion & Atalanta. 10
Militia & militare in rebus amoris. 69
Millia quanta pro quot millia. 52, 125
Mimnermus Philetae & Callimacho adjunctus. 467
Miniſtra Cybeles. 908
Miniſtrare de Sole & Luna. 371
Mirabar, ſaepe in initio. 577
Mirum ni & ſi, utrumque in uſu apud veteres. 268
Miſenis nobilibus. 116
Miſerum & miſerabile, parentheſi incluſa, eleganter inſerta. 322
Miſtis a librariis in Codd. recentioris aetatis exaratum pro *mixtis* & inde ingeſtum *moeſtis*, 54, 135, 297
Mittere pro omittere. 644
—— in ora adverſa. 265
—— habenas. 484
—— verba pro loqui. 556
—— pro nunciare, ſignificare. 577
—— de ſomnio, miſſum omen. *ibid.*
—— pro dare. *ibid.*
—— de mercibus externis. 614
Mixtas inter conviva puellas, pro mixtus inter puellas. 475
Mixti ignes pro cineribus, una junctis. 149
Mixtum & permixtum in Codd. antiquioribus, non *miſtum* & *permiſtum*. 54
Mixtus & moeſtus confuſa. 54
Moeſtae lacrimae. 846
Moeſtus dolor. *ibid.*
Molle fatum. 73
Mollia litora. 168
—— ſerta ad carmen elegiacum relata. 210, 484
—— jura. 899
—— lora. 576
Mollis verſus de amatorio. 77, 210
Molliter ſine ſtrepitu. 301
Monere pro praedicere. 726, (730)
Monobiblos, titulus Lib. I. Elegiarum Propertii, quod recentiores imitati. 1
Montes nudi pro nullo gramine obducti. 173
Morae longae. 43
—— pretium. 854
Moram facere. 124
Morari fata. 173
Morbi artifex. 25
Mores pro moroſitate ac faſtu. 150, 166
—— pro indole. 607
Mors apud Poëtas non raro perſonam gerit. 296, 939
Mors mea pro cadavere meo. 297
—— retinendum, non nox. 939
Morſus in rixa amatorum dati. 556, 796
Movere ſinus. 23
—— pro laceſſere, irritare. 150, 351
—— —— —— locutio derivata a dormientibus, e ſomno excitatis. 150
—— exitium. 691
Mulcere de aura. 843
Mulcere vulnera. 480
Mulctare & mutare confuſa. 800
Mulier per contemtum dicitur. 697
Mulieres, cum facibus ardentibus in nemus Dianae euntes. 439
Mulſa vulnera pro permulſa. 480
Multum comparativis additum pro multo. 938
Munda verba. 797
Mundus inſtitor. 740
Mundus Menander. 797
Munera ferre. 57
Munychias pro Dulichias. 236
Muſis melior pro acceptior. 467
Muta avena. 77
—— jacere. *ibid.*
Muta flumina, de fluminibus nullo ſtrepitu in mare ſe devolventibus. 151

Muta & multa confuſa. 151
—— favilla, ut Gr. κωφὴ κόνις & σποδιά. 218
Mutare brachia. 314
—— & motare confuſa. 314
Mutato colore pro variato praetextu. 61
Muti manes. 218
Myronis aerea & argentea ſigna. 565
Mytilenaea lyra pro Aganippea. 225

N.

Narramus pro narravimus. 940
Natare de naufragis proprium. 612
Nati inter ferrum & arma. 69
Nativus torus. 624
Natura creatrix, epitheton paſſim a Lucretio naturae tributum. 369
Natus armis, idoneus. 69
—— in armis. *ibid.*
Naufragorum tumulis inſcripta. 542
Navalis Phoebus. 706
Navium nomina maſculino etiam genere efferuntur, praeſertim ſi a nomine artificis. 186
Naviſalvia de Cybele Dea & Claudia. 414
Naxos Baccho ſacra. 654
Ne tibi ſit adire pro ne adieris. 185
Nectere arma; eſt bella ex bellis cumulare. 513
—— aquas in glaciem. 759
Nedum eleganter pro non modo, ſeu non modo non. 46
Negare regna pro recuſare. 94
Nempe, in adfirmatione. 723
Nequitiae caput pro nequam. 381
Neſcit abeſſe pro ſemper adeſt. 331
Nexa alterius lacerto repoſitum pro nixa. 160
—— pro vincta. *ibid.*
Ni pudor eſt. 107
Ni nos pro ne. 257
Niger liquor. 548
Nigra de infernis. 318
Nigri equi albis Solis & niveis equis oppoſiti. 319
Nil agere, locutio proverbialis de irrito conatu. 446
Nilus tepens, ob ferventiſſimum Solis ardorem in Africa. 455
Nimium felix pro feliciſſimus. 452
Niobae lapis. 578
Niobe a Sipylo pro Niobe Sipyleïa, ut Magneſia a Sipylo. 355
Niſi vita & regni incolumitas unde dependebat. 667
Nivem calcare. 83
Nives exterere. 83
Nives ſuperare, ſuper ire. 84
Nixus, inclinatus. 194
Nobilis, pro famoſa, turpi. 155
Nocitura pro nocentia. 212
Noctes amarae. 21
—— ſpatioſae. 129
—— de quocunque amoris ac nequitiae commercio. 155
—— pruinoſae. 158
—— pro noctu. 426
Noctivagos ope ſervorum domum reducendi ritus. 422
Nodum collo injicere, deſumtum ex arte Gymnaſtica. 424
Nomen pro laude. 74, 210
—— proprium illius, qui dedicabat, expreſſum. 310
—— pro nobilitate. 359
—— de ſepulchri inſcriptione. 648
Nomina ſaxis inſcribendi mos. 174
Non non repetitum. 230
Non eſt, Graecorum more οὐκ ἔστι, locutio elegans. 284
Nos, initio verſus ad oppoſitionem praecedentium more Propertiano. 316
Noſcere loca, mare. 59
Noſſe iter. 20
Noſtra aura pro ſecunda, favente. 288
Noſtra & nota ſaepe confunduntur. 81
Noſtri pro Romanis. 935
Noſtros amores pro nos amantes. 914
Nota pro celebrata. 244, 293.
Notam facere pro infamare. 124
Notare ora manibus. 87
Notum ſepulchrum. 80
Nova quaerere, de levi amatore. 133
Nox pro morte, frequens apud Poëtas. 317
Nox & dies ſi conjungantur omne tempus ſignificant. 537
Nox pro tempeſtate. 585
Nox annua pro anni inſtar longa. 645
Noxia pro obnoxia. 751
Nudi montes pro nullo gramine obducti. 173
Nullae pro nulli tertio caſu rarius. 191, 598
Num & nunc paſſim confuſa. 232
—— minus, ubique fere vitiatum. 450, 897
—— —— eleganter iteratum. 451
Numantini avi. 902
Numerari pro aeſtimari, cenſeri. 421
Numeroſa lyra. 224
Numeroſae res. 844

Numeros Propertianos, ab Ovidianis diverſos, ſaepe tranſponendo corruperunt viri docti. 73
Numeroſe ſaltare proponitur, pro formoſe. 224
Numero & in numero eſſe, utrumque. 421
Numicus fluvius. 769
Nutare eſt vacillare. 387
Nymphae Thyniades pro Bithynis. 191

O.

Oblita fora. 65
Obliti ſocii. *ibid.*
Obſiſtere, obniti & animum obfirmare. 946
Obſtare votis de fortuna adverſa. 51
Obſtitum ſecunda producta, eſt obliquum, violatum & de coelo tactum. 390
Obterere laudem, majeſtatem. 65
Obtrita conſuetudo, pro deſueta. 65
——— fora. *ibid.*
Obtundere, ſaepe idem dicere. 795
Occupare pro adgredi. 888
Occurrere & obſtare conjuncta. 182
Occurrere, adverſari. *ibid.*
Oculi tumentes fletu vel lacrimis. 55
Odores pro aromatibus paſſim. 426
Ogygia aequora. 147
Olere cum caſu ſexto. 835
Omne decet, omne perita. 860
Omnia alicui eſſe. 121, 253
——— eſſe, pro primam auctoritatem ſibi arrogare. 122
——— reſtitutum pro ominat. 164
——— rerum. 262
——— facere, experiri, locutio proverbialis. 588
Operata & operta in Codd. MSS. variata. 418
Opponere manus oculis. 63
——— ——— ante oculos. *ibid.*
Oppoſitus ventus. *ibid.*
Optare ventos ferentes. 166
Optima mors, de cito venienti. 515
Ora de carminis Epici gravitate. 496
Orationis obliquae in tertia perſona & deinde directae in ſecunda, exempla. 460
Orbem (redire in) carminis. 500
Orbis laneus. 808
Orci janua. 894
Ore pro ori, limine pro limini. 854
Orgia de variis concubitus modis. 254
Oricia terebinthus. 547
Oricos Dardania. 88
Orithyia, ſecunda producenda, ut Ilithyia. 189, 404, 539
——— a Borea rapta ad Iliſſum fluvium. 933
Orontea myrrha. 23
Os magna ſonaturum. 206
Os magnum eleganter oppoſitum τῷ humili 281
Oſcula furtiva. 38
——— mea pro mihi debita. 42
——— lacrimis mixta. 161
——— fixa. 161
Oſſa ſinu tenere. 165
—— nulla. *ibid.*
—— minuta pro contuſa. 306
Oſſaea Boebeis, palus Theſſaliae ad Oſſam montem. 237
Oſſaeae rupes. 936
Oſſium & cinerum mixtura. 851, 938
Oſtendere pro oſtentare viciſſim. 234
Oſtentare de pictoribus opera ſua publice exhibentibus. *ibid.*
Ovidii aetas, & quibus ſucceſſit. 747

P.

Pactolus adjective. 69
——— liquor. *ibid.*
Paeſtum, Calabriae civitas, roſis, bis anno florentibus, celebrata. 802
Pagana juventus. 621
Pagaſaea navis ab urbe Pagaſe. 186
Pagina de carmine. 362
Palatinae aves. 816
Palilia ſacra. 710, 780
Palla, matrimonii inſigne. 777
Palleſcere in quadam. 130
Pallor amoris ſignum. 171
Paludes ſimpliciter pro aquis, unde liquidae paludes. 305
Pancratium e pugillatu & lucta compoſitum. 629 β.
Pangere foedus. 671
Paraclauſithyra carmina. 156
Paraclauſithyri carminis formula, qua finebant cantantes, πισὼν γέ κείσομαι. 157
Parce oculis. 885
Parere nomen ac famam ex arte. 564
Paries pictus nullo crimine, ex quo nulla pendet ſtuprorum pictura. 255
Parma in templo Diis conſecrata exactis militiae ſtipendiis. 386
Paro pro emo, comparo. 572
Parrhaſii tabulae. 564
Partho ſanguine repoſitum pro patrio. 262
Parthorum pugnandi ratio a Scythis deſumta. 764
Parthus & patrius in veterum locis confuſa, *ibid.*
Parum eſt. 925
Paſtores fiſtulas ſuas Pani dedicantes. 501

Pater

Pater de Plutone. 899
Patere & jacere confuſa. 112
Patrare non niſi de re flagitioſa & obſcoena. 382
Pauca & multa jugera, non parva & magna. 519
Pectus & corpus confuſa. 368
Pedes oſculandi & tangendi ritus. 872
Pege nomen proprium fontis. 190
Pellax corrigitur pro fallax. 730
Pelliti Patres. 708
Pendere in ala, in novacula. 189
——— & ſuſpendere, proprie de opere fornicato, vel ſaxis eroſis. 443
Penelope telam, ut procos eluderet, ſemper retexens. 270
Penitus comparativo junctum. 156
——— ſuperlativo. *ibid.*
Pennae felices pro omine fauſto. 579
Penſa graviora. 837
Peraeque, vocula apud optimos Auctores uſitatiſſima. 411
Per artem pro arte. 490
Per aevum pro in perpetuum. 495
Perculſus pondere. 13
Percurrere diverſas feneſtras. 39 & 40
——— lyram digitis. 203
——— toto coelo dicuntur tonitrua. 941
Percuſſus ab arbore teli. 13
Percutere lyram digitis de carmine graviore. 204
Perdite amare. 130
Perdix picta. 623
Perducere noctes duras. 42
Perdurare noctes. 42
Perrhaebus Pindo vicinus. 518
Periculum pro procella. 145
Perire aliqua pro perdite amare, rectius, quam aliquam. 47, 315
Perjuris mare periculoſum ſtatuebant. 536
Per ſe provenire pro ſponte ſua. 27
— — dare. *ibid.*
Perſes & Xerxes in MSS. commutantur. 206
Perſpecta fama pro ſpectata. 120
Pertendere pro pertinaci mente perdurare. 315
Peruſinum bellum. 199
Petale. 837
Petere fulmine. 871
Phaeacae ſilvae. 492
Pharii odores. 144
Phariis textilibus correctum pro variis. 143
Philomela avis Attica & Pandionia Poëtis dicta. 256
Phylaceïdes matres. 932
Phlegraeus campus, pugna Gigantum contra Jovem & Herculem nobilitatus. 184
Phrygii avi de Trojanorum gente. 219
Phryne multis procis beata. 250
Piamina. 921
Piare buſta, ſacra, jura. 15, 921, 922
Pila & trochus, inter luſus Romanos. 628
— aerata. 721
Pilae celeres & veloces. 629
Pinni in venatione adhibiti. 350
Pinus Arcadio Deo amica. 171
Piraeum ſcribendum, non Piraeeum. 681
Placare puellam. 693
Placitis praelatum τῷ placidis. 187
Plaudere equum, eſt manu percutere & palpare. 773
Pleïadum chorus. 519
Pleno gradu, rei militari proprium. 891
Plenus amor de ſecundo amore. 392
Plumae & pennae permutantur. 188
Plumei lecti & pulvilli ad mollitiem & luxum a Romanis adhibiti. 954
Pluralis numeri elegans uſus, licet ad unum inſtituatur ſermo. 272
Plurali utuntur veteres de duobus, per praepoſitionem *cum* conjunctis. 515
Pocula lacrymis mixta. 54
——— in re magica uſitatiſſima. 216
Poëtae in nominibus amicarum fictis numeros & ſyllabas, quae in veris nominibus ſunt, obſervant. 2
— — recentiores cum antiquis collati. 196
——— Latini in nominibus Graecis nunc longa corripiunt, nunc brevia producunt. 361
——— Itali recentiores Propertium ſecuti. 574
Polluere faciem lenociniis & coloribus. 23
Polyphemi carmina. 491
Polyſyllaba a Propertio ad imitationem Graecorum formata. 73
Pomifer annus pro autumno. 848
Pomifera arva. 848
Pomiferi horti. 26
Pomoſa corona, arva. 26
Pomoſi horti. 26
Ponat inante pro anteponat, cultiori Latio inuſitatum. 234
Pondus pharetrae pro pharetra ponderoſa. 819
Ponere vota pro dedicare. 349
——— vitam, animam. 406
Portare, in ſomniis, mala quaedam portendentibus, uſitatiſſimum. 39
Porticus & campus, quo conveniebant amantes. 375
——— diſtinctis ſpatiis ornata ſignis vel ſtatuis antiqui operis. 432
——— Pompeiana ad deambulationes extructa. 442

Poſcere & repoſcere cum quarto caſu eleganter. 217
Poſcere pro jure aliquid exigere. 564
Poſitae nives ſunt coelo delapſae, in terra jacentes. 83
Poſiti pro mortuis. 34, 541
—— —— jacentibus. 34
Poſitum caput pro conjuncto. 310
Poſitus pro vino proſtratus, languidus ac lentus. 475
Poſſe & noſſe commutata. 58
—— repetitum. 82
—— pro audere. 152
Poſteritas de ſequentium ſeculorum hominibus. 488
Potare in longam noctem. 109
Potatio in menſa. 461
Potens amator, ceteris in amore potior. 401
Poterer aeque ac potirer Veteribus uſitatum. 274
Poti, pro temulentis, vinoſis. 824
Potuit domuiſſe pro domuit. 13, 163, 325
Praebere natos triumphis, eſt procreare filios milites. 260
Praecordia pro animo, & ingenio. 210
Praelia cruda, ſine ordine acta. 712
Praepoſitio verbis, ex eadem compoſitis, addita. 290
Praeteriti viri pro amiſſi & defuncti, quos Graeci vocant οἰχομένους & παροιχομένους ἄνδρας. 104
Praeteritum pro neglecto. 255
Praetextus ſenatus. 708
Precibus crudelior ipſa domina, de janua, ad preces domina ipſa ſurdiore. 156
Premere pedem collo. 6
—— caput pedibus inpoſitis. *ibid*
—— alas, habenas. 104, 205
—— currum, frena manu. 104
—— manus, pollicem. 205
Prendere de adpellentibus. 681
Preſſae herbae. 428
Preſſum gramen. *ibid.*
Pro vano verba cadunt. 111
Probae puellae, amatoribus ſuis fideles. 347
Probitas pro fide & conſtantia. 358
Procedere ornato capillo. 22
Procellae nocturnae pro vehementiſſimis. 538
Procellere & propellere confuſa. 551
Prochyta Inſula. 116
Procumbere genibus poſitis. 161
Prodire ornatis comis. 22
—— & procedere de puellis, cum pompa in publicum prodeuntibus. 395
Prodita pro deſerta, relicta. 259
Producere vitam, pro extendere. 42
—— ſermonem, convivium multo vino. 42
Producere pro proſequi, comitari. 723
Producere noctem patera. 826
Projecta oſſa, inhumata, inſepulta. 200
Projectae rates. 87
—— res, quae nullius pretii. 200
Projectum & porrectum a librariis confuſa. 267
Promere, judicare & exercere juſtitiam de eo, qui de jure reſpondet. 568
—— faces. 275
Prometheus Caucaſo adligatus. 513
Pronomen additum energiam auget. 396
Propelli ventis, de navi. 87
—— in altum, contra referri, de navi. 536
Properent, fauſta ominantibus frequens formula. 283
Propertia gens celebratiſſima. 2
Propertii Patria in quinque Umbriae civitatibus ſtatuitur. 2
—— —— edita & illuſtrata cum tabula antiqua de Hiſpello, ſeu colonia Julia. 3 & 4
Propertio perperam datum cognomen *Nautae*. 1
Propertium imitatur Lucanus. 169
Propertius —— Theocritum. 186, 338.
—— —— Rufinum. 320, 323.
—— —— Ciceronem. 406, 562, 774
—— —— Callimachum. 670
Prophetae facere dicuntur, quod futurum praenuntiant. 72
Propinquus de cognatis & adfinibus, non de patre. 200
Propria bona, pro naturali pulchritudine. 24
Proprii triumphi de bellis civilibus, quibus opponuntur juſti triumphi. 321
Proprium nomen interponunt, quando cum animo loquuntur, idque ſecunda vel tertia perſona. 276
Propulſa carina. 87
Proſequi pro honoris cauſſa comitari. 574, 820
Proſerpina a Plutone rapta. 685
—— ad Inferos adventans. 900
Proteſilai ab Inferis ad uxorem iter. 75 & 176
Proteus ad Capreas, Bajis vicinas, habitans. 115
Provectae rates. 87
Provehi ventis, de navi. 87
Provolvere Deos, violare. 793
Proxima pro proxime Graeco more. 200

Pu-

Publica cymba. 662
Pudicitiae templa, unum patriciae, alterum plebejae. 253
Puellae lucripetae a Poëtis traducuntur. 96
Pueri pro famulis vel ſervis. 275
Pulvillis, pluma verſicolore fartis, caput inponebant. 516
Pulvis extremus de cinere, in urna condito, quando manes ciebant. 168
Purae frontes, pectine purgatae. 368
Puri dies. 795
Purpurei fluctus. 397
Puto apud Poëtas paſſim ironice inſertum. 399
Putres corollae, ſqualore & ſitu languidae ac jacentes. 153
Putris in genere de re pro derelicta habita, ſqualida & inmunda. 154
Putris & turpis confuſa. 154
Pyramidum ſumtus, Pyramides magno ſumtu exſtructae. 493

Q.

Qua, qua, eleganter repetitum. 334
Quaerere auxilia. 19
—— aditus faciles per carmina. 73
—— faciem pro faciei culturam conciliare. 146, 697
—— Tyndaridas optatos, pro non invenire faventia ſidera, non videre. 166
—— pro cogitare, cupere, operam dare, Veteribus uſitatum. 220
—— pro acquirere, occupare. 659
Quaeſitus candor. 697
Quam prius, & quam ante, disjunctim. 341
Quare ad finem Elegiae Propertio frequens. 181
—— ne tibi ſit, formula paſſim uſitata. 336
Quaſilla mutatum cum puella. 884
Quatere facem. 33
Querelae locis inanimatis factae. 169
Queri pro cum querimonia loqui. 89 & 90
Quernis corticibus correctum pro veſtris. 172
Quidlibet & quod libet paſſim turbata. 265
Quid reſtat, ad malorum cumulum indicandum. 365
Quid ſi, formula permutata cum *quod ſi.* 647
Quies dura inculto tramite. 173
—— aeterna de morte. 317
Quietis mater —— 414
Quirinus pro Romano. 811
Quo magis, hoc magis. 112
Quod fueram pro qui fueram. 128
Quoi pro cui in antiquioribus MSS. 194

R.

Rabidum os. 553
Rabies reſtitutum pro acies. 321
Radiare pectus, lapillis, auro, gemmis &c. 146
—— verbum elegantiſſimum de armis, aqua, & ſideribus ſplendentibus. 147
Rapere & ſurripere de forma, quae vel invitum ad ſe trahit. 395
Rara puella, miniſtra. 97, 908
— lingua. 552
Rarum pro ſingulari. 854
Raſos crines correctum pro caros. &c. 167
Recepta eſt recuperata, in poteſtatem redacta. 882
Recta & honeſta junctim. 181
Rectum, quidquid bonum & honeſtum. *ibid.*
Rectus homo, homo in conſiliis capiendis promtus & conſtans. *ibid.*
Rectus & certus in MSS. variata. *ibid.*
Reddere preces, pro deferre preces ad alterum. 157
—— vicem de mutuo amicorum auxilio. 157
—— de bonis creditis. *ibid.*
Referre pedem. 643
Reges pro viris illuſtribus. 561
Regna & regna tenere de iis, qui in amore praeferuntur. 94, 330, 580
— puellae quae in amatores exercet. *ibid.*
— habere. 840
Relatio pro legatorum renuntiatione. 522
Relegere idem ac retexere. 270
Relevare humanum genus pro oppreſſum erigere. 144
Remo minuto magis poëticum, quam remis minutis. 117
Repellere a foribus. 41
Rependere penſa. 837
—— vices. 777
Repetitiones iteratae. 81, 82, 207, 312
Reponere fata, ſubintellecto tumulo. 165
Requieſcere, exquiſite. 94
Reſidere de ventis pro quieſcere. 86
Reſpondere pro valere. 875
Reſtare pro ſupereſſe. 365
—— — reſiſtere ſaepe. 391
Retexere fila. 840
Retinacula, id eſt, gubernacula. 944
Revocare liquores ad caput idem, quod rurſus fluere. 319

Revo-

Revocare verbum elegantis uſus, ut & in vitam moribundorum amantium animas revocari ſaepe fingunt Poëtae. 409
——— idem ac renovare, in memoriam reducere. 150
Revolubile ſtamen. 840
Rejicere amictum de illis, qui ſe nudant. 379
Rhombi uſus. 527
Riguus & irriguus promiſcue. 192
Riphaei & Rhipei montes Scythiae. 59
Riphaea bruma. 59
Riſus pro ridiculus. 700
Rogare pro ad amores ſollicitare. 635
Rogis & jugis permutata. 58 & 135
Roſa vernans de recenti. 516
Ros de ſumma maris aqua. 396
Rota amori aeque ac Fortunae tribuitur ob utriuſque viciſſitudinem. 268
Rotae externae. 28
Rotae de curru, quo ſe vehi jactant Poëtae. 499
Rudis ſimpliciter pro rudis amorum. 100
——— armorum, operum, ſomni. 650
Rugae arare corpus dicuntur. 340
——— emeritae. 341
Ruit ſaepe τῷ fuit praeferendum. 268
Rumpere foedera. 674
Rumpi invidia. 92
Rumpi ſimpliciter. *ibid.*

S.

Sabini a morum ſeveritate laudati. 452
Sacra via, per quam vehebantur Imperatores triumphantes. 208
——— de manibus ipſis. 481
——— piare. 921
Saepe pro ſaeve a librariis ſubſtitutum. 87 & 88
Saevas & feras commutata. 132
Sais nomen oppidi in Aegypto. 936
Salinum paternum. 804
Saliva pro guſtu & ſapore. 863
Salivae arcanae. 839
Salmonis nomen corruptum in MSS. 135
Salvus de vita ſuperſtite, ſanus de valetudine. 608
Sanctus pudor. 403
Sat eſt pro ſatis eſt, paſſim apud Propertium. 345
Sauciare unguibus vel manu. 871
Saxoſa via. 791
Saxum Sicanum. 159
Scaevus vox elegans, ſed a librariis ejecta. 267
Scaligeri tranſpoſitiones verſuum in Propertio ab his culpatae, ab illis laudatae. 136, 239 & ſeqq. 256, 263
Sciat currere pro currat. 26
Scindere & reſcindere veſtem. 247
Scipionis Aemiliani currus triumphalis. 897
Scopuli Ceraunii. 325
Scribere in vino & aqua. 411
Scripta pro carminibus. 291
Se jactare. 563
Se dare. 873
Sectari feras. 631
Secubare pro otiari. 386
Secula annique pro annoſis ſeculis. 388
Seculo major de eo, qui temporis ſui vitiis & contagio non abripitur. 155
Seculum pro temporis, quo vivitur, mala conſuetudine ac moribus. 155
Secutulejae de feminis, quae viros ſponte ſequuntur. 463
Sed illi, formula Propertio in fine verſus amata. 195
Sedere ſupra colla. 7
——— de locis planis. 200
——— pro lacrimis non moveri. 308
——— honeſtis matronis tribuitur. 345
——— de lugentibus proprium. 771, 795
Segmina unguium e cadaveribus lecta. 528
Semel de iis, quae non iterantur. 895
Semita pro via. 112
Semper mutatum in inſertum. 208
Sepe pro ſaepe. 378
Septa ovilia de comitiis centuriatis. 709
Septima lunae orbita pro ſeptimo ejus curſu. 359
Sepulchra lauri vel myrti umbra tecta. 299
——— eorum adibant, quos in vita caros habuerant. 939
——— de urbibus & regionibus ſubactis, & ſim: rebus, oblivione deletis. 199
Sepulta patria. *ibid.*
——— pro obſcuratis 276
Sequeſter, magiſter, & miniſter confunduntur. 582
Sequi bella pro perſequi, narrare. 283
Serere praelia. 586
Seri ignes de ſupremis rogis. 148, 529
Sertae coronae. 460
Serus & miſer confuſa. 31
Servare pro cavere, ut Graeci φυλάττειν. 196
Servire ſervitutem. 45, 65
——— & ſervitium in amoribus paſſim. 400
——— puellae. 641
——— pro alterius utilitati invigilare. 717

Si

Si fallo, formula Propertio familiaris. 902
Sibylla pro muliere valde annoſa, hinc Sibylla vivacior. 937
Sicca luna de die intermenſtruo. 839
Siccare comas in ritu funebri. 271
Sidera prona. 778
—— & amnes in ſacris magicis juncta. 17
—— de ſole ac luna. 18
—— cadentia, lapſa, de majori noctis parte tranſacta. 158
Sidiſſe in cineres. 570
Sidonia veſtis. 327
—— mitra pro Tyria vel purpurea. 425
Signata jura, quae pacto ſancita ſunt. 673
Sila, Bruttiorum nemus. 184
Simplicibus verbis pro compoſitis ſaepe utitur Propertius. 329
Singularis numerus ſaepe praeſtat plurali. 23, 117, 299
Singultantia verba. 54
Singultim, ſingultus. *ibid.*
Sinis, Sciro, & Procruſtes. 692
Siniſtra avis de omine infauſto. 579
Sis ſoſpes, ſis felix. & ſim. paſſim. 777
Siſtere aquam fluviis. 18, 490
Situs de omnibus, quae annorum tractu minuuntur. 683
Sola de Penelope proprie, tam diu a viro deſerta. 270
Sola ſaxa, ſimiliter ac loca deſerta. 169
Solem innocentiae teſtem vel vindicem invocandi ritus. 448
Solus pro viduo. 270
—— — deſerto. 130
Solutae violae. 323
Soluti crines de gentibus ſubactis, quae pompam triumphalem comitabantur. 322
Solvere amores devotionibus, carminibus, herbis & ſim. 16, 48.
—— coronas, pro demere nodos, quibus ligantur. 37
—— vela noto. 168
Solvere vitam, ſolvi pro mori, & ſoluti pro defunctis, paſſim obvia. 276
—— & perſolvere vota, paſſim apud Propertium. 392
Solvi gaudio. 122
—— in otia. 781
—— triſtitia. 122
Somnus ingratus. 39
—— —— pro intempeſtivo. 39
—— amarus de ſomno interrupto & turbato. 348
—— arceſſitus pro arte quaeſitus. 651
—— primus de prima nocte. 770
Sopor pro veneno, ſomnum inducente. 597
Spargere pro variare. 516
Spartanae virgines. 628
Spartanum exercitium. *ibid.*
Spatia annorum de temporis longinquitate. 683
Spatioſae noctes. 128
Speculari de inſidiatore proprium. 498
Spica Ciliſſa. 824
Spirare magnum. 234, 831
—— quietem pro ſpirando lenem ſomnum ducere. 32
Spiritus pro ſuſpirio. 160, 429
—— de conſtantiae jactatione, ut fortia verba. 219
Spolia hoſtilia, curru triumphali vecta. 208
—— —— prorae navium laureatarum adfixa in victoria maritima. 509
—— agreſtia. 618
Spumantia pocula. 652
Spumare tam de vino doliis condito, quam ſaliente in poculis. 652
Sputa cruenta. 803
Stamen pro carmen. 204
—— & carmen permutata. *ibid.*
Stamina longa & gravia penſa conjuncta. 640
Stare de anchora, in qua ſtabant naves, unde Stationes. 275
—— pro quieſcere. 511
Statuiſſe & poſuiſſe permutata. 253
Sterilis domus. 910
Sternuit corruptum paſſim a librariis in ſtertuit. 228
Streniae lucus. 766
Strigare, contrarium reſtrigare. 858
Strigis plumae in arte magica adhibitae. 529
Strix domui inſidens 841
Studia ſevera, contra mitia Poëtis propria. 221
Stulta, lenis admonitionis vel exprobrationis cauſſa eleganter inſertum. 229
Stulte amare. 401
Stupere de ſubita animi agitatione. 521
Stygia arundo pro cymba Charontis arundinea. 407
Stygio Jovi adſcribitur pulchrarum virginum obitus. 231
Sub armis. 952
Sub carmine pro ad carmen. 416
Sub vertice montis pro in vertice. 191
Subducere amores. 97
—— ocellos vacuos. 104
—— & ſeducere confuſa. 104
—— pro avertere. 262
Subire torum. 143
Subit ducere. 117
Sublimen, connexa voce, inferius limen. 391

Submiſſae cervices, elatae vel ſublimi cervici oppoſitae. 308
Submittere animos amori. 53
Subponere lacertos. 34
Subpoſitus campus pro humili. 200
Subſidere de ventis, pro quieſcere. 86
Subſidio & ſubſidium eſſe, ſubſidio & auxilio vel ſubſidium & auxilium venire, utraque locutio apud Poëtas uſitata. 399
Subtrahere colla jugo, de tauro aratrum detractante. 283
——— vires. 370
Suburanae puellae. 831
Subjectare ſtimulos laſſo. 78
Subjectus amori. 53
Subjicere lacertos. 34
——— pro monere, in memoriam revocare. 78
——— ſtimulos. *ibid.*
Succumbere genu flexo. 161
——— ſomno dicuntur lumina. 581
Sudare e circenſi vel re militari deſumtum. 719
Sufficere pro ſuppeditare. 78
Suffire pro purgare. 875
Suffocare ſecunda longa. 874
Sui neſcius, de amatore ob puellae morbum. 274
Suis ſibi armis nocere. 246
Sulcare pruinas. 83
Sumere inerme pro inermia. 35
——— oſcula. 35, 924
——— venena pro bibere. 339
——— bellum. 307
——— oſcula, mollius quam rapere. 924
——— iras, certamina. 952
Summa, ſimpliciter. 564
Suos Deos habere, ſuis ventis navigare pro faventibus. 288, 694
Superae orae, infernis oppoſitae. 209, 419
Superare montes, aequor. 84
——— pro ſupereſſe, reſtare. 474, 520
Supercilium ſubductum. 281
Sura nuda, id eſt, cothurno ad ſummam ſuram inducto. 349
Surdus & mutus confuſa. 76
Surge anima, quando ſe ipſos exſtimulant. 281
Surgere pro verticem extollere. 434
——— de operibus exſtructis & florere incipientibus. 590
Surire de feminis prurientibus. 666
Suſpenſo pede ire. 523
Suſurrare, pro ſubmiſſa voce loqui. 119
Sylvae pro arboribus. 139 & 140
Syncopae plurimae. 39
Syrtes dubiae. 275
——— & Malea, conjuncta. 665

T.

Tabellae de literis, inter amantes frequentibus. 361
——— amatoriae. 693
——— & picturae, turpia amatorum ſchemata exhibentes. 937
Tabeſcere vacuo lecto. 160
——— cura, amoris nempe. *ibid.*
Tabulae pictae & imagines eboreae vel aereae. 683
Tacere de janua, quae, non reſerata, moto cardine ſtridorem non dat. 156
Tacita ſera. 901
——— veſtis. 48
——— lyra de ſtatua. 433
Taciti venti. 86
Taedae de quibusvis amoribus. 89
Tale mutatum in *Telamoni.* 235
Taleque, ſaepeque & ſim. ad genium Propertianum, quod imitati optimi ex recentioribus. 312
Tamen pro tandem. 244
——— & tandem confuſa. 677
Tangere coelum digito. 97
——— divos. *ibid.*
——— pro vulnerare, percutere. 476
Tanta & quanta pro tot & quot. 925
Tantali labor. 215
Tanti eſt, ſaepiſſime apud Propertium. 669
Tarda crura de claudo, ut Gr. *βραδύς.* 213
Tardus & ſurdus commutata. 14, 96
——— ad munera. 14
——— amor. 78
Tarpeja puella. 153
Tarpejae ſepulchrum. 766
Taurus, major victima. 284
Taygetus Laconices mons. 631
Tectum de omni, qua tegimur, ſtructura. 402
Teges pro ſtoria ex calamis. 804
Tegetes paternae. 804
Tegula de paupertino tectorio. 882
Tela caduca, preces caducae. 744
Telephus ab Hercule vulneratus. 214
Tellus juſta. 178
Temerare, violare. 351, 943
Temperare teſtudinem articulis impoſitis. 205
Tempora dura. 74
Tenere puellam. 851
——— oſſa ſinu. 165
Teneris correctum pro veſtris. 172
Tentare gradus. 32

Ten-

Tentare lacerto pro manu adtractare, ſeu tactu explorare. 34
—— pro laceſſere. 351
—— — ſollicitare ad amplexum, Gr. πειρᾶν. 923
Tepidum limen, mutatur in rigidum limen. 157
Ter quater. terque quaterque pro ſaepius, formula uſitatiſſima. 533
Terra de pulvere arenae. 539
Terrae, ſeu gentes, Imperio Romano opponuntur. 232
Terrenus homo. 543
Terreſtre & maritimum iter conjunctum. 680
Teſtor te pro deteſtor, Sector te pro inſector &c. 329
Tetigit & juvat variatum in uno verſu non raro. 331
Thais Menandrea, Menandri comoedia decantata. 250
— pretioſa. 796
Thamyrin & Thamyran, utrumque. 369
Theatris (in) ſtabant, dein ſedebant, & plaudentes conſurgebant. 661
Thebaïca Pontici deperdita. 70
Thebani Fratres. 279
Thermodon, non Thermodoon, ſecunda producenda. 631, 779
Theſproti regnum, ab Abantibus occupatum. 115
Theſſalis umbra de Proteſilao. 177
Thiodamanteus Hylas a patre Thiodamante. 183
Thura ferre. 349
Tibia, de nuptiali, qua nova nupta noctu domum ducebatur. 260
Tiburnus Anio. 688
Tithoni ſenectam pro Tithonem ſenem. 341
Titulus pro inſcriptione & tabella rei venalis. 799
Toga pura. 730
— picta. 774
Tollere lumina. 6
Tolumnius, Rex Vejentium. 890
Tonare bella. 209
Tori mortuales. 297
Tormenta animi. 534
Torquere lumina lacrimis turgentia, idem quod fletu oculos corrumpere, cruciare. 197
—— de fame. 879
Torquet & torret confuſa. 531
Torrere de ſiti, locutio ab igne deſumta. 879
Torta via. 773
Torus & lectus pro marito. 223, 272
Totae horae pro omnibus horis. 424
Toto pro toti. 191
Totus & tutus variantur. 603
—— in aliqua re eſſe. 866
—— vim orationi addit. 941
Tradita repoſitum pro reddita. 155
—— pro traducta, infamata. 155
Trahere veſtigia ebria. 32
—— quietem pro noctem extendere. 140
—— laborem pro lente laborare. ibid.
—— fata pro diutius extendere. ibid.
Trajicere umbras. 663
Tranſcendere, & conſcendere confuſa. 142
—— limen domus pro tranſire. ibid.
Tranſpoſitiones verſuum. 373 & ſeqq. 386, 556, 627, 637, 691, 763, 837, 870, 894
Tremulas correctum pro teneras. 172
Trepidare, de jugo amoris ferendo inadſuetis. 222
Trepidus & trepidare non ſemper de timido, ſed de incerto & dubio. ibid.
Trientes de quatuor unciarum poculis, unde triental ipſum poculum. 583
Tumentes oculi, ut Theocrito χλωιδιόωντες. 259
Tumida lumina pro udis, majori emphaſi. 259
Tumor oculis, cordi, & animo tribuitur in dolore, ira, invidia, aliiſque gravioribus adfectibus, quo ſenſu tumere Gr. οἰδαίνειν uſitatum. 259
Tumultus pro bellis. 281
Tundere cymbala. 655
Tunicae ſolutae, fluentes. 23
Tuo corpore pro Te, more Graecorum. 405
Turba maris pro turbinibus & fluctibus. 500
Tutela de eo, qui in alterius patrocinio eſt. 853
Tyro, Salmonei filia, inter antiquas forma laudatiſſima. 420
Tyrrheni nautae. 654

U.

Uberes terrae, adjective. 200
Ulixis errores. 609
Ullae pro ulli, tertio caſu. 191
Ultima cura. 44
—— vota. 45, 66
—— mors, fax. 66
—— nox, dies de morte. ibid.
Ulva correctum pro unda. 898
Umbra pro funere. 291
—— & herba confunduntur. 860
Umbrae leves de manibus. 612
—— nobiliores, ad judicum munus vocatae. 908
—— pro tabernaculis. 860
Undiſoni dicuntur Dei marini. 678
Ungues in ora conjecti, de ira feminea. 868
Uni pro unius. 191
Unica cura. 44
Univirae celebratae. 904
Urere pectora. 790

Urna propoſitum pro ultra. 187
— cinerea. 897
Urnae ſortes. 900
Ut ajunt, locutio proverbialis. 331
Utraque fax eſt nuptialis & rogalis. 907

V.

Vacare amore. 130
Vacua arena. 85
Vacui ocelli. 104
—— amantes pro derelictis. 130, 314
Vacuum pectus. 104
Vacuus tempore, pectore. 21
Vadere in hoſtes. 60
Vagare aeque ac vagari. 361
Vagari per montes, venatoribus proprium. 632
Vagus rumor. 133
Valere in mare, in poenam. 845
Variare, abſolute poſitum. 735
Vaſtus, epitheton proprium de feris majoribus. 351
Vates pro interprete, doctore. 336
Veji veteres. 890
Vel, augendi ſignificatu. 137
Velare fuſco amictu. 44
Vellere capillos a ſtirpe. 703
Vellicare de vindicta feminea in rivalem, Graece ἀμύσσειν. 245
Venalia fata. 859
Vendere pro jactare. 23
Veneris & Anchiſae coïtus in monte Ida. 450
Venire ſub jura. 99
—— in ora, eſſe in ore. 201
—— pro ſui copiam praebere. 309, 345
—— de ortu ſolis, vel lunae, deficere de occaſu. 517
Venti Thraces pro Eteſiis. 87
Venti cum Diis invocati. 534
Ventilare facem. 760
Ventoſae alae de Cupidine. 288
Ventoſus pro levi, inani, inconſtanti. *ibid.*
Venus noſtra. 21
——, formoſis dea invidioſa. 178
Verba jucunda, facunda. 30
—— acerba in expoſtulationibus. 87
—— pro blanditiis & illecebris. 137
—— levis pro in verbis levis, variabilis. 247
—— pro dicteriis jocoſis. 314
—— & vota in MSS. confuſa. 625
—— dare in rebus amoris. 634
—— diſerta. 693
—— caduca. 744
Verbera ſaevitiae, linguae. 36
Verbera intorta. 838
Verberare convicio. 36
Verbum ex ore profugit. 55
—— quod in priori membro deſideratur, ex ſenſu ſupplendum. 464
Vergat repoſitum pro vertat. 159
Veri peritus, pro vaticinandi peritus. 100, 632
—— & veraces de vatibus vel vaticinantibus. 100
—— nati, genuini, ſpuriis oppoſiti. 272
Verni anni. 801
Verrere & vertere confuſa. 321
Verſare pro agitare, vexare. 802
—— pro animo ſaepe volvere. 240
—— pro ſollicite inquirere, perſcrutari. 241
—— fatigare, agitare. 373, 534
Verſari lecto. 143
Verſata vita, fatigata, vexata. 412
Vertere aquam fluviis. 18
Vertumnus, in varias formas mutatus, 733 ſeqq.
Verus pro puro & non fucato. 272
—— — juſto & aequo. 638
Veſte ſub injecta, ſuperjecta, interpoſita. *ibid.*
Veſtem, ſingulari numero, magis poëticum. 246
Veſtis tacita, tecta. 48
Vexare comas. 794
—— & verſare permutata. 412
Vexilla in donum bene meritis data. 764
Via de itinere longinquo & maritimo. 505
— ſacra. 821
Vices de fortunae viciſſitudinibus. 132
—— de poenis. 132
—— exigere. *ibid.*
—— & viae confunduntur. 151
Victa ſomno lumina. 656
Victores & victi eleganter juncti. 515
Victoriis alae in vetuſtis monumentis datae. 289
Viles noctes 837
Vilia thura. 285
— dona de levioribus munuſculis. 377
Vincere pro praetervehi. 88
—— aequor, montes. 84, 88
—— patriae, id eſt pro patria. 812
Vincire aquas, frigore jungere. 759
Vincla puellae. 60
—— ſubire. 103
—— nectere, noſcere. *ibid.*
Violare, violenter efficere. 76
Vires dare in carmina. 281
Vireta, circa virorum illuſtrium ſepulchra conſita. 481
Virgatae braccae, veſtes. 893
Virides anni. 138
Viſa de tabulis pictis, non valde obvia. 254
Viſellii monumentum ſepulchrale. 907
Vitae noſtrae pro nobis. 30 & 31

Vitare malum. 21
Vittati capilli. 22
Vivere vitam. 45
——— & ducere aetatem, commmutata. *ibid.*
——— de marmoribus & picturis, artificioſe factis, paſſim. 433
Vivo radicitus pro penitus ad vivum. 481
Vocare manu de geſtibus manuum. 87
——— & vacare in MSS. confuſa. 439
Vocem mittere vel emittere. 830
Voces plures, in eundem ſonum deſinentes, male cumulatae. 37, 79
Voces non tacitae ſunt convicia, aperte prolata. 48
——— pro conviciis. 130
Volo, de iis, qui alacri animo ad aliquid ſuſcipiendum ſe aptant. 281
Volucres marinae, pelagiae dicuntur. 539
Voluptari & volutari confuſa. 489
Volutari, in nequitiae palaeſtra. 948
Vota debita ferre. 162
— ante itineris ingreſſum. 164
— cadunt pro funduntur irrita. *ibid.*
— Caſtori & Polluci pro itineris incolumitate a navigantibus facta. 166
— caduca. 744
Vox ultima. 538
Vulnera mulſa pro permulſa. 480
Vultus ſubductus, eſt gravis & auſterus. 281

Z.

Zetes & Calais, Boreae filii, ex raptu Orythiae nati. 188, 933
Zmaragdi ſcriptura. 333
Zonae pro ipſis ſtellis. 725

INDEX

AVCTORVM VETERVM.

A.

Achilles Tatius. 14, 33
Aelianus. 18
Aeſchylus. 557
Albinovanus. 36, 51, 54 bis, 77, 82, 155, 161, 167, 222, 297, 307, 415, 454, 538, 555, 601, 655, 662, 840, 851, 894, 909, 911, 918
Alcaeus. 629
Anacreon. 33, 71, 141, 281, 400, 459, 516, 518, 675, 703
Anthologia Graeca. 7, 22, 29, 36, 40, 248, 249, 284, 355, 356, 358, 376, 393, 397, 414, 424, 438, 444, 472, 495, 514, 533, 541, 542, 544, 546, 547, 548, 549, 629, 701, 702, 704, 735, 739, 760, 793, 798, 802, 805, 819, 849, 867, 946
Anthologia Latina, paſſim.
Antoninus Liberalis. 195
Apollodorus. 27, 450, 469
Apollonius Rhodius. 88, 186, 189, 194 bis, 656
Apulejus. 2, 28, 31, 41, 54, 188, 193, 224, 607, 655, 695, 757, 789, 797, 931
Ariſtaenetus. 948
Ariſtophanes. 10, 51, 211, 282, 283, 394
Ariſtophon. 289
Ariſtoteles. 449
Aſconius Pedianus. 64
Athenaeus. 10, 44, 67, 248, 288, 411, 429, 470, 504, 630, 697, 882
Auctor Eleg. de Phoenice. 426
——— Ciris. 410, 498, 666, 667
——— Copae. 39, 309, 622, 710, 736
——— Panegyrici in Piſonem. 66, 204, 110, 600
——— Culicis. 26, 71, 173, 188, 206, 278, 332, 631
——— Octaviae. 317, 321, 534, 596, 783
——— Moreti. 43
——— Eleg. de Roſa. 158
——— Eleg. in obit. Maecenatis. 26, 31, 204, 242, 516, 569, 593, 596, 644, 821
Auctor dialogi de Cl. Oratoribus. 36, 139, 239, 338, 465, 588
——— Eleg. de Spe. 603
——— carminis liberi. 803
——— Epigramm. Veter. de XII. ſignis in Zodiaco. 726
——— Epigr. de Vere. 735
——— Rhetor. ad Herenn. 485, 601
Auſonius. 850, 912

B.

Baſilius. 264
Bion. 271, 298, 304, 306, 352
Boëthius. 22, 492, 673

C.

Caeſar. 275
Callimachus. 34, 294, 341, 468, 515, 578, 581, 670, 910, 932
Claudianus ubique.
Columbanus. 514
Columella. 32, 116, 500, 597, 622, 652, 741
Curtius. 486, 791

D.

Demoſthenes. 919, 922
Diogenes Laërtius. 326
Dionyſius Halicarn. 919

E.

Ennius. 20, 59, 513
Epigramata Graeca ab H. Grotio verſa. 7, 21, 37, 40, 126, 134, 142, 154, 196, 214, 227, 248, 249, 285, 289, 302, 315, 320, 323, 341, 355, 356, 358, 376, 390, 393, 397, 408, 424, 438, 444, 459, 472, 495, 514, 533, 541, 542, 544, 546, 547, 548, 549, 627, 628, 629, 701, 702, 704, 735, 760, 786, 793, 798, 802, 805, 819, 843, 849, 939, 946
Euripides. 35, 152, 160, 167, 196, 230, 253, 274, 276, 282, 330, 364, 271, 418, 446, 486, 590, 641, 697, 815, 957

F. Feſtus.

F.

Feſtus. 64
Florus. 9, 265, 275, 282, 331, 447, 575, 783, 892
Frontinus. 645

G.

Gallicani interpretes. 47
Gellius. 700
Germanicus. 520, 543, 726, 726
Gratius. 59, 351, 740
Guntherus. 26

H.

Heliodorus. 45, 418, 630
Hermeſianax. 33, 573
Herodotus. 292
Heſychius. 115
Homerus. 28, 30, 35, 55, 144, 147, 334, 420, 450, 459, 484, 486, 546, 567, 611, 632, 662, 721, 782, 829, 830, 833, 835, 847, 878, 955
Horatius omnibus fere paginis.
Hyginus. 27, 277, 518, 601, 611, 654

I.

Joſephus Iſcanus. 487, 558, 750, 779, 812, 819, 948, 946
Iſidorus. 682, 709
Julianus. 704
Julius Caeſar. 43
Juſtinus. 69, 380, 522, 538, 546, 575, 588, 618, 629, 678
Juvenalis. 1, 18, 32, 36, 53, 61, 193, 260, 278, 284, 285, 303, 335, 358, 366, 401, 429, 512, 527, 550, 612, 622, 673, 837, 883, 897, 902

L.

Lactantius. 65
Livius. 9, 50, 62, 65, 69, 88, 107, 150, 255, 380, 483, 522, 525, 554, 584, 601, 673, 709, 773, 775, 782, 783, 785, 869, 877, 878
Lucanus. 17, 32, 45, 78, 80, 85, 87, 88, 154, 155, 168, 169, 237, 258, 264, 275, 292, 297, 334, 402, 416, 460, 474, 506, 514, 543, 570, 589, 590, 593, 594, 641, 652, 672, 685, 758, 776, 931
Lucianus. 168, 173, 216, 249, 319, 358, 408, 485, 579, 581, 627, 700, 836, 851, 853, 930, 950
Lucilius. 709, 871
Lucretius. 65, 84, 154, 161, 220, 244, 390, 516, 850

M.

Macrobius. 460, 513, 937
Manilius 84, 206, 280, 442, 459, 481, 496, 515, 516, 520, 569, 586, 591, 592, 602, 690, 725, 725
Martialis. 1, 9, 62, 63, 154, 162, 169, 202, 225, 231, 240, 270, 294, 344, 347, 366, 380, 434, 440, 481, 486, 495, 521, 550, 554, 572, 603, 615, 622, 709, 724, 728, 732, 754, 789, 803, 805, 837
Maximus Tyrius. 99
Maximianus (vulgo Pſeudo Gallus.) 128
Menander. 331
Minutius Felix. 725, 725
Moſchus. 36, 288, 290, 657
Muſaeus. 676

N.

Nemeſianus. 36, 80, 220, 280, 318, 350, 424, 482
Nepos. 365
Neſtor ubique.
Nonnus. 835

O.

Oppianus. 876, 933
Orpheus. 189
Ovidius omnibus fere paginis.

P.

Papias ubique.
Pauſanias. 27, 28, 358, 408, 904
Perſius. 25, 155, 222, 247, 285, 509, 719
Petronius. 15, 21, 24, 37, 43 48 63. 89, 137, 166, 238, 240, 258, 265, 273, 313, 317, 323, 329, 346, 367, 461, 462, 464, 484, 502, 535, 541, 550, 563, 593, 637, 673, 715, 760, 817, 864, 869
Phaedrus. 15, 34, 512, 703, 870
Philetas. 409
Pindarus Thebanus. 203, 470, 920
Plautus. 38, 235, 274, 538
Plinius. 293, 492, 516, 532, 617, 682, 685, 741, 760 915
Plutarchus. 212, 504, 600, 907
Pollux. 23
Pomponius Mela. 267, 619, 790
Priſcianus. 592
Probus. 193
Prudentius. 47, 457, 754, 898, 931

Q.

Quinctilianus 47, 182, 279, 391

R.

Repoſianus. 40
Rutilius. 118, 166, 178, 442, 448, 452, 628, 767, 780, 868, 883, 892, 940

S.

Sabinus. 16, 57, 223, 233, 267, 270, 449, 462, 727, 727
Saluſtius. 275, 659, 662, 683, 842
Seneca Philoſophus paſſim.
Seneca ubique.
Serenus Sammonicus. 875
Severus. 715
Sidonius Apollinaris. 188, 591
Silius Italicus. 36, 43, 44, 77, 78, 83, 147, 198, 200, 209, 242, 271, 297, 310, 333, 334, 352, 404, 416, 443, 461, 490, 506, 509, 510, 514, 546, 585, 658, 729, 733, 779, 781, 848
Solinus. 813
Sophocles. 20, 162, 196, 230, 272, 337, 381, 398, 447, 487, 588, 698
Statius omnibus paginis.
Stephanus Byzantinus. 518
Strabo. 29, 78, 518
Suetonius. 20, 79, 89, 143, 164, 184, 219, 242, 259, 263, 274, 293, 432, 461, 576, 588, 641, 683
Suidas. 599
Syneſius. 516

T.

Tacitus. 2, 46, 49, 155, 554
Terentius. 150, 242, 268, 335, 358, 392, 435, 790, 846, 941
Tertullianus. 796, 922
Themiſtius. 288
Theocritus ubique.
Theophraſtus. 241, 633
Tibullus omnibus fere paginis.

V.

Valerius Flaccus paſſim.
Varro. 599, 334, 744, 766, 780
Vegetius. 606
Vellejus Paterculus. 156, 515, 561, 576, 597, 682
Venantius Honorius. 898
Vibius Sequeſter. 125, 292
Virgilius, omnibus paginis.

X.

Xenophon. 78, 318, 920

I N D E X

AVCTORVM RECENTIORVM.

A.

Abramus. 448
Accurſius (Mariangelus). 33, 787
Acidalius. 463
Acta Lipſienſia. 27, 271
Aegyptius (Matthaeus). 773
Alardus. 195
Alenus Eſſentianus (Nicol.). 887
Amaltheus (Jo. Bapt.). 10, 38, 182, 192, 193, 196, 882
Angerianus (Hieronymus). 20
Arntzenius (Jo.). 452
Auratus (Joan.). 338
Avancius (Hieronymus). 526
Ayrmannus (Chriſtoph. Frederic.) 26, 27, 35, 43, 44, 47, 51, 53, 55, 83, 89, 90, 103, 156, 161, 163, 170, 258, 354, 768, 934

B.

Baptiſta (Pius). 13, 19, 87, 944
Barneſius, refutatus. 149
Barthius (Caſpar). 1, 2, 7, 8, 10, 13, 15, 16, 19, 20, 21, 22, 23, 25, 33, 44, 47, 48, 53 bis, 54, 57, 61, 70, 75, 78, 90, 99
Baſſanus (Andreas). 784
Beaumontius. 384
Begerus. 31
Bembus (Petr.). 454, 538
Bennerus (Joan. Herm.) 243
Bentlejus (Richardus). 2, 22, 26, 31, 40, 42, 47, 69, 71 bis, 72, 105, 198, 199, 264, 273, 280, 340, 570, 584, 590, 647, 813, 848, 932
Berneggerus. 187
Beroaldus (Philippus). 13, 18, 28, 29, 92, 49, 64, 76, 153, 162, 198, 242, 720, 788
Bochartus. 72
Bochius. 542
Boltius (Henricus). 797
Bonciarius. 860
Boſſchius (Hieronym.). 425
Braſſicanus. 70
Brodaeus (Joan.) 7, 172
Broukhuſius (Janus) ubique.
Buherius (Jo.) 593, 817
Burmannus (Petrus) paſſim.
Bynaeus. 364

C.

Caelius Rhodiginus. 74
Camerarius. 626
Campanus (Jo. Ant.). 67, 157
Cannegieterus (Herman.). 25, 41, 172, 243, 305, 355, 386, 620, 658
Canterus (Gul.). 13, 15, 36, 94, 216, 275, 320, 817
Capacius (Jul Caeſar). 116
Carrion (Ludov). 39, 291
Caſaubonus. 35, 38, 44, 50, 65, 72, 153, 222, 259, 285, 710
Caſellius (Jac. Durant.) 38, 799
Caſtalion (Joſeph.) 768
Caſtellus (Petr.). 339
Cerda. 26, 61, 68 bis, 77, 88, 167, 346
Chishull. 536
Cioſanus. 10, 18, 28, 261, 278, 589
Claverius. 53, 99, 213, 281, 760
Clerici Bibl. ant. & nov. 18
Clerquius (Eſra). 17, 80, 401, 570
Cluverius. 117, 609
Colotius (Angelus). 47
Columbus (Joan.). 52, 612
Colvius. 83, 695
Cortius. 43, 110
Cotta (Joannes). 197
Crucaeus (Emericus.) 798
Crucquius. 598
Cruſius. 67, 611
Cuperus (Giſb.). 68, 231

D.

Damkenius (Bern.) 514
Dauſquejus. 54
Daviſius. 43

Deinius (Arnoldus). 940
Delrius. 59, 177, 214, 216, 322, 854
Demſterus. 803
Donatus. 36, 46, 53, 837
Donnola (Thaddaeus). 2, 199, 200 refutatus
D'Orvillius omnibus paginis.
Douza P. 14, 20, 26, 28, 33, 35, 40, 44, 50, 51, 63, 69, 73, 76 bis, 89, 94, 159, 313, 381, 408, 431, 453, 525, 541, 636, 599, 695, 760, 764, 800, 857, 926, 944
Douza (Janus fil). 35, 45, 50, 68, 77, 82, 170, 173, 203, 251, 302, 313, 323, 376, 388, 407, 725
Drakenborchius (Arnold). 5, 9, 22, 27, 31, 43, 46, 54, 59, 62, 77 bis, 78, 88, 99, 147, 219, 712
Dukerus. 147

E.

Eldikius (E. Hub.) 161, 188, 222, 257, 284, 303, 329, 338, 344, 369, 385, 388, 413, 441, 467, 490, 493, 494, 498, 758, 795, 843, 906, 908, 923, 924, 930, 931, 939, 940, 953
Electa Etonenſia. 198 bis 431 paſſim
Enſchedius (Joannes). 815
Erhardus. 63, 66
Ernſtius (Henr.). 40, 235
Eyb (Albertus). 562, 9,0

F.

Faber (Tanaquillus). 5, 33, 95
Faber (Joannes). 824
Fabricius (Georg.) 567
Faërnus. 229
Falcoburgius (Ger.) 823
Famianus (Nardinus.) 890
Ferrarius. 88
Flaminius. 168 bis, 182, 187, 192, 195, 346, 656, 882
Fontaninus (Jul.). 50, 184
Fracaſtorius. 882
Francius (Petrus) paſſim.
Freinshemius. 575, 890
Fruterius (Lucas). 15, 17, 19, 20, 26, 35, 49, 54, 62, 63, 66, 70, 76, 159, 198, 737, 823

G.

Gabbema. 54
Gallatius (Tarquinius). 584
Gavellus. 92
Gebauerus. 271
Gebhardus ubique.
Geſnerus. 122
Gevartius. 2
Gifanius. 235
Glandorpius. 2
Gonſalius. 152, 166, 315
Graevius. 41, 62, 65, 70, 75, 83, 86, 87, 142, 164 bis, 165, 188, 842
Gronovius (Jo. Fr.) 9, 10, 35, 38, 46, 49, 54, 62, 63, 65, 72, 77, 83, 125, 348, 798
Gronovius (Jacobus). 148, 173, 690
Grotius (Hugo). 6, 66, 158, 190, 618
Grudius (Nicol.) 7, 22
Gruterus (Janus). 7, 15, 38, 159, 173, 258, 337, 421, 429, 458, 620, 749, 754
Gudius. 32, 514
Guellius (Valens). 34, 42, 76, 82, 83, 127, 192, 203, 298, 321, 335, 847
Gulielmius (Janus). 30, 224, 332, 465, 567, 620
Gyraldus. 10, 45, 70
Guyetus. 13, 20, 30, 32, 41, 43, 44, 51, 59, 61, 62, 65, 66, 75, 82, 147, 150, 172, 439

H.

Hagenbuchius. 355
Harduinus. 18, 29
Haverkampius. 67
Haymius. 31
Heinſius (Dan.) 7, 54, 59, 119, 157, 182, 193, 372, 597, 696, 808
Heinſius omnibus fere paginis.
Heineccius. 262
Helvetius (Janus). 13, 445, 568
Hemſterhuſius. 5, 15, 18, 19, 20, 27, 43, 44, 50, 51, 64, 65, 66, 71 bis, 72 bis, 83, 85, bis, 128, 129, 136, 149, 150, 179, 203, 227, 228, 266, 296, 318, 335, 379, 466, 919, 920 & ſeqq. ubique.
Heſkin. 134, 436, 581
Heynius. 26, 44, 55, 103, 148, 229, 373, 398, 503, 595, 597, 625, 695
Hoſmannus (Caſp.). 23
Hoſſchius (Sidronius). 563, 811
Hubertinus. 167
Huetius (P. D.) 488

I.

Janua (Joan.). 528
Janus Secundus. 1, 5, 7, 9, 24, 41, 43, 55, 67, 96, 103, 134, 213, 223, 286, 304, 325, 386, 394, 407, 415, 433, 443, 444, 475, 516, 703, 940, 945

Junius

Junius (Hadrianus). 145
Junius (Franciſcus). 796

K.

Keuchenius. 44
Kooten (Theod.). 29
Koppierſius. 171, 213, 257, 269, 468, 526, 677
Kuhnius. 10, 222

L.

Lambinus. 18, 84, 157, 213, 681, 850
Langermannus. 9
Latinus Latinius. 40, 44, 45, 59, 110, 243, 472
Lennepius. 26, 44, 66, 169, 245, 299, 400, 653
Lernutius (Janus) 81, 286
Lindenbrogius. 42
Lipſius (Juſtus). 5, 24, 30, 38, 44, 49, 60, 65, 70, 74, 76, 78, 153, 154, 170, 172, 182, 543, 729, 940
Livinejus. 16, 19, 32. 34, 35, 36, 37, 40, 42, 63, 64, 69, 76, 87, 89, 158
Loënſis (Nicolaus). 259
Longchamps. 356
Lotichius (Petr. Secundus). 16, 20, 38, 51, 57, 73, 81, 91, 100, 107, 109, 113, 145, 166, 201, 294, 296, 359, 404, 407, 411, 446, 484, 540, 577, 693, 771, 778, 841, 886
Loydius. 791
Lutatius. 16

M.

Mabillon. 116
Macrobius. 44
Malaſpina. 46
Manutius. 46, 61
Marcellinus (Amm.) 5
Marcilius (Theod.). 47, 720
Marcklandus paſſim.
Mariettus. 7
Marius. 28
Maurilianus (Pamphilius). 8
Menckenius (Fred. Otto). 9
Mercerus. 20
Mercurialis (Hieron.). 628, 824
Merula. 35, 497
Meurſius. 28
Meyerus (Livinus). 551, 849, 868, 938
Micyllus. 10, 13, 23, 35, 415
Modius (Franc.). 106, 458
Molſa. 904
Montfauconius. 2, 166, 253
Morgagnus (Jo. Bapt.). 50, 597
Munckerus (Thom.). 14, 90, 786
Muretus. 13, 14, 26, 29, 41, 43, 47, 76, 77, 151, 250, 522
Muſgrave (Gulielm.). 855

N.

Naugerius (Andreas). 10, 62, 270, 352
Nicolaus Nicolai. 9

O.

Obſervationes Miſcellaneae. 69, 82, 94, 147, 177, 247
Obſopaeus. 258, 266, 289, 785, 798
Oudendorpius (Franc.). 32, 40, 58, 60, 87, 147, 192, 215, 243, 261, 284, 292, 405, 431, 514, 528, 539, 619, 638

P.

Palmerius. 23, 35, 63, 81, 89, 169, 172
Parrhaſius (Janus). 28, 115, 545
Paſſeratius ubique.
Paulinus Nolanus. 511
Pedioneus Conſtantinus (Joannes). 609
Pembroekianum Muſeum. 31
Peregrinus (Camillus). 116
Perizonius. 10, 13, 669
Perrejus (Ant.). 26, 43, 83, 154, 185, 242, 440, 442, 693, 710, 712, 720, 722, 729, 733, 777, 799, 810
Pierius. 15, 54, 69, 135
Pius Bononienſis (J. Caeſar). 216
Pierſonus. 174, 400, 493
Platina. 67
Politianus (Angelus). 2, 101, 163, 748
Pontanus (Jo.). 63, 97, 113, 117, 158, 172, 247, 339, 395
Pontanus (Jo. Jov.) 156, 182, 195, 196
Pricaeus. 13, 41, 159, 789
Puccius (Franciſc.) a pag. 934 -- 958 paſſim.

Q.

Querneus (Andreas). 153

R.

Rapinus. 182
Realinus (Bernard.). 10

Relandus (Hadrianus). 243, 441, 757, 760
Rhodius (Joan). 799
Ruhnkenius (David). 8, 29, 32, 39, 49, 77, 90, 93, 101, 106, 115, 122, 149, 153, 172, 228, 254, 259, 262, 283, 299, 308, 322, 338, 354, 364, 369, 392, 426, 426, 450, 463, 490, 512, 535, 563, 569, 578, 590, 717, 835, 915
Roa (Martinus de). 757
Roverius (Jacobus). 168
Rutgerſius (Janus). 182, 187, 195, 603
Ryckius (Juſtus). 766

S.

Salmaſius. 38, 70, 476, 605, 627
Salvagnius. 67
Sannazarius. 6, 8, 67, 74, 114, 115, 116, 142, 168 bis, 217, 228, 239, 281, 498, 616, 630, 715, 781, 830
Santenius (Laurentius). 55, 98, 151, 176, 260, 295, 303, 311, 331, 343, 358, 371, 401, 415, 432, 449, 467, 494, 516, 518, 539, 559, 602, 610
Sarbievius. 631
Scaliger ubique.
Schefferus (Joan.) 139
Schurzfleiſchius (Henr. Leon.). 2
Schlaegerus. 7
Schottus (Andreas). 5, 24, 46, 89, 90, 101, 150, 269, 467
Schraderus (Joan.) ubique.
Schultingius (Joh.). 72, 155
Schwarzius (Gotl.). 864
Scioppius. 30, 47, 62
Scriverius (Petr.) 39, 146
Seberus. 23
Sena (la). 117
Servius. 26, 28, 29, 59, 65, 71, 78 bis, 79, 83, 158, 163, 189, 217 224, 270, 278, 288, 323, 338, 341, 349, 353, 596, 619, 630, 658, 690, 744, 779, 810
Sichterman. 261
Sirmondus (Jacobus). 590, 615
Spanhemius. 13, 24, 29, 99, 434
Stephanus (Henr.). 101
——— (Rob.). 511
Stolbergius. 567
Strozza filius. 937
Struchtmeyerus. 344, 467, 679, 790, 869, 934, 936

T.

Taubmannus. 26
Titius (Robertus). 35, 38, 243, 319, 627, 801
Tollius. 59
Torrenius. 14
Torrentius. 13, 49, 89, 481
Toupius. 253, 303
Triſtanus. 404
Turnebus. 27, 66, 69, 190, 243, 738, 772, 791, 837, 850

V.

Vaaſſen (Jac.) 600
Valckenarius. 34, 51, 75, 146, 183, 235, 287, 450, 623, 788, 894, 896, 916
Valeſius (Hadr.). 50, 65
Valeſius (Henr.). 101
Valla (Laurentius). 15
Verburgius. 8, 28
Verheykius (Henr.). 183
Vibius Sequeſter. 483
Victorius (Petr) 38, 164
Villiomarus. 801
Vlamingius (Gulielm.). 539, 682, 810, 833
Vlitius (Jan.). 23, 439
Volſcus (Ant.) 10, 49, 61, 72, 73, 76, 92, 108, 226 & ſeqq., 242, 357, 738, 807, 835
Voſſius (Iſac.). 2, 9, 35, 38, 45, 70, 150, 454
Vulpius. 8, 32, 33, 48, 64, 65, 71, 72 bis, 76, 85, 164, 304, 426

W.

Waddelius. 17, 370
Wakkerus (Jac. Ph.). 447, 790, 886, 939, 945, 947
Wallius (Jacobus). 561, 756, 774, 927
Wartonus. 192
Waſſenbergius. 164
Wildius. 31
Withofius. 95, 243, 458, 494
Wouwerius. 163, 166

ERRATA.

E R R A T A.

Paginae 627, 628, 629, 630, 631 & 632 typorum vitio bis occurrunt & ſecundo in indice notantur 627 β. 628. β. &c.

Pag 6. col. *a*. lin. 23. *ſpectatis*, lege: *ſpectaris.*

Pag. 13. lin. 25. in not. col. *a*. *veuſtis*, lege: *vetuſtis.*

Pag. 14. lin. 28. in not. col. *b*. *τέχοιμι*, lege: *τύχοιμι.*

Pag. 15 lin. 1. in not. col. *b*. Πανεργία, lege: πανεργία.

Pag. 16. lin. 15. in not. col. *b*. *Tullure*, lege: *tellure.*

Pag. 38. lin. 13. in not. col. *b*. poſt XXXVII. adde: *Var.*

Pag. 43. lin. 23. in not. col. *a*. *mimine*, lege: *minime.*

Pag. 45. lin. 2. in not. col. *b*. *meſque*, lege: *meiſque.*

Pag. 46. col. *a*. lin. 25. *Maconias*, lege: *Maeonias.*

Pag. 47. lin. 32. in not. col. *b*. *lieet*, lege: *licet.*

Pag. 51. lin. 38. in not. col. *b*. *Heinf.*, lege: *Heinſ.*

Pag. 53. lin. 10. in not. col. *a*. poſt *dicit* adde: *Tibullus.*

Pag. 73. lin. 23. in not. col. *a*. 22. lege: 2.

Pag. 76. lin. 5. in not. col. *a*. *violaſſe*, (bis) lege: *voluiſſe.*

ibid. lin. 7. c. 111. lege: c. 11.

& *ibid*. lin. 7. in not. col. *a*. *heu & voluiſſe*, dele & lege: *licet ita etiam conjecerit.*

ibid. lin. 21. *Phylus* lege: *Phyllis.*

Pag. 81. lin. 31. in not. col. *b*. *advetſus*, lege: *adverſus.*

Pag. 83. lin. 6. in not. col. *a*. *lotus*, lege: *locus.*

Pag 85. col. *a*. lin. 32. *nolles*, lege: *molles.*

Pag. 105. lin. 7. in not. col. *a*. *numine*, lege: *nomine.*

Pag. 110. col. *a*. prope finem, *tonebris*, lege: *tenebris.*

Pag. 111. col. *b*. *Graeciſſimo* lege: *Graeciſmo.*

Pag. 129. col. *a*. lin. 19. *ſlere*, lege: *flere.*

Pag. 134. lin. 28. in not. col. *a*. *quae*, lege: *quod.*

Pag. 142. lin. antep. in not. col. *b*. *rnra*, lege: *rura.*

Pag. 158. lin. 7. in not. col. *a*. *nbi*, lege: *ubi.*

Pag. 173. lin. 22. in not. col. *a*. *divinos & ſacros fontes*, dele: *& ſacros.*

Pag. 175. ad calcem pag. col. *b*. *dit*, lege: *Servius.*

Pag. 177. lin. 27. in not. col. *a*. *Protiſilao*, lege: *Proteſilao.*

Pag. 190. lin. 2. in not. col. *b*. *in quiuto*, lege: *in quinto.*

Pag. 192. verſ. 44. *Nixus*, lege: *Innixus.*

ibid. lin. 27. in not. col. *b*. *patris*, lege: *pratis.*

Pag. 193. in not. col. *b*. v. 8. *reſtitutuendum*, lege: *reſtituendum.*

Pag. 203. col. *a*. v. 8. J.... L...., lege: *Linguae Latinae.*

Pag. 204. lin. 28. in not. col. *a*. *percurere*, lege: *percurrere.*

Pag. 210. in not. col. *b*. lin. 27. *anquioribus*, lege: *antiquioribus.*

Pag. 213. lin. 36. in not. col. *a*. *artiſicem*, lege: *artificem.*

Pag. 221. in not. col. *a*. lin. 12. *aratro in duobus*, lege: *aratra.*

Pag. 223. col. *a*. lin. 24. *ſleret*, lege: *fieret.*

Pag. 237. lin. 43. in not. col. *b*. *Lucanus*, lege: *idem Lucanus.*

Pag. 247. lin. 32. in not. col. *b*. A. A., lege: *Eleg.*

Pag. 270. lin. 2. in not. col. *a*. *inſra*, lege: *infra.*

ibid. lin. 21. in not. col. *a*. *meretrix*, lege: *regina.*

id. ibid. *poteſt*, lege: *poterat.*

Pag. 277. lin. 7. in not. col. *b*. *ut*, lege: *ſic.*

Pag. 292. col. *a*. non longe a fine. pro: *altera loci hujus emendatio*: lege: *alteram loci hujus emendationem.*

Pag. 367. lin. 6. in not. col. *a*. *altero verſu Colbert*. lege: *altero Colbert.*

Pag. 376. lin. 24. in not. col. *a*. *pertuleris*, lege: *pertulerit.*

id. ibid. lin. 27. in not. col. *a*. *liabes*, lege: *habet.*

Pag. 389. lin. 5. in not. col. *b*. *ſatius*, lege: *ſatis.*

Pag. 401. lin. 4. in not. col. *b*. *repetatur*. lege *repetitum fuerit a deſcriptoribus.*

Pag. 424. col. *a*. lin. 18. *lacavit*, lege: *locavit.*

Pag. 431. lin. 9. in not. col. *a*. *inciepiebat*, lege: *incipiebat.*

Pag. 432. lin. 10. in not. col. *b*. *Auguſtii*, lege: *Auguſti.*

Pag. 433. lin. 19. in not. col. *a*. *ex hoc Propertii loco*, deleantur.

Pag. 437. lin. 17. in not. col. *b*. ἀρχεχόρον, lege: ἀρχίχορον.

ibid. lin. 30. *cumc*, lege: *mcu*

ibid. lin. 35. *ſigura*, lege: *figura.*

Pag. 439. col. *a*. lin. 14. *vagabis*, lege: *vagaris.*

Pag. 443. lin. 8. in not. col. *a*. V. lege: v.

Pag. 445. lin. 11. in not. col. *b*. *At dure*, lege: *At tu dure.*

ibid. *Paſſeratii*, lege: *Paſſeratii & Beroaldi.*

E R R A T A

Pag. 446. lin. 1. in not. col. *b. adnotavit*, lege: *adnotavit.*
Pag. 467. lin. 22. in not. col. *b. Tu ſatius* Muſam, lege: *Tu, ſatius,* Muſam.
Pag. 469. lin. 6. in not. col. *b. adfert*, lege: *adfert Bernartius &*
Pag. 479. lin. 40. in not. col. *b. &*, deleatur.
Pag. 481. col. *b.* med. *imitaneos*, lege: *imitandos.*
Pag. 482. lin. 37. in not. col. *b. ſirmat*, lege: *firmat.*
Pag. 483. col. *a.* media: *ingroſſi*, lege: *ingreſſi.*
Pag. 495. in tit. *El.* II. lege: El. I.
Pag. 498. lin. 12. in not. col. *b. athere*, lege: *aethere.*
Pag. 506. lin. 17. in not. col. *a. haec enim*, lege: *ſed haec.*
Pag. 515. col. *a.* verſu ult. pro *tantum*, lege: *tam.*
Pag. 521. col. *a.* v. 9. *puellae*, lege *puella.*
Pag. 522. col. *b.* ultra mediam. *male*, lege: *malo.*
Pag. 523. col. *a.* media fere: *vix quidem*, lege: *vix equidem.*
Pag. 554. col. *b.* ad v. 19. *exemploris*, lege: *exemplaris.*
Pag. 564. lin. 16. in not. col. *a. nom*, lege: *nam.*
Pag. 565. lin. 5. in not. col. *b. &* deleatur.
Pag. 592. lin. 2. 15. lege: 35.
Pag. 602. lin. 1. in not. col. *a. pontus*, lege: *pontes.*
Pag. 610. lin. 4. in not. col. *b. Tietzae*, lege: *Tzetzae.*
Pag. 622. lin. 26. in not. col. *a.* 18. lege: 28.
Pag. 636. lin. 13. in notis col. *b.* 362. lege: 162.
Pag. 669. lin. 16. col. *b. de* deleatur.
Pag. 675. lin. 1. *ſenaeſtrae*, lege: *feneſtrae.*
Pag. 687. col. *a.* lin. 21. *quaſitum*, lege: *quaeſitum.*
Pag. 720. col. *b.* prope finem, *datrivus*, lege, *dativus.*
Pag. 724. col. *b.* ad v. 99. *utqne Javis*: lege: *utque Jovis.*
Pag. 762. lin. 9. col. *a. Juntinae*, lege: *Juntina.*
Pag. 809. col. *a.* lin. 12. *Mygdonus*, lege: *Mygdoniis.*
Pag. 858. col. *b.* lin. 7. *trahi*, lege: *trahit.*
Pag. 954. col. *b. ſigna*, lege: *ſigno.*

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY